


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
3 L
9

ELVCIDARIVM
SACRÆ THEOLOGIÆ
MORALIS,
ET JURIS UTRIVSQVE:

ELVCIDARIVM
SACRÆ THEOLOGIÆ MORALIS,
ET JURIS UTRIUSQUE:

Exponens universum idioma, id est proprietatem sermonis Theologici, Canonici, & Civilis.

UBI

Servata methodo Theologica, elucidantur termini, phrases, seu modi loquendi, & vocabula juxta significationem, & sensum, in quo tum à Theologis, tum à professoribus juris utriusque usurpantur.

Inter explicandum resolvuntur casus concernentes ad majorem prædictorum elucidationem: ac in præcipuis ferè dictionibus apponitur quid veniat appellatione hujus & illius rei, secundùm latitudinem, & extensionem significationis: quod utilissimum, vel necessarium certè est ad intelligenda, & interpretanda verba legum, præceptorum, contractuum, & quarumcunq; dispositionum, quæ inter vivos, & causa mortis fieri solent.

EXPONUNTUR ETIAM MULTA S. SCRIPTURÆ LOCA DIFFICILLIMA.

Erit opus etiam perquam utile Humaniorum litterarum professoribus, ut intelligant radicitùs proprietatem linguæ Latinæ, scientes in quo conveniant, & differant vocabula, quæ videntur ejusdem prorsus significationis.

AUTHORE PATRE DOCTORE

BENEDICTO PEREYRA

SOCIETATIS JESU

Portugallensi Borbano, apud supremum S. Inquisitionis Senatum Censorio Qualificatorē, in Eborensi Academia primario olim Sacræ Theologiæ professore, & iam Emerito per continuatum ferè tricennium docendi Theologiam.



VENETIIS,

SUMPTIBUS COMBI, & LANOVII,

ANNO MDCLXXVIII.

SUPERIORUM PERMISSU ac PRIVILEGIO.





ILLVSTRISSIMO, & REVERENDISSIMO D.

SEBASTIANO PISANO

EPISCOPO VERONENSI

IOANNES LANOVIVS

F.



Ogitanti subinde mihi, atque iterùm & sæpiùs mecum reputanti quàm gravia, quàm innumera tua sint in me officia, quamque adhuc parum fuerim sedulus in testificandis iis apud omnes mortales, quemadmodum certè par erat, & grati memorisque animi partes exigebant; nunc demum, ut ingenuè fatear, videor non modicè pudore suffundi, atq; adeò tanta mea interdum oscitantia confundi. Quamquam enim in familiaribus omnium colloquiis id præ me semper tuli, atque id apud omnes nunquam prædicare destiti; non mediocriter tamen videor nonnunquam deliquisse, quòd cùm tanto tuorum sim beneficiorum onere pressus; nulla publicè, ut æquum erat, grati mei erga te animi monumenta extent. Cùm enim in tanta fortunarum & statuum disparitate nulla mihi paria tecum faciendi spes omnino relicta esset; reliquum erat ut tanquam, si non bonum, at gratum nomen, quod solvendo nulla ratione est, profiterer me prorsus decoxisse, & grata saltem animi significatione satisfacerem.

Quando ecce tibi cùm hæc potissimum animo mecum versarem, & quid mihi agendum esset prorsus ambigerem; lux quædam cælitus, ut ita dicam, penè demissa meis affulsit oculis, & quod anxiè dudum quærebam commodum obtulit.

Nam cùm hoc præclarum ac eruditissimum opus meis nunc primùm prælis excusum evulgandum esset; obviis, ut ajunt, ulnis opportunitatem accepi amplissimo nomini tuo dicandi illud, & simul apud eruditum orbem meum in te cultum, & quidem non multum infra adorationem testificandi. Huc accedit quòd ratio ipsa dictabat, immò verò suo sibi jure quodammodo exigebat, ut tam doctum, tam rarum, tam utile, tam admirabile opus, Patronum quotquot sunt omnium præstantissimum, genere supra omnes nobilissimum, animo prudentissimum ac eruditissimum, vita & moribus integerrimum atq; sanctissimum sibi adscisceret.

Nec est cur vetat ne quis hæc ὑπερβολικῶς à me dicta suspicetur; nam præter quamplurima, quæ in viridiori ætate maxima cum laude gesta sunt à te; publica etiam ac gravissima à Veneta Republica munera tuæ fidei commissa, prudentissimè summaque cum integritate administrata, longè me infra veritatem loqui convincunt.

Nam quid nunc de præsenti pontificatus tui prudentissima, vigilantissimaque administratione dicam? qui tanquam fulgentissima atq; in excelso posita lampas radiis undique incredibilis pietatis oculos & animos omnium in te convertis, & insolita admiratione attrahis?

Etenim, si fas vera loqui, ecquis mortalium in tam sublimi rerum fastigio constitutus divinum istud munus tam eximiè, tam sanctè, tam numeris omnibus absolutum præstat, quàm tu Deo, quàm tu populo, quàm tu omnibus? Nam eligendi ad sacra sunt docti? quis te doctior? promovendi sunt digni? quis te humanior? reiiciendi sunt indigni? quis te constantior? subodorandi sunt mores? quis te sagacior? docendi sunt omnes exemplo? quis te innocentior? exigenda est disciplina? quis te severior? Quapropter jure merito exclamare licet, O felices mortales! ò felix Christi Ecclesia, ò fortunatus terrarum orbis, huiusmodi si pastores Christi ovilia sortiantur, qui & doctrina summa, & charitate maxima, & vigilantia vix credibili, & optima petitè eligant, & electa piè constituant, & constituta sedulò tueantur.

Sed ne ego ineptus valde sim si etiam exiguam laudum tuarum partem infantia mea vel leviter delibari posse rear; de quibus non immeritò Salustianum illud usurpari potest; *Præstat tacere, quàm parum dicere*. Quare his omissis ad me, & ad rem meam revertor. Superest nunc ut in summæ, qua te unicè prosequor & colo, venerationis argumentum, & grati erga te animi testimonium orem, atq; obsecrem, ut ex penitioribus animi sensibus facio, ut hoc qualecunq; munusculum tibi offero, & dico, serena, qua semper soles, hilarique fronte suscipere ne graveris. Et Magni Xersis exemplo, paruum etiam aquæ haustum à rusticis quidem, sed piis tamen oblatum manibus excipientis, hoc quantulumcunque est, boni consulere velis. Vale.



LECTORI
STVDIOSO.



CVm post Deum maximum, cuius maior gloria nostrorum omnium studiorum & actionum scopus esse debet, nihil magis quàm vtilitati litterariæ reipublicæ studeam, huic, benigne Lector, quod tibi propono diu elucubratum, & sudatum Elucidarium, operam dedi, planè ex mea, & peritorum hominum notitia compertum habens, nullum adhuc in lucem editum fuisse librum, qui ex professo Theologicum, Canonicum, & Ciuile idioma, hoc est proprietatem locutionis in triplici illa facultate dilucidè ac perspicuè enuclearet: in quo proindè sint omnes termini, phrases, seu modi loquendi, & quæcunque vocabula secundùm omnem suam extensionem, ac peculiarem significationem, in qua à prædictæ triplicis facultatis professoribus accipi solent. Dictionaria enim imprimis nullos terminos, & modos loquendi ferè nullos explicant: vocabula innumera prætermittunt, & quæ afferunt, carptim, & quandoque omisso proprietatis rigore exponunt.

In hoc igitur meo Elucidario, præter omnia quæ alicuius momenti afferunt Dictionaria canonici & ciuilis iuris, reperies apprime expositos loquendi modos, qui & in sacra Theologia morali, & in vtroque iure passim legentibus veniunt obuiàm, & non sine labore maximo ob defectum authoris eos exponentis, intelliguntur: reperies multa recondita, & exquisita vocabula, quæ vel in legibus, & sacris Canonibus continentur, vel à iuris vtriusque professoribus vsurpantur: atque pro maiori ipsorum explicatione, casus quàm plurimos, quorum decisio in pretio erit.


Quàm igitur meus iste liber, post innumeros iam typis mandatos libros, sit nouus, quàmque vtilis & necessarius, non est cur exaggerem multus in commendatione propria. Id tibi diuturnus vsus, & quotidiana experientia præstabit.

Triplicem ob causam fuit animus sectari Theologicas materias eo ordine, quo eas S. Thomas digessit: & nolui obseruare alphabeticum ordinem in phrasium, ac vocum digestione. Prima ex operis & authoris dignitate fuit. Decebat enim veteranum sacræ Theologiæ professorem more Theologico scribere. Secunda ex operis ipsius vtilitate. Qui enim vnam vel alteram Sacræ Theologiæ, vel iuris materiam præ manibus dictandam, vel addiscendam habuerit, interim de alijs parum curans, opportuniùs & faciliùs, vtpote aggestum ac separatum inueniet quidquid pro talis materiæ elucidatione desiderauerit. Neque ob id destitutus auxilio & remedio manebit, qui nulli destinatæ materiæ vacans, elucidationem expetat vocis, aut phrasis alicuius, quam fortè in aliquo authore, aut iuris corpore offendit. Nam recurrere potest ad generalem indicem, vbi quidquid diffusum est toto opere comperiet.

Tertia causa fuit ad vitandam prolixitatem. Cum enim passim voces significationis affinis, quæ à diuerso charactere incipiunt, verbi gr. *Lætor*, *& Gaudeo*, inter se collatas exponam, vt sic magis perspicuè innotescat ipsarum vis & proprietas, qua consentiunt, & discrepant, si alphabetico ordine digererem, necesse foret, aut in plurimis dictam expositionem omittere, aut in earum singulis repetere.

Id à te flagito obnixè, candide Lector, quòd cum mentem & animum huic meo operi versando appuleris, consideres per otium quantam rerum ac verborum, quamque infinitam propè contineat multitudinem, vt in defectibus & erroribus, qui pro humana fragilitate solent obrepere, conniueas libenter.

Illud tandem monitos vellem in toto orbe veritatis amantes, meum hunc librum, quem propria manu integrum scripseram, ex conuentione cum mercatore Gallo fuisse missum anno Domini 1654. in Galliam, vt ibi typis mandaretur, & nescio quo fato perditum (dicunt nauigium in quo ferebatur, ab hostibus captum) vt si fortè eueniat quod in aliqua orbis parte edatur in lucem sub alio nomine, intelligant omnes nomen esse suppositum, & authorem adulterinum: cum opus esse meum, possit testari vniuersa Lusitania, ac præsertim Societatis nostræ homines, qui me scribentem viderunt, & ipsa lis, ac celebris contentio, quam habui cum mercatore Gallo, in qua ille veritatem confessus succubuit. Vale.



FACVL-

FACVLTAS VISITATORIS SOCIETATIS IESV
In Prouincijs Lusitaniæ.

EGo Ioannes de Brisacier è Societate IESV Visitator generalis Prouinciarum Lusitaniæ, potestate ad id mihi facta à Reuerendo admodum P.N. Generali Gosuuino Nikel, facultatem concedo, vt Elucidarium Sacræ Theologiæ moralis, & Iuris vtriusque à P. Benedicto Pereyra eiusdem Societatis compositum, & grauium, doctorumque hominum nostræ Societatis iudicio approbatum typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Eboræ die 25. Octobris anni Domini 1653.

Ioannes de Brisacier.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padoua.

HAuendo veduto per fede del Padre Inquisitore nel libro intitolato *Elucidarium Sacræ Theologiæ, & Iuris Vtriusque* del Padre Benedetto Pereyra della Compagnia di Giesù, non v'esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per atteſtato del Segretario Nostro niente contro Prencipi, e buoni costumi, concediamo licenza a' Combi, e La Noù di poterlo ristampare, osseruando gli ordini &c.

Dat. li 2. Giugno 1677.

Battista Nani Caualier Proc. Reform.
Leonardo Pesaro Proc. Reform.

Lodouico Franceschi Segr.

IN

INDEX
TITVLORVM
Quibus totum hoc opus continetur, ac diuiditur.

Numerus citatus est marginalis.

LIBER PRIMVS.

De materijs spectantibus ad primam secunda S. Thomæ.

Elucidatio prima.
De vltimo fine hominis.
Sect. 1. De nominibus Christi secundùm Deitatem & humanitatem. num. 1.
Sect. 2. Finis acceptio, ratio, & multiplicitas. 14.
Sect. 3. De concernentibus ad finem. 19.
Sect. 4. De termino. 24.
Sect. 5. Axiomata, phrases & dictiones Theologorum, & Iuristarum de fine & termino. 30.

Elucidatio II.
De beatitudine. 33.
Sect. 1. Nomen, acceptio, ratio, & multiplicitas beatitudinis. 34.
Sect. 2. Concernentia ad beatitudinē. 37.

Elucidatio III.
De voluntario, & inuoluntario. 42.
Sect. 1. Liberum, voluntarium, & inuoluntarium quid sit, & quotuplex. 42.
Sect. 2. Necessarium, coactum, et violentum quid sit, et quotuplex. 49.
Sect. 3. Voluntas, voluntatis actus quid et quotuplex. 56.
Sect. 4. Dictiones, et modi loquendi de prædictis. 60.

Elucidatio IV.
De bonitate et malitia actuum humanorum. 69.
Sect. 1. Quænam sit acceptio, definitio, et diuisio bonitatis et malitiæ. 69.
Sect. 2. Concurrentia ad actus humanos bonos et malos. 75.

Elucidatio V.
De regula bonitatis, et malitiæ moralis, quæ est conscientia. 79.
Sect. 1. Conscientiæ nomen, acceptio, et multiplicitas. 80.
Sect. 2. Voces et modi loquendi de conscientia, præsertim recta. 83.
Sect. 3. De conscientia erronea. 86.
Sect. 4. De conscientia probabili, et improbabili. 90.
Sect. 5. De conscientia scrupulosa. 93.

Elucidatio VI.
De passionibus. 97.
Sect. 1. Passionis nomen, quidditas, et multiplicitas in genere. 98.
Sect. 2. De amore et odio. 101.
Sect. 3. De delectatione et gaudio: dolore et tristitia. 106.
Sect. 4. De timore et audacia. 110.
Sect. 5. De ira et admiratione, spe, et desperatione. 114.

Elucidatio VII.
De virtutibus, vitijs, habitibus. 116.
Sect. 1. Virtutis nomen, ratio, et multiplicitas. 118.
Sect. 2. De vitijs et habitibus. 123.
Sect. 3. De artibus, artificibus, et eorum instrumentis. 128.

Elucidatio VIII.
De peccatis et pænis. 135.
Sect. 1. Peccati nomen, ratio, et diuisio. 136.
Sectio 2. De criminibus in genere et in specie.

specie. 141.

Sect.3. De culpa, & concernentibus ad peccatum. 147.

Sect.4. De pœnis in genere acceptis. 154.

Sect.5. De pœnis in specie acceptis. 160.

Sect.6. Voces & modi loquendi de pœnis. 171.

Elucidatio IX.

De Legibus. 173.

Sect.1. Legis, & iuris nomen, acceptio, & quidditas. 174.

Sect.2. De nominibus legis communissima, & in genere accepta. 179.

Sect.3. Explicatio legis multiplicis veluti in specie. 192.

Sect.4. De nonnullis legibus in indiuiduo. 198.

Sect.5. De concernentibus ad legem. 206.

Sect.6. Voces, & modi loquendi circa leges. 215.

Sect.7. De priuilegio, & concernentibus. 229.

Sect. 8. De priuilegijs quibus fruuntur Doctores. 238.

Sect.9. De lege non scripta, seu consuetudine. 245.

Sect.10. De voluminibus, seu partibus corporis vtriusque iuris: ac vsitato modo leges citandi, & citatas inueniendi. 253.

Praxis.

Referendi loca vtriusq; iuris vt facile citari, & citata inueniri possint. 257.

Elucidatio X.

De regimine Ecclesiastico, seu Ecclesiastica Hierarchia. 261.

Sect.1. Quid sit Ecclesia, & eius Hierarchia. 261.

Sect.2. De gradibus Ecclesiæ quoad iurisdictionem & dignitatem. 265.

Sect. 3. De officijs quæ in Ecclesia nec beneficium, nec dignitatem annexam habent. 279.

Sect.4. De vocibus, multisque alijs concernentibus ad regimen Ecclesiasticum. 283.

Elucidatio XI.

De regimine ciuili, & politico. 293.

Sect.1. Quid sit, & quotuplex regimen politicum. 294.

Sect.2. De gradibus dignitatum maioru in regimine politico. 305.

Sect.3. Magistratus minores, & ministri seu officiales in politico regimine. 313.

Sect.4. Voces, & modi loquendi de regimine politico. 326.

Elucidatio XII.

De regimine Accademico, seu literario. 339.

Sect.1. De regimine literario quoad loca docendo opportuna. 339.

Sect.2. De regimine literario quoad superiores. 342.

Sect.3. De regimine literario quoad superiores. 346.

Elucidatio XIII.

De regimine œconomico. 351.

Sect.1. De œconomia, familia, & domo. 351.

Sect.2. De marito, & vxore. 360.

Sect.3. De parentibus. 364.

Sect.4. De filijs. 372.

Sect.5 de filiorum legitimatione, ad optione, emancipatione, minoritate, & tutela. 379.

Sect.6. De filiorum educatione, & alimentis. 388.

Sect.7. De dominis, & famulis. 394.

Elucidatio XIV.

De verbis, seu vocibus quæ ore proferuntur. 402.

Sect.1. De verbis, seu vocibus in communi acceptis. 402.

Sect.2. De vocibus copulatiuis, & disiunctiuis. 410.

Sect.3. De vocibus limitatiuis, & vniuersalibus. 419.

Sect.4. De distributiuis, aduersatiuis, & importantibus similitudinem. 431.

Sect. 5. De vocibus continuatiuis, & alijs. 444.

Sect.6. De præpositionibus. 455.

Sect.7. De propositionibus. 470.

Sect.8. De figuris locutionis. 473.

Elu-

Elucidatio XV.
De Scripturis. 481.
Sectio 1. De scriptura accepta in communi. 481.
Sect. 2. De Scriptura sacra, & Ecclesiastica. 496.
Sect. 3. De scriptura ciuili, seu laica, seu Ecclesiastica. 496.
Sect. 4. De vocibus, & modis loquendi concernentibus ad scripturam. 505.

LIBER SECVNDVS.
De materijs spectantibus ad secundam secundæ. 519.

Elucidatio I.
De Fide & Spe. 519.
Sect. 1. De fide quoad ipsius speculationem. 520.
Sect. 2. De fide quoad ipsius moralitatem. 529.
Sect. 3. De peccatis contra fidem. 539.
Sect. 4. De vocibus, & modis loquendi concernentibus ad fidem. 550.
Sect. 5. De Spe, Desperatione, & Præsumptione. 558.

Elucidatio II.
De Charitate, & misericordia. 561.
Sect. 1. Charitatis nomen, acceptio, & quidditas. 562.
Sect. 2. De misericordia, & alijs virtutibus charitati affinibus. 567.
Sect. 3. De hospitalitate, hospitibus, hospitijs, & hospitalibus. 571.
Sect. 4. De proximis, pauperibus, & infirmis. 579.
Sect. 5. De peccatis, & vitijs contra charitatem. 592.

Elucidatio III.
De Bello. 601.
Sect. 1. De nominibus belli, & eiusdem consectarijs. 602.
Sect. 2. De ducibus, alijsque primatibus belli, & militibus. 610.
Sect. 3. De armis, & munitionibus. 617.
Sect. 4. De vocibus alijs spectantibus ad bellum. 626.
Sect. 5. De modis loquendi spectantibus ad bellum. 639.

Elucidatio IV.
De prudentia. 647.
Sect. 1. De prudentia secundum se, & eius functionibus. 647.
Sect. 2. De partibus prudentiæ. 651.
Sect. 3. De peccatis, & vitijs contra prudentiam. 656.
Sect. 4. De nonnullis concernentibus ad prudentiam. 663.

Elucidatio V.
De iustitia, & iure communissimè acceptis. 672.
Sect. 1. Iustitiæ acceptio, quidditas, & diuisio. 672.
Sect. 2. Iuris acceptio, ratio, & multiplicitas. 678.
Sect. 3. De dominio quoad essentiam, & multiplicitatem. 684.
Sect. 4. De vsufructu, & vsui quidnam, & quotuplex sit? 691.
Sect. 5. De possessione, & ipsam concernentibus. 703.
Sect. 6. De præscriptione, vsucapione, & exceptione. 715.
Sect. 7. De alijs vocibus, & modis loquendi spectantibus ad iustitiam. 726.

Elucidatio VI.
De bonis, seu fortunis. 736.
Sect. 1. De bonis ac fortunis communissimè acceptis. 737.
Sect. 2. De nonnullis bonis immobilibus in particulari. 752.
Sect. 3. De fluminibus, & spectantibus ad aquam. 767.
Sect. 4. De supellectili, & vasis. 774.
Sect. 5. De vestibus & ornamentis. 782.
Sect. 6. De fructibus, & concernentibus. 793.
Sect. 7. De pecoribus, & brutis alijs. 805.
Sect. 8. De pecunia, monetis, & are. 811.

Sect.

Sect.9. De vocibus aliis, & modis loquendi spectantibus ad bona. 817.

Elucidatio VII.

De seruis. 824.
Sect.1. Seruus quis dicatur, & quotuplex. 825.
Sect.2. De libertate, & manumissione. 832.
Sect.3. De vocibus aliis, & modis loquendi spectantibus ad seruos. 838.

Elucidatio VIII.

De bonis clericorum, siue Ecclesiasticis. 843.
Sect.1. De bonis & spoliis clericorum quasi in genere. 843.
Sect.2. De bonis clericorum quasi in specie. 847.
Sect 3. De vestibus clericalibus, sacris ornamentis, & sacra supellectili. 851.

Elucidatio IX.

De bonis comparatis per venationem, aucupium, piscationem, fodinarum, & thesaurorum inuentionem. 860.
Sect.1. De venatione, aucupio, & piscatione. 860.
Sect.2. De feris. 863.
Sect.3. De thesauro, fodinis, & gemmis. 866.
Sect.4. De metallis. 871.

Elucidatio X.

De iniuriis, & damnis in omnibus bonorum humanorum generibus. 879.
Sect.1. De iniuria, damno, & restitutione. 880.
Sect.2. De iniuria, & damno per homicidium. 897.
Sect.3. De iniuriis post stuprum, raptum, & adulterium. 905.
Sect.4. De iniuriis in fama, & honore per detractionem, & contumeliam. 909.
Sect.5. De aliis concernentibus ad famam, & honorem. 916.
Sect.6. De iniuriis & damno in bonis fortuna per infamiam & rapinam. 924.
Sect.7. De verbis, & modis loquendi spectantibus ad furtum. 931.

Elucidatio XI.

De contractibus in genere. 935.
Sect.1. Quid sit pactum, contractus, acceptilatio, retractus & stipulatio. 936.
Sect.2. Quotuplex sit pactum, & contractus. 942.
Sect.3. De creditore, & debitore per contractum. 947.
Sect.4. De conditionibus, & cautionibus in contractu. 953.
Sect.5. De vocibus & modis loquendi spectantibus ad contractum. 962.

Elucidatio XII.

De promissione & donatione, mutuo & vsura. 968.
Sect.1 De promissione & concernentibus. 968.
Sect.2. De donatione & concernentibus. 972.
Sect.3. De mutuo & vsura. 979.

Elucidatio XIII.

De deposito, & commodato emphyteusi, & feudo: ludo, & sponsione. 985.
Sect.1. De deposito, & commodato. 986.
Sect.2. De emphyteusi & feudo. 991.
Sect.2. De ludo, & sponsione. 1000.

Elucidatio XIV. 1006

Sect.1. Quid & quotuplex sit emptio, & venditio? 1007.
Sect.2. De spectantibus ad emptionem, & venditionem. 1017.
Sect.3. De ponderibus & mensuris. 1024
Sect.4. De locatione & conductione. 1029
Sect.5. De fideiussione. 1037.
Sect.6. De pignore, & hypotheca. 1042.
Sect.7. De censibus, & reditibus. 1047.
Sect.8. De cambiis. 1052.
Sect.9. De societatis contractu & reliquis. 1055.

Elucidatio XV.

De vltimis voluntatibus. 1064.
Sect.1. Quid sit vltima voluntas: quid testamentum, & quotuplex? ibid.
Sect.2. De vocibus aliis, & modis loquendi spectantibus ad testamentum. 1072

Sect.

Sect.3. De testatore. 1075.
Sect.4. De haeredibus. 1082.
Sect.5. De alijs spectantibus ad haeredem. 1086.
Sect.6. De haereditate. 1092.
Sect.7. De vocibus alijs, & modis loquendi. 1097.
Sect.8. De legatis, & fideicommissis. 1103.
Sect.9. De nonnullis spectantibus ad legata. 1111.
Sect.10. De maioribus & capellis. 1117.
Sect.11. De funeribus. 1124.

Elucidatio XVI.

De tempore, & aetate. 1130.
Sect.1. De tempore communissimè accepto. 1131.
Sect.2. De diebus. 1140.
Sect.3. De hebdomada, mense, & anno. 1146.
Sect.4. De spectantibus ad tempus. 1157.
Sect.5. De aetate & conducentibus. 1164.

Elucidatio XVII.

De iudicijs, & iudiciaria correctione. 1168.
Sect.1. iudicium ac iudex quid sit, & quotuplex. 1168.
Sect.2. De spectantibus ad iudicium & iudices. 1177.
Sect.3. De potestate & iurisdictione iudicum. 1183.
Sect.4. De accusatore. 1189.
Sect.5. De testibus. 1197.
Sect.6. De aduocato. 1203.
Sect.7. De reo. 1209.
Sect.8. De foro & lite. 1215.
Sect.9. De alijs spectantibus ad litem. 1220
Sect.10 De causis. 1227.
Sect.11. De actionibus. 1233.
Sect.12. De condictione, & spectantibus ad actionem. 1241.
Sect.13. De indicijs, & praesumptionibus. 1248.
Sect.14. De sententia. 1256.
Sect.15. De appelationibus & grauaminibus. 1262.

Elucidatio XVIII.

De tributis, & vectigalibus. 1268.
Sect.1. De tributis & vectigalibus in genere. 1268.
Sect.2. De tributis & vectigalibus in specie. 1272.
Sect.3. De alijs spectantibus ad tributum. 1277.

Elucidatio XIX.

De beneficijs Ecclesiasticis. 1283.
Sect.1. Quid & quotuplex sit beneficium. 1283.
Sect.2. De spectantibus ad acquisitionem beneficij. 1292
Sect.3. de spectantibus ad amissionem & dimissionem beneficij. 1293.
Sect.4. De quibusdam alijs pertinentibus ad beneficium. 1305.
Sect.5. De simonia. 1315.

Elucidatio XX.

De virtute religionis. 1319.
Sect.1. De religione communissime accepta. 1319.
Sect.2. De horis canonicis, & officio diuino. 1325.
Sect.3 De sacrificio & oratione, 1332.
Sect.4. De diebus festis. 1340.
Sect.5. De decimis & primitijs. 1348.
Sect.6. De voto, & professione religiosa. 1353.
Sect.7. De statu religioso. 1359.
Sect. 8. De iuramento & adiuratione. 1368.
Sect.9. De superstitione, & eius speciebus. 1376.
Sect.10. De irregularitate. 1386.

Elucidatio XXI.

De locis tam sacris, quam prophanis. 1392.
Sect.1. De locis communissimè acceptis. 1393.
Sect.2. De locis sacris in particulari. 1399.
Sect.3. De locis profanis quo ad aedificia. 1406.
Sect.4. De locis quoad vias, & itinera. 1317.
Sect.5. De locis alijs. 1424.
Sect.6. De domicilio, diaecesi, & alijs concernentibus. 1431.
Sect.7. De vocibus locum denotantibus. 1437.

Elucidatio

Elucidatio XXII.

Sect.1. De virtutibus habentibus debitum legale. 1443.
Sect.2. De gratitudine & veritate. 1448
Sect.3. De vindicatione, affabilitate, liberalitate, & æquitate. 1457.

Elucidatio XXIII.

De fortitudine, & fortitudini affinibus. 1463.
Sect.1. De fortitudine, & eius functionibus. 1463.
Sect.2. De virtutibus fortitudini annexis. 1466.

Elucidatio XXIV.

De temperantia. 1474.
Sect.1. De temperantia secundum se, & eius partibus absolutè acceptis. 1474.
Sect.2. De abstinentia, ieiunio, & sobrietate. 1477.
Sect.3. De gula & ebrietate. 1486.
Sect.4. De castitate, & pudicitia. 1496.
Sect.5. De luxuria. 1503.
Sect.6. De continentia, mansuetudine, clementia, & earum oppositis. 1516.
Sect.7. De modestia, humilitate, & oppositis. 1520.

LIBER TERTIVS.

De materijs spectantibus ad tertiam partem. 1527.

Elucidatio I.

De Sacramentis in genere. 1527.
Sect.1. Quid & quotuplex sit sacramentum. 1528.
Sect.2. De spectantibus ad sacramenta. 1534.
Sect.3. De sacramentalibus. 1540.

Elucidatio II.

De Baptismo, & Confirmatione. 1545.
Sect.1. Quid sit Baptismus, & quotuplex? 1545.
Sect.2. De alijs spectantibus ad Baptismum. 1552.
Sect.3. De sacramento Confirmationis. 1557.

Elucidatio III.

De Eucharistia, & sacrificio Missæ. 1564.
Sect.1. De nominibus Eucharistiæ. 1564.
Sect.2. De essentia Sacramenti Eucharistiæ. 1568.
Sect.3. De alijs spectantibus ad Eucharistiam. 1173.
Sect.4. De sacrificio Missæ. 1578.
Sect.5. De partibus Missæ. 1582.
Sect.6. De paramentis requisitis ad Missam. 1590.

Elucidatio IV.

De Pœnitentia, Extrema vnctione, Purgatorio, Sufragijs, & Indulgentijs. 1599.
Sect.1. De nomine, & essentia pænitentiæ qua virtutis. 1600.
Sect.2. De quibusdam alijs spectantibus ad pœnitentiam qua virtutem. 1604.
Sect.3. De Pœnitentia qua Sacramento. 1613.
Sect.4. De spectantibus ad Sacramentum Pœnitentiæ. 1620.
Sect.5. De Extrema vnctione, & suffragijs. 1927.
Sect.6. De Indulgentijs, & Purgatorio. 1635.

Elucidatio V.

De Sacramento Ordinis. 1644.
Sect.1. De Sacramento Ordinis accepto communissimè. 1644.
Sect.2. De singulis ordinibus seorsim acceptis. 1650.
Sect.3. De quibusdam alijs spectantibus ad Ordinem. 1657.

Elucidatio VI.

De Sacramento Matrimonij. 1664.
Sect.1. De sponsalibus, & matrimonio quoad nomina, & essentiam. 1664.


Sect.


Sect.2. De matrimonio, & nuptijs quoad multiplicitatem. 1671.
Sect.3. De bonis, & muneribus, seu donationibus inter coniugatos. 1678.
Sect.4. De impedimentis matrimonij. 1686.
Sect.5. De consanguineis, & affinibus. 1695.
Sect.6. De nonnullis alijs ad consanguineos, & affines spectantibus. 1702.
Sect.7. De diuortio. 1712.
Sect.8. De quibusdam alijs ad matrimonium spectantibus. 1717.

Elucidatio VII.
De censuris. 1723.

Sect.1. De censuris in genere acceptis. 1723.
Sect.2. De excommunicatione. 1730.
Sect.3. De suspensione. 1737.
Sect.4. De interdicto, & cessatione à diuinis. 1743.
Sect.5. De irregularitate. 1750.
Appendix miscellanea ad Elucidarium. 1753.

FINIS.





LIBER PRIMVS
DE MATERIIS SPECTANTIBVS AD PRIMAM SECVNDÆ SANCTI THOMÆ.

Cum in proposito opere, Deo auxiliante, non minùs Theologum, quàm iuris vtriusque prudentem agere constituam, Theologica methodus seruanda, & Principis Theologorum vestigijs insistendum mihi est. At cum Angelicus Doctor in prima parte nullam quæstionem moralem instituat, reseruata omni quæstione morali ad secundam, & tertiam partem: cumque præcipuus suscepti muneris scopus sit elucidare omnes materias morales quæ vel à Theologis, vel à Causidicis tractari solent, ideò, omissa prima parte, secundam, & tertiam destinans à prima secundæ capio exordium.

ELVCIDATIO I.

De vltimo fine hominis.

Finis. Vltimus.

I*Acit fundamenta sui operis S. Doctor sumens auspicium à fine vltimo; nam illud opus auspicatissimum esse solet, quod à fine inchoatur, seu in quo initium & finis amico fœdere copulantur. Cum verò Deus Opt. Max. sit rerum omnium finis verus simpliciter vltimus, & Christus Dominus de se ipso testetur Apoc.* 1. Ego sum Alpha, & Omega, principium, & finis, *magnam huic operi polliceor fœlicitatem quod expositurus finem, & quidquid cum fine connexum est, à Christo exordior, in quo principij, & finis ratio mirificè coniungitur.*

SECTIO I.

De nominibus Christi secundùm Deitatem, & humanitatem.

Alpha, & Omega. Christus.

1 

Voniam huius primæ Elucidationis initium capimus à Christo ducti citatis ipsius verbis: Apoc. 1. *Ego sum Alpha, & Omega, principium & finis*, huiusmodi nuncupationem, quæ ad Christi Deitatem peculiariter spectat, ante omnia expediri oportet. Igitur vocatur Deus *Alpha*, & *Omega*, quia sicut apud Græcos in litteris elementaribus *Alpha*, totius alphabeti principium, & *Omega* finis est, ita Deus rerum omnium principium, & finis, nempe causa efficiens, & finalis habetur: idque innuitur Isaiæ 44. *Ego primus, & ego nouissimus*. Est autem *Alpha* prima inter litteras (teste Plutarco dec. 9.) quòd prima vox naturalis dearticulata per *Alpha* redditur: ideoq; pueri nascentes eam vocem primò emittunt; quia vox est mirè simplex, quæ nec linguæ requirit auxilium, sed ea subiacente per spatium effertur.

2 Cum verò Deus (vt ad reliqua nomina exponenda progrediamur) vel accipiatur secundùm se, vel in ordine ad creaturas, varijs nominibus vtranque acceptionem designantibus insignitur. Imprimis est illud sublime, & Sacrosanctum *Iehouah* nomen pro quo sæpè *Adonai*, interdum *Eloim* dicimus, vt eo suppresso & tanti nominis, & præcipuè Dei ineffabilitatem ostendamus *Deus enim* (inquit Plato in Parmenide) *neque nominari, neque dici, neque cogitatione, comprehendi, neque ab vllo ente sentiri potest*. Abstinebant igitur Hebræi non Sacerdotes à tanto nomine pronunciando, vt indicarent esse summè venerabile, tanquam nomen Dei primarium, proprium, essentiale. Significat enim (vt ait Corn. à Lapid. in Exod. cap. 6. num. 3.) ipsam immensam essentiam, & maiestatem Dei incomprehensibilem, & ineffabilem, à quo cætera omnia promanant. Huius autem (inquit Arias Montan. lib. de arcano serm. cap. 2.) nominis ædificatio, quamquam maxima, arcana

Iehouah nomen ineffabile.

Misericordia ipse Deus.

cana & veneranda magis fit, quàm explicanda, tamen quantum nobis assidua obseruatione cognoscere contigit, ad constantiam firmitatemque naturæ, & misericordiæ promittendæ atque tribuendæ notationem spectat, itaut Deum eius naturæ esse indicet, quæ æterna, constantissima, omnisque mutationis, & varietatis expers sit: eademque natura inexhausta ad miserendum. Ex quo magnum solatium, & certam spem obtinendæ veniæ debent peccatores concipere, intelligente, Deum ita esse ad miserendum suapte natura pronum, vt eodem nomine propriam essentiam, & misericordiam significari voluerit, quasi vnum sine altero rectè explicari nequiuerit. Hoc nomen videtur coincidere cum illo, quo se Deus appellauit, loquens ad Moysem. Exod. 3. n. 14. *Sic dices filij Israel, qui est misit me ad vos*. Nam *Iehouah* (inquit Masius apud Corn. cit.) idem est, quòd qui ab æterno existit, ipseque sibi essentia est, & à quo pendet rerum omnium essentia.

Tetragrammaton. 3 Præterea nomen hoc *Tetragrammaton*, seu quadrilitterum (quantum ex citato Cornel. & Azor. 2. p. Inst. moral. l. 1. c. 10. q. 1. collegi) symbolicè significant sacrosanctum mysterium Trinitatis simul & Incarnationis. Prima enim littera *Iod* quæ est principium numeri denarij, significat primam personam, nempe Patrem, secunda *He* significans essentiam, seu substantiam, denotat Filium, qui & Patri consubstantialis est, & per quem creaturæ omnes essentiam acceperunt: imò eadem repetitur, tum quia in Filio datur duplex respectus, alter ad Patrem, alter ad Spiritum S. tum quia in eodem per Incarnationem est duplex natura, diuina & humana. Denique *Vau* significans copulam, seu nexum rectè indicat Spiritum S. qui copula, nexus, & amor notionalis est Patris, & Filij. Cum verò Hebræi soleant, scribere huiusmodi nomen per triplex *Iod* cui subijciunt *Camets* intra circulum, fit vt essentiæ vnitas repræsentetur vnica vocali *camets* imò Personarum Trinitas, & essentiæ vnitas, per eandem litteram *Iod* ter repetitam. Vnde ad illud Exod 6. nu. 3. *Nomen meũ Adonai nõ indicaui alteri*, in quo loco scriptum est *Iehouah*, & de more pronunciatur *Adonai*, vertit Græcus scholiastes: *Non indicaui eis nomen Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*. Demum obserua illos miserè decipi, qui putant *Iehouah* seu *Ieua* per crasim, Iouem, vel ab Hebræis vanum Iouis cultum in gentiles promanasse: quos proinde inscitiæ coarguit S. August. l. 6. de ciuit. cap. 6.

Trinitatis mysterium.

Adonai nomen Dei. 4 Sicut nomen *Iehouah* vel *Iechoua* (notat Villalpan. in c. 28. Ezech.) significat essentiam Dei in se, seu ad intra, sic *Adonai* significat eandem ratione operum ad extra: inde est quòd Prophetæ vtranq; soleant connectere, quando dicunt: *Hæc dicit Dominus Deus*, Hebraicè *Adonai Iehouah*: nempe *Iehouah* Deus maiestatis in se, *Adonai* idest Dominus ac sustentator omnium creaturarum, quas produxit. Quamuis in plurali sit *Adonai*, & idem valeat, atq; *Domini mei* iuxta Rupert. & Burgen. ad locum cit. Exodi. Similiter sicut nomen *Iehouah* significat Deum vt est in se, ex se, & per se, ita nomen *Iah* ab illo deductum, & quasi contractum habens illius duas primas litteras *Io* & *He*, significat Deum quatenus dat rebus alijs vt sint: quod Aristoteles primam causam nuncupat. Vsurpat autem S. Pagina hoc nomen in rebus lętis & prosperis, vt quando pro acceptis à Deo beneficijs referuntur grates, Deique laudes decantantur in Psalmis, & Canticis. Quia (vt aduertit Arias Montan. de arcano serm. c. 2.) sicut nomen secretissimum *Iehouah* ad promissam & præstandam misericordiam refertur, atq; vt tessera salutis ac felicitatis à Deo obtinendæ humano generi traditum est, sic nomen *Iah* ad res iã ipso euentu spectatas, & confirmatas, atq; ad exhibita iã Dei beneficia monstranda vsurpari solet. *Iah nomen Dei.*

5 Cum verò Deus (teste Azorio p. 2. l. 1. c. 10. q. 5.) vniuersitatem hanc rerum mirabiliter ex nihilo cõdidisset, vocatus est *Elohim* idest iudex: quia singulis, dedit sapientissimè vires suas, facultates conferens vniuersis congruentes. Adde ex Montan. cit. cognomẽtum hoc eam vim, authoritatem, atque efficientiam significare, quam nobis Latina illa nomina, *Conditor*, *Rector*, *Gubernator*, *Princeps*. Vnde Psal. 96. *Quoniam rex omnis terræ Elohim*, psallite sapienter, regnauit *Elohim* super gentes. Est etiam nomen *El* quo appellatur Deus ob infinitæ suæ fortitudinis, atque efficacitatis excellentiam. Nam sacri scriptores per hoc nomen eam tribuunt Deo vim & fortitudinem, quam homini inesse negant. Sic Isaias 31. conferens fortitudinem diuinam cum humana. *Aegyptus* (inquit) *homo est & non Deus; Adam, & non El*. Ex quo in Hebraico sermone illud percrebruit, vt quoties integra ad aliquid agendum vis, & facultas cuipiam inesse dicitur, nomen *El* etiam cum manu coniunctum vsurpetur. Genes. 31. 33. *Elohim nomen Dei.* *El nomen Dei.*

6 Item appellatur Deus *Sadai*, hoc est sufficiens, copiosus, abundans & plenus: seu potiùs in abstracto sufficientia, abundantia, copia, plenitudo. Cum enim in artifice creato naturalis vis & potentia ad agendum secernatur à facultate, seu copia: nam hæc denotat materiam, & quandam vim instrumentorum, illa formæ virtutem, & quandam artis peritiam, ideoque altera pars ipsi artifici inhæret, altera ab extrinseco petitur: in Dei tamen simplicissima, & immensa natura re ipsa coniuncta inseparataque sunt. Etenim Deus vt ad agendum habet virtutem, efficaciamq; in se ipso integerrimam, sic & facultatem plenissimam, ita vt neque vlla præcedenti materia in rebus moliendis indigeat, neque instrumentum aliquod postulet, quo ad perficiendum iuuetur. *Verbo Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum*. Psalm. 32. Non multum discrepat cognomentum aliud: nempe *Sabaoth* quod sublimi & arcano *Iehouah* nomini ab Anna Samuelis matre pri- *Sadai nomen Dei.* *Sabaoth Dei cognomen.*

primum ad iunctum ab omnibus fere prophetis fuit deinde crebro repetitum, idem valet atque Dominus Deus exercituum : sic enim non vnico, sed multiplici exercitu instructus, & munitus significatur tam potens ad operandum, vt quidquid decernat, siue pro ferendo amicis auxilio, siue pro inferenda hostibus vindicta, facillimè expedire possit. Vnde Isaiæ 1. Deus exercituum dictus.

Agios Deus Sanctus.

Deus

Kados Deus.

Denique cognominatur Deus per antonomasiam Græcè *Agios* Latinè *Sanctus* Hebraicè *Kados* Id verò apud Hebræos (teste Aria Montano c.2.) *Kados* dicitur, quod à vulgari vsu, & consuetudine propter singularem aliquam vel virtutis vel vitij notationem semotum est,ita vt naturæ, vel muneris, vel exercitij quadam insigni obseruatione atque nota distinguatur. Quare cum Deus *Sanctus* nuncupatur, ab omni creatæ Sanctitatis ratione seponitur : vt cum Dei nomen significat perfectionem maximam, adiunctum *Kados* ipsi præcipuam eminentemque adscribat, & ab omni imperfectione segreget, quę vel creatis aliqua ex parte inest, vel ijs etiam, quos vana superstitio pro dijs coluit : cum multa monstrosa vitia Dijs suis delusa olim antiquitas effinxerit. Vnde illud 1. Sam.2. *Non est Sanctus vt est Dominus; & non est Deus sicut Deus noster.*

Christus quod vnctus.

7 Hactenus de nominibus Christi quoad præcisam Deitatem. Vt prosequamur quæ illi competunt vel quoad humanitatem, vel quoad vtranque naturam, venit obuiam nomen *Christus*. Hoc deducitur à Chrismate nomine Græco quod sonat vnctionem: vnde Christus Græcè, est Latinè vnctus, & fuit apud Hebræos nomen commune regibus, & sacerdotibus: nam qui ad regnum vel sacerdotium euehebatur, chrismate vngi solebat. De regibus habetur Isaiæ 45. *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro*. De sacerdotibus. Psal. 104. *Nolite tangere Christos meos*. Vberiorem explicatum huius vocis quære apud Lactan. lib.4. diuin. instit. cap. 7. Illud pro comperto habemus Seruatorem nostrum antonomaticè vocari Christum, quia rex & sacerdos est chrismate vnctus, nempe septem donis Spiritus Sancti plenissimè imbutus, sed præcipuè vnione hypostatica inter Verbum & humanitatem,vt ad illud Matth. 16. *Tu es Christus Filius Dei viui*, rectè notauit Corn. à Lap. *Tu es Christus siue Messias idest vnctus à Deo vnctione gratiæ vnionis hypostaticæ cum Verbo, & hoc ipso consecratus summus orbis Pontifex, & Rex.*

Chrisma.

Christiani.

Quod verò Christus à chrismate, & Christiani à Christo denominentur, testatur ius canonicum *cap.1.de sacra vnctione §. quia verò.* vbi sic: *Christus a chrismate dicitur, vel potius a Christo dicitur chrisma; non secundùm nominis formam, sed secundùm fidei rationem. A Christo verò Christiani dicuntur tamquam vncti deriuentur ab vncto: vt omnes concurrant in odorem illius vnguenti, cuius nomen oleum est effusum.* Eiusdem prorsus significationis est nomen *Messias* nam quod apud Latinos vnctus, apud Græcos *Christus*, apud Hebræos *Messias* est. Vnde illud Andreæ Apostoli præ gaudio exultantis Ioan. 1. *Inuenimus Messiam, quod est interpretatum Christus.*

Messias.

Emmanuel Christus.

8 Est aliud non minus præcipuum Seruatoris nomen *Emmanuel* quod Hebraicum est vltima acuta, & redditur Latinè *Nobiscum Deus*: scilicet quia per virginem Deus natus hominibus in carne apparuit. Et quanuis Saluator non fuerit vulgo appellatus Emmanuel, sed Iesus, cum de vtroque extiterit vaticinium, Isaiæ 7. *Vocabitur nomen eius Emmanuel*, & Gabrielis Lucæ 2. *Vocabis nomen eius Iesum*: causam discriminis rectè assignat Viegas in Apoc. 12.sect. 15. n.7. quia *Iesus* fuit nomen proprium, seu nomen impositionis, vt vocant; at *Emmanuel* fuit nomen naturæ, sicut *homo* respectu *Petri*: significat enim *nobiscum Deus*, hoc est Deus homo, dispositum videlicet ineffabile duplicem habens naturam, diuinam & humanam, quod solius Christi est. Accedunt Patres, Chrys. lib. de Incar. c.2. Iustinus Martyr in quæst. ad Orthod.q.131.Tertul.lib.3. contra Martion. cap. 12.& Lactan.lib.4.de vera Sap. c.12. ex quibus Azor.p.2.l.1.c.10.q.5. ad finem rectè colligit voluisse Isaiam declarare quinam futurus esset Christus, non qui vocandus. Eodem modo idem Isaias c. 1. dixerat de Hierusalem: *Postbæc vocaberis ciuitas Iusti, vrbs fidelis.* & cap.60. *vocabunt te ciuitatem Domini Sion Sancti Israel.* Non quòd eo nomine appellanda esset, sed quòd talis futura esset vt sic meritò appellari posset.

Iesus Christi nomen.

9 Verùm genuinum, & proprium Christi nomen, ipsi in Circuncisione impositum fuit *Iesus* nomen quod superat omne nomen, *vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium & infernorum* Apost.ad Philip. 2. notatur per glos. *Iesum, in extrau. cum inter monachos*. Est nomen Hebraicum quod vertitur Græcè *Soter* Latinè *Saluator*. Vnde Angelus ad S.Iosephum Matt.1. *Vocabis nomen eius Iesum; ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum*; Et act.4. n. 12. *Non aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri*,notatur per Gloss.*Iesu* cap.2. *de immunit.Eccles.* Extat illud Claudiani alioquin gentilis apud S.August.lib.5.de Ciuit. Dei,

Soter quod Saluator.

Regnantem Dominum iam lingua fatetur Iesum,
Nomine quo fundata salus stat nostra, fidesque
Nititur, æterna tendens in sæcula vitæ.

Deducitur nomen *Iesus* à verbo Hebræo *Iossa* quod scribitur in fine per litteram *Ayn* & significat saluum facere. Si nominis huius symbolicam significationem perscrutemur, necesse erit simul diuersam eius orthographiam rimari. Nam si scribatur (vt passim fit) tribus literis sub vnico apice, seu titello, sic:

Iossa.

IHS, significat mysterium Trinitatis, nempe tres personas in vna essētia, vt videre est apud Ioan. Ianuensem in sua summa v. *Iesus*. Si verò magis contrahatur, seu minuatur sic *Ib* significantur mysticè 318. illi vernaculæ, quibus cū, de quinque regibus triumphauit Abram, vt testatur Serarius l. 1. Iosuæ c. 2. q. 11. apud quem videre est, an rectè scribatur *Ihesus*, & *Hiesus*. Cum verò prædixerit vna ex Sybillis l 1. carm. Sybill. in nomine Messiæ continendum esse, & significandum numerum, *Octingenti octoginta octo*, noster Viegas in Apoc. c. 13. sect. 1. nu. 5. doctissimè immoratur in ostendendo prædictū numerum in hoc nomine *Iesus* Græcè scripto, singulis characteribus partes eiusdem designantibus significari, & eleganter inculcat quod per talem numerum misticè designetur.

Iesus nullus fidelis vocatus.

10 Illud obserua ex Serario citat q. 18. post Christum natum & appellatum *Iesum* neminē, si vnum vel alterum ex Turcis excipias, ausū fuisse appellari Iesum: sicut enim fideles, ob detestationem à nominibus *Iudas, & Lucifer*, ita ob summam venerationem à Sacros. nomine *Iesus* imponendo & accipiendo reuerenter abstinuerunt. Nā si apud Athenienses lege cautū fuit, ne seruorum quispiam *Harmodius*, & *Aristogiton* vocaretur, teste Gellio lib. 9. c. 2. *Ne hæc ipsa eorum nomina* (inquit) *quæ publicè velut libertati deuota viderentur, seruorum cuiquam à quoquam inderentur*. Illi enim duo strenuissimi ciues interfecerant Hippiam tyrannum, populūq; in libertatem asseruerant. At quæ libertatas augustior quā quæ per Iesum toti orbi cōparata fuit? Qui tyrannus horribilior quā Diabolus, è cuius immanissima seruitute mortales in libertatē filiorū Dei asserti? Nō fuit tamen cōtra tāti nominis reuerentiā, imò nec præter consuetudinem, vt ab eo in aliquos promanaret denominatio. Nam fideles olim (vt testatur Epiphan. hæres 29.) sicut à Christo cæperunt Antiochiæ vocari Christiani Act. 11. ita in alijs locis à Iesu sunt appellati *Iessæi*. Est & congregatio Iesuatorum, quos sub patrocinio Sedis Apostolicæ suscepit Martinus V. varijq; Pontifices exceptionibus & priuilegijs ornarunt, vt habetur *Extrau.* Gregor. 13. & in *Extrau. Spectamus*. Demum homines SS. Religionis meæ, quā *Societatem Iesu* Gregor. XIV. in constit quæ incipit, *Ecclesiæ catholicæ* edita 27. Iunij anno 1591 appellari præcepit, & Trid. sess. 25. cap. 16 appellat, vulgus amans in appellationibus breuitatem, & sermonis compendium, Iesuitas vocat. Hæc enim Societas (vt rectè docet Suar. to. 4. de relig. tr. 10. c. 1. n 4.) in hunc finem peculiariter congregata est, vt pro salute animarum Christo cooperetur. Quidquid tabescentes inuidia oblatrent, siue Catholici praui, siue hæretici impij; inter quos Chemnitius eò deuenit impudentiæ, vt scripserit, Societatis homines appellari Iesuitas, idest manifestos hostes Iesu, non secus quā Imperatores Asiaticos & Africanos, ex eò quòd Asiā & Africam hostiliter deuastauerant. Eius tamen audaciā cōpescuit Iacobus Payva Lusitanus lib. 1. vbi pro Societate, eiusque nomine feliciter decertauit.

Harmodius. Aristogiton

Iessæi Christiani Iesuati homines.

Iesuitæ.

Heretici contra Iesuitas.

11 Appellat Christum frequenter Ioannes Apost. *Verbum* Euang. 1. *Verbum erat apud Deū: Verbum caro factum est*. Apoc. 1. *Testimoniū perhibuit verbo Dei*. Expressius c. 19. *Et vocatur nomen eius verbum Dei*. Nam assumente diuino Verbo humanitatem, coaluit ineffabile cōpositum Christus, qui proinde essentialiter verbum esse, & dici debuit. Quod verò secunda Persona in diuinis propriè, ac rigorosè dicatur Verbum, est indubitata sententia, quam vt certam in Theologia defendunt Suar. lib. 9. de Trin. c. 2. & Vasq. 1. p. disp. 141. c. 3. ex SS. Patribus Cyrillo Alex. lib. 7. Thes. c. 5. Anselmo id Monol. c. 46. August. Hieron. & alijs, imò ex ratione verbi, quod à Theologis in hunc modum definitur: *Verbum est quidpiam ad rem significandam locutione productum*. Quam definitionem simul & triplicem ad verbum requisitam conditionem apprimè quadrare in secundam Trinitatis Personam, ostendi tract. de Trin. q. 9 ar. 1. Hinc est quòd Christus appelletur *Imago Dei inuisibilis*, ad Hebr. 1. similiter *Os Dei* Hier. 15. *Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris*. Vbi Galatin. 3. de arc. cath. verit. c. 2. per *os* intelligit Christū. Itē *Facies Patris* ex interpretatione eiusdē Galatini cit. c. 12. ad illud Malach. 3. *Ecce ego mitto Angelū meū, qui præparabit viam ante faciem meā*. Sicut enim cognita imagine, ore, & facie hominem cognoscere solemus, ita Patrem cognouimus per Christum. Dignum certè admiratione est, quòd cum ex parte verbi assumentis tam præclaris nomenclaturis decoretur, se crebrò appellauerit *Filium hominis* Io. 3. & sæpè alibi, manifestās humiliter naturam infinito interuallo distantem à diuina, imo paulò minoratā ab Angelis. Tertul. lib. de carne Christi, & Irenæus l. 3. contra Valent. c. 21. existimant Christum sic appellari, ad distinctionem Adami: nam verus homo est, & carnem accepit nascendo: non sic Adamus qui licèt verus homo fuerit, tamen filius hominis non fuit, quia carnem non accepit nascendo. Addo huiusmodi cognomento sæpius repetito delectari Dominum ex ardentissimo amore erga homines, vt se eorū fratrem profiteretur ille, qui ab Apostolo vocatur *Primogenitus in multis fratribus*. ad Rom. 6. iuxta illud Ps. 88. *Et ego primogenitum ponā illū, excelsū præ regibus terræ*. Ex quo habuit ortū cōsuetudo olim inter Christianos, vt se fratres vulgo appellarēt, authore Clemēte Alex. l. 5. Strom.

Verbum Christus.

Verbum quid sit.

Imago Dei. Os Dei.

Facies Dei Christus.

Filius hominis Christus.

Primogenitus Christus.

12 Prætereà Christus in sacris literis vocari solet *Amen*. hoc est veritas, & veracitas ipsa, seu fidelis & verax, vt late probat Valle de Ensal. lect. 2. c. 14. n 9. Habetur expressè Apoc. 3. *Hæc dicit Amen, testis fidelis & verax*. Consonat Vaticinio Isaiæ 65. *Qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo, Amen, & qui iurat in terra, iurauit in Deo Amen*. Vertunt 70. In Deo

Amen. Christus.

Veritas Christus.

fideli

Fidelitas Christus. fideli & veraci. Intelligit Christum S.Hilarius lib.5.de Trin. Nam dictio *Amen* est Hebrea quæ pullulat à radice *Amen.* idest credere: quia verò fides habet adiunctam fidelitatem & fidelitas veritatem, ac stabilitatem, fit vt significet etiã fidelẽ, veracem, & stabilem esse. Apud iuristas vox *Amen* idem valet atq; sine defectu. Nã Io:Andr.& Hugo. in *cap. & si Christus*, quos citat & sequitur Barb.tract.de diction.dict.29.affirmant esse vocem compositam ab *A* quod est sine, & *mene* quod est defectus. Nõ semper ponitur loco nominis, sed interdum est aduerbium consentientis. Sic cap.te vera de consecr. dist.2 & idem sonat atque in veritate, revera, ita est, iuxta Archid.in proœm.lib.6. & Bertaz. de instr.claus.1.glos.1.n.3.vbi addit quod in diuinis officijs interpretatur *fiat*, & est populi responsio. Quia non solum significat verè, certè, etiam, vt patet ex illo Genes.18. *Num Amen pariturа sum anus*, & est aduerbium certificantis, vt in Euang. *Amen amen dico vobis.* sed etiam optantis, Deut.27. Hebraicè *Dicet omnis populus Amen.* 70. fiat.

Amẽ apud iuristas.

Mene idest defectus.

13 Denique vt multa paucis dicamus, Christus tum pro innumeris prærogatiuis, quibus ab Aeterno Parente cumulatus fuit, tum pro varijs muneribus, seu officijs, quæ incensus charitate hominum pro eorum reparatione obiuit, multiplici cognomẽto decoratur. Dicitur enim *Lapis angularis* ad Ephes.2. *Petra* 1.Corin. *Rabbi* idest magister 10.Io:6. *Adam nouissimus* in *Clem. de sum.Trin.cap.1. Testis fidelis primogenitus mortuorum & princeps regum terræ*. Apoc.1. *Primogenitus omnis creaturæ*. Colos.1. Caput vniuersi & primus prædestinatorum. Eccl.24. *Rex regum* & Dominus dominantium. *In Clem.Pastoralis de re iudic.* Caput Ecclesiæ ad Eph.1. Caput omnis Principatus & Potestatis ad Colos.2. *Lux vera*, Ioan.1. *Sol iustitiæ*. Malach. 4. *Signum contradictionis*. Luc.2. *Mamilla Patris*, Clem. Alex. l.1.pædag.cap.6. *Electrum* Ezech.1. *Clauis & claiger Dauid*, Apoc.3. *Agnus dominator terræ*. Isaia 16. *Angelus ab ortu Solis ascendens*, Apoc.7. Adamas & Carbunculus in manu Patris, Amos 7.& Isaiæ 54. Locus munitionum Zach.9. Propitiatio, seu aureum propitiatorium, Ad Rom.3. Ecclesiæ murus & antemurale Isaiæ 26 *Nazaræus* idest floridus, seu flos de radice Iesse Isaia 11. Gloria, & decor Patris. Isai.35. Homo cæleſtis 1.Corin.15. *Brachium Patris*, Io.12. Leo de Tribu Iuda Apoc.5. Pastor bonus, Ioan.11. Angelus testamenti, Malach.3. Magni consilij Angelus per 70.apud Isaiam c.9. vbi legitur, *Vocabitur Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis.* Superſedeo numerandis alijs, subactus rei difficultate: cum facilius sit littoris arenas, & cœli sydera recensere, quàm Christi prærogatiuas & nomina, vt poteqυæ omnem numerum excedunt.

Christi nomen multiplex.

Lapis angularis.

Rabbi magister.

Caput Ecclesiæ.

Sol iustitiæ

Mamilla Patris.

Propitiatio

Nazaræus Christus.

Brachium Patris.

SECTIO II.

Finis acceptio, ratio, & multiplicitas.

14 Elucidatis nominibus Christi Seruatoris, qui tamquã rerum omnium principium & finis aptè atque fæliciter suppeditauit materiam operi quod à fine orsum capit: vt acceptionem, rationem & multiplicitatem finis elucidemus, apud Latinos accipitur *Finis* pro termino, & extremitate cuiusq; rei, & est id in quo vnaquæq; res terminatur, & à Græcis *Telos* dicitur. Est autem multiplex vsus huius dictionis sub eadem significatione: nam dicitur finis terminationis, vt pratũ dicitur finiri vbi terminatur, & linea finiri puncto extremo: in qua acceptione Sphæra dicitur nec principẽ, nec finẽ habere. Sic accipitur à Legistis, apud quos principum rei dicitur à parte superiori: inferior autẽ pars ad quam descendit cursus aquæ, dicitur finis arg. *l.1.ff.de aqu.pluu.arc.* Barb.in *l.3.ff.de fur.* In eodem pene sensu idẽ valet finis atq; limes, seu terminus agri, districtus, vel regionis. Tacitus lib.26 *Apud finem Ligurum id temporis erat.* Sic recipitur à Canonistis, *c.quia indicãte de præscript.* vbi statuitur fines prædiorũ Ecclesiasticorum 40.annorum spatio præscribi: itẽ quæstionẽ finiũ, agrimensoris iudicio terminari debere.

Finis acceptio.

Finis.

Telos.

Terminus.

Limes agri

15 Dicitur etiam finis consummationis: vt domus dicitur finita, quando consummata & absoluta: vestis finita, quando ita consuta, vt indui possit, dicitur finis adiectionis: vnde finitum idem valet atq; adiectum, iuxta gl. *l.Naturalis*, *§.At cum do.ff.de præscript.verb.* Dicitur finis cõsumptionis vt v.g. candela tunc dicitur finita, quando consumpta est: & quælibet res tunc dicitur finiri, quando omninò deficit, vel extinguitur. Sic de Priamo Virg. Aeneid. 2. *Hæc finis Priami fatorum*. Vnde in iure ciuili lis vocatur finita, quando extincta: finitur autem tripliciter, nempe sententia, transactione, & iureiurando, vt habetur *l.1.ff.de iureiur.* In hoc sensu finis & mors in idem recidũt. *Authen.de nuptijs §.Deinceps.* Similiter finis & calx pro eodem accipiuntur, ex eo quòd calx sit extrema hominis pars. Sic in iure ciuili *C.de pa'atinis, l.palatinos, lib.12.* In iure canonico sumitur calx pro præmio bonorum operum, vel ad vitam æternam *Gloss.ad calcem in cau. Si enim § impossibile est, De panit dist.2.* Deniq; dicitur finis intentionis, & est id quod ab agente intenditur. Sic artifices vocant finem id, ad quod omnia referuntur, & cuius gratia cætera fiunt: vnde finis medici est curare, finis oratoris appositè dicere, finis benè viuentis virtus, & virtutis beatitudo, vt videre est apud Sypontinum in Corn.col.743. nu.10. Frequens est huiusmodi acceptio inter iuris vtriusq; professores: nam qui in ciuilibus vocatur finis debitus idest iustus, in spiritualibus, ac præsertim matrimonialibus causis *finis canonicus* dicitur. Sic habetur, *vt lite non contestata cap. Accedens 2.* licèt aliquando promiscuè fiat. In

Finitum quod adiectum.

Lis finita.

Mors pro fine.

Calx pro fine.

Finis intẽtionis.

Canonicus finis qui.

hoc ſenſu dicitur finem eſſe ſpectandum, *Gloſs. ab initio in c. ſcientes de cenſibus*. Dicitur finem prohibito cenſeri prohibitam viam, per quam ad talem finem intenditur, *c. 2. de conſſ. præben. in 6.* Dicitur finem cæleſtium præceptorum eſſe charitatem, *de pœnit. diſt. 12. §. chariras ex Apoſt. ad Tim. 1.*

Finis definitio.

16 Hæc vltima acceptio, in qua finis recurrit cum intento, locum habet in Philoſophia, & Theologia. Nam ab Ariſt. 2. Met. c. 2 finis definitur *Id quod non eſt alterius gratia, ſed cuius gratia reliqua.* Vndè benè notat Suar. in 1. 2. diſp. 1. lect. 6. n. 1. duo compellere fini, alterum vt propter ſe ametur, in quo includitur negatio ordinationis eius ad aliud: & vt ſic omnis finis formaliter, ſeu qua finis acceptus, vltimus eſt: alterũ, vt alia propter ipsũ amentur. Quibus nõ obſtantibus, Suar. cit. rectè colligit ex S. Th. 1. 2. q. 1. ar. 4 & Ariſt. 2. Phyſ. c. 3. diuiſionem finis in vltimum & proximum, ſeu intermedium: finis *vltimus* eſt ille, qui propter ſe, & nullius gratia expetitur: ſeu in cuius adeptione quieſcit voluntas. Finis *proximus* eſt ille qui habet ſpecialẽ bonitatem de ſe amabilem, ita tamen, vt in aliũ finem ordinari, & propter alium etiam amari ſoleat: atq; adeo ille eſt qui ita appetitur propter ſe, vt in eo adepto non quieſcat voluntas, ſed vlterius illum ordinet ad aliud. Explicatur exemplo: appetit æger ſanitatem, bonam quidem in ſe: ſi in eius adeptione quieſcat omninò voluntas appetentis, ſanitas eſt finis vltimus reſpectu illius: ſi verò ſanitatem ordinet ad ſtudium, ſanitas manet finis proximus & intermedius. Quidquid in oppoſitum doceat Vaſq. 1. 2. diſp. 4 c. 2. affirmans nullũ finem eſſe proximũ & intermedinm, ſed omnes eſſe vltimos. Finis *vltimus* dupliciter ſumitur, vel poſitiuè, & eſt ille, in quem ex ſua natura tendunt omnes actiones, ipſe verò ad nullum finem ordinatur: vel negatiuè, & eſt ſolum in aliqua ſerie vltimus, & ex intentione agentis ad nullũ alium ordinatur, ex ſe tamen ordinabilis eſt. Huc ſpectat doctrina Philoſ. lib. 2. mag. mor. docentis finẽ vltiſſium vel eſſe imperfectũ, & eſt ille, cuius aduentu alium inſuper deſideramus, vel eſſe perfectũ, & eſt ille cuius acceſſu nullo nobis opus eſt: & iuxta eundem Philoſ. 1. Eth. c. 4. recurrit cũ fine ſimpliciter vltimo, ſeu felicitate. Hæc enim ſic definitur: *Eſt ſummum, atque perfectum hominis bonum, quod eo ipſo quod eſt ſummum, eſt bonum perfectum, atq; ſufficiens.* Finis ſimpliciter vltimus adhuc eſt duplex, alter verus qui poſſeſſus verè ſatiat appetitũ & eſt vnicus, nẽpè Deus, qui ſolus appetitum creaturæ rationalis ſatiare poteſt: alter ſalſus & apparẽs: qui ſalsò & apparẽter ſatiat appetitũ: & tam multiplex eſt, quàm multiplex hominum à vero deerãtiũ cupiditas.

Finis multiplex.

Vltimus finis. Proximus finis.

Vltimus finis

Felicitas.

Finis ſimpliciter vltimus.

Finis multiplex.

17 Ne verò finis ignoratio, quæ veteres Philoſophos multis erroribus implicuit, recentes inuoluat, multiplicem aliam finis diuiſionem paucis & perſpicuis verbis inſequamur. Diuiditur 1. ab Ariſt. 2. de anim. c. 4, in finem (cuius) & finem (cui) Finis (cuius) eſt id cuius aſſequendi gratia aliquid fit; vt ſanitas, quam vt comparet ægrotus, medicamentum ſumit. Finis (cui) eſt id in cuius gratiam fit aliquid, vt ægrotus, cui ſanitas procuratur. Diuiditur 2 ab Auerroe 4. lib. de cœlo commen. 22. in finem generationis & finem rei genitæ: ille eſt forma, quæ per generationem inducitur: hic eſt operatio, cuius gratia vnumquodque eſſe dicitur.

Finis cuius & cui

Diuiditur 3. à S. Th. 3. cõtra gen. c. 18. in eum qui fit: & eum qui obtinetur. Finis qui fit, non præexiſtit actioni agentis, ſed ab eo efficitur, vt forma materialis: finis qui obtinetur, præexiſtit actioni, & ſolũ intẽditur quod coniunctionem, vel aſſimilationem, vt Deus amandus, & poſſidendus. Diuiditur 4. à Suario 1. 2. diſp. 1. lib. 6. n. 9. in finem, quæ eſt operatio tantum, vt cõtemplatio, & in finem qui eſt effectus reſultans ex operatione, qualis eſt domus, quæ data ædificatione inſurgit. Ex hac diuiſione oritur ſubdiuiſio in finem qui eſt adeptio, & finem, qui eſt res adepta: ille dicitur finis formalis, & finis (quo) hic dicitur obiectiuus, & finis (qui) Exemplũ vtriuſq; eſt viſio, & Deus viſus. Nam viſio eſt adeptio, qua cõparatur Deus, qui res eſt adepta.

Finis (quo) & finis (qui)

Diuiditur 5. ab Auicen. 6. Met. c. pen. in finem qui eſt forma in patiente, qualis eſt ſubſtantialis producta per actionem tranſeuntem: & in eum qui eſt forma in agente, qualis forma accidentalis de genere qualitatis producta per actionem immanentem. Diuiditur 6. à Medin. 1. 2. q. 18. a. 1. 4. in finẽ operis & operãtis: *finis operis* eſt ille ad quem opus natura ſua accommodatum, ordinatum eſt, vt domus ordinatur ad temporis iniurias arcendas; finis operantis eſt ille, quem operans liberè intendit, vt cum quis ædificat domũ, vt eam locet, & inde lucrũ cõparet. Diuiditur 7. à Durando apud Salas 1. 2. tr. 1. diſp. 2. lec. 2. n. 20. in finem hominis vt ens eſt, & vt operans eſt: finis hominis vt ens eſt, eſt felicitas: finis eiuſdem vt operans eſt, eſt ille quẽ ipſe ſibi proponit. Diuiditur 8. in finẽ actus intrinſecum, & extrinſecum: *finis intrinſecus* eſt obiectum formale, ſeu motiuum, quod tribuit ſpeciẽ actui: *finis extrinſecus* eſt ille in quẽ actus iam in ſua ſpecie cõſtitutus ab operante dirigitur: vt ſi quis poſtquã elicuit actũ obedientiæ ex motiuo talis virtutis, eũ rurſus dirigat ad placendũ Deo, motiuũ obedientiæ erit finis intrinſecus, placere Deo extrinſecus. Diuidi poteſt 9. in finẽ materialem & formalẽ *materialis* eſt res intẽta, *formalis* eſt ratio, & motiuum intẽtionis: vt ſi quis intendat concionari ob vanam gloriã, cõcio erit finis materialis, vana gloria formalis.

Finis operis, & operantis.

Finis intrinſecus. Extrinſecus finis.

Finis materialis, & formalis.

18 Illud obſerua, apud Iuriſtas & Theologos dari manifeſtum diſcrimen inter finem & impulſum, ſeu inter cauſam finalem, & impulſiuã: nã vt tradunt Vaſq. 1. 2 diſp. 70. c. 3. n. & Tiraq. tract. ceſſante cauſa lib. 1. n. 36. *Cauſa finalis in omnibus diſpoſitionibus voluntarijs eſt, quę ita animum ad diſponendum mouet, vt ad eam cauſam obtinendam res electa dirigatur, ita*

Finalis cauſa.

vt

vt ea non existente quispiam minimè esset dispositurus. Vnde authores communiter causam finalem definiunt, quam rescribens vel disponens præcipuè spectat, & qua rationaliter mouetur, vt postulata concedat, vel disponat, & sine qua ea, aut nullo modo, aut nõ nisi cũ quibusdam limitationibus concederet, vel disponeret.

Impulsiua causa.

Impulsiua est quæ animum ad disponendum determinatum impellit, seu incitat ad libentiùs, aut celeriùs, aut tali modo disponendũ: ac proinde ea non existente, opus quidem fieret, sed non cũ eo modo, aut ita libẽter & celeriter. Interest autem magni ad resolutiones morales, nouisse rationem & discrimen huiusmodi causarũ: nam cessante causa finali voti, cessat eius obligatio: nõ verò, causa impulsiua cessante. Itẽ quando nec ex iure, nec ex stylo curiæ constat qualitatem tacitam in supplicatione esse exprimendam, tunc vitiantur rescripta ex taciturnitate qualitatis, quãdo princeps cognita veritate ea non concederet: atq; adeo ob defectũ causæ finalis: secus, quando concederet, & si difficilius, atq; adeo deficiente causa impulsiua. Vtrãque resolutionem tradit Sanch. primam in lib 4. Dec. c. 2. n 42. secundam lib. 8. Matr. d. 21. n. 17. Quãdo vero præsumatur causa finalis, quando impulsiua, docet Bart. *ad l. 2. §. fin. ff. donat.*

SECTIO III.

De concernentibus ad finem.

19 EXplicata acceptione, natura, & multiplicitate finis, cum multa sint, quæ finem antecedunt, & subsequuntur tanquam cum ipso habentia connexione, ijs omnibus expediendis animum adijcimus. Inter principium, & finem, quasi inter duos terminos datur medium, quod est via qua peruenitur ad finem, seu per quam comparatur finis. Sunt igitur varij actus, qui circa medium & finem versantur. Nã S. Th. hic q. 8. ponit circa finem velle, frui, intendere, & q. 13. ponit circa medium eligere, consentire, vti. Magis expresſè Theologi recentiores disputant de intentione, voluntate, desiderio, electione, imperio, vsu, fruitione, quos omnes actus seorsim dilucidandos aggredimur.

Medium ad finem.

Imprimis varia & multiplex est intentionis vsurpatio inter diuersarum facultatum professores. Nam apud Latinos *intentio* idem ferè est quod contentio, & vtraq; relaxationi & remissioni opponitur. Vnde à Marc. Tullio 1. Tuscul. dicitur *intentio vocis, quæ & vociferatio dici potest, &* lib. de inuent. *Cum animus hac intentione omnes totius negotij partes cõsiderabit.* Apud Rhetoricos intẽtio est oratio (vt testatur idem Tullius 1. de inuen.) qua crimen alicui, debitumve obijcitur. Apud Iuristas multifariam accipitur: nam interdum est petitio *l. 2. C. vt in rem actio & l. 2. ff. de except.* Interdum refertur ad libellum, seu petitionem actoris in rescriptis, *Instit. de act §. si quis agens, & §. si minus.* Aliquando est capitulum, & in iure dicitur illud quod intendit probare per testes is, qui eos producit, vt videre est apud Alex. Scot. v. eod. & habetur *cap. veniens de conuers. coniug.* Aliquando est contentio, *l. si qua C. de Iudæis.* Denique in sacris Canonibus sumitur plerumq; pro voluntate, siue proposito aliquod faciendi. *cap. ex multiplici, de verb. signif. & Cap cum illis de præben.*

Intentio finis.

Contentio est intentio.

Intentio in iure.

20 Apud Philosophos intentio dupliciter sumitur 1. latè, & est actus quo voluntas quippiã vult: nam eo ipso tendit in ipsum quod vult: & hac ratione omnis actus voluntatis dicitur intentio. 2. presſè, ac in rigore, & est actus quo voluntas appetit finem, vt per aliquid assequẽdũ: in qua acceptione vocatur ab Arist. 3. Eth. c 2. *propositum* & in 5. pag. appellatur oculus, lumen, Matth. 6 *Lucerna corporis tui est oculus tuus* & statim, *si lumen quod in te est tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt?* Vbi Glos. oculus & lumen exponit idest intentionem. Nam eatenus dicitur lumen & oculus (vt inquit Azor. p. 1. lib. 1. c. 25. q. 4.) quatenus ex intentione finis dirigitur electio eorum quæ nos ad finem ducunt, ex quo perspicuum est discrimen inter simplicem voluntatem & intentionem. Nam voluntas illa (teste Suar. t. 2. tract. 1. d. 6. sect. 1. est prima inclinatio potentiæ volitiuæ in obiectum propositum, tanquam per se amabile sine vllo respectu ad inuestigationem illius: & vt sic non distinguitur ab amore finis: at intentio est tendentia in finem vt inuestigandum per media.

Intentio apud Philosophos.

Voluntas finis.

Multiplex est intentio, seu tendentia in finem, vt videre est apud Suar. cit. tract. disp 2. Sect 4. quædã enim dicitur formalis, seu actualis, & tunc datur, quando ab intellectu proponente voluntas actualiter mouetur, & finem vt inuestigãdum appetit; quędam dicitur *virtualis*, quando scilicet præcessit actualis intentio, & ex illa remansit aliquis effectus, seu virtus, & ab aliquibus *habitualis* v.g. propter habitum relictum appellari solet: alia tamen in rigore dicitur habitualis, quando præcessit actualis, & ex illa nullus effectus relictus est, censetur verò remanere, quamdiu per contrariam voluntatem non retractatur: alia denique *interpretatiua* quæ tunc datur, quando nec actualis, nec aliqua ex dictis intentionibus præcessit, actualiter tamen intenditur aliquid quod habet connexionem cum fine: vt si quis intendat causam, interpretatiuè dicetur effectum intendere.

Intentio multiplex.

Habitualis intentio.

Interpretatiua intẽtio

21 *Desiderium* deriuatum à *desidero* quod verbum iuxta Sypont. in Corn. col. 52. n. 30. à sydere deducitur, ex eo quod tanquam lucem syderis optamus ea, quorum amore flagramus. In proprietate Latina est vehemens amor atque affectus; *Non dici potest* (inquit Tull. ad Attic.) *quam flagrem desiderio vrbis.* Tendit huiusmodi affectus in rem absentem, seu in eam, qua quis caret. Vnde idem Tull. de senect. *Non caret qui non* (inquit) *desiderat.* A quo non abhoret quod circumfertur à Canonistis, & vt habetur *Glos. si quo can. in domo, De pænit. dist. 4.* nempè *Desiderata res tanto amplius cupitur, quanto am-*

Desiderium quod, & quotuplex.

Desiderium pro negotio libello. *to amplius subtrahitur*. Longè aliter vsurpatur à Legistis, apud quos desideria sunt idem atque negotia *l. omnia ff. de offic. prat. & l. 1. de postul. S. postulare*. Quandoque desideria accipiuntur pro libellis quibus quid à Principe, magistratu-

Requestas. ue petitur, vulgus *Requestas* vocat *ff. de offic. procons. l. 4. §. Ingressus & l. 9. §. obseruare. & C. de postul. l. 3.* Nec in hoc ius ciuile diffidet à Latino rigore apud Sueton. in Augusto: *Promiscuis* (inquit) *salutationibus admittebat & plebem, tanta comitate adeuntium desideria excipiens, vt quendam ioco corripuerit, quod sic sibi libellum porrigeret, quasi Elephanto stipem*.

Desiderare. Sumitur etiam à Latinis *desiderare* pro deficere, sic & apud Iurisc. in *l. quoties, ff. si libertus ingenuus esse dicatur*: vbi, *Si Officium* (ait) desideretur, idest deficiat in eo, qui debet obsequi & obtemperare. Denique apud Philosophos & Theologos *desiderium* pressè acceptum prout terminatur ad finem, idem est atque volitio efficax comparandi finem: pro cuius explicatione aduerte fuisse quorundam sententiam di-

Intentionis & desiderij discrimen. stingui inter se desiderium & intentionem: quia desiderium (inquiunt) abstrahit à medijs, circa quæ intentio aliquo modo versatur: nam si amo bonum quo careo, statim illud desidero sine vlla consideratione mediorum: ex quo desiderio pullulat mediorum cogitatio & intentio. Melius verò Suar. tr. 1. disp. 6. sect. 1. n. 8. distinguit desiderium inefficax ab efficaci, & cum fateatur inefficax esse distinctum ob assignatam rationem, docet tamen efficax non distingui ab intentione. Habent enim idem formale obiectum, nempe obtinere bonum absens: & quando dicitur esse de ratione desiderij, vt versetur circa bonum absens, non intelligitur vt versari debeat circa ipsam absentiam: nam potius istam fugit: sed vt versetur sub quadam ratione, quæ necessariò supponit absentiam. Deinde cum sit efficax non potest omninò abtrahi ab inuestigatione mediorum.

22 Supersunt explicandi alij actus, scilicet, imperium, vsus, fruitio: de quibus, consideratione eorum canonica & ciuili ad alium locum

Electio mediorum. opportuniùs reseruata, scilicet ad lib. 2. Eluc. 19. sect. 2. nobis modò erit Philosophicus, ac Theologicus sermo. *Eligere* igitur, si vim verbi attendamus est vnum ex multis separare, idq; præferendo ceteris. Vnde videtur importare necessariò quòd electio fiat inter multa. Verum in morali Philosophia accipitur generalius, & omnis volitio efficax alicuius rei particularis, quæ amatur non propter se, sed propter aliud, electio appellatur, etiam si contingat non fieri inter plura media, sed terminetur ad vnicum in ordine ad finem. Quare si loquamur de actu absoluto circa medium, probabilius est inter consensum & electionem non esse differentiam

Consensus circa medium. essentialem, sed tantum accidentalem ex diuersis respectibus rationis. Nam (teste Suarez d. 8. sec. 2. n. 5.) quatenus voluntas vult quod intellectus iudicat esse vtile, dicitur consensus: quatenus verò illud præfert, vel alijs medijs vtilibus, vel certè alijs rebus inutilibus non conducentibus ad finem, dicitur electio.

Vt imperium & vsum explicemus, ac inter se discriminemus, *vsus* opponitur fruitioni, vt rectè colligitur ex S. Aug. de doct. Christ. c. 3. docente, *vti esse id quod in vsu venit, ad id quod amas obtinendum, referre*. Vnde propriè est de medijs: nam versatur immediatè circa nostras actiones humanas, quæ sunt media ad consequendum vltimum finem, vt docet idem S. Doctor 11. de Ciuit. c. 25. Ex quo deducitur vsum, qui est actus voluntatis, versari propriè & immediatè circa potentias, & actiones hominis internas, cũ sit applicatio potentiarum ad opus: ex consequenti tamen, & mediatè versari circa res externas pròut eas quis ad proprias actiones voluntariè dirigit, seu ordinat. Vnde non ineptè diuiditur vsus in actiuum & passiuum: *actiuus* est actus elicitus à voluntate, per quem mouentur cæteræ potentiæ ad operandum: passiuus datur in exteriori potentia exequente, & passiuus dicitur per respectum ad actiuum primarium voluntatis, quamuis ipse actiuus secundarius dici possit quatenus potentia exequens suam etiam actionẽ exercet. Præterea dari actũ, quo quis sibimet imperat, & imperium appellatur, nemini dubium est. Sit ne talis actus distinctus ab vsu actiuo voluntatis? Negat Scot. in 2. d. 36. q. 1. & Medin. C. de pæn. tr. de orat. c. 2. Nam imperiũ proximè executionem respicit, atq; adeo est ex quo immediatè nascitur executio: constat autem ex dictis eam immediatè nasci ex vsu actiuo voluntatis. Affirmant Sot. 1. de iust. q. 1. ar. 1. & Caiet. in 1. 2. q. 17. ar. 1. quatenus existimant imperium esse actũ intellectus, qui proinde ab omni actu voluntatis distinctus esse debet. Pro conciliatione vtriusq; sententiç, & maiori explicatione vsus, & imperij, aduerte hominem dupliciter sibi imperare 1. quasi in actu exercito, dum se mouet ad aliquid agẽdum, quamuis nõ exprimat illũ actũ, *fac hoc* 2. quasi in actu signato exprimendo actum illum *fac hoc*. Dico igitur 1. voluntatis perfectè dici imperium, quatenus imperare est habentis dominiũ, Voluntas enim est, quæ in humanas actiones quasi dominium, seu potius dominatum obtinet. Dico 2. actum intellectus etiam dici imperium, nempe in actu signato exprimendo illam locutionem *fac hoc*. Patet, quia Imperium illud internum fit per locutionem, & impositionem legis; solus autem intellectus internè loquitur, & imponit legem voluntati, quatenus iudicat de agendis. Sic imperium planè distinguitur ab vsu.

Vsus circa media.

Vsus actiuus & passiuus.

Imperium circa finem.

Intellectus qualiter imperet.

23 Explicatis actibus circa media & finem non acquisitum, restat *fruitio* quæ circa finem iam acquisitum versatur. Est autem *fruitio* nomen Philosophicum, ac Theologicum, deriuatum tamen à verbo Latino *fruor*, quod in eadẽ significatione à Latinis & Philosophis vsurpatur.

Fruitio finis Fruor.

Fruor. patur. Nam frui est quasi delectationem, & fructum capere iuxta Terent. in Adelphis. A Theologis tria requiruntur ad fruitionem; népe amare, possidere, gaudere, quorum aliquo deficiente, non datur fruitio: quamuis hæc formaliter nec in amore, nec in possessione consistat, sed tantum in delectatione, & gaudio de *Finis fruitio.* re amata & possessa. *Fruimur*, inquit S. Aug. 10. de Trin. c. 10. *rebus cognitis, in quibus voluntas delectata conquiescit.* Est item *frui* terminus desiderij iuxta illud Prou. 7. *veni fruamur concupitis.* Habet fruitio pro obiecto bonum possessum delectabile, imò & honestum, prout honestas apta est generare delectationem. Habeat ne solum pro obiecto finem vltimum? Videtur affirmandum ex Aug. 10. de Trin. c. 11. docente nos non frui ea re quam propter aliud amamus, atque adeò frui solo vltimo fine. Quod intelligo de fruitione perfecta, & omninò consummata. Nam circa fines inter medios dari potest fruitio imperfecta, sed propria. Circa medium quà tale imperfectissima, & omninò impropria fruitio conceditur.

SECTIO IV.

De Termino.

24 Cum finis, quem hactenus exposuimus, sit quædã species termini, prout omnes actus volitionis, vel proximè, vel remotè terminat: & præsertim, quià terminus pro fine quandoq; accipitur, Tull. apud Thes. *Cum nullum tot calamitatibus atque ærumnis terminum inueniremus*, consentaneum duxi terminum exponendum in tota sua latitudine, fini exposito *Terminus in iure.* subnectere. *Terminus* igitur quia à terminando est, & iuxta Sypontinum in Corn. col. 1059. n. 6. dicitur à terendo, eo quòd à cultoribus crebrò teratur, propriè est signum quod agrum ab agro diuidit: seu finis, vel limes distinguens confinia agrorum, de quo Poeta Aen. 12. *Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.* Vnde terminus cuiusque rei est ille extra quem nihil datur talis rei, & intra quem tota illa res est: vt terminus totius regni sũt limites intra quos est totum regnum, seu quibus totum regnum circumscribitur. Multiplex datur termini acceptio apud Iuristas: nam accipitur interdum pro fine, *Authen. de hæred. & Falcid.* §. *His omnibus.* *Mors pro Termino.* Vbi etiam sumitur pro morte, & idem valet terminus vitæ, atque mors. Aliquando pro numero. *l. 2. ff. de decret. ab ordine faciend.* Iuxta Alberic. v. eod. nonnumquam pro limite XIII. q. 1. §. 1. Vbi Gloss. & Archid. tandem pro sententia definitiua *Instit. de fide*, §. *hodie.*

25 Item apud iuris vtriusq; professores *terminus* multiplex est. Quantum deprehenditur ex *Clem. 2.* §. *Verum de appellat.* acceptus in genere diuidi potest in terminum hominis, & ter- *Terminus quotuplex.* minum iuris. *Terminus hominis* est ille, quem iudex litigantibus, vel contractum ineuntes sibimetipsis præscribunt. *Terminus iuris* est qui à lege assignatur. Vnde in cit. Clement. alius est terminus iuris ad prosequendam appellationem, alius ad finiendam. Deinde terminus iuris æquiparatur termino hominis: sicut enim non petens Apostolos in termino hominis, censetur appellationem deserere, ita non petens in termino iuris.

Vterque terminus explicatus, vel est breuis, vel non breuis: *breuis* censetur qui terminat spatium duorum mensium, vt habetur *Authent. vt Clerici apud proprios Episcopos*, §. *vt causam.* *Terminus breuis.* Ex quo colligitur non *breuem* esse illum qui notabiliter excedit dictum spatium. Datur etiam terminus in contractibus, & iuxta Sanch. lib. 1. Matrim. d. 53. num. 1. & 2. præfigitur dupliciter 1. ad obligationem finiendam: & tunc eo elapso cessat ex parte eius, per quem non stetit, *l. fideiussor 29.* §. *finali ff mandati* 2. ad solicitandum obligationis effectum: & tunc lapsus termini non extinguit obligationem, *Termini lapsus:* sed constituit debitorem in mora. Vterque si de contrahentium animo non constet, ex duplici regula intelligetur. Prior sit: si terminus ab vno contrahentium tantum destinetur, vt alter intra illum impleat, censetur destinatus ad solicitandum, proindeque eo elabente adhuc perseuerat obligatio. Posterior sit. Quando terminus ab vtroque contrahente imponitur respectu alicuius per vtrumque implendi, si adijciatur antequam contractus sit perfectè initus, eo transacto obligatio non durat. Si adijciatur contractui iam perfecto & consummato, est ad solicitandum: nam primus terminus est intrinsecus, & pars obligationis: secundus extrinsecus. Explicatur exemplo, nam ex Sanch. cit. n. 5. si sponsalibus iã contractis, tractetur ex interuallo de die matrimonij celebrandi, lapsus termini neutrum liberat: si autem eo tempore quo contrahuntur, mutua detur fides de matrimonio tali die ineundo, tunc lapsus termini eximit ab obligatione illum: per quem non stetit.

26 *Terminus peremptorius* in iure frequentissimus iuxta Hutt. de Incar. disp. 22. lect. 6 §. 38. *perẽptorius terminus.* est ille vltra quem non prorogatur negotium. Iuxta Alex. Scot. v. *Peremptorium* est ille vltra quem non dantur vlteriores dilationes. Vnde à Sanch. lib. 10. Matr. d. 6. nu. 12. ideo vocatur *peremptorius* quia dilationes perimit. Est autẽ peremptio in totum extenuatio *l. qui hominem, ff. de adimendis legat.* Nam sicut *exceptio peremptoria* dicitur quæ actionem perimit, & citatio *Exceptio perẽptoria.* peremptoria vocatur à perimendis alijs citationibus, quæ debebant fieri antequam aliquis tanquam contumax damnaretur, sic terminus peremptorius appellatur à dilationibus perimendis. Quid autẽ veniat nomine termini in promissionibus, quando qualis sit terminus nõ declaratur: Bart. ad *l. 3. de annuls legat.* putat venire spatium vnius anni: *Si promitto* (inquit) *tibi*

tibi decem dare tribus terminis, nec dico quibus, certè isti tres termini debent intelligi in tribus annis.

Terminus philosophicè. 27 Apud Philosophos terminus multifariam sumitur. Imprimis ex Arist.lib.1.physic.cap.3.4. ad quem locum Conimb. q. vnic. Ruuius q.1. & Hurtad. disp.15. alius est terminus magnitudinis, vel paruitatis, alius inceptionis & desitionis: *Terminus magnitudinis* est duplex, alter intrinsecus, alter extrinsecus: *intrinsecus* quem dicunt *maximum quod sic*, est ille, sub quo res esse potest, & sub maiori non potest, *extrinsecus*, quem vocant *minimum quod non*, est ille, sub quo res esse non potest, sub minori verò potest. *Terminus paruitatis* similiter est duplex, alter intrinsecus, quem appellant *minimum quod sic*, & est sub quo res esse potest, & sub minori non potest: extrinsecus, quem dicunt *maximum quod non*, est ille, sub quo res esse non potest, sub maiori tamen potest.

Magnitudinis terminus. *Maximum quod sic.* *Minimum quod non.* *Terminus paruitatis.*

Inceptionis terminus. *Terminus inceptionis* est duplex respectu rerum dupliciter incipientium: nam quædam incipiunt per primum sui esse, quædam per vltimum non esse: ille sunt de quibus dicimus nunc esse, & immediatè ante non fuisse, vt se habent, quæ fiunt in instanti: hæ sunt de quibus verè affirmamus in hoc instanti non esse, sed immediatè post futuras: vt se habent motus, tempus, & quæ in tempore fiunt. *Terminus desitionis* est duplex pro rebus dupliciter desinentibus: nam quædam per primum sui non esse, quædam per vltimum sui esse finiuntur: illæ sunt, de quibus verè dicimus in hoc momento non esse, sed immediatè antea fuisse: qua ratione desinunt motus: hæ sunt de quibus verè affirmamus nunc esse, & immediatè post non futuras: qua ratione desinunt momenta, & mutata esse.

Desitionis terminus.

Extrema pro terminis. 28 Præterea in Philosophia frequens est vsurpatio terminorum pro extremis, ita vt ea dicantur terminis prefiniri, quæ medio aliquo nexu, tanquam via, clauduntur extremis, tanquam terminis. Sic in composito physico vnio iungit extrema, nempe materiam & formam, sicut via iungit terminos, & pons interiectus iungit terram aquis diffitam: sic in propositione verbalis copula nempe (est) iungit extrema, nempe prædicatum & subiectum. Hinc celebratur diuisio termini in terminum (à quo) & terminum (ad quem.) Nam sicut in itineribus vtimur *via* & *termino*, via est id quo tendimus, terminus duplex est, alter ille locus à quo, & alter ille locus ad quem tendimus, v.g. Ebora tendimus Olyssiponem, Ebora est terminus (à quo) Olyssipo est terminus (ad quem) Sic translata voce ad quamlibet mutationem, motus est à priuatione ad formam illi contradicentem, generatio à non homine ad hominem, alteratio à non calido ad calidum: & aliquando à forma positiua ad contrariam, v.g. calefactio à frigido ad calidum. Sic omnis actio versatur inter duo extrema tanquam inter duos terminos: nam principium est terminus (à quo) res producta est terminus (ad quem.) Imo si sit actio potentiæ cognoscentis, vel appetentis, habebit duplicem terminum (ad quem) nempe rem productam pro termino intrinseco identificationis, & obiectum actus pro termino extrinseco terminationis. Sic denique relatio versatur inter duo extrema tanquam inter duos terminos. Fundamentum remotum indistinctum ab extremo, est terminus (à quo) relatio opposita, vel fundamentum illius, est terminus (ad quem.)

Relationis terminus.

Terminus Theologicè. 29 Theologi etiam agnoscunt prædictos terminos: nam in sacrificio, quod consistit in reali hostiæ immutatione, necessariò (vt notauit Bellanus q.83. de ritu vener sacram. par.1. dub.4.n.37.) reperitur terminus (à quo) qui supponitur ipsi mutationi, ac per eam destruitur, & terminus (ad quem) qui per illam de nouo ponitur. Cum verò Sacrificij ratio aliquando consistat præcipuè in peremptione termini (à quo) aliquando in positione termini (ad quem) fit, vt quandoque terminus (à quo) habeat præcipuam rationem hostiæ, vt olim in mactatione animalium, quandoque terminus (ad quem) vt modò fit in Sacrificio Missæ. Ibi enim vera hostia quæ primo & per se offertur, est Corpus, & Sanguis Christi, quatenus sub speciebus panis & vini vi consecrationis ponuntur. In mysterio etiam Incarnationis datur terminus (à quo) & terminus (ad quem.) Nam si loquamur de Incarnatione formali, quæ est vnio hypostatica, hæc est à Verbo assumente ad humanitatem assumptam. Si de Incarnatione effectiua, quæ est actio: hæc pro multiplici acceptione sortitur multiplicem terminum (ad quem.) Si enim accipiatur sub nomine talis productionis, seu vnitionis, habet pro termino formali vnionem hypostaticam, & pro totali ineffabile compositum: si accipiatur sub nomine Incarnationis, Assumptionis, vel humanationis, habet pro termino formali humanitatem. Nam humanitas sub his nominibus communicatur Deo. Si accipiatur sub nomine personationis, seu communicationis hypostaticæ, quatenus significatur Verbum communicatum humanitati, habet pro formali termino (ad quem) ipsam Verbi personalitatem. Item dicta actio pro varia acceptione vendicat diuersum terminum (à quo) qui semper est negatio termini (ad quem) Nam accepta vt productio vel vt actiua vnitio, habet pro termino (à quo) negationem vnionis inter humanitatem & Verbum. Nam terminus (ad quem) eiusdem actionis, vt sic, est vnio. Accepta vt assumptio, habet pro termino (à quo) negationem humanitatis assumptæ. Nam terminus (ad quem) talis actionis, vt sic, est ipsa humanitas assumpta. Sic de alijs apud Vasq.d.18.cap.3. Suar.d.8.sec.3. & Lug. d.11.

Sacrificij terminus. *Incarnationis terminus.*

S E-

SECTIO V.

Axiomata, phrases, & dictiones Theologorum, ac Iuristarum de fine & termino.

Finis quoad phrases, & dictiones.

30 QVod attinet ad finem: tritum est inter Philosophos ac Theologos hoc axioma: *Finis est primus in intentione, vltimus in executione.* Nam agens destinat & appetit sibi finem, quem postea per media accommodata, & proportionata comparat: cum igitur finis in illis actibus internis primò existat intentionaliter, dicitur esse primus in intentione, cum etiam comparatus per media existat vltimo realiter, dicitur esse vltimus in executione. Explicatur in Deo prædestinante, & præmiante electo: gloriam Deus intendit efficaciter illis dare gloriam, quam postea ipsi præcedentibus meritis compararunt: gloria igitur eadem quæ fuit finis primo intentos, postea fuit vltimo comparatus.

Fini tradere.

Est apud Iuristas multiplex loquendi modus de fine: *Fini celerrimo tradere*, Habetur *l. 1. §. fin. C. de veteri iure ennel.* & est breuiter consummare opus, vel absoluere. Loquitur enim textus de fine consummationis. Non dissimiliter Latina phrasis: *Finem imponere negotio*, pro terminate seu omninò expedire negotium, vsurpatur *in cap. finem, de dolo, & contum. & c. iuram. ealam. & c. 2. de dilat.* Dicitur velut axioma: *Finis vniformis esse debet principio*, Gloss. *partibus in Clement. sæpè §. de verb. signif.* vt si v. g. iudex principio litis seruauit ordinem iudicialem, debeat eodem obseruato finem liti imponere. *Finis quandoque trahitur ad priacipium*, Gloss. quædam, sed non fideliter citata per Stephanum Daoys in indice Iuris Canonici *v. Finis*, videtur intelligi, quòd finis debeat correspondere suo principio, *Finis & principij eadem debet esse causa agens*: Explicatio & exemplum sumitur ex *cap. cum in distribuendis, de tempore ordinat.* In quo supponitur quempiam à Summo Pontifice ordine diaconatus initiatum non posse ab alio promoueri sine licentia eiusdem S Pontificis, vt qui fuit causa agens incipiendo, sit agens finiendo. *Finis non variatur ad variationem modi.* Hoc proloquium colligit Stephan. citatus ex *cap. quoniam, de offic. ordin.* Denique notatu dignus est ablatiuus *Fiai* vsitatus à Iuristis pro *vsque ad finem, vsque ad modum quantitatem*. Habetur *l. 15. ff. ad legem Faleid. l. 5. ff. de comp. l. 5. ff. de collat. dot. §. vlt. & Papin. l. 1. ff. de pigno. Pacti* (inquit) *placuit, vt ad idem vsuris non solutis fructus hypothecarum vsuris compensaret fini legitimæ vsuræ*. Idest vsque ad finem legitimæ vsuræ.

Imponere finem.

Finis vniformis principio.

Principij, & Finis eadem causa.

Fini ablatiuus.

Terminare Trahere.

31 Quod attinet ad terminum, verbum *terminare* idem valens atque determinare, explicat verbum *trahere*. Sic in *l. non est nouum ff. de legib.* quæ ita habet: *Non est nouam vt priores leges ad posteriores trahantur* nempe vt per illas determinentur & corrigantur. *Terminare definiendo in cap. pen. de arbit.* est causam dirimendo absoluere, finire. *Terminare medio colligentiæ vel rationis*, quid sit, optimè deprehenditur ex Vasquez to. 1. in 3. p. d. 37. c. 7. & Suar. de Incar. disp. 17. sec. 4. explicantibus verba 6 Synodi generalis act. 18. in edicto fidei Constantini Pogonati, & SS. PP. August. lib. de agone Christiano cap. 18. & Nazianzeni Epist. 1. ad Cledo. *Verbum assumpsisse carnem mediante anima.* Docet enim ibidem Vasquez animam non fuisse medium, quod vocant *colligantiæ* veluti glutem, quod colligare solet dissita, sed medium quod fuit ratio assumendi carnem: non quia priùs assumpta fuit anima vt (quod) sed quia reddiderit carnem idoneam, eamque præparauerit ad assumptionem, nempè informando materiam, & constituendo carnem humanam.

1. determinare.

Colligantiæ medii.

Reperiuntur frequenter hæ voces, *Explicit, expliciunt*, in fine alicuius operis, v. g. quando dicitur, *Explicit liber tertius*, hoc est terminatur, finitur liber tertius, *Expliciunt tractatus varij*, hoc est terminantur, finiuntur. Est verbum defectiuum constans ex illis tantum duabus vocibus, vt tradit Ianuensis in summ. cath. v. eodem.

Explicit expliciunt.

32 Antequam accedamus ad explicandas dictiones, quæ terminum important, prænotandum est, supinum in quolibet verbo, habere duos tantum casus, nempè accusatiuum, & ablatiuum, v. g. Amo, as, *Amatum, Amatu.* Rectè igitur notauit Alex Scot. in diction. Iutis, v. eodem, supinum in ablatiuo importare terminum (à quo) in accusatiuo importare terminum (ad quem) Quoad illum habetur *l. 3. §. minorem ff. de minor.* vbi statuitur in minoribus natu computandum esse tempus à tempore natiuitatis, vt à termino (à quo) quem significat ablatiuus *natu*.

Supinum in termino.

Temporis l. 3. computatio.

Dictiones quibus significatur, & importatur terminus sunt imprimis *A. Ab.* quæ licet regulariter ponantur exclusiuè, vt benè notat gloss. ab *v. initio in l. 20. §. fin. ff. de action. emptí*, tam distinctione opus est: quia si mens legis, vel disponentis non appareat ex subiecta materia, vel ex rerum natura, in dispositione odiosa ponentur excluliuè, in fauorabili inclusiuè: v. g. si feratur statutum, vt à pulsu campanæ nemo incedat armatus, intelligendum est post finitum pulsum campanæ: quia dispositio est odiosa: si verò statutum dicet, vt à pulsu campanæ quilibet possit exire, vel armatus incedere, intelligitur inclusiuè, atque adeò vbi cœperit pulsari campana, exire poterit, quia est fauorabilis. Ita Steph. Gratian. decil. 124. & discept. foren cap. 161. num 24. Quando verò dispositio, quæ tempus præfinit, statuit per illas voces, ex quo terminus incipiat v. g. *A die contractus, Ab appellationis die, A die notificationis*, tunc dies termini non computatur in termino, vt docent Bald.

A, Ab, in termino significando.

Bald. conf.457.nu.3. vet. si autem iungitur l.1. Flamin.Pauf.de resig.benef.lib.12.q.8.& Car. Tusch. pract. concl. tom. 2. lit. D. conc. 238. num.10.

33 Vox (inter) etiam importat terminum, iuxta Aug.Barb. tract. de diction. dict.170.per eam notatur temporis extremitas *l.non omnis, ff. si certum pet.* & ipsa ponitur inclusiuè *l.1. §.in initio ff. de offic. praef.vrbis l.aede, §.interim ff.de contrah. emp.* Vox (*intra*) vt quae ex diametro apponitur voci (*extra*) vt docent Cened.post lib. pract. & canon. quest. singul.54 & Bertaz. de clauf. instrum. clauf. 26. gloss. 6. num. 1. propriè accepta refertur ad tempus & diem termini, *l.si ita stipulatus ff.de verb. explicat.* & notatur per Tiraq. de retract lig. § 1. gloss. 11. n. 24. Interdum includit rem, siue locum, siue sua extrema, *l.1.§. cum vrbem ff.de offic. praet. vrbis* & notatur per Manric. de tacit.& ambig. conuen.lib.4.tit.9.num.9.Operatur verò quod non requiratur anni perfectio, vt rectè dixit Surd.decis.178.num. 8.Vox (vsque) quae frequentissima est in significando termino (ad quem) quando sit inclusiua, vel exclusiua, petendum ex coniecturis, quas adducit Mantica cir.lib.4.tit 9.num.10.& quidem optimam regula est ad includendum, vel excludendum, si constet, de mente disponentis, vt notaut Bald.conf.410.in princ.lib.1. Sumitur *inclusiuè* 1. quando refertur ad terminationem gradus, v.g. si dicatur *Vsque ad decimum gradum*, etiam in dubio, vt ex *§.fin.Instit. success. cognat.* notat. Alex. conf.110. num. 20. lib. 3. Imò & in poenalibus iuxta Gonzal.ad reg.8.cancel.glos.12. §.1.num.7.

Inter. *Intra.* *Terminus temporis.* *Vsque.* *Inclusiuè.*

Sumitur inclusiuè 2. quando respicit terminum hominis: vt si iudex praecipit supersederi vsque ad diem signaturae, seu audientiae includit ipsum diem, teste Alex.conf.11.114. num 5.lib.5. Sumitur inclusiuè 3. quando comprehendit terminum terminatum, vt si vendatur praedium vsque ad domum venit etiam domus, si sit sub dominio venditoris. Dicitur tunc domus terminus terminatus, id est inclusus in terminatione, proindeque non purè terminans. Idem procedit de feudis, contractibus, in materia confinium in vltimis voluntatibus, & vbicumque terminus, cui adijcitur *vsque*, est de pertinentijs rei, de qua sermo habetur. Sumitur exclusiuè 1. quando inclusio est contra legem. Ita Menoch. de arbitr. lib. 1. q.80. num.92.2. quando oratio negatiua praecedit. 3. quando constat de mente contrahentium, vel ratione vitandi absurdi. 4. quando terminus (ad quem) non potest comprehendi, vel includi sub generalitate praecedenti. 5. quando haec dictio applicatur termino qui nec est de essentia rei, vel termini de quo habetur sermo. 6. quando exclusio esset de natura contractus, in quo apponitur talis dictio. Vide Barb. dictione. 437.

Terminus terminatus & terminans.

ELVCIDATIO II.

De Beatitudine.

CVM *Angelicus Doctor q.1. egerit de fine vltimo in communi, quaestionibus sequentibus, nempe 2.3.4.& 5. agit de Beatitudine, quae est finis vltimus in particulari: nos qui in perscrutando idiomate Theologico & iuristico iuxta ordinem materiarum S. Doctoris vestigijs insistimus, elucidato fine & termino, beatitudinem quoad nomen, acceptionem, rationem, & concernentia elucidemus.*

SECTIO I.

Nomen, acceptio, ratio, & multiplicitas Beatitudinis.

34 Beatitudo & beatitas voces sunt parum Latinae, & aliquantulum durae, quas tamen M. Tullius 1. de nat. Deor. credidit vsu posse fieri molliores, & beatitatem probauit magis quàm beatitudinem vsus verò beatitudinem magis recepit. Explicatur beatitudo per felicitatem, prosperitatem, & fortunam. Nam (vt Latinè loquamur, Theologicè inferiùs locututi) beatitudo, teste Speusippo apud Calipinum, *est bonum ex bonis omnibus accummulatum, potestas ad benè viuendum se ipsa sufficiens, perfectio secundùm virtutem, sufficiens vitae commoditas.* Hinc Sypontinus col. 1005. n.30. *Beatus* (inquit) *est qui rebus omnibus ad vitae vsum, ornatumque spectantibus abundant: dictus (vt quidam putant) quasi bené auctus.*

Beatitudo & beatitas. *Beatus.* *Prosperitas*

Quamuis verò beatitudo, prosperitas, & felicitas pro eodem passim vsurpentur, tamen inter haec nomina datur nonnullum discrimen. Nam *prosper* id est procul ab aduersitate, vt interpretatur Archid. in proaem.lib.6. & iuxta Sypontinum col. 759. num.20. deriuatum nomen ab aduerbio *prosperè*, quasi *pro spe*, est idem atque felix, qui spem nostram implet. Differt tamen prosper & felix, quòd *prosper* is dicatur, qui dat felicitatem: *felix* qui recipit. Vnde sydus prosperum, sub quo natus quis felix. Deus prosper, à quo iusti felices. Apud Terent.Phorm. *O fortuna, o fors fortuna*, ad quem locum interpres Donatus: *Aliud fortuna* (inquit) *aliud fors fortuna*: fortuna dicta est incerta res, fors fortuna euentus fortunae bonus. Et quidem (vt rectè notat Sypontinus col.35.num.20.) Fortunae vocabulum medium est, sed cum fortunam solam dicimus intelligimus felicitatem, ab illaque *Fortunatos* appellamus, idest felices.

Prosper. *Felix.* *Fortuna* *Fors fortuna.*

Insuper mihi persuasum est beatitudinem in eo differre à felicitate, & prosperitate, quòd *beatitudo* semper accipiatur pro bono honesto, atque adeò in bonam partem: non ita *felicitas, & prosperitas.* Nam 23.q.1.cap. paratus

Fortunati. *Felicitas.*

ratus.in fin. dicitur prosperitate, peccantium nihil infelicius. Glos. in Can. *Si quis.21.q.2.v.æternam* dicit prosperitatem & felicitatem in hoc sæculo esse periculosam ad consequendam vitam æternam. *Et de pænit.dist 3.§.quanquam*, habetur prosperitatem malorum redundare in caput eorum. De beatitudine verò quando est sermo in iure, siue canonico, *De consecrat.dist.4* siue ciuili *C.de vetera l.1.lib.12.* nihil sinistrum legitur: immò apud Iurisconsultos idem est *Beare* atque prodesse, vt *beati* ijdem dicantur qui alijs prodesse possint, ac debeant, *l.bonorum, ff. de verb.signif.* Denique in S Pagina omnia, quibus significatur beatitudo, rem optimam sonat: nam appellatur *gloria*. Luc.23. *Et ita intrare in gloriam suam*, *dicitur regnum cælorum*; Matth.25. *Venite benedicti, accipite regnum*. Interdum vita æterna, ibidem, *Ibunt hi in vitam æternam*. Interdum ineffabilium bonorum collectio. 2.*Corinth*.2. Est etiam discrimen (teste Suar.disp.4. init.) inter beatitudinem, & vltimum finem, quòd licèt in homine coincidant, tamen secundùm se *finis* vt sic, denotat formalem rationem causæ: at *Beatitudo* solum dicit rationem boni perfecti. Vnde cum Deus dicatur propriæ habere beatitudinem, non dicitur habere finem vltimum.

Beare. prodesse. Beatitudinis nomina.

Beatitudo differt a fine.

35 His explicatis hominibus duplex acceptio beatitudinis præcipuè celebratur inter Philosophos, & Theologos, vt videre est apud Suar. cit.sect.1. & Salas tract.2. disp.1.sect.1. num.2. Sumitur 1. prout videtur importare statum quendam felicem, in quo habebit homo plenitudinem bonorum, & complementum suorum desideriorum. In quo sensu eam accepit S.Thom.hic, q.5.a.3. & 4. affirmans esse perfectum, atque sufficiens bonum, omne malum excludens, & omne desiderium implens. Sic definitur à Boetio: *Est beatitudo status omnium bonorum aggregatione perfectus*. Sumitur 2. prout significat summam quandam perfectionem hominis qua coniungitur summo bono: & vocari solet perfectissima operatio, qua homo suum finem vltimum comparat. In hac acceptione, videtur definiri ab Aristot. 1. Eth.c.7. *Felicitas est operatio animæ per rationem, aut non sine ratione, secundũ virtutem in vita perfecta*. Exponitur à Conimb. in lib.Eth. disput.3. q.3.art.3. sic: Dicitur *operatio animæ per rationem, sine intellectum*, vt innuatur eam operationem egredi debere à potentia intellectiua: *aut non fine ratione*, vt vel saltem ab intellectu præscribi & regulari debeat. *Secundùm virtutem*, quia oportet actionem, in qua consistit beatitudo, studiosam esse, & rectæ nationi consonam. Subditur, *in vita perfecta*, quia nec vna dies, nec vna operatio reddit hominem beatum, sed diuturna, & longo tempore exercita.

Beatificus status.

Felicitas.

Beatitudo quid & quotuplex.

36 Vt verò beatitudinis naturam simul & multiplicitatem prosequamur, omissa tanquam inepta diuisione illius in falsam & veram: prima diuisio, quæ ex duplici explicata acceptione colligitur, est in beatitudinem essentialem & accidentalem: *essentialis* est illa rationalis operatio, in qua beatitudo formaliter consistit. *Accidentalis* est quidquid non ad intrinsecam illius rationem spectat, sed solum ad statum: vnde continet omnes illas perfectiones accidentales, quæ faciunt collectionem omnium bonorum, & beatitudinem essentialem comitantur. 2. diuisio fit in beatitudinem obiectiuam, & formalem. *Obiectiua* dicitur ipsum obiectum, quod nos beat, & est Deus iuxta Suar.disp.5.sect.2.& Aegid.l.5.q.6. art.2. Nam Deus est finis verus simpliciter vltimus, summum bonum per se sufficiens ad satiandum hominis appetitum. *Formalis* est adeptio obiecti beantis, quæ iuxta Suar. disp.7 sect.1.à n.30. consistit in duplici operatione, altera intellectus, altera voluntatis circa Deum, vt docet Vasquez disp.11.à c.3. consistit in sola Dei visione. Colligitur ex illo Ioan. 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum*. Coincidit huiusmodi diuisio cum illa, quæ fit in beatitudinem *vt rem*, & dicitur *quæ* est enim, quæ obiectiuè beat: & in beatitudinem, *vt adeptionem* & dicitur *qua*, scilicet qua obiectum beans comparatur.

Beatitudo multiplex.

Essentialis Beatitudo.

Obiectiua beatitudo & formalis.

Beatitudo quæ & qua

Tertia diuisio fit in beatitudinem naturalem & supernaturalem: *naturalis* est quæ habet proportionem cum natura humana, adeò vt homo per media naturalia, & naturales vires ad illam peruenire possit. *Supernaturalis* est, quæ naturam humanam excedit, ita vt homo ad illam peruenire nequeat, nisi diuinitùs eleuetur. Quarta diuisio fit in beatitudinem perfectam, & imperfectam. Hæc diuisio coincidit cum præcedenti iuxta nonnullos existimantes beatitudinem perfectam esse supernaturalem, imperfectam naturalem. Sed rectiùs coincidit cum alia, quæ fit in beatitudinem alterius vitæ & huius vitæ: nam illa perfecta, hæc imperfecta rectè censetur. Quinta fit in speculatiuam & practicam: *speculatiua* consistit in pura cognitione summi boni, practica in opere circa summum bonum. Impropriè tamen fit: quia saltem secundum membrum non est beatitudo, nisi quid requisitum ad completum statum beatitudinis. Sexta diuisio fit in beatitudinem priuatam, quæ ad hominem priuatum spectat respectu sui; & politicam, quæ spectat ad hominem, prout est politicus, seu politicè viuit, ac versatur in republica. Vide Suar.hic disput.4. sect.3. Aegid. Lusitan. l.3.quæst.1.art.2.& Salas art.2.d.1.sect.1.

Speculatiua beatitudo. Politica beatitudo.

SECTIO II.

Concernentia, ad Beatitudinem.

37 CVm finis vltimus parum diffideat à beatitudine, ijdem ferè actus, qui finem antecedunt, & subsequuntur, circa beatitudinem versantur, proindeque ijs omissis, vtpotè iam expositis Elucid. 1. sect. 3. acturus de concernentibus, priùs vnum, vel alterum attingam, tum de propensione hominis ad beatitudinem, tum de gaudio, quo, ea iam comparata, perfunditur. Quantum igitur ex D.August. 1. de libero arbitr. c. 10. colligitur à Salas 1. 2. tract. 2 disp. 1. sect. 1 n. 3. & latè exponit Suar. in Met. disp. 1. sect. 6. num. 3. *Appetitus* est triplex, primus dicitur innatus, secundus elicitiuus, tertius elicitus. *Innatus* qui impropriè vocatur appetitus, & conuenit rebus tū animatis, tum inanimatis, propriè nihil est aliud quā naturalis propensio, quam habet vnaquæque res in aliquod bonum quæ inclinatio in potentijs passiuis est naturalis capacitas, & proportio cum sua perfectione: in actiuis verò est ipsa naturalis facultas agendi. In hoc appetitu nequit distingui actus primus, & secundus, cum non addat aliquid vltra ipsam rei naturam vel dictam facultatem. *Elicitiuus* est propriè appetitus, cum sit rigorosa facultas, quæ fertur in bonum vt bonum, quod proprio actu appetere potest: diuiditurq; in sensitiuum & rationalem. Hic appetitus etiam est innatus, si loquamur generatim de innato, & accipiatur præcisè pro innata propensione, quam habet potentia ad suum actum & obiectum. Qui verò ita est innatus, vt sit etiam elicitiuus actualis appetitionis, qua tendit in bonum formaliter, & quatenus bonum est, ideò proprijssimè vocatur appetitus, & ab innato tanquā improprio, & metaphorico condistinguitur.

Appetitu innatus.

Elicitiuus.

Elicitus nihil aliud est quàm ipsa appetitio actualis, seu actus progrediens ab appetitu elicitiuo, quo bonum amat, vel desiderat, & quamuis naturalis nunquam innatus dici potest in rigore, saltem in nobis. Quod attinet ad tendentiam appetitus in beatitudinem: si loquamur de beatitudine naturali, tam innatus, quàm elicitus in eam fertur: si de supernaturali perfecta, qualis est Dei visio, ad eam non datur appetitus innatus saltem completus, datur verò naturaliter elicitus: inefficax quidem & conditionatus, non verò efficax & absolutus. Vide S.Thom. quæst. 5. ar. 8. Suar. disp. 16. & Salas tract. 2. d. 12.

Elicitus appetitus.

38 Celebris in hac materia est vox *illapsus*, qua vsus fuit Henric. Gand. quodl. 13. q. 12. affirmans nostram formalem beatitudinem in patria tunc præcipuè dari, quando Deus ita illabitur, & vnitur substantitiæ animæ, vt ipsam maximè perficiat, & in se quodammodò transire faciat. In qua sententia explicanda immorantur Vasq. disp. 8. cap. 1. & 2. Suar. disp. 6. sect. 1. & Salas tt. 2. d. 2. lect. 2. Nobis satis sit animaduertere vocem *illapsus* esse in vsu apud Latinos pro influxu. Colum l. 2. cap. 2. loquens de fluuio: *Constructio ripam sustineat, ne precludatur humoris illapsu, atque exitu.* Deducitur enim à verbo *illabor* quòd est influere. Plin. lib. 5. c. 29 de Mæandro fluuio loquens: *Lenis* (inquit) *mari illabitur.* Hoc est fluit in mare. Quando ergo dicitur Deum suæ diuinitatis illapsu animas beare, videtur intelligi quòd diuinitas instar immensi fluminis placidè illabentis animas permeet.

Illapsus Illabi.

Dato huiusmodi illapsu, & beatitudine qualitercunque siue per visionem, siue per charitatem consummata, illicò pullulat gaudium, lætitia, exultatio, iubilatio. Verùm huiusmodi voces licèt pro eodem sæpe vsurpari soleat, & vna per aliam mutuò explicetur, tamen qui velint castè loqui, ex Latinæ linguæ parentibus, ita debent distinguere, vt *gaudium* sit affectio, qua exhilaratur animus intra se, sine vllo exteriori indicio: *Lætitia* verò cum foras prodit, & præcipuè in vultu apparet. M.Tullius 4. Tusc. *Cum ratione* (inquit) *animus mouetur placidè, atque constanter, tunc illud gadium dicitur: cum autem & inaniter, & effusè animus exultat, tunc illa lætitia gestiens, vel nimia dici potest.* Et eodem lib. *Sic quidem gaudere decet, lætari non decet.* Vnde *exultatio* maiora interni gandij signa videtur exhibere quàm lætitia. Nam vocatur indecora à Quintiliano lib. 2. c. 2. deriuatur enim à verbo (*exulto*) quod significat supra modum exilire, & quasi gestibus, saltibusque lætitiam ostendere. Tullius lib. de repub. *Est quiddam turbulentum in hominibus si singulis quod vel exultat voluptate, aut molestia frangitur.*

Gaudium. & lætitia,

Exultatio.

Exulto.

Huic simile est verbum (*gestire*) quod licèt significet cupere *l. 1. C. inoff. donat.* tamen propriè est lætitiam animi promere cum quodam corporis motu. *Iubilare* verò (vt ex August. tradit Calepinus) est restari voce, verbis tamen explicare non posse gaudium, quod corde conceptum est. Hinc *iubilum* dicitur id quod ex gaudio fit voce, nec tamen verbis explicatur. Est enim iubilare idem quod *quiritare*, nempe conceptum gaudium elata voce ostendere, scilicet inclamando. hoc discrimine (inquit Sypont. col. 325. num. 20.) quòd *quiritare* quiritum est, nempè nobilium Romanorum, *iubilare* verò rusticorum. Iubilum aliqui dictum volunt à iubare, quo sol exhilaratur, alij à iuuamine: nam iuuare delectare est; alij denique iubilare, sicut & *Ouare* deducunt à vocibus quibus læti & triumphantes vti solemus ad manifestandam lætitiam.

Gestire.

Iubilare

Iubilum,

Quiritare

Ouare.

39 Spectant valdè ad beatificum statum dotes, & aureolæ, quas Christus animabus, corporibusque beatis confert. Quamuis enim *dos* prout oritur à dando, latè accipiatur pro omni eo, quod alicui

Dos quid.

alicui datum est vel à natura, vel ab hominibus: vnde dotes animæ dicuntur ingenium, prudentia, iustitia, fortitudo: dotes corporis, pulchritudo, robur, incolumitas, & his similia apud Mart. lib. 13. & Tull. 1. de orat. tamen vox illa sumitur interdum ex speciali metaphora matrimonij; id enim quod datur ad sustinenda onera matrimonij, solet appellari dos in iure *l. si rem æstimatã, ff. de iure dot. l. fundus fam. ff. hercisc. l. si maritus, & l. si filiæ §. hoc amplius,* eo tit. Hinc S. Thomas in 4. d. 49. art. 1. transtulit ad animam beatam, quæ per charitatem & iustitiam Christo spiritualiter coniungitur, & huiusmodi coniunctio desponsatio appellatur ad Corinth. 11. *Despondi enim vos vni viro Virginem castam exhibere Christo*. Proindeque Christus sponsus animas cęlum ingredientes ornare solet dotibus, quas Suar. disp. 11. sect. 1. à num. 3. in habitibus, Vasq. verò disp. 17. c. 2. & alij in operationibus collocant.

Dos latè accepta.

Dotes beatorum.

Roganti quot, & quænam sint istæ dotes? Breuiter satisfacimus asserentes ex mente collocantium illas in operationibus, esse tres, nempe visionem, comprehensionem, & delectationem: nam huiusmodi operationes sunt præcipuè, quæ animabus beatis in patria conferuntur: aliæ enim quæ immediatè non versantur circa obiectum beatificum, potiùs donationes propter nuptias, quàm dotes nuncupari debent. Ex mente constituentium rationem dotis in habitu, dicimus esse vnam, scilicet lumen gloriæ: per illud enim anima disponitur ad propriam operationem status beatifici: nam cæteri habitus, nempè charitas, spes, & alij, communes sunt patriæ & viæ.

Dotes animarum in cælo quot.

Corporibus etiam beatis impenduntur à Christo quatuor dotes, quæ sunt claritas, impassibilitas, subtilitas, agilitas, quas latè probat, & explicat Salas tract. 2. d. 14. à sect. 15. Nec in anima Christi Domini, nec in Angelis admittũtur dotes. Quãuis enim in illis detur lumen gloriæ quoad substantiam, tamen non datur quoad denominationem dotis. Nam metaphora dotis nec quadrat in Christum Dominũ: anima enim ipsius non habet rationem sponsæ respectu Dei cum habeat diuersam naturam: nec quadrat in Angelos, quorum natura tum à Deo, tum à Christo domino diuersa est, ac proinde matrimonij spiritualis censetur incapax.

Dotes corporum.

Aureola beatorum.

Laureola Beatorum.

40 Præter beatitudinem essentialem, quæ versatur omninò circa Deum summum bonũ, dari beatitudinem accidẽtalem circa alia obiecta, quæ complectitur non solum actus intellectus, sed etiam extrinsecum decus & ornamẽtum pro comperto habetur à Suar. disp. 11. sec. 2. Inter alia accidentalia præmia sunt quæ appellãtur *aureolæ*. Quãuis enim hoc nomen Latinis non fuerit in vsu: cum (teste Mart. lib. 1. Epist.) appellarẽt *lauream & laureolam* illam coronam, quam triumphator gestabat: similiter *aurum coronarium* (authore Gellio lib. 5. cap. 6.) diceretur illa corona, quæ imperatori triumphaturo decernebatur, vel iuxta alios, à prouincijs mittebatur, tamen Theologi, duce S. Thoma in 4. d. 49. quæst. 5. docent in beatis dari *aureolas*: quam appellationem (vt testatur Ribera lib. 2. de templo cap. 3. num. 5.) ex sacris litteris acceperunt. Nam Exod 25. præcepit Deus in labio mensæ propositionis, quæ beatitudinis æternæ symbolum erat, fieri coronam interrasilem, altam quatuor digitis: & super illam alteram coronam aureolam. Nomine prioris designatur essentiale præmium commune omnibus electis, qui tanquam reges, & victores gloria & honore coronantur: nomine posterioris, vtpote diminutiuo (laureola enim est parua corona) designatur præmium accidentale.

Laureola.

Aurum coronarium.

Aureola quotuplex?

Côueniunt in hoc Theologi tres esse aureolas, nempè Martyrum, Virginum, & Doctorum. Nam corona respondet victoriæ: tres autem sunt præcipuæ victoriæ, quas comparant Martyres de mundo, Virgines de carne, & Doctores de dæmone, gregem Christi contra illum propugnantes. Difficilium est, in quo consistat peculiaris ratio aureolæ? Respondet Suar. d. 21. sec. 3. n. 3. ex S. Th. citato, consistere in speciali gaudio & honore, quem beati habent propter victorias reportatas. Non displicent qui cum Salas tr. 2. disp. 8. sec. 3. n. 56. & Aegid. Lusit. to. 3. lib. 5. q. 9. a. 1. n. 6. putant aureolas illas esse quædam signa, vel insignia spiritualia, quæ animæ Martyris, Virginis, aut Doctoris imprimuntur, eamq; à reliquis distinguunt. Si enim admittuntur characteres, quibus tres fidelium gradus, scilicet baptizati, confirmati, & ordinati secernuntur, dissonum non erit admittere qualitates alias spirituales, quibus tres præcipui ordines militiæ spiritualis insignantur. Imò in corporibus gloriosis (vt tradit Salas cit. nu. 74.) erit aliquod signũ aureolis animę respõdẽs, siue sint in manibus palmæ, siue in capite coronæ, quæ pro diuersitate victoriarum, varium colorem præferant, nempe subrubeum Martyrij, cãdidum Virginitatis, & subuiridẽ Doctoratus.

Victoriæ coronæ.

Matyrum coronæ.

Doctorum coronæ.

Fructus beatorum.

41 Denique est metaphorica appellatio fructum, quos in Matth. 13. Christus Dominus pollicetur beatis, alijs 100. alijs 60. alijs 30. per quos S. Thom. in 4. d. 49. q. 5. a. 2. vult significari quædam præmia accidentalia, quæ respondent castitati coniugatorum, viduarum, & virginum. S. Aug. lib. 9 Euang. q 9. illos tres fructus accõmodat martyribus, virginibus, coniugatis. S. Gregor. homil. 15. in Ezech. sic accommodat distribuendo profitentibus vitam contemplatiuam 100. actiuam cum singulari perfectione 60. & actiuam communem 30. Verùm quia beatitudo essentialis, & quodlibet præmium rectè appellari potest fructus meritorum, & S. Aug. lib de Virg. c. 45. & 46. rectè diuidit omnes iustos in tres ordines, quorum alij sunt perfecti, alij mediocres, alij infimi, non abs re Suar. disp. 11. sec. 3. n. 5. existimat ibi esse sermonem de beatitudine essentiali, quæ inæqualiter, triplici assignato inæqualitatis genere conferetur

perfectis, medioctibus, & infimis, ita vt perfecti capiant 100. mediocres 60. infimi 30. pro ratione meritorum, quibus correspondebit visio Dei distincta & clara triplici ordine distinctionis, perfecto, mediocri, & infimo.

ELVCIDATIO III.

De voluntario, & inuoluntario.

42 P*Ostquam S. Thomas egit de vltimo fine & beatitudine, acturus de actibus humanis, quibus finis vltimus, & beatitudo comparatur, promittit 6. quæstionem de voluntario, sine quo nullus actus humanus consistere potest. Nos recti ordinis, & suscepti instituti memores, vt in huc materia Theologicum & Iuristicum idioma prosequamur, quia intelligimus voluntarium & liberum magnopere consentire, & contrariorum coniunctam esse debere doctrinam, primò explicabimus quid & quotuplex sit liberum, voluntarium & inuoluntarium: secundò quid & quotuplex sit necessarium, coactum, & violentum; tertiò quid & quotuplex sit voluntas, seu voluntatis actus: tandem quomodò de prædictis Theologi ac Iuristæ loquantur, vt sic dictiones innotescant.*

SECTIO I.

Liberum, voluntarium, & inuoluntarium quid sit, & quotuplex?

Libertas & liberum. REmissa acceptione libertatis, prout opponitur seruituti, ad elucidationem, quam instituemus de seruis: libertas (teste Cicerone in Parad.) est potestas viuendi vt velis. Sumitur à Latinis primariis modò in bonam partem pro fiducia increpandi, modò in malam pro licentia, seu effræni quadam animi libidine. Vnde liber vocatur qui licenter loquitur: liber item qui solutus & immunis, vt liber à metu, fide, negotijs, legibus, obligationibus. Dicuntur *libera mandata*, quæ plenam rei constituendæ potestatem habent. Liuius 7. bello Maced. loquens de legatis. *His* (inquit) *quæ præsentis disceptationis essent libera mandata, de summa rerum Senatus constituit.* Hinc apud Iuristas *libera* quando adiungitur *potestati*, videtur excludere alterius consensum: vt dicatur *Libera potestas*, quando potest quis sine alterius consensu disponere. *Cap. fin. de postulat. prœl.* & quando potest facere quin alterius consilium expectet, teste Verall. decis. 297. num. 6. p. 1. nam facere liberè idem valet, atque facere arbitrio suo, vt tenet Alciat. consil. 212. num. 4. *Libera mandata.* *Potestas libera.*

Docet verò Syluester *v. liber*, potestatem liberam non significare vltra mandatum generale, & consequenter per illam non videri concessa, quæ requirunt mandatum speciale de communi vsu; licèt secus ex significato attento de iure scripto. Quia tunc significat posse fieri quod sine mandato speciali non fieret, excepta donatione. *L. procurator cui generaliter ff. de procur.* addita *l. filius ff. de donat.* Potestati liberæ, vel plenæ expressæ æquiualet, si Dominus concessit quod procurator possit quod ipse dominus *l. creditor §. Lucius ff. mandati*. Item si dominus promittit se ratum habiturum quidquid per suum procuratorem actum fuerit, *l. 1. ff. de procurat.*

43 Est ciuile discrimen inter facultatem, & libertatem, quòd *facultas* est quædam facilitas; *libertas* verò quæ non habet impedimentum. *Instit. de iure personarum §. 1.* ex sententia Alberici in dictione *v. facultas*. Nam libertas significat potestatem faciendi aliquid sine licentia, vel requisitione alterius. *Cap. fin. §. fin. de consuet. in 6.* Idem est *facere liberè*, atque facere sine impedimento, contradictione, grauamine, obstaculo, atque diminutione, vt ex multis textibus probat Alex. cons. 214. nu. 4. vol. 6. & Surd. decis. 265. n. 3. Sic fieri liberè dicitur, quòd quis sine vlla obligatione, sed sua absoluta voluntate facere potest, iuxta Socin. consil. 13. in fine vol. 1. *Sic liberè habere aliquid* quis dicitur, qui illud ab omni onere exemptum habet, iuxta Glos. in *Clem. dudum v. liberè.* Sic testatur Menoch. cons 640. à n. 2. de testatore relinquente aliquid liberè, quod ab omni onere fideicommissi censeatur eximere. Item si vxor relinquatur vsufructuaria liberè, habebit plenum vsumfructum, cum tamen aliàs habeat sola alimenta, vt dixit Caualcan. de vsufruct. mulieri relicto cap. 1. n. 50. Quamuis verò vox huiusmodi adiecta importet absolutam potestatem nulli legi obnoxiam iuxta Roland. cons. 42. n. 17. tamen exigit iuris ordinem, teste Hippol. cons. 49 num. 47. Vnde si detur alicui facultas libera, non excludit iuris communis dispositionem, & sic testari prohibito facultas libera concessa intelligitur seruata forma iuris. Menoch. de arbitr. q. 7. lib. 1. à n. 36. *facultas, & libertas.* *Liberè facere.* *liberè fieri.*

44 Apud Theologos & Philosophos libertas sumitur dupliciter. 1. latè prout opponitur coactioni, & vt sic idem est *liberum*, atque *spontaneum*, in quo sensu dixit Scot. in 1. dist. 10. quæst. 1. Spiritum Sanctum à Patre, & Filio liberè procedere, idest spontaneè. 2. strictè prout opponitur necessitati, & idem valet liberum, atque non necessarium. In hac secunda acceptione libertas formaliter definitur, *Potestas, siuè indifferentia ad operandum, qua quis positis requisitis potest agere*, vel non agere, vel agere oppositum. Differunt *libertas* & *deliberatio*, quòd illa sit indifferentia in voluntate, *deliberatio* sit intellectus consultatio de bonitate, vel malitia obiecti. Nam *deliberare* est perpendere, & definire. Vnde idem actus voluntatis dicitur liber & deliberatus: *liber* à voluntate indifferente *deliberatus* ab intellectu consultante, & perpendente. *Libertas philosophicè.* *Spontaneũ.* *Deliberatio & libertas.* *Deliberare.*

Quia

Libertas multiplex. Quia verò ratio & essentia libertatis ex ipsius multiplicitate explicata meliùs constabit, libertas, siue in actu primo, siue in actu secundo accipiatur triplex est 1. *radicalis.* 2. formalis, 3. contradictionis, & contrarietatis. *Libertas radicalis* in actu primo, remota, est substantia intellectualis, proxima est intellectus, in actu secundo est cognitio intellectualis proponens obiectum cum indifferentia obiectiua. *Libertas formalis* in actu primo est voluntas ex natura sua indifferens ad agendum vel non agendum, vel ad agendum oppositum: in actu secundo est ipsius volũtatis actus liber. *Libertas contradictionis*, quæ dicitur quoad exercitium, cõsistit in eo quod potentia possit elicere, vel non elicere actum intra eandem speciem circa idem obiectum, v.g. elicere vel non elicere volitionem: *libertas contrarietatis* quæ dicitur quoad speciẽ, consistit in eo quòd potentia possit elicere duos actus cõtrarios diuersæ speciei circa idem obiectũ, v.g. volitionem vel nolitionem. *Libertas formalis* huc est duplex, altera naturalis, altera moralis: *naturalis* est indifferentia potentiæ ad operandum vel ad non operandum circa obiectum sub ratione boni, aut mali naturalis, v.g. iucundi, vel iniucundi: & hæc non sufficit ad meritum, vel demeritum. *Moralis* est indifferentia potentiæ ad operandum, vel non operandum circa obiectum sub ratione boni vel mali moralis, scilicet honesti, aut inhonesti, quæ proinde est perfecta sufficiens ad meritum, vel demeritum. Hæc ex probatissimis authoribus dictaui olim in Meth. tract. 4. quæst. 1. art. 1.

Radicalis Formalis libertas.

Contradictionis libertas.

Naturalis libertas.

Moralis libertas.

Voluntarium quid & quotuplex. 45 *Voluntarium* à voluntate deductum apud Latinos est in frequentiori vsu, & pro libero seu non necessario, ita vt propriè sit quod in sua quisque potestate positum sciens agit: Tullius pro Q. Rabir. *Illa fuit* (inquit) *oratio necessaria, hæc erit voluntaria.* Vnde voluntaria mors, voluntarium facinus, voluntarij milites. Sunt etiã apud Iuristas voluntariæ impensæ, voluntarium exiliũ, voluntaria iurisdictio, de quibus alibi. Apud canonistas (vt testatur Syluester v. eod.) importat motum, vel actum à propria inclinatione procedentem, propter finem cognitum, 12 q. 6. In S. Pagina sumitur quandoque pro *opere supererogationis*, quod à præcepto & obligatione immune est. *Voluntariè sacrificabo tibi*, Psal. 118.

Supererogationis opus.

Apud Theologos ex vi nominis (vt tradit S. Damasc. lib. 2. fidei c. 24.) idem sonat atque spontaneum, & in genere triplex est: primum dicitur obiectiuum quod respicit ur à voluntate vt obiectum, & potiùs *volitum*, quàm *voluntarium* appellari debet: huiusmodi est illud ad quod efficiendum voluntas nullo modo concurrit; illud tamen approbat, vel de illo delectatur. Sic se habet inuentio thesauri ad voluntatem inuenientis, vel externa passio ad voluntatem martyris. Secundum dicitur *voluntarium effectiuè* & est illud quod à voluntate alicuius pendet tanquam effectus. Sic se habens actus eliciti, & imperati, & quicunque effectus illos consequuntur. Vnde *voluntarium effectiuè* addit supra *volitum* relationem effectus ad voluntatem à qua causatur: quamuis primus actus elicitus non dicatur volitus (vt quod) extrinsecè, sed volitus (vt quò) intrinsecè, quatenus est ipsa formalis volitio, & non datur actus præcedens, qui ad illum terminetur vt ad obiectum. Tertium dicitur *voluntariũ omissiuè*, & est quod à voluntate habet esse per omissionem: sic se habet omnis omissio actus, quem voluntas omisit, cum posset, ac deberet exercere.

volitum.

Effectiuè voluntarium.

Omissiuè voluntarium.

Voluntarij definitio. 46 His acceptionibus explicatis, voluntarium in rigore acceptum definitur ab Arist. 3. eth. c. 3. *Id cuius principium est in ipso agente sciente singula, in quibus est actio.* Quæ definitio communiter sic aptari solet: *Est quod est à principio intrinseco cognoscente singula, in quibus est actio.* Per particulam (à principio) intelligitur principium actiuum, à quo non est necesse procedat effectus tanquam à rigorosa causa. Additur (intrinseco) quia principium esse debet intrinsecum ei cui actus voluntarius est: & operans debet moueri à se ipso: nec sufficit quòd moueatur ab alio, sicut mouetur lapis quando proijcitur. Non requiritur verò quòd principium sit naturale simpliciter: sufficit enim quòd sit à natura inditum, dummodo sit obedientiale eleuatum, vt patet in actibus voluntatis supernaturalibus. Particula (*cognoscente*) accipi debet non formaliter, sed præsuppositiuè: quia voluntas vt eliciat actum voluntarium, semper cognitionem intellectus præsupponit. Tandem particula (*singula in quibus est actio*) ideò apponitur, quia cognitio attingere debet omnia, à quibus dependet actio quoad suam moralitatem. Vnde ad voluntariũ perfectissimum requiritur cognitio attingens omnes omninò rationes, à quibus actio sumit suam bonitatem, vel malitiam, nempe finem, obiectum, & omnes circumstantias: ad rigorosum & perfectum voluntarium satis est cognitio illius respectu cuius actus voluntarius est. Quare occidenti hominem, & ignoranti esse clericum, voluntarium homicidium est, non autem sacrilegium.

Liberum & voluntarium. Colligitur 1. omne liberum esse voluntariũ, non è contra, proindeque latius patere voluntarium, quàm liberum. Nam definitio voluntarij competit omni libero, non è contra. Quia datur voluntarium non liberum, nempe actus quo Deus se diligit, & actus quo diligitur à beatis. Colligitur 2. posse dari voluntarium sine vllo actu positiuo voluntatis, nempe in pura omissione quę libera est, & tunc voluntas solum dicitur habere actum interpretatiuè.

voluntas multiplex. 47 Celebris est duplex diuisio voluntarij. Prima fit in voluntarium in se, & voluntarium in alio: *Voluntarium in se* est illud quod in se ipso, & non in alio priùs volito terminat actum voluntatis, & dici solet immediatum, formale, & explicitum, siue sit positiuum, siue negatiuum, vt actus imperatus, siue negatiuum, vt omissio, dummodò in se appetatur. *Voluntarium in alio*,

Implicitum voluntarium.

quod etiam dicitur virtuale, mediatum, & implicitum, est quicunque effectus positiuus, vel negatiuus, qui non terminat actum voluntatis in se, sed in alio, in causa scilicet positiua, vel negatiua. *Effectus positiuus* voluntarius in alio, est v.g. homicidium præuisum in emissione sagittæ ei, qui intendebat feram occidere. *Effectus negatiuus* voluntarius in alia, est v.g. omissio sacri præuisa in ludo ei, qui præcipuè ludum intendebat.

Directum voluntarium.

Secunda diuisio fit in voluntarium directum & indirectum. *Voluntarium directum* est illud, quod pendet à voluntate per actum positiuum, siue voluntas obiectum amplectatur, siue repudiet: vel obiectum sit positiuum, vt amor Petri, vel sit negatiuum, vt quæuis omissio, quæ actum positiuum voluntatis terminet. *Voluntarium indirectum* est illud, quod pendet à voluntate non per actum positiuum influente, sed solum suspendente actum, vel omittendo, vel permittendo. Nam voluntas indirectè censetur quasi per actum positiuum velle, quando potest remouere oppositum, nec remouet. Vnde voluntarium indirectum appellari solet interpretatiuum & virtuale. Membra huius diuisionis non coincidunt cum membris præcedentis. Nam voluntarium directum complectitur, tum voluntarium in se qualis v.g. est emissio sagittæ, tum voluntarium in alio, qualis est occisionis volita per actum positiuum in emissione sagittæ. Deinde voluntarium indirectum extenditur tum ad voluntarium in se, qualis v.g. est omissio curationis ægroti, tum ad voluntarium in alio, qualis est mors sequuta ex dicta omissione.

Indirectum voluntarium.

Interpretatiuum voluntarium.

In voluntarium quid & quotuplex.

48 Quod attinet ad *inuoluntarium*, sumitur à Theologis tripliciter, 1. *negatiuè* provt ita opponitur voluntario vt detur in subiecti, incapacibus cognitionis, atque adeo voluntarij. 2. *Priuatiuè* prout ita opponitur voluntario, vt detur in subiectis capacibus quidem voluntarij, sed quæ accidentaliter illud non habent propter delectum cognitionis, vel alterius requisiti, 3. *contrariè* prout censetur fieri contra internum impetum, & inclinationem voluntatis, vel appetitus: & hæc est propria voluntarij acceptio, iuxta quam definitur à Philos. 3. eth. c. 1. *Quod quispiam vel violentia, vel per ignorantiam facit.* Quia verò hæc definitio solum comprehendit inuoluntarium simpliciter, & non extenditur ad inuoluntarium secundùm quid, alia quæ vtrumque complectatur, à Theologis sic aptari solet. *Inuoluntarium est quod fit contra inclinationem & impetum appetitus tam rationalis quam sensitiui.* Nam inuoluntarium simpliciter est quod quis agit, vel patitur contra talem inclinationem voluntatis, quę cum opposita efficaci circa eundem effectum stare nequit: vt cernitur in eo qui occiditur ab inimico: mors enim illi ideo est simpliciter inuoluntaria, quia habet talem affectum non moriendi, qui cum opposita efficaci dari nequit. Inuoluntarium secundùm quid ex opposito est illud quod quis agit, vel patitur contra talem affectum voluntatis, qui cum actu efficaci opposito circa eundem effectum stare potest. Hoc reperitur in proijciente merces in mare metu mortis: talis enim proiectio est illi inuoluntaria secundùm quid: quia licèt habeat affectum non proijciendi, habet tamen oppositum efficacem, ratione cuius proijcit.

Violentia ad in voluntarium.

Ignorantia ad voluntarium.

Est etiam multiplicitas inuoluntarij respiciens multiplicitatem voluntarij: proindeque inuoluntarium in genere triplex, effectiuum, obectiuum, & omissiuum. Quamuis enim aliqui dicant solum dari inuoluntarium obiectiuè: quia vt daretur effectiuè, & omissiuè, voluntas ad illud concurreret: repugnat autem quòd voluntas cooperetur ad id quod sibi inuoluntarium est, & cui renititur positiuè, tamen datur *inuoluntarium effectiuè*, quod patet in actibus imperatis aliarum potentiarum, & in inuoluntario secundùm quid: ad hoc enim voluntas efficaciter concurrit, licèt resistat inefficaciter. Datur etiam *omissiuè* vt patet in omissionibus, quæ vel in ipsa voluntate, vel in aliis potentijs contra efficacem voluntatis impetum contingunt. Denique reperitur inuoluntarium in se & in alio, directum & indirectum, perfectum & imperfectum prout correspondet multiplici voluntario, à quo proinde supra elucidato mutuabitur elucidationem. Vide Vasquium disp. 23. & 25. Suar. tract. 2. d. 1. & 2. Salas. q. 6. tract. 3. disp. 1.

Inuoluntarium multiplex.

Effectiuè inuoluntarium.

SECTIO II.

Necessarium, coactum, & violentum quid sit, & quotuplex?

49 NEcessarium (inquit Opilius Aurelius apud Sypontinum col. 1172. nu. 30.) dicitur in quo non sit cessandum, aut sine quo viui non possit, aut sine quo non benè viuatur, aut quod non potest prohiberi quin fiat; Sumitur in rigore Latini sermonis pro eo quod opponitur voluntario & libero. Tull. 10. Philipp. *An eum illum necessarium & fatalem pene casum non tulerimus, hunc feremus voluntarium?* Necessitas, & necessarium multipliciter accipitur apud Iuristas: nam pro præcepto sumitur necessitas 23. quæst. 6. in quo sensu loquitur Apostolus 2. ad Corinth. *Non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis.* Vnde sumitur pro obligatione, quæ à præcepto, & lege prouenit: in quo sensu dixit Gratianus d. 4. ad finem, Decretum necessitatem facit, exhortatio liberam voluntatem excitat. Pro commoditate, & honestate 21. q. 4. cap. 1. in vlt. glos. Pro difficultate in *Anthen. vt iudic. sine quoquo custra*, pro vtilitate, ita vt idem valeat necessariò atque vtiliter in 1. *Constit. C. in princ.* Pro

Necessarium quid.

Necessitatis acceptio

Præceptum quod necessitas.

Vtilitas quod necessitas.

Pro conuenientia ita, vt idem sit necesse, atque conueniens.77.*dist. Credo vos*, per Archid. necessarium sumitur pro eo quod si non detur, res periret, aut deterior fieret, *L.impensæ ff. de verb. & rer. sign.* Hinc Syluester *v.Necessitas*, triplicem in iure agnoscit: prima dicitur *absolutá*, & est eius, sine quo vita corporalis sustentari non potest, qualis necessitas alimenti. Secunda dicitur *opportuna*, & est eius sine quo vita commodè sustentari nequit, qualis necessitas indumenti, & domorum. Tertia vocatur *proficua*, & est eorum, sine quibus vita non vtiliter sustinetur, putà librorum pro studio.

Necessitas multiplex.

50 Apud Phys. (vt exponit Suar. in Metaph. disp.19. sect.2. nu.9.) necessarium sumitur dupliciter. 1. prout opponitur voluntario, & tunc illa actio necessaria dicitur, quæ voluntaria non est & bifariam accidere potest, vel *negatiuè*, quo pacto non dicuntur voluntariæ actiones rerum carentium cognitione: vel *contrariè* quo pacto non dicuntur voluntariæ actiones in animalibus coactæ & violentæ. 2. prout opponitur tam impossibili, quàm possibili non esse: quomodo dicitur necessaria actio, quæ non potest non esse, aut fieri, positis omnibus requisitis ad agendum, siue egrediatur à bruto, siue à subiecto rationali: in qua acceptione necessarium vocatur, quod fit ex absoluta determinatione ad vnum, & cum libero stare nequit. Est in Philosophia celebris diuisio necessitatis in necessitatem antecedentem, seu antecedentis & necessitatem consequentem, seu consequentis. Illa antecedit actum futurum, proindeque tollit libertatem, & daretur, si Deus v.g. denegaret voluntati concursum accommodatum, vel illi imprimeret præniam qualitatem necessitantem. *Necessitas consequens* supponit actum, proindeque nullo modo libertatem lædit, & datur v.g. per cognitionem diuinam circa actum futurum: nam prius est actum esse futurum, quàm à Deo necessariò cognosci.

Necessarium Philosophicum.

Antecedens necessitas.

Consequens necessitas.

51 Apud Theologos præter huiusmodi acceptiones Philosophicas, dantur aliæ, quæ magis ad S. Theologiam spectant. Imprimis in ordine ad præstandum eleemosynam, necessitas (vt tenet Suar. de Charit. disp.7. sect.1. n.4) est triplex: 1. dicitur *communis*, qualis datur in pauperibus communibus, qui ostiatim mendicant. 2. dicitur *grauis*, & datur quando homo ita indiget vt sine graui detrimento honoris, aut salutis, aut fortunarum non possit subuenire sibi sine alterius auxilio. 3. dicitur *extrema*, & datur quando est euidens periculum mortis, vel mutilationis, vel incidendi in amentiam perpetuam. Secus de fama, & fortunis: verùm si in euidenti periculo versetur tota fama, vel totæ fortunæ, etiam extrema necessitas aliquo modo appellari poterit. Deinde in ordine ad æternam salutem duplex necessitas agnoscitur, altera vocatur *Necessitas medij*, altera *necessitas præcepti*: quas optimè distinguunt Vasq. to.2. in 3. p. disp.149 c.3. n.32. Et Suar. de fide disp. 12. init. Necessarium *necessitate medij*, dicitur id sine quo in re, vel saltem in voto salus obtineri non potest: idque siue ex sua natura, siue ex diuina institutione, vt se habent Baptismus, & Pœnitentia, Fides, Spes, & Charitas. Necessarium *necessitate præcepti* est id quod solum habet necessitatem ex præcepto, licèt sine illo habito tam in re quàm in voto obtineri possit salus, nempè ex aliqua circumstantia, vt si v.g. operans ignoret inuincibiliter tale præceptum. Vnde patet discrimen inter vtramque, quia necessitas medij est per se, vtpotè positiuè influens in salutem: necessitas præcepti est veluti per accidens, cum negatiuè se habeat consistens in ablatione impedimenti, seu peccati, quod per violationem præcepti commissum, æternam salutem impedit. Apud Iuristas in vsu frequenti est *necessitas causatiua*, de qua meminit Petrus Barb. *L.si filio fam.26.§* fin. subr. 12. & Fusarius de substit. q.33. n.5 & idem valet, atq; necessitas ex suppositione v.g. quando quis substituit aliquem vulgariter, dicendo: *Si hæres, me viuo, moriatur, substituo Petrum:* hæc conditio dicitur necessaria necessitate causatiua: quia ex suppositione, quod testator volebat substituere vulgariter, necessariò inerat.

Necessitas Theologicè.

Communis necessitas.

Extrema necessitas.

Medij necessitas.

Præcepti necessitas.

Causatiua necessitas.

52 Denique in ordine ad meritum, vel demeritum agnoscunt Theol. duplicem necessitatem, alteram physicam, alteram moralem: *Physica* datur in causis naturalibus, & in actionibus, quæ à suo principio ita egrediuntur, vt datis omnibus requisitis, non possint non egredi: hæc cum libertati omninò aduersetur, non admittit aliquod meritum, vel demeritum. *Necessitas moralis*, quæ cum libertate, proindeque cum merito, vel demerito stare potest, dupliciter explicatur. Nam iuxta S. Thomam 1.2. q.119. art.8. tunc datur, quando aliqua causa habet physicã cõnexionẽcum effectu aliquo vagè, & indeterminatè sumpto, indifferentiam verò ad effectum determinatè & in particulari acceptum: atque adeò coalescit ex necessitate physica causæ ad effectum in communi, & libertate physica ad effectum in particulari. Iuxta Bellarm. to.3. lib.5. de grat. c.8. ad 3. & Suar. lib.1. de Grat. cap.24. nu.18. tunc datur quando causa non habet quidem connexionem cum effectu in communi, sed infallibilem, ita vt ex summa propensione ad effectum indeterminatum, & summa difficultate vitandi omnes, posita scientia media Dei, videntis aliquem producendum, infallibiliter aliquis sequatur. Exemplum est 1. in homine, qui sine speciali gratia non potest vitare omnia peccata mortalia in statu naturæ lapsæ ante reparationem, & in statu naturæ reparatæ non potest vitare omnia venialia, quamuis liberè vitet hoc & illud. Exemplum est 2. in intentione graui, quam sine efficaci auxilio nemo potest vincere in toto progressu temporis, quo durat, quamuis in hoc

Necessitas physica, & moralis.

Necessitas Ecclesia.

& illo

& illo instanti vincere possit. Quid sit necessitas, & vtilitas Ecclesiæ, vt Episcopus dispenset in interstitijs. Vide Sanch. de ordine dub. 55. num. 2.

Coactum coactio. 53 Quia verò necessariò Theologicè explicato valdè affinia sunt *coactum*, & *violentum*, vtrumq; Theologicè explicemus, iuridicè inferiùs explicaturi. *Coactum* ex ipsa ethymologia vocis dicitur quasi contra actum. Vnde coactio (teste Suario 1. 2. tract. 2. disp. 2. sect. 1. n 8.) est vis illata contra internum appetitum elicitum efficacem, ex quo sequitur non dici quempiam cogi ad impossibile, vel ad id quod simpliciter vult. *Molestum* coacto simillimum est, propriè tamen dicitur prout infert aliquem dolorem, vel tristitiam. *Molestum quid.* *Violentum* iuxta Arist. 3. Eth. c. 1. definitur, id, quod est à principio extrinseco, passo non conferente vim, sed renitente. Hæc particula (renitente) ita debet intelligi, vt res, cui uis infertur, resistat uel per potentiã oppositam, ut lapis per grauitatem resistit motui sursum, uel per actum contrarium, ut ignis per calefactionem resistit frigori: si enim se habeat indifferenter, ut aer ad lucem, & tenebras, uim non patietur. Ex dictis constat discrimen inter inuoluntarium, necessarium, coactum, & uiolentum. Nam *violentum* distinguitur ab in *Violentum* uoluntario, & coacto, quod hæc duo in solis animantibus dari possint, illud autem extendatur ad inanimata: lapis enim sursum proiectus patitur uiolentiam. Deinde inuoluntariũ, & coactum in eo differunt, quod *coactum* sit sẽ *Inuoluntarium.* per cõtra actum secundum: *inuoluntarium* autem possit esse contractum primum. Denique necessarium ab inuolũtario, coacto, & uiolento ex eo distingui ostenditur, quia sine illis aliquãdo datur: ut patet in amore beatifico, qui maximè necessarius est, & tamen neque inuoluntarius, neq; coactus, neque uiolentus dici potest.

Cogere. Coactor. 54 In iure uerbum *cogere*, exponitur idest cõgregare, *ff. vi bon. l. 2.* in princ. & §. dolo, item *cogendos*, idest colligendos *C. Quemadm. ciuil. muner. indican. l. 1. lib. 10.* & *coactor* pro collectore nominum *ff. de statu liber. l. ante pen. §. fi.* frequentius tamen usurpatur pro compellere. Vnde Syluester v. Coactio duplicem distinguit coactionem, una est absoluta, & dicitur præcisa, cui resisti non potest, ut cum quis uiolenter trahitur ad aliquid faciendum, de qua 50. *dist. presbyteros* & 1. q. 1. de hac dicitur quod excuset à peccato, ut si mulier opprimatur inuita: quod inficiat actum ipso iure, *Cap. contra Christian. de hæret. in 6.* Quod ut plurimùm difficiles exitus soleat habere, *Cap. requisiuit. 17. de Sponsal.* glos. 1. *in cap. petien. de procurat.* & quod inter coactionem, & pœnam magna sit differentia. *Cap. 2. de offic. deleg. in 6.* altera coactio dicitur *conditionalis*, qua quis cogitur unum è duobus eligere; de qua in *Cap. lectores 32. dist.* Hæc (inquit Alex. Scot. v. eodem) metum cruciatus, uel graue aliquid minatur: quæ si excusat à tanto, non tamen à toto *Cap. Sacris, de his quæ vi metusve causa fiunt*, in glos. *v. attenuet.* *Pœna, & coactio.* *Conditionalis coactio.*

Violentia & vis quid & quotuplex. 55 Violentia & uis, si latè & promiscuè sumantur, neq; distinguuntur inter se, neque etiã à coactione, cuius utrumque membrum proximè expositum comprehendunt. *Vis & violentia* in genere potest sic definiri; *Est rei maioris impetus, qui repelli non potest vel cui resisti non potest*, supple commodè *ff. quod vi metusue causa leg. 1. & 2.* Illud obseruat Molina to. 3. disp. 682. nu. 2. ex multis citatis, dari discrimen inter uiolentiã *Vis multiplex.* presse sumptam, & uim, quòd *violentia* requirat impetum factum in eum, qui illam patitur, non ita *vis*: hæc enim sine impetu inferri potest. Vnde latiùs patet uis, quam uiolentia: quidquid *Ablatiua vis.* enim uiolenter fit, fit ui; non è contra, quidquid fit ui, fit uiolenter. Nam si quis aliquid efficiat incusso metu cadente in constantem uirum, quin contingatur, uel impetus in eum fiat, dicetur pati uim, sed non uiolentiam pressè. Vis apud Iuristas est multiplex, scilicet ablatiua, cõpulsiua, expulsiua, turbatiua, inquietatiua, negatiua, publica, & priuata. Vnaquæque seorsim explicetur. *Vis ablatiua* datur tantum circa bona mobilia, & inducit actionem ui bonorum raptorum, *ff. de vi & vi arm. l. 1. §. si fundus.* Vis *compulsiua* est, per quam compellitur quis ad faciendum illud quod non faceret, si esset liberi arbitrij, proindeque ponit necessitatem contrariam uoluntati spontaneæ. *Vis expulsiua* datur *Expulsiua vis.* quando quis de possessione sua eijcitur, & solũ uersatur circa immobilia, uel ea quę immobilibus cohærent. *Vis turbatiua* est quando quis *Turbatiua vis.* turbatur in possessione sua, ut si alter contendat possidere eandem rem. *Vis inquietatiua* est quæ non finit alium uti re sua quiete, ut si non *Compulsiue vis.* sinat arare, uel aliud facere: datur etiam quando alter inuito possessore uult aliquid ædificare in illius solo. *Vis negatiua*, est quando res *Expulsiua vis.* alicuius inquietatur. *Vis publica* (teste Molina *Vis turbatiua.* citato n. 3.) est quæ cum armis infertur *L. 1. & sequent. ff. ad leg. Iuliam de vi pub.* *Vis priuata* est, *Vis inquietatiua.* quæ infertur sine armis *L. si quis aliquem ff. ad leg. Iuliam de vi priuat.* Dicitur uis maior, impetus *Vis negatiua.* rei, cui resisti non potest. Vis etiam dicitur metus cadens in constantem uirum, de que alibi. *Vis priuata* *Violentes* pro uiolenti in *Authen. vt omn. obed.* *Vis publica* *Iud. prou. §. arripiat.*

SECTIO III.

Voluntas, & voluntatis actus quid, & quotuplex.

56 VOluntas, si uim Latini nominis in sua latitudine sumptam attendamus, sumitur pro mente, animo, sensu, studio, arbitrio, libidine. M. Tullius illam pressè accipiens 4. Tusch. ex sententia Stoicorum sic definit. *Voluntas est quæ quid cum ratione desiderat*: quæ autem aduersus rationem incitata est vehementius, & libido est, uel cupiditas effrænata, quæ in omnibus stultis inuenitur. Si Philosophicè *Voluntas quæ potentia.*

phicè accipiatur teste Syluestro v. Voluntarium est appetitus rationalis, seu potentia appetens spiritualis, adeo cæca, vt requirat ad operandum præuiam intellectus cognitionem, tanquam conditionem logicam: vnde illud *Nihil volitum quin præcognitum.* Quidquid in oppositum dicant Conimb. in lib. 3. de anima cap. 13. quæst. 3. art. 2. affirmantes posse diuinitus elici, & conseruari actum voluntatis sine præuio actu intellectus. Verùm in iure, & S. Theologia voluntas frequentissimè sumitur pro actu secundo appetitus rationalis, siue formali, siue virtuali, & interpretatiuo. Vnde ex August. lib. 1. Retract. cap. 15. Canonistæ sic definiunt voluntatem 15. q. 1. initio: *Est animi motus cogente nullo ad aliquid, vel ad imitandum, vel adipiscendum.* Subiunxit textus. Quod propterea dictum est, vt hac definitione volens a nolente discerneretur. Ex quibus Albericus v. Noluntas colligit definitionem *noluntatis* in hunc modum: *Noluntas est animi motus ad aliquid non imitandum, vel non adipiscendum.* Quamuis enim omnis actus voluntatis dicatur voluntas, tamen ille per quem obiectum fugitur, vel respuitur, noluntas potius dici debet. Sunt enim potentiæ appetentis actus in duplici differentia alij dicuntur *prosecutionis*, quibus quis obiectum prosequitur, qualis amor, desiderium, electio, & omnes appellantur volitiones, alij dicuntur fugæ, quibus quis obiectum fugit, qualis abominatio, odium tristitia, & omnes vocantur nolitiones.

Volitum præcognitū. *Voluntas.* *Prosecutionis actus.*

57 Multipliciter vsurpatur voluntas in iure: pro Consilio, *ff. quando appel. sit l. 1. §. solent.* Pro intentione, *Instit. qui ex cau. mat. nō licet, §. idemque iuris.* Pro proposito *ff. de fur. l. qui in iure.* Pro facto *C. de Episc. & Cler. l. si quis non dicam.* Pro quæstione, *C. de hæred. instit. l. 3.* Pro ministerio, *ff de acquir. possess. l. quod meo.* Pro lege seruanda. *Extrau. super Cathedram de sepult.* Voluntas ipsa multiplex est: nam alia dicitur enunciatiua, alia dispositiua, *ff. qui & à quibus l. si priuatus* & *de donat. l. ex hac scriptura.* Voluntas *enunciatiua* videtur illa, qua quis enunciat, vel enarrat aliquid: *dispositiua* illa qua quis disponit de aliqua re. Voluntas alia dicitur *vitronea*, alia *coacta*, vltronea idem valet, atque motus proprius. *C. de crimi. sacril. l. fin.* coacta non est libera, dicitur voluntas. 15. q. 1. *& ff quod metus causa l. si mulier §. si dos*, alia dicitur *efficax*, alia *inefficax*, illa est de se sufficiens ad prodeundum in actum externum v. g. homicidium, si non detur impedimentum; *inefficax* remoto etiam omni impedimento non sufficit. Quædam dicitur explicita, quædam implicita, illa est quæ à volente verbis, aut factis exprimitur. Implicita quæ appellatur virtualis, interpretatiua, muta, tacita, præsumpta, est quæ non manifestatur, sed solum per coniecturas deprehenditur.


Voluntas multiplex. *Enūciatiua voluntas.* *Dispositiua voluntas.* *Vltronea voluntas.* *Motus proprius.* *Efficax.* *Implicita voluntas.*

58 Item explicandum super est quid sit nuda voluntas, quid voluntas negatiuè se habens, quid beneplacitum, quid arbitrium, quid ratihabitio. Voluntas nuda videtur esse voluntas pura, sola, & absque rei alicuius adminiculo: vnde *Instit. de rer. diuisione §. interdum*, voluntas per quam transfertur dominium sine traditione, appellatur *nuda*, i. Sola, & absque traditione. Et per Bart. in *l. Pompo. 1. q. ff. de negot. gest.* appellatur voluntas *nuda*, i. Sine partis præsentia. *Voluntas negatiuè* se habens datur, quando cognita tentatione, v. g. delectatione venerea voluntas neque consensum, neque dissensum præbet; in quo euentu, si absit periculum tum consensus, tum pollutionis non esse lethale, tanquam probabile defendit Sanch. l. 1. Dec. c. 2. num. 13. & l. 9. Mat. d. 45. n. 25. *Beneplacitum* est actu prouenìens ab appetitu rationali approbatiuus obiecti. Si gratia, vel priuilegium concedatur ad beneplacitum personæ, vel prælati concedentis, extinguitur eius morte: si concedatur ad beneplacitum sedis, post mortem concedentis perseuerat, donec reuocetur à successore. Ita dicitur *Cap. si gratiosè de rescript. in 6.* apud Sanch. l. 8. Mat. d. 28. num. 49. & Suarez 18. de leg. cap. 32. Ratio vtriusque partis est, quia voluntas personæ morte perit: non ita dignitas, quæ reputatur eadem in successore. Arbitrium hominis est quædam voluntas habens potestatem negatiuam, & affirmatiuam actum exercendi. *Cap. si religiosus de elect. in 6.* Est aliquando consensus, vel voluntas 32. quæst. 3. cap. 1. aliquando potestas, *cap. vbi maius de elect. in 6.* aliquando necessitas, vel officium, *ff. de dolo l. arbitrio.* Alex. Scot. v. eodem dicit arbitrium, seu arbitratum suo proprio significato importare libertatem arbitrandi, & voluntatem ratione regulatam. Vnde commissum arbitrio alicuius, intelligitur boni viri, *ff. de legat. l. 3. si filia.* Immò si sit generaliter commissum non valet factum ab eo nisi legitimè factum sit. Gloss. si tamen in *cap. causam, quæ de elect.* De arbitrio agemus latiùs in Elucidat. de Iudice. *Ratihabitio* est approbatio, seu confirmatio: nam *ratum habere* est approbare, confirmare. Tullius pro Rosc. Item Ratum mihi est, i. approbo, confirmo. Tullius ad Gallum lib. 7. Quomodo ratihabitio retrotrahatur, & æquiparetur mandato, & quomodo differant ratum habere, & mandare dicemus alibi. Non est cur immoremur in exponendis seorsim appetitus rationalis actibus, tum quia de illis egimus Elucid. 1. Sect. 3. tum quia alibi opportunius agemus: Videatur interim Salas to. 1. tract. 6. disp. 1.

Nuda voluntas. *Voluntas negatiuè.* *Beneplacitum.* *Arbitrium.* *Ratihabitio.* *Ratum habere.*

Theologi in Deo (vt altiora perscrutemur) multiplicem agnoscunt voluntatem. Tres illius potissimum celebrantur diuisiones. 1. fit, duce Sanctus Thom. 1. part. quæst. 15. artic. 11. in voluntatem signi, & voluntatem beneplaciti. *Voluntas beneplaciti* est volitio, quæ realiter, & formaliter est in Deo

Voluntas Dei quotuplex.



Deo respectu alicuius obiecti amabilis; siue ametur amore efficaci, siue simplici. Indicatur Matth. 11. *Ita Pater quoniam sic fuit placitum ante te*. Voluntas signi non est vera, & formalis voluntas, sed est signum voluntatis, quod exterius proditum interiorem voluntatem significat. Indicatur. Psalm. 102. *Notas fecit vias suas Moysi, filijs Israel voluntates suas*. Signa diuinæ volutatis numerantur quinque, nempe præceptum, prohibitio, consilium, permissio, operatio. 2. diuisio, authore S. Damasceno lib. 2. fidei cap 29. fit inuoluntatem antecedentem, & consequétem. *Voluntas antecedens* est illa, quam Deus habet de creaturis, nulla occasione capta ex ipsis: siue ea sit efficax, & absoluta, siue inefficax, & simplex. Dicitur antecedens, quia antecedit omne creaturarum meritum, & demeritum, cum oriatur ex innata propensione, quam Deus habet benefaciendi, attendendo præcisè suam liberalitatem, & munificentiam. *Voluntas consequens* est illa, quæ occasionem capit ex nostris meritis, vt voluntas præmiandi, vel puniendi, quæ occasionem capit ex nostris meritis, vel demeritis. Dicitur consequens, quia supponit, & consequitur opera bona, aut mala creaturarum. Neque enim oritur præcisè ab innata ipsius Dei propensione, sed aliqua ratione attendit alias circumstantias, præsertim liberæ cooperationis creaturarum. 3. diuisio fit in voluntatem efficacem, & inefficacem: *Voluntas efficax* est illa quæ alio nomine dicitur absoluta, & semper impletur iuxta illud Psalm. 113. *Omnia quæcunque voluit, fecit*, voluntas inefficax est illa, cui non correspondet productio libera ad extra, & à nonnullis appellatur *conditionata*, censeturque duplex, altera, quæ tantum obiectiuè datur in Deo, quatenus Deus videt suum decretum, quod haberet, si hoc, vel illud faceret. Altera fundatur in aliqua voluntate absoluta, quæ prout denotat productionem causæ liberæ à se dependentis, dicitur *absoluta*, & *formalis* v.g. voluntas dandi media propter finem, qui non comparabitur, scilicet dandi gratiam sufficientem hominibus propter salutem, quam non comparabunt, est absoluta & formalis respectu mediorum: respectu autem finis, qui actu ad extra non ponetur defectu cooperationis creaturæ, est conditionata, & virtualis. Nam Deus absolutè vult, & ponit causam sufficientem, seu gratiam auxiliantem, vt producatur effectus, nempe gratia habitualis in peccatore, quamuis illa non producatur defectu cooperationis.

Beneplaciti voluntas. *Signi voluntas.* *Antecedens voluntas.* *Consequens voluntas.* *Efficax voluntas.* *Conditionata.* *Formalis voluntas.* *Conditionata voluntas.*

SECTIO IV.

Dictiones, & modi loquendi de prædictis.

60 DIctiones imprimis sunt explicandæ, postea phrases. Quod attinet ad dictiones, vox (*Sponte*) pertinet ad liberum, & voluntarium. Nam, vt testatur Paris. consl. 107. num. 9. vol. 4. importat liberam & propriam voluntatem: & vt dixit Surd. consl. 361. num. 17. arguit præcisam libertatem, non autem eaulam vrgentem. Deinde quamuis attenta Latina vi, sumatur pro motu proprio, ita vt illud dicatur factum sponte quod nullius petitione, vel instantia factum fuit: tamen apud Legistas sumitur pro facto ad instantiam, & requisitionem alterius, vt defendit Bertaz de clausulis instrum. claus. 11. glos. 1. num. 1. Excludit *imperium cogens* apud Alciatum in *L. si quis maior*, super verbo nullo cogente imperio *C. de transact.* excludit etiam metus exceptionem apud Marant. disp. 10. num. 10. Solet apponi in omnibus contractibus (vt tenet Seraph. decis. 224. n. 3. vol. 1.) ad vim, metumque excludendum, & denotat spontaneam alienationem. Inter *Sponte*, & *voluntariè* quod sit discriminis, tradit Galganet. de indiuid. lit. 5. nu. 44. vox (*Vltro*) quamuis apud Latinos interdum sumatur pro (Insuper) Tullius Catil. 3. tamen apud Legistas frequenter accipitur pro sponte in *l. vxori*, vbi glos. *ff. de fals.* & in *l. qui hominem. §. si nullo ff. de solut.* valet quandoque idem atque sine requisitione, vel mandato, vt habetur in *L. liberto. §. penul. ff. de negot. gest.* Quandoque pro (sine quæstione) accipitur, vt in *L. 1. §. Diuus Antoninus, ff. de quæst.* vltro iurando in *L. legatarius, ff. de dolo.* idem est atque sine dilatione, & necessitate, *vltro competit actio*, i. sine pœnitentia, sine exceptione *ff. de negot. gestis l. sed an vltro*.

Sponte. *Imperium cogens.* *Voluntarie, & sponte.* *Vltro.* *Vltro.* *Competit actio.*

61 Spectat etiam ad maiorem notitiam libertatis explicare qui sint *motus primò primi, & motus secundò primi*, Azor. p. 1. lib. 4. c. 5. ex cōmuni Theologorum consensu rectè asserit, motus primò primos esse, & dici eos, qui omnem rationis vsum præuertunt, siue sensum corporis, siue imaginationem subitò consecuti, & ideo voluntarij, seu liberi esse nequeunt. *Motus verò secundò primi* (inquit) vocantur, quotquot plenam quidem mentis deliberationem anteuertunt, aliquantulum tamen rationis vsum consequuntur: quo efficitur, vt præcaueri, ac repelli possint: quia tamen sunt ante plenam, & perfectam deliberationem, nequaquam peccata lethalia, sed venialia esse iudicantur: non quidem ex leuitate materiæ, sed ex imperfecto rationis vsu, consilio, & deliberatione. *Perpensus* in iure idem valet, atque perfectè deliberatus. *Cap. vlt. de pactis in 6* inde in proæm. Clemen. dicitur iuris sanctio perpensa, digesta consilio. Ad perfectam deliberationem requiritur *consultatio*, quæ ab Azorio p. 1. l. 1. cap. 28. init. sic definitur. Est inquisitio de re dubia faciendа. *Inquisitio* latiùs patet, siquidem indifferenter se habet ad speculatiua, & practica: est enim excogitatio rationis, aut rei alterius vtilis vel ad sciendum, vel ad agendum. Consultatio autem solum versatur in practicis, constatq; ex inquisitione, & consilio in re dubia fa-

Motus primo primi. *Motus secundo primi.* *Perpensus* *Consultatio* *Inquisitio.*

Consilium. facienda: consilium verò est rei faciendæ, vel non faciendæ excogitata sententia.

62 Inter præcipuos voluntatis actus numeratur *consensus*: nam sicut ad potentiam cognoscitiuam rationalem spectat *assensus*, ita ad appetitiuam rationalem *consensus*. Est actus quo voluntas approbat tamquam sibi placentem sententiam consultatione rationis iudicatam. Authore S. Bonau. in 2. d. 28. a. 2. quæst. 2. *consensus* est concordia voluntatis, & rationis ad faciendum aliquid. Consensus in iure est voluntati eius, quem diligit, obedire, & auertere se ab eo, cui ipsum sentit auersum. *Dist. 39. si inimicus.* Sumitur pro consilio, *C. de proximis Sacror. l. in sacris lib. 7.* Conniuere quandoque dissimulare, quandoque consentire est, & *Conniuentia*. Consensus *L. quisquis C. de postul.* & plus importat quam desidia, *L. vltim. C. de erogat. milit. annon. lib. 12.* Similiter *auditus* idem est quod consensus, *Authen. vt immobilia ante nupt. donat. col. 5.* Ponitur etiam *responsum* pro consensu sine interpellatione, *L. qui agros C. de omni agro deserto*. Quamuis *tacere* sit indifferens ex se ad ad consensum, & dissensum, tamen taciturnitas siue bona, siue mala, quandoque trahitur ad consensum, scilicet propter fauorem ordinis Clericalis 54. *dist. Seruus sciente.* Quando tacens habeatur pro consentienti, latè exponit Azor. p. 1. lib. 1. cap. 4. & Bart. ad *L. in adopt. ff. de adopt.* Est subscribere quod consentire, *L. non aliter ff de adopt.*

Consensus & assensus

Conniuere, & conniuentia.

Auditus

Responsum

Tacere.

Taciturnitas.

Subscribere.

63 Vt prosequamur relicta spectantia ad voluntatem, *nutus* est voluntas signis declarata, veluti oculis, capite manibus. *L. nutu ff. de legat. 3.* Abnutare est sæpè abnuere iuxta Festum lib. 1. *Abnutiuum*, est dissensio, seu voluntas contraria, sed sine actione ad expediendum exprompta, Paul. *l. 83. ff. de verb. oblig.* Illi, qui spontè fuit eiusdem voluntatis, cuius est princeps, adhærentes appellantur, *Cap. ad Apostolicæ, de re iudic. in 6.* Facit adhærentia (vt notat Cardin. in Clem. 1. de relig. dom.) esse eiusdem status eum, qui adhæret, & eum cui adhæretur. *Consentire* & *malignari* in *Authent. de nuptijs* §*. si vero decretum coll. 4.* vbi habentur hæc verba, *siue consentit, siue malignatus est dominus*. In eo differunt iuxta interpretationem Sanchez lib. 7. Mat. d. 20. num. 2. quòd *consentire* denotet consensum explicitum *malignari* consensum implicitum, & tacitum domini scientis ancillam in matrimonium collocari libero. *Velle, & nolle*, si loquamur theologicè sunt primi actus voluntatis inter se oppositi. Nam *Velle* (inquit Azor. p. 1. lib. 1. cap. 20. init.) est voluntatis actus, qui est veluti primus quidam ad bonum progressus: exit enim voluntas obuiam bono venienti, vt id complectatur. E contra *Nolle* est veluti quidam voluntatis à malo recessus: ad primum enim mali conspectum, illud voluntas auersatur, & respuit. Sunt igitur ipsi primi actus, nempe approbatio, seu amplexus boni, & reprobatio, seu depulsio mali subeuntis cogitationem mentis, veluti fontes, è quibus reliqui deriuantur.

Nutus.

Abnutare

Abnutiuũ.

Adhærentes, adhærentia.

Malignari & cõsentire

Velle.

Nolle.

64 Volo, & nolo (si nobis cum Iuristis sit sermo) non plenè opponitur: quia volo ad omne tempus refertur, vt si dicas volo adire hæreditatem, volo eligere hanc rem, ex eo præcisè, nec statim adis, nec statim eligis: at nolo refertur solum ad tempus præsens, vt si dicas, nolo adire, intelligitur nunc, licèt posteà velis. De quo Ioan. de But. c. ex literis i. De spons. *Nolle, & non Velle* differunt, quia nolo importat præcisè resistentiam, & omnimodam contradictionem, at non volo solum importat absentiam voluntatis, & non omnimodam contradictionem, vt notauit Ioan Andr. *de offic. deleg. cap. prudentiam* §. 1. super verbo non velit. Alij ita distinguunt, vt dicant non velle, significare priuatiuè, idest non esse motum voluntatis, at nolle significare positiuè, scilicèt esse motum voluntatis, vt res non fiat. Ex quo oritur, vt si hæres deliberans de adeundo dicat se nolle adire, censeatur repudiare: secus, si dicat se non velle adire. *Velle, & concupiscere* (teste Alberico *L. voluntas C. de fideicom.*) differunt, quòd *Velle* propriè fertur in bonum, *concupiscere* in malum. Inter *Velle*, & *arbitrari* est differentia, quòd non illud, sed hoc importat volitionem regulatam rectà ratione. Sumitur ex *L. fideicomm. ff. de leg. 3.* §*. si fideicommissum*, vbi hæc: Quinquam autem fideicommissum non debeatur ita relictum: si volueris; tamen si ita scriptum fuerit: si fueris arbitratus, si putaueris; si existimaueris, si vtile tibi fuerit visum, vel videbitur: debebitur: non enim plenum arbitrium voluntatis hæredi dedit, sed quasi viro bono fideicommissum relictum. Verbum (*Volo*) est dispositiuum, præcipuè si profertur ab eo qui habet liberam exequendi facultatem, vt notauit Alex. conf. 190. tribuit liberum, & absolutum arbitrium iuxta Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 188. nu. 13 est tamen informe, & determinatur ratione verbi adiuncti, propter quod vel est directum, vel obliquum, vt decet Bero. conf. 11. num. 12. Refertur ad actum licitum, non verò ad irregularem, & illicitum. Ita Menoch. conf. 184. n. 7. Vbi asserit quod quisque velle non præsumitur nisi honesta. Velle enim quis non creditur, quod iure facere non potest, *L. Lucius* §*. Imperatores ff. ad municipalem L. si tibi* §*. vnius ff. de optione legata.*

Volo, & Nolo.

Nolle, & non velle.

Velle & concupiscere.

Velle, & arbitrari.

Volo.

65 *Sinere* est volentis, & sic, plusquam pati, seu permittere aliquid fieri significat vt 13. q. 1. *cap. hæc.* Notauit Archid. §. *quibus autem plebibus*, super verbo patimini. Verbum *placet*, quamuis ex communi vsu iuxta Alexand. Scot. v. eodem, videatur significare meram voluntatem, idque colligat etiam ex §. *pretium Instit. de Contrab. empt.* vbi *placitum* pro mera voluntate accipitur, tamen importat voluntatem ratione regulatam, & arbitrium boni viri, vt tradit Benedict. Aegid. in repet. *L. ex hoc iure ff. de instit.*

Sinere, & pati.

Placet.

Placitum,

Instit. & iure p.1.cap.3. num. 60. & sumitur *ex L.Thais ancilla §.sorore, ff. de fideicomm.liber.* Vbi relicta libertate, si hæredi placeret, inspicitur quid bono viro placeret. Fauet significatio Latina apud Tullium lib.1. ad Lentul.vbi placuit idem valet atque visum est. Differunt *Placet, & Libet*, quia hoc frequentiùs importat meram voluntatem. Sic *L.fideicommissar. 3. ff. de fideicom.liber.* Vbi parificantur, si hæres voluerit,& si ei libuerit, nam vterque modus designat meram voluntatem.

Libet.

66 Vt pauca subnectamus de pertinentibus ad inuoluntarium, & violentum, *Virga* pro violentia accipitur à Canonistis, qui affirmant Christum misisse Apostolos sine virga,vt eriperet instrumenta vltionis 11. q.3. in fin. & per hoc ostenderet nulli violentiam inferendam 20 q.1.*præsens*. iuxta Alciatum in Parer. interpretantem. Chirembolum in *L.1. ff. Nau. cau. stab.* idem valet atque manus immissio. Huc spectat explicare iuridicam vim verborum, Adigere, Auertere, Auellere, Auferre, Eijcere. *Adigere* idest compellere. *L.adoptiuum, ff.de in ius voc.* Auertere est distrahere, *L.cum nauicular.C.de nauicul.lib.11.* Vnde illud auertetur aqua, *L.1.ff.de aqua pluui arc.* Auellere est à loco peruim abstrahere. *L.vlt.C.depositi, & l.1.ff de termino amoto.* Auferre, & rapere est amouere inuito Domino, hoc tamen discrimine, quod *rapere* semper denotat vim illatam, non ita *auferre*, vel amouere. Notatur. *L.3. ff.de incen.rui.nauf.*§ non solum, & non tantum & glos. Subeunt etiam discrimen auferre, & deducere, quòd licèt vtrumque pertineat ad res mobiles, tamen *auferri* propriè dicitur,cum corpus baiulatur *deduci* verò corpus,seu viuens quod se ipso mouetur. Sumitur ex *L.1. ff.si quis ius dicen.non obtemp.* Denique *eijcere* idem est atque extra iacere, seu excludere, & semper intelligi debet de eiectione violenta, non verò de iusta, vt notauit Ioseph. Sesse de inhibit. cap.8.§.3.num.102. & habetur. *Cap. 1 de Sequestr.Cap.significauerunt de testib. & 24.dist. cap. vidua*.

Virga pro violentia, Chirembolum, Adigere, Aduertere, Auellere, Aferre, Rapere, Deducere & auferre, Eijcere,

67 Quod attinet ad modos loquendi, hic modus, *Voluntatem suam insinuare*, qui habetur, *L.fideicommissaria,§.2. ff. de legat.3.* idem valet atque suam voluntatem aperire, intimare, exponere, vt sumitur ex *cap. insinuatum de simonia,& c.quia plerique,de offic.ordin.in 6.* Quomodo intelligatur *voluntas sine effectu punitur, si processit ad effectum*, cõstat ex *c.nuper 4.de bigamis* Ibi enim censetur dignus pœna qui iniuit matrimonium de facto,scilicet irritum,atque adeo sine effectu valoris, ex eo quòd processerit ad effectum taliter ineundi. *Voluntas testatoris, deambulatoria est vsque ad mortem* habetur, *L.cum hic status,ff.de donat.inter virum, & vxor, & l.4. ff.de adim.legat.* Et quantum colligitur ex glos. *Non valet in cap.cum Marthæ de celebr.missar.* hoc modo loquendi significatur voluntatem illam esse reuocabilem, & semper comitari testatorem, donec eius morte perficiatur, & consummetur. Dicitur *ambulatoria, & deambulatoria*, quia à testatore potest transire, & recedere. Nam *ambulare* apud legistas est transire, vt affirmant Alex.& Alberic.v.eodem. In eo sensu dicitur *ambulatoria* potestas legis, *ff.de fundo dot. L.erit ergo 10.* Item *ambulatoria actio. C. de furt. L.vlt.§.1.* similiter *ambulatoria conditio* appellatur à Papiniano in *L.seruus,ff.de statu lib.* ea quæ non in vnius tantum, sed etiam in plurium hæredum persona rectè impleri possit, quasi per plures deambulare queat.

Insinuare voluntatẽ suã, Voluntas sine effectu, Deambulatoria voluntas, Ambulatoria, Ambulare, Potestas ambulatoria, Actio ambulatoria, Conditio ambulatoria,

68 Vim non facit qui vtitur iure suo, *L.factum, §.1. de reg.iuris*, ex quo intelligitur vim facere non posse stare fine iniuria. Vis in dubio pro priuata accipi debet, *L.si præses, ff. de pœnis* manus violentas inijcere. Habetur in iure ciuili, *L.final.ff.de reuoc.donat.* Item in iure canonico 17.q.4. *cap.si quis suadente*, vbi incurrit excommunicationem qui manus violentas inijcit gaudenti priuilegio illius Canonis. *Manus iniecta* idem valet atque iminissa, *L.si quis curialis, C.de Episc.& cler.*Quid autem veniat nomine manuum violentarum in cap citato optimè exponit Molin.tom.4. de iust. disp.51. n.1. affirmans venire etiam quamcumq; aliam hominis partem. Vnde canonem violabit, eiusque pœnam incurret, qui gaudentem tali priuilegio percusserit cubito, pede humero, aut alia quacumque parte. Cum enim manus sit organum organorum ad alia exequendum, nomine manus intelligitur quæcumque alia hominis pars, qua fiat violentia, siue mediatè, siue immediatè. Imò in canonem incidit, qui aliquid etipit de manu, vel corpore gaudentis eo priuilegio: qui eum capit, detinet, incarcerat, vel includit cum lethali iniuria in loco, à quo egredi nequeat sine notabili pudore, aut ignominia.

Violentæ manus, Facere vim, Vis in dubio, Manus iniecta, Manus violenta appel.

ELVCIDATIO IV.

De Bonitate, & malitia actuum humanorum.

69 Postquam *S. Thom. egit de voluntario, & inuoluntario, aggressus est à q. 18. tractationem de bonitate, & malitia actuum humanorum, qui nec humani, nec boni, aut mali sine voluntario esse possunt. Nostri muneris erit explicare qualis e & quàm multiplex sit apud Latinos, Iuristas, Philosophos, & Theologos acceptio, definitio, ac diuisio bonitatis, & malitiæ; & postea afferre concernentia ad actus humanos, siue bonos, siue malos.*

SE-

SECTIO I.

Quanam sit acceptio, definitio, & diuisio bonitatis, ac malitiæ

Bonitatis acceptio. Bonitas quod benignitas.

BOnitas, & bonum in tota sua latitudine acceptum à Latinis, & Iuristis, multipliciter vsurpatur. 1. pro benignitate, & simplicitate, ita vt vir bonus idem valeat, atque benignus, & simplex, vir malus idem atque asper, & versutus. 2. pro magnitudine, vel numerositate, ita vt bonus exercitus idem sit atque magnus, & numerosus; malus homo, quod paruus, & pusillus. 3. pro pulchritudine, & speciositate, ita vt bonus homo idem sit atque pulcher, malus quod fœdus, & deformis. 4. accipitur bonum pro exequente suum officium, & sic si dicimus bonum militem, intelligimus fortem: si bonum Imperatorem, prudentem: si bonum oratorem, facundum: si bonum iudicem, iustum: imò si bonum latronem, eum (teste Alberico V. bonus) qui conuenientes modos, & vias inuenit ad latrocinium: & contra dicitur malus miles, imbellis, malus Imperator, imprudens, & sic de reliquis. 5. pro honestate, ita vt idem sit homo bonus atque honestus, & homo malus idem atque flagitiosus & inhonestus. Vnde quamuis bonitas secundùm se valdè latè pateat, tamen in hac acceptione videtur recurrere cum probitate, cui opponitur improbitas. Nam *probi* (vt ait Sypontinus in Corn. col. 817. num. 50.) boni appellantur: dicti quasi *prohibi*, quòd se à delinquendo prohibeant. Ego existimo probos dici quasi probatos, seu probatæ vitæ.

Bonitas quod numerositas. Bonitas quod magnitudo. Bonitas quod pulchritudo. Bonitas quod honestas. Probi; Probitas.

70 Bonum apud Græcos *Calos*, vt habetur *instit. de testam.* in princ. philosophicè acceptum multifariam describi, seu definiri potest. Quantum colligitur ex D. Dionysio cap. 4. de diuinnomin. describitur id quod se diffundit, seu quod est diffusiuum sui. Notant Conimb. in lib. Eth. disp. 1. q. 1. a. 2. cum *bonum dicitur diffusiuum sui*, id posse intelligi sub quadruplici causarum genere: sub finali, quatenus motione metaphorica allicit appetitum: sub effectiua, quatenus aliud quid piam efficit, vt lux lucem: sub formali, prout se se alteri tribuit ipsum actuando: sub materiali prout alteri dat, illud souendo, & sustinendo. Plotinus Enn. 6. lib. 7. c. 19. sic definit. Bonum est participatio primi boni, quod ex se bonum est. Aristoteles lib. 1. Ethic. cap. 1. sic Bonum est quod omnia appetunt. Quæ definitio licèt singulis bonis primo non competat, quia non omnia quoduis particulare bonum appetunt: conuenit tamen bono communi: hoc enim expetunt omnia, cum includatur in singulis bonis, quæ res quæque expetit. Diogenes Stoicus apud Conimb. citatos sic definit: Bonum est id quod est natura absolutum: quàm videtur amplecti Tullius lib. 3. de finibus affirmans bonum esse quod secundùm naturam cuiuslibet est, quatenus suam obtinet perfectionem. Hæc tamen definitio potius est perfecti, quàm boni. Nam perfectum est id, cui nihil deest, vel simpliciter, vel in suo genere. Quamuis enim bonum, & perfectum pro eodem sæpè accipiantur, differunt tamen inter se formaliter, quòd bonum importet relationem conuenientis, perfectum verò dicat negationem defectus.

Boni definitio. Calos. Diffusiuum sui bonum. Perfectum, & bonum differunt.

71 Explicata communi natura, & ratione boni, vt particulares, seu minùs vniuersales rationes exploremus, bonum cum Philosophis, ac Theologis diuidamus. Bonum igitur diuiditur 1. à Suar. disp. 10. Met. sect. 2. num. 1. in bonum *verum*, & *apparens*: bonum verum dicitur quod tale est quale existimatur, & cognoscitur: bonum apparens est quod existimatur, non tamen est iure. Diuiditur 2. à Molin. 1. p. qu. 5. disp. vnica in bonum *absolutum*, quod dicitur bonum in se, & bonum *respectiuum*, quod dicitur bonum alteri: bonum absolutum est habens bonitatem absolutam, qua scilicet res sibi ipsi est conueniens, seu constans integritate perfectionis sibi debitæ: bonum respectiuum est habens bonitatem respectiuam, qua scilicet res est alteri conueniens, vt Deus creaturis, accidens subiecto. Diuiditur 3. à S. Thoma 1. p. q. 5. ar. 6. & Aristot. 2. Ethic. c. 3. in bonum delectabile, honestum, & vtile. Bonum *delectabile*, quod *iucundum* appellatur, est conueniens naturæ sensitiuæ, vel etiam rationali absolutè acceptæ ex eo præcisè quòd afferat delectationem. Bonum *honestum* est coueniens naturæ rationali, qua tali ex eo præcisè quòd secundùm se deceat, quamuis nullo modo delectaret. Bonum *vtile* est conueniens alicui ex eo præcisè, quòd conducat ad aliquid consequendum, quamuis alioqui neque deceret, neque delectaret. Diuiditur 4. in bonum *naturale* & *morale*: bonum *naturale*, seu transcedentale, seu transcendens per omnia entium genera, dicitur quod est conueniens alicui naturæ: bonum *morale* quod recurrit cum honesto strictè accepto, est per se decens, ideoque congruens naturæ rationali, qua tali: subdiuiditur morale bonum, seu potius moralis bonitas in formalem, & obiectiuam: *bonitas formalis* datur in actu voluntatis moraliter bono, & est duplex altera *absoluta* consistens in plenitudine, seu integritate actus humani perfecti secundùm rectam rationem: altera *respectiua* consistens in conuenientia cum natura rationali, qua tali. Bonitas obiectiua datur in obiecto moraliter bono, v. g. in eleemosyna leuante miseriam pauperis, & ab obiecto specificante deriuatur in actum voluntatis, proindeque ipsi actui extrinseca est, sicut formalis intrinseca.

Bonum, & bonitas multiplex. Apparens bonum. Absolutum bonum. Respectiuũ bonum. Delectabile Iucundum. Honestum. Vtile. Naturale. Morale. Bonitas obiectiua.

72 Sunt aliæ diuisiones veluti materiales, quæ distinguunt bonum secùndùm res quæ bonitatem subeunt: sic bonum diuiditur 5. in bonum intrinsecum, quales sunt omnes perfectiones animæ, & corporis, & in bonum extrinsecum,

Boni diuisiones.

C qua-

quales sunt diuitiæ, seu fortunæ. Diuiditur 6. in bonum honorabile, & laudabile: quæ diuisio traditur ab Aristot. 1. Ethic. cap. 12. Bonum *laudabile* est illud, quod ad aliud refertur, quale censetur omne vtile: bonum *honorabile* dicitur quod est propter se expetibile, quale est omne honestum. Delectabile secundùm se neque laudabile, neque honorabile est, nisi vtili, vel honesto admisceatur. Diuiditur 7. in *bonum simpliciter*, & bonum secundùm quid. Quæ diuisio explicatur multipliciter 1. vt bonũ simpliciter coincidat cũ bono à se, seu increato, qualis Deus: bonum secundùm quid recurrat cum bono creato, seu ab alio 2. vt *bonum simpliciter* sit bonum honestum, secundum quid sit vtile, vel delectabile 3. vt bonum simpliciter dicatur illud ens, quod habet omnem perfectionem sibi debitam in suo ordine, bonum autem secundùm quid sit illud quod aliquid perfectionis debitæ & habet, aliquid ei deest v.g. substantia creata non est bona simpliciter, nisi sit debitis accidentibus affecta: deinde accidens non est bonum simpliciter, nisi habeat debitam intensionem, & aliam perfectionem similem. Videatur Suar. disp. 10. Met. sect. 2. à num. 31.

Laudabile bonum. Honorabile bonum.

Bonum simpliciter.

73 Hactenus de bono, & bonitate: quæ vt magis elucescant, exponamus opposita: nempe malum, & malitiam. Illud prænotamus, apud legistas vsurpari *malitatem* prout opponitur bonitati. Sic habet Vlpian. *L. 5. ff. quod metus causa.* In vulgatis legitur mali contra auctoritatem Pandectarum Florentinarum. Tritum, & vulgare nomen oppositum bonitati est *malitia*, quæ multipliciter accipitur à Latinis 1. pro inclementia, vel intemperie: vnde terræ, vel cœli malitiam appellamus 2. pro calliditate, & versutia: in quo sensu dicitur *malitiosa iuris interpretatio* à Tullio 1. offic. & propriè pro peruersitate, cum quis data opera malè agit. Seneca epist. 47. Verùm à Philosophis, & Theologis malitia frequentiùs accipitur pro prauitate: est autem *prauitas* directè opposita rectitudini, & *prauum* oppositum recto siue naturali, sine morali. Ex S. Dionysio cap. 4. de diuin. nomin. Basilio in Constit. monast. cap. 3. & August. lib. 11. de Ciuit. cap. 9. rectè colligit Suar. disp. 11. Met. sect. 1. num. 3. malum pro formali, seu malitiam, à qua res aliqua denominatur mala, nec esse formam positiuam, nec esse meram negationem, sed esse priuationem perfectionis debitæ inesse.

Malitas. 1. malitia

Malitie acceptio. Incrementia.

Malitiosa interpretatio.

Prauitas, & prauum

74 Vt verò magis innotescat communis, & priuata ratio mali, eius multiplicem differentiam persequamur. *Malum* igitur diuiditur 1. in physicum, & morale, *malum Morale* (vt ex Sancto Thoma 1. 2. q. 18. a. 1. definit Azor. p. 1. lib. 2. cap. 1.) est quod rectæ rationi contrarium est, aut iuxta prudentiæ leges tale iudicatur. Vnde *malitia moralis* est difformitas cum recta ratione, *malum physicum* quod etiam *transcendens* appellatur, est habens malitiam physicam, quæ consistit in carentia perfectionis physicæ debitæ, vt si homo caret manu, vel pede dicetur malus malitia physica. Duplex est physica, seu transcendens malitia, altera absoluta, altera respectiua. Malitia absoluta, qua aliquid dicitur malum in se, consistit in priuatione perfectionis debitæ rei, quæ mala denominatur, Malitia respectiua, qua aliquid dicitur malum alteri, vt calor aquæ, consistit in carentia conuenienti, seu in carentia perfectionis erga aquam, prout denotat reiectionem caloris in aqua. Diuiditur 2 à S. Thoma 1. p. q. 48. a. 5. & 6. in malum culpæ, & malum pœnæ *malum culpæ* est inordinatio in actione, vel omissione libera, seu est carentia perfectionis debitæ secundùm liberam actionem. *Malum pœnæ* est qualiber carentia boni debiti contracta, seu inflicta ob culpam. In oppositionem boni honesti, delectabilis, & vtilis, diuiditur 3. in malum turpe, iniucundum, & inutile. *Malum turpe* coincidit cum malo culpæ, & dicitur quidquid difformatur rectæ rationi. *Malum iniucundum*, quod contristans etiam vocatur, est quidquid affert dolorem, & molestiam delectationi contrariam. *Malum inutile* est quod ex sua natura, & institutione debebat esse aptum ad finem aliquem consequendum, ex accidentia tamen improportionatum redditum est: proindeque talis inutilitas censetur priuatio.

Malum & malitia quid, & quotuplex. Transcendens malum.

Malum culpæ, & pœnæ.

Turpe malum. Inutile malum.

SECTIO II.

Concernentia ad actus humanos bonos, & malos.

75 Explicaturo adiacentia, seu concernentia ad illum actum, qui & humanus, & moralis nuncupatur, in ipso statim limine occurrit enodandum quid sit actus humanus, quid actus moralis, & quid moralitas in tali actu. *Actus humanus* definitur à S. Thoma 1. 2. q. 1. art. 1. Sic, *Est Actus proprius hominis, quatenus homo est.* Pro cuius explicatione aduerte dupliciter posse actum dici proprium hominis, quatenus homo est, primo quoad entitatem physicam, vt est quælibet actio egrediens à potentijs proprijs hominis, nempe intellectu, & voluntate, quorum consideratio spectat ad Physicum, & metaphysicum: secundo quo ad aliquem modum agendi hominis peculiarem, vt sunt omnes actiones deliberatæ, & liberæ, quarum tractatio pertinet ad Theologos, qui proinde in hoc sensu dicunt actum humanum esse proprium hominis, quatenus homo est Cõsiderant enim humanam actionem prout est fũdamentum bonitatis, & malitiæ moralis, meriti, & demeriti, præmij, & pœnæ. Quare non solum actus intellectus, & voluntatis appellant humanos, sed etiam actus sensuum externorum, & alios qui volũtatis imperio subijciuntur. Modus autẽ ille peculiaris secũdùm quẽ actus vocatur humanus, nihil est aliud quàm indifferẽtia ad operãdũ, vel nõ operãdũ, seu ratio liberi propria, & per-

Humanus actus.

& perfecta, vt rectè docet Valent. 1. 2. qu. 1. punct. 1. §. sed tamen.

Moralis actus. Mos. 76 Vt planè intelligatur quid sit actus moralis, notandum est, apud Latinos (morale) deriuari à more, & esse illud, quod spectat ad morem, teste Cicerone lib. de fato. Mos autem describitur à Salas tract. 7. disp. 1. sect. 1. *Frequentia siue repetitio actuum similium, quæ posset non dari, & de facto in alijs agentibus eiusdem rationis, & naturæ non datur.* Actus illi debent esse liberi, & reperiri semper vbi voluntatis dominium viget, ac proinde illorum quilibet dicitur moralis, vtpote spectans ad frequentiam actuum, seu ad morem. Docet igitur Suar. lib. 7. de leg. c. 1. num. 3. actum moralem esse actum perfectè liberum: cum solus actus perfectè liber ad morem pertineat. Item tr. 3. de act. human. disp. 1. sect. 2. num. 15. docet moralitatem formaliter, & essentialiter consistere in libertate perfecta. Nam posita libertate, *Moralitas.* & secluso quocumque alio, intelligitur actus moralis, & resultant bonitas, & malitia, quæ sunt illius proprietates: deinde sublata libertate, & posito quocumque alio, actus moralis intelligi nequit. Ex quibus rectè deducemus cum Valentia citato tam actum humanum, quàm moralem coincidere cum libero, & vtrumque inter se nulla ratione discriminari. Actus ille *moralis indifferens*, de quo Theologi inquirunt, an sit possibilis? si daretur (inquit Azor. 1. part. lib. 2. cap. 4. quæst. 3.) esset nec bonus, nec malus, nec vllius vitij opus, nec rectæ rationi consentaneus. Apud iuristas *indifferens* sumitur pro eo quod non refert. *Indifferens actus.* Sic exponitur à Gloss. in Authent. de his, qui appellan. initio.

Bonum. Rectum. 77 Quomodo in actibus humanis discernantur hæc quinque Bonum, Rectum, Studiosum, Laudabile, & meritum: & contra quomodo in malis actibus distinguantur opposita quinque, Malum, Peccatum, Culpa, Vituperabile, & Demeritum, optimè, & paucis exponit Azor. par. 1. lib. 2. cap. 7. q. 1. *Bonum* latiùs patet, quam rectum, studiosum, laudabile, & meritum; nam bonum dicitur tam de rebus, & actibus, quàm de personis, & habitibus, cum tamen cætera propriè solùm de actibus dicantur, Bonum, & Rectum affirmantur de bonis naturæ, artis, & moris, cætera *Studiosum.* verò solum de bonis moris. Item *Rectum* differt à *Studioso*, quia latiùs patet: nam *rectum* dici- *Laudabile. Meritoriũ* tur de actibus, & naturæ, & artis, & moris: sufficit enim quòd actus sit conueniens cum sua regula, vt dicatur rectus: sed studiosus non est nisi vt factus ex alicuius virtutis electione, & vt consentaneus rectæ rationi, quæ regula morum est. Præterea idem actus in moribus, qui est rectus, & studiosus, est etiam sub diuersis rationibus laudabilis, & meritum, seu *Malum, peccatum.* meritorius, nempè quia est dignus laude, vel præmio. Similiter in prauis *Malum* latiùs funditur quàm peccatum, & culpa: nam malum dicitur de personis, rebus, habitibus, & actibus: *Peccatum* verò & culpa solum de actibus. Item peccatum latiùs patet, quàm culpa: peccatum enim dicitur de actibus naturæ, artis, & moris, quatenus à recta regula dissident: at culpa non dicitur nisi de actibus *Culpa.* moris voluntarijs, & liberis. Actus igitur, *Vituperabile.* qui est culpa vtpotè ex libertate, dicitur vituperabilis, hoc est reprehensione dignus: idem *Demeritũ* appellatur *Demeritum*, seu Demeritorius, quatenus meretur pœnam, & supplicium.

Malitia supplet ætatem. 78 Vulgare est inter Theologos, & Iuristas: *Malitia supplet ætatem.* Habetur, *Cap. vnico de sponsat. impuber. in 6.* & extra *Cap. de illis, de despons. impub.* vbi Gloss. pro malitia intelligit prudentiam, idque probat ex Cap. vlt. sub eodem tit. vbi sic: *Respondemus, quod si puella nubilis non erat ætatis, eum sæpe fatus vir desponsauit eandem, & ætatem in ea prudentia non supplebat, procul dubio inter eos non coniugium, sed sponsalia contracta fuerunt.* *Capacitas doli.* Citatam Gloss. allegat Taner. qui pro malitia interpretatur sapientiam discretionem, & doli capacitatem. Fauet Sanchez, qui lib. 1. Matr. disp. 16. nu. 8. & 9. affirmans valere sponsalia ante septennium, si malitia suppleat ætatem, exponit, si eo tempore rationis vsus contrahentibus adsit. Est *Bonitas supplet ætatem.* aliud simile axioma: *Bonitas supplet ætatem.* De sumitur ex vtroque iure canonico *dist. 77. Monachus.* & ciuili, *C. de præpos. Sanch. Matr. 1. disp. 12.* vbi bonitas idem valet, atque honestas, probitas, vel probata vita. Sic interpretatur bonitatem, Glos. ad citatam dist. v. *Deuotio. Sicut (inquit) ingenium supplet tempus in bene studente, sic & bonitas ætatem: & ita compensatur probitas cum tempore.*

Circunstantiæ. 79 Exponendum superest quid, & quotuplex sit actus humani circumstantia, quæ non minus in iure præsertim canonico, quam in S. Theologia vsurpatur. Nam quod circunstantiæ aggrauent peccatum, habetur in gl. 2. in *Cap. Deus qui. De pœnit. & remiss.* quod sint inquirendæ & considerandæ iudici, vt iustè crimina punire possit habetur, *Cap. aut facta. de pœnit. dist. 1.* Apud Legistas in alio sensu circunstantia alicuius loci intelligitur per triginta pedes, vt dicit Bar. in *L. item apud labeonem, §. conuitium ff. de in iur.* *Loci circunstantia.* Vt verò loquamur Theologicè, circunstantia, quantum apparet ex vi nominis, est id, quod actum circunstat. Vnde duas vendicat conditiones, alteram vt sit intra essentiam, & ratione indiuidualem actus humani: alteram, vt ad illum accidentaliter pertineat, licet non sit accidens respectu illius. Quod attinet ad multiplicitatem, Suar. 1. 2. tract. 3. d. 5. Sect. 2. sequitur Damasc. lib. 2. c. 24. qui octo numerat Theologi communiter cum Vasq. disp. 30. dicunt esse septem, hoc carmine contentas.

Quis, quid, Vbi, quibus auxilijs, Cur, quomodo, quando. *Circunstantia quotuplex. quis.* Hac voce (*quis*) significatur persona operans non secundum essentiam, & influxum physicum, sed secundùm qualitates mo-

 rales,

rales v.g. sitne operans solutus, an ligatus, religiosus, an laicus. (*Quid*) non significat substantiam actionis, vel materiam, circa quam versatur: hoc enim ad physicam entitatem spectat: sed significat, vel effectus qui ex tali actione possunt contingere, vt damnum, & scandalum, vel accidentia obiecti, & materiæ (circa quam) v.g. quanta, vel qualis sit res furto ablata, qualis sit persona occisa, aut passa iniuriam. (*Vbi*) denotat locum: interest enim scire facta ne fuerit actio palam, an occultè, in loco sacro, an prophano. (*Quibus auxilijs*) hæc verba indicant instrumenta, seu media quibus exercita fuit actio v.g. Vtrum percussio gladio, an fuste, salutatio verbo, an internuncio peracta sit (*Cur*) idem valet atque cuius gratia, & designat causam finalem actionis, non quidem intrinsecam, cum hæc spectet ad essentiam actus saltem terminatiuè, sed extrinsecam ex qua etiam bonitas, & malitia accrescit. *Quomodo*, denotat modum actionis, v.g. significat tempus, scilicet diem, vel noctem, diem festum vel profestum. Ad quod reducunt aliqui circumstantiam celeritatis, vel perseuerantiæ in actione: licèt alij reducant ad (quomodo) Ne existimes (*quoties*) esse circumstantiam actus singularis: pertinet enim ad substantiam, cum sit repetitio actus.

Vbi.
Quibus auxilijs.
Cur.
Quom do.
Quando.
Quoties.

ELVCIDATIO V.

De regula bonitatis, & malitiæ moralis, quæ est conscientia.

Solent Theologi cum Doctore Angelico 1. 2. quæst. 19. disputare de conscientia, quæ est regula bonitatis, & malitiæ moralis. Nos explicata bonitate, malitia, & ad vtramque concernentibus, vtriusque regulam conscientiam aggredimur explicandam, vt quæ diximus, ex proximè dictis lucem capiant, eisque vicissim lucem impendant.

SECTIO I.

Conscientia nomen, acceptio, quidditas, & multiplicitas.

80 SI vim nominis huius (*Conscientia*) cum Latinis perpendamus, idem valet atque sui scientia, vel certissima scientia, & veluti certitudo eius rei quæ animo nostro inest, siuè bona sit, siue mala. Est enim animi quædam ratio, vis, & lex à qua, & de rectè factis, & secus admonemur. Hinc Tullius pro Mil. *Magna vis est conscientiæ in vtramque partem, vt neque timeant, qui nihil commiserunt, & pœnam semper ante oculos versari putent, qui peccarint*. Idem pro Rosc. *Suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit: suæ malæ cogitationes, conscientiæque animi terrent*. Deriuatur à verbo (conscio,) & à nomine (conscius) denotantibus duorum scientiam: vndè conscientia, teste Alberico v.eodem, est *consocialis scientia* idest cum alio scientia, vel cum veritate scientia, quando aliquis scit ita esse verum. Hinc iuristæ conscientiam vocant cordis scientiam, seu cognitionem cordis sui ipsius, vt notatur per Cardin. *Cap. Statutum § assessorem de rescript. in 6.* Sumitur pro authoritate, seu licentia in *Cap. si vir & vxor 27. q. 2.* vbi statuitur non posse virum, & vxorem diuertere causa ingrediendi religionem sine facultate Episcopi. Sic exponit Sanchez lib. 7. Mat. d. 32. num. 3. Conscientia à Sanctis Patribus, & S. Pagina insignitur nomenclatura multiplici. Nam Apostolus appellat fidem. Ad Rom. 14. *Quod non est ex fide, peccatum est*, scilicet quod est contra conscientiam. Sic exponitur à iure Canonico 28. q. 1. §. *Ex his itaque* his verbis. *Non ita intelligendum est, vt quidquid fit ab infidelibus credatur esse peccatum: sed omne quod contra conscientiam fit, ædificat ad gehennam*. Damascen lib. 2. de fide cap. 12. vocat *legem intellectus nostri*. Laurentius Iustin. dicit rationis iudicium, Basilius coment. in Prouerb. init. nuncupat naturale iudicatorium animæ. Hieron. in Ezech. 1. Synderesim dicit esse scintillam conscientiæ, & Origen. lib. 2. ad Bonon. esse *spiritum correctorem, & pedagogum animæ*. Sumitur quandoque pro bona voluntate: in quo sensu Apostolus 1. ad Timoth. 1. videtur admonere ipsum, vt retineat fidem, & bonam conscientiam, idest bonam voluntatem. sic interpretatur Vasq. 1. 2. disp. 59. cap. 1. n. 3. sumitur etiam pro animo apud legistas, Glos. delictum est genus, *L. 1. C. si aduers. delic.* sumitur Denique pro morsu peccati apud Canonistas Glos. Conscientia com. illi Rex de pœnit. dist. 3.

Conscientiæ nomen.
Conscientiæ acceptio.
Consocialis scientia.
Conscientia pro licentia.
Fides pro conscientia
Iudicatorium.
Pædagogus animæ.
Conscientiæ natura.

81 Vt verò conscientiæ naturam, & quidditatem Theologicè perscrutemur, conscientiam esse aliquid formaliter spectans ad intellectum, & non ad voluntatem, potiusque in actu quàm in habitu consistere, rectè docet Vasq. 1. 2. disp. 59. cap. 1. & Suar. 1. 2. tract. 3. disput. 12. *Conscientia* igitur est iudicium quo aliquid iudicamus esse vetitum, aut præceptum: bonum, aut malum. Conscientia (inquit Azor. par. 1. lib. 2. cap. 8. quæst. 1.) est animi quædam ratio, vis, & lex, à qua, & de rectè factis, & malefactis admonemur: est in homine veluti quædam rectæ rationis scintilla bonorum, malorumque facinorum index: est actus rationis, quo ipsa præscribit, quid sit agendum, quid fugiendum: quid bonum, quid malum, quid fas sit, ac liceat: quid non liceat: item quid sit ratione præcepti, aut legis præstandum, quidve cauendum, & fugiendum. Ad conscientiam igitur spectat testificari, accusare, increpare, arguere, præscribere, monere, suadere, stimulare, ex quo fit, vt dicatur violatæ legis, & rectæ rationis tristis quædam cogitatio, & morsus, qui infixus

fixus homini viuit, quandiu ille nec vi, nec fraude extinguitur. Constat ex dictis discrimen inter conscientiam, & synderesim: nam *conscientia* est actus, *synderesis* habitus: deinde hæc facit assentiri primis principijs moralibus, illa, authore Vasquio citato, est iudicium speculatiuum circa actiones præteritas; practicum circa præsentes, & futuras: quia de præteritis sistit tantum in pura cognitione, de præsentibus, & futuris dirigit opus faciendum.

Synderesis

82 Quod attinet ad multiplicitatem, conscientia diuiditur primo in conscientiam præteritorum, præsentium, & futurorum actuum: iuxta primum membrum diuisionis, conscientia dicitur accusare, remordere, testificari, & nos dicimur examinare conscientiam: iuxta secundum dicitur homo contra conscientiam agere: iuxta tertium dicitur conscientia instigare, & vrgere ad opus faciendum. Diuiditur 2. in conscientiam rectam, erroneam, probabilem, improbabilem, dubiam & scrupulosam. *Conscientia recta*, *seu certa*, habetur ex cognitione euidenti, vel fide diuina. *Erronea* ex cognitione falsa, sed cum firma adhæsione intellectus. *Probabilis* ex cognitione formidolosa, sed nixa fundamento probabili. *Improbabilis* ex cognitione formidolosa, sed nixa fundamento leui, & insufficienti. *Dubia* datur quando intellectus neutri parti assentitur, *Scrupulosa*, quando intellectus vni parti assentitur, & de alia habet dubitationem leuiter fundatam. *Temeraria* non facit diuersum membrum: cum reducatur ad erroneam, vel improbabilem culpatus culpa crassa. Diuiditur 3. in conscientiam veram, & falsam: *Vera* coincidit cum recta, & probabili: *falsa* cum erronea & improbabili. Non est tamen bona diuisio, quia non comprehendit dubiam, & scrupulosam. Diuiditur 4. in conscientiam bonam; quæ dicitur *munda* & in malam, quæ dicitur *sordida*. Neutra sic appellatur formaliter, sed solum denominatiuè ab actibus voluntatis, quibus formaliter inest bonitas, & malitia moralis. Diuiditur 5. in *quietam*, & *perturbatam*: talis appellatur tum formaliter tum causaliter: formaliter, quando iudicat de bonitate, vel malitia actionis assensu determinato: si enim cum dubitatione, est *perturbata*, si sine dubitatione, *quieta* censetur. Causaliter, quando in animo quandam veluti securitatem, vel timorem generat, ita vt post actionem præteritam animus maneat turbatus, vel tranquillus. Vide Salas tract. 8. d. vnic. Sect. 2. & Suar. d. 12. sect. 2.

Conscientia multiplex. Recta conscientia.

Erronea. Probabilis Dubia.

Scrupulosa conscientia Temeraria conscientia.

Munda Sordida Quieta Perturbata.

SECTIO II.

Voces, & modi loquendi de conscientia, præsertim recta.

83 Explicata quidditate, & multiplicitate conscientiæ, vt ea quoad vtranque, & quidquid cum ipsa connexum est, magis innotescat, explicandum imprimis est quid sit regula: nam conscientia humanarum actionum regula nuncupari solet. *Regula* igitur, vt Latinè loquamur, iuxta Colum. lib. 3. cap. 13. est norma, qua lineæ diriguntur, quasi mensuram regens. Nam dicitur regula ideò, quia rectè ducit, nec aliorsum trahit: quasi à rego, eò quòd rectè regat, vel normam rectè viuendi tribuat. 3. *dist. Regula*. secundùm Legistas est quæ rem, quæ est, breuiter enarrat, idest ius aliàs in varijs partibus iuris constitutum breuiter recitat. Sic definit Dynus in proæm. nu. 2. ex *L. Regula ff. de regul. iur.* Ex quo apparet regulam non esse ius, sed ex iure fieri regulam: non enim ius ex regula sumitur, sed ex iure regula. Aliter dici deberet ius regularum, & non regula iuris. Debet esse generalis, & omnia comprehendere; cum fiat per signa vniuersalia affirmatiua, quæ affirmando omnia recipiunt, vel per vniuersalia negatiua, quæ negando omnia excludunt, vel per indefinita, quæ vniuersalibus æquipollent. In hoc differunt generale, & regulare, (vt notauit Cardin. Alex. in cap. synodum 17. dist.) quia *generale* dicitur id quod infallibiliter est verum: *regulare* verò quod in aliquibus casibus fallit. Regula etiam dicitur specialis norma, vel modus viuendi Monachorum, aut Canonicorum, quia talis normam viuendi præbet. *De statu monachi per totum*. Sed hanc suo loco expediemus.

Recta conscientia. Regula. Norma.

Iuris regula.

Generale. Regulare.

84 Quia verò præcipua, & adæquata conscientiæ diuisio fuit secunda, quam diximus fieri in rectam, erroneam, probabilem, improbabilem, dubiam; & scrupulosam, concernentia ad singula hæc membra elucidemus, vt totam complecti videamur. Quod attinet ad primum membrum, conscientia recta idem valet atque *certa*. Nam apud Canonistas *certum*, est quod clarum, & manifestum 11. *q* 3. *certum et* 7. *q.* 2. *cap. vl.* & apud Legistas *certum*, est quod non ignoratur, *ff. hoc eodem ti. l. subsignatum* §. 1. vnde dicitur non dubium, & *l. certum ff. si certum petatur* sic definitur. *Certum est quod apparet, quod, quale, quantumque sit*. Hinc certum dicitur id cuius qualitas, & quantitas apparet. *L. Stipulationum* 74. *ff. verb. oblig.* Igitur iuris consulti certum corpus propriè appellant, quod Logici indiuiduum: incertum verò quod illi genus, & opponuntur inter se, *l.* 1. §. *non solum ff. ad Leg. Falcid.* Apud eosdem certus locus dicitur, cuius qualitas, & quantitas definita est, *l.* 1. *ff. de euict.*

Certum.

Certum.

Certum. corpus. Indiuiduũ.

Locus certus.

euict. Incertus verò, cuius qualitas, & quantitas non apparet, *l.cum post.* §.*cum gener. ff. de iur.dot.* *Incertus. Homo certus.* Certus homo cuius qualitas definita est, quæ dignoscitur aut nomine, vt Dauus, vel demonstratione, vt si digito ostendatur, *l.quintus ff.de aur.& argent.* Incertus homo est, cuius qualitas definita non est, velut cum testator in genere scripsit: *Homini illi do, lego.* *Incertus homo.* Sumitur ex *l.vbi autem ff.de verb.oblig.* Certum vinum, & frumentum dicitur, cuius, & qualitas, & quantitas apparet: incertum cum neutra, aut alterutra tantum definita est; item certum dicit, qui vinum quod in apotheca est, aut triticum quod in horreo dicit, *l.triticum,94. ff.de verbor.oblig.* *Certiorare. Certificare.* Certi condictio quid sit, & quotuplex, alibi expendetur. Certiorare est certiorem facere apud Vlpian. *lib 27. ff.de eo, qui pro tutore l.1.* sed necessarios (inquit) pupilli non certiorauit. Certificare pro eodem, *ff.de exc.*

85 *Incunctabile* idem valet atque indubitabile, *l.ob carmen ff.de testibus* vbi sic: *Illud quoque incunctabile est, vt si res exigat, non solum priuati, sed etiam magistratus testimonium dicant.* *Incunctabile. Incunctanter. Cunctari* Nam *incunctanter* pro indubitanter vsurpatur. Est enim *cunctari* idem atque morari, & dubitare apud Canonistas, *Cap.1. de his quæ fiunt à mai par.* & *cap.Cum quis de sent. excomm. in 6.* iuxta Archidiac. Huc spectat aduerbium *Examussim.* *Examussim* quod accipitur pro indubitanter, regulariter, perfectè, vt notauit Albericus v. eod. *Amussis. Euidens* Nam *Amussis* est instrumentum plumbeum, cum quo paries rectificatur 2.*quæst.7. Nos si incompetenter*, init. ad quem locū Archid. affirmat componi ex *e* idest sine, & mussis, dubitatio. *Euidens* est quod semper palàm est, & *Euidentia* euidenter apparet, *ff.de comtem l.eaq;* Hæ.1.19. *vt euidenter*, à quo euidentia apud logicos in Cap.26. de scient.& opin.duplex est, altera obiecti; altera cognitionis: illa est claritas, qua res ita potentiæ obicitur, vt ab ea quasi videatur: hæc est ipsa claritas perceptionis rem penetrantis. *Euidentia* emanat à certitudine, quæ est triplex, scilicet obiecti, cognitionis, & cognoscentis. Prima datur in re necessaria, & ab eius necessitate non differt. *Infallibilitas.* Secunda est infallibilitas, cui falsitas subesse nequit: tertia est firma intellectus adhæsio ad rem vt veram, quæ secum patitur falsitatem, vt videre est in ijs, de quibus Arist.7.Ethic.c.3 affirmauit in sua opinione, quam alios in scientia constantiores esse, *perspicuum* pro comperto, & euidenti sumitur per translationem à M.Tullio pro Quintio: *Est quædam* (inquit) *ita perspicua veritas*, vt eam infirmare nulla res possit. *Perspicuū & euidens.* Perspicuum, & euidens in eo videntur discriminari, quòd perspicuum in rigore solum sit illud cuius medium videmus, euidens verò latiùs extendatur & quodcumq; manifestum sit. De perspicuo Philosophicè accepto, quoad naturam, & multiplicitatem, agūt Conimb.in lib.2.de anima c.8.q.1.

SECTIO III.

De conscientia erronea.

86 QVod attinet ad secundum membrum, *Erronea Conscientia* nempe *conscientiam erroneam*, cum hæc habeatur ex errore, vel ex ignorantia, de vtroque nobis agendum est. *Error.* *Error* igitur si Latini sermonis vim attendamus est deflexio à via, eum scilicet ignari extra institutum iter deflectimus. *Errare.* *Errare* est huc illuc quò nos natura fert, diuagari. *Erratio.* Donatus inter errorem, & errationem hoc interesse existimat, quòd error animi sit, erratio pedum. *Error calculi.* Error igitur Philosophicè acceptus, vt docent Conimb.in cap.1. de signis quæst.5.art.4. est positiua difformitas, & inadæquatio cognitionis cum obiecto, in quod tendit, & secundùm eam partem, in *Calculus. Intolerabilis error.* quam tendit, qualis est hoc (*Socrates non est risibilis*) dicit enim hoc iudicium habitudinem ad Socratem risibilem, sed dissentaneam. Error iuridicè datur quando aliquid aliter contingit, vel aliud est quàm creditur, vel putatur: *Error* est aliud pro alio putare, 38.*dist. quamuis* 22. *q.2. in quibus in fin.* Error calculi iuxta glos. *in l.vnic. C.de error calculi*, est error computationis. Nam veteres computabant per lapillos, qui dicuntur calculi ex eo quòd pedibus calcantur. Error intolerabilis dicitur (teste Syluestro v.eodem) quando continet aliquid, quod in suo genere est peccatum, vt *Cap.venerabilis* §.*potest de sent. excomm. in 6.* vel aliquod impossibile, vt in glos. in *Cap.per tuas, de sent.excomm.* vel aliquid contra ius, & legem, vel si excommunicet aliquem, quia bonum fecit. *Error communis*, de quo dicitur, quod aliquando faciat ius 95. *dist.Ecce ego*, & in *l.Barbarius, ff.de offic.prætor.* *Communis error.* vt detur (teste Sanch. lib.3.Mat.d.22.nu.6.7.) non sufficit quod vnus vel alter erret in populo, sed requiritur quod plures communiter errent. Error quadruplex est, conditionis, personæ, fortunæ, & qualitatis; quis eorum matrimonio obstet, exponit. Panorm. *in Cap.propos. de coniurat. Ser.*

87 Ignorantia, & ignoratio quid sint, & quomodò distinguantur, satis deprehenditur *Ignoratio. Ignorantia* ex Tullio lib.3. de offic. & Quintil. lib.7. c.2. nam *ignoratio* ad actum, & rem pertinet, quæ penitùs nec sciri potest, nisi prodatur: *ignorantia* verò ingenij vitium est, cum quis ignorat, quid facere debeat, aut dicere. *Imperitia. Inscitia.* *Imperitia* & *inscitia* nec inter se, nec ab ignorantia videntur differre. 38.*dist. c. si in laicis.* *Idiota.* Ignarus, Ignauus, & idiota differunt in iure; nam *idiota* est imperitus, qui literas nescit. *Autheut.quomodo oport. Episc.* §.1. Et quandoque sumitur pro illo, qui ostendit se scire, cum *Ignarus Ignauus.* nesciat, vt notauit Ioan.Andr.in addit.ad spec. tit.de arbitrio §.restat. *Ignarus* est qui ignorat. vel qui ignoratur iuxta Isidor. lib. 10. *Ignauus* non

non solum est piger, & negligens, sed etiam ignarus viæ, id est rationis, & vitæ. Ignorare, & nescire differunt: nam *ignorare* propriè est nescire quod aliquis debet scire. *Nescire* autem est communius quam ignorare. Vnde propriè omnis qui ignorat, nescit: non & contra, gloss. ff. de iur. & fact. ignorat. super. Rub. Hinc est discrimen inter *ignorantiam*, & *nescientiam*, seu ignorantem, & nescientem, quod ille sumitur in mala parte, vtpote qui debeat scire, & ignoret: vnde dicitur qui ignorat, ignorabitur. *Cap. Nisi cum pridem, de renunciat.* Nesciens autem in bona, & mala parte sumitur: vnde omnis ignorans nescit, sed non conuertitur, vt dictum est.

Ignorare. Nescire.

Nescientia

88 Ignorantia, quantum ex Syluestro v. eodem num. 1. & 2. Azor. par. 1. lib. 1. cap. 12. quæst. 1. & Sanchez lib. 1. Decal. cap. 16. aduertimus, multiplicem diuisionem subit. Diuiditur 1. Philosophicè ratione notitiæ, & scientiæ, cuius est priuatio, & est triplex, alia dicitur prauæ dispositionis, alia negationis, alia priuationis. *Ignorātia prauæ dispositionis coincidit cū errore*, & sic dicitur, quia censetur quis esse praue dispositus, & malè affectus, quando non solum ignorat, sed etiam errat. *Ignorantia negationis* est, cum quis non habet notitiam rationis, nec eam habere potest, aut debet, & hæc reperitur in infantibus. *Ignorantia priuationis* est, cum quis caret notitia alicuius rei, quam scire potest, ac debet. Diuiditur 2. iuridicè ratione rei obiectæ ignoratæ in ignorantiam iuris, & ignorantiam facti *Ignorantia iuris* est qua ignoratur aliquod ius: vt si nescias te non posse nubere consanguine intra quartum gradum, & tam multiplex est quam ius ignoratum, nempè naturale, diuinum, humanum tam ciuile, quam Canonicum, & municipale. *Ignorantia facti* est qua factum ignoratur, vt si nubas fœminæ, quam nescis esse consanguineam: & tam multiplex est quam factum ipsum, nempe necessarium ad salutem, vel ad officium proprium, vel alienum. Diuiditur. 3. Theologicè respectu voluntatis in inuincibilem, & vincibilem *Ignorantia inuincibilis*, quæ etiam appellatur probabilis, est illa, quæ vinci seu depelli non potest, aut non debet: vt si rusticus adiuit templum die, quo Parochus solet dies festos indicere, & non indixit, ex quo accidit vt per ignorantiam laboraret die festo. *Ignorantia vincibilis* est quæ adhibita diligentia superari potest, ac debet qualem haberet rusticus, si nec adiret templum, nec interrogaret de die festo, vincibilis, quæ *culpabilis* vocatur, rursus subdiuiditur in affectatam, & crassam. *Affectata* est, cum quis de industria, & vltro ignorat aliquid, ne ab agendo retardetur, vt si Petrus nolit scire tempora ieiunij vt licentiùs edendo, & bibendo sibi indulgeat. *Crassa* est cum quis negligenter se gerit in sciendis ijs quæ nosse debe-

Ignorantia multiplex. *Prauæ dispositionis ignorantia* *Negationis ignorantia.* *Priuationis ignorantia.* *Iuris ignorantia.* *Ignorantia facti.* *Inuincibilis ignorantia.* *Vincibilis ignorantia* *Culpabilis.* *Affectata.* *Crassa ignorantia.*

ret: & sic dicitur, quia nascitur ex desidia, qua crassi, & pingues torpere solent: dicitur etiam *Supina*, quia solet esse in his qui supini iacent, & non vident etiam posita coram. Affectata est directè, & explicitè voluntaria, crassa indirectè, & implicitè.

Supina ignorantia.

89 Diuiditur 4. Ignorantia ratione peccati in antecedentem, comitantem, & consequentem. *Antecedens* est causa peccati, quod antecedit, & datur eum quis si sciret, non peccaret: & ideò peccat, quia ignorat: potest esse inculpabilis, si antecedat actum liberum voluntatis, & priuet cognitione malitiæ actus, qua data actus non fieret, & tunc causa peccati non est. *Comitans* est cum quis peccando ignorat se peccare, sed nihilominus peccasset, & si ignorantiam non habuisset: vnde neque causa, neque effectus peccati est. *Consequens* est, quæ consequitur voluntatem negligentem in inquirenda veritate, proindeque peccaminosam, estque effectus peccati, vt cùm quis culpa sua ignorauit, ex eo quòd in amentiam, vel ebrietatem culpabiliter incidit. Præter numeratas est *ignorantia prauæ electionis* secundùm quam omnis malus dicitur ignorans, eo quod in particulari eligit vt bonum quod in vniuersali scitur esse malum, qualis fornicatio. Hæc tamen propriè *inconsideratio* dicitur. Ex dictis patet discrimen inter hos modos loquendi (*per ignorantiam peccare*, & *ignoranter peccare*.) Nam qui ignoranter peccat, teste Azorio citato quæst. 1. in fine ignorantia in eo non est causa peccati, sed comitans ipsum peccatum: at qui per ignorantiam peccat, ignorantia in eo est causa peccati, cum peccatum ex ignorantia proueniat. Hæ clausulæ (scienter, Ausus fuerit, si quis præsumpserit) in legibus imponentibus pœnam, excludunt omnem ignorantiam, etiam vincibilem, & crassam (teste Sanchez de Mat. lib. 9. disput. 32. nu. 35.) dummodò non sit adeò crassa, vt reputetur ingens temeritas: tam enim hæc, quàm affectata non excusant à prædictarum legum pœna incurrenda.

Antecedens ignorantia. *Comitans* *Inconsideratio.* *Ignoranter peccare.* *Peccare ignoranter.* *Scienter.* *Præsumpserit.*

SECTIO IV.

De conscientia probabili, & improbabili.

90 QVod attinet ad 3. & 4. membrum, nempe conscientiam probabilem, & improbabilem, expendendum nobis est, quid sit opinio probabilis. Imprimis *opinio* apud Iuristas, vt definit specul. est dubia particularis arbitratio, quæ à Doctoribus alicuius scientiæ authoritatem habet. Iuxta gloss. est probabilis arbitratio doctorum non nisi ob instructionem studientium in scriptis redigenda. Apud Logicos (vt docent Conimb. in cap. 26. de scientia quæst. 1. art. 1.) est habitus inclinans ad assentiendum alicui rei, vel ex terminis, vel

Opinio. *Scientia.*

ob

ob rationem probabilem cum formidine partis oppositæ. Vnde Aristot.cap. citato in eo distinguit scientiam ab opinione, quòd illa sit cognitio vniuersalium per præmissas necessarias, & quæ aliter se habere non possunt, opinio autem versetur circa ea, quæ possunt aliter se habere. Apud Theologos opinio, vt Syluester v.eodem, colligit ex S.Thoma 2.2. quæst. 1.art.4. est quæ neque euidentiam, neque certitudinem habet, sed credulitatem fundatam in humana ratione, insufficiente tamen, & non concludente necessariò. *Probabile* iuridicè prout diuiditur ab occulto est illud quod per testes probari potest: Philosophicè ex mente Aristotelis.1.Topic. dicitur, quod videtur omnibus, aut pluribus, aut sapientibus: & ex his aut omnibus, aut pluribus, aut maximè famigeratis. Vnde *opinio probabilis* Theologicè iuxta Sanchez lib.1.Dec.cap.9. est illa quæ nititur authoritate fide digna, vel ratione alicuius momenti, adeò, vt sola authoritas, vel sola ratio sufficiat. Quod procedit, nisi repugnet alicui decreto, vel manifestæ rationi.

Probabilis opinio. Probabile.

91 Multum confert ad opinionis probabilitatem *authoritas*: hæc licèt apud Canonistas quandoque non differat à iurisdictione, *Cap. in literis de offic.deleg.* & interdum sit *authorizabilis consensus*, qui competit ex officio publico, vel ex legitima administratione, sicut sunt tutores, & curatores. Gloss.tractatus cap. 1. de rebus Eccles. non alien. in 6. Quibus fauet Liuius Dec.1. *Decreuerunt (inquit) vt cum populus regem iussisset, id sic ratum esset, si Patres authores fierent.* Idest si authoritatem suam, & decretum interponerent, quo id ratum haberent, & comprobarent: tamen fuso significatu extenditur ad innuendam venerationem, eminentiam, seu dignitatem, quam sequimur, & cui cedere solemus. Vnde (teste Syponti no col.603. num.20.) *author* est, qui per se ipse facit, nec ab alio accipit: & authores alicuius sententiæ. vel consilij appellantur illi quorum sententiam, vel consilium sequimur. Inter authores (vt notauit Gellius lib.19. c.8.) alij sunt classici, alij proletarij. *Classici* sunt, quos sæpe lectitamus, & assiduè euoluimus, & eorum testimonio frequenter vtimur. Classicos siue S.Theologiæ, siue iuris vtriusque professores in varias classes, pro ratione temporis, quo floruerunt, optimè distribuit Azor. par.1.lib.2.cap.14. *Proletarij* sunt viliores, & valdè deteriores notæ. Nam proletarij olim in plebe Romana erant pauperrimi, qui non amplius quam mille quingentum æris in censum deferebant: inde dicti quòd raró ad militiam conscriberentur, & fere procreandæ prolis gratia in vrbe relinquerentur. Ad opinionem etiam facit *credulitas* hæc (vt notatur in Cap.Inquisitioni, de sent.excomm.) duplex est, vna leuis & temeraria, puta quando quis audiuit aliquid à leuibus, vel paucis personis, quibus credi non debet: alia probabilis, & discreta: putà quia videt solum cum sola in latebris: vel quia ita communiter dicitur. Prima est suspicionis, vel scrupuli secunda verò opinionis.

Authoritas. Authorizabilis consensus. Author. Classici authores. Proletarij. Credulitas

92 *Communis opinio* apud Iuristas est alind, quam *fama*: nam communis opinio facit ius *C. de re iud. l. 1.* fama non facit ius.Item communis opinio probat, fama verò non. Differt etiam communis opinio à notorio, quia illa est de longè præteritis, quæ probari non possunt de facili, per testimonium visus: at *notorium* est de præsentibus, vel proximè præteritis, quæ de facili probari possunt per testes diuisim. Si verò loquamur de opinione authorum, illa communis dicitur, quam plures, grauioresque amplectuntur, vt docet Panorm. in *Cap.prudentiam de offic.de leg.* Cui non dissentit Azor. part.1. l.2 cap.13. affirmas opinionem communem, esse accipiendam pro subiecta rei cuiusque materia: atque adeo in Sacra Theologia communem censeri illam, quæ communi Theologorum consensu recipitur: in iure communem dici, quem communis iuris interpretum consensus approbat. Sanchez lib. 1. Dec.cap.9.nu 9. existimat opinionem communem non dici ex authorum numero, qui eam tradunt, nulla discussione præmissa: sed quæ licet habeat paucos authores, ab ijs tamen pro vtraque parte diligenter examinata est. *Opinio tutior* est quæ omne peccati periculum declinat, vel in qua sequenda nullum peccatum admittitur, v.g. quæstio est an liceat admittere ad beneficium dignum neglecto digniori? Opinio minùs tuta affirmat: tutior negat: & quidem in hac sequenda nullum datur periculum peccandi; secus in illa. Ex quo apparet opinionem minùs probabilem posse esse magis tutam probabiliori. Denique *Opinio improbabilis* est quæ neque sufficienti authoritate scriptorum, neque ratione alicuius ponderis fundatur.

Communis opinio. Tutior opinio. Improbabilis opinio.

SECTIO V.

De conscientia dubia, & scrupulosa.

93 QVod attinet ad 5. membrum, nempe conscientiam dubiam, exponendum nobis est cum Salas 1.2.tract.8.d.vn. sect.16. & Azorio 1. p.lib.2. cap.18. quid sit dubium, & quotuplex: deinde quomodo à perplexitate, ambiguitate, incertitudine, & suspicione differat. *Dubium* (vt docet Isid. lib. Etym.) est motus indifferens in vtramque partem contradictionis. luxta Nauarr. cap.27. n.277. est quædam ambiguitas, seu suspensio animi, & mentis, nec assensum, nec dissensum vlli parti præbentis. Dupliciter accidit: primò quando intellectus nullum omninò habet fundamentum, vt alteri parti contradi-

Dubium quid. Ambiguitas. Dubium quotuplex.

ctio-

ctionis assentiatur, vel dissentiatur, v.g.si quæratur, an egestellæ sint pares? & tunc dubium appellatur *negatiuum* *[Negatiuũ dubium.]*: secundò quando rationes pro vtraque parte ita sunt in æquilibrio, vt intellectus in neutram inclinet, & appellatur dubium positiuum definiturque à Sancto Thoma in 3. dist.27. contrariarum rationum æqualitas. Vtroque modo dubium est duplex, alterum iuris, alterum facti: dubium iuris est cum quis dubitat, vtrum actio, vel omissio aliqua sit turpis, an honesta? licita an illicita? concessa, an prohibita? nam in his omnibus dubitat de iure præcipiente, vel prohibente. *Dubium facti* *[Dubium. iuris, & facti.]* est cum quis dubitat de facto aliquo, v.g. sitne Petrus vxoratus, an solutus: sit consanguineus, an alienus: sit legitimus, an illegitimus. Dubium iuris diuidi potest in speculatiuum, & practicum: *speculatiuum est* cum quis dubitat in genere, sit ne hoc vel illud licitum, v.g. iter facere die festo *[Speculatiuũ dubium. Practicum dubium.]*: *practicum est*, cum quis adhuc in ipso exercitio operis non iudicat determinatè, benè an malè agat. Salas citatus nu. 141. aliter exponit diuisionem dubij in speculatiuum, & practicum: nam affirmat dubium speculatiuum coincidere cum dubio facti, & practicum cum dubio iuris. Addit tamen dubium iuris aliud esse completè practicum, seu practicè practicum, aliud incompletè, seu speculatiuè practicum *[Practice practicum]*. Primi generis dubium est, cum quis non solum dubitat directè de bonitate obiectiua, quam actus habet in se, sed etiam reflexè, & indirectè de bonitate formali, quæ potest competere actui interno, vel externo, supposita varietate opinionum, quæ se offerunt circa bonitatem obiectiuam actus. Secundi generis dubium est quando quis solum dubitat de bonitate obiectiua actus: an ipse reuera sit in se prohibitus?

94 Libet seorsim elucidare varias dictiones, quibus pendens, & dubius animus significatur. *Aenigma* *[Aenigma]*, vox Græca, quæ Latinè dicitur obscura allegoria, vel difficilis quæstio, apud Iuristas accipitur pro subtili dubitatione *[Ambiguum Ambiguitas.]*, *L.fin. C. de legib.& Cap.1.de relig. & venerat. Sanct.in 6.* Item pro figura, *L.1.§.fin.C.de vet.iur.enuc.* Deinde *ambiguum* dicitur illud de quo inter sapientes dubitatur, *L.an inutili, ff. de acceptila.* Item vbi opiniones sunt, & iura varia videntur *[Ambages]*. *C.de sent.excomm.& C.1. de iudic.in 6.* Ambiguitates, & ambages pro eodem videntur esse, *L.fin.C.de fur.* Differunt obscuritas, & ambiguitas, quòd *obscuritas* *[Obscuritas]* versetur circa orationem, & ambiguitas circa dictionem, vt notatur *[Ancept. Gladiut anceps.]*, *L.veteribus,ff.de pactis.* Sumitur *anceps* pro dubio. *L. videam,ff.de in lit.iur.* & iuxta Isidor.lib. 10.Etym.est aliquis huc, illuc fluctuans, & dubius in quam partem declinet. Inde *anceps gladius* ad Hebr.4.& *L.fin.C.de condict.indeb.* est ex vtramque parte acutus. *Districtio* *[Districtio.]* idem valet, atque difficultas, anxietas, atque impedita ratio apud Paulum, *l.16.ff. de recep. arbit.* Apud Latinos *Incertus* *[Incertus.]* est dubius & non sibi constans. Apud Legistas *Incertus possessor* *[Possessor incertus.]*, est quem ignoramus, *L.subsignatum § fin.ff.de verb. signific.* Incerta actio siue *incerti actio* *[Actio incerti.]* dicitur per quam nulla certa summa petitur, veluti ex stipulatione incerta: quòd mihi ex stipulatu dari fieri oportet, *L.4.ff.de vsuris.* Incertus contractus *[Incertus contractus.]* est contractus qui proprium nomen non habet, *L.9.ff.si cert.pet.* Incerta persona, quam opinione incerta ex animo testator subijcit, cuius exemplum ponit Imp. § 27.*de legat.* Denique in iure *incerta* *[Persona incerta.]* appellantur, in quibus non apparet quid, quale, quantum, *L.vbi autem 75.ff.de verb.oblig.* Item quæ non in specie, seu determinatè, sed in genere proferuntur *[Incerta quæ sint.]*, veluti homo, fundus, triticum, *L.Hæredes 25. § incerto, ff.famil.herc[i]sc.* Incertitudo vitiat contractum, obligationem, sententiam, arbitrium, & plura, vt notauit Bart. in *L. si cui annuum, ff.de annuis leg.*

95 *Hæsitare* *[Hæsitare. Hæsitatio.]* pro dubitare, & timere. Tullius in Catil. *cum hæsitaret, cum cunctaretur, quæsiui quid dubitaret proficisci eò quò iampridem parat.* Vnde *hæsitatio* pro dubitatione. Idem 2. de orat. *Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio, tractusque verborum?* Aduerbium *Perfusoriè* *[Perfusoriè]* idem valet atque ambiguè, *L.qui libertatis, §. sed & si quis ff.de euiction.* Pro dubio accipitur *Perplexum* *[Perplexitas.]*, & pro dubitatione *Perplexitas*; hæc tamen habet hoc speciale quod est contingens, & ineuitabilis necessitas peccandi, quæ prouenit ex erronea voluntate, *Cap 1. in sum. dist.13.* vbi Glos. bona. Quid sit *perplexitas*, latè exponit, Bar.in *L.ita stipulatus* in secun. opp quintæ part.*ff. de verbor.oblig* An & quando vitiet, in *L.si Titius, ff.de verb.oblig.* Pro hæsitare sumitur *subsisto* *[Subsisto.]*, in iure *L.semper, ff.de iure.immunit. & L.seruum,ff.de procur.* Nam qui incedens subsistit, videtur de aliqua re deliberare quid agat. *Suspicari* *[Suspicari Suspicio.]* dicimur, quando cum timore quodam ea videmur aspicere, de quibus dubitamus. Vnde *suspicio* pro huiusmodi dubitatione sumitur etiam à Theologis, qui duplicem agnoscunt, alteram probabilem, alteram violentam *[Violenta suspicio.]*. Vtramque exponit Sanchez lib.10.Mat. disput.12 num 45. sic exemplificando: esse solum cum sola in locis suspectis est suspicio probabilis adulterij: vt sit violenta, debent reperiri in eodem lecto, & hora apta ad concubitum. Ex solis osculis, & amplexibus non inducitur violenta suspicio, nisi alia adminicula concurrant *[Violenta suspicio.]*. *Titubare* & *titubatio* *[Titubare. Titubatio.]* propriè dicitur de eo, qui pedibus insistere nequit, siue sit ebrius, siue infirmus. Per translationem *titubatio* est, cum quis hinc inde duo contraria scit, nec tamen alicui eorum assentitur. Inde in iure *titubans* pro ignorante habendus est: *L vlt.C.de condict.indeb.* Dicitur etiam quis titubare, quando suspicionem habet super eo, de quo contenditur, *cap.in nostra.In præsentia,de procur.* Gloss. v.titubasset. Est differentia inter titubationem, ignorantiam, errorem, & nescien-

scientiam (vt tenet Glos. *L. de statu, ff. de testam.*) quia dubitans, seu *titubans* applicat animum suum ad plura, & nescit quid eligat: *ignorans est*, qui nihil scit, sed scire debet: at *nesciens est*, cum scire non tenetur: *errat* quando credit vnum, & est aliud. *Vacillare* in sua proprietate est inconstantem esse, & alternatim moueri. In iure vacillare dicitur, qui dubitando, & tremendo loquitur, & qui variè loquitur. *Cap. in nostra de procur. & cap. praeterea de testibus*, vbi Zabarella, & alij. vnde *vacillatio* pro illa hæsitatione. Quamuis vox *Forte* sit aliquando dubitatiua facti, aliquando iuris, vt notauit. Archid. 11. qu. 3. §. Nolite etiam, tamen sumitur quandoque certitudinaliter pro expressiuo veritatis. Idem procedit de voce *Forsitan*, vt habetur *cap. Magna de vot. & vot. redem.*

Ignorans, & nesciens

Vacillare. Vacillatio.

Forte.

Forsitan.

96 Quod attinet ad 6. membrum, scilicet conscientiam scrupulosam, *scrupulus* diminutiuum à *scrupus* propriè est lapillus asper, qui in calceo latens plerumque nos lædit, & pressus dolorem infligit. Apud Latinos sumitur pro sollicitudine & difficultate. Apud Iuristas sumitur pro dubitatione *L. 3. C. de interd. matrim.* Item pro suspicione. *Extrau. de testib. Constitutus 2. q. 7. negligere*. Item pro vigesima quarta parte vnciæ, & tertia parte drachmæ. Nam tres scrupuli faciunt drachmam: octo drachmæ faciunt vnciam. *L. 1. C. de metall. & metalla*. Inde iuxta Vlpian. *L. posthum. lib. 23. tit. de iniusto testam.* Res difficiles scrupulosæ vocantur, & *Scrupulositas* illa difficultas atque examinis scrupulosa subtilitas. Accipitur etiam *scrupulositas* pro damno, vt notatur in Gloss. §. quia verò Leones in Auth. de non alien. Apud Theologos scrupulus (vt ex Alberto tradit Syluester v. eodem) est motio ad vnam partem contradictionis ex leuibus, & multum debilibus coniecturis, quæ etiam dicitur suspicio, & pusillanimitas spiritus. Scrupulosus autem, vel rectiùs *grupulosus* est qui agitatur scrupulis, & ferè complexionis est timidæ, habetque plerumque mediam cellulam capitis infectam.

Scrupulus.

Scrupulositas.

Grupulosus

97 Ad calcem duo elucidemus, alterum quid sit *conscientia cauteriata*, de qua Apost. 1. ad Timoth. 4. alterum quid sit conscientia *ligans*, & *non obligans*. Prior conscientia est mala, sic denominata à *cauterio*, instrumento ferreo, quod ignitum notam inurit. Est autem *cauteriatà conscientia*, vt vertit Beia, cauterio amputata vel (vt Syrus vertit) notata indelebili cauterio infamiæ, per allusionem ad stigmata, quæ maleficis ferro candenti inuruntur. Cornelius ad citatum locum, notat ex Ambrosio, Theodoreto, & alijs, per cauterium significari 1. notam infamiæ, 2. morum corruptionem: igne enim corrumpitur. 3. corruptorum morum immutabilitatem: cauterio enim signum immutabile, seu indelebile imprimitur. 4. stuporem extremum, ob quem conscientia careat omni sensu doloris, & remorsu. 5. ardorem concupiscentiæ, & libidinis significatum per ignem, quo cauterium rubescit. Posterior conscientia, nempe *ligans*, & *non obligans*, de qua S. Thom. 1. 2. quæst. 19. art. 1. rectè exponitur ab Azorio 1. p. lib. 2. c. 8. in conscientia erronea vincibili dictante pro vtraque parte peccatum, vt si pastor in die festo vincibiliter sibi persuadeat esse peccatum, tam deserere gregem, quam deesse sacro. Nam ligare latiùs patet quàm obligare: hoc enim strictius est, & solum prouenit à lege, & præcepto: censetur igitur pastor ille ligatus, quia semper peccat, siuè contra talem conscientiam agat, siue iuxta illam: non tamen est obligatus, quia nulla lege, aut præcepto tenetur conscientiam vincibilem illam sequi, cum possit, imò teneatur deponere.

Cauterium Cauteriata Conscientia Stigmata

Ligans, & non obligās

Obligare, & ligare.

ELVCIDATIO VI.

De Passionibus.

Disputat Angelicus Doctor de Passionibus in genere 1. 2. quæst. 22. vsque ad 24. de singulis à quæst. 25. vsque ad 48. Tractationi passionum est hic opportunus locus (vt notauit Suar. tract. 4. disput. 1. init.) quia passiones sunt veluti actus medij inter omninò internos per se liberos, & omninò externos liberos ab alijs. Explicabimus de more nomina, rationem, & multiplicitatem passionis, & quidquid cum passionibus connexum est.

SECTIO I.

Passionis nomen, quidditas, & multiplicitas in genere.

98 Multipliciter nominatur *Passio* ab authoribus tum sacris, tum prophanis. Nam M. Tull. 4. Tusc. *perturbationem*, turbidum animi motum, & morbum appellat: Macrobius lib. 2. de somno. Scipionis cap. 16. *motum*: Quintilianus lib. 6. cap. 6. *affectum* quo nomine etiam vsurpatur in iure *l. 225. ff. de verb. significat.* Seneca lib. de ira, *affectionem*, & sic in C. 3. tit. 28. l. 34. dicitur enim affectio ab afficio, quod significat passionem, seu dispositionem inducere: vnde apud Latinos eleganter ponitur Afficere aliquem voluptate, dolore, gaudio, tristitia. Et in iure *Afficere lucro*, est lucrum afferre, *l. si filia, ff. de diuort.* Nyssen. disp. de Resurr. & anima. Pathi (inquit) idest affectus passiones, siue perturbationes, & motus animi certo quodam vsu voluntatis, & arbitrij, vel virtutis, vel vitij sunt instrumenta. S. Damasc. lib. 2. fidei cap. 22. *Passio* (inquit) est motus virtutis appetitiuæ, sensibilis ob imaginationem boni, & mali. S. August. lib. 9. de Ciuit. cap. 4. *alij (inquit) passiones vocant: quia exprimit passionis nomen commotionem animi, & corporis*. Hinc Suar. tract. 4. d. 1. sect. 1. num. 1. Credit eos affectus, qui vim quandam habent, & mo-

Perturbatio motus.

Affectus.

Affectio.

Afficere. Afficere lucro.

Passio.

Propassio quid.

& mouendi humores, & efficiendi passionem in corpore, ab effectu passiones vocari per Apost. ad Rom.7. cum verò passio ab antiquis soleret accipi in malam partem, nempe pro motu sensitiuo, quæ contra naturam, seu rationem pugnat, in eodem sensu accipitur in iure canonico, *de pœnit.dist.1. voluissent §. Denique* vbi dicitur passiones morum non sanari nisi orationibus Ecclesiæ. In qua etiam acceptione S.Hieronymus negauit passiones fuisse in Christo. Nam ad illud Matth.26. *Cœpit contristari: ostenditur* (inquit) *quod Dominus, vt veritatem probaret assumpti hominis, verè quidem contristatus sit, sed ne passio in animo illius dominaretur, per propassionem cœperit contristari.* Vbi nomine passionis intelligit motum appetitus inordinatum, qui vel rationem præuenit, vel oppugnat: nomine propassionis significat eum motum, qui permitti potest iuxta rectam rationem.

99 In hoc sensu Cordubens lib.1. Suarum quæst.q.23. cum alijs Theologis iunioribus negant in Christo sensualitatem: dicunt enim appetitum sensus dupliciter accipi, vno modo, vt præuenit plenam rationis deliberationem; & tunc appellatur *sensualitas* ita vt ea nihil aliud sit, nisi appetitus sensus perfectam animi deliberationem præcurrens: altero modo, vt plenum rationis ductum sequitur, & ita vocatur appetitus sensus, non sensualitas. Verùm S.Thomas 3.p.q.18.ar.3. magis latè accepit sensualitatem, quam testatur fuisse in Christo, in quo appetitus sensus rationem sequebatur, non anteibat. Similiter Angelicus Doctor 3.p. quæst.15.num.4. nomen passionis accipiens in bonam partem, docet passiones in Christo. Quare vt in genere magis appareat ratio, & quidditas passionis, ea ex communi Philosophorum, ac Theologorum consensu sic definit Salas 1.2. tract.9. disput.2.sect.1. *Passio est motus sensitiui appetitus ex apprehensione boni, vel mali, cum aliqua corporis mutatione non naturali.* Cuius declarationem præsertim vltimæ particulæ, vide apud Conimb.in Ethic.disp.6.q.2.art.1. Addit Suar.cit. n.2.omnem actum appetitus sensitiui esse, & dici animæ passionem. Habetur in iure *Affligere* pro afficere, *L.2.C.de l.Aquil.* & ab afficio deductum *Affecto* pro concupisco. Vnde *affectare nuptias 5.C.ti.35.l.2.*

Sensualitas

Passio quid

Affligere pro aficere.

Affectare nuptias.

100 Explicatis nominibus, & quidditate passionis, vt eiusdem multiplicitatem perstringamus, quamuis Plato in Theeteto doceat esse multas passiones, quæ nominari solent, innumeras verò quæ nomine carent: & lib.9 de Rep. dicat hominem esse quasi monstrum, & Sphyngam quandam ex variorum animantium partibus coalescentem, in quo cupiditas est pars latissima multa bestiarum, scilicet Passionum capita complectens, & lib.1.de legib.asserat quemlibet nostrum esse vnum regem, & habere in se consiliarios duos contrarios, & amentes, voluptatem, & dolorem, ad quos accedunt futurorum timor, & confidentia: tamen passiones cadere sub numerum, & tripliciter diuidi passionem communissimè acceptam, concors inter antiquiores Theologos sententia est. Diuiditur primò ab Academicis, Stoicis, Peripateticis in quatuor membra, scilicet metum cupiditatem, tristitiam, & lætitiam: quæ omnia Virg.6. Aeneid complectitur hoc carmine: *Hinc metuunt, cupiunt que dolent, gaudent que nec auras*, & Diuiditur 2. in octo membra, quorum quatuor in appetitu concupiscibili, totidem in irascibili collocantur: videlicet Desiderium, & Fuga, Delectatio, & tristitia in concupiscibili: spes, & desperatio, timor, & audacia in irascibili. Diuiditur 3. à S.Thoma hic q.23.ar.4. in passiones vndecim nempè Amorem, & Odium, Desiderium, & Fugam, Delectationem, & Tristitiam, quas sex constituit in facultate concupiscente: spem, & desperationem, timorem, audaciam, & irã quas ponit in irascēte: quibus addit admirationem, quæ à quibusdam reducitur ad timorem, uel concupiscentiam. Hanc tertiam diuisionem magis probant Azor.1.p.lib.3. cap.3. & Granadus de Incarn tract 10.disp.4.a.7. qui loco fugæ ponit dolorem. Nostri muneris est omnes proponere, nullam vel reijcere, vel præferre, cum propterea nitamur res diuidere, vt sigillatim elucidemus. Singulas igitur passiones quantum ad Philosophos, Theologos, & Iuristas spectauerit, exponere aggredimur: id verò præstabimus sectionibus sequentibus.

Passio multiplex.

SECTIO II.

De amore, & odio.

101 AMor absoluté sumptus definitur ab Arist.2.Rhet.c.4. Actu, quo quis vult alicui bonum, nimirum sibi aut alteri. Seu alijs verbis, Amare est bonum velle, D.Dionys. cap 4. de Diuin. nomin. quinque distinguit amores pro diuersitate subiectorum, nempe Diuinum, Angelicum, Rationalem, Animalem, & Naturalem. Hoc vltimo reiecto, quia propriè amor non est, quamuis de eo loquens S. August 11.Ciuit. cap. 28. dicat amores corporum momenta esse ponderum, siuè deorsum grauitate, siuè sursum leuitate nitantur: tribus etiam prioribus omissis, quia passiones non sunt: *amor animalis* quia iuxta Philosop. 2. Ethic. cap. 5. est vera passio, & iuxta Suar. disp. 1. sec.4 n. 1. residens in appetitu sensitiuo, verè, & propriè amor dici potest, consistit authore S.Thoma 1.2.q.23.a.2. in eo quòd sit veluti pondus, aut impetus sensibilis & vitalis, quo appetitus sensitiuus coniungitur bono sensibili. Vnde putant aliqui amorem dici inter Græcos a verbo *Enoo*, quod est ligare, vnire, & Plato in cratillo docuit amorem Grecè dictum a *Phobo* quod Latinè significat furari,

Amor quid

Animalis amor.

Amor vnde dictus.

Enoo, pro ligare.

Phobo.

furari, & quidem appetitus amantis rapitur à te amata, adeò vt magis dicatur esse anima amantis vbi amat, quàm vbi animat: ex quo dixit idem Plato eleganter, animam amantis in se mortuam esse, in amato viuam. Amans enim fertur extra se, & totus in amato occupatur.

Amicus, & Amica Pellex.

102 Quamuis in iure nomen (*amicus*) quandoque sumatur largiùs vt in *L. tutori C. de negotijs gest.* tamen in strictâ significatione amicos appellare debemus non leui notitia coniunctos, sed quibus cum iura honestis familiaritatis quæsita rationibus, *L. l. C. 223. ff. de verb. signif.* Amicus non dicitur omnis qui parcit: neque inimicus omnis, qui verberat, *Cap. 2. 5. q. 5. nimium §. 2. 23. q. 4.* *Amica* sumitur pro pellice, & concubina, quæ scilicet vxor non est, & per modum vxoris alicui sui copiam facit. Est tamen nomen *Amica* honestius quàm *Pellex* & concubina, vt habetur *L. Massurius, ff. de verbor. signif.* Nam si in rigore accipiatur, non potest esse ex causa inhonesta. *Stinarij* dicuntur amatores, qui etiam *carnearij* apud Alex. Scot. v. eodem *Amator* idem est quod *Amasius*, & sumitur in malam partem, *l. 1. in fin. ff. de ser. corrupt.* Item apud Plaut. in Penu. *Amatio* sumitur pro amore venereo. *Amatorium poculum*, quod à Græcis appellatur *Philtrum*, & habetur in *L. si quis 38. §. Qui abortionis ff. de pænis*, & *L. 3. §. 1. ff. de sicarijs*, est medicamentum opportunum ad alliciendum, quo potionatum Caligulam à Cæsonia vxore author est Suetonius. *Gemina pietas in l. 3. ff. de libero homine exhiben.* Sumitur pro ingenuo patris in filium affectu, atque amore. Dicitur autem *Gemina*, (vt exponit glos.) quia vna est communis pietas hominum, quæ vocatur *officium*, alia singularis nempè inter patrem, & filium, quæ dicitur *pietas*, & est gemina, ea enim quis amat quia homo, & quia pater. Inde non rectè legit Alexan. Scot. *Gemina pietas*, v. eodem.

Stinarij Carnearij. Amator & amasius.

Amatio. Amatoriũ poculum Philtrum Gemina pietas.

103 Sequitur vt amoris multiplicitatem simul & multiplicem sobolem inuestigemus. Celeberrima est diuisio amoris in beneuolentiam, & concupiscentiam, latè explicata à Suario de passion disp. 1. sect. 5. & Azorio par. 2: lib. 12. cap. 1. q. 5. *Beneuolentia* est amor, quo volumus bonum alicui propter ipsum, hoc est sine vllo emolumento nostro, siue absque vllo quod nostra intersit: *concupiscentia* est amor, quo volumus bonum alicui causa nostri emolumenti, & commodi. Ex dictis patet conuenientia, & differentia inter beneuolentiam, & beneficentiam: nam eo pacto, quo *beneuolentia* est amor internus, *beneficentia* est amor externus, scilicet per *beneuolentiam* volumus alicui bonum propter ipsum, & per *beneficentiam* facimus alicui bonum propter ipsum. Cum amore beneuolentiæ coincidit *amor amicitia* hoc discrimine (vt notatur pro Glos. §. Magna 29 q. cap. 1.) quòd amicitia non extenditur propriè ad ignotos, sed beneuolentia. Amicitiæ appellatione quid veniat, tradit Barbos. app. 16. Apud Canonistas *Concupiscentia*, quamuis fiat absque culpa in corpore consentientis 15. quæst. 1. tamen accipitur in malam partem 23. q. 5. & cap. quanto de transact. Soboles amoris multiplex est: nam amor aliquando gignit Ecstasim, quæ latinè dicitur stupor, seu mentis commotio, & quidem Plinius lib. 23. taliter commotos appellat *fanaticos*. Est autem Theologicè *ecstatis* mentis excessus, quo animus quasi extra se abiens, totus in re amata inhæresit, ac figitur, nihil de se cogitans, sibi non prospiciens, vt amico consulat. Amor etiam parit zelum: est autem *Zelus* (vt exponit Azor. citatus cap. 5. qu. 2.) actus, quo quis indignatur, aut contristatur, eo quòd alius potiatur bono, quod ipse concupierit. Sanctus Thom. 2. 2. q. 38. ex Arist. 3. Rhet. dixit Zelum dari quando quis tristatur de bono alterius, non ex eo quòd ille habeat, sed quia ipse non habet. A zelo sic accepto parum differt *Zelotypia*: hæc enim, licèt sumatur pro suspicione, & furore, *cap. consuluisti, §. hoc tamen, 2. q. 5.* tamen iuxta Tullium 4. Tusc. est ægritudo animi ex eo proueniens quòd quis timeat, ne adsit alteri quod cum nemine velit habere commune. *Zelus* sumitur indifferenter modò in bonam, modò in malam partem, vt notauit Ber. c. 2. de officio custod. Sumitur pro inuidia, *Cap. qui peccat 24. q. 4.* pro feruore dilectionis, *Cap. 2. de regul. in 6.* pro amore carnali, *Cap. nostra de elect.* pro amore sancto. *Zelabantur* idest sancto amore diligebant. *Cap. ad Apostolicæ de sent. & re iud. in 6.* Apud Albericum v. eod. inueni *Zelodicium* pro iustitia, ipse ait esse nomen aromatis, ff. de publicanis, *L. inter §. Species.* Sed non inueni 3. *Fauor* (inquit Azor. p. 1. lib. 3. c. 6.) proximus amori est, & de boni alicuius iudicio nascitur: & est quædam beneuolentia: vt nullus sit amor absque fauore, fauor autem esse aliquis sine amore possit: nam interdum alicui, quem non amamus, cupimus benefactum.

Beneuolentia. Concupiscentia. Beneficentia. Amor amicitia.

Ecstasis. Fanatici. Zelus. Zelotypia. Zeli acceptio. Zelabatur. Zelodiciũ. Fauor.

104 Odium amori prosus contrarium est, & si latinè loquamur cum Tullio 4. Tusc. est inueterata ira: si Thelogiæ est cum S. Thom. 1. 2. q. 29. a. 1. est dissonantia appetitus ad id quod apprehehendit, vt repugnans, & nociuum. Nam sicut amor habet pro obiecto bonum, ita odium habet pro obiecto malum. Et quidem nobis sermo est de odio simplici, & illo quod Valent. disp. 3. q. 3. punct. 1. appellat odium fugæ, seu abominationis. Nam odium vel est *inimicitiæ*, & consistit in prosecutione, seu actu, quo quis vult, aut optat alteri malum: vel est *abominationis*, & consistit in fuga à re apprehensa, vt mihi incommoda. Videtur hæc diuisio coincidere cum alia, quæ fit in odium rei, & odium personæ: aliquam tamen diuersitatem habet. Nam *odium rei*, quod à nonnullis vocatur *abominatio*, est actus, quo alicui rei malum volumus propter ipsam, non

Inimicitiæ odium. Abominationis odiũ. Odium rei. Abominatio.

quia

quia nobis aliqua ratione noceat, sed quia per se nobis displicet, tanquam per se inimica nobis. *Odium personæ* est actus, quo personæ alterius volumus malum sine vllo emolumento nostro, quia nobis persona infensa est: & hoc rectè appellatur *maleuolentia* a Cicerone 4. Tuscu.

Odium personæ. Maleuolentia.

105 Apud Canonistas est odium duplex, alterum bonum, quo quis odit peccata, non homines. *Glos. in Can. vera iustitia dist.* 45. alterum malum quo quis odit homines *Glos.* 1. *in Can. si quis contristatus dist* 90. videtur coincidere cum diuisione, quam affert Panorm. in *Cap. quoties de testib.* in odium priuatum, & publicum: *priuatum* (inquit) est familiare, & carnamale: *publicum* est cum odio habetur quis, quia peccator, atque adeo non persona, sed peccatum in illa odio habetur Illud illicitum, hoc licitum est. *Rancor* quamuis in Latina proprietate sit vitium carnis, sicut *mucor* panis, *acor* vini, sumitur in iure pro odio. *Clem. dudum in* princ. *de sepult.* & *Cap. si quis contristatus dist.* 90. Glos. in *Cap. & qui emendat dist.* 45. iuxta quam, tenetur quilibet rancorem dimittere, sed non satisfactionem. *Capitales inimicitiæ* dantur cum quis ex odio mortem minatur alicui, vel eius mortem desiderat: imò si quæstiò est de omnibus bonis, vel maiori parte. Arg. ex *Cap. frequens de restitut. Spol. in* 6 Nam bona temporalia sunt vita hominum. *L. aduocati C. de aduoc. diuers. iud.* vbi Glos. quis *Capitalis inimicus* dicatur, videre est latiùs apud Bartol. *ff. de quæstion.* lege 1. §. si quis dicatur. *Odium*, & fauor in legibus quid sit, & quomodò infir, latè exponit Suar. de legib. lib. 5. cap. 5. & quidem ibi *Fauor*, idem est atque lenitas, & benignitas *Odium* verò nihil aliud est quàm rigor, asperitas, vel pæna. Dicitur enim odia restringi, & fauores conuenit ampliari. Reg. *Odia de reg. iuris in* 6. & Glos. restingi *Cap. si gratiose* 5. *de rescript. in* 6.

Bonum odium. Odium priuatum, & publicum. Rancor. Mucor. Acor. Capitales Inimicitiæ. Odium, & fauor in legibus.

SECTIO III.

De delectatione, & gaudio, dolore, & tristitia.

106 DElectatio generaliter accepta vel est spiritualis, quæ spectat ad appetitum rationalem, vel est materialis, & sensibilis, quæ pertinet ad appetitum sensitiuum. De illa egimus supra elucid. 2. de sensibili, quæ est corporea passio, modò loquimur. *Delectatio* ex mente aliquorum apud Sypontinum col. 370. nu. 40. denominatur a lacte; & *delectare* a lactare, quod significat lac præbere, & per translatiooem suauitate quadam animum afficere, & demulcere Verùm magis Theologicè sumitur Etymologia iuxta Suar. disp. 1. Sec. 6. num. 4. à *dilatare*, & *dilatatione*: & sic dilatari pro delectari ponitur Isaiæ 60. *Tunc videbis, & affluens, & dilatabitur cor tuum*. Nam *delectatio* est motus valde accommodatus cordi, in quo præcipuè appetitus residet, & ideo naturali consecutione cor, cum delectatur se se dilatat, sanguinem, calidos que spiritus membris communicat. Est autem *delectatio*, si latine loquamur cum Cicer. 4. Tuscul. voluptas suauitate auditus animum deliniens: & qualis hæc est aurium, tales sunt oculorum, tactuum, odorationum, & saporum. Spiritualis voluptas secundùm se maior est, sensibilis quoad nos vehementior, illa præcipuè, quæ ex tactu percipitur. *Delectatio*, si cum Philosophis, ac Theologis loquamur apud Salas tract. 9. disp. 3. Sect. 4. Est quies vitalis, naturalis in bono adepto. Nam per illam dicitur animus sensibilis quadam suauitate quiescere vitaliter in bono comparato. Delectatio est indifferens vt accipiatur in bonam, & in malam partem. Vnde *cap. sed pensandum dist.* 6. dicitur delectarionem carnis ratione resistente, & consensu, non inducere peccatum. Et *cap. præterea dist.* 51. habetur delectationes rerum secularium esse inuentas a Diabolo, non a Deo. Delectatio morosa in obiectum illicitum, peccatum est, & non dicitur morosa (inquit Sanchez l. 1. dec. cap. 2.) ex mora temporis (potest enim momento haberi) sed quia in illam est plenus, & liber consensus.

Delectatio. Delectare. & lactare. Dilatare. Voluptas spiritualis, & sensibilis. Delectatio morosa.

107 *Voluptas* parum, aut nihil differt a delectatione: & iuxta Azorium 1. p. lib. 3. cap. 10. quamuis in malam partem quandoq; accipiatur, generale tamen est nomen omnis delectationis. Inter delectarionem, gaudium, hilaritatem, lætitiam, exultationem, iucunditatem, & alacritatem, quantum colligo ex S Thoma 1. 2 q. 31. a. 3. & Scaligero lib. de subtil. exercit. 316. est discrimen, quòd *gaudium* peculiariter spectet ad appetitum rationalem, delectatio ad irrationalem, & sensitiuum: vnde soli homines dicuntur gaudere, & tam homines, quàm bruta delectari. *Hilaritas* est affectus vultus, eius serenitati contrarius. *Exultatio* est affectus, quo quis gestit, proindeque spectans ad motum corporis. *Alacritas* est mensura quædam affectuum, quæ non soli debetur lætitiæ, sed vegetam vim addit ei, cui adiungitur. At si displicet hæc explicatio, dic alacritatem esse quandam viuacitatem motus ex lætitia, qua opus sit, profectam. Iucunditas, & lætitia præ se ferunt externa signa interni gaudij hoc discrimine, quòd *lætitia* ex gaudio, & voluptate proficiscatur, *Iucunditas* verò sit quædam veluti amænitas, quæ ipsum gaudium, & voluptatem parit. Inter iucundum, & gratum est differentia, quòd in *Iucundo* est gratia puræ delectationis, in *grato* etiam commodi, aspectus enim rosarum iucundus, aspectus plenæ messis gratus dicitur. Risum voluptas parit: Est autem *risus* (vt tradit Azor. 1 p. lib 3. cap. 11.)

Voluptas. Gaudium. Hilaritas. Alacritas. Lætitia. Iucunditas. Iucundum, & gratum. Risus.

non affectos, seu passio, sed eius effectus, videlicet motus primùm in parte oris, mox in oculis, deinde in tota hominis facie ex cordis dilatatione profectus. Hi sunt ad risum proni, in quibus flaua bilis abundat: eo quòd ex immodico calore facile cor exporrigitur.

Tristitia. Mæror. 108 Quod attinet ad dolorem, & tristitiam quanuis *tristitia* latè accepta, prout idem valet atque mæror, & mæstitia, cum dolore confundatur, & vt sic definiri possit Amaritudo quædam vitalis quæ ex præsentia mali resultat: tamen si vterque affectus presse accipiatur, tristitia ad dolorem se habet, sicut gaudium ad delectationem, teste S. Thoma q. 35. a. 2. nam sicut tristitia, e regione opponitur gaudio, ita dolor delectationi. *Dolor* *Dolor* enim est ex læsione corporis, quæ exteriori sensu percipitur, *tristitia* verò ex malo interiùs tantum apprehenso, quæ hominis censetur propria. Tristitiæ species quatuor recensentur à S. Thoma 1. 2. q. 35. a. 4. Inuidia, misericordia, Anxietas, & Accidia. His adiungitur Æmulatio, Indignatio, Zelotypia, Pænitentia, Impatientia. Omnes sigillatim perstringimus. *Inuidia.* *Inuidia* est dolor ex posperitate alterius. *Misericordia.* *Misericordia* est tristitia ex miseria, & malis alterius indignè, & immeritò laborantis. *Anxietas.* *Anxietas* est tristitia premens, & solicitans, qualem sustinet qui in magnis periculis versatur. *Accidia.* *Accidia* est dolor acerbus, qui ita premit animum, vt nihil boni ei agere libeat: proindeque coniuncta est cum quodam mentis tædio, satietate, torpore, pigritia, ignauia, somnolentia. *Æmulatio.* *Æmulatio* est duplex, altera laudabilis, & dicitur incitatio virtutis, qua videmus alios præditos, nos verò carere: altera vitiosa, quando tristatur quis, quia bonum quod concupierit, alius obtinet, ipse caret. *Indignatio.* *Indignatio* græce *Zelus* dicitur, est tristitia propterea quòd alter bonis potiatur indignus, vel ea administret indignè. Sicut enim misericordiæ est dolere quòd alter immeritò mala sustinet, ita indignationis est tristari, quòd alter indignè bona obtineat. *Zelotypia.* *Zelotypia* est Zelus de forma, atque adeo tristitia, vel metus, ne is, quem nos nollemus, forma aliqua potiatur. *Pænitentia.* *Pænitentia*, est tristitia, qua quis dolet ob aliquid a se malè gestum, vel prætermissum. *Impatientia.* *Impatientia* est tristitia nullius laboris, doloris, fastidij, & molestiæ patiens.

109 Comites tristitiæ sunt mæror, ærumna, dolor, molestia, Afflictatio *Mæror* est tristitia flebilis. *Ærumna* est tristitia laboriosa. *Dolor* est qui torquet, & cruciat. *Molestia* est consistens, & permanens tristitia *Afflictatio* est tristitia cum vexatione corporis. Denique tristitia progignit solicitudinem, luctum, lamentationem, fletum. *Solicitudo* est dolor cum cogitione. *Luctus* est tristitia ex eius, qui charus fuerat, interitu acerbo. *Lamentatio* est fletus cum eiulatu, & clamore. *Fletus* est humor ex cerebri calore per oculos defluens. Inde exsiccato nimium cerebro, vel per iram, vel per diuturnum mærorem, lacrymæ minimè profluunt.

Mæror. Ærumna. Dolor. Molestia. Afflictatio. Solicitudo. Luctus. Lamentatio. Fletus.

SECTIO IV.

De timore, & audacia.

110 Muneri nostro satisfaciemus, si paucis exposuerimus, quomodo accipiatur, metus apud Latinos, Iuristas, & Theologos, *Metus* igitur in rigore Latini sermonis est opinio, (vt ait Tullius 4. Tuscul.) impendentis mali, quod intolerabile esse videatur. *Ægritudini* finitimus est: sicut enim ægritudo præsentis, ita metus futuri mali est Quarè nonnulli metum *Præmolestiam* appellant, quod sit quasi dux consequentis molestiæ. Sumitur etiam pro religioso cultu. Vnde illud virgil. 7. Aen. *Multosque metu seruata per annos.* Apud iuristas dicitur *metus*, quia mentem tenet, seu impedit: & est instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio *L. 1. ff. de eo quod metus causa.* Ex quo patet non sufficere periculum remotius, sed requiri imminens, & verisimiliter mox futurum. Metus in iure multiplex est: nam, vt rectè exponit Azor. p. 1. l. 1. cap. 10. diuiditur 1. in iustum, & non iustum. 2. in probabilem, & non probabilem. 3. in leuem, seu vanum, & grauem 4. in eum qui cadit in constantem virum, & eum qui sic non cadit. Est autem metus iustus, probabilis, grauis, & cadens in virum constantem re quidem vnus, & idem, licèt multipliciter cognominatus. Nam dicitur *iustus*, quia leges, & iura eum excusant, & si contra ipsas leges quidpiam agatur. *Probabilis* quia eum eadem iura, & leges approbant. *Grauis*, quia est alicuius magni periculi instantis. *Cadens in virum constantem*, scilicet quia talem habere solent viri constantes sine constantiæ, & fortitudinis iactura, vel dedecore. Ad huiusmodi metum quinque conditiones exigit Sanchez, quas affert lib. 4. Matrim. disp. 1. est etiam metus respectiuè grauis (vt notauit Lessius lib. 2. iust cap. 17. dub. 6.) qui est alicuius mali, quod & si viro constanti non sit formidabile, tamen fæminæ, vel seni, vel puero, vel viro meticuloso formidandum meritò videtur. Ex dictis per oppositionem patet quid sit metus non iustus, non probabilis, non cadens in virum constantem, & leuis. Ad grauem spectat metus *reuerentialis* qui ex reuerentia nascitur, vt cum filius timet offensionem parentum, pupillus tutorum, subditus principis, vxor viri, Monachus Abbatis, Clericus Episcopi.

Metus. Ægritudo. Præmolestium. Metus multiplex. Iustus metus. Probabilis metus. Grauis metus. Cadens in virum constantem. Leuis metus. Reuerentialis metus.

111 Canonistæ simul cũ Theologis agnoscunt quadruplicem timorem, nempe filialem, seruilem, mundanum. *Timor filialis*, seu filiorũ, qui etiam vocatur *sanctus*, & *castus* habetur 33. q. 6. *Schismatici* §. *vlti.* est ille quo quis timet malum culpæ, ne Deum communem parentem offendat, instar boni filij, qui patri suo metuit vehementer displicere. *Initialis* habetur

Filialis timor.

cap.

cap.ficut sèta,de pœnit.dist. 2. vbi dicitur quod ficut sèta introducit linum seu filum, ita timor introducat charitatem. Denominatur ab initio, & videtur sumi ex illo Ecclesf.1. *Initium sapientiæ timor Domini*. Est ille iuxta Glos.ad cap. citarum, qui partim respicit præmium meriti, partim pœnam supplicij. *Seruilis*, seu seruorum habetur 23. q.4. *hæc autem*, est ille, quo quis metu gehennæ à peccato deterretur instar seruorum, qui metu verberum à culpis abstinent. *Mundanus* habetur 11.q.3. *Nolite, & quisquis*, est ille quo quis peccat timore temporalium: seu quo virtutis officium prætermittit, ne cogatur subire ignominiam, contrahere infamiam, sustinere dolores, & pati bonorum temporalium iacturam. Cum verò capitales minæ efficiant metum iustum *L.si donationis C.de ijs, quæ vi, metusve causa*, licet aliqui existimét eas solum vocari minas capitales, quæ accipiuntur pro periculo ne amittamus caput, ex quo vita hominis pendet: tamen quia in lege citata illæ ponunrur post periculum mortis, ideo Accursius rectiùs intelligit periculum, quo quis metuit libertatis iacturam, aut pœnam legis, qua ciuitas amittatur. Nam in iure ciuili capitales pœnæ extenduntur etiam ad mortem ciuilem, qua quis libertatem, vel ciuitatem perdit. Inter metum, & timorem illud videtur interesse, quod *metus* magis latè pateat, quam timor: Nam teste Cicerone 4. Tusc. *Timor* est metus mali appropinquantis: proindeque non quomodocumque futuri: vnde metus magis extenditur.

Seruilis timor.

Mundanus timor.

Capitales minæ.

Metus & timor.

112 Apud Theologos, & Philosophos, quantum ex S. Thoma 1. 2. q. 42. & Arist. 2. Rhet.c.5. deprehendunt Suar.1.2. trat 4. disp.1. Sect. 10. Azor.p.1. lib.3. cap.15. Metus est affectus in fuga consistens, & audaciæ contrarius, quo nolumus malum futurum, quod nobis, vel nostris impendet, quodque adeo graue videtur, vt facilè superari non possit. Quod attinet ad multiplicitatem, M.Tullius 4. Tusc. has partes metui subiectas recenset, nempe *Pigritiam*, quæ est metus consequentis laboris: *Terrorem*, qui est metus mali appropinquantis: *Pauorem*, qui est metus animum perturbans, & quasi loco mouens: *Formidinem*, quæ est metus permanens. Vnde formidolosus pro timido §.fin autem Instit. de pupill. subst. *Exanimationem*, quæ est metus pauoris comes, quo animus quasi deficit, & *Conturbationem*, qui est metus excutiens animo cogitata. Nyssen. lib. 4. Phil. cap. 14. sex metus species enumerat, scilicet segnitiem, Verecundiam, pudorem, stuporem, terrorem, angorem. *Segnities* est metus laboris in agendo consequentis, cum quis metuit aggredi opus, eo quòd laboriosum fore arbitretur. Vnde latiùs patet quàm *Socordia*: hæc enim est metus laboris consequentis in meditando, consulendo, & prospiciendo quid opus sit facto. *Verecundia* est metus admittendi aliquid turpe, ne id cum cognitum fuerit, authorem dedecore, infamia, vel iusta reprehensione afficiat. *Pudor* qui & *erubescentia* dicitur, est metus ob turpe aliquod factum, quo quis patrati iam mali conscius, veretur dedecus, infamiam, vel conuicium sibi inferendum. Vnde in eo distinguitur à verecundia, quòd hæc timeat proximè lactum turpe non dum commissum, & deinde sequendum dedecus: pudor verò post turpe factum commissum, proximè timeat infamiam, vel dedecus sequendum. *Stupor* est metus ingens, sensum adimens ex vehementi, subitaque cogitatione mali profectus. *Terror* est metus concutiens, qui ab alio per comminationem mali infligendi solet incuti. *Angor*, qui etiam *Agonia* vocatur, est timor vexans, & solicitans animum ob malum extrinsecum iam iam perferendum, cui resistere facilè non possumus: vt cum iam in certamine, vel extremo discrimine versamur, ac premimur.

Metus philosophicè.

Pigritia
Terror
Timor
Pauor

Formido
Formidolosus.
Examinatio.
Conturbatio.

Segnities
Socordia.

Verecundia

Pudor.
Erubescentia.

Stupor

Angor
Agonia.

Audacia.

113 *Audacia* passio est timori contraria, vt docet Arist. lib. 2. Rhet. cap. 5. sicut enim timor est metus mali futuri, & quædam veluti diffidentia, quod non facilè superetur: sic *audacia* est mali futuri quidam veluti contemptus, & fidentia, perquam rebus in arduis, ac periculosis animus ipse multum fiduciæ concipit certa cum spe pericula superandi. Ad illud Virg. 10.Aen. *Audentes fortuna iuuat*: ponunt aliqui apud Cerdam nor.11. discrimen inter audentes, & audaces, quòd illi pro fortibus, hi pro remerarijs accipianrur: Est autem remerarium id audere, quod præstare non possis: vnde celebratur dictum Archidiani, qui cum vidisset filium cum Atheniensibus præcipitanter certantem, dixit: *vel adde viribus, vel detrahe magnanimitati*. Verum audacia, & audaces, tum à Latinis tum à Iuristis modò in bonam partem pro affectu laudabili, modò in malam pro vituperabili vsurpatur. In bonam partem 8. q. 1. *audaciter in princ*.32. q.5. *si Paulus*. Et *Cap.de nouo compo.* in princ. in malam partem *Cap.2. de censib.in 6.* vbi *Audacia* idem est quod temeritas & *L. 1. §. 5. ff. si pars hære. pet.* vbi *Audenter* pro temerè, *Audacter* pro liberiùs quàm par sit. Et *Auth. de admin.* circa princ. col. 8. vbi *Audaces* dicuntur facientes contra ius *Ausus* sumitur in bonam partem in 1. *Constit. C. in princ.* & in malam L. 1. C.de petr. 60. subla. §. 1. lib. 10.

Audaces, & audentes

Audenter
Audacter
Ausus.

SECTIO V.

De ira, & admiratione, Spe, & desperatione.

Ira, Iracundia.

114 IRa, si cum grammaticis sermonem habeamus, nomen accepit ab *ire* nam à se it, qui irascitur: qui verò iram deponit, ad se redire dicitur. Tull. 4. Tusc. sic definit iram, *vt sit libido puniendi eius, qui videatur læsisse iniuria*. Idem ponit discrimen inter iram, & iracundiam, quod sic exponit Donatus: Ira (inquit) de causa est, iracundia de vitio multum irascentis. *Ira* (inquit Seneca) *quo distet ab iracundia apparet: quo scilicet ebrius ab ebrioso, & timens à timido*. Non multum diffident Philosophi, ac Theologi in definienda, & describenda ira. Nam Aristot. 2. Rhetor. c. 2. docet iram habere pro obiecto vindictam, & nihil aliud esse quàm appetitum vindictæ, vel præcisè, vel vnà cum dolore propter illatum malum, vel conatum, aut voluntatem inferendi illud. Seneca 2. de ira cap. 3. dixit iram esse concitationem animi ad vltionem pergentis. Nyssen. 4. Phil. c. 13. magis physicè, seu medicè definit, affirmans iram esse sanguinis feruorem in corde ex euaporatione, & turbatione fellis proficiscentem. Suar. tract. 4. disput. 1. Sect. 11. num. 1. iram generaliter acceptam sic definit: Est appetitus insurgens aduersus eum, qui causa mali est appetenti, vel impedit nobonum amatum consequatur. Iuxta Lessium lib. 4. cap. 4. versatur inter duo contraria vitiosa, nempe *lentitudinem*, quæ est vitium per defectum, & *iracundiam*, quæ est vitium per excessum, & tam actum, quàm habitum vitiosum designat. *Ira* secundùm se non est mala, cum sit naturæ apprimè vtilis ad facta ardua, & ad sui conseruationem: vnde argutè dicit Neonesius lib. de nat. hom. c. 21. *iram esse satellitium rationis*. Peccatum tamen erit, si modum à ratione præscriptum excedat. Dictis subscribunt Canonistæ, quatenus *de pœniten. dist. 3. cap. ira*. dicunt iram esse conturbationem animi concitati. *Et 23. q. 5. non solum* asserunt iram, & furorem Dei esse diabolum, qui tanquam Dei minister vexat peccatores. *Et 11. q. 3. cum apud.* Ira (inquiunt) facit talia committere, de quibus homo solet postea dolere. *Calor iracundiæ* habetur, *L. quod calore ff. de regul. iur.*

Ira definitio. Lentitudo. Iracundia. Calor iracundiæ.

Ira multiplex. Fel. Mania. Furror.

115 Species iræ ab Aristotele 2. Rhet. cap. 2. S. Thoma quæst. 46. ar. 8. Suario tract. 4. dil p. 1. Sect. 11. Salas tract. 9. disp. 3. Sect. 7. & Azorio 1. p. lib. 3. cap. 17. numeratæ sunt Fel, Mania, Furor, quibus ex Iuristis possumus addere rabiem. *Fel* est ira subitò excandescens propter bilis, seu fellis abundantiam. *Mania* est quædam insania, seu ira permanens, & diuturna propter memoriam iniuriæ diu manentem. *Furor* est ira nunquam quiescens, donec sumatur vindicta. Aristotel. 4. Ethic. cap. 5. concitatos à felle vocat acutos, celeres, & biliosus: agitatos, mania, vocat amaros, & acerbos: inflammatos furore nuncupat difficiles, infestos sibi, alijs que molestissimos, qui nunquam quiescunt, donec vlciscantur. *Rabies* est furor siuè discursus cum impetu. *Cap. de Viro 12. quæst. 2.* vbi Archid. A Nisseno 4. Philos. cap. 13. numerantur tres species, nempe excandescentia, simultas, & inimicitia. *Excandescentia* est ira breuis *Simultas* est ira inueterascens. *Inimicitia* est ira obseruans occasionem vlciscendi. A Damasceno lib. 2. cap. 16. recensentur etiam tres species scilicet Bilis, Iracundia, & infensio, *Bilis*, quæ & *biliosa* dicitur, est ira quæ principium habet, & citò transit. *Iracundia* est ira permanens ex recordatione mali. *Infensio* est ira tempus ad vindictam, vltionemque obseruans.

Rabies. Excandescentia. Simultas. Inimicitia. Bilis, biliosa. Iracundia. Infensio.

116 *Ira* iuxta Syluestrum v. eodem n. 5. septem filias parit, *Rixam* qua duo vel pauci contradicunt in factis, se percutiendo: *Tumorem mentis*, qui datur quando homo cogitat diuersas vias vindictæ, & talibus cogitationibus replet animum suum: *contumeliam*, qua verba iniuriosa contra proximum iaciuntur *Blasphemiam*, qua similia dicuntur contra Deum: *clamorem*, qui est inordinata, & confusa loquutio, *Indignationem*, qua quis aliquem indignum reputat, quod contra eum tale quid fecerit: & *vindicationem*, quæ, & vindicta dicitur, & est proprius effectus iræ, ad quem præcipuè ordinatur. Vt modos loquendi in iure frequentiores exponamus *Deferuescere iram alicuius*, dicimus cum ex irato mitis redditur, *L. quis sit §. idem ait, ff. de edil. edict.* Efferuescere est ebullire: vnde metaphoricè dicitur efferuescere iracundiam, *L. quis sit ff. de edil. edit.* apud Alex. Scot. vocab. iuris *Excandescere* est subitò irasci habendo similitudinem inter furorem, & ardentis ferri candorem. *Exæstuare* est feruere, bullire, vel calescere, vt dicit Glos. in *clem. dudum de sepul.* Inter indignari, & dedignari ponitur discrimen ex *Cap. vera iust. dist. 45.* proindeque dignari sapit virtutem, sed dedignari arrogantiam.

Rixa. Tumor mentis. Contumelia. Blasphemia. Clamor. Indignatio. Vindicatio. Deferuescere iram. Efferuesco. Excandesco. Exæstuare. Indignari & dignari.

117 *Admiratio* vt rectè colligitur ex Vasq. de Inc. disp. 62. & Hurtado de Inc. disp. 68. est affectus de re insolita, & magna, excedente facultatem naturalem admirantis in eo statu, in quo eam miratur. Hinc. Suar. in 3. p. ad q. 15. a. 8. in Comment. duplicem admirationem numerat, alteram, quæ nascitur ex ignorantia causæ, atque adeo est affectus, seu desiderium sciendi causam viso effectu: alteram ex Augustin. Epist. tot. quia non videtur exigere in rigore ignorantiam: sed oritur ex cognitione rei magnæ & singularis, quæ licèt non sit magna respectu cognoscentis, est tamen magna respectiuè in ordine ad alium, vt cum vir doctus & fortis miratur scientiam, vel fortitudinem pueri. Quomodò in Christo admiratio data fuerit.

Admiratio quid, & quotuplex?

vt

vt explicetur illud Matt.8. *Audiens verba Centurionis miratus est*. Est quænam ex duabus admirationibus, præter citatos authores, tradunt Gran. de Incar. tract. 10. d. 4. nu. 13. & Lugo de Incarnat. disp. 22. Sect. 4. *Spes.* *Spes* de qua modò tamquam de passione loquimur, alibi vt virtutem Theologicam explicaturi, à Cicerone 4. Tusc. definitur. Expectatio boni. Sumitur tamen à Virgilio pro lætitia. Aen. 1. *Spem vultu simulat*. A Theologis duce Suario tract. 4. disp. 1. sect. 8. definitur spes actus appetitus persequenti, bonum absens, & arduum, subscribunt Canonistæ cum Archid. *Cap. 1. de ele. 3. in 6* *Sperare.* vbi dicitur spes est cupidorum: nemo enim sperat quæ non cupit. Item Legistæ, *L. Spem præmiorum C. quæ res pignori oblig. potest.* Vbi dicitur spes præmiorum, quæ pro coronis athletis dantur, pignorari non potest. Inter sperare, expectare, opperiri, & præstolari est discrimen: nam sperare latè patet, & est indifferens, vt referatur ad voluptatem, & dolorem. *Expectare.* *Expectare* est sperare cum quadam consideratione, & inspicientia, nam componitur ab *ex* & *specto*. *Opperiri* est expectare, *Præstolari.* seu quasi morari causa videndi *Præstolari* designat locum ad sperandum, & expectandum: nam vt ait Festus, Præstolari is dicitur, qui stando ibi, quo venturum excipere vult, moratur. *Desperatio* *Desperatio*, vt exponunt Latini cum Tullio 4. Tusc. Est ægritudo sine vlla rerum expectatione meliorum. Vt definiunt Theologi ex S.Thoma & Caiet. apud Salas tract. 9. disput. 2. sect. 5. Est motus positiuus appetitus contrarius spei per vitalem recessum à bo. no propter apprehensam impossibilitatem ipsius.

ELVCIDATIO VII.

De Virtutibus, Vitijs, Habitibus.

118 *Qvamuis Sanctus Thomas prius disputet de habitibus, quàm de virtutibus, nempe de habitibus, à quæst. 50. vsque ad 55. de virtutibus à quæst. 55. vsque ad 70. nobis videtur auspicandum ab eo, quod præcipuum est, & primo loco habendum; perindeque agemus de virtute prius quòad ipsius nomen, rationem, multiplicitatem: deinde de vitijs, mox de habitibus: tandem de artificibus, vtpote habentibus artem, quæ ex diuersorum habituum collectione insurgit.*

SECTIO I.

Virtutis nomen, ratio, & multiplicitas.

Virtus. Vir. Virtutis nomen à viro defluxisse testatur Cicero 2. Tusc. assentitur Lactan. lib. de opificio Dei *Vir* (inquit) *nominatus quòd in eo maior vis est, quàm in fæmina*, & hinc virtus nomen accepit. Cum autem vir ipso nomine vim, & fortitudinem proferat, ortum habuit, vt virtus apud Latinos pro fortitudine vsurpetur. Sanctus Thom. 3. Sen. putat virtutem deduci à vi, quia vim homini confert, qua se à malo tueatur. Vtranque Ethymologiam complectitur. Sebast. Medicis in Sum. virt. q. 1. *Virtus dicitur quasi vis iusus, vel quasi virum tuens, vel quasi viri status*. *Virtutis acceptio.* Habetur id etiam in iure de *pæn. dist. 2. illa anima*. Virtus absolutè potest accipi quadrupliciter 1. pro qualibet facultate, vel potentia ad operandum, portandum, sustinendum, resistendum: imò pro omni adiuuante talem facultatem, siue per modum habitus, siue pro modum actus 2. pro quolibet opere virtutis, siue illius actu elicito, siue imperto. 3. pro Angelis ad quos spectat miracula patrare: illi enim virtutes appellantur. 4. & in rigore pro habitu operatiuo perficiente rationalem potentiam, inclinante ad bonum. *Virtus. quid.* Virtus igitur in genere accepta *est qualitas, quæ ordinatur immediatè ad perfectionem duarum operationum, simul intellectionis, & volitionis*. Nam vt sic est perfectio naturæ rationalis, proindeque dicentis intellectum, & voluntatem. In hac latitudine definitur ab Aristot. 7. Phys. c. 7 in hunc modum: *virtus est dispositio perfecti ad optimum*. Perficit enim intellectum, & voluntatem ad optimam operationem circa sua obiecta. Prout sic virtus coincidit cum honesto, decenti, & decoro. *Honestum Decorum. Decent Honestum.* Nam *bonestum* seu *decens*, & *decorum est* quod congruit naturæ rationali quà rationali, siue absolutè, siuè supposito tali statu, & rerum conditione: aliud enim decet regem, aliud subditum: aliud decet virum, & aliud fæminam. *Honestas* enim Ab August. apud Syluestr. v. eod. n. 1. dicitur intelligibilis pulchritudo.

119 Ab honesto igitur tanquam à stipite pullulat veluti in ramos, frondes tota virtutum multiplicitas. Imprimis egreditur duplex virtutum genus alterum spectans ad intellectum, alterum ad voluntatem, quæ sunt duæ potissimæ facultates ad duas operationes immanentes, quibus optimo modo natura rationalis vero, & bono coniungitur. *Virtus quotuplex. Intellectiua vis.* *Virtus intellectus* est dispositio perficiens illum ad cognitionem infallibilem veri. Hæc intellectualis virtus diuiditur ab Aristot. 6. Ethic. cap. 3. in quinque species, nempe intellectum, sapientiam, scientiam, prudentiam, & artem: de quibus latè S.Thomas 1. 2. q. 57. & Salas tom. 2. trac. 11. disp. 3. sec. 2. *Voluntatis vis.* *virtus voluntatis*, est dispositio perficiens voluntatem ad affectum honesti. Celebratur diuisio virtutum in Theologicas, & morales. *Theologicæ virtutes.* *Theologicæ* sunt quæ immediatè circa Deum tanquam obiectum præcipuum versantur, qualis fides, spes, charitas, de quibus suo loco. *Morales virtutes.* *Morales* sic denominatæ à moribus, & moralitate, seu libertate, sunt quæ in

cæteris rebus mores hominum secundùm præscriptum rectæ rationis componũt Inter Morales recensentur quatuor præcipuæ, nempe Prudentia, Iustitia, Fortitudo, quæ *Cardinales* vocantur ex eo quòd in illis tamquam in cardinibus tota vita honesta firmari, & verti debeat. Sunt enim generales quædam rectitudines, quæ in omni virtute reperiuntur. Nam omnis virtus debet esse *prudens* in operando, ne erret per inconsiderationem *iusta*, vt tribuat, quod Deo, proximo, vel sibi ipsi debet: *fortis*, vt fortiter in bono persistat: *temperans*, ne modum excedat.

Cardinales virtutes.

120 Sub prædictis sunt aliæ diuisiones, quæ vel ad alterum, vel vtrumque illarum membrum spectant. Nam diuiditur 1. virtus in infusam, & acquisitam: *infusa* est, quæ immediatè à Deo accipitur. *acquisita* est quæ à nobis per frequentiam actuum comparatur. S. Thomas q.63. a.4. inter vtrasque ponit distinctionem, quod acquisitę ordinentur ad res humanas, proindeque finem naturalem: infusæ, ad supernaturalem, seu vitam diuinam, qua homo rectè viuit, vt ciuis Sanctorum, & Domesticus Dei appelletur. Diuiditur 2. virtus moralis, iuxta S. Thom. q 60. a. 2. in eas, quæ circa passiones, & quæ circa operationes versantur. Quamuis enim omnis virtus tendat in operationem honestam, qua posita, aliqua sensibilis passio excitari potest prioris tamen membri sunt, quæ ordinantur ad perfectionem operantis in ipsius passionibus moderantis, qualis *temperantia*: posterioris membri sunt, quæ tendunt per se rectitudinem operationis in ordine ad alterum, qualis *iustitia*. Denique multipliciter denominantur variæ virtutes, teste S. Thoma q.66. a.5. Nam aliæ dicuntur politicæ, aliæ purgatoriæ, aliæ heroicæ, aliæ Euangelicæ, aliæ exemplares. Virtutes *Politicæ* sunt quæ res humanas moderantur: qualis prudentia, & iustitia. *Purgatoriæ* dicuntur eum animum perfectè abstrahunt à temporibus rebus, & Deo coniungunt. *Heroicæ* quæ & *purgati animi* vocantur, cum eximium gradum perfectionis vendicant, sunt quæ in animo perfecto, quem pacatum reddunt *Euangelicæ* sunt quæ ex Christi Domini hortationibus, & consilijs deprehenduntur, & sex potissimum recensentur; nempe Paupertas Spiritus, Castitas Virginum, Obedientià religiosa, Humilitas, Pænitentia, simplicitas, qua suis locis definiemus. *Exemplares* sunt quæ nobis proponuntur imitandæ: quales in Deo. An dona Spiritus Sancti differant à virtutibus Theologici, & Cardinalibus? Disputatur pro vtraque parte apud Azorium lib. 3. p.1.cap.30.q. 5. An dentur *semiuirtutes* nempe affectiones, quæ virtuti valde proximant, sed virturis rationem non exæquant, qualis verecundia, indignatio, tolerantia? Disputat latè Salas tract.11. disp.4.Sec.7.

Infusa Virtutes. *Acquisita Virtus.* *Temperantia.* *Iustitia.* *Politicæ virtutes.* *Purgatoriæ virtutes.* *Heroicæ.* *Purgati animi virtutes.* *Euangelicæ virtutes.* *Exẽplares virtutes.* *Semivirtutes,*

121 Vt pauca, quæ ad virtutem spectant, subijciamus, *Indoles* ab innolesco secundùm Isidorum est quædam imago futuræ virtutis. Similiter ex Tullio de Senect.& 3.offic.in pueris, & adolescentibus est significatio quædam futuræ probitatis. Sumitur etiam in malum, vt apud Liuium lib. 1. belli Punici de Annibale: *Cum hac indole virtutum ac vitiorum sub Asdrubale meruit.* Aristot. 5. Ethica cap. 6. docuit omnem virtutem moralem esse constituam in medio, quod est inter duo extrema, nempe nimium, & parum: sed hoc interesse inter iustitiam, & alias virtutes, quòd iustitia consistat in medio rei, non rationis, fortitudo verò, & temperantia in medio rationis. non rei. Est autem *Medium rei* idem apud omnes; medium verò rationis non idem, quia in quadam proportione habita personarum ratione consistit v. g. in numero duodenario numerus senarius est medium rei, quia semper idem apud omnes perseuerat: iustitia igitur consistit in medio rei, quia tantum debet qualibet persona soluere, quantum accepit, nec plus, nec minus. At temperantia non est in medio rei, sed rationis: quia non quantum Socrates ex cibo, & potu sumit, tantundem Plato capere debet: sed vnusquisque pro ratione suæ exigentiæ, & stomachi. Apud Canonistas medium dicitur hæc vita 13. q. 4. *Hac autem vita*. Apud Legistas *Medianum* idem valet quod medium: & est vox architectonica, quia frequenter vtitur Vitru. Habeturque in *L. si verò ff. de ijs, qui deic. Vel effud.*

Indoles. *Medium rei & rationis.* *Medianum.*

122 Tandem pro maiori elucidatione virtutis communissime, explicandum est quid sit innocentia, quid iustitia originalis. quid solicitudo in materia omnium virtutum *Innocentia* (vt ait Tullius 3. Tusc.) est affectio animi talis quæ noceat nemini. Iuxta Lessium lib. 4. cap. 2.n 99. est res laudabilis, & magnum naturæ ornamentum consistens in numquam peccasse mortiferè: ad quam proinde non requiritur aliqua peculiaris virtus, sed sufficiunt virtutes impedientes peccata, quibus ipsa deperditur. *Iustitia Originalis*, teste Azorio to.1. lib.3.cap. 31. fuit olim perfectio totius hominis, qua corpus omni ex parte subditum, rectò animæ nutu, & imperio regebatur; cum omnes sensus, & vires inferiores superioribus, nempe rationi, & menti, totus verò homo Deo authori suo perfectè subderetur. Erat quidem iustitia, nempè iuxta aliquos coaceruata omnium virtutum communitas, peculiari Dei protectione vndique munita: vel iuxta alios gratia diuinitùs data, quæ totum hominem in officio continebat. *Originalis* quia primo parenti generis humani collata, & quia cum ipsa natura in prima sua institutione suscepta, vt primo parente in posteros transfunderetur. *Solicitudo*, alio nomine diligentia, quamuis sit specialis virtus, de qua alibi, tamen requiritur ad omnem, quatenus in qualibet requiruntur debiti actus rationis.

Innocentia. *Originalis iustitia.* *Solicitudo.*

SE-

SECTIO II.

De Vitijs, & Habitibus.

Vitium. 123 Vitium, quod aliqui denominari volunt à vito, ex eo quòd vitari debeat, alij à vim faciente, quasi vim faciat naturæ: omne enim (teste Aug. lib. 3. de lib. arb. cap. 13.) contra naturam est. Apud Latinos propriè dicitur quod virtuti opponitur. Horat. lib. 1. Epist. *virtus est vitium fugere*. *Vitiatus.* Tripliciter accipitur. Primo & generaliter pro quocumque rei defectu siue corporali, siue spirituali, tam in viuentibus, quàm in rebus inanimatis. Hinc apud legistas vitium est perpetuum corporis impedimentum, *L. inter stuprum, ff. de verb. signif.* Et apud Canonistas vitiatus corpore, putà cæcus, mancus, claudus, lippus, gibbosus, ad ordines promoueri non debet. *Cap. Hinc est dist. 49.* *Morbus. & vitium. Error pro vitio.* in qua acceptione dicitur à Gloss. Personam, *Cap. 1. §. nos igitur de postul. Prælat.* Vitium materiæ non imputari artifici. Differt vitium corporis à morbo, quòd hic est totius corporis, vt febris, non illud, vt ait Vlpian. *l. 1. de edil. edict.* Apud vtrosque refertur ad animum, & à Plinio *error* appellatur. 2. pro culpa, seu delicto etiam actuali: vnde aliquid vertere vitio in Epist. Ciceron. & illud Glos. Exemplum, *in Cap quanto de translat. Episc.* vitium, seu delictum propagatur, nisi per correctionem disciplinæ subsequatur correctio. 30. & strictè à S. Thoma q. 75. a. 1. pro habitu prauo qui inclinat ad ea, quæ rectæ rationi contraria sunt: in qua acceptione sumitur à Theologis, & *Vitij definitio.* definiri potest. *Vitium est habitus prauus desconueniens naturæ rationali, qua rationali.* Vnde Bellar. 1. de statu peccati cap. 1. rectè notauit differentiam inter vitium, & peccatum, scilicet quòd vitium in habitu, peccatum verò seu culpa in actu propriè insideat.

124 Salas to. 2 tract. 13. disp. 1. Sect. 1. num. 4. affirmat non omnem habitum prauum in rigorosa significatione vitium denominari, sed illum tantum, qui fuerit vsu, & consuetudine firmatus. Nam sicut homo non dicitur ab- *Studiosus. Virtuosus Vitiosus.* solutè *studiosus*, & *virtuosus* nisi propter habitum virtutis in statu perfecto, ex bonorum operum assuetudine, ita non dicetur absolutè *vitiosus*, nisi propter habitum prauum roboratum praua consuetudine. Hinc Aristot. 7. Ethic. cap. 1. & 8. distinguens intemperantem ab incontinenti, docuit incontinentem non ex vitio peccare, vtpotè non ex habitu perfe- *Vitiositas.* cto, & radicato. *Vitiositas* igitur est vitium strictè acceptum, & si loquamur cum Tullio 4. Tusc. Malitia certi cujusdam vitij nomen est, *Vitio. Vitiare.* vitiositas omnium. *Vitiatio* est corruptio à verbo *vitiare*, quod est corrumpere, & propriè refertur ad virginem, quæ pudicitiam amisit. Inclinatio appetitus sensitiui, & habitus vitiosus (teste Suario 1. 2. tract. 4. sect. 1. num 13.) conueniunt in eo quòd vterque tendat ad bonum sub aliqua ratione, vel delectabilis, vel conuenientis: differunt quod appetitus est omninò naturalis, ideoque, ad genus moris non spectat: habitus verò est voluntarius, vtpote per actus liberos acquisitus, proindeque moraliter malus dici potest. *Appetitus* *Singularitas* quamuis in Monachis, & contemplatiuis approbetur 16. *quæst. 1. si cupis*, tamen inter consuetos flagitium reputatur. *Cap. quæ contra 8 dist. non intereft.* Cum non debeat communem consuetudinem violare. Turpis enim pars est, quæ suo vniuerso non congruit. 8. dist. Singularitas. *Singularitas.* *Curiositas* apud S. Thomam 2. 2. quæst. 1. 67. est vitium circa inordinatum cognitionis appetitum. *Curiositas. Curiosi.* Sumitur in iure Canonico pro subtilitate nimia cura exquisita, *Cap. 1. de renunc. in 6.* Nam curiosi de his quę non multum expediunt sæpe disceptant. *Cap. Abbate sanè, de re iud. in 6.* iure ciuili curiosi sunt qui in curia principum, vel Magistratuum commissa delicta denunciant, *L. 1. C. de Curi. lib. 12.* dicuntur etiam curiosi illi, qui sunt nimium diligentes, *L. 3. §. pen. ff. de in rem. vers.* Hæc sufficiant pro exemplis vitiorum in communi. De singulis alibi.

125 Cum verò dixerimus de virtutibus, & vitijs, quæ habitum quidam sunt, pro maiori elucidatione, de habitibus erit sermo subsequens. *Habere. Habitus. acceptio.* *Habitus* deriuatur à verbo *Habeo*, & hoc ab Aristot. 5. Met. cap. 23. text. 28. sumitur multipliciter 1. vt vna res aliam habere dicatur, quando suo impetu, & natura eam agere, & mouere potest, vt febris hominem, homo pecuniam, Tyrannus regnum, vir vxorem. 2. quando illam sustinet, vt æs figuram, corpus ægritudinem habet 3. quando illam continet, vt vas aquam. 4. quando prohibet aliquid secundùm suum impetum moueri, vt columnæ, & parietes habent tectum impositum 5. quando aliquid quodammodo tenet, & possidet, vt vir vxorem, pater filium, dominus seruum, forma subiectum. Ab *Habere* deducitur habitus, qui, à Latinis sumitur *Habere Habitus. Hexis.* pro forma corporis & ipsius veste: à Philosophis verò duce Aristot. 5. Met. cap. 20. multipliciter 1. pro habitatione actua cuiuscumq; rei, quæ græcè vocatur *Hexis* & est quid commune omnibus prædicamentis, imò negationibus, & entibus rationis: nam & cœcitatem, & respectum rationis habere quis dicitur 2 pro vno è sex vltimis prædicamentis, & est quædam habitudo inter corpus, & ea quæ illi adiacent, ex quadam coaptatione, & vnione, qua posita resultat esse vestitum, armatum. 3. pro veste, & quidem si sit clericorum, habetur *Cap. præcipimus 21 q. 4* 4 pro illa specie qualitatis, quæ opponitur dispositioni, & habet causas difficilis expulsionis 5. strictiùs pro affectione qua quis benè vel malè dispositus est in ordine ad actus humanos, seu morales. 6. & strictissimà pro acquisita facultate animi, & promptitudine in ordine ad ope-

operationes tum bonas, tum malas: in qua acceptione sic definitur *Habitus est qualitas absoluta difficilè mobilis, acquisita per actus potentiæ vitalis, inclinans, ac facilitans ad actus similes ijs, à quibus genita est.*

Habitus multiplex.
126 Multiplex habituum diuisio reperitur apud Salas 1.2.trac.10.disp.7.Diuiditur primo Habitus à Medina in præfat. q. 54. in acquisitum, infusum, & naturalem, seu à natura inditum, qualem dicunt aliqui esse habitum primorum principiorũ.Diuiditur 2. in intellectualem,& moralem, *Habitus moralis* est qui non solum elicere potest actum moralem, seu liberum, sed etiam habet pro obiecto aliquem actum humanum: hinc spes, & Charitas non sunt virtutes morales, quia non habent pro obiecto actum moralem, sed Deum: *intellectualis* residet in intellectu, & subdiuiditur in practicum,& speculatiuum:*speculatiuus* ordinatur ad actum, qui sistit in pura obiecti contemplatione *practicus* ordinatur, seu inclinat ad actum, qui dirigit opus: Definitur autem *praxis* ab Scot.q.4.prol.sic. Est actus alterius potentiæ ab intellectu, naturaliter posterior intellectione, natus elici conformiter rationi rectæ ad hoc vt sit rectus. Communiter tamen non admittitur, quòd excludat operationem intellectus. Vnde Suar.disp.44. Met. Sec. 13. n. 18. De ratione praxis (inquit) solum esse videtur vt sit actio humana seu rationalis, quatenùs dirigitur, seu dirigibilis, aut regulabilis est per rationem humanam. Cum verò *praxis* Latinè sit actio, sicut & *practicus* actiuus: ponit ex Aristot.9. Met. c. 9. triplex discrimen inter actionem, & factionem 1. vt *actio* dicatur illa, quæ non est propter aliquod opus efficiendum, quod maneat, & perseueret post actionem: *factio* verò sit quæ relinquit aliquod opus factum, & permanens 2.vt per actionem actus immanens, per factionem actus transiens designetur 3. vt actio dicatur actus regulabilis moraliter, factio dicatur actus regulabilis artificiosè. Nam datur duplex *rectitudo* altera moralis, quæ solet dici rectitudo in vsu, altera artificialis, quæ solet dici rectitudo quoad facultatem operanti, & possunt inuicem separari, nam si quis optimè depingat, non tamen recta intentione, erit praxis recta artificiosè,non tamen moraliter: & è contra,si recta intentione depingat, sed nõ iuxta regulas artis, dabitur rectitudo moralis, sed non artificialis.

Moralis Habitus. — intellectualis habitus. — Speculatiuus habitus. — Practicus. — Praxis quid. — Actio, & factio — Rectitudo moralis, & artificialis.

127 Rursus habitus intellectuales speculatiui à Conimb·in lib.1.de Poster. cap.26 q.1.ar.1.diuiduntur in euidentes, & ineuidentes: de his satis diximus Elucid. 5. Euidentes tres numerat Aristot.3.Ethic.c 6. nempe intellectum, sapientiam, & scientiam: *intellectus* est habitus principiorum, proindeque non est discursiuus, in quo differt à sapientia, & scientia vtpote discursiuis: *sapientia* est habitus ordinatus ad cognitionem habitam per altissimas causas, & coincidit cum Metaphysica. *Scientia* est habitus ordinatus ad cognitionem abitam per causas inferiores, vel effectus: vnde si habeatur per causam immediatam, & proximam, dicetur *scientia propter quid*, si per remotam vel effectum, dicetur *scientia quia*. Sumitur hic scientia determinatè, nam absolutè, comprehendit omnem notitiam discursiuam, certam, & euidentem. In iure scientiæ aliæ dicuntur *triuiales*, aliæ *quadriuiales*. hæ sunt musica, Astronomia, Geometria, & similes. *Triuiales* dicuntur, quibus maxime vtuntur ciuitates, vt grammatica, rethorica, dialectica, seu medicinales *Instit.de excus. tut.* § *Item Romæ* in Glos. Dicitur etiam scientia in genere triplex, eminens, mediocris, & sufficiens. *Eminens* dicitur illa, per quam quis scit explicare difficillimas quæstiones in promptu sine reuolutione librorum. *Mediocris*, per quam difficiles quæstiones decidit cum reuolutione librorum seu beneficij. *Sufficiens* est legitima requisita secundum qualitatem officij. Ita Innocent. & Abb.ad cap.cum in cunctis n.4.de elect. *Scire leges*, quid sit, habetur *L.scire leges ff. de legibus*. Scire dicitur, qui rei, de qua agitur testis fuit, aut videns, aut conscius aliquo modo cognouit, aut ille, de quo agitur, sibi indicauit *Cap Hoc videtur 22.q.5.*

Euidentes habitus. — Intellectus. — Sapientia. — Scientia quotuplex. — Quadriuiales scientiæ. — Triuiales scientiæ. — Eminens scientia. — Mediocris scientia. — Sufficiens scientia.

SECTIO III.

De arte, artificibus, & eorum instrumentis.

128 ARS sic dicta ab Arcto, as: quod arctis, & breuibus præceptis multa concludat, apud Philosophos, & Theologos, eodem modo vsurpatur, & duplici definitione exponitur 1. ab Herodoto. apud Galenum cap. 5. Introduct. Est collectio multarum de re vna comprehensionum ad finem aliquem vtilem vitæ 2. ab Aristot. 2. Ethic. cap. 4. Est recta ratio rerum factibilium, seu habitus vera cum ratione factiuus. In iure dicitur collectio præceptorum. *Instit.de iust.& iure §.iuris præcepta* sumitur in bonam partem pro cura, & regimine animarum *Cap. cum sic de ætat. & qualit.* in malam etiã *l.1.C.de his qui ad sta.conf.* & idem valet atq; dolus 22.q.5.*quamque*. Ars diuiditur tripliciter, 1.in sermocinales, & reales: reales aguut de rebus prout condistinctis à sermone *sermocinales* agunt de sermone siuè interno, qualis Dialectica, siuè externo, qualis Grammatica, & Rethorica 2. in practicas, & Theoreticas: *Practica* sunt, quarum finis est opus.*Theoretica* seu speculatiuæ, quarum finis est sola cognitio veritatis 3.in superiores, & inferiores: illæ sunt Physiologia doctrina moralis, & vtraque Theologia. *inferiores* sunt quatuordecim, septem liberales ita dictæ quòd animum, liberam hominis partem excollant: quales sunt Grammatica, Rethorica, Dialectica, Arithmetica, Musica, Geometria, & Astrologia quibus

Scire leges. — Ars quid — Arctare. — Ars quotuplex. — Sermocinales. — Practicas artes. — Theoreticas. — Liberales artes. — Superiores artes. — Inferiores artes.

Encyclopedia. *Seruiles artes.* *Mechanicæ artes.*

quibus & ſuperioribus veteres dicebant concludi *Ecyclopediam*, ideſt omnium artium, & diſciplinarum perfectionem. Septem *ſeruiles*, ſeu *Mechanicæ*, ita dictæ quòd verſentur in opere mercenario, & ſeruili, quo maximè corpus exercetur, quales Agricoltura, Venatoria, Militaris, Fabrilis, Chirurgia, Textoria, Nautica.

Artificium & officium *Opera.* *Manupretium.* *Manus pro arte.* *Artifex.* *Mercator.*

129 Inter officium, & artificium dari differentiam, conſtat ex *L.legatis ff. de leg. 3.* vbi dicitur: ſi ex officio quis ad artificium tranſierit. Vbi Gloſ. dicit *officium* eſſe generale ad omne miniſterium, ſiue artificium ſit, ſiue non. Nam *artificium* eſt certum miniſterium, nempe illud quod fit ex præſcripto, & regulis artis. *Opera* pro diurno officio *L. 1. ff. de ope. lib.* Pro ſolertia, & diligentia *L. quæſitum ff. pro ſoc.* Pro ſtudio *L. 1. ff. de iuſtit. & iur.* Apud Alphenum *L.30.§.3.ff.locati.* & Vlpian. *L. 13. ff. de verb. ſiguif.* Habetur hæc vox *Manupretium*, & ſignificat opus, in quo non tam attenditur ratio materiæ, quàm manus atque artis, eſtque ipſum pretium. Nam manus etiam apud Latinos pro arte ſumitur. *Artifex* ſic dicitur quaſi artem faciens, vel exercens ſcientiam ſuam per artus, apud Latinos ille eſt, qui arte quippiam facit. Apud Iuriſtas nomine *artificis* venit ille, quem vulgus ita appellat *L. ſciendum §. illud ff. de ædil. edict.* Propriè tamen dicitur ille qui res emit, & eaſdem mutata forma vendit. Ita Robuff. ad *L.mercis appellatione* 207. Verſ. *Artifex ff. de verb. ſignif.* pagin. 663. Addit Philipp. ad *Cap.Eijciens* 88.*diſt. u.* 19. vt quis dicatur artifex neceſſe eſſe propria perſona, non per interpoſitam officio vti. Inter mercatorem, & artificem ponit diſcrimen Card. Tuſc.pract. concl.to.1.lit.A,concluſ.519.n.2.quòd *mercator* vendit prout emit, nullo adhibito artificio, artifex verò poſt adhibitum artificium vendit.

Alchymiſtæ. *Chymica.* *Archarij* *Barbaricarij.* *Barbacani* *Phrygiones* *Bractearius*

130 Aliquos priuatim in iure celebriores artifices perquiramus. *Alchymiſtæ* ſunt qui profitētur, & exercent *chymicam*, ſeu *Alchymiam*, artē naturæ (vt locuntur Conimb.lib. 2. Phyſ. c. 1. q.7.a.1.) vel æmulam, vel inuidam, quæ aurum progignere ſtudet, quod terra à ſe progenitum gremio cohibet, ne ſi pariat, non tam aurum fundat, quàm venenum luxuriæ, & auaritiæ. Videtur ars reprobata, vtpotè mille fallacijs obnoxia. Quò ſpectat illud Ioan. 22. in extrau. Spondet. *Alchymiſtæ* (inquit) *ſpondet, quas non habent diuitias.* Hinc eſt quòd Diocletian. Olim chymicæ libros diligenter conquiſitos flammis dederit, vt teſtatur Cælius lib.7.cap. 2. *Archarij* qui faciunt machinas inſtar lacus, vel torcularis *Barbaricarij*, ſeu vt legit Albericus, *Barbatani* habentur *l. 1. C. de excuſ. art. lib.*10. & iuxta Alciatum ſunt artifices, alio nomine *Phrygiones* dicti, qui barbaricas veſtes intexunt, in eiſque ex auro, & coloratis filis hominum, & brutorum figuras exprimunt, vulgo *Broſladores*, *Bractearius*, quem ineptè Accurſius *Pentaburgum* vocat, eſt artifex, qui aurum malleis tuſum in tenuiſſimas laminas ſeu bracteas diuidit. *L. 1. C. de excuſ. artif. lib.* 10. Cælare eſt inſculpere: vnde *cælatura* eſt ſculptura quæ fit in metallo, marmore, ebore, ligno, gemmis, & vitro. *L. & ſi §. quid ergo ff. de aur. & arg. leg. Bracharij* dicti à longis brachijs Teutonicorum, vel torcularium. *Camelarij* ſunt ductores, curatoresq; camelorum, & *Camelaſia*, ſeu *Camelaria* munus agendi, & curandi camelos *L.munerum ff. de muner. Carpentarij* cluſores ſunt fabri, qui carpenta faciunt. L. 1. C. de excuſ. artif. Eſt autem *Carpentum* genus vehiculi, quaſi carmentum à Carmenta Euandri matre. *Cerdo* eſt homo vilis qui exercet artes illiberales cauſa ſectandi quodlibet lucrum *L. Cerdonem ff. de oper. lib. Baliſtarij L. vlt. ff. de iure immunit.* ſunt baliſtarum artifices, vt ibi notat Accurſius. *Ciſiarius*, auriga Ciſij, eſt autem *Ciſium* genus vehiculi geſtatorij *L. item quæritur ff. loca.* Clauicarij, qui faciunt claues, clauos vel clauiculos. *Clauarius* apud Tacitum eſt qui diſtribuit donatiuū Imperatorium inter milites. *Cocus*, vel *Coquus* eſt qui cibos coquit. Venit Cocus appellatione artificis, nam cibos parare, & coquere eſt ars *L. ſiquis venditor §. 1. & 2. ff. de ædil. edict.* Imò Cocus Imperatoris habet dignitatem Bald. ex *L. 1. quis Cocorūm in vſibus feud. Cuſſores* qui pecuniam cudunt *L. 1. C. de excuſ. art. Dealbatores*, ideſt armorum vbi fiunt picturæ.

Pentaburgus *Cælare* *Cælatura.* *Bracharij* *Camelarij* *Camelaſias* *Carpentarij* *Carpentum* *Cerdo.* *Baliſtarii* *Ciſiarius.* *Ciſium.* *Clauicarius* *Clauarius* *Cocus.* *Cocus Imperatoris.* *Cuſſores.* *Dealbatores.*

Fabricarij *Signarij* *Fuſores.* *Figlina.* *Figlinum opus.* *Lanipendiū.* *Lintearij* *Linteones* *Lintrarij* *Lintres* *Medici* *Menſior* *Miniculator.*

131 *Diabathrarij* quidquid alij aliter legant in *L. 1. C. de excuſ. art.* ſunt Coriarij *Diatretarij*, qui faciunt calices diatretos, i. de vitro. *Ergagabi* ſeu *Ergolabi* ſunt operarij laborantes in ſtationibus ſuis; & dicuntur ab *erga*, quod eſt opera, & *gabor* quod eſt labor. Hinc *Ergaſterium* vocatur officina artificum, quaſi operariorum ſtatio *L. omnis C. de Epiſcop. & cler.* & *L. ædiles ff. de via publica.* Faber lignarius dicitur non ſolum qui ligna dolat, ſed generaliter omnis, qui ædificat *L. ferri §. fabros ff. de verb. ſign. Fabricarij.* i. ſignarij, qui faciunt ſigilla. *Fuſores*, qui fuſo ære campanas faciunt *Figlina* eſt officina figuli ſeu artificis vaſa fictilia effingentis. *L. fundi ff. de fund. inſtruct.* Vnde *figlinum opus*, arte figuli perfectum *L. 19 ff. de ſeruit. vrb. præd. Lanipendiū facere*, eſt pendere, & diſtribuere lanam lanificis *L. ſed ſi vir ff. de donat. inter vir. & vxor.* Lintearij ſunt qui lintea nauium vendunt *L. cuicumque §. Labeo ff. de inſtr.* Linteones quod lintearij *L. negotiantes C. de excuſ. muner.* Lintrarij ſunt lintrum exercitores: *lintres* autem ſunt naviculæ fluuiatiles, quæ remis aguntur. *L. 1. ff. naut. caup. ſtab.* Medici qui dicantur, exponit iuriſc. in *L. 1. ff. de var. & extraord. cognit.* Menſor eſt, qui metitur agros, columnas, ligna, frumentum, mœnia, hoſpitia, vel omnia officia aſſignat, iuxta Accurſ. C. *de menſ. in rub.* 12. Miniculator eſt qui litteras maiuſculas, ſeu initiales ex minio, aut rubrica libris præfigit. *Vlp. L. vt iuris iurandi ff. de ope. libes.*

Myrobrecharij.

liber. Myrobrecharij, qui vnguenta vendunt, vel capillos delibutos vnguento gerunt. Alciat. in tres libros vltimos Cod. *l. 1. tit. de excus. art.*

Medogrammatæi. Mussinarij. Pelliones. Pistores. Pistrinum. Plumbarij. Pictor. Polliones. Ornatrix. Purpurarij. Quadrantarij. Sarcinator. Sator. Scandularij. Specularij. Topiarius. Vascularius. Vitrarij.

132 *Medogrammatæi* vel, vt alij legunt, *Demogrammatei* in L. fin. C. de tab. scrin. sunt quos scribæ consulebant. *Mussinarij*, de quibus in L. 1. C. *de excus. artif.* sunt artifices operis mussiui, quod Vulgò *Mosaicum* appellamus. *Pelliones*, vel iuxta alios, Polliones erant, qui conficiebant pelles, sub quibus milites hyemabant, apud Paternum in *L. vlt ff. de iur. immunit.* Pistores erant facientes panem palatij, qui suberant comiti horeorum *L. vnica C. de pist. lib 11.* Pistrinum est machina, in qua frumentum molitur: vnde *pistrinarij*, qui illius curam gerunt *L. impensæ ff. de verb. signif.* Plumbarij, qui faciunt opera ex plumbo *L. 1. C. de excus. art.* Pictor qui pingit, seu formam alicuius rei ductis lineis repræsentat *L. si vero plures ff. de his, qui deiecerunt.* Polliones vocantur qui arma poliunt. Calistrat li. 50. de iur. immun. lib quibusdam *Ornatrix* dicitur, quæ incipit discere artificium. *L. seruus §. Ornatricibus ff. de leg. 3.* Purpurarij qui purpuras capiunt, vel qui purpuram tingunt, aut negotiantur. Quid autem contineatur sub *purpuræ appellatione*, exponitur *L. si cui lana §. vlt. ff. leg. 3.* Quadrantarij sunt marmorarij, qui marmora ad amussim quadrant *L. 1. C. de excus. art.* Quadrigarij qui faciunt quadrigas *Sarcinator* & *Sator* qui nouit artem sarciendi, & suendi vestes *Iusti. mandati* in fine Glos. & *L. itaque fullo ff. de furtis.* Scandulatius, quis scandulas facit; sunt autem *Scandulæ* ex ligno assulatim desecto *L. quibusdam ff. de iur. immun.* Specularij videntur esse artifices qui specula, & specularia conficiunt *L. 1. C. de excusat. art. lib.* 10. Topiarius est operis topiatij artifex, seu qui in viridarijs ex mirto, citro, buxo, hedera, alijs quæ fruticibus, & herbis, quarum natura flexilis est, varias figuras efformat, vulgo *Iardineiro. L. instrumenta ff. de fun. inst.* & *L. cum quæreretur 60. §. 3. ff de leg. 3.* Vascularius qui vasa conficit aurea, & argentea. Budæus in *L. apud Labeonem ff. de præscriptis verbis.* Vitrarij, qui artificiosè de ferro, vel de alia materia trahunt vitrum, vel fundunt.

Instrumentum. Arma. Ligones. Sarcula. Cathomus. Catillus. Cautherium. Encaustice.

133 Numeratis artificibus, sequitur vt eorum instrumenta in iure sparsim reperta colligamus, Missa acceptione instrumenti pro scriptura, de qua alibi copiosiùs, *Instrumentum* quoad rem præsentem, dicitur ab *Instruo*, & sumitur pro omni illo, quo quis ad operandum vtitur: hinc arma sunt instrumenta belli, ligones, & sarcula instrumenta agricolationis. *Cathomas* est flagellum conflatum ex virgis in modum scopæ, quali vtuntur religiosi in capitulis. *Catillus* est superior pars molæ *L. cum delanionis ff. de fide instr.* Cauterium est instrumentum chirurgicum ad inurendum vulnera. Est etiam instrumentum, quo pictores vtuntur in pictura, quæ appellatur *Encaustice*, & picturæ genus est, quod adhibito igne fingitur *L. pictoris ff. de fundo instr.* Quamuis in hoc loco videantur ponenda *Caustoria*, quæ sunt instrumenta inustoria, quibus bituminationes, & fortiores quæque conglutinationes coquuntur. *Cerytia* dicuntur à Græcis, quæ Latini appellant *caducea*, virgas quasdam paciferas in speciem duorum draconum maris, & fœminæ figuratas, quas legati ferre solebant, nequis eorum corpora violaret. *L. Sanctam ff. de rerum diuis.* Cista pro capsa, vel scrimio L. 1. §. si Cista ff. depositi. *Coactilia* sunt instrumenta viatoria, pelles, lora, quibus vestes inuoluuntur, & alligantur *L. Aurum ff. de aur. & arg. legat* & *L. 5. §. fin. de suppelle. leg.* dicta ab astringendo, & coarctando *Colum niuariam* instrumentum ad percolandum aquam, siuè vinum ex niuibus. *L. in argento ff. de aur. & arg. leg.* Corbis est textum vimineum, quo messes excipiuntur: & quidem paratur fructus coegendi gratia *L. instrum. ff. de fundo instruct.*

Cerytia. Caducea. Cista. Coactilia. colum niuarium.

Epistomium. Epitonia. Falx. Feraculum. Hama. Hami. Harpagones. Hydraulas. Hydraula.

134 Epistomium est instrumentum æneum, quo in fontibus ora salienrium obturantur, vertibulum in medio pertusum habens, quod admittit, vel arcet aquam Vlpi. L. 19. tit. de actione empti, & vend. l. fundi. Legitur & *Epitomiam* apud Vitruu. Lib. 10. & Senecam lib. 13. Epistolar. *Epitonia* sunt instrumenta, quibus funes inrenduntur, rota instructa, & puteis ap. plumbata, eo ordine vt terni, vel quaterni simul aquam eodem ex puteo haurire possint, funiculo per rotam dimisso: vulgo *Roldana* Vlpi. L. 17. § 5. ff. de action. empt. *Falx.* Vulgo *Foace* in iure est multiplex, *Messoria*, qua frumentum metitur: *Putatoria*, qua vites, aliæque arbores amputantur: *Fœnaria*, qua fænum secatur; *Damaria*, qua spinæ, veprefque cæduntur. *L. instrum. ff. de fundo instr.* Feraculum est instrumentum, quo nauis rectè ducitur *L. quemadmodum §. 2. ff. ad leg. Aquil.* Hamæ sunt instrumenta apta ad extinguendum incendium *L. quæsitum §. acceam ff. de fundo instr.* Hami non solum illi dicuntur, quibus pisces capiuntur, & lotica texitur, sed etiam apud iuristas sunt annuli ferrei ad plurimos vsus domesticos apti, vt v. g. ex illis equi, muli, & asini alligentur. *L. quæsitum §. Canales ff. de fundo instr.* Harpagones sunt vnci ferrei ad rapiendum accommodi. Vlpi. *L. instrum. de fundo instr.* Hydraulus est instrumentum idoneum aquæ extrahendæ à profundo Vnde *Hydraulæ* sunt quibus cura aquæ domus Imperatoris demandatur L. 5. C. *de excus. mun. lib.* 10.

Mola. Moles. Pastinare. Pastinum. Peniculus. Penicillus.

135 *Mola* est lapis, quo frumentum, legumina, aliæue res teruntur: vnde non supellectilis, sed instrumenti appellatione continetur *L. dolia ff. de fundo instr.* Moles videtur accepisse Vlpian. *L. 1. ff. de impens. in reb. dot.* pro structuris ad arcendam aquam paratis *Pastinare* est pastino, quod instrumentum est bifurcum fodere. Alciat. in *L. impensæ ff. de verb. signif.* Peniculus, seu Penicillus nomen diminutiuum à *penis* hoc est cauda,

Penis. cauda significat instrumentum ex fetis, quo pictor colores inducit *L.si pictoris ff.de fundo instr.* Pollina pro instrumento, quo excutitur subtilissima farina, ponitur in Glos. ad *L. Maximarum § fordidorum C.de excu f.mun.lib.* 10. sed fallitur: nam verba legis hæc sunt: *Nec conficiendi pollinis cura mandetur:* *Pollina. Pollis Pollen.* Vbi *Pollis, inis*, vel *Pollen, inis*, idem valet atque flos farinæ, vt expro-batissimis authoribus constat. *Saliens, entis* dicitur pars illa fistulæ, vnde aqua salit *L funes ff. de action. Empt.* *Sarculum* Sarculus, vel Sarculum est instrumentum, quo sata farciuntur, id est herbis internascentibus purgantur in *L. instrum.ff.de fundo instr.* *Siphones* Siphones, vt scribit Alciat in *L. ferri ff. de ver. sign.* erant instrumenta, quibus olim fabri vtebantur ad extinguenda incendia *Situla* est vrna accommoda extrahendæ aquæ à puteo, vulgo alcatruz. *L.fundum ff.locat.* *Situla Sucula* Sucula machina est tractorij generis, artemoni similis. *L.sed addes §.illud nobis ff. locati.* *Traha* Traha, est instrumentum rusticum, quod æquandis cæspitibus, vel fæno colligendo aptatur. *Trapetum* est mola olearia *L. sed addes* 19 *ff. locati.* *Trochlea Tympanum.* Trochlea, & tympanum sunt instrumenta, quibus eleuatur prælum. *L.* proximè citata. Est *tympanum* machina rotunda ad rotæ similitudinem, qua à calcantibus hominibus versata pondera subvehuntur, vulgo *guindaste.* *Bidens.* Bidens, *L. instrum ff.de fundo instruc.* est instrumentum fossorium sic dictum, eo quòd habeat duos dentes.

ELVCIDATIO VIII.

De peccatis, & pœnis.

Elucidationem de peccatis, quã S.Thom. 1. 2. *à q.*71. *vsque ad* 89. *persequitur, rectè subnectimus elucidationi de vitijs, seu habitibus prauis, à quibus in peccatum facilis est lapsus, & ruina. Cum peccatis etiam opportunè conjungemus pænas, vtpote sceleris indiuiduas comites, Nam iuxta Horat.*3. *Carm. ode* 2. Rarò antecedentem scelestum Deseruit pede pæna claudo.

SECTIO I.

Peccati nomen, ratio, & diuisio.

Peccatum 136 Peccatum secundæ declinationis, & olim quartæ, *Peccatus, us*, apud Latinos in speciali rigore significat adulterium, & *Peccare*, adulterium committere: dictum peccatum, quasi *pellicatus*, & pecco quasi *pellico* *Pellicatus pellico* quod est cum pellice coire. Verùm in tota sua amplitudine extenditur ad quemcumque defectum, seu errorem significandum: rectè enim *Peccare Pellicare* dicitur peccare oratio, in qua est error, & peccare artefactum, quod a regulis artis declinat. Si autem loquamur theologicè, & ab Azorio p.1. lib.3. cap.1. petamus discrimen inter vitium, peccatum, & culpam: respondet q.1. Vitium a peccato, & culpa distingui in eo *Vitium* quòd vitium, & in habitibus, & in actibus virtuti contrarijs: at peccatum, & culpa solùm in actibus consistant: inter peccatum, & culpam hoc interesse, quòd peccatum latiùs pateat, *Peccatum* quàm culpa. peccatum enim est tum in actibus naturæ, & artis, tum in actibus rationis, & moris, vtpote actus, qui a iusta, & debita regula *Culpa* dissentit: at *culpa* solum in actibus rationis, & moris est, ita vt solum culpæ tribui possint, quæ contra rectam rationem liberè fiunt. Quid si perscrutemur differentiam inter malum, crimen, flagitium, scelus, facinus, delictum, maleficium, nefas, nequitiam, improbitatem, impietatem, prauitatem, iniquitatem, peruersitatem, quæ omnia videntur sonare peccatum in sua latitudine? Elucidationem paucis excipe.

137 *Malum* habet summam extentionem, *Malum* & accipitur pro quocumque defectu siuè moraliò, siuè physico cuiuscumque rei, vt benè notauit Salas tract.13. disp.2 sect.1. n.1. *Crimen* *Accusatio* interdum sumitur pro quolibet peccato, sed *Crimen* propriè significat peccatum graue, & quod accusatione, atque condemnatione dignum est, vt colligitur ex Concil. Toletano *Cap. Vnum* 25. *dist.* in hac etiam significatione vsurpatur a Legistis, & pro ipsa accusatione sumi- *Accusatio* tur *L.*2 *ff. de crimine expil. hæred.* Vnde *crimina- Criminator.* *tor* dicitur qui peccatum exaggerat, licèt publicè opponat. *Criminosus* est multis criminibus infectus: quis verò talis censeatur ad effe- *Criminosus.* ctum, vt testis esse non possit, latè tradit Farinac. de oppos. contra testes q.54. a num.127. vsque ad 134. *Flagitium, scelus, & Facinus* gra- *Flagitium* ue peccatum sonant sed cum discrimine: nam *Scelus, & facinus.* quæ sensibus apprehenduntur, *flagitia* vocantur, quæ solo intellectu *Scelera & facinora*, vt notauit Bellar. lib.1. de peccatis cap.2. *Delictum* *Delictum* ex sua primæua impositione significat peccatum omissionis: delictum dicitur quasi derelictum, & omissum, & est desertio boni, vt docet Hugo in Miscell. cap. 185. & Isidor. lib. different cap.79. addit S. Thomas 2. 2. q.79. a 4. ad 1. Delictum strictè sumi pro omissione pertinente ad Deum, vel quando homo scienter, & ex contemptu omittit id quod facere debet S.Gregor. 11 Moral. cap.21. affirmat sumi pro peccato cordis: vnde illud Psal.68. *Delicta mea à te non sunt abscondita*. Aliqui putant esse peccatum, quod extenuat ignorantia, iuxta illud Psal 18. *Delicta quis intelligit.*

138 *Maleficium*, & *Maleficentia* est pecca- *Maleficium* tum damnosum, iniuriosum, seu quod damnum infert. Vlpi. *l.*1. *ff si fam. fur. fuer.* Vnde *Maleficus* pro pernicioso, & nocente accipi- *Maleficus.* tur. *Nefas* est peccatum execrabile, quasi non *Nefas.* fas, & pro illicito sumitur *L. vt vim ff. de iustit. & iur.* vnde *nefarius* pro scelesto, dictus a far- *Nefarius,* re, quasi dignus non sit, vt farre vescatur, vel vt farre litet. seu dictus à *fari* quasi nefarium,

aut

Nefandum crimen. aut nefandum crimen, de quo *L.Sancimus C. de pœnis*, tale sit, quod nec fari, nec nominare debeamus. *Nequitia.* *Nequitia* est peccatum, seu vitium cætera omnia complectens, & opponitur *frugalitati*, quæ virtutes omnes in se continet. *Frugalitas. Frugi.* Vt enim *frugi* à fruge, scilicet, à fructu, per quandam animorum fecunditatem, ita nequitia a sterilitate, quasi a nihilo appellata est. Habetur *L.fœdissime ff.de postli. reuerſ.* Vnde *Nequiter* *cap.2 de arbit.* *Nequiter. Improbitas.* Inprobitas, quod malignitas, seu non probitas: sumitur pro importunitate, & perseuerantia. *Improbus.* *Improbus pro* Scelerato Cap. *Auaritiæ de elect. in 6.* Improbus debitor non est qui ignorat quantum debet *L. non potest ff. de reg. iur.* *Improbè.* Improbè, idest calumniose *L. si tibi seruitutis C. libe. cau.* *Impietas.* Impietas est peccare contra Deum. *Auth. qui mo.na.effi. sui* §.1. *Prauitas.* Prauitas opponitur directè rectitudini, & accipitur pro obliquitate mala, seu peruersa alicuius rei constitutione *Cap. detestanda. de concess. præb. in 6. & 23.q 4. cap. si.* *Iniquitas.* Iniquitas est peccatum prout denotat quandam inæqualitatem, & declinationem à regula, & lege, vt dixit Salas t.2. trac.21. disp.7. init. *Iniquus.* Vnde *iniquus* quod non *æquus*: *Peruersitas.* Peruersitas est versatio in malo, & *peruersi* sunt qui in malo versantur. *Peruersi.* Item peruersi, qui non sunt recti, sed aduersi: Archid. *Cap.2. de censibus in 6.*

139 Quod attinet ad rationem, seu essentiam peccati, triplici definitione in eandem coincidente explicatur. Nam S.Aug. lib.22. contra Faust. C.27. sic definit: Est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem æternam. *Peccatum quid.* S.Ambr. lib. de paradiso cap.8. sic. Peccatum est transgressio diuinæ legis, & inobedientia cælestium mandatorum. Ex vtroque Suar. trac.5. disp.1. Sec.1. nu.1. Peccatum est actus, seu transgressio libera diuinæ legis. Nomine dicti, facti, & concupiti (vt docet Sanchez lib. 1. Dec.c.1.) comprehenduntur omnia oris, operis, ac cordis peccata, & sumuntur pro ipsis dicendi, faciendi, ac concupiscendi actibus. Actus verò latè accipitur prout comprehendit quoque omissionem actus debiti ex præcepto. Nomine legis æternæ, vel cælestis mandati intelligitur diuinum præceptum: hoc enim violat saltem remotè quodcumque peccatum, etiam si fiat immediatè contra ius naturale, aut humanum; nam Deus præciait vt naturali, & humano iuri pareamus.

140 Peccatum diuiditur multipliciter, 1. in *Originale peccatum.* Originale, & personale: *Originale* dicitur quod voluntate capitis nobis voluntarium est. *Personale*, quod propria voluntate committitur. 2. *Mortale peccatum.* in mortale, & veniale. *Mortale* est illud quod violat tale perceptum, cuius obseruatio requiritur ad æternam vitam comparandam, & transgressio æternis pœnis digna est: *Veniale peccatum.* *veniale* quod non tale præceptum violat, proindeque sola pœna temporali dignum est. Vnde S.Thom. 1. 2. q.88. a.1. dixit *veniale* committi contra ea, quæ sunt circa finem, lethale verò contra finem: quia lethale omnino auertit à Deo fine vltimo, veniale verò solum retardat. 3. in *actuale*, & *habituale*: *Actuale peccatum.* illud est quod actu committitur: *Habituale peccatum.* habituale, est semel commissum, & non retractatum. 4. in peccatum commissionis, & omissionis. *Commissio.* Peccatum *commissionis* est transgressio, quæ fit operando contra præceptum negatiuum, quale v.g. Non occides. *Omissio.* Peccatum *omissionis* est transgressio, quæ fit contra præceptum affirmatiuum non operando, v.g. non andiendo sacrum, quod Ecclesia audiri præcipit. Notat Suar. citatus disp.3. Sec.1. n.3. discrimen inter hæc membra esse materiale, non formale, cum possit euenire vt commissio, & omissio specie non differant. 5. in peccatum secundùm abundantiam, & defectum. *Abundantia.* Peccatum secundùm *abundantiam* est declinatio a recto per excessum, quale peccatum prodigalitatis: huic opponitur peccatum *Defectus.* *ex defectu*, qualis auaritia.

SECTIO II.

De criminibus in genere, & in specie.

141 Crimen in eo rigore, quo supra illud accepimus, scilicet pro peccato, *Crimen multiplex.* accusatione, & condemnatione digno: est multiplex tam in genere, quam in specie. In genere, vel est publicum, vel priuatum, vel occultum, vel graue, vel enorme, vel mere Ecclesiasticum, vel merè ciuile, vel mixtum: item inexplicabile, piaculare, capitale, & criminosum. Sed singula exponamus. *Publicum crimen. Populicum crimen.* *Publicum crimen* quod *populicum* vocat Molin. tom.4. disp.44. num.1. teste Lessio lib.2. cap 30. dub. 3. dicitur illud, cuius accusatio cuilibet concessa est, ex eo quòd illius punitio ad publicam vtilitatem spectet. *L.1. & 2. ff. de publ. indic.* Tale est. 1. omne quod directè fit contra Deum, vel res diuinas, vt hæresis, blasphemia. 2. quod fit contra maiestatem Principis, aut Reipublicæ, quale omne læsæ maiestatis. 3. quod licet fiat contra priuatam personam, lege tamen statutum est, vt pro publico habeatur, quale homicidium, adulterium, peculatus, ambitus, crimen falsi, repetundarum, annonæ, vis publicæ, vel priuatæ. Vide quæ dicemus num.922. *Priuatum crimen.* *Priuatum* dicitur, cuius accusatio solum concessa est ei, qui iniuriam, vel damnum passus est, vt crimen furti, iniuriarum, Stellionatus. *L fin ff. de priuat. delict.* quando priuato crimini statuitur pœna pecuniaria fisco applicanda, docet Bart. in rub. *ff. de popular. action.* posse ad eam, pœnam accusare quemcunque de populo: oppositum tenet Bald. in rub *C. qui accuſ. non poſſ.*

De iure Lusitano multa crimina priuata comixta publicis, de quibus fas est cuiuis è populo accusare, recenset Molin. citat. num.5. *Occultum* crimen quale conceditur Episcopis à Trident.

Trident. sess. 24. cap. 6. sumitur (vt inquit Suar. de pænit. disp. 30. sect. 2. num. 2.) prout distinguitur a publico, itaut publicum accipiatur pro eo quod est notum in oppido, aut in vicinia, Collegio, vel Communitate: & potest quidem manere occultum, quanuis aliquibus innotescat; de quo n. 923.

Graue peccatum. 142 *Graue peccatum* latius patet quàm enorme, & videtur coincidere cum lethali, si accipiatur formaliter, secus si fundamentaliter, vt rectè asserit Lugo de Incar. disp. 5. sect. 5. a num. 74. Nam graue peccatum, v. g. adulterium sumitur dupliciter, primo fundamentaliter, si committatur cum sola aduertentia ad oppositionem, quam habet cum ratione naturali, & cum ignorantia, vel inaduertentia inuincibili ad oppositionem, quam habet cum Deo, prout offensa illius est. Secundo formaliter, quando committitur cum scientia vel aduertentia ad oppositionem, quam habet cum Deo, cui displicet. Prioris grauitas dicitur *Philosophicu*, vtpote contra naturam, de qua tractant Philosophi; Posterioris *Theologica*, vtpote contra Deum, de quo agunt Theologi. *Enorme* (vt rectè Syluest. v. eodem) dicitur quasi extra normam, vel sine norma, seu mensura; & sonat aliquid excessiuè magnum, semperque in malum: quia bona ex suo genere nequeunt esse magna per excessum, seu habere excessum magnitudinis: cum homo possit infinitè crescere in gratia, & virtute. *Philosophicum peccatum. Theologicū peccatum.*

Crimina igitur vocantur enormia in iure dupliciter, primo quoad normam pænitentiæ, quando hæc plenè reduci non potest ad delēdā culpam cum pæna, quin semper aliquid remaneat de pęna; quia scilicet impedit ordinis executionem, & beneficij detentionē, etiā post pænitentiā, quale homicidiū voluntarium *Dist. 50. minoru 1. q. 7. siquis omnem*, Hæresis *1. q. 1. vētū*. Et simonia in ordine, vel beneficio. Secūdo quoad dispensationem, itaut hanc nō recipiat, qualis simonia in beneficio 1. q. 1. *ergo*. Sic dicuntur enormia omnia delicta, quæ inducunt infamiā ciuilem, idest ex quibus quis remanet infamis etiam post pænitentiam *3. q. 7. §. porro, & 2. q. 3. §. Hinc colligitur*. Adde ex *c. peruenit, de sentent. excom.* prudentis arbitrio esse relinquendum quæ sint delicta enormia. Farin. in praxi q. 8. num. 59. Dari distinctionem inter delictum graue, & enorme, constat ex *C. de cust. reo Auth. §. Hodie nouo iure.*

Crimen mere Ecclesiasticum. 143 *Crimen merè Ecclesiasticum* est illud (vt exponit Azor. p. 2. lib. 3. c. 53.) cuius prohibitio ortum habet ex solo iure canonico, vel simul cum iure diuino, aut naturali, sed absque ciuili; ac proinde de illo solum cognoscitur, & iudicatur ex præscripto iuris canonici, non ciuili; qualis hæresis. *Mere ciuile* est illud cuius prohibitio ortum habet ex iure ciuili, non canonico; proindeque solum iudicatur, & plectitur ex præscripto legis ciuilis, quale v. g. peragrare vrbem noctè post signum. *Mixtum*, seu mixti fori est quod spectat ad vtrumque forum, vtpote prohibitum tum iure canonico, tum ciuili, de quo proinde iudex Ecclesiasticus & secularis cognoscere, & iudicare potest; quale sacrilegium. *Crimen mere ciuile.*

Inexpiabile secundùm Isidorum dicitur quod nunquam expietur, idest purgetur. *Piaculare* est sanguine piandum, & puniendum. *L. 2. C. ne Sanctum bapt.* Vnde *piaculum* est crimen, cui expiatio debetur, quamuis interdum sumatur pro sacrificio expiandi. Virg. 6. Aeneid. *Ea prima piacula sunto*. *Inexpiabile. Piaculare. Piaculum.*

Interdum pro crimine fornicationis 22. *quæst. 2. Lotharius* per Archid. *Capitale crimen iuxta* Lessium lib. 2. cap. 30. dub. 3. num. 20. est quod pæna capitis punitur. *L. rei capitalis ff. de pænis, & L. edicto §. rei capitalis, de bon. possess.* Crimen criminosum videtur inueniri *in capit. Nuper, & cap. si concubinæ, de sent. excom.* Vbi statuitur eadem censura inuolui eum, qui excommunicato communicat in crimine criminoso. Verùm ibi vox *Criminosum* non cadit supra crimen, sed supra delinquentem; ita vt sensus sit eum qui communicat scienter in crimine cum criminoso, fouendo scilicet illius contumaciam, incidere in eandem excommunicationem. Ita colligitur ex Glos. in capita citata, Sanch. lib. 3. Mat. disp. 49. n. 1. & Suar. de cens. d. 15. sect. 2. *Criminosū crimen.*

144 Hactenus, de crimine in genere; vt præcipuas eius species in iure frequentiores percurramus. *Repetundarum crimen* committit, vel de repetundis accusatur, qui in administratione magistratus pecunias accepit, vnde accipere non debuit. *ff. tit. 48. ad L. Iuliam. repetundarum*. Neque habet alios casus, quam genitiuum, & ablatiuum numeri plurali. *Crimen peculatus* datur, cum quis pecuniam publicam intercepit, aut quomodocumque corrupit vt si in aurum, argentum, vel æs publicum induxit ferrum. Idem est in sacra re, vt in vasis, Ecclesiæ, aut religiosis ornamentis sepulchri. Vnde lex Iulia peculatus lata fuit contra illos, qui pecuniam vel publicam, vel sacram, vel religiosam furantur; puniuntur autem *Instit. de pub. iud. §. lex Iulia.* Crimini *Stellionatus* nomen dedit *stellia* animal veneficum lacertæ simile, distinctum coloribus, & humano generi valde inuidum; quippe cum intelligat exuuias multis morbis esse remedio, vbi primum illas deponit, statim deuorat. *Repetundarum. Peculatus. Stellionatus. Stellio.*

Vnde committit stellionatum (inquit Syluester v. eod. stellio) qui est inconstans animo, varius verbo, vel facto; sicut qui rem obligauit alicui, & deinde impignorauit alij *L. 3. ff. de crimin. stellion.* Quod igitur crimen in causis criminalibus vocatur dolus, in ci-

in ciuilibus dicitur stellionatus. Deinde sicut in pecuniarijs causis datur actio de dolo in subsidium, ita in criminibus quibuscumque, vbi titulus criminis deficit, crimen stellionatus obijcitur, vt si quis vendidit tibi aurichalcum pro auro.

Maiestas læsa. 145 *Læsæ Maiestatis* crimen vt intelligatur, aduertendum est maiestatem dici à maioritate, quasi maiorem potestatem; igitur crimen læsæ maiestatis committitur aduersus principem, aut rempublicam, qui Superiorem non recognoscit qualis Imperator v. g. aut Respublica Venetorum; immò (vt docet Molina tom. 3. disp. 658. num. 1.) quamuis recognoscat superiorem, sufficiet, si administratio tota suæ reipublicæ, suiue potentatus, sibi omninò incumberet. Datur hoc crimen quando quis subditus contra suum principem, vel suam rempublicam aliquid in illius dedecus, vel perniciem molitur, vt si profugiat ad hostes, eosue iuuet consilio, armis, vel pecunia; aut si delinquat contra Regis honorem, v. g. habendo rem cum ipsius vxore, vel filia non coniugata.

Læsæ maiestatis crimen. Est autem distinctio inter crimen læsæ maiestatis, & perduellionis; nam illud latiùs patet, & comprehendit omnes patrantes siue dedecus, siue perniciem reipublicæ, aut Principis: at *Perduellio* est crimen hostile

Perduellio. quod proinde sola hostilitate committitur. Vlpi. *L. vlt. ff. ad leg. Iuliam maiest.* Qui perduellionis (inquit) reus est, hostili animo aduersus remp. vel principem animatus est. Vt facile intelligatur quod sit *concussionis* crimen,

Concussio. *concussio* (inquit) Syluester v. eodem, propriè est motus violentus ex tractu, & pulsu, re loco non mota, causatus: v. g. arbor concutitur, cum manu apprehensa tremere cogitur. Ad mores translatiue, est motus metu factus in animo alterius; nam terror à Cicerone 4. Tusc. definitur metus concutiens.

Concussionis crimen. Igitur *Crimen concussionis* generaliter incurrit quicumque metu pecuniam, aut æquiualens extorquet indebitè ab aliquo. Specialiter verò quantum ad legales pœnas, *Concussio* est cum quis in officio constitutus extorquet aliquid à subditis per metum; aut cum non vult facere quod tenetur, nisi data pecunia; aut cum extorquet vltra constituta sibi stipendia; aut cum accusat, vel ab accusando desistit propter pecuniam. Colligitur ex *L. Iubemus C. ad L. Iuli. rep. & leg. 1. ff. eodem* Ob hoc crimen punitur quis pœna quadruplici 1. *q.* 7. *Sancimus*, & tam ad laicos, quam ad clericos extenditur 23. *q.* 1. *militare*.

146 *Incendiarij* crimen in ordine ad pœnas iuris, committit ille, qui authoritate priuata incendit ciuitatem, villam, mansionem, segetem, & similia aliena malo studio, putà odio aut vindicta 23. *q. vltim. pessimam*. Item siquis ad hoc dedit mandatum, auxilium, vel consilium scienter.

Incendiarius est (inquit Alexand. v. eodem) qui ob inimicitiam, vel prædæ gratia, ædes, arbores, siue segetes incendit. *L. Capitalium* §. *Incediarij ff. de pæn.* Incendiarius ergo non est qui incendit authoritate potentis indicere bellum, vel casu, etiam, ex negligentia; qui tunc solum tenetur ad interesse, non ad pænam, nisi culpa fuerit tam lata, vt dolo approximet. *L. penult. ff. de incend.* & concor. Crimen *expilatæ hæreditatis est*, cum res hæreditariæ subtrahuntur, ante quam hæres earum possessionem adipiscatur. *Incendiarius.* *Expilatæ hæreditatis crimen.*

Crimen *Fraudatæ annonæ* est cum porttores furantur victualia à republica ad exercitum missa Crimen *fraudati census* est cum quis furatur publicam pecuniam sibi accomodatam. *Insultus* dicitur in alium saltus *L. fin. C. de iudic.* & *Bart.* ad *l. respiciendum ff. de pæn.* & iuxta Petrum Philippum tom. 1. consil. 107. num. 7. nihil aliud est quam incedere contra alium animo offendendi: proindeque insultus, assaltus, & aggressus idem sunt iuxta Barth. in *L.* 1. § *si aries ff. si quadrup. pau. feci. di.* Multa alia crimina mitto expedienda suis proprijs locis. *Fraudati census crimen.* *Insultus.*

SECTIO III.

De culpa & concernentibus ad peccatum.

147 Culpa in iure multiplicem subit acceptionem. Nam accipitur pro mala fama *L.* 1. *C. de generali aboli.* Pro errore, & offensione *cap.* 2. *de præscript. in* 6. Pro desidia *Instit. de societ.* §. *penult.* Pro pæna apud Albericum verbo eodem, vbi allegat L. 2. in Lombarda de homicidio. Et pro dolo *L. dolum C. de dolo.* Culpa in genere est duplex, altera Theologica, altera iuridica, de vtraque benè agit Syluester v. culpa, & optimè Molina tom. 2. disp. 293. *Theologica culpa* est deuiatio voluntaria à recta ratione, & lege Dei: semperque Dei offensa pæna digna, quæ in lethalem, & venialem diuiditur. *Iuridica* est deuiatio a bono, in iure damnata, quæ sine Dei offensa stare potest, & vt sic definitur à Bart. *L. quod Nerua ff. depositi num.* 7. in hunc modum. *Culpa multiplex.* *Theologica culpa.* *Iuridica culpa.*

Est deuiatio ab eo, quod bonum est, quodque per hominis potuit diligentiam præuideri. Nam quod tam inopinatè, ac præter spem euenit, vt neque diligentissimi id præuiderent, ac vitarent, dicitur *Casus fortuitus*. Idem Bart. l. citat. quinque culpæ iuridicæ species agnoscit, leuissimam, leuem, latam, latiorem, latissimam. Tamen culpa presse accepta, prout distinguitur à dolo in eo quod non requirat animum nocendi, *Casus fortuitus.* *Dolus.*

dolus

dolus verò talem animum requirat, aptiùs diuiditur in latam, leuem, & leuissimam. *Culpa lata.* *Culpa lata* datur quando quis ex negligentia fecit, aut omisit quod vt plurimum homines ea in parte non facerent aut non omitterent; vt si quis librum quem commodatum habebat, reliquit in scamno extra domum, vbi patebat volentibus surripere. *Leuis culpa.* *Culpa leuis* datur quando quis fecit, aut omisit, quod diligentes ea in re non facerent, aut non omitterent: vt si commodatarius reliquit librum intra cubiculum, sed aperto ostio, vnde surripi poterat. *Culpa leuissima* datur quando quis fecit, aut omisit, quod soli diligētissimi non facerent; aut non omitterent; vt si quis reliquit eundem librum in cubiculo claue quidem obserato, attamen non tentauit digito, num obseratum maneret.

Culpæ appellatione quid. 148 Culpæ appellatione absolutè, & simpliciter venit culpa leuis, & non leuissima, vt tenet Decian. in tract. crimin. q. 88. n. 9 f. & Menochius de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. num. 136. Deinde non venit culpa lata, vt notauit Decian. citat. n. 22. Culpæ appellatione venit dolus, & lata culpa, quando subiecta materia id suadeat, teste Barbos. Appel. 64. n. 3. semper autem continetur dolus, quando lex, aut dispositio vult aliquem teneri de culpa, quia tunc multo magis tenetur de dolo, vt docet Bart. in *L. quod Nerua n. 9.* *Malefactor.* Appellatione verò malefactorum indefinite à statutis, veniunt omnes vniuersaliter, vt notat Sebastian. Medic. de regul. iuris reg. 2. num. 76.

Fallonia. Felonia. *Fallonia*, & vt alij dicunt, *Felonia*, est culpa iniuriæ, propter quam vassallus amittit feudum, v. g. si tribus vicibus legitimè citatus fidelitatem præstare nolit: vel si infeudauit alia lege, quam ipse habet, vel talem vassallum, qui feudo inseruire non potest. Vide Host. in summa de feud.

Peccatum nec mortale, nec veniale. 149 Vt persequamur concernentia ad peccatum existimat Almainus 3. Moral. c. 15. potuisse dari peccatū rigorosum quod nec mortale, nec veniale foret; si Deus, vt poterat, nullam pœnam peccatis statuisset, quasi à solo præsenti decreto peccata grauia denominationem mortalium, & leuia denominationem venialiū acciperent. Fallitur tamen quia peccata mortalia, & venialia denominantur ex sola dignitate, & merito pænę, quæ semper manerent, etiā quocumque decreto ablato. *Quasi delicta.* *Quasi delicta* iuxta Molin. tom. 3. disp. 710. n. 1. Censentur, quando quis absque sua culpa, atque adeo absque vero suo delicto ad resartionem alicuius damni circa res externas dati, iuris dispositione tenetur. Scot. in 2. d. 43. q. 2. probabile censuit appe- *Peccatum ex malitia.* ti posse malum sub ratione mali, & tunc esse *peccatum ex malitia.* Alij, quibus fauet Peltanus de peccato orig. tract. 17. in fine, dicunt *peccatum ex malitia* solum committi, quādo expressè, & formaliter amatur ipsa malitia, quanuis non propter se. Neutris subscribo, sed assero ex doctrina S. Thom. 1. 2. q. 78. a. 1. peccatum ex malitia esse illud quod procedit ex mala inclinatione voluntariè absque ignorantia, & passione. Nam receptissima est peccati diuisio in peccatum ex ignorantia, passione, & malitia. *Fædus pro scelere.* *Fædus*, quod fæditas peccati apud Paulum *Leg. 3. ff. de ritu nupt.* Vbi sic: Nec enim honos ei seruatur, qui se in tantum fædus deduxit: Alij habent *Scelus*. *Imperfectio moralis.* Imperfectio moralis prout contra distinguitur à peccato mortali, & veniali, est carentia maioris perfectionis, quam quis attētis omnibus circunstantijs, auxilijs, & requisitis habere potest de lege ordinaria, & non habet eligendo obiectum minus perfectum, vel circa perfectius operando remisse. Ita Lugo de Inc. disp. 26. Sec. 10. vbi ait non potuisse Christum elicere actum minus perfectum, omisso perfectiori, ne moralem imperfectionem contraheret.

Macula peccati. 150 *Macula* peccati, seu relicta à peccato lethali actuali (vt ex Theologis tradit Azor p. 4. lib. 4. cap. 24. q. 1.) est priuatio gratiæ, & charitatis qua peccatum hominem a Deo disiungit, & auertit: cum enim gratia sit quidam nitor, splendor, & decor animæ, illius priuatio rectè macula vocatur. Satis verò est quod peccatum ex se sit priuatiuum, & expulsiuum gratiæ, vt maculet: vnde in statu puræ naturæ maculam induceret, quanuis actu gratiam non expelleret: & sic de secundo, & sequentibus peccatis lethalibus, in præsenti statu, scilicet ablata iam gratia per primum. *Fomes peccati.* *Fomes peccati* quid sit. vt intelligatur, notandum est fomitem dici à fouendo ignem, & esse materiam valde siccam aptam concipiendo igni: per translationem vero, teste Gellio lib. 15. c. 2. dici quidquid excitat nos, & accendit ad aliquid faciendum. Igitur fomes peccati definitur à Vasquio tom. 1. in 3. p. d. 16. cap. 8. num. 8. Motus inordinatus appetitus inclinās, & alliciens voluntatem ad aliquid contra rationem. Granadus de Incar. tract. 10. disp. 4. n. 5. rectè notauit fomitē posse considerari in actu primo & in actu secūdo. Fomes in actu secūdo est actus, quo appetitus fertur ad obiectū sensibile rationi contrarium, ita vt ipsam rationem præueniat, & ad peccatum excitet voluntatem. Fomes verò in actu primo est ipse appetitus proximè aptus ad eliciendum prædictum actum. Neuter in Christo dari potuit, vt docent communiter Theologi.

Vasa iræ. 151 *Vasa iræ* sunt omnes peccatores, vt habetur 33. q. 4. *Nabuchodonosor*. *Præuaricatores.* In iure *Præuaricatores* sunt qui vera crimina fraudulenter occultant, vt testatur Alexan. Scot. v. eodem: sunt etiam, qui contra leges faciunt. *Auth. de non alien. §. Vlt.* *Varicator.* *Præuaricator* est iuxta lib. 1. ff. de præuar. & Glos. qui accusat aliquem, & fictas probationes inducit, & veras omittit: dictus quasi *varicator* à varia certatione, quia aduersam partem adiuuat, prodita sua causa, siue criminali, siue ciuili, dum huic instat corpore ex vna

E 2 parte,

parte, & illi mente, & corde ex altera parte. Dicuntur etiam mali homines in iure *Palea* 24. q. 7. c. 1. per Archid. & de pænit. d. 3. *Prouocatus* quandoq; sumitur in malam partem pro turbato *cap. dilecto, de sent. excom. in 6.* Nefandum, id est non nominandum 13. q. 2. *viro nefando* per Archid. & *nefandissimum scelus* l. 2. C. si nuptiæ ex rescripto petantur. Sumuntur *merita* pro delictis, quibus quis pœnas meretur, & idem valent atq; demerita *L. maiorem C. de fals.* Innoxius quod inculpabilis, habetur per Archid. C. *Romana, de sent. excom. in 6.*

Palea. *Prouocatus* *Nefandum.* *Merita pro delictis.*

152 Quod attinet ad modos loquendi, *Illicitè fieri* dicitur quod à iure prohibitum est, vt habetur in *L. fidei com. § illicitè ff. de legat. 3.* vbi Glos. & Bertazol. de clausul. instrumentum clauf. 27. Glos. 19. 5. notans id solum nobis licere quod conceditur. *Perperam fieri* dicitur quod malitiosè, iniustè, & iniquè fit. *L. eum querebatur ff. de re iud.* aliquando dicitur perperam, quod calumniosè, & sine causa fit *L. executione C. quor. appel. non recip.* Vox *indefense* seu vt alij legunt *indefessè* quæ habetur *L. 2. §. vt igitur C. de constituta pecunia*, iuxta Glos. idem est atq; sine defectu, vel cum tanto studio, vt non sentiatur animi defatigatio. *Admittere* idem valet atq; delinquere *L. Spurij ff. de decurion.* Quamuis significet recipere. L. Pap. §. si quis impuberi ff. de inof. test. *Committere* etiam significat delinquere, & exhibere ad concertationem *L. qua actione ff. ad l. Aquil.* sumitur interdum pro concedere, seu tradere *L. 1. ff. de offic. præf. vrb.* Pro irritare ad pugnam. *L. §. Cum arietes. ff. si quadrupes paup. fec. di.* Et pro Confiscare *L. debitor ff. de neg. gest.* Deprehendere aliquem est idem, atq; capere in ipso delicto actuali *L. quod ait ff. ad leg. Iuliam de adult.*

Illicitè fieri *Perperam fieri.* *Indefense. Indefessè.* *Admittere.* *Committere* *Deprehendere.*

153 *Purgare crimen*, & *purgatio criminis* quid sit, vt innotescat, aduerte verbum *purgare* sumi in iure pro examinare *C. si diligenti, de foro competent.* Item pro taliter reficere L. §. *Purgare ff. de via publica resi.* & cum refectione fluminis coniungitur *L. 1. §. purgandi ff. de riuis*. Cum verò ad mores transfertur, Purgare est innocentiam suam ostendere *L. is qui reus ff. de publ. iudic.* Inde *Purgatio* est de obiecto crimine innocentiæ ostensio.

Purgare crimen. *Purgatio quid, & quotuplex.*

Duplex est purgatio, altera vulgaris à vulgo instinctu Diaboli inuenta, & fit per ferrum candens, per duellum, per aquam frigidam, siue bullientem: hæc *reprobatur* 2. q. 5. *Mennam*. Tum quia per eam Deus tentatur, quia per eam sæpe innocens punitur. Item illa, qua datur corpus Christi ad probationem, etiam prohibetur 2. *quæst.* 4. *sæpe*. Altera est Canonica, quæ fit per iuramentum, quo infammatus iurat se immunem esse a crimine, de quo infamatur, & compurgatores iurant se credere illum verum iurasse. *Cap. Quoties, & cap. vltim.* eo tit. Numerus compurgatorum arbitrarius hodie est inspecta quantitate criminis, & qualitate personæ *Cap. cum iuuentute.* eo tit. olim erat præscriptus 2. q. 4. *omnibus vobis*. Hi modi loquendi *Studiosè facere*, vel *ex studio facere* in delictis important dolosè, fraudulenter efficere, seu dolo malo facere, vt docet Sanch. lib. 7. Met. disp. 20. num. 6. Habentur autem in *Authen. ad hoc. C. de Latina libert.* & *Authen. de nuptijs collat.* 4. §. *Si verò decretum*, *vers. hoc autem decernimus.*

Canonica purgatio. *Studiosè facere.* *Ex studio facere.*

SECTIO IV.

De pænis in genere acceptis.

154 Pæna, quam alij à pendendo, alij à puniendo deriuant, est id quod pro culpa infertur: seu id quo quis ob delictum afficitur. Est enim quæ punit, & vindicat quod quisque commisit *de pænit. dist. 3. Pænitentia*. Per Azor. in summa de pænit. & *L. si pæna ff. de pæn.* definitur sic: Est delictorum debita coercitio, vel satisfactio, quæ à lege, vel à ministris legis, aut legis ministerio imponitur. Habet varias acceptiones in iure: nam accipitur aliquando pro culpa *L. fi. ff. de fideiuf.* aliquando pro vsura *L. qui sine ff. de neg. gest.* Interdum pro interesse *L. fi. ff. de eo quod certo loco.* Interdum pro damno *L. filius C. de repud. 60. pos.* Item pro fraude *L. cum autem §. Excipitur ff. de ædil. edict.* Est differentia inter pænam, supplicium, mulctam, vindictam, animaduersionem, castigationem, punitionem, correctionem. Nam *Supplicium* (vt notat Syluester v. pœna n. 1.) aliquando sine culpa infertur, vt cum torquetur brutum, vel homo iustus: pæna autem nunquam infertur sine culpa, quanuis aliquando inferatur sine culpa puniti, licèt non sine causa, vt tradit, & exponit Salas de leg. disp. 10. sec. 5. nu. 26. quia scilicet propter culpam alterius: vnde sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus *de re iud. in 6.* Nomine pœnæ, si loquamur iuridicè, solum venit corporalis, idest afflictiua corporis, vt docet Panorum in *c. Inter alia de immunit. Eccles.* quamuis largè accepta sumatur etiam pro omni quod minuit de patrimonio, vel priuat aliquo legitimo.

Pæna quid sit. *Supplicium* *Pæna appel.*

155 *Mulcta* est animaduersio pecuniaria iudicis arbitrio inflicta: vt sumitur ex *L. mulcta C. de seruis fugit.* Vnde pæna latius patet, cum comprehendat pecuniariam, corporalem, & capitalem: mulcta verò solum sumatur pro pecuniaria, & per sententiam iudicis irrogata. Quare à mulcta benè appellatur, non autem à pæna *L. si qua pæna ff. de verb. signi.* Est etiam discrimen, quòd pæna indicatur a quolibet iudice mulcta nō nisi a maioribus magistratibus. *Mulctare* est punire in pecunia, & accipitur quandoque

Mulcta. *Mulctare.*

doque pro abbreuiare *L. 1. C. de modo mule.* *Vindicta. Vindicatio.* Sumitur dupliciter *Vindicta*, seu *vindicatio* 1. vt est actus irati exequentis modum animi sui, & hæc prohibetur 23. q. 4. *Ita plane*, & 14 q. 1. *quod debetur*. 2. vt est actus virtutis, per quam vis, aut iniuria, aut quidquid ignominiosum est, defendendo, aut vlciscendo propulsatur: huic virtuti, teste S. Thom. 2. 2. q. 108. opponitur per excessum crudelitas, per defectum nimia remissio in puniendo. *Vltio. Vlciscor. Exequi.* Videtur *vltio* esse vindicatio: nam *vlciscor* est vindicare, seu iniuriam non impunitam relinquere. *Exequi* sumitur aliquando pro vlcisci §. *fin. Instit. de ys, qui sunt sui, vel alieni iuris*. *Vindicare.* In iure *vindicare*, & vindicta intelliguntur de vltione sumenda non propria authoritate, vt notauit Cald. Pereira quæst. forensis cons. 35. num. 33. Sic iuxta Seraphinum de priuileg. iuram: priuil. 74. num. 51. Verbum *vlcisci* intelligitur mediante iure.

Animaduersio. Animaduerto. 156 *Animaduersio* est pœna taliter illata, scilicet ab eo qui habet potestatem puniendi Vlpian. *L. Meminisse ff. de fur.* Est etiam considératio: nam deriuatur ab *Animaduerto*, quod vtrumque significat, nempe considerare, & punire, hoc discrimine in constructione; nam dicimus Animaduerto te, pro considero te: Animaduerto in te, pro punio te. *L. item apud Labionem. §. Ait prætor ff. de iniur.* Dicitur etiam animaduersio cuiuslibet operis determinatio, secundùm quam quis pro mercede sua suscipit certum opus, & determinatum suis impensis faciendum, v. g. domum construendam, *Castigatio.* vel terram colendam. *Castigatio*, stando in Latino rigore est punitio verbis peracta, *Castigare.* seu reprehensio. Dicitur a verbo *castigare*, quod est reprehendere, quasi verbis castum, id est honestum agere. Apud Iuristas latiùs patet, & sumitur absolutè pro punitione *cap. si clericus de sent. excom. in 6.* per Archid. *Competens castigatio.* *castigatio competens* dicitur in pecunia, non in corpore, vt notatur *Auth. de nupt. §. Sic itaque* *Leuis castigatio.* leuis castigatio id est modica conceditur docenti *L. sed & si quacunque §. fin. ff. ad leg. Aquil.* Item Magistratibus municipalibus. *L. magistratus ff. de iurisdi. om. iud.* deinde viro erga vxorem *Auth. vt liceat matri, & auia §. si quis autem.*

Punitio. 157 *Punitio* nunquam est sine causa, quanuis aliquando sit sine culpa, vt tradit Syluester v. eodem ex reg. iur. sine culpa in 6. *Pœnio. Punire.* diriuatur à *punio*, quod & pœnio dicitur quasi pœna afficio. Sumitur *Punire* aliquando pro accusare *L. neganda C. qui accusari non poss.* *Plectere.* Inter plectere, & punire si hoc accipiatur pro supplicio afficere, non est *Commēdare pro punire.* discrimen *L. Maritus ff. de adulter.* sumitur etiam commendare pro punire *cap. cognoscentes, de constit.* *Transigere pro punire.* Est etiam *transigere* acceptum pro punire *L. 1. ff. de termino moto*. Denique *correctio* deriuatur à verbo *corrigo* quod *Correctio.* idem valet atque emendo *L. eden. C. de loca.* Et videtur significare lenem punitionem, quæ solum ordinatur ad bonum delinquentis. *Correctio* iuxta S. Thom. in 4. dist. 19. q. 2. est duplex, altera *ostensiua*, & directiua tantum, quæ est admonitio fratris de emendatione delictorum ex fraterna charitate, & spectat ad omnes tam subditos, quàm prælatos; altera *coactiua*, quæ pro- *Coactiua.* priè vocatur *correptio*, illa enim rapi dicun- *Correptio* tur, quæ auferuntur subdito: hæc vim coactiuam exigit, cum sit punitio delictorum ad conseruationem iustitiæ; proindeque solis prælatis competit. Inter *correctionem*, & *emendationem* parum discriminis est: Nam *Emendatio.* *emendo* dicitur à delendo, seu tollendo *men-* *Emendo.* *dam* per punitionem. *Emenda.* Districtio Ecclesiastica pro punitione accipitur *cap. pro illorum de præben.* *Districtio Ecclesiast.* Dicitur *coercitio* à verbo *coerceo*, quod est compesco, cohibeo, refræno. Extenditur ad pœnam tum pecuniariam, tum corporalem *l. 6. ff. de pæn.*

158 Quod attinet ad pœnas in genere acceptas, *pœna* diuiditur a Molina tom. 2. *Pœna multiplex.* disp. 317. in legalem, iudicialem, & conuentionalem. *Legalis pœna.* *Legalis* est quæ lege, aut statuto imponitur, vt si lege cautum sit, ne quis noctu incedat armatus, sub pœna ducentorum aureorum *Iudicialis* dicitur, quàm *Iudicialis.* iudex imponit, si intra certum tempus aliquid non fiat, aut non soluatur. *Conuentionalis* est, quæ pacto conuentioneue de partium consensu ponitur, si quis contractui non stet, aut intra certum tempus non soluat. Diuiditur alio modo pœna a Syluestro v. eodem num. 2. in priuatiuam, & positiuam, *Priuatiua* quæ alio nomine dicitur *Pœna damni*, *Pœna damni.* est priuatio repugnans appetitui, qua pro culpa aufertur aliqua perfectio: v.g. pœna damni in damnatis (vt tenet Suar. de pœnit. disp. 13. sect. 2. n. 17.) Est carentia diuinæ Visionis, desertio Dei, & negatio omnium auxiliorum ad benè operandum: ex qua carentia resultat aliquid positiuum, nempe vehemens apprehensio illius status, tristitia, desperatio, & obstinatio. *Positiua*, quæ pœna *Positiua pœna.* sensus dicitur, est afflictiua appetitus siue superioris, siue inferioris, & infligitur per actio-nem naturæ contrariam, & violentam, mediante igne, mutilatione, verberatione, aut quouis alio dissoluente sensuum harmoniam.

159 *Pœna sensus* accipitur a iuristis secun- *Pœna sensus.* dùm se & ex parte causæ. Secundùm se est triplex, 1. *spiritualis*, qualis censetur in- *Spiritualis pœna.* ceptatio, Ecclesiastica censura, infamia, depositio, degradatio 2. *corporalis*, qualis abstinentia, percussio, & publicatio bonorum 3. est pœna pecuniaria. Ex parte causæ est quadruplex 1. est à iure, de qua in *cap. Statuimus 16. q. 1. 2.* est à consuetudine, de qua *c. Dilect. de offi. Ord. 3.* est ab homine 4. est mixta

possibiliter, quæ dicitur contumaciæ punitiua. Denique *Honoraria pæna* est illa, quam prætor introduxit, atque constituit. *Instit. de iniur. §. Pæna autem.*

SECTIO V.

De pœnis in speciè acceptis.

160 Explicata ratione, & multiplicitate pœnarum veluti in genere, vt contractiores species perscrutemur, apud Iuristas celeberrima est, quę diminutio capitis appellatur, & est status commutatio in aliquibus, vel aliquo è tribus bonis hominum, scilicet libertate, ciuitate, & familia, proindeque, iuxta Molin. tom. 1. disp. 9. & Azor. part. 3. lib. 1. cap. 26. §. quid quando, est triplex, scilicet maxima, media, minima, de quibus extat integer titulus 5. lib. 4. digestorum, & titulus 16. Instit. *Maxima* est, cum quis ciuitatem simul, & libertatem amittit: cuiusmodi sunt ij, qui ob certa crimina efficiuntur serui pænæ, vel in seruitutem pristinam reuocantur; hanc subit damnatus capite *L. qui vltimo supplicio ff. de pænis*, damnatus ad metallum, vel seruiendum bestijs *Instit. quibus modis ius patria liber. solu. §. Pæna seruus*. Item libertus redactus in seruitutem ob ingratitudinem commissam in patronum: & qui maior viginti quinque annis patitur se vendi, vt potiatur pretio. *Instit. de capitis dimin. § maxima*. Media est, cum quis retenta libertate ciuitatem amittit, vt si in Insulam deportetur, vel ei aqua, & igne interdicatur. *Minima* est, cum ciuitas, & libertas retinentur quidem, sed ita mutatur status, vt qui sui iuris erat, factus sit iuris alieni, scilicet per adoptionem, vel arrogationem. Priores duæ computantur inter genera mortis ciuilis *L. si societatem ff. pro socio*. Tertia non item, quia omnia iura transeunt ad patrem, cuius potestati se subijcit arrogatus.

Diminutio capitis. *Maxima diminutio.* *Serui pæna.* *Media diminutio.*

161 *Capitales pænæ* sunt tres 1. est mors corporalis *L. capitalium ff. de pænis*. Et quidem vltimum supplicium accipitur pro morte *L. vltimum ff. de pænis*. 2. est damnatio ad metallum *L. quidam ff. de pæn.* 3. est deportatio, de qua in serius. Pænæ capitalis appellatione in pœnalibus venit mitior, quatenus stare possit sensus, vt post Bald. in conf. 382. num. 26. lib. 5. tenet Anton. Trigo sing. 16. num. 5. Pæna grauissima, mortis. Glos. ad L. 1. C. nemini licere. *Pæna sanguinis* ad quam non potest procedere iudex Ecclesiasticus *cap. sententiam sanguinis, ne clerici*, vel monachi est illa, qua sanguis effunditur, qualis mors naturalis, vel mutilatio. Nomine *criminis capitalis*, pro quo imponenda venit pæna sanguinis, vt circa illud transigere, ac pacisci liceat (teste Molina tom. 4. disp. 46. num. 2. & 3.) intelligitur crimen pro quo imponitur mors naturalis, vel mutilatio; non verò flagellatio, aut carcer perpetuus; nam hæ duæ pœnæ non sunt sanguinis, vtpote ad quas iudex Ecclesiasticus damnare potest. *Capitales pænæ* dicuntur a capite quod pro vita, & pro statu sumitur. *Capitales triumuiri* carceris custodiam habebant, vt cum animaduerti in aliquem opus esset, eorum interuentu fieret L. 2. §. Constituti ff. de origine iuris.

Capitales pænæ. *Vltimum suplicium.* *Damnatio ad metallū.* *Grauissima pæna.* *Pæna sanguinis.* *Crimen capitale.*

162 Inter pænas capitales præcipua censetur *mors*, quæ secundùm Philosophos est vitæ priuatio: secundùm Iuristas est à rebus humanis exemptio *cap. si delegatus, de offic. de leg. in 6.* Est quintuplex ita, vt dicatur quis mortuus quinque modis 1. Carnaliter, naturaliter, seu corporaliter, vt quando anima rationalis separatur à corpore, & sic latiùs patet mortuus quam occisus *L. proinde ff. ad L. Aquil.* Nam mors *ad occisionem*, seu mortem violentam habet se tanquam genus ad speciem. 2. Spiritualiter, & tunc vel benè, vel malè: benè per baptismum, & pænitentiam *De consecr. dist. 4.* malè per peccatum lethale 3. q. 4. *hi qui*, per diuisionem ab vnitate Ecclesiæ, *de consec. dist. 2.* & per æternam damnationem, *de cons. dist. 4. 3.* Affectualiter, seu per affectum, sicut Apostolus mortuus erat mundo 27. q. 1. *quæ Christo. 4. Specularitèr, vt Monachus 16. quæst. 1. placuit. 5. Ciuiliter*, quando quis priuatur ciuili libertate, vel ciuium fruitione, & iuxta Sanches lib. 6. Mat. disp. 17. num. 1. est triplex ciuilis mors, quædam, qua quis exulat, ita vt ciuitatem perdat. Alia, qua efficitur seruus hominis, aut pænæ. Tertia, qua religionem profitetur. Carcer perpetuus morti æquiparatur *L. ante p. ff. de reg. iur.*

Mors quid & quotuplex. *Occisio.* *Mors spiritualis.* *Mors ciuilis.*

163 Inter mortes ciuiles præcipua, & celeberrima est *deportatio*, quæ erat durissimum exilium propter atrox aliquod flagitium, cum quis ita ciuitate sua priuabatur in perpetuum, vt vinctus neruo, aut compedibus imponeretur in nauim, seruisque publicis traderetur in aliquam destinatam insulam transmittendus. Hic dicebatur ciuiliter mortuus, quia licèt retineret quæ iuris gentium, & naturæ sunt, tamen amittebat ciuitatem, familiam, connubium, patriam potestatem, testamenti factionem, & omnia, quæ iure ciuili sunt introducta, vt notauit Azor. p. 2. lib. 2. cap. 20. vbi assignat discrimen inter deportationem, & relegationem, de quo etiam Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 4. causa 330. Nam *relegatio* est pæna, qua quis ob aliquod crimen ablegatur in Insulam, vel absque tempore, vel vt intra certum tempus ibi commoretur: vnde mitior est deportatione, vtpote exilio perpetuo: deinde relegatio nec iura ciuitatis, nec patriæ potestatis nexum aufert. Quod *Deportare* sit aliquem perpetuo exilio damna-

Deportatio. *Relegatio.* *Deportare.*

damnare : *relegare* verò etiam ad tempus, habetur *L.* relegatorum §. hæc est differentia ff. de interd. *Exilium.* Ex dictis intelligitur *exilium* latiùs effundi deportatione, & relegatione, cum etiam voluntarium esse possit L. *aut facta* §. *euentus*, vbi Bud. de pæn. Apud Vlpia. de legat. 3. l. 3. *Apolides.* *Apolides* sunt extorres, seu exules, quasi sine ciuitate : vnde non habent ius faciendi testamentum. vide n. 1760.

Ignis, & aqua interdictum.
164 Deportatio successit in locum interdicti aquæ, & ignis *L.* 2. §. 1. *ff. de pæn.* de quo Molin. tom 3. disp. 682. num. 12. Nam quando olim non licebat sumere extremum supplicium de Romano ciue, cum is etiam non prius amitteret ciuitatem, quam in aliam receptus esset ob crimen capitale, priuabatur aqua, & igne, duobus elementis, quæ humanam vitam maximè continent, vt vrbe Roma egrederetur, atque ita in aliam ciuitatem se reciperet. Introducta demum est deportatio, qua ius ciuitatis absque huiusmodi circuitu deperditur. *Bannum.* *Bannum* vulgari Gallorum lingua videtur esse edictum publicum; vt tenet Reyn. cap. quod clericis de foro compet., verum a recentioribus vsurpatur pro specie exilij, quæ ab antiquis dicebatur *Proscriptio* : *Proscriptio* Hispani huiusmodi exules appellant Encartados, Itali Bandito; Est autem *Bannire. Bannitus.* Bannire idem quod proscribere, & Bannitus, proscriptus. *Bannire ad placitum.* Bannire ad placitum, quod habetur 15. q. 4. *Placita*, est idem atque vocare ad placitum. Proscriptio est iudicialis pronunciatio contra absentem, vt in posterum procul agat, idest maneat ab imperio : & Græcè vocatur *Pragmatica quæstio*. *Pragmatica quæstio.* Igitur proscriptus dicitur ille, in quem talis pronunciatio fertur, & cuius bona palam, & apertè scribuntur. Publice proscriptos (vt tenet Azor. p. 2. lib. 2. cap. 20.) quamuis priuata Principum, populorum statuta communiter referant inter deportatos, proindeque ciuiliter mortuos, tamen frequentior iuris ciuilis interpretum sententia, eos cum relegatis, & non cum deportatis connumerat.

165 Vt rectiùs percipiatur vtraque mors naturalis, & ciuilis, de quibus hactenus, *Mortis appellatione.* mortis appellatione venit solum naturalis, & non ciuilis in materia fidei commissaria : proindeque substitutus in casu mortis non admittitur per mortem ciuilem instituti vt tenet Surdus toto cons. 90. Item quando sumus in dispositione conditionali : conditio enim purificari debet in casu vero, & non ficto *L. qui hæredi* §. *Mænius ff. de condit. & demonstr.* Mors autem ciuilis est ficta & non vera *L.* 1. §. *fin. ff. de bonor. pos.* & alijs allegatis per Thusc. lit. M. concl. 393. num. 20. Item mortis appellatione, putà quando vigore consuetudinis vocatur quis ad bona mortui, & in dubio solum venit mors naturalis. Vnde vsusfructus ad vitam relictus, non perditur per professionem : & prouisio beneficij per mortem Titij, non verificatur in morte ciuili. *Mors enim ciuilis* non æquiparatur naturali, *Mors ciuilis.* nec appellatione mortis venit mors ciuilis, nisi in casibus à iure expressis, vt cum multis tradit Barbos. Appel. 157. venit igitur mortis appellatione mors ciuilis in statuto de Lucro dotis per mortem coniugis, vt docet Surdus cons. 90. num. 10. Item quando in ciuili viget eadem ratio, quæ in naturali, iuxta Menoch. cons. 388. num. 22. & quando ciuilis quoad id de quo agitur operatur eundem effectum, quem naturalis. v. g. in Societate, quæ morte ciuili finitur, sicut naturali. Ita Sanch. 6. Mat. d. 17. n. 9.

166 Explicemus alias pænarum species. *Confiscatio* est applicatio ad fiscum, seu in fiscum inductio : *Confiscatio.* nam *confiscari* est fisco applicari, vel in fiscum induci. *Confiscare.* *Confiscatus tutor* dicitur L. 9. §. penult. ff. de tut. & rat. dist. *Confiscatus tutor.* cuius bona fisco commissa sunt. *fiscus* autem *Fiscus.* non solum est textum illud ex sparto, per quod oliuæ tritæ exprimunt oleum cum amurca, sed præcipue est saccus regius in quem bannitorum, & proscriptorum bona conferuntur *L. sed addes* §. *fisco ff. locati*. Sumitur pro thesauro regio, & imperiali, seu pro regalium, aut imperialium bonorum collectione. Notatur in *L. mancipia C. de ser. fug.* differentia inter fiscum, & rempub. quòd fiscus solum continebat pecuniarium commodum, *Respublica & fiscus.* at respublica pecunias, honores, præmia, & alia comprehendat. *Subsignata facultates* *Subsignatæ facultates.* iuxta Glos. ad L. 5. de iur. immunit. sunt facultates obligatæ, seu addictæ fisco. *Publicatio bonorum* idem valet, atque confiscatio. Nam *publicare* apud Tullium 2. Artis veter. est rem aliquam publicam, seu in *Publicare.* reipub. potestate facere, & præconi publico subijcere. *publicaria* dicuntur ea, quæ *Publicaria.* ob aliquod delictum enorme in publicum ærarium deuoluuntur. Item *Supplicarij* sunt, *Supplicarij.* qui ob enorme crimen in publicum deuoluuntur ærarium, quæ deuolutio vocatur bonorum publicatio.

167 *Infamiæ* pæna, est idem atque infamia iuris, seu legalis, de qua fit mentio. *Infamia.* *Cap. Infames 3. q. 7. & L.* 1. 2. *& 3. ff. de his qui notantur infam.* & iuxta Suar. de cen. disp. 48. Sect. 1. num. 3. est illa, quæ ex vi alicuius legis humanæ habet aliquos morales effectus, ratione quorum specialis quædam moralis macula reputatur. Duplex est, nempe *canonica*, *& ciuilis* pro ratione duplicis iuris canonici, & ciuilis infamiam alicui facinoroso inurentis. *Canonica infamia.* Quos habeat effectus, & quos sceleratos comprehendat, vide *Ciuilis infamia.* apud Molin. tom. 5. a disp. 7. & Azorium p. 2. lib. 6. cap. 7. *Talio* seu *Talionis pæna*, aut lex *Talionis pæna.* inter leges 12. tabularum 300. annis post Romam conditam scriptas, vt tradit Gellius lib. 20. cap. 1. genus fuit pænæ, quo dam-

num

num illatum simili damno pensabatur §. *pœna instit. de iniur.* Nam teste Molina tom. 1. disp. 13. Pythagorici asserebant iustum positum esse in *contrapassione*, seu in passione, ita scilicet, vt vnusquisque id pateretur, quod intulit: vt si oculum eruit, aut dentem extraxit, oculus ab eo erueretur, aut dens extraheretur. Hanc pœnam regnante Philippo 2. (inquit Salas de leg tract. 14. disp. 7. Sec. 1. num. 8.) vidimus inflictam, cum quidam imponens nefandum crimen Hispano magnati, combustus est: quæ erat pœna crimini illi legibus Hispanicis præscripta.

Contrapassio.

168 *Percussio* corporalis, quæ manu, flagello, vel quouis instrumento fieri solet, quanuis authore Syluestro v. eodem; sit illicita non habenti authoritatem, & quidem lethalis, nisi excuset paruitas materiæ dist. 45. c. 1. tamen licita est, si fiat in subditos moderatè, & bono animo: nam teste S. Thoma 2. 2. q. 65. licitè pater verberat filium, & Dominus seruum ex correctione. Episcopo tamen non licet aliquem suis manibus verberare 26. *dist. non liceat*. Alii prælati possunt verberare clericos in minoribus constitutos, etiam pro leuibus culpis dist. 45. §. *Salomon*. Inter pulsare, & verberare est discrimen, quia pulsamus sine dolore, sed verberamus cum dolore §. 1. *L. lex Cornelia ff. de iniur.* Sumitur etiam *pulsare* pro vocare §. *si clericus in vsib. feud. de pace tenenda* Analesis, idest percussio, seu reuerberatio *L. si arborem ff. de ser. vrban. prædi.* Deinde *Sulcare* est terram arare, vel carnem lacerare virgulis ferreis 24. q. 5. cap. & l. si excepta C. de malefic. Instrumenta verberandi, & pulsandi sunt *Cathomus*, habena, flagellum, fustis, Scutica *Cathomus* apud Alex Scot. verb. eodem est flagellum ex virgis factum in modum scopæ. quo vtuntur religiosi in capitulis. *Habena* est lorum illud, quo equi reguntur, & cohibentur. Habena cædi impuberes seruos pro quæstione dixit Vlpian *L. 1. § Impuberi ff. ad S. C. syllan.*

Percussio. *Verberatio & pulsatio.* *Pulsare, & verberare.* *Analesis.* *Sulcare.* *Cathomus.* *Habena.*

In rigore *Flagellum* diminutiuum a *Flagrum* est summa pars arboris, seu caput minorum sarmentorum: in iure accipitur pro loro, siue alio quouis verbere, quibus serui nudati cædebantur: quod pœnæ genus grauius erat, quam fustibus cædi *L. in Seruorum ff. de pæn.* Nam ex quibus causis liber fustibus cæditur, ex his seruus flagellis cædi, & domino reddi iubetur. *Fustigatio* igitur est actus cædendi fustibus: & an sit meri Imperij? Specul. tit. de iurisd. om. iud. vers. quid de relegatione. Videtur flagellum infligere maiorem pœnam quàm *Scutica*; hæc enim est flagellum leuius, quod vulgo dicimus *Zorrague*, & innuitur ab Horat. 1. Saty. 3. *Ne Scutica dignum horribili sectere flagello.*

Flagellum. Flagrum. *Fustis.* *Fustigatio.* *Scutica.*

169 *Acrimonia* (vt ait Alex. Scot. v. eodem) est propriè acerbitas; sed secundùm legistas est pœna, quæ infligitur sacrilegis, sicut incarceratio, vel exilium, vel relegatio. *L. placet C. de sacros. Eccles.* quæ est canonizata *Cap. placet 16. q. 1.* Codex robustus fuit genus supplicij apud Plaut. in Penulo, & interprete Festo, erat locus, quo præcipitabatur malefactorum genus. A carentia hominum, vel ribariorum dicitur *Carena*, quæ iuxta Ber. in *Cap. Accusasti, de accus.* est pœna, cum quis per quadraginta dies ieiunat in pane, & aqua inclusus in aliquo secreto loco iuxta Ecclesiam, vbi consortio hominum careat. *Culleus* est vter ex corio bouis capiens viginti amphoras, de quo meminit Vlpian. *L. Quæsitum ff. de fun. instr.* Sumitur verò pro pœna, qua afficiuntur parricidium committentes: nam in *L. si quis C. de his qui parentes, vel liberos occid.* Sic ait Constantinus loquens de parricida: *Neque gladio, neque ignibus, neque vlli alij solenni pænæ subiungatur: sed insutus culleo cum cane, & gallo gallinaceo, & vipera, & simia, & inter eas ferales angustias comprehensus serpentium contubernijs misceatur, & vt regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem proijciatur, omni elementorum vsu viuus carere incipiat, & ei cælum superstiti, terra mortuo auferatur.*

Acrimonia. *Codex robustus.* *Carena.* *Culleus.*

170 *Eculeus*, seu *Equuleus* est genus tormenti ad modum crucis dispositum, *L. & si excepta C. de malef. & math.* de quo etiam per Archid. 23. q. 1. c. 1. Inter has pœnas, degradationem, depositionem, & suspensionem, vt colligitur ex Syluestro v. Degradatio num 1. Salas de leg. trat. 14. disp. 10. Sec. 9. num. 66 & Azor. p 2. lib 6. c. 7. q 12. est discrimen: Nam *Degradatio* propriè dicit priuationem executionis legitimæ officiorum, & beneficiorum Ecclesiasticorum simpliciter, ex toto, absque spe restitutionis cum certa solemnitate, & priuatione priuilegij clericalis; vnde distinguitur à *Depositione* quæ priuationem etiam eorundem importat absque spe restitutionis, sed retento priuilegio clericalis fori, & canonis. Deinde a *suspensione* quæ est priuatio eorundem simpliciter, vel ad tempus cum spe dispensationis. Duplex est degradatio, altera verbalis, altera actualis, siue solemnis, quas latè exponit Syluester citatus. *Regradari* sumitur pro degradari *L. 1. C. de priuil. scholast. lib. 22.* Ecclesiastica illa pœna, quæ vocatur *Diffidatio*, videtur grauior degradatione.

Equuleus. *degradatio.* *Depositio.* *Suspensio.* *Regradari. Pro degradari.* *Diffidatio.*

Nam Gemin. in *Cap. pro humani de homic. in 6.* affirmat diffidatum sine degradatione tradi posse curiæ sæculari: diffidatus enim dicitur ac importat idem, ac si esset penitùs extra potestatem, & protectionem cuiuscumque iudicis Ecclesiastici, & quandoque capi, atque puniri potest non solum per iudicem sæcularem, sed etiam per quencunque non officialem. *Epitimium* secundum Ioan. Andr. in Glos. 21. q. 4. omnis iactura, est suspensio vnius septimanæ, vel est increpatio quædam. *Pœna præstiti* iuxta Vasquium 1. 2. disp. 158. cap. 5. nu. 51. illa est sub qua rectores Academiarum solent aliquid

Diffidatus. *Epitimium.* *Præstiti pœna.*

aliquid præcipere scholasticis, qui iuramentum obediendi præstiterunt, & idem valet atque *pœna præstiti iuramenti*. Ex qua non arguitur culpa grauis, nisi in re magni momenti: quia non præcipitur tunc (ait Vasq.) vt sub culpa periurij contra præstitum iuramentum id faciant scholastici, sed sub pæna temporali, qua punietur, & inobediens non censetur. *Pœna commissi* (inquit Azor. p.3. lib.10. de Emphy. cap.6. q.5.) nihil aliud est, nisi ea pæna, qua quis res suas amittebat, quod certum crimen admisisset.

Commissoria lex. *Irritatio.* Vnde dicta lex commissoria in venditionibus, quando res ea conditione venditur, vt si pretium præfinito tempore solutum non sit, pro non vendita habeatur: seu (vt loquitur Lessius cap.21. dub.15.) res sit inempta, & contractus irritus. Est enim *irritatio* quasi pæna, vt tradit Salas de leg. disp.19. Sec.10. nu. 78. & aliquando purè pænalis iuxta eundem d.14. Sec.3. num. 32. *quasi pœna & pura pœna.* Item pænam commissi emphyteuticarius contrahit, si finito certo tempore pensionem debitam non soluat: quando, & quomodò, incurratur, docet Molin. tom.2. disp.453.

SECTIO VI.

Voces, & modi loquendi de pœnis.

Reatus. 171 Reatus apud iuris peritos sumitur pro culpa, vt testatur Budæus: Item pro pæna in *Authen. de incest. nupt. initio*. Præcipuè verò Reatus (inquit Alex. Scot. v. eodem.) dicitur status, atq; habitus ipse Reorum, antequam absoluantur, vel damnentur, cum squalidi, promissa barba, de salute litigant, & in suarum rerum anxietate versantur. Apud Theologos verò *Reatus* pænę vsurpatur pro pænę debito, quod culpis respondet, & accipitur tripliciter, 1. pro relatione dignitatis ad pænam. 2. pro relatione deputationis passiuæ ad pænam, resultante ex voluntate, qua Deus vult peccatorem puniri. 3. pro fundamento vtrisque relationis, quod est culpa. Ita Salas 1.2. tract.13. disp.15. sec.1.

Cataclismus. *Catalismus* est diluuium Vniuersale in pænam humani generis. *Cap. vno §. quia verò de Sacra Vnct. & 31. q. 1.* *Moderatio.* *Moderatio* est vox importans diminutionem, vt notauit Felin. in Cap. *ex litteris*. Vers. fallit secundo, & Vers. tertia declaratio, *de constitut.* vnde posita in statutis, quæ loquuntur de moderatione pænæ ad arbitrium potestatis, pænam mitigare, vel minuere debet. *Lata pœna.* Est pæna lata, & ferenda. *lata pœna* dicitur, quæ secum desert executionem, qualis excommunicatio ipso facto. *Ferenda pena.* *Ferenda pœna* est quę ministerio alterius executioni mandari debet. De vtraque agit Suar. fusè lib.5. de leg. cap.6. & 7.

Seuera pœna. 172 *Seuera pœna* pro corporali accipitur *L. 1. C. ne lit. pend.* Deinde seuerissimæ animaduersiones pro extremo supplicio *L.3. C. de Sum Trin.* Quid sit *Summum supplicium*, exponitur *L. Capitalium ff. de pæn.* *Summum supplicium.* Vbi dicitur esse damnationem ad furcam, ad metallum, amputationem capitis, cremationem viui, & deportationem. *Periculum* propriè refertur ad personam *L. Interpositas c. de transac.* quandoque est rerum *Periculum.* *ff. de peric. & commo. rei ven. L. per totum* Sumitur pro culpa *L. si vt certo ff. commod* Pro casu fortuito *L. item quæritur ff. locat.* Pro suspicione periculi *L. actus ff. de aqu. pluu. arc* & pro solicitudine *Authen. vt iud. sine quoq; suffrag. §. illud.* In iure *Peremptio* idem valet, atq; per totum *Peremptio.* extenuatio *L. qui hominem ff. de adi. lega* In pæna priuationis officiorum v. g. quam Sixtus 5. *Officiorum priuatio.* indixit procurantibus abortum, nomine officiorum, teste Diana par.7. tract.5. resol.27. veniunt munera habentia administrationem rerum personarum Ecclesiasticarum cum superioritate. Quænam verò illa sint, vide Thesaurum in praxi p.1. c.28. q.1. *Pannicularia* *Pannicularia.* sunt ea quæ in custodiam receptus secum contulit, & *spolia* quibus indutus est, qui ad *Spolia.* supplicium ducitur *L. Diuus ff. de bon. damn.* vbi Vlpian. dicit non omnia quidem, quæ secum dannatus attulit, pannicularia bona esse, sed vestem, qua fuerit indutus, nummos inueterales & annulos viles.

173 Quod attinet ad modos loquendi, illud axioma iuridicum *Cogitationis pœnam nemo meretur*, quod celebrari solet, desumptum *Cogitationis pœna.* ex *L. cogitationis 18. ff. de pæn.* Glos. ibi intelligit, si intra terminos cogitationis sistatur. Nam si aliquo modo (inquit Salas de leg. disp. 9. sect.1. num.6.) prodeat in exteriorem actum conando efficere, & si non efficiat, quandoq; puniri poteri. *L. Quisquis C. ad lēg. Iuliam maiestatis*, & *L. is qui cum telo ff. ad legem Corneliam, de Sicarijs.* Habetur *l.2. C. qui testam. facere poss.* *Anteuertere supplicium.* Hic modus loquendi, *Anteuertere supplicium*, & affirmatur de illo, qui metu futuræ pænæ voluntariam mortem sibi intulit, vt supplicium euaderet. *Obterere aliquem* pro verberare *Obterere pro verberare.* *L. Nullus C. de Iudæis*, vbi *obteratur* i. verberetur. *Pœnam committi*, est pænam deberi, vt dixit Alexan. Scot. v. eodem. *Bullari in facie* pro *Bullari in facie.* signari in facie posuit Glossa ad *L. si quis in metallum C. de pæn.* vbi statuitur nihil in scelератorum facie esse scribendum, cum facies, quæ ad similitudinem pulchritudinis est cælestis figurata, minimè maculetur. *Accidere* interdum pro mori accipitur. *L. in vulgari §. fin. ff. de verb.* *Accersiri sign.* Accersitus est collectus, vocatus, 13. q.2. *Accersitus.* *quam præposterum*. Vnde indiscrimen capitis accersiri, pro vocari ponitur *L. Accusationis C. de accusat. & inscript. vbi sic. Quicunque in discrimen capitis accersitur, non statim reus, qui accusari potuit, existimetur; ne subiectam innocentiam feriamus.* Est alius dicendi modus, quo in iudicio circa crimen dicitur *Agi criminaliter*, & *agi ciuiliter*; Et quantum colligitur ex Molin. tom.4. disp.46. num.14. *agi criminaliter* dicitur, quando

quando agitur de infligenda pœna delinquenti: ne crimen maneat impunitum: *Agi ciuiliter* dicitur: quando agitur de applicanda pœna parti, & potiùs intenditur compensatio iniuriæ, quàm punitio criminis. Quod declarat Sanch. lib. 7. Mat. disp. 46. num. 22. Tunc agitur criminaliter, cum petitur vindicta; ciuiliter, cum petitur restitutio damni illati.

Agi criminaliter, & ciuiliter.

ELVCIDATIO IX.

De Legibus.

S. *Thomas 1. 2. à quæst. 90. vsque ad 108. inclusiuè, agit de legibus, vtpote concernentibus ad quæstiones de peccatis, quas superiùs proximè instituerat. Est enim peccatum transgressio legis, vt diximus. Nos instituti memores, ne à vestigijs Doctoris Angelici videamur discedere, subuectimus criminum, & pænarum elucidationi aliam de legibus, explicaturi earum siue in genere, siue in specie acceptarum idiomata, tum quoad voces, tum quoad phrases.*

SECTIO I.

Legis, & iuris nomen, acceptio, & quidditas.

Legis nomen.

174 L*Egis* etymon, nomen, acceptio, ratio, & quomodo ad legem se habeat ius, ex Suario de leg. l. 1. c. 1. Salas de leg. disp. 1. sect. 1. 2. 3. & 4. & Aforio par. 1. qui diligenter de hac rescripserunt, nobis inuestiganda sunt. Triplicem legis inuenio ethymologiam, 1. est, vt lex dicatur à legendo quatenus *legere* idem valet atque eligere, seligere. Sic M. Tullius 1. de legib. à legendo dictâ legem putat, quoniam ius delectus in lege est. Et S. August. q. 15. noui testam. Lex (inquit) ab electione dicta est, vt è multis, quod eligas, sumas. Accedit quod lex cum magna, & prudenti electione ferri debeat 2. est à legendo in significatione vulgari, quia lex scripta, proindeque legibilis esse debet. Ita habetur *Cap. ius generale, & cap. lex dist.* 1. ex Isidoro 2. Ethymol. c. 10. Accedit quod olim apud Græcos lex publicè legebatur, & leganda proponebatur, vt omnibus innotesceret. 3. quam probat S. Thomas 1. 2. q. 90. a. 1. est à ligando; proprius n. legis effectus est ligare, seu obligare: vnde S. Pagina sæpe legem appellat vinculum iugum neruum. Lex Hebraicè dicitur *Thorah*, idest doctrina, institutio, præscriptio; nam lex instruit, dirigit, & quod rectum est, præscribit. Græcè dicitur *Nomos* à verbo *Nomeo*, quod significat regere, instituere, *Nomos* etiam significat harmoniam, & musicum concentum: leges autem (*teste Aristot.* sect. 29. problem. 28.) ferebantur olim canendo, vt faciliùs animo illapsæ, tenacius memoriæ inhærerent.

Legere.

Thorah.

Nomos.

Nomos.

175 Multiplex datur legis acceptio. Nam sumitur 1. latè pro quacunque regula præscribente modum aliquem operandi, in quo sensu describitur à S. Thoma 1. 2. q. 90. a. 1. in hunc modum. Est quædam regula, & mensura, secundùm quam inducitur aliquis ad agendum, vel ab agendo retrahitur. In qua acceptione Plato in Minoe triplicem agnoscit legem, scilicet naturæ, seu naturalium agentium, artis, & moris. Sumitur 2. pro conditione in contractibus sic *L. hac lege ff. de contrahenda emptione.* Videtur desumptum ex Tullio Tuscul. 3. dicente: Ea lege esse nos natos, vt nemo in perpetuum possit expers esse mali. Sumitur 3. pro quocunque præcepto superioris etiam iniquo, de quo dixit Isaias 10. *Ve qui condunt leges iniquas.* Hæc tamen acceptio valde lata, & impropria est: Nam S. August. 1. de lib. arbit. c. 5. Lex (inquit) mihi non videtur quæ iusta non est. Sumitur. 4. strictiùs pro mensura quadam actuum moralium, itaut actus morales per conformitatem ad illam, rectitudinem habeant, & si ab illa discordent, obliqui sint: debet insuper ferri iustè in perpetuum pro bono communi, ab habente potestatem.

Legis acceptio.

Lex pro conditione.

176 Hæc vltima acceptio est propria legis in rigore sumptæ dicens conditiones præcipuas ad legem requisitas, ex quibus quidditas seu ratio legis innotescit, & S. Thomas. 1. 2. q 91. a 4. colligit definitionem communiter receptam in hunc modum: *Lex* est ordinatio rationis ob bonum commune ab eo, qui curam habet communitatis promulgata. Excludit *Consilium*, quia hoc non est à superiore, quatenus habente potestatem in subditos: neque enim imponit necessitatem, aut obligationem, sicut lex, aut præceptum. Cum verò præceptum latiùs pateat, quàm lex. Hæc enim perpetua esse debet, illud temporale esse potest: & definitio videatur coincidere cum definitione præcepti generalis tam perpetui, quàm temporalis; breuiùs, & aptiùs definitur à Suario lib. 1. de leg. cap. 12. Lex est commune præceptum, iustum, ac stabile sufficientur promulgatum. Quamvis mandatum, & præceptum sæpe pro eodem vsurpentur, tamen in eo præcipuè differunt, quod *præceptum* non nisi à superiore: *mandatum* etiam ab æquali imponi soleat. Sed de hoc alibi. *Iussus* pro mandato, aut voluntate reperitur. *Instit. de nupt. in princip.*

Legis definitio.

Consilium.

Præceptum.

Iussus.

177 Quoniam monet Vlpian. *L. 1. ff. de iust. & iure* studiosos in hunc modum: *Iuri operam daturum prius nosse oportet, vnde iuris nomen descendat.* Ius varias subit acceptiones, & significationes iuxta diuersas vocis etymologias, vt videre est apud Molin. tom. 1. disp. 2. & Salas de leg. disp. 1. sec. 2. Nam dicitur 1. ius teste Iustiniano *Institut. de iustit. & iur.* §. 1. & Isidoro 5. Etymol. c. 3. à iusto, vel iustitia, quæ est virtus ius suum vnicuique tribuens.

Ius quid.

Ius quod iussum.

Vnde

Vnde ius vt sic significat, æquitatem, quæ vnicuique ex iustitia debetur: & est facultas moralis quam vnusquisque habet, vel circa rem suam, vel ad rem sibi debitam. Dicitur 2. à iubendo, ita vt idem valeat ius atque iussum. & sic videtur legem significare; nam lex in iussione & imperio posita est; in quo sensu dixit Aristoteles 1. Polit. c. 2. ius esse iusti iudicium, & ordinationem ciuilis societatis. Dixit etiam Isidor. 5. Etymol. c. 3. Ius genus esse; legem autem iuris speciem: vnde alij deriuant ius à iuxta, quasi iuxta legem sit, & ei adæquetur, & accommodetur, veluti suæ regulæ.

Æquum, & Bonum.

178 Scriptores (vt notat Viues 2. Ciuit. cap. 17.) distingunt ius ab *æquo, & bonum*, iuxta illud Ciceronis in Bruto: *Crassus* (inquit) *multa contra ius scriptum pro æquo, & bonum dixit*. Sumunt enim ius pro lege humana, quæ licèt iusta sit, & in communi bonum, & æquum participet, aliquando tamen in particulari ita cessat eius ratio contraria, vt iniustum esset eam seruare, proindeque oporteat per Epicheá ex bono, & æquo corrigere. Quando igitur Aristoteles 5. Ethic. cap. 10. dixit æquitatem esse emendationem iusti. nomine æquitatis intellexit iustum naturale, quod nunquam deficit, & aliquando corrigit rigorem iusti positiui. quod deficere potest. Vt autem intelligas quid sit fas, & quomodo ad ius, & legem comparetur. *Fas* (inquit Isidor. 5. Etymol. c 2.) lex diuina est, ius lex humana. Hinc S. Thomas vult nomen iuris magis conuenire legibus, quæ ordinantur ad homines inter se, quàm legibus, quæ ordinant hominem ad Deum; quia Deo non possumus reddere æquale; & ideo respectu Dei lex potius fas, quam ius vocatur.

Epichea. *Fas,*

SECTIO II.

De nominibus legis communissimæ, & veluti in genere acceptæ.

179 Antequam incipiamus enucleare legum species, præuium in hac lectione erit scrutari generica discrimina seu varias differentias nominum, sub quibus lex communissima latet. Nuncupatur enim Statutum, sententia, decisio, sanctio, decretum, ordinatio, constitutio, Canon, Regula, Institutum, Rogatio, Senatus consultum, plebiscitum, rescriptum, edictum placitum, pragma, latio, responsum, & traditio. *Statutum* teste Syluestro v. eodem à statuendo dictum est ius ab homine positum; vel dispositio ex qua ius producitur. *Instit. de iur. natur. gen.* à lege, & constitutione differt solo vocabulo, quanuis lex municipalis sibi nomen statuti vendicauerit. Nam *municipalia iura* (vt tenet Scot. v. eodem) sunt quæ statuta, vulgo appellamus, hoc est peculiares vniuscuiusque ciuitatis leges. Vnde Azor. p. 1. lib. 5. c. 1. q. 3. cum alijs, quos tacitis nominibus citat, nec impugnat Suar. de leg. l. 5. c. 1. n. 7. discrimen ponit inter legem, & statutum, quod lex sit principis supremi, v.g. Imperatoris, Regis, & Romani Pontificis, aut totius populi constitutio; statutum verò sit inferiorum Principum, aut ciuitatum, & populorum, in Principis potestate, & ditione degentium: vnde leges Academiarum, Collegiorum, ac religionum statuta vocantur, illi verò *statutarij*, quibus populus impendit authoritatem statuta condendi. *Capitularia*, sunt libri statutorum *Authen. Cassa C. de sacros. Eccles.* Statuti appellatione venit consuetudo, vt docent Alex. cons. 190. col. 2. lib. 2. & Card. Tusch. pract. concl. tom. 7. lit. S. conclus. 426. num. 4. A pari enim procedunt statutum, & consuetudo, quia valet argumentum ab vno ad alium, vt tenet Barbos. tract. de locis commun. argum. loco 105. n. 3. *Pronunciatum*, & statutum idem dici potest. *Pronunciasse* enim & statuisse promiscuè solemus dicere eos qui ius habent cognoscendi *L. pronunciatum ff. de verb. signif.* Inter statutum, & sententiam generalem (teste Suario de censur. disp. 5. sect. 5. num. 15.) illud interest, quod præceptum latum per modum statuti abligat omnes, qui sunt in territorio, etiam extraneos, non verò qui sunt extra territorium, quantumuis subditos; latum vero per modum sententiæ, solum obligat personas secũdum se, in quas directè fertur, vbicũque sint.

Statutum. *Municipalis Lex.* *Statutarij* *Capitularia.* *Pronunciatum.* *Pronunciare.* *Sententia.*

180 *Sententia*, & lex (vt notauit Salas de leg. disp. 9. sect. 1. num. 3.) in hoc solo differre videntur, quòd lex vniuersale quoddam præceptum est, sententia verò est præceptum particulare faciendi quod lex præcipit, aut inferens pœnam pro legis transgressione. Decisio apud Cicer. 4. Verr. & pro Cecin. idem valet atque determinatio, vel diremptio litium mutuo consensu. Apud Iurisconsultos, quanvis sumatur pro transactione *L. si hæres ff. ad L. falsid.* tamen frequentiùs vsurpatur pro lege Imperatoris. *Instit. de nup. §. vnde quasitum l. veteris C. de contr. & committent. stipul.* Hodie verò celebrantur *Decisiones Rotæ*, quæ sunt determinationes causarum per Auditores sacri palatij, quibus Romani Pontifices causas ex toto orbe vndequaque confluentes demãdant. Cum verò Auditores illi ad examinandam, & cognoscendam causam, sedeant omnes in orbem vulgo rotam, hinc *Rota* nomen præualuit, teste Cherubino in Compen. Bullar. ad Bullam S. Matini 5. pag. 94. *Sanctio* quandoque dicitur quælibet Imperialis constitutio, & interdum pro totius iuris collectione vsurpatur; verum strictè, ac in toto rigore (vt notant Azor. part 1. lib. 5. cap. 1. q. 3. & Salas de leg. disp. 1. sect. 9. num. 54.) solæ leges, quæ certam pœnam præsertim capitis irrogant, sanctiones appellantur *L. sanctio ff. de pœnis.* Glos. cap. Rhodiæ dist. 2.

Decisio. *Decisiones Rotæ.* *Sanctio.*

181 De-

Decretum. 181 *Decretum* multifariam sumitur apud scriptores tum sacros, tum prophanos, vt late, & eruditè prosequitur Illustriss. Domin. Rodericus a Cunha ad Decretum Gratiani in proœm. A Iuristis verò accipitur pro senten- *Decreti exceptio.* tia iudicis definitiua *L. decreta ff. de re iudic.* pro interlocutoria *l. 1. C. si. ff. de assess.* pro authoritate *l. 1. C. de præd. min.* Pro confirmatione electionis, *Authen. de defen. ci. in prin.* Pro ipsa electione eodem tit. § *Interim.* Pro iudicato *l. si arbitratur C. de sent. ex peric. recit.* Pro ordinatione decurionum, vel vniuersitatum super aliquo negotio. *C. de decret. decur. lib. 10.* Pro constitutione. *Cap. ne innitaris, de constit.* Verum, vt notauit Suar. de leg. lib. 5. cap. 1. n. 8. iam vsus obtinuit, vt decretum pro mandato, ordine, statuto, aut lege S. Pontificis vsurpetur. Immò quandoque dicitur quod Papa statuit de consilio Cardinalium, nulla facta consultatione, & tunc in scriptis redigitur, 20. *dist. si decreta.* Epistola *decretalis* est, *Decretalis Epistola.* in qua Papa ad consultationem alicuius respondet, siue solus, siue de consilio fratrum c. 1. de rescript. De differentia horum nominum, Decretalis epistola, Decretum, Canon, Dogma, Mandatum, Interdictum, Sanctio, est *Decretoriū sydus.* glos. in Summa dist. 3. v. omnes. *Decretorium Sydus*, vel tempus apud Plin. l 8. est id ex quo de aliquarum rerum prouentu futuro sumitur iudicium, vel coniectura. *Ambitiosa decreta*, *Ambitiosa decreta.* sunt quæ per gratiam facta sunt. *L. ambitiosa ff. de Decret. ab Ord. facta.* vide Budæum in *L. si benè collata 33. ff. de vsuris.*

Ordinatio. Ordinauit. 182 *Ordinatio* sumitur pro administratione prouinciæ à Suetonio in Nerone c. 40. & pro confirmatione institutionis cap. a. de arbit. vbi *ordinauit*, idem valet, atque institutionem confirmauit. Quod aliquando sumatur pro vera, & rigorosa lege, planum est ex iure Lusitano, cuius inscriptio est, *Ordinationes Lusitaniæ*, vulgo *Ordenacoens de Portugal.* Verum si attendatur communior, & frequentior significatio, ordinatio non significat rigorosam legem. Nam Suarius lib. 3. de leg. cap. 15. num. 10. ex S. Thoma 2. 2. q. 106. art. 9. ad 2. docet verbum *ordinamus* non sufficere ad *Ordinamus.* propriam legem constituendam, nisi aliæ circunstantiæ cogant. Idem tom. 4. de Relig. tract. 10. lib. 10. cap. 14. num. 14. cum fateatur poste Generalem Societatis facere ordinationes, dicit tamen non posse leges condere. Est hæc doctrina desumpta ex decreto 76. congregationis 7. vbi sic: *Cum Canon tertius Congregationis primæ, in quo dicitur Generalis esse Regulas condere, videatur pugnare cum canone 21. Congregationis quartæ, in quo dicitur, Congregationis Generalis esse leges condere: rogata Congregatio, vt dignaretur dubium hoc declaratione sua tollere, censuit, loca hæc nullo modo inter se pugnare, cum in Canone 3. Congregationis 1. agatur de potestate Regulas, & ordinationes condendi, prout illæ inter se conuertuntur, & pro synonimis habentur, quas condere, & abrogare à Generalium voluntate pendet. In canone vero 21. Congregationis 4. agitur de legibus condendis, quæ vim habeant, constitutionum, & decretorum Generalium, quorum abrogatio à Generali non pendet.*

183 *Constitutio* sumitur pro sententia *L. cum prælatis ff. de re iudic.* Pro consideratione. *Constitutio & ordinatio.* *L. Diuus ff. de sicar.* Pro confirmatione *L. si vt proponis C. de Confir. tut.* Tamen frequenter, & communiter accipitur pro eo quod lex vel Imperator statuit: *dist. 2. constitutio.* Est enim in sua proprietate vera lex Imperatoris, Papæ, aut alterius supremi Principis. Componitur ex *Con.* & *Statuo.* Quia (vt inquit Panorm. in rubr. eodem tit.) propriè constitutio fit a Principe cum suis consiliarijs. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 1. q. 3. dicit pressius & strictius iura Principum sæcularium vocari leges, decreta verò summorum Pontificorum appellari constitutiones. Syluester v. eodē n. 1. asserit constitutiones differre ab ordinationibus, quas faciunt collegia, & capitula, quòd illæ sint perpetuæ, ordinationes verò solum durent vsque ad sequens capitulum.

184 *Canon* summitur pro loco scuti per *Canon.* quod brachium inseritur. Item pro pensione, quam soluit emphyteuta, de qua dicemus num. 998. summitur etiam pro pædagogio seu vectigali, vt in rub. *ff de pub. & vectig.* Vnde *Canonica illatio* pro ordinaria tributi præstatione *L. placet, C. de sacros. Eccles.* *Pædagogiū Illatio canonica.* Verùm ad rem præsentem, Canon apud Græcos, est idem quod Regula apud Latinos: in quo sensu M. Tullius ad Tiron. *Heus tu* (inquit) *qui canon esse meorum scriptorum soles.*

Canon igitur Iuristis id, quod in concilio Generali, vel prouinciali statuitur. *Cap. Canonum statuta de constit.* Canones temporales esse dixit Glossa ad *Cap. de constitut.* non in eo *Temporales canones.* sensu, quo temporalitas opponitur perpetuitati: sed esse temporales, hoc est intelligendos attenta ratione temporum, quibus conditi fuerunt. Canonis appellatione venit omnis constitutio Ecclesiastica, vt docet Felinus in *Cap. 1. initio de constit.* ex larga significatione in fauorabilibus, venit etiam capituli constitutio, vt tenet Calder. Cons. 16. A Canone fit *canonizare*, quod est ad regulam examinare.

185 *Regula*, quæ alio nomine dicitur *Aphorismus* in Glos. ad *L. 1. C. plus valere quod agitur*: est norma, qua lineæ diriguntur, quasi mensuram regens. In iure sumitur pro constitutione canonica t t. *dist. Hoc vestræ.* Dicitur frequenter specialis norma, vel modus viuendi monachorum, vel canonicorum: à qua vocantur *regulares*, de Statu monachi per totum. Quando Regulæ fiunt in religione approbata, & obligant sub peccato, sortiuntur veram rationem legis. Quando vero sub nullo peccato obligant, quia ea sui authoris mens fuit, quales Patrum Dominicanorum, Minimorum, *Canonizare. Regula Regulares. Aphorismus.*

morum,

Pænalitas, non pœna. morum,& societatis Iesu iuxta Sanc.l.6. Dec. cap.4.n.12.non sunt in rigore leges, cum deficiant ab obligatione sub culpa: atque adeo pœnæ, quæ pro illarum transgressione imponuntur,non sunt propriè pœnæ,sed pænalitates. *Constitutio & regula.* Suar.verò lib.5.de leg.cap.4 nu.4. affirmat eas esse in rigore leges,quia licèt non obligant ad id, quod immediatè præcipiunt, tamen si quoad id non seruentur, obligant in conscientia, vel ad soluendam pœnam, si sit latæ sententiæ vel ad sustinendam illam, cum imposita fuerit.

Pro discrimine inter regulam & constitutionem sic habetur in Compendio statuti Societatis tr.1.cap.2. Aliqui regulam à constitutionibus distingunt, ac proinde communitet dicitur vnam religionem viuere sub regula alterius fundatoris v.g. Diui Benedicti, & sub peculiaribus constitutionibus. In Societate, quæ non sub aliena regula, sed sub propria confirmata est,vel non distinguitur regula a constitutionibus, vel qui velit distinguere, dicat regulam esse formulam illam quam s Fundator obtulit Paulo 3.& ab illo,& paulo post à Iulio 3. confirmata est, constitutiones verò dicat quas postea scripsit.

Institutum 186 *Institutum* sumitur aliquando pro proposito *L.pheaum §. equitij ff.de vsu, & habit,* Budæus institutum interpretatur ius non scriptum, quod certum, & insignem aliquem habeat authorem. Verùm nonnunquam refer- *Institutionum liber.* tur etiam ad ius scriptum,vt in §.*ex non scripto Instit. de iure natur. gent.& ciui.* Dicitur verò institutionum liber, teste Accursio ibid. quasi instructionum, quia in his primis legum præceptis,instruimur: vel quia in statum humani, vel Romani iuris nos erigit. *Rogatio* sumitur pro lege: quia apud Romanos antequam lex promulgaretur, populus rogabatur, velitne, *Rogatio.* & iuberet eam legem sanciri. Hinc Gallus Aelius citatus à Calepino:*Inter legem* (inquit) *& rogationem hoc interest, Rogatio est genus legis: quæ lex non continuò est, ea rogatio est: non potest* *Rogare.* *non esse lex,si modo iustis comitijs rogata est.* Hinc apud Tullium 2. Philip. *Rogare* aliquando significat statuere: item præcipere 11.q.3.*Rogo* Licet qui exhortatur, mandatoris opera non fungatur. *L. ob hæc verba ff.de his qui not infam.* Quid verò sint, & quomodo differant inter se Plesbiscitum, & senatus consultum, dilucidè tradit Azor.part.1.lib.5.c.1. q. 2. ex Gellio lib. 10. cap. 20. *Plebiscitum* erat statutum plebis, *Sciscere.* nam *Sciscere* est Statuere: ea igitur quæ plebs suo suffragio sine Patribus,hoc est sine senatoribus,& patritijs viris,plebis magistratu,vtpote Tribuno rogante iubebat, *Plebiscita* dice- *Senatus consultum.* bantur,*Senatus consultum* erat Statutum, quod senatus congregatus iubebat, sine comitijs,& sine vllo plebis,aut populi suffragio: quoniam Cæsarum, & imperatorum potentia factum est,vt penes senatum, vice populi, leges condendi esset authoritas.

187 *Rescriptum*, quod in iure multipliciter *Rescriptum* appellatur,nempe Affatus,sacrum oraculum, *Affatus* sacra annotatio, & sacra forma, Aeditio, En- *Sacrum* caustum, est mandatum Principis in scriptis *oraculum* quo ille ad instantiam alicuius, vel ad magi- *Sacra forma.* stratuum consultationem, vel proprio motu, siue suggestionibus præsentium, siue sugge- *Encaustum.* rente nemine respondet. Imperator Leo *Encaustum* appellat rescriptum principis purpurea inscriptione insignitum, nempe cocti muricis,& cruore triti conchilij,Leg. *C. de diuersis rescriptis*. Sumitur tripliciter 1. latè pro quacumque scriptura continente dispositionem superioris, & potius scriptum quam rescriptum appellari debet. 2. strictè, & est scriptum super negotio alicuius personæ particularis; vel alicuius communitatis, ex motu proprio, aut ad instantiam, siuè aliquid iuris tribuat, siue tribuat solum exercitium iuris alicui competentis. 3. Strictiùs pro scriptura continente dispositionem, per quam datur iudex, nec aliquid aliud conceditur, nisi vt coram iudice illo ius tibi competens assequaris, & hoc dicitur *Rescriptum ad lites.* *Rescriptum ad lites.*

Extat duplex titulus de rescriptis, alter in iure ciuili, alter in canonico, lib. 3. de quibus multa Rebuffus tom. 2. reg. const. tract. de rescript.q. 1. n. 3. Notat bene Suar. de leg. capit. 15.num.22.vt rescriptum contineat ius, aut ferat legem, debere constare de voluntate Principis volentis stabilire certum ius, aut ferre sententiam, vt communem regulam dicendi similes causas.

188 Edictum sumitur pro generali man- *Edictum* dato Principis, iuxta illud Luc. 2. Exijt *quid, &* edictum à Cæsare Augusto. Magistratuum *quotuplex.* edictum dicitur, quodlibet prætoris ius- *Edicere.* sum sine populi, vel plebis suffragio. *Instit. de* *Prohibitorium* *iure gen,nat.& ciu.§. Prætorum.* Edicebant au- *edictum.* tem omnes magistratus, non modò prætores, aut Aediles curules, sed & consules, *Permissorium* censores, & tribuni plebis, vt testatur *edictum.* Gellius lib. 15. c. 11. *Edictum* aliud est prohibitorium, aliud permissorium: illud est in *Translatitium* quo regulariter omnis admittitur, qui non *edictum.* prohibetur, vt in testibus, & procuratori- *Edictum* bus *L.1.ff.de testib. & Cap. inter corporalia, de* *multiplex.* *transl. episc.* Permissorium dicitur quod regulariter prohibitorium est, & tamen in cæteris casibus permittitur. *Cap. Romana de reg. prel.in 6.*

Edictum *traslatitium* est non nouum, sed ab anterioribus prætoribus factum, & quasi ex eorum albis translatum. Edictorium aliud est monitorium, aliud conuentionale, aliud citatorium, aliud peremptorium, de quibus Gloss. *in l. ad peremptorium, de ind.* Plura alia vide apud Albericum, & Alexan. Scot.in iisdem diction.

189 *Placitum* in sua proprietate significare *Placitum.* solet electionem voluntatis cum consensu:

F vnde

vnde obiectum voluntati applicatum dicitur placitum Gen.24. sumitur pro termino constituto ad aliquid definiendum.2.Reg. 20. *Moratus est extra placitum quod ei constituerat Rex*. Item pro sententia,& decreto mentis: sic sententiæ Philosophorum,& medicorum;necnon decreta Dei, Principis,vel senatus placita vocantur:Prouerb.10. *Labia iusta considerant placita,& os impiorum peruersa*. Quia verò (inquit Fagundes prec.1.quinqu.l.1.c.12.n.9.ex Suar. 1.de rel.l.2.de dieb.fest.c.19.n.8.)in forensi iudicio iuxta voluntatem, & arbitrium iudicis legibus, & iure regulatum,vel terminus dierum ad comparendum constituitur,vel decreta,& sententiæ præferuntur, ideo tota cognitio,& tractatio causæ forensis vocatur *Placitum* in iure canonico. *Cap.1.de ferijs,& 15.q.4.*

Areston. *Placita* Vbi diebus festis id prohibetur.*Areston* vox Græca,Latinè sonat Placitum: ex quo factum est, vt sententiæ Præfecti prætorio,quæ appellatione rescindi non possunt, Aresta dicantur adud Budæum.

Pragma. *Pragmaticus.* *Pragmatica sanctio.*

190 *Pragma* apud Græcos dicitur quod apud Latinos causa,vel negotium. Inde *pragmaticus*,teste Isidoro l.5.idem valet atq; causidicus,vel actor causarum.50.q.2.*hoc ius*.Pragmatica Sanctio dicitur causa in consistorio Principis ventilata coram proceribus sacri palatij:& est constitutio, quam Imperator consilio procerum statuit,seu sauxit.Interdum dicitur confirmatio in scriptis facta ab Imperatore cum causę cognitione super contractu permutationis.Glos.in cap.1.de rerum perm.

Sacrum pragmaticum. *Pragmaticarij.*

Sacrum pragmaticum est principis rescriptum.*Cap.fundamenta de elect. in 6.* Qui scribunt pragmaticas sanctiones, dicuntur *Pragmaticarij*, scriniarij, scriniorum magistri, vel memoriales, quasi seruantes sanctionem in scrinio ad memoriam. *Latio* idem valet atq; constitutio.Auth.de trien. & semisse in principio. *Responsum* ponitur pro consensu sine interpellatione *L.qui agros C.de omni agre deserto*.

Arbitr. æquitatis.

Est etiam id quod iurisconsulti respondere dicuntur consulentibus §.*Constat,& cap.responsa dist.*2.Nam fuere olim(teste Isidoro lib.6. Ethym.c.13.)quidam prudentes,& arbitri æquitatis, qui institutiones iuris ciuilis ediderunt, quibus dissidentium lites, & contentiones sopirentur.

Declarationes Cardinalium.

Hi iuris,consulti erant designati à Romanis ad legum declarationem:eorum tamen responsa(vt notat Salas de leg.d.2.sec.9.nu.51.) non habebant vim legis,donec in Digastis posita à Iustiniano Imperatore vim legis receperunt. An responsa, & declaratione Cardinalium Congregationis pro Tridentino explicando, habeant vim legis? Disputant ex professo hoc punctum multis authoribus citatis pro vtraq; parte Fr.Emmanuel Rodrig. qq.Reg.tom.1.q. 11. a 1.& 2. Salas proximè citatus,& August. Barbosa lib.1.de iure Ecclesiastico ca.4. n.81. Standum est Decreto Vrbani 8. edito 2. Aug. 1631.quod ita habet,*S.D.N.Vrbani diuina prouidentia Papæ* 8. *iussu mandat, & præcipit huiusmodi declarationibus tam impressis, & imprimendis, quam manuscriptis nullam fidem esse in iudicio vel extra à quoquam adhibendam, sed tantum illis,quæ in authentica forma solito sigillo, & subscriptione Emminentissimi Cardinalis præfecti, ac secretarij eiusdem congregationis pro tempore existentium munitæ fuerint*.

Traditiones

191 Quod attinet ad *traditionem*, Concilium Trident. sess. 4. definit fidei, & morum veritatem, & disciplinam contineri in libris scriptis, & sine scripto traditionibus, quæ ipsius Christi ore ab ipsis Apostolis Spiritu Sancto dictante, quasi per manus traditę ad nos vsq; peruenerunt.Ex quibus Azor. p.1.lib.8.c.4.quæst.2.asserit tradationi, nomine accipi doctrinam fidei, vel morum, verbo non scripto, quasi permanus à maioribus acceptam. Deinde quæst.3. agnoscit traditiones in triplici genere nempe diuinas, Apostolicas, Ecclesiasticas.

Diuinæ traditiones. *Apostolicæ traditiones.* *Ecclesiasticæ traditiones.*

Diuinę sunt,quas ab ipsius Christi ore Apostoli acceperunt, vel quas Spiritu Sancto dictante, & iubente promulgarunt. *Apostolicæ* sunt,quas ipsi Apostoli tanquam Ecclesiarum præfecti,& Doctores instituerunt,qua ratione canones,qui dicuntur Apostolorum,condiderunt.*Ecclesiasticæ* sunt,quas ipse Ecclesiæ mos, vsuq; constituit,& obseruat. Quam vim,& authoritatem vendicent, quæve sint in particulari,eruditè tradit idem author qu.4. & 5. De prædictis, & alijs traditionibus humanis tam vtilibus,quàm inutilibus,& noxijs,Salas de legib.disp.8.sec.1.n.11.

Legis appellatione. *Placitum.* *Lex animata.*

Explicata varietate legis, veluti in genere, vt planè intelligatur quousq; illius significatio pertingat,legis appellatione venit quod Principi placuit. Nam *placitum* Principis sortitur vigorem legis *L.quod Principi ff.de leg.& §.sed & quod principi Instit.de iure naturæ*. Menoch. consl.666.n.21.Princeps enim dicitur lex animata in terris,vt dixit Surd.decis.2.n.5.& 23. eiusq; contractus habet vim legis, vt docent Mantica de tacitis,& ambiguis conuent.lib.3. tit.10.à n.46 & Peregr.de iure fisci lib.6. tit.1. in fine.Consuetudo etiam venit appellatione legis siue iuris apud Mench. cap.3.n.2. nam vim legis habet,teste Guidone Papa sing.803. venit etiam legis nomine communis opinio in statuto de lege loquente, vt tenet Decian. cons.59 n.30.tom.5. *Dogma prudentum virorum* dicitur lex à Rolando à valle cons.52.n. 31.lib.2. *Pactum* dicitur lex data negotijs à Fulgoso cons. 144. syndici communis nu.2. Idem dicit de sententia Anchar. consec. 44.

Dogma prudentium. *Pactum quod lex.*

SECTIO III.

Explicatio legis multiplicis veluti in specie.

Ius naturale. 192 Exclusa tanquam impropria illa lege, qua gubernantur ratione carentia, quæ comprehenditur sub descriptione iuris naturalis apud Iuristas *l. 1. ff. de legibus, & Institut. de iur. nat. initio*, & sic habetur: *Ius naturale*, est quod natura omnia animalia communiter docuit. Lex propriè accepta multipliciter diuiditur 1. a S. Thoma 1. 2. q. 71. in quatuor species, nempe legem æternam, naturalem, humanam, & diuinam.

Lex æterna. *Lex æterna* si sumatur latius, est mens, & ratio diuina, quæ cuncta sapienter, & rectè disposita, costanti, & certo ordine gubernat, vt constitutos, ac præfixos sibi fines assequatur. Si sumatur pressiùs, est ratio diuina recta, & bona præcipiens, praua, & mala prohibens: a qua sic accepta omnes leges nascuntur. Hanc copiosè explicant Suar. lib. 2. de lege c. 1. & Salas de leg. disp. 4. sec. 1.

Lex naturalis. *Lex naturalis* est rectè rationis præscriptum in bonis agendis, maliq; fugiendis. Hæc iuxta Sanch. lib. 7. math. disp. 80. continet præcepta in duplici genere, nempe alia vniuersalia, quæ sunt veluti prima principia iuris naturalis, quæ certissimam, & inuiolabilem rectitudinis normam includunt, qualia præcepta Decalogi, in quæ proinde nulla cadit dispensatio: alia quæ deriuantur tanquam conclusiones ex primis principijs, & quanuis retitudinis normam includant, vt non ita inuiolabilem, quin ab authore naturæ propter aliquas circunstantias mutari valeant, quale præceptum prohibens polygamiam vnius viri cum pluribus vxoribus.

Humana lex. *Canonica lex.* *Ciuilis lex* *Ius gentium* 193 *Lex humana* est iussum hominis potestatem habentis: diuiditur que in Canonicam, & Ciuilem illa est à legislatore Ecclesiastico, & versatur in rebus ad bonam Ecclesiarum administrationem pertinentibus. *Lex Ciuilis* est à legislatore laico, & versatur in rebus, quę spectant ad ciuilem reipublicæ gubernationem. Quædam legis humanæ species iuxta Molinam to. 1. de iust. tr. 1. disp. 3. & 5 est ius gentiū, quod consistit in eo quod recta ratio omnes gentes docet: seu in communi hominum mente circa aliquam maximam ex communi ipsorum hominum applicatione necessariam ad honestatem morum: atque adeo est illud quod moribus non vnius, vel alterius prouinciæ, sed omnium, vel fere omnium nationum constat, quale ius inducens dominià, bella, captiuitates, seruitutes hominum, & commercia.

Diuina lex *Lex vetus.* *Lex diuina* est, quam Deus per se ipsum ad homines tulit: & est duplex, altera vetus, & altera noua. *Lex vetus*, seu scripta olim lata à Deo per Moysē cōtinebat pręcepta triplicis generis, nempe *Cæremonialia*, quæ erant de rebus sacris ad diuinum cultum pertinentibus: *Iudicialia*, quæ erant de rebus ciuilibus ad rectam populi administrationem spectātibus: *Moralia*, quæ erant ad singulorum more, iuxta rationis ductum componendos. *Lex noua*, seu lex gratiæ lata à Christo Domino, complectitur præcepta quadruplicis generis, scilicet fidei, spei, charitatis, & sacramentorum. *Cæremonialia. Lex noua.*

Tabularum leges. 194 Diuiditur 2. pro ratione tabularum, in quibus olim multiplex incisa fuit. Nam apud Romanos erant leges duodecim tabularum, quæ in duodecim tabulis æreis sculptæ erant: apud Gręcos præsertim Athenienses fuere leges decem tabularum, latæ à Dracone, & Solone, quæ scilicet in decem tabulis ligneis scriptæ fuerunt. Carthaginenses etiam suas leges in tabulis eburneis incisas seruabant: & Moyses leges diuinas in duabus lapideis tabulis digito Dei scriptas attulit, vt Hebręis intimaret. Exod. 31. Diuiditur 3. secundùm id quod præcipitur, vel prohibetur: sic apud Romanos fuere leges denominatæ, *Munerales* à muneribus, *Fœnebres* à fœnore, & vsuris, *Sumptuariæ* à sumptibus, *Frumentaria* à frumento, *Agraria* ab agris, *Ambitus maiestatis*, & alię id genus plurimæ. *Munerales leges. Fænebres leges. Sumptuariæ*

Diuiditur 4. ex circunstantijs, vel loci vbi ferebantur, vel authoritatis illius, a quo ferebantur, vel modi, quo ferebantur: vnde alię dictæ sacratæ, aliæ consulares, aliæ curiatæ, aliæ centuriatæ, aliæ tribunitiæ. *Sacratæ* sunt, quę in loco sacro editę fuerunt: proindeque tanta exactione obseruari debuerunt, vt authore Liuio lib. 2. si quis aduersus eas fecisset, sacer alicui Deorum cum familia, pecunia que esset. *Consulares* dicebantur, quæ à consulibus promulgabantur, vel quarum consules authores erāt, iubente tamen, & decernente populo. *Curiatæ* quę in Comitijs Curiatis: *Centuriatæ*, quæ in comitijs Centuriatis: *Tribunitiæ*, quę in Comitijs Tributis ferebantur, vel quæ dicebantur plebiscita, & rogante Tribuno plebis, iubente que plebe sinè senatoribus condebantur. *Frumentariæ. Agrariæ. Ambitus maiestatis. Sacratæ leges.*

195 Denique ne vllam legis speciem prætermittamus, est lex declaratiua, & constitutiua, lex conditionalis, lex iurisdictionis, & dięce sana, lex exorbitans, irritans & Ritualis constitutio, lex correctoria, conuentionalis, Regia mentalis: singulas elucidabimus. *Lex declaratiua, & constitutiua*, de quibus meminit Suar. l. 9. de leg. c. 11. n. 19. in hoc differunt, quòd Declaratiua nullum ius nouum constituat, & solum vetus declaret, è contra Constitutiua ius nouum constituat, & nullum uetus declaret. *Lex conditionalis*, de qua Salas de leg. disp. 15. sect. 1. n. 17. quæ & *Modalis* dicitur, est illa in qua aliquid solum permittitur, uel conceditur alicui eo pacto, modo, & conditione, ut deprehensus in aliquo opere soluat certam pecuniam, uel amittat instrumenta, aut merces. Vnde non est propriè pœnalis. *Declaratiua lex. Declaratiua, & constitutiua lex. Conditionalis, & modalis lex.*

Pænalis enim imponit pœnam in culpam transgressionis, proinde quæ inducit obligationem culpæ, & pœnæ: at conditionalis non punit pro transgressione, quasi pro culpa, sed concedit actionem suo onere, vel conditione in frænum: vt siducat: Qui vult euehere frumentum, tantum soluat, qui vult ligna cædere, tantum contribuat: tunc conceditur euectio frumenti: & cæsio lignorum sub illa conditione. *Pænalis lex.*

Pœnalis igitur sub alia forma præcipit, vel prohibet: dicit enim, Qui frumentum è regno euexerit, illud perdat: qui ligna in nemore ceciderit, talem pœnam luat.

196 Lex iurisdictionis, & diæcesana explicantur a Suario de leg. lib.4. cap.20. vt intelligatur cap. *Dilectus de Officio Ordin. & 10. q.1. in sum, & cap.1.* Vbi supponitur religiosos esse exemptos à lege diæcesana, non verò a lege iurisdictionis. Hodie verò religiosi simpliciter exempti non tenentur legibus synodalibus, nisi quoad censurarum, & festorum obseruationem, iuxta Trid. sess.25.cap.12.de regul.

Lex Iurisdictionis est illa, quæ consistit in agendo, gubernando, & ministrando: ad quam proinde spectant omnia, quæ circa iudicia aguntur, vt sunt citatio, causæ examinatio, decisio, punitio, & absolutio: omnia item quæ spectant ad gubernationem Diæcesis, vt statuta condere. *Iurisdictionis.*

Lex diæcesana est ea, quæ consistit in recipiendo, Idest, quæ statuit de his, quæ sunt conferenda Episcopo, & ab ipso sunt recipienda, qualia v.g. cathedraticum, quarta funeralis, & visitatio annua. *Lex exorbitans*, secundum Barbosam ad *L. si constante* in princ. num. 92. *ff. soluto matr.* dicitur quando id, quod sub verbis, & ratione legis generalis continetur, subducitur ab ea, ob fauorem causæ, vel personæ. Vnde tale ius *singulare* dici solet. *L. ius singulare ff. de legibus.* Nam *exorbitare* est à regulis generalibus deuiare. *cap quæ à iure, de regul. iur. in 6.* Est autem *orbita* via currus, vulgo *Carril.* *Diæcesana lex.* *Exorbitans lex.* *Exorbitãs. Singulare ius.*

197 *Lex irritans* est illa, quæ aliquem actum irritum, vel irritandum reddit, si enim priori modo, per se ipsam irritat; si posteriori modo, irritat dependenter à sententia iudicis. Irritans per se ipsam, seu antecedenter est triplex: alia purè moralis, & directiua, quæ irritat actum præcisè propter bonum commune, qualis irritans matrimonium religiosorum, vel inter consanguineos: alia pænalis, quæ irritat in pænam, qualis irritans electionem in pænam præsumptionis. *cap. si religiosus de elect. in 6.* Alia fauorabili, quæ irritat in fauorem, qualis irritans professionem minoris sexdecim annorum. *Diualis constitutio*, idem est atque constitutio principis. *Instit. de Hæred. quæ in testata* §. 1. *Irritans lex* *Directiua lex.* *Correctio lex.*

Lex correctoria est quæ legem aliquam corrigit, vel per abrogationem, vel per derogationem; quomodo autem, & quando id efficiatur, bene Salas de leg. disp. 21. sect. 6. *Lex conuentionalis* est eadem quæ conditionalis, de qua n.195. *Lex regia* olim dicta fuit illa, quæ de imperio in Augustum, & eius successores transferendo à Romana republica lata fuit, vt testatur Vlpian. l. 1. ff. de constit. princ. *Conuentionalis lex.* *Regia lex.*

Lex mentalis in Lusitania lata fuit. Cum enim ibi multa de bonis coronæ à Regibus, bellorum tempore donata fuerint, in notabilem regni iacturam, Ioannes I. legem mente sua retentam, minimeque scripto promulgatam, executioni mandari præcepit circa bona coronæ, illuc vsque à Regibus donata, & in posterum donanda, quæ idcirco mentalis dicta fuit. Eam postea filius eius Eduardus scriptis mandari, & promulgari iussit: habeturque lib.2. Ordinat. tit.17. Vide Molinam tom. 3. disp. 376. n.10. sed de his, & similibus statim. *Hæreses leges* apud Modestinum *L. si duas ff. de excusat. tutor.* censentur quasi priuatæ, & singulares: Nam vox hæresis accomodatur ijs, qui non catholicam, & vniuersalem Ecclesiam, sed sua priuata dogmata sequuntur. *Mentalis lex.* *Hæreses leges.*

SECTIO IV.

De nonnullis legibus in indiuiduo.

198 Immensum sanè, ac propè infinitum foret recensere, nedum explicare singulas leges, quas ab orbe condito legislatores tulerunt. Quasdam celeberrimas attingam. *Lex Salica*, quæ olim viguit inter Salios, a quibus nomen accepit, in Gallia modo celebratur, & præcipiebat, ne regnum Franciæ, sicut nec terra Saliorum ab hasta transieret ad fusum, siue colum. Verba concepta legis sunt: *In terram Salicam fæmina non succedant.* Pro confirmatione legis Salicæ afferunt Galli illa Christi seruatoris verba: *Considerate lilia agri; non laborant, neque nent.* Matt. 6. vnde dicunt lilia Francorum non deberi nisi nobilibus, qui non laborant; nec deberi, nisi masculis, qui non nent. Ita Azor. tom.1. lib.21. c.2. q.4. *Salica lex.* *Lilia Gallorum.*

Lex Aquilia denominatur ab Aquilio plebis tribuno, & loquitur in eo casu, cum quis culpa sua, etiam leuissima damnum intulerit, vt si ex alto se præcipitans alium occiderit: casus vero etiam occidentem excusat. *Instit. de lege Aquilia* §. *Iniuria*. Si putator ramum deijciens non proclamauerit, & sic aliquē occiderit, tenetur lege Aquilia, sed nō lege Cornelia de Sicarijs, in qua venit tantum dolus *ff. ad legem Aquiliam, & ad legem* Corneliam de Sicar. *Lex Attilia* cauebat, vt cui nullus esset omnino tutor testamentarius, nec legitimus, ei daretur in Vrbe Roma à prætore Vrbano, & maiore parte Tribunorū *plebis. Instit. de Attil. tutor. Lex Attinia* inhibuit vsucapionem rerum furtiuarum, *Instit. de vsucap.* §. *furtiuæ*. *Lex Aelia sentia* dicitur *Lex Aquilia.* *Attilia lex* *Attinia lex* *Aelia lex.*

dicitur ab eius latore. Aelio Sentio. Habet multa capita, quæ videri possunt in Tit. *Qui & ex quibus causis manumit. non poss. in Instit. & in L. Sciendum, de verb. signif.*

Cornelia lex.

199 *Lex Cornelia* dicta à Cornelio Sylla eius latore, est triplex: alia de *falsis* & pœnam imponit falsum testimonium dicentibus, vel testamentum, aut quodlibet instrumentum falsum scribentibus, vel sigillantibus, aut committentibus aliud falsum v.g. in mensura, vel moneta. Alia *testamentaria*, & seruis vltimum supplicium, liberis deportationem irrogat *Instit. de publ. iud. §. Item lex Cornel. de falsis*. Alia de *Sicarijs*, & procedit de his, qui dolo malo interficiunt, scilicet telo, vel iactu furtiuè, & huiusmodi.

Sica sicarius.

Item de *Veneficijs*, quando quis occidit veneno, vel magicis incantationibus, vel quia publice mala medicamenta vendidit. Vocatur de Sicarijs, à *Sica*, quæ iuxta Glossam *Institut. de publi. sicar. §. Sicarij autem*. Est cultellus vtrinque scindens, quem portant peregrini, quandoque latentem in baculo. *L. Flauia*, vel potius *Fabia*, vel vt alij legunt, *Fannia*, de plagarijs, eos insectatur, qui liberos, aut seruos, vel filios alienos ab vrbe, vel de vna prouincia ad aliam subducunt, & vendunt fraudulenter inscijs dominis, & patribus suis *L. fin. ff. ad legē Flauiā. de plagiarijs.*

Lex Flauia vel Fabia. Fannia.

Plagiarij.

Furia, seu Fusia Lex.

200 *Lex furia*, seu *Fusia Caninia* iuxta Alciatum dicta à Fusio Caninio, quo rogante lata fuit; non permittebat in testamento manumissiones fieri, nisi vsque ad certum modum, vel numerum seruorum, licèt inter viuos permitteret. Hodie vim non habet. *Lex Hortensia* dicta ab Hortensio authore, conciliauit plebem, & populum, ac decreuit, vt nec minus, nec plus valeant plebiscita, quàm lex populi. *Instit. de iur. nat. gent. & ciu. §. sed & plebiscita*. Multiplex est, & quidem celeberrima *Lex Iulia*: Nam quæ de adulterijs, & stupro, persequitur adulteros, & eos qui sine vi virgines, viduas, aut honestas, aut honestè viuentes corrumpunt; & non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, sed etiam exercentes cum masculis nefandam libidinem, *Instit. de publi. iudic. §. Item lex Iulia*. Quę est de ambitu, punit eos, qui per ambitum, seu ambitionem muneribus datis, ad honores, seu officia publica accedunt. *Instit. de public. iudic. §. sunt præterea*. Quæ est de annona, lata fuit contra eos, qui vel faciunt, vel procurant annonam fieri chariorem, quia in hoc patitur respublica detrimentum *L. 2. ff. ad legem Iuliam de annon.* Quæ est de vi publica, punit eos, qui vim cum armis fecerunt, pœna deportationis. *Instit. de publ. iudic. §. Item lex Iulia*. Quæ est de vi priuata, punit eos, qui sine armis vim inferunt; publicatione tertiæ partis bonorum: pœna autem capitis punit committentes, & iuuantes raptum virginis, viduæ, vel sanctimonialis per vim. *Instit.* loco citato. Quæ est de residuis, punit eos, qui officium publicum aut administrationem habuerunt, & tempore administrationis suæ, publicam pecuniam, quam acceperunt in quodcumque negotium erogandum retinuerunt, non erogantes, vel publicam rem, quam acceperunt tradendam communi ærario, non tradentes pęnes se furtiuè, & dolosè retinuerunt. *L. 2. & 4. ff. ad legem Iuliam peculatus.*

Hortensia lex. *Iulia lex.* *Ambitus lex.* *Annona lex.* *Vis publica lex.* *Residuorum lex.*

Peculatus.

201 *Lex Iulia læsæ maiestatis*, eos, qui in principem, aut rempublicam aliquid committunt, & machinantur, pœna capitali plectit, & quod vsque ad quartam progeniem non succedant nati ab eis, nisi per principem dispensetur. *L. quis quis C. ad legem Iuliam maiest.* Lex Iulia *Miscella*, seu *Viscella* locum habet, quando vir reliquit vxori in testamento aliquid sub certa conditione, si alteri nō nupserit. Per talem enim legem non tenetur hæres relictum dare conditione non impleta; qualem verò faciat cautionem, vide in *Authen. cui relictum C. de indict. vidi. & l. 1. de lege Iulia Miscel.* Lex Iulia *peculatus* lata fuit ad puniendum illos, qui pecuniam vel publicam, vel sacrā, vel religiosam furantur. *Instit. de publ. iudic. §. lex Iulia.* Iulia lex repetundarum insequitur debita pœna eos qui tempore administrationis aliquid acceperunt, vt iudicarent, vel non iudicarent. *L. 1. 3. 4. & 5. ff. ad legem. Iuliam repetundarum*. Lex Iulia *Norbana* loquitur de Latina libertate. *Instit. de libert. §. libertinorum autem.*

Maiestatis lex. *Miscella.* *Viscella.* *Peculatus lex.* *Repetundarum lex.* *Norbana.*

202 Lex *Papia*, seu *Papiniana* dicta ab authore Papio, vel Papiniano, continebat pręmia patrum pro suscipiendis liberis: item alia capita, vt circa caducorum obseruationem, de iure patronorum, bonis libertorum, & ne inter Senatores, ac libertas nuptiæ contraherentur. *L. vnic. in princ. C. de caduc. tollen. & l. de. Papia. ff. de ritu nupti.* Lex *Pompeia* de parricidijs, insequitur eos, qui occiderint patrem, aut matrem, auum vel pro auum, aut aliquem ex consanguines: & statuit illis pœnam cullei, de qua supra num. 169. Habetur *Instit de publ. iud. §. Alia deinde*. Lex Rhodia dicta ab insula Rhodo, in qua olim magna fuit frequentia mercatorum, quorum vsibus inseruit: est de iactu, & subuenit his, quorum merces, causa euitandi communis periculi, eiectæ sunt, & propter iactum, nauis saluatur. Illis namque datur actio contra Magistrum nauis, vel eos, quorum merces periculum euaserunt. Lex *Satyra* sic appellatur à multitudine rerum, de quibus agit, quasi à saturitate. Vnde Satyras scribere est poemata rerum variarum concinnare. Lex *Titia* statuit, vt in prouincijs, si cui omninò nullus erat tutor, ei daretur à præside. *Instit. de Auth. tut.* in princ. Lex *Voconia* de qua Iustinianus meminit *Instit. de lege Falsidia*, nomen accepit à Voconio Tribuno plebis, cuius rogatione plebs Romana eam tulit.

Papia lex. *Pōpeia lex.* *Rhodia lex.* *Satyra lex.* *Titia lex.* *Voconia lex.*

203 Sunt etiam multæ huiuscemodi leges, quæ senatusconsulta dicūtur, & à suis authori-

bus denominantur: vt senatusconsultum: *Sempronianum*, Sempronianum, quod omnibus ciuitatibus fideicommissariam hæreditatem iubet restitui,& in eam,& ad eam omnes actiones transferri. *Artificianum*, *Artificianum*, aliter *Artificulianum*,quo cauetur,vt præsides prouinciarum cognoscant in prouincijs de libertate, licèt hæres non sit talis prouinciæ. *Limasianum*, *Limusianum* dicitur, quo cautum est, si abest illi iusta causa, qui libertatem debet, & hoc pronunciarunt, sit quod per idem libertas ei competat, ac si ab ipso directè data esset. *Faulanum*, *Faauunm* introducebat adoptionem fieri per tres mares adoptantes, & tres intercedentes emancipationes; sed tam in desuetudinem abijt. *Iulianum*, *Iulianum* dicitur, quo directam sibi serui accipiunt libertatem, cui illi à quibus libertates erant relictæ, à prætore vocati, nolunt adesse. *Libonianũ*, *Libonianum* coercet eum qui ob instruendam actionem, vel testimonium dicendum, pecuniam acceperit, pactus ve fuerit. Item qui perfecto instrumento legarum sibi adscribit. Item qui hæredem in exhæredationem, aut in alicuius condemnationem legatum adscribit. *Numianũ*, *Numiaum* censuit, non licere libertinis statum suum priuatis pactis immutare,statuta pœna contra collusores, & iure patronatus in detectorem collusionis translato. *Orficiunum*, *Orficianum* vocat ad successionem matris intestatæ filias, vel filios legitimos,siue vulgo quæsitos, nisi mater sit illustris, cuius filium nominare spurium satis est acerbum. *Pegasianũ*, *Pegasiannm* decernit, vt quando scriptus hæres rogatus est totam hæreditatem,vel plusquam dodrantem restituere alicui, liceat scripto hæredi totius hæreditatis quartam partem retinere, quo casu onera hæreditaria sustineat inter se, & illum cui hæreditas restituitur: inter quem, & ipsum cui hæreditatem restituit, stipulationes solebant interponi, vt communicent pro rata parte lucrũ,& damnũ. *Sillanianũ*, *Sillaniaunm* punit capite seruos, qui dominis suis vocantibus omnimodam opem, vel auxilium noluerunt ferre, aut impendere *Turpilianum*. *Turpilianũ*, statuit, ne quis publici iudicij crimen intentans ab accusatione publici criminis, causa ordinata, idest post inscriptionem, & fideiussionem datam desistat, abolitione non impetrata.

Interdictũ, 204 Sunt etiam in iure quædam leges, quæ suere iussa prætorum, & vocantur interdicta quæ in indiuiduo capiunt denominationem, vel ab authore, vel a materia, in qua versantur. *Interdicere*. Nam *interdicere* quamuis accipiatur pro deficere *L. interdicit ff. de cond. & demonstr.* tamen propriè est denunciare, & prohibere, vt *Instit. de interdict. §. 1.* dicitur igitur *Interdictum* *Actio, & interdictũ*. ab interdicendo, hoc est interim dicendo. Nam quoties prætor non in perpetuum, sed ad tempus, donec pleniore iudicio de iure petitorij quæratur, aliquid edicit, proprie est interdictum. Et quidem olim nihil aliud erat, quàm quædam formata, & solemnis conceptio verborum, quibus prætor aliquid fieri iubebat: quod tunc maxime faciebat, cum de possessione, vel quasi possessione inter aliquos contendebatur, *Instit. de Interd.* in princ. & dicitur interdictum, quasi inter duos dictum, vel reducictum, *Instit. & ti. §. sunt tamen.* Differebat olim interdictum ab actione, quia actio erat inducta de iure ciuili, & generaliter sine vlla solemnitate verborum in singulas personas, at interdictum de iure prætorio, & quot erant homines volentes proponere, tot pro singulis fiebant verborum solemnitates, & conceptiones. Hodie tamen inter actiones, & interdicta non est discrimen. *Instit. eod. tit. §. fin.*

205 Interdictum *Saluianum*, quod ab authore nomen accepit, competit domino fundi aduersus colonum in sua domo habitantem, & eius hæredes, de rebus coloni tacitè pignoratis pro mercedibus, quas colonus in fundum intulit. *L. 1. ff. eod. tit.* vbi textus hæc haber; *Si colonus ancillam in fundum pignoris nomine induxerit, & eum vendiderit, quod apud emptorem ex ea natum est, eius apprehendendi gratia vtile interdictum reddi oportet.* Pro exemplo de interdictis accipientibus nomen à materia, celeberrimum est interdictum *de noui operis nunciatione*: quo prohibetur ne ædificium fiat in aliquo loco, vel ne cæptum continuetur. *L. prætor ff. eod. tit.* Quando locum habeat, & quas habear partes latè exponit Molina tom. 3. disp. 706. Est interdictum ne quid in loco sacro fiat: ne quid fiat in loco publico, vel itinere: ne quid fiat in mari, aut flumine publico: Est interdictum vnde vi: quod vi, aut clam: quorum bonorum: quorum legatorum: de ripa munienda: de riuis: de sepulchro ædificando: de superficiebus: de tabulis exhibendis: de vi, & vi armata; de aqua quotidiana, & æstiua: de aqua pluuiali arcenda: & multa alia, quæ dilucidè explicat Alexander Scot. in suo diction. v. *Interdictum*. Idem author ad prædicti operis calcem leges Romanas alphabetico ordine digerit, & elucidat.

Saluianum.

Noui operis nunciatio Interdictum multiplex.

SECTIO V.

De concernentibus ad legem.

206 EXplicato nomine, ratione, & multiplicate legis in genere, specie & indiuiduo, supersunt exponenda, quæ cum lege connexionem habent, siue antecedant, siue subsequantur: qualia imprimis sunt promulgatio, vtilitas publica, obligatio cum alijs legis effectibus, interpretatio, Epijchia, dispensatio, derogatio, & abrogatio. Singula expediemus. Inter solemnem editionem legis, & promulgationem non est differentia, vt sumitur ex *Cap. 1. de postul.* Quidquid in oppo-

Editio Promulgatio.

oppositum videatur tenere Abbas ibid. *Promulgatio* apud Latinos est publicatio, publica pronunciatio, seu diuulgatio: nam promulgari dicitur quasi prouulgari, & leges (teste Festo) promulgari dicunrur, quando in vulgus eduntur. Apud legistas *promulgare legem* (Author. Alexand. Scot. v. eodem) est legem conditam publicè recitare, proferre, manifestare. Theologi cum Suar. lib. 3. de leg. cap. 16. num. 3. distinguunt promulgationem, & diuulgationem legis inter se, ita vt *Promulgatio* sit publica proposirio, seu denunciatio legis, quæ fit, aut voce præconis, aut affigendo legem scriptam in locō publico, aut alio modo simili. *Diuulgatio* autem sit applicatio primæ promulgationis, seu publicationis ad notitiam subditorum absenrium. Promulgatio aliter se habet in lege naturali, aliter in positiua: in illa enim fit eo ipso, quòd lex à natura rationali manat, & quamuis detur insingulis hominibus, est tamen communis vox totius naturæ, vel potius naturæ authoris, *qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum Ioan.* 1. in lege positiua fertur per vocem publicam legislatoris per se, vel per alium v.g præconem communitati loquenris; est autem *preco* ille, qui publicè proclamat, siue pronunciando aliquid faciendum, siue in ius vocando, siue rem vendendam in subhastatione nunciando. siue edicta, & leges proponendo.

Diuulgatio. *Præco.*

Vtilitas publica. *Balucu.* *Obligatio.*

207 Vtilitas *publica*, quæ alio nomine *Baluca* vocarur *l.* 1. *Cod. de Metul. & met. lib.* 11. Nisi mauis balucam esse vas luteum iuxta Accursium. est bonum commune, propter quod lex fertur: quibus autem modis vtilitas publica consideretur, docet Bartol. *in l.* 1. *soluto matrim.* Inter præcipuos legis effectus est *obligatio*, quæ à Iustiniano *Instit. de oblig.* init. definitur in hunc modum: *Est iuris vinculum, quo necessitate adstringimur alicuius rei soluendæ, secundùm nostra ciuitatis iura*. Hæc tamen definitio angusta est, & solum comprehendit obligationem natam ex Romano iure; quare definitio, quæ complectatur omnem omnino obligationem, sic aptatur à Salas disp. 3. de leg. sect. 2. num. 90. *Est vinculum quo adstringimur aliquid facere, aut omittere, ita ut si illud non faciamus, aut non omittamus, peccemus.* In iure ille dicitur *obligatus*, qui exceptione tueri se non potest. *L. vel obligatus* §. 1. *ff. de lib. caus.* si obligatio sumatur (vt tenet Syluester v. eodem n. 1.) quantum ad vinculum in foro causarum, est duplex, nempe *Ciuilis* quæ aut legibus constituta est, aut certo iure ciuili comprobata; & *Prætoria* dicta alio nomine *Honoraria*. quam prætor ex sua iuris dictione constituit. Differt hæc obligatio ab actione, & contractu: quia conrractus est verborum conceptio, vel consensus; obligatio autem est quæ inde oritur: actio verò est quæ postea inde insurgit. Si sumatur quantum ad rem, ad quam quis ligatur, est triplex 1. naturalis tanrum, continens naturalem æquiratem, & per vinculum naturale contrahirur in omnibus capacibus rationis, & iuxta Sanch. lib. 6. Matr. d. 38. num. 3. est duplex altera quæ verè obligat in foro conscientiæ, altera, quæ ex solo honestatis debito.

Obligatus. *Ciuilis obligatio.* *Prætoria obligatio.* *Honorariu.*

2. *Ciuilis* rantum, vt cum quis ciuili iure tantum est adstrictus, narurali æquitate dissuadente eum teneri; qualis reus condemnatus ad mortem, & obligatus ciuiliter ad non fugiendum violato carcere: hæc in foro conscientiæ non obligat. 3. naturalis, & ciuilis simul: vt cum quis potens se obligare cum iuris solemnitate obligat se ad aliquid quod naturalis æquitas vult illum obseruare, putà ad soluendum venditori tempore statuto. De omnibus *Instit. de obligat.* per totum. Vide Molin. de iustit. tom. 2. disp. 252. §. Duplex namque.

208 Sub explicata obligatione continentur quatuor effectus legis, quos ex S. Isidoro lib. 2. etym. c. 10. & S. Thoma 1.2. q. 92. art. 2. optime referunt, & exponunt Suar. lib. 1. de leg. cap. 15. & Salas disp. 3. sect. 3. præcipere, prohibere, permittere, & punire. *Præcipere* est iubere, vt aliquid fiat; ad hoc spectat *Præconizare*, quod est alta voce præcipere, *Authen. de Canonibus* §. *Præconizamus*. *Prohibere* est iubere vt aliquid non fiat; & iste duplex effectus saltem materialiter distinctus benè declarat illas duas partes iustitiæ, quas indicat Dauid Psalm. 36. *Declina à malo, & fac bonum*. Deinde alter spectat ad legem positiuam, seu affirmatiuam, quæ dicitur obligare semper, non pro semper. Quia ex quo lata est, incipit obligare, & semper obligat quamdiu durat: non tamen pro semper, quia non obligat pro singulis momentis, ad faciendum aliquid quòd nempe fieri debeat pro singulis momentis, sed solum pro certo tempore, pro quo imponit onus operandi, qualis lex audiendi sacrum; alter spectat ad legem negatiuam, quæ dicitur obligare semper, & pro semper: tum quia prohibitio includit negationem, quæ omnia destruit; tum quia abstinere à malo semper, & pro semper necessarium est. Inter *prohibere*, & *vetare* nihil discriminis inuenio: differt autem *prohibere* ab *inhibere*, quòd illud generale sit, etiam ante rem inceptam, *inhibere* re iam incepta: illud vetat ne quid facere incipias, hoc ne pergas. An verò & quomodo differat ab *interdicere*. Vide supra n. 204. *Cohibere* sumitur pro prohibere in *Authen. de nupt.* §. *quæ vero sequitur*.

Præcipere. *Prohibere.* *Præconizare.* *Affirmatiua lex.* *Negatiua lex.* *Cohibere.*

209 *Permittere* apud Latinos est sinere, tolerare, concedere. Apud Iuristas (vt docet Syluest. v. eod. nu. n. 1.) tripliciter dicitur aliquid permitti 1. quando nullo iure prohibetur: vt contrahere secundas nuptias 31. q. 1. *hac ratione* 2. quando contra humanas constitu-

Permittere. *Permissio.*

ſtitutiones indulgetur, vt contrahere in 5. gradu. 35. q. 3. *quædam*. quando permittitur illicitũ, vt vitetur aliquid magis illicitum, v. g. permittitur adulterium, vt vitetur homicidium 33. q. 2. *Si quod verius*. Triplex itẽ contra legem datur permiſſio. 1. ſimplex indulgens pænam, ſed non culpam qualis permiſſio meretricum ad vitanda maiora peccata. *diſt. 4. Denique*. 2. remouens impedimenta, ſicut Eccleſia permittit ritus Iudæorum prohibens Chriſtianis, ne illos impediant propter bonum inde ſequens. *Diſt. 45. qui ſincera*. 3. eſt coadiuuans: ſicut Eccleſia permittit clericum occidi iuſtè à laico eum degradando, & tradendo. C. *degradatio, de pænit. in 6.* Ex quibus patet diſtinctio inter permiſſum, & conceſſum: Nam conceſſum in moribus dicitur per contrapoſitionem ad prohibitum, & idem valet atque licitum, & eſt quidquid expreſsè prohibitum non reperitur, tum in iure canonico 3. q. 4. *qui ſpirituale*. tum in iure ciuili *L. nec non §. quod eius ff. ex quibus cauſis maiores*. vide Barboſam in axiomat. iuris, axiom. 46. Quartus legis effectus eſt *punire*, nempe imponendo, vel infligendo pænam, de cuius verbi proprietate diximus num. 157. Cum verò lex naſcatur à duplici poteſtate, altera *directiua*, quæ obligat in conſcientia præcipiendo, vel prohibendo, altera *Coactiua*, quæ cogit ad obdiendum legi per comminationem poenæ: ſub his continentur varij effectus legis, nempe *Taxare*, hoc eſt æſtimare, & decernere pretia rerum, conſtituere medium in materia virtutis, formam in humanis actionibus ponere, rerum dominia mutare, pręmia conferre, & ſimiles; de quibus Suar. lib. 1. cap. 17.

Permiſſio quotuplex. — *Licitum.* — *Punire.* — *Directiua.* — *Taxare.* — *Interpretatio.*

210 *Interpretatio* eſt vnius verbi per aliud, vel vnius ſententiæ per aliam declaratio: & in lege tunc datur, quando legis verba obſcura, & ambigua explicantur. Quantum colligitur ex Sylueſtro v. eod. Suar. lib. 6. de leg. c. 1. n. 1. & Salas diſp. 21. ſec. 1. eſt quadruplex. 1. dicitur, *Probabilis*, non neceſſaria, vt magiſtri. *Lex vnica C. de profeſ. qui vrbe Conſtan.* hæc appellatur *Doctrinalis* ex eo quòd fiat per doctrinam, & authoritate interpretum. 2. eſt neceſſaria, ſed non generalis, quæ fit per ſententiam iudicis *L. nam vt ait ff. de leg.* 3. eſt probabilis, neceſſaria, & generalis, ſed non in ſcriptis redigenda, vt ſunt conſuetudines. l. ſi de interpret. ff. de leg. Dicitur igitur *Vſualis*, quia vſu, & conſuetudines fit 4. appellatur *Authentica*, & eſt facta authoritate illius, quæ poteſt legem condere. Vt rectè fiat interpretatio, debet attendi mens legis, vt ſecundum illam fiat extenſio, vel reſtrictio. Salas diſp. 21. ſec. 5. duplicem ponit mentem legis, alteram vocat.

Doctrinalis interpretatio. — *Vſualis.* — *Authentica interpretatio.* — *Ment leg.* — *Comprehenſio legis.* — *Extenſio legis.*

Comprehenſiuam, & eſt in ordine ad caſus, qui in lege comprehenduntur, & de quibus lex agit: alteram *Extenſiuam* in ordine ſcilicet ad ſimiles caſus, de quibus lex non loquitur. Suar. lib. 6. c. 2. n. 2. multiplicem diſtinguit in lege extenſionem. 1. intra verborum proprietatem, naturalem. 2. extra naturalem, ſed intra ciuilem. 3. vltra vtranq; proprietatem, ſed ſub aliqua improprietate. 4. vltra omnem ſignificationem verborum, etiam impropriam, ſolum propter ſimilitudinem caſuum. *Reſtrictio* legis (teſte Suar. cit. cap. 5. n. 1.) eo tendit vt mentem ipſam legislatoris ad pauciora coarctet, quam verba, vel ratio legis præſe ferre videantur.

Epijkia æquitas.

211 *Epijkia*, quę Latinè dicitur æquitas, & iuxta mentem S. Thomæ 2. 2. q. 120. a. 1. eſt virtus, qua quiuis ſeruata legis intentione, legis verba non ſeruat. Nam legislatores legem ferunt, ſecundum id, quod in pluribus accidit, intendentes ſemper bonum: Si verò in particulari euentu malum ſit verba legis ſeruare, v. g. ſit nociuum depoſitum reddere, nempe gladium furioſo, danda eſt *Epijkia*, ſeu aquitas, quæ poſtulat, vt prætermiſſis verbis legis, iuſtitia ratio, & communis vtilitas ſeruetur. Vnde ab Ariſtot. 6. Ethic. c. 11. vocatur *Gnomi* id eſt conſentio, quaſi per illam Princeps conſentiat, vt indulgeat, & non puniat. Ab eodem 5. Ethic. c. 20. dicitur *Emendatio legis* quia per illam interpretamur legem deficere in aliquo particulari caſu, in quo eſſet error practicus illam ſeruare. *Interpretatio* igitur latius patet EpijKia, ad quam comparatur vt ſuperius ad inferius: omnis enim EpijKia interpretatio eſt, non & contra. Ariſtot. 5. Ethic. cap. 10. *Regulam Lesbiam* vocat æquitatem, quę ſe accommodat rebus, quando legis diſpoſitio ceſſat. Tres modos vtendi EpijKia ita diſtinguit Suar. lib. 6. de leg. cap. 7. nu. 11. vt vnus ſit propter cauendum aliquid iniquum, alius propter vitandam acerbam, & iniuſtam obligationem, tertius propter coniectatam legiſlatoris voluntatem, non obſtante poteſtate ad obligandum, etiam in tali caſu.

Gnomi. — *Emendatio legis.* — *Interpretatio.* — *Leſbia Regula.*

212 Conueniunt Suar. lib. 1. de leg. cap. 20. Sanch. lib. 8. de matr. diſp. 1. Aſor. tom. 1. lib. 5. cap. 15. & Salas de leg. diſp. 20. ſec. 1. eſſe diſcrimen inter diſpenſationem, commutationem, permiſſionem, licentiam, interpretationem, ſuſpenſionem, derogationem, & abrogationem legis. Nam *Diſpenſatio* datur quando obligatio legis complectens omnes perſonas huius communitatis, ab hac perſona tollitur, & manet circa reliquas. Sic enim definitur: *Eſt iuris relaxatio a poteſtatem relaxandi habente facta*. Deinde *Commutatio* fit per tranlationem obligationis, v. g. Si relaxetur ieiunium cum onere recitandi roſarium. *Permiſſio* non tollit obligationem legis, ſed datur, cum quis violat legem impunè. *Licentia*, ſeu facultas latius patet quam diſpenſatio: quamuis enim omnis diſpenſatio ſit licentia, non & contra: nam religioſus v. g. nequit

Diſpenſat. — *Relaxatio legis.* — *Commutat.* — *Permiſſio.* — *Licentia.*

quit exire domo ſine licentia, cum tamen illa datur, non proprie diſpenſatur in lege, ſed potius completur modus operandi lege præſcriptus, vt nemo exeat ſine licentia. *Interpretatio* non tollit obligationem legis, ſed declarat legem in hac circunſtantia non obligare. *Suſpenſio* nec tollit legem, nec obligationem eius, ſed ſolum ſuſpendit effectum obligationis ad tempus. *Derogatio* eſt ablatio legis in perpetuum quoad partem. *Abrogatio* eſt ablatio legis in perpetuum quoad totum.

Interpret. Suſp. legis. Derogat. Abrogat. Irritare, & abrogare.

Lex derogatur ff. de verb. ſignif. Sanchez citatus inter legis irritationem, & abrogationem ita diſtinguit, vt *Irritare* ſit legem impedire, & caſſare, ne robur obligandi conſequatur: vt ſi Princeps legem conſtitutam à ciuibus, indigentem ipſius Principis confirmatione, non confirmet: *Abrogare* ſit poſtquam vim obligandi adepta eſt, eam omninò caſſare, ſeu abolere.

Abſolutionis nomine non venit diſpenſat.

213 Diſpenſatio non venit nomine abſolutionis ſimpliciter, & abſolutè conceſſæ: ex quo rectè infert Toletus lib. 1. cap. 89. num. 8. in iubilæis, & quibuſcunque Apoſtolicis indultis, in quibus datur facultas abſoluendi à quibuſcunq; cenſuris, & pœnis non poſſe tolli irregularitatem: cum hæc non auferatur per ſolam abſolutionem, ſed per diſpenſationem. Suar lib. 6. de leg. cap. 13. num. 20 ponit diſcrimen inter diſpenſationem, & ſimplicem facultatem, quòd diſpenſatio exigat expreſſiorem voluntatem ſuperioris, quàm ſimplex facultas: nam actio, quæ conceditur per facultatem, ſeu licentiam, non eſt ſimpliciter prohibita, ſed ſolum ne fiat ſine beneplacito ſuperioris: actio autem, quæ conceditur per diſpenſationem, eſt ſimpliciter prohibita.

Contemptus legis.

214 Vt explicemus quid ſit, & quale peccatum traſgredi legem ex contemptu, authore Suar. lib. 3. de leg. cap. 28. notandum eſt 1. *Contemptum materialem* dari, cum aliquid ſit, quo aliqua perſona alijs poſtponitur, ſine directa intentione: *Formalem*, quando id directè intenditur: nam intentio dat formalitatem actibus. Notandum 2. contemptum partim eſſe in intellectu, partim in affectu, partim in opere. In intellectu datur, quando res aliqua vel perſona habetur in minori æſtimatione, quàm eius dignitati debeatur. In affectu, eſt velle habere, vel verbis, & factis oſtendere, aut in alijs generare illam vilem æſtimationem de alio. In opere, eſt quidquid exterius ſit intentione deſpiciendi alium, vt ab alijs parui æſtimetur. Non ſemper violat legem ex contemptu, qui ex certa ſcientia, ſine paſſione, & cauſa, etiamſi ex conſuetudine, legem violat: tunc igitur violatur lex ex contemptu, quando tranſgreſſio exterior naſcitur ex imperio contemptus interioris, ita vt fiat contemptus exterior. Tranſgredi legem humanam ex contemptu rei præceptæ grauis, vel ex contemptu humani legiſlatoris, quà prælatus eſt, ſemper cenſetur mortale: ſecus, ſi ex contemptu rei præceptæ minimæ, vel ex contemptu legiſlatoris, qua homo quidam eſt defectuoſus. Apud legiſtas *Socordia* eſt contemptus iuris per eum qui ſcit *Lex 1. ff. de ferijs*.

Socordia.

SECTIO VI.

Voces, & modi loquendi circa leges.

Iuridicus. Iuriſconſultus.

215 VT explicemus multa quæ in materia legum luce indigent, & ſumamus exordium à vocibus, *Iuridicus* iuxta Iſidorum lib. 11. Etym. eſt qui iura dicit: & peculiariter hoc nomine fuiſſe inſignitum olim magiſtratum quendam Alexandriæ, patet ex tit. de Iud. Alex. ff. & C. *Iuriſconſultus* eſt idem apud Ciceronem lib. 2. de leg. atq; iuris, ſiue legum interpres. Olim (vt habetur *Inſtit. de iure perſ. §. Reſponſa*) conſtitutum erat, vt eſſent, qui iura publicè interpretarentur: quibus à Cæſare ius reſpondendi datum eſt: qui iuriſconſulti appellabantur: quorum omnium ſententiæ, & opiniones eam authoritatem tenebant, vt iudici recedere à reſponſo eorum non liceret. *Iuris prudentia* eſt diuinarum atq; humanarum rerum notitia, iuſti, atq; iniuſti ſcientia: iuſti ſcilicet ad faciendum, iniuſti ad euitandum. *Inſtitut. iuſt. & iure.* in princip.

Iuris prudentia.

Legis actio quid ſit, & quæ eius ſolemnia verba, tradit optimè Alciatus in L. pecuniæ verbum, de verb. ſign. *Præcepta iuris* ſunt tria, nempe honeſtè viuere, alterum non lædere, & ius ſuum vnicuiq; tribuere. *Inſtit. de iuſtit. & iur. §. iuris præcepta* Cum verò lex eſſe debeat accomodata *diſciplina*, hæc definitur à Cypriano lib. de 12. abuſibus cap. 21. morum ordinata correctio, & maiorum præcedentium regularum obſeruatio. *Moralis ſcientia* eſt lex, vt notatur in Authen. de nuptijs, in princ.

Legis actio. præcepta iuris. Diſciplina. Moralis ſcientia.

216 *Antinomia*, quæ habetur *L. Deo authore C. de veteri iure enucl.* Poteſt interpretari, legum contrarietas. *Ius commentitium*, eſt id quod nouum, & recens introductum, quod recentiores ius poſitiuum vocant. *L. ſi pœna ff. de pœn.* In iure canonico, & ciuili *Rubricæ* dicuntur tituli: & indices rubri, ſeu ex rubro poſſunt interpretari. Eſt autem Rubrica, qua legum tituli, & capita notantur, à terra rubei coloris, & minio proxima, quæ aliquando generalior eſt nigro. *Inſt. de iuſt. & iure* addita gloſſ. *Iubar* conſtitutionum idem valet atq; vigor. *C. de emendat. Codic.* in princ.

Antinomia. Ius commentitium. Rubricæ. Iubar.

Rigor iuris ſumitur pro ſtricto ordine iuris communis. *Cap. ſi clericus, de foro competen.* Item pro ſolemnitate, & ordine iuris communis, habito reſpectu ad reſcriptum Papæ.

Rigor iuris.

Cap.

Cap. super literis, de rescriptis. Denique pro austeritate contraria dispensationi, & misericordiæ, ad aliorum terrorem inducta. *Seueritas.* *Seueritas* dicitur rigor, & integritas iustitiæ ab Archid. v. seuetitas in *Cap. vt officium §. verum de hæredit. in 6.* Dicitur etiam illa, per quam iurisdicialis sententia in sumenda vindicta exercetur, & est etiam virtus debito supplicio coercens iniuriam.

Strictum ius tribus modis accipitur 1. ad differentiam omnis bonæ fidei. *Instit. de action. §. actionum.* 2 quod est adeo strictum, idest firmatum, vt nullo modo possit ab eo recedi. *L. prospexit ff. qui & à quibus ma. liberi non fiant.* 3. cum latius, mitiusve quàm dictat æquitas, aliquid statuat. *L. placuit C. de iudic.* In quo sensu ita exactum est, cum aliquid statuit, vt necesse sit interpretationem latiorem, & benigniorem de bono, & æquo auocare. *Constrictum ius.* *Constrictum ius* videtur quod strictum, apud Alber. v. eod. vbi malè citat *Instit.*

217 *Auspicium iuris.* *Auspicium iuris* id est quod exordium litis in *Cap. pastoralis, de caus. pos. & propriet.* iuxta glos. 1. Et videtur dici, quia auspicium est augurium, quasi auis garrium 26. q. 4. c. 3. & sicut ille qui se committit augurio. seu diuinationi, quæ fit in garritu auium, dubius est, ita etiam dubius manet, qui se committit liti. *Auxilium iuris. Beneficium iuris.* *Auxilium iuris* idem valet, atque suffragium, seu beneficium iuris. *L. auxilium ff. de minoribus.* & *L. Cum Dominus ff. ad Syllarianum.* Vbi dicitur Frustra auxilium legis inuocat, qui committit in legem.

Suffragium iuris. Remotum à iure. Habentur in *l. iurisgentium ff. de pactis §. si pacis car. ver. & generaliter* hæ voces *A iure communi remotum*, pro eo quod est contrarium iuri communi iuxta glos. vel dic cum eadem id censeri remotum à iure communi, quod singulariter, & specialiter spectat ad singulos; secundariò tamen pertinet ad rempublicam. *Vt Instit. de iis, qui sunt sui, vel alieni iuris §. Expedit. ni*

Indiscretum mandatum. Habetur *Indiscretum mandatum* pro iniusto *Cap. solicitudinem de appell.* Quid olim fuisset *Nullum ius*, exponit Glos. ad initium tituli *C. de nudo iure quirit. toll.* ita vt olim diceretur habere nudum ius qui habebat dominium sine aliqua vtilitate. *Nudum præceptum.* *Præceptum nudum* dicitur quod est sinè causa, vel sinè scriptura, vt tenet Albericus ad *L. Pater §. Iul. Aggrippa ff. de leg. 3.* Deinde ius singulare est quod contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem authoritate constituentium introductum est. *Singulare ius.* *L. ius singulare ff. de leg.*

218 *Versutum ius.* *Versutum ius* quod habetur in *L Ita nobis cordi C. Ad legem Iuliam de adult.* Secundùm Glos. dicitur à vestimento versuto cum id, quod debet esse extra, ponitur intus; & eius non puniens, quod est puniendum: vel iuxta alios, est decipiens ius, quo per quasdam versutia, & machinationes verborum homines ab accusatione repellebantur, vt si caderent à Syllaba, caderent ab accusatione.

Vtroque iure dicitur tradi Ecclesia, cum *pleno iure*, scilicet in temporalibus, & spiritualibus. *C. Quoniam de priuileg.* Vide Barbolam de claus. 101. *Vtroq; iure. Pleno iure.* Est valde tritum hoc, *subtilitas iuris*, de qua fit mentio *Cap. Dilecti de iudic.* *Subtilitas iuris.* Vbi Papa præcipit omissa subtilitate iuris causam secundùm veritatem examinari, itaut potius verè quam subtiliter procedat, idē prorsus valet atque.

Apex iuris, de quo *L. si fideiussor §. quædam ff. mandati*, vbi etiam sic. *Apex iuris.* De bona fide agitur, cui non cognouit de apicibus iuris disputare. Et similis sententia habetur supra *L. ita vulneratus §. fin. ad legem Aquiliam.* Est apex summitas acuminata, est subtilitas quod magis opponitur crassitudini. *Forma*, licèt accipiatur pro facie, seu figura *L. qui luminibus ff. de seru. vrb. prad.* *Forma in iure.* Item pro ordine, seu classe *L. Scriuijt C. de Palat.* ramen à Doctoribus frequenter vsurpatur pro solemnitate, quæ à iure requiritur in aliquo actu exercendo.

219 Quod attinet ad phrases, seu modos loquendi, habetur apud Iuristas ex Apost. 1. ad Timot. 1. *Lex iusto non est posita, sed iniustis.* *Iusto non est lex posita.* Quod perinde Chrysost. sic accipit, quasi lex iustum timore supplicij, & comminatione non vrgeat, cum ille per se, ac sponte sua virtutem colat: quasi dicat iusto non esse legem impositam ad eum finem, vt ipsum à vitijs deterreat. Vel dic cum eodem, iusto nō esse legem positam ad bonum vsum, quasi iustus indigeat lege ad benè operandum: nam authoritatem legis præuertit, eaq; præstat, quæ lege præcipiuntur, etiamsi nullo legis præcepto compellatur.

Vide Suar. lib. 1. de leg. c. 19. vbi late prosequitur illud *esse sub lege* ex Apost. ad Galat. 5. *Si Spiritu ducimini, non estis sub lege*; *Esse sub lege* & triplicem affert expositionem, 1. est, vt qui spiritu ducitur non sit sub lege terrente, atq; minante, quia iam amore ducitur, non timore. 2. vt non esse sub lege, idem sit atq; non damnari lege, seu non esse reum legis: lex enim non damnat eos, qui illam obseruant 3. vt non esse sub lege sit non subdi legi scriptæ, vt scripta est: quasi iam fidelibus non esset necessaria lex Moysis.

220 *Enucleare vetus ius*, habetur in titulo illo Codicis, de veteri iure enuclean. & idem valet, atque extra nucleum obscuritatis ponere. *Enucleare ius.* Nam *enucleare* est aperire, & nucleum è calice extrahere. *Nucleus* verò appellatur id quod tenerum in nuce includitur. *Nucleus.* *Ius vetus* illud dicitur, quia ab vrbe condita vsq; ad tempora Iustiniani fere per mille quadringentos annos confusum quodammodò latuit, sicut in nuce nucleus sub testa dura, & corio amaro. *Ius vetus.* Erat enim obrutum multitudine legum obscurissimarum, & amarissimarum, inuolutumque sententijs duris, & asperis, à quibus

quibus omnibus extractum est, superfluis, & inutilibus reiectis.

Lege obuenire. *Lege obuenire* dicitur id, quod lege confirmatum est. Vnde *L. lege ff. de verb. sign.* Sic habetur. lege obuenire hæreditatem non improprie quis dixerit, & eam quæ ex testamento defertur: quia lege 12. tabularum testamentariæ hæreditates confirmantur. Est apud

Legibus soluere. Budæum *legibus soluere*, pro dispensare in legibus.

Refigere legem. *Refigere legem*, vt intelligatur illud Virgilij 6. Aen. *Fixit leges pretio, atq; refixit*. Est legem conditam, atq; omnino stabilitam labefactere. Nam *refigere* est conuellere quod fixum est *L. qui tabulam ff. ad legem Iuliam peculatus*; Habentur hæc verba: *qui tabulam aeream refixerit*. Venuleius intelligit tabulam æream, in

Sciscere. qua aliqua lexerat scripta, vt sic promulgaretur. *Sciscere* idem valet, quod statuere, seu decernere; propriè autem plebs *sciscere* dicebatur, populus verò *iubere*. Vnde vocantur *Scita* ea, quæ plebs tantum constituit: siquidem ea sciscit, & sciscitatur, vt fiant iuxta Isidor. lib. 6.

Facere in fraudem legis. 221 *Facere in fraudem legis*, teste Alexandro v. in fraudem, dicitur qui saluis verbis legis, eius sententiam circumuenit. *L. contra ff. de leg.* Quod rectè exponit Syluester v. fraus

Facere contra legem. num. 3. distinguens inter facere contra legem, & facere fraudem legi: nam fit (inquit) contra legem, quando fit contra illud quod per legem significatur, nulla tamen palliatione quæsita; sed fit fraus legi, quando fit contra significatum legis palliatione quæsita: & fit vel de persona in personam, vt si tutor qui emere non potest rem pupilli, interponit aliã personam, quæ emat: vel rei ad rem, vt si quis dat fructus filiofamilias, vel simile, vt vẽdat, pro eo quod pecuniam mutuò dare non potest: quia idem est ac si mutuaret: vel vnius contractus ad alium contrarium, vt cum vxor vendit iuro quod intendit donare: vel ad contractum similem, vt cum mulier, quæ fideiubere non potest, facit se principalem debitricem.

Euacuare mandatum. *Euacuare mandatum* habetur cap. 1. *de alien. iud. mutat. causa*. Et est facere vt mandatum

Circonducere edictum. reddatur vacuum, & inane. *Edictum circunducere* est illud delere *L. & post ff. de iudic.* Habetur etiam *Cap. cum laicis, de rebus Eccles. non*

Manet. *alien.* hæc vox *Manet* pro tenet, vel adstringit. *Consultatio* est deliberatio futurarum rerum, & rectè dicitur, in qua alicui Papa de iure respondit. *Consultus* quòd interrogatus *L. item quia ff. de pactis*. Dupliciter vsurpatur *Licitum* à Iuristis. 1. ut dicatur quod iure licet semper, in prin *ff. deri. num. 2.* ut quandoq; dicatur quod de facto licet *l. 1. §. si cui ventrem ff. de ventre inspic.* vbi Glos.

Obligatio grauis. 222 Vte elucidemus uoces, & modos loquendi, quibus significatur legis aut præcepti obligatio, rectè notat Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 6. q. 5. ex triplici capite posse deprehendi mentem legis grauiter obligantis: 1. ex materia, in qua versatur, si nempe grauis sit. 2. ex modo, vt si imponatur grauis pœna, qualis excommunicatio maior, irregularitas, & similes. 3. ex verbis, qualia sunt Decerno, Statuo, Innouo, Præcipio, Iubeo, Impero, Edico, Prohibeo, Inhibeo, Interdico, veto: de quorum significationibus supra dictum est. Cum *Præcisum* illud esse *Præcisum.* dicatur, quod strictè admodum intelligitur, teste Menochio cons. 134. num. 26. hinc est quòd quando præcipitur, *vt præcisè aliquid fiat*, modus iste loquendi denotet quod quis *Præcisè fieri.* absolutè, & ad literam exequatur, proindeque excludat omnem interpretationem extrinsecam, excepta iusta, legitima, & quæ à iure proueniat. *L. semper §. demonstratur ff. de iure immunit.* Corn. cons. 75. num. 3. vol. 2. significet item vt ad vnguem, distinctè, sine exceptione, & conditione fiat, iuxta Tiraqua in *L. Si vnquam in C. de reuoc. donat.* V. reuertatur n. 79.

Verbum *debet* plerumque inducit præceptum, etiam si proferatur à testatore, vel *Debet.* ad iudicem referatur, nisi dirigatur ad personam, cuius fauore ponitur, vel materia repugnet: tunc enim solum inducit debitum honestatis. In lege regulariter inducit necessitatem, nisi adhibeatur particula de notans consilium, vt si lex dicat *Humiliter debet*, ex Barb. dict. 77.

223 Verbum *Oportet* excludit iudicis arbitrium, vt in *L. Verbum oportere 37. ff. de verb.* *Oportet.* *sign.* Vbi copiosè Rebuff. qui in ver. *Idem decerem* affirmat poni interdum pro consentaneo, & opportuno. Aliquando necessitatem importat, vt docet Valent. 1. 2. disput. 7. q. 5. punct. 6. quæstiun. 3. Aliquando solam decentiam, vt tenet Salon. 2. 2. q. 77. art. 1. cont. 8. verbum *Admoneo* non inducit mandatum *L. idemque §. si quis ea quæ ff. mandati*. Simili- *Admoneo.* ter *Moneo* solum importat consilium, & non *Moneo.* præceptum, vt affirmat Vasq. 1. 2. q. 96. art. 4. disp. 158. cap. 3. num. 23. Si dicatur *Moneas, & inducas* non indicat præcisam coactionem, *Induco.* proindeque non datur potestas compellendi, vt tradit Cels. Vgon. in tract. claus. pag. 493. col. 1. *Commandare* inducit mandatum, vt *in* *Commandare.* *L. si non remunerandi §. Cum quidam ff. mandati*, notat Nicol. Moysi. de contract. tit. mandati cap. de substan. mandat. num. 9.

Hortamur aliquando importat mandatum *Hortari.* necessitatis, & per ipsum confertur iurisdictio. *Districtè.* *C. quia iudicanti, de præscript.* & c. 1. *de testam.* & *Canon. hortamur 3. q. 9.* Vox *districtè* sumitur pro præcisè, prorsus, omninò, auget vim obligandi apud Vlpian. *l. 13. de procur. & l. 15. de recep. arb.*

Verbum *Statuimus* est iuris noui inductiuũ, *Statuimus.* vt *cap. de offic. de leg. in 6.* Interdum significat rem perfectam, & habet firmitatem definitiuæ

tiuæ ſententiæ, vt tenet Gloſ. V. Statuimus in *cap. cum ab vno de ſent. & re iudic. in 6.* Quid imporret *rogare* apud Latinos, & iuriſconſultos tradit Moneta de commut. vlt. volunt. c. 12. num. 193. & quidem prolatum à S. Pontifice importare vim præcepti, latè probat Tiraq. de pœn. temperan. cauſa 35. a n. 4.

Verba præcepti. 224 Quid denique ſentiat de vi verborum inducentium præceptum, Sanch. lib. 6. Decal. c. 4. a num. 36. paucis accipe: verba (inquit) quæ præceptum important, ſunt *Præcipio, Iubeo, Impero, Edico, iniungo, Mando, Prohibeo, Veto, Interdico*. *Teneantur. Facite, faciant.* Verba, quæ præcepto æquipollent, ſunt *Debeo, Teneantur*. Circa verba Imperatiui: *Facite, Faciant* conſuetudini regionis tanquam præceptum, vel conſilium acceptãtis, ſtandum eſt. Quando verba ſunt communia, ſcilicet quæ nec præceptum important, *Verba obligationis.* nec præcepto æquipollent, qualia ſunt *Monemus, Hortamur, Ordinamur, Statuimus, Stabilimus, Conſtituimus, innouamus volumus, intendimus, Decernimus*, & ponuntur quin aliunde materiæ grauitas, vel ſuperioris intentio appareat, nullius culpæ obligatio imponitur. Semper tamen inducetur obligatio culpæ grauis, ſi verbis etiam communibus ſuperaddantur hæc:

In uirtute Spiritus S. In uirtute obedientiæ, in uirtute iuramenti, uel uoti facti ſub pœna præſtiti, uel iuramenti. In nomine, ſeu uirtute Ieſu, ſub interminatione Gehennæ, ſub pœna maledictionis æternæ, ſub pœna indignationis, uel maledictionis Dei, ſub obteſtatione diuini iudicij: Strictè: Arctè, & ſimilia. Quod procedit, etiam ſi dubitetur an ſit materia grauis: ſecus ſi conſtet eſſe leuem.

225 Supereſt apponere, & exponere uoces, ac phraſes ſpectantes ad irritationem legis. *Irritum.* *Irritum* idem ſonat quòd non ratum, ſeu in nihilum redactum: & quamuis ſignificet irritationem factam, tamen aliquando innuit *Irritum pro irritando.* faciendam, & ſumitur pro irritando, ut docet Sanchez lib. 4. Mat. diſp. 8. num. 10. ex *Irritum pro valido.* *L. 1. C. de reſcind. vendit.* Vbi habetur Malæ fidei uenditio irrita eſt, nempe irritanda, ut interpretatur Gloſ. nam in iure irritum uocatur quod ex cauſa ſuperuenienti infirmatur, & rumpitur §. *Alio quoq; modo Inſtit. quibus modis teſtam. infirm.*

Aliquando irritum ponitur pro ualido, habente tamen ſuſpenſionem quoad officij executionem, ut *Cap. Archiepiſcopus diſt. 66.* Vbi habetur quòd Archiepiſcopus ab omnibus ſuffraganeis conſecretur, aliàs ſit irrita conſecratio. Nam Sanch. lib. 7. opuſc. c. 1. dub. 15. num 24. cum Turre cremata ſic intelligit, ut maneat quidem uerè Epiſcopus conſecratus, ſed non poſſit exequi officium.

Eadem ratione intelligendum eſt. *Cap. non debet diſt. 65.* Vbi ſtatuitur quòd conſecratio Epiſcopi fiat de licentia Metropolitani, conuocatis epiſcopis ſuffraganeis, aliter ordinatio facta non ualeat. Verba, quæ ſatis oſtendunt mentem legiſlatoris eſſe, vt actus prohibitus ſit irritus ipſo iure, vel ipſo facto, *Valeat.* teſte Salas de leg. diſp. 16. ſec. 8. num. 29. ſunt, quando lex dicit: eo ipſo irritus ſit aut non valeat, pro infecto habeatur, careat viribus, Robur, & firmitatem non obtineat. Vox hæc *Adimatur* in *L. vna ff. de ademp. lib.* *Adimatur.* apud Alex. v. eodem, idem valet atque pro non dato habeatur.

226 *Caſſare* propriè dicitur reſcindere, id quod validum eſt, *Cap. Accedenſ. 1. vt lite non conteſt* Dec. in Authent. Caſſa num. 9. C. de *Caſſare.* ſacroſ. Eccleſ. & Bertazol de clauſ. inſtrum. clauſ. 26. Gloſ. 1. num. 2. vbi addit, quod etiam impropriè dicimus caſſare id quod nullum eſt, & de facto proceſſit. Verbum *Fiat*, quamuis aliquando denotet tempus præſens, *Fiat.* vt tenet Maſcard. de probat concluſ. 845. n. 17. tamen ex ſe, proindeque regulariter tempus futurum reſpicit, apud Tiraq. in *L. ſi vnquam* v. reuertatur num. 208. *C. de reuocat. donat.* Vnde non eſt aptum vt per ipſum ſine vllo addito imponatur pœna facto ipſo, vel iure ipſo. *Nullatenus* eſt dictio vniuerſalis ex- *Nulatenus* cludens omnem partem etiam minimam, negans omnes caſus, & omnem potentiam, vt docet Menoch. conſ. 383. num. 14. importans nullitatem actus ipſo iure, vt tenet Gig. de penſion. q. 10. & ſeq. vbi affirmat, idem præ *Nullus ſit roboris.* ſe ferre, ac ſi dicatur. *Nullius ſit roboris, & efficacia.* Vnde habet vim decreti irritantis authore Rolan. conſ. 27. num. 11. Particula *nullius momentis* importat ipſo iure nullitatem actus in contrarium geſti, vt in *L. ſi quis ſempronium ff. de hæred. inſt.* & notant Farin. in praxi crim. p. 1. l. 1. tit. 4. q. 35. nu. 4. & Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 57. num. 7. *Nullo modo* eſt dictio vniuerſalis negatiua excludens *Nullo modo.* omnem caſum, & diſpenſationem, vt tenet Cened. poſt lib. pract. & Canonic. quæſt. ſing. 7. num. 1. & 2. operatur idem quod clauſula decreti irritantis apud Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ. 51. n. 18. & importat canonem latæ ſententiæ teſte Sayro in claui regia l. 3. c. 8. num. 26. *Nullus* eſt dictio vniuerſalis negati- *Nullus.* ua excludens omne tam principale quàm acceſſorium iuxta Panorm. ad cap. ad noſtrum per text. ibi. num. 5. de elect. ſæpe ſignificat non quod inualidum eſt, ſed quod reuera non eſt, vt notauit Rim. Iun. conſ. 61. num. 13. & quidem *Nullus* dictus quaſi *non vllus*, authore Barboſ. 229. num. 10. latiùs patet, quàm *nemo*: quia *Nemo* de hominibus tantum dici- *Nemo.* tur, Nullus de rebus omnibus, Vnde *nulli-* *Nemo.* *tas* quod irritatio, & Annullare, quod nul- *Nullitas.* lum facere. Vantius tract. de nullitat. tit. 1. n. 1. ſic deſcribit nullitatem. Eſt ius, & commune auxilium, ad irritandum, ſeu irritum nuntiandum actum, de quo quæritur, competens.

227 *Fruſtra* ſignificat incaſſum, & inutiliter,

Frustra.

ter, proindeq; importat nullitatem actus ipso iure, vt tenet Vulpell.de præp.& aduerb.sign. sub hac dict. pag.39. affirmans de proprietate huius dictionis esse denotare quandam anihilationem, & actus nullitatem: subditq; quod possit stare, vbi actus exceptionis ope venit infringendus. Salas de leg.disp.16.sec.8.n.30.

Non possit.

Pro vtraq;parte id disputat.Particula. *Non possit*, vel *non potest*, ambigua est teste Suar.de leg. lib.5.c.31.n.13. sæpe enim non significat negationem potentiæ facti, sed iuris: nam id simpliciter possumus, quod iure possumus: vnde simpliciter: dicimur non posse quæ licitè facere non possumus. Quare non inducet nullitatem, si præcisè spectetur, non attenta materia, & circunstantijs.

Subreptio obreptio. Subreptitiũ & obrebtitium.

Inter *Subreptitium*, & *obretitium*, in ordine ad irritationem, & nullitatem rescripti, quamuis Sanchez lib.8.de matr.d.21. n.2. nullum agnoscat discrimen, tamen Innocent. *Cap.eum dilecta n.3.de rescript.* existimat *subreptitium* dici quando Princeps plenè intellexit tenorem precum, at ineis tacita est veritas necessariò explicanda, vel falsum aliquid narratum est, Obreptitium verò quando per verborum inuolutionem, aut loquelam callidam, & fallacem effugitur deliberata concedentis conscientia, & plena intelligentia. Alij apud Menoch. de arbitr.l.2.cent.3.cas.201.n.9.putant *subreptionem* esse quoties veritas tacetur, vel per confusam narrationem occultatur.

Obrepere. Obreptio.

Obreptionem verò quando falsum exprimitur, seu narratur. *Obrepere* est quasi latenter subintrare. *Cap.ne in agro, de statu Monach.* Sumitur in iure *obreptio* pro mendacio *L. sin autem §.1.ff.de negot. gest.* & est mendacium fraudulentum. *L. sed & si §.patronum ff. de in ius vocan.* & propriè consistit in facti narratione, non iuris *L.cum verò §. subuentum ff. de fideicomm.*

228 Vt intelligas quibus verbis, & modis lex prohibens actum eundem irritet, ex Suar.l.5.de leg. c.26. distinguendum est inter irritationem pænalem, & non pænalem, sed solum intentam propter bonum commune.

Irritatio facta, vel facienda. Ipso facto. Ipso iure.

Igitur si irritatio pænalis sit, & non explicetur per particulam *ipso facto*, vel *ipso iure* formaliter, aut æquiualenter, actus simpliciter valet, & irritatio est ferenda. Si addatur *Ipso facto*, vel iure, aut aliquid æquiualens, *vt non valeat, careat robore firmitatis*, & nihil adiungatur, irritatio quidem est ipso facto, non tamen obligat vsque ad sententiam iudicis, & ita non statim annullat actum quoad effectum suum, donec sententia feratur, & retrotrahatur.

Debet ergo, vt omnino annulletur actus, aliquid amplius addi, quod significari solet per verba impedientia acquisitionem dominij v.g. *Non faciat suum: Teneatur statim restituere.* Quæ procedunt attenta qualitate materiæ. Si irritatio sit nõ pœnalis, statim inducitur, nulla expectata sentẽtia, vel declaratione iudicis, quoties lex ipsa declarat irritationẽ ipso facto, vel quod non valeat actus ex tũc, vel quid simile.

SECTIO VII.

De priuilegio, & concernentibus.

Priuilegij nomen. Priua 1. Singula.

229 PRiuilegium dicitur quasi priuans legẽ, seu lex *priua* idest, *priuata* ex Isidoro c.priuilegia dist.3. Leges (authore Gellio lib. 10.c.20.) sunt generalia iussa, & de vniuersis ciuibus, priuilegia verò sunt priuata iussa, & de singulis concepta, quia veteres *priua* dixerunt, quæ nos singula dicimus. Priuilegium apud Azor.to.1.lib.5.c.22.q.1. varijs nominibus insignitur: nam appellatur ius singulare, constitutio personalis. Rescriptum, beneficium, Diploma, Auxilium, Fauor, Gratia, Prælatio, Prærogatiua: in iure Canonico vocari solet indultum, immunitas.

Priuilegiatus. Priuilegiũ quid.

Priuilegiarius est ille cui priuilegium aliquod conceditur *L. si ventri ff. de priuil.credit.* Indocti vocant *Priuilegiatum*: sicut accipiunt pro beneficiario, cui nempe beneficium cõfertur, beneficiatum. *Priuilegium* apud Suar.lib.8.de leg.c.1.n.3. sic definitur: Est priuata lex aliquid speciale concedens. Lex ponitur loco generis, & quamuis dicatur priuata, quia priuatæ personæ, vel priuatæ communitati conceditur, tamen semper communitatem simpliciter dictam respicit quòad obligationem, & finem vltimatè intentum.

Ad illius essentiam spectat quod aliquid speciale concedat, idest non concessum iure communi. Syluest.v. eod. q. 3. distinguit inter priuilegium latè, & propriè acceptum, affirmans ad hoc requiri quòd sit contra ius, ad illud sufficere, quòd sit vltra, vel præter ius. Suarius tamen citat.n.5. existimat priuilegium hac significatione propria comprehendere quidquid lex priuata concedit speciale in fauorem alicuius, siue contra, siue præter ius.

Rescriptum quid, & quotuplex. Iustitiæ rescriptum. Gratiæ rescriptum. Dispensatio & priuilegium. Indulgentia.

230 Vt magis innotescat ratio, & essentia priuilegij, est discrimen inter *priuilegium*, & *rescriptum*: hoc enim intrinsecè postulat scripturam, imo authenticam, quam priuilegium non requirit. *Rescriptum* vel est iustitiæ, quod datur ad explicandum ius, aut dirimendas lites, vel est *gratiæ*, siue detur ad conferendum aliquod beneficium, & dignitatem, siue pertineat ad ius operandi, & sub hoc continetur priuilegium scriptum. *Dispensatio & priuilegium* conueniunt in eo quòd vtrumque sit gratia, & non solum præter, sed etiam contra legem. Differunt, quòd priuilegium sit lex priuata in ordine ad plures actus, at dispensatio non ita se habeat, cum frequenter detur ad vnicum actum: unde latiùs patet gratia, seu beneficium, quàm priuilegium: nam omne priuilegium est gratia, non & contra. Hæc Suar. lib.8.de leg.c.2.qui cap.9. n.11. asserit indulgentiam non comprehendi sub nomine priuilegiorum in generalibus rescriptis Pontificum, nisi mentio illius proprio nomine fiat. Nam Indulgentia est quædam absolutio, & non est facultas aliquid

agendi, vel non agendi, quam priuilegium specialiter significat. Salas dif. 2. de leg. sec. 8. n. 45. ponit differentiam inter priuilegium, & beneficium, quod *Priuilegium* sit facultas alicui à Principe data aliquid faciendi, vel non faciẽdi, quod alioqui esset contra legem. *Beneficium* vero sit facultas, vel quid aliud bonum à Principe concessum præter leges. Habet se priuilegium ad prærogatiuam, seu prærogatiuum, tanquam inferius ad superius: Est enim prærogatiua quæcunq; excellentia, vel præstantia, qua quis aut præfertur aut præferri alteri debet. Vnde omne priuilegium est prærogatiua non è contra. *Prærogatiuus* homo dicitur ille, qui primus rogatur sententiam, & cuius sententia momentum, & authoritatem habet.

Beneficium.

Prærogatiuus homo.

231 Quod attinet ad multiplicitatem, diuiditur 1. priuilegium in reale, & personale. *Reale* est quod conceditur rei, & durat tot tempore, quo durat *res*, cui adstringitur. *L. Imperatores ff. de publicanis*. Huiusmodi sunt, quæ dantur certo generi actionis, causæ, & negotij, velq; in certum locum, vel dignitatem hominis conferuntur. *Personale* est quod conceditur soli personæ, & ideo semper temporale est, quia finitur cum persona. *L. vnica Cod. de caducis tollend.* Debet verò persona esse vera: nam si sit persona ficta, quale corpus mysticum, vt ciuitas, collegiũ, religio, Academia, pro reali habebitur, & a quibusdã vocatur *personale corporale.*

Priuilegiũ multiplex.

Personale priuilegiũ.

Persona ficta.

Personale corporale.

Reale priuilegium.

Imò concessum personæ veræ non statim personale censetur: nam aliquando est persona particularis, aliquando genus personarum, vt minores, mariti, vxores, & similes. Concessum personæ particulari personale est, vtpote finiendum cum persona: concessum generi personarum, ac præsertim conditioni existenti in persona, vt minori propter defectum ætatis, priuilegium restitutionis, reale est.

Ad discernendum inter reale, & personale, debemus attenta materia, & circunstantijs ponderare verba concedentis: si enim dirigantur ad rem, vt *concedimus vineæ tuæ immunitatem* reale est: si dirigantur ad personam, vt *concedimus tibi*, personale est, dummodo non addatur aliquid, quod significationem distrahat v.g. *Concedimus tibi, & tuis hæredibus, vel successoribus.*

In dubio siue negatiuo, siue positiuo, sit ne reale, an personale? si illud sit purum beneficium, reale, censetur atque adeo perpetuum, iuxta regulam: *Decet concessum à Principe beneficium esse permansurum*. Si illud sit odiosum, vtpote contra ius commune, vel cedens in aliorum præiudicium, personale reputatur, vtpote strictè interpretandum. Ita Suar. c. 3.

252 Diuiditur 2. in temporale, & perpetuum: *Perpetuum est* quod perpetuò durare potest, nisi à concedente reuocetur: conceditur n. absque temporis limitatione rei alicui de se perpetuæ, vt religioni, monasterio, officio, dignitati, vel familiæ: vnde semper reale est, non personale. *Temporale* est quod de se finito tempore limitatur: siue ex parte illius, cui conceditur, si n. persona est, eius finitur vita: siue ex parte concedentis, vt si pro sola ipsius vita, vel ad ipsius beneplacitum, vel pro determinato tempore concedatur siue ex parte ipsius priuilegij, quando scilicet conceditur sub aliqua conditione, quæ lapsu temporis extinguitur.

Perpetuum.

Temporale.

Priuilegiũ.

Diuiditur 3. in gratiosum, & remuneratoriũ: *Gratiosum* est, quod gratis confertur sine vllo respectu ad merita priuilegiariorum, vel aliorum qui cum priuilegiarijs coniunctionem habent. *Remuneratorium* vocatur quod conceditur tanquam præmium propter merita priuilegiarij propria, vel aliena. Vnde si non intendatur remuneratio meritorum, quamuis in priuilegiario dentur merita, gratiosum censebitur. Vtrumq; vel personale, vel reale esse poterit, si vel personæ, vel officio annectatur. In dubio dicendum est cum Menoch. de præs. lib. 3. præs. 103. n. 12. remuneratoriũ personale esse. Quia merita quibus nititur, personalia sũt.

Gratiosum.

Remuneratorium.

233 Diuiditur 4. in priuilegium tantum pro foro conscientiæ, & priuilegium pro foro externo. Primum ita valet pro foro interno, vt in externo nihil prosit. Secundum in vtroq; foro pro dest. Diuiditur 5. in affirmatiuum, & negatiuum: *Affirmatiuum* illud est quod impendit facultatem ad aliquid faciendum, siue contra ius commune, quale priuilegium ingrediendi monasteria monialium, siue præter ius, vt priuilegium lucrandi indulgentias.

Affirmatiuum priuilegium.

Negatiuum est quod concedit facultatem ad aliquid omittendum, & semper est contra aliquod ius vel certum, vel dubium. Diuiditur 6. in fauorabile, & odiosum. *Fauorabile* est, quod ita alicui fauet, ut nemini noceat, etiam si iuri communi deroget, quale est priuilegium edẽdi carnes tempore quadragesimæ, & audiendi sacrum tempore interdicti. *Odiosum* est quod ita fauet priuilegiario, ut noceat alteri, quale priuilegium in lite, ut procedat iudex appellatione remota, & priuilegium non soluendi decimas. Diuiditur 7. in commune, & singulare.

Negatiuũ priuilegiũ.

Fauorabile priuilegiũ.

Odiosum priuilegiũ.

Commune priuilegiũ.

Commune uocatur, quod ob finem boni communis immediatè conceditur, quale concessum Clericis, qua talibus. *Singulare* est quod ob bonum alicuius singularis immediatè impenditur, quamuis ultimatè in bonum commune terminetur. Nam ad rei publicæ bonum, & conseruationem ualde conducit quòd specialia beneficia, & exemptiones benemerentibus conferantur.

Singulare priuilegiũ.

234 Diuiditur 8. in priuilegium conuentionale, & purum. *Conuentionale* est, quod ex pacto, & conuentione impenditur. *Purum* est quod caret omni pacto, & conuentione. Diuiditur 9. in priuilegium scriptum, & non scriptum. *Scriptum* est, quod conceditur à Principe uerbaliter, & *viuæ vocis oraculum* nuncupatur. Scriptum concessum à Papa est

Conuentionale priuilegium.

Purum priuilegium.

Viuæ vocis oraculum.

est duplex, alterum dicitur *Bullatum*, quod conceditur pro Bullam: quid verò hæc sit, suo loco explicabitur: alterum concessum per signaturam, de qua latè Mandosius in regul. Cancell. reg. 33. q. 2. Ludouic. Gomez in reg. Cancell. in compendio vtriusque signaturæ q. 16. & magis methodice Rebuff. in praxi benef. an pag. 129. & nos alibi ex professo. Constat ex

Ad instar.

leg. omnia 34. C. Episc. & Cleric. dari priuilegium quod vocatur *Ad instar*, de quo Suar. lib. 8. de leg. cap. 15. & describi potest id priuilegium, quod est ad imitationem alterius, & respicit illud tanquam exemplar, itaut mensuratum adæquetur mensuræ, nec excedens, nec deficiens. Illud notandum est, quòd aucto exemplari per nouas concessiones, vel destructo quomodolibet, nulla mutatio datur in priuilegio, *Ad instar*, quia licèt hoc pendeat ab illo in fieri, at in conseruari non pendet.

Informe priuilegium

235 Priuilegium concessum à Papa per verbum *Fiat* censetur *informe* (teste Azor. tom. 2. lib. 7. c. 23. q. 1.) quandiu non est contentum in literis Pontificijs expeditis, vnde per Cancellariæ regulam cautum est, ne iudices in causis sententiam pronuncient vigore supplicationum signatarum, sed vi literarum consueta forma expeditarum: in qua regula dicitur gratiam Apostolicam impetratam esse informem ante literas expeditas. Quare si clericus impetrans beneficium à Papa absq; literis Pontificijs possessionem ceperit, pro intruso habetur.

Gratia informis.

Intemeratum priuilegium. Arenga quid. Forma communis. Certa scientia priuilegio.

Priuilegium intemeratum tam iure Canonico 25. q. 2. c. 1. quàm ciuili *L. 1. C. de tut. & Cur. illu. perso.* Est illud quod inuiolabiliter omni tempore obseruari debet. *Arenga* in priuilegijs apud Alex. Scot. v. eodem sic describitur: Est apta, & concors verborum sententia, quæ ponitur post salutationem in priuilegijs arduorum negotiorum.

Duplex est confirmatio priuilegij, altera dicitur in forma communi, & procedit ex cognitione confusa priuilegij, daturq; quando nullum apparet signum, ex quo sufficienter constet eam processisse habita plena notitia priuilegij: hæc nullum ius nouum confert, nec dat valorem priuilegio inualido, sed valido dat puram roborationem. Altera dicitur *ex certa scientia*, & procedit ex perfecta notitia illius, tenoris, & omnium circunstantiarum eius: habet quæ vim nouæ concessionis. Vnde si contingat priuilegium concessum esse inualidum, per illam redditur validum. Quamuis princeps confirmans, illius defectum, & nullitatem ignorauerit: dummodo potestatem habeat ad reualidandum, & nihil addit, quod reualidationi repugnet. Ita Suar. l. 8. de leg. c. 18

236 Cum priuilegium soleat concedi tum ad petitionem seu instantiam partis, tum ex mero arbitrio, & voluntate principis, seu vt dicunt, *motu proprio*, tunc datur (inquit Sanch. lib. 8. matr. disp. 1. n. 6.) *Motus proprius*, quando Pontifex in literis, & si ad instantiam partis concessis exprimit se motu proprio concedere. *Cap. si motu proprio, de præb. in 6.* quare si detur hæc clausula, non est audiendus volens probare ad instantiam partis concessam esse gratiam. Quia hoc esset velle redarguere Pontificē mendacij.

Motus proprius.

Instantia partis.

Addit Suar. lib. 8. de leg. c. 12. priuilegium intelligi concessum ad instantiam partis quoties in ipso expresse non dicitur concedi *motu proprio*. Apponit ibi triplex discrimen inter concessum motu proprio, & concessum ad instantiam partis, 1. quod illud sit magis voluntariū, & liberale, atque adeo, cæteris paribus, maius censeatur beneficium 2. quòd illud nunquam retorqueatur contra eum, cui conceditur, sicut retorqueri solet interdum obtentum ad partis instantiam 3. quòd per subreptionem impetratum ad puram instantiam partis non valet. Secus si proprio motu concedatur. Quomodò verò clausula *motu proprio* in gratijs suppleat subreptionem, latè docet Sanchez lib. 8. Matr. d. 21. à n. 46. Priuilegium concessum pro modum rescripti, & non statuti, videtur illud quod induit naturam rescripti postulantis intrinsecè scripturam, quam statutum ex se non postulat: deindè non exigentis ex se perpetuitatem, quam statutum exigit.

Rescriptum

237 Vt nonnulla priuilegia in particulari ex celeberrimis perstringamus, *Velleianum*, dictum à Velleio consule Authore, inductum est in fauorem mulierum, quæ sua leuitate, & sexus fragilitate se, & sua obligant pro alijs fideiubendo, vel obligationem in se recipiendo. Per illud enim eis subuenitur, & conceditur vt indemnes seruentur. Nam si mulier fideiubeat quamuis ipso iure valida sit obligatio, eliditur tamen ac nulla redditur ope exceptionis senatus consulti. Velleiani, si eo priuilegio dicta mulier vti velit, vt potest in vtroq; foro. An verò, quomodo, & in quibus casibus tali priuilegio renunciare possit? Latè exponunt Molina de iust. to. 2. disp. 540. Less. de iust. lib. 2. c. 27. n. 16. & Alexan. Scot. in diction. v. senatus consultum Velleianum.

Velleianum priuilegium

Macedonianum, de quo *l. 1. ff. ad Macedon. & C. eod. tit.* habet locum, quando aliquis filio familias in potestate patris existenti mutuo pecuniam tradidit. Per illud enim prohibitum est dari pecuniam mutuam filijsfamilias, ne ijs prægrauatis onere debitorum præbeatur occasio machinandi mortem patri. Vnde si quis contraueniat, mutuando filiofamilias, pecuniam traditam amittit, nisi ipse habeat castrense, vel quasi castrense, quo vtitur vt pater familias. Est dictum *Macedonianum* secundùm Azon C. eo tit. à Macedone fænatore pessimo, qui causam dedit huic senatui consulto edendo: tradebat enim pecuniam filijs familias, & si non expresse, tamen tacite, & velatis verbis suadebat occisionem parentum. Macedoniano renunciari non potest, cum sit inductum non solum in fauorem filiorum familias, sed etiam in odium creditorum.

Macedonianum.

SECTIO VIII.

De priuilegijs, quibus fruuntur Doctores.

Doctorum priuilegia. 238 IN gratiam Doctoralis laureæ, qua me olim S.Theologiæ professorem Alma Eborensis Academia condecorauit, hic opportunè visum est congerere priuilegia, & exemptiones, quibus principes tum Ecclesiastici tū seculares per omnem ætatem viros doctrina præstantes, & laurea Doctorali insignitos munificentissimè cumularunt. Quæcunq; igitur ex iure, & authoribus longa indagatione colligi, subjicio hoc ordine.

1 Doctores, quamuis genere plebeij, & infimo loco nati per Doctoratum, nobilitatem, & nobilium priuilegia assequuntur, vt latè multis citatis legibus probant Tiraq. de nobil. c.5. n.3. & Petrus Lenauderius tract. de Doct. p.2. ex quo infertur 1. eos non posse cogi ad soluenda tributa imposita plebeis, vt testatur Antonius Corcetus in cap. Grandi num.27. 2. non posse cogi vt eant ad militarem censum vulgo *Alardo* 3. non posse damnari ad verbera, triremes, suspendium, & similes pœnas viles iuxta Ordinat. Lusit.l.5. tit.139. 4. Doctorem inuentum cum vxore viri plebei, non posse ab eo impunè occidi, iuxta Ordin. lib.5. tit.38. 5. Doctori in ius vocando non debere diem dici per præconem, sed per scribam.

239 2 Habetur illis fides in ipsorum testamento circa solutionem præstitam famulis. Ordin. lib.4. tit. 33. §. 2. iuxta explicationem Barbosæ in Remiss. vbi addit ad verbum, *ou Doutores*. Procedit in Magistris artium, quia appellatione Doctorum continentur, & illorum priuilegijs gaudent.

3 Excusantur à tutela, itaut cogi nequeãt, vt tutores agant. Ordinat. Lusit.lib.4. tit. 104. §.5. Paulus Monran. de tutel.c.35.a num.203. Guterr. de tutel.1. p.c. 21. num.26.& Barbos. ad ordin.citat.

4 Habent authoritatem faciendi procurationem seu mandatum procuratori manu propria. Ordin.lib.3. tit. 29. & lib. 1. tit.48. §.15. iuxta explicationem Barbosæ in Remiss.

5 Habetur fides illorum scripturis tãquam publicis. Ordinat. lib. 3. tit.59. §. 15. iuxta Barbosam in Remiss.

6 Vxor Doctoris cognominari potest, & debet Domina, vulgo *Dona*. Constat ex praxi, & l.11. C. de dignit.lib.12. & multis alijs, quibus id probat Lenauderius tract. de Doct. 1. p. q.23. vbi addit teneri illum ad imponendum vxori dictum cognomentum.

7 Nec possunt, nec debent Doctores inuiti ad iudicium vocari, vt testimonium dicant, vel quid simile faciant. Bart. super Glos. in l.si liber elect.1. de in ius vocan. Cardin. Zabar. in clem. 2. q 4. de Magistris, & Ioan. de Immola in clem. 2. rubrica de Magistris num. 9.

240 8 Habent homagium, seu custodiam liberam, vulgo *Homenagem*, ita vt nequeant in vincula conjici, aut carcere publico detineri, nisi in casibus, in quibus dicta custodia seruari non solet. Ita Peres lib.1. Ordin. tit.4. pag. 771. Menoch. consil. 126. num. 7. Barb. in Remiss. ad ordin. lib.5. tit. 120. Ioan. de Annania super 5. decretum rubrica de Magistris n.11.& Lenauderius tract. de Doct. par.2. §.3. vbi sic: *Non possunt* (inquit) *aut debent capi personaliter, aut incarcerari, Glos. & Car. in l. Medicos C. de profess. & medi. lib. 10. Et si Index Doctores fecit in carcerari, punitur pœna capitis secundùm Bald. in suo tract. de carce. ver. tertio quæro. & ista intelliguntur in ciuilibus.* *Homenage custodia libera.*

9 Nequeunt subjici torturæ in certis casibus, Hippol. in pract §. Expedita num.29. Peres tit.1. lib.4. pag.772. Farin. in praxi crim.p.1. tit.5. q.41. à n.37. Ordin. Lusit lib.5. tit.134. §. 3. cum explicatione Barb. in remiss. Bobadil. in sua polit. lib.1. cap.12. num.53. idem affirmat de Doctore etiam infimi generis Lessius lib.2. iust c.29. dub.17. num.154. Vbi sic. Doctores, eiusque liberi, de quibus Gomezius c.13. n.3. & Clar. q.64. ne leuiter quidem torqueri possunt, etiam si sit semiplena probatio contra eos: nisi in hæresi, vel proditione, vel simili crimine læsæ maiestatis, si in alijs torti fuerint, quamuis postridie suam confessionem ratificent, non possunt condemnari, quia confessio fuit irrita, vtpote per iniuriam extorta, & consequenter ratificatio. *Tortura.*

10 Nec possunt damnari ad mutilationem membrorum, nec ad mortem vilem, qualis est mors suspendij, vel ignis. Ita Ioan. de Annania super 5. Decret. Rubrica de magistris num. 11. & Lenauderius tract. de Doct. par.2. §.4. vbi multis adductis textibus id probat.

241 11 Habent ius, vt interuentu officialium iustitiæ expellant à sua vicinia omnes artifices, qui possunt repetitis tunsionibus, eorũ studia inter turbare obtundendo aures, quales sunt fabri ahenarij, & ferrarij. Ita notat Glos. in *l. 1. ff. solut. mat.* Barb.& Alex. de Immola in addit ad Bar. in l.1. C. de stud. lib. vr. Ro. lib.11. & late probat Lenauder. cit. p 2. §.25.

12 Habent omnia priuilegia ciuium cuiuscunque ciuitatis vbi docuerint. Bar. in *L. municipes §. fin. ff. ad municipales.*

13 Non possunt cogi ad contributionem in quibus cumque subsidijs. Hoc latè probat Petr. Lenuder. tract. de Doct p.2. §.7.

14 Habent ius vt magistratus compellat quemcumque dominum ad vendendum, aut locandum domum, vel alium locum opportunum literariæ palæstræ. Ita Ioan. de Platea in l.1. C. de Stud. lib. vrb. Ro. libr. 11. circa finem, & Bartol. Cepole tract. de senci. ver. præd. tit. de sepul. 11. colum.

15 Possunt ope magistratus conducere ad propriam habitationẽ quascunq; domos, quæ locari

locari ſolent. Guil.de cur. in *L. decernimus C. de Epiſc. & cler. Bal.*& Angel.in *L.1.ff.ſolut. matr.* & Alex.in *l.1. C.de dign.l.*12. Vide hæc latiùs in noſtra Academ.à n.1398.

16 Tenetur quicunque iudex, prætor, uel ſenaror Doctorem ad ſe uenientem comiter excipere, eique ſedem domi præbere. Ex tex. *in L. Fin.* & ibi Gloſ. in uerbo Honoratis *C.de offic. diuerſ. iudic.* quod latè proſequitur Caſſanæus de gloria mundi par.10. conſid.40.

17 Quamuis ſecum deferant arma prohibita, non debent excuti, ſeu explorari per trium viros, circuitores, vel apparitores, vulgo *Meirinhos*, ou *Alcaydes*. Bertachinus in 5. p. Repert. v. Doctor. Ioan. de Anania ſuper 5. decret. rubrica de magiſtris num. 11. & Lenauder. tract. de doct. par. 2. §.8.

242 18 Poſſunt vti curru inſtar Principum in ciuitate vbi fuerit Imperator. *l. 1. C. de honore vehi. lib.* 11. apud Bertachinum proximè citatum. Cardin. Zabar. in Clem. 2. q. 4. de magiſtris, & Ioan. de Immola in clem. 2. rubrica de magiſtris n. 9.

19 Non prohibentur ferre arma in caſibus, in quibus ruſticis ea ferre non licet. Bart. in *L. Medicos C. de profeſſ.* & multi alij, quos citat, ac ſequitur Tiraq. c.20. de nobil. num.68.

20 Sunt immunes à quibuſcumq; muneribus, & oneribus Reipublicæ, ad quæ proinde cogi nequeunt, ex *L. Medicos* & in Gloſ. *& C.de mu. patrim.l. 1 lib.* 10. id probant Zabar.in clem. 2. q. 4.de magiſtris, & Ioan. de Immola in clem.2. tit.de magiſtris n.9.

21 Non poteſt illis prohiberi, ſeu intercludi ingreſſus aulæ Principis. Zabar. in Clem. 2.q. 4. de magiſtris, & Ioan. de Immola in clem.2. rubrica de magiſtris n. 9.

22 Vxor Doctoris fruitur priuilegijs ſui viri, etiam poſt illius obitum, ſi vidua permaneat Bart. in *L. ſi poſt mortem §. fin. ff. de bono poſſ.* & Lenauder. tract. de doct. par.2.§.13.

23 Cauſa Doctoris priuilegiata eſt tanquam cauſa dotis. Bart. *in l. 1.ff.ſolut.matr.* Panorm.in *Cap. fin. de ind.* in fine, & Petrus Lenauderius tract.de Doct.par.2. §.17. vbi addit, *Potior videtur cauſa doctorum: quia in eis fauor publicus verſatur* in communi, quia replent terram ſapientibus.

243 24 Nec poſſunt cogi ad ſoluendum collectas: nec ſi crimen committant, damnari ad laborandum in operibus publicis. Primum docet Bart.ex *l. Medicos C. de profeſ.* apud Bertach. ver. Doctor. & Lenaud. tract. de doct. 2. p. ſecundum probat idem Lenaud. citatus §.6. ex *L. Decurionem C.de penis*.

25 Doctor dicitur Comes, ſi legit per 20. annos. *L.1.*C. de profeſſ. qui in vrbe apud Bertach.citatū, Card.Zabar.in clem.2.q.4. de magiſtris, vbi aſſerit poſt expletos viginti annos lecturę ęquiparari Duci,& Comiti. Idem tenēt Ioan.de Immola in clem.2.rubrica de Magiſtris n.9.& Io.de Annania ſuper 5.decr.de mag.n.6.

26 Debent præcedere militibus, non ſolum in rebus literarijs, ſed etiam in alijs indifferentibus. Bertach.1. p. Repert. v. Doctor. vbi citat varios.

27 Poſſunt appellari conſiliarij Principis. Ita Alex. in addit ad Bar. in *l.1. C. de dign. lib.* 12. ex *l.fin. C. de offic. diuerſ.ind.* & Caſſanæus par.10. conſid.32.

28 Debent loco, & loquendi ordine pręcedere quibuſcunque alijs ſapientibus non Doctoribus. Ita Caſſanæus de gloria mundi par.10. conſid.32.

29 Doctorum filij debēt præferri filijs aliorum hominum, & doctorari gratis. Bertach. 1.p.v.Doctor,& Petrus Lenauder.tr.de doct.p. 2.§.12.ex Gloſ.in *l.Iubemus.C.de aduoc.diuerſ.ind.*

30 Qui è domo ſua iniurioſe eiecerit Doctorem. punitur pœna capitis. Alex. in addit. ad Bart. in *l.1. C. de dign. lib.*12. Lenauderius tract. de Doct.p.2. §. 34.

31 Bona quæ Doctor ſua ſcientia acquirit, ſunt quaſi Caſtrenſia, proindeque non ingrediuntur collationem. Bart.in *L.fin.C.de ſilen.lib.* 12.& Petrus Lenauder. tract citato p.2. §.36.

32 Debent vocari Patres à iudicibus. Zabar.in *clem.2.q.4.de magiſtris*,ex *C.de offic.diuerſ. Iudic. lib.*11. & Immola ibidem n. 9.

33 Non poſſunt capi pro repræſalijs vt doctè probat Lenauder.tract.citato.p.2. §.33.

34 Habent omnia priuilegia quibus ſi uuntur milites. Hoc latè probat Stephanus Gratianus tom.4.diſcept.forenſ.DCCVI. à n.54.

244 Doctoris appellatione in toto rigore, & proprietate veniunt Magiſtri Artium, vt varijs textibus, & rationibus accuratè oſtendit Ioan. Martins a Coſta in Addit. ad tratactum libellorum Caminhæ Annotat.53.à n.7 & Barboſa in Remiſſ. ad ordinat. lib.4 tit.33.§.2. approbando ſententiam citati authoris, ita ait. *Latiſſimè per totam annotationem iuribus,& exemplis hoc confirmat, & poſt illam in lucem editam pro hac opinione in ſenatu ſupplicationis audini iudicatum.* Et quidem Eboræ Emmanuel Pouſadas pro hac parte litigās vicit Antonium de Mendoça Iudicem forenſem. Magiſtrum Artiū appellant Doctorem Caſſanæus de gloria mūdi par.10.conſid.33.his verbis. *Doctor Artium, & medicinæ præcedit Doctorem artium tantum.* Alex.de Immola 1.p.conſil.94.ſed ita eſt, quia dictus teſtator erat doctor artium,& medicinę, & conſequenter in dignitate conſtitutus. Bertach.1. p. Doctor medicinæ & artium dicitur habere dignitatem, Vide noſtram Academiam lib.8.diſp.1.q.2. *Magiſtri Artium.*

Sed quamuis tacerent omnes,ſufficeret authoritas Papæ Iulij 3. qui in quadam Bulla, quam expediuit anno 1553. in gratiam medicorum Collegij Romani, & affertur 1.to. Bullarij, ita ait, *Pro parte veſtrum aſſerentium vos à Sede Apoſtolica indultum ad Doctoratus huiuſmodi gradum tam in Philoſophia, quàm in medicina.* Et paucis interiectis. *Ad Philoſophiæ*

Medicina, seu eorum alterum doctoratus gradum.

Illud verò iudices monitos vellem, plurima ex numeratis priuilegijs nec intelligi, nec practicari de omnibus insignitis doctorali laurea promiscuè acceptis, sed de ijs tantum, qui vel actualiter docent moderantes Cathedram, vel iam docuerunt per multos annos, & emeriti sunt, vulgò *Iubilati*.

SECTIO IX.

De lege non scripta, seu consuetudine.

Consuetudo Assuetudo Lex non scripta, Vsus.

245 *Consuetudo* à Theologis lex non scripta, & à iuristis quasi communis assuetudo vocatur. Glos. *Instit. de iure nat. gen. §. Ex non scripto*. Lex non scripta sex præcipuè vocibus nuncupatur, nempe vsus, mos, consuetudo, stylus, ritus, forum. Hæc licet inter se conueniant, quod non nisi de actibus liberis, & humanis dicantur, tamen aliquale discrimen subeunt. Nam *vsus*, & *Mos* significant frequentiam, & continuationem similium actuum moralium per aliquod tempus: in eo autem differunt, quòd vsus latiùs pateat. quàm mos. *Vsus* enim dicitur tum de frequentia multorum actuum, tum de singulis actibus seorsim, at *mos* non dicitur propriè de vnico actu, sed tantum de frequentia multorum. *Consuetudo* si accipiatur tanquam quid facti, & *formalis consuetudo* appellari debet, cum more omninò coincidit: secus, si accipiatur tanquam quid iuris à *formali consuetudine* relictum: tunc enim est per modum facultatis, vel iuris obligantis ad operandum, quod in more non cernitur.

Mos, Consuetudo formalis.

Stylus.

Differt consuetudo ab stylo tanquam latiùs patens, *Stylus* enim est quædam consuetudo limitata ad actus iudiciales, & significat modum procedendi alicuius Reipublicæ in suis iudicijs. Differt etiam à *Ritu*, quia Ritus est consuetudo limitata, & significat certam solemnitatem in materia sacra, v.g. sacrificij, sacramentorum, diuinorum officiorum, & similium. Differt à *foro*, quia licèt *Forum* sit consuetudo, & vsus, tamen accipitur pro vsu iurisdictionis, vel in ordine ad iurisdictionem. Vide Suar. lib.7. de leg.c.2.& 5.

Ritus. Forum 1. consuetudo.

Præscriptio consuetudo.

246 Est discrimen inter consuetudinem, & præscriptionem, de quo Matienſus lib.1. Glos. 6.n.3. tit.7. lib. 5. nouæ collectionis, & Molina lib.2. de primog. Hispan.cap.6. n.10. quia *Præscriptio* non introducit ius legale, sed solum ius dominij, vel fruendi: deinde exigit titulum, & bonam fidem, non verò consensum illius contra quem præscribitur: at *consuetudo* introducit ius legale, ad quod exigit consensum populi, vel principis, sed nec titulum nec bonam fidem, saltem in principio. Azor. to.1. l.5.c.18.q.16.ex Syluestro v.consuetudo q.22. vtranq; sic discriminat. Præscriptio (inquit) primo consistit in rebus immobilibus tum corporalibus, tum incorporeis: at consuetudo solum habet locum in incorporeis, & in seruitutibus, iurisdictionibus, & electionibus, & alijs eius modi. 2. præscriptione acquiritur ius priuatæ personæ: at consuetudine non acquiritur ius magis vni quàm alteri, sed toti reipublicæ, & communitati. 3. præscriptio dat ius vni contra ius quod alter habet at consuetudo dat ius contra legem, vel præter, aut secundùm legem.

Consuetudo quid.

Ex quibus facilè deprehenditur quid sit consuetudo, præscriptio, & vsucapio: si igitur consuetudo sumatur prout est quid facti, sic definitur. Est frequentia operandi liberè eodem modo. Si accipiatur prout est quid iuris, tripliciter definiri solet. 1. ab Isidoro apud Gratianum *Cap. Consuetudo dist.* 1. est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex 2. in iure Castellæ part.1. tit.2. lib.1. sic, est ius non scriptum quod ex longo, & continuo vsu ortum est 3. & aptiùs in hunc modum. Est tacita obligandi voluntas ab eo profecta, qui obligare potest, vsu tantum, & more vtentium expressa.

Præscriptio quid.

247 *Præscriptio* quamuis apud Authores Cæsarei iuris accipiatur pro exceptione, de qua alibi, tamen apud interpretes canonici, & ciuilis vsurpatur pro acquisitione dominij ex possessione, tempore, & conditionibus ad id requisitis, & vt sic definiri potest. Est acquisitio dominij, vel iuris alieni elisione ex tempore legibus definito proueniens. Videtur coincidere cum vsucapione: hæc enim sic definitur à Modestino *L. 3. ff. Vsucap.* Est acquisitio, vel adeptio dominij, aut iuris per continuationem temporis lege definiti. Multi ponunt discrimen inter præscriptionem, & vsucapionem, quòd vsucapio sit rerum mobilium, præscriptio verò immobilium. At non benè, quia vtraque tam in mobilibus, quàm in immobilibus locum habet. Meliùs tamen distinguentur, si dicamus cum Molina tom. 1. tract. 2. disp. 60. præscriptionem latiùs patere vsucapione.

Vsucapio.

Nam præscriptio uersatur non solum in ijs, quæ per usum acquiruntur, sed etiam in ijs, quę per non usum comparantur, qualis v.g. extinctio actionis personalis quam alter mihi intentare poterat, & extinctio seruitutis, quam alter habebat in meo prædio: nam contra utranque præscribitur per non usum illorum habentium tale ius. At usucapio, ut constat ex ipsius nominis etymologia, solum habet locum in rebus, quæ per usum comparantur, & non in illis, quæ per non usum.

Consuetudo quotuplex.

248 Quod attinet ad multiplicitatem consuetudinis, diuiditur 1. in uniuersalissimam, uniuersalem, & particularem. *Vniuersalissima* est consuetudo totius orbis, siue sit Ecclesiastica, siue ciuilis, ad quam spectat ius gentium. *Vniuersalis* est alicuius reipublicæ, uel com-

communitatis perfectæ, quæ de se est capax legis. *Particularis* est consuetudo priuatæ personæ, vel communitatis imperfectæ, qualis priuata domus. Diuiditur 2. in Canonicam, & ciuilem. Ciuilis versatur in materia seculari, & politica. *Canonica* in materia spirituali, & propria Christianorum, qualis mos ieiunandi. Diuiditur 3. in positiuam, & priuatiuam: *positiua* consistit in frequentia actuum positiuorom: *priuatiua* in carentia actuum tempore, quo moraliter debentur, vt si quis omittat sacrum voluntariè die festo. Diuiditur 4. in consuetudinem reprobatam iure, & non reprobatam.

Particularis consuetudo.

Priuatiua consuetudo.

Reprobata iure.

Reprobata iure, de qua latè Suar. lib. 7. de leg. cap. 7. censetur illa, quæ à iure reprobatur, siue expressè, & formaliter per verbum reprobandi, siue æquiualenter, vt si appelletur irrationabilis, corruptela, abusus, & similiter. Quæ verò prohibetur, vel reuocatur simpliciter sine ullo addito, non censetur reprobari. Diuiditur 5. in consuetudinem secundùm legem, contra legem, præter seu ultra legem, de quibus Suar. citatus cap. 4.

Solitum.
Consuetum.

249 Sequitur vt exponamus quasdam voces ad præsens institutum pertinentes. *Solitum* & *Consuetum* apud Salas de leg. disp. 19. sect. 8. videntur coincidere. *Solitum* dicitur, quod pluries obseruatum est, vt habetur ex §. *pauonum*, *Inst. de rerum diuis.* & *l. lege* §. *igitur ff. de verb. sign.* Ita Bertazol. de clauf. Instrum. clauf. 21. Glos. 12. n. 2. vbi dicit, quod solitus aliquid facere vt quis dicatur, plures actus exiguntur, nec vnus sufficit. Vnde teste Gama decis. 342. n. 4. vt res dicantur solitæ concedi in Emphyteusim, requiritur saltem, quòd bis fuerint concessæ spatio quadraginta annorum. Interdum verificari poterit in vnica vice, seu actu iuxta subiectam materiam, vt tenet Bertazol citatus n. 1.

Præscripta consuetudo.

Præscripta consuetudo (vt tenet Panormit. in *cap. Non est de consuet. in 6.* n. 7.) nihil aliud significat, nisi esse obtentam per cursum temporis requisiti ad præscriptionem. Vt consuetudo legem inducat, duo requirit, nempe certam frequentiam actuum, qui fiant publicè, & voluntariè, vt populi consensus requisitus innotescat: & certum tempus. Quod attinet ad frequentiam actuum, docet Suar. lib. 7. de leg. cap. 10. n. 3. & 4. nullum certum numerum posse determinari, sed prudentis arbitrio relinquendum esse, ita vt attendi debeat materia, & multitudo occasionum: eam verò frequentiam actuum semper requiri, & sufficere, per quam populi, & principis tacitus consensus innotescat. Quod attinet ad tempus, ex mente citati Authoris cap. 15. dicimus sufficere decennium siue ad Ciuilem, siue ad Canonicam.

Quamuis enim dicatur quòd canonica requirat spatium 40. annorum, hoc habet locum in ijs, quæ sunt contra ius, & non ijs, quæ sunt præter ius. Nec refert §. 1. *Instit. de vsucap.* Vbi requiruntur decem anni inter præsentes, & viginti inter absentes; quia consuetudo populi semper inter præsentes est. Breuius tempus sufficit vt consuetudo non præscripta inducat ius, quando scientia principis intercedit: id verò prudentis arbitrio committitur. *Soles* quid importat, vide Bart. in *L. 1. C. quomodo & quando iu.*

Solet.

250 *Longa consuetudo* quæ apud Azor. tom. 1. lib. 5. c. 18. idem in vtroque iure valet, atque præscripta: apud Alex. Scot. v. eodem est quæ decem annis, vel viginti inducta fuit, & multo magis longiori tempore, vt si triginta, vel 40. annis perdurat. *Chresis* ponitur pro vsu *L. si habitatio ff. de vsu, & habit.* Dicitur *Functio* idem, quod vsus consuetus, à *Fungor*, quod significat officium exercere, vel dignitatem habere. Ideò dicitur mutuæ pecuniæ functionem magis in genere, quàm specie recipi: quia soluendo mutuam pecuniam magis vtimur genere, id est rei materia, quàm specie, idest eodem corpore: aliter non esset mutuum, scilicet de meo tuum, sed commodatum, scilicet ad commodum vtentis datum. *L. mutuum ff. si certum petatur*. In tributis, & vectigalibus quid sit *Functio publica*, vide Glos. ad l. 1. §. *hic titulus ff. de public. & vectig.* v. Pendant. *Inter vsurium* est vsus medij temporis apud Vlpian. *L. circa 66 ff. ad leg. Falcid.* Interuallum (inquit) temporis, & inter vsurium huius spatij minorem facit quantitatem decem, scilicet vsus, & emolumentum eius pecuniæ, quod interca percipit hæres, legatarius autem amittit. *Vsurpatio* quamuis *L. 2. ff. de vsucap.* accipiatur pro interruptione vsucapionis, tamen idem valet atque frequens vsus apud Tull. de clar. orat.

Longa consuetudo.
Chresis.
Functio.
Fungor.
Functio publica.
Inter vsurium.
Vsurpatio.

251 Inter desuetudinem, & consuetudinem legi contrariam, ponit differentiam Bart. in *L. de quibus ff. de legib.* Quod *consuetudo* est quando fit contra legem per ipsam consuetudinem, sed *desuetudo* est quando non vtimur aliqua lege in iure posita. Idem videntur sentire Azor. to. 1. lib. 5. cap 4. & Salas de leg. disp. 19. sect. 20. quatenus explicant desuetudinem per non vsum. At Suar. lib. 7. de leg. cap. 18. n. 8. adhuc discriminat desuetudinem a puro non vsu quasi desuetudo detur, quando datur non vsus legis nulla rationabili causa excusante, at purus non usus fit, quando aliqua rationabilis causa excusat. Sic desuetudinem intelligit Azor citatus quæst. 1. *Desuetudo* (inquit) vel non vsus legis est, quando promulgata lege, & elapso promulgationis tempore populus perseuerat in faciendo, quod factitare ante legem solebat. Non fui dissimilis Suar. lib. 8. de leg. cap. 34. n. 4. & 5. explicat circa priuilegium affirmatiuum, duplicem non vsum, alterum purè negatiuum, & datur, quando opportunitas, vel occasio pro qua concessum est, non occurrit: alterum priuatiuum,

Desuetudo, & consuetudo.
Non vsus.

uum, & datur quando in occasione propria, & tempore, pro quo concessum est, omittitur eius vsus.

Abusus formalis. 252 Pro intelligentia illius regulæ, quæ habetur *Cap. priuilegium 11. q. 3.* & statuit priuilegium amitti per abusum, Suar. citat. cap. 36. triplicem abusum distinguit: vnus est quasi formalis in ipso actu, priuilegij excedendo vsum, nempe faciendo plusquam priuilegium concedit, ad quem proinde spectat omnis iniusta, & irrationabilis extensio priuilegij. Secundus abusus dici potest *occasionalis*, in quo priuilegium se habet per modum obiecti, seu potiùs occasionis mouentis; vt cum quis ex priuilegio sumit occasionem delinquendi. Tertius est cum quis suis prauis moribus directè repugnat fini priuilegij, seu destruit fundamentum illius: sic beneficiarius habens priuilegium vt sit absens propter studium, dicitur eo abuti, quando neglecto studio alijs actionibus inutiliter occupatur. *Abuti* apud Tullium in Catil. pro nimis perperam, & licenter vti: sed apud Plaut. & alios Latinos *abuti* sumitur pro eo quod est vtendo consumere: vnde apud Iurisconsultos eæ res in abusu, non in vsu consistere dicuntur, quorum vsus, nisi pereant, nullus est. Vlpian. *l. 5. §. 1. ff. de vsufr. rer. quæ vt*, & quidem à Theologis huiusmodi res appellantur, *vsu consumptibiles*, qualis v.g. panis, & vinum. *Corruptela* apud Canonistas est peruersa consuetudo, sacris canonibus inimica. *Cap. cum venerabilis, de consuet. cap. cum decorum de vita, & honest. cler.*

Abusus occasionalis.

Abuti.

Vsu res consumptibilis

Corruptela.

SECTIO X.

De voluminibus, seu partibus corporis vtriusq; iuris; & vsitato modo leges citandi, ac citatas inueniendi.

253 PRo prima lectionis parte nobis expedienda sunt nomina voluminum, quibus vtrumque ius continetur. Et quidem præcindendo à iure canonico, & ciuili, si loquamur de præceptis vniuersalibus, quæ scilicet vniuersos Christianos adstrigunt, & sunt quindecim, nempe decem naturalia, & quinque positiua, comprehenduntur duobus libris, quorum alter appellatur *Decalogus*, & interpretatur sacrum volumen decem legis præcepta naturalia continens: alter dicitur *Quincalogus*, scilicet includens quinque Ecclesiæ præcepta positiua. Componitur vtrumque vocabulum ex *Logos*, idest sermo, & decem, ac quinque quasi prior sit sermo de decem, posterior de quinque præceptis. Quod attinet ad ius canonicum, agnoscit decretum Gratiani, Epistolas Pontificum Decretales, Clementinas, & extrauagantes. *Decretum Gratiani* sic dicitur, quia est volumen continens varia Pontificum decreta, seu placita, quæ Gratianus summo labore, ac studio in vnum collegit. Quid in rigore sit *Decretum*, exposuimus num. 181. Gratianus fuit iuris vtriusque doctor, natione Hetruscus, patria Clusinus, professione monachus monasterij S. Proculi, siue (vt malunt alij) Sanctorum Felicis, & Naboris, Bononiæ, ordinis S. Benedicti Congregationis Cluniacensis, vbi suum opus composuit anno 1151.

Decalogus.

Quincalogus.

Decretum Gratiani.

254 Cum verò in hoc volumine reperiantur nonnulla inserta, quæ dicuntur *Palea*: Inter iurisconsultos dissidium est, quid sit ibi *Palea*? Quidam deducentes hanc vocem *Palea* ex Græco dicunt significare rem fabulosam, fatuam, & leuem, qualia sunt nimia vetustate absoleta, quæ in decreto reperiuntur. Alij putant veteres quasi prouerbialiter *Paleam* dixisse res tenues, modicæ vtilitatis, ac nullius pene momenti, qualis triticea palea, quæ leuis, & vana est: hinc res tenuiores in Decreto *Paleam* dictas. Verùm dicendum est *Paleam* fuisse Gratiani ipsius discipulum, qui Magistri sui libro inseruit rubricas ipsas, & capita, quæ proinde sumpsere nomen ab eodem homine inserente. Vide hæc, & plura alia in hanc rem apud Illustr. Primatem A Cunha, in proæm, à nu. 30. & Cenedum in Collectaneis ad cap. Anastasius 19. dist. à n. 4. *Decretales* sunt Epistolæ continentes decreta Pontificum compilatæ à Gregorio Papa nono. *Clementinæ* denominantur à Clemente Papa quinto. *Extrauagantes* dicuntur, quæ extra omnes Decretales, & Clementinas vagantur. Hæc de corporibus iuris Canonici.

Palea iuris

Decretales.
Clementinæ.
Extrauagantes.
Institutionum liber.

255 Ius Ciuile coalescit ex corporibus sex, quæ dicuntur liber Institutionum. Digestum vetus, Infortiatum, Digestum nouum, Codex, & Authenticum. *Institutionum* liber dicitur quasi instructionum, quia in his instruimur primis legum præceptis, vel quia (vt ibidem init. notat Accurs.) in statum humani, vel Romani iuris nos erigit. *Digestum* idem valet atque legalis liber, complectitur tria volumina in quinquaginta libros diuisa. Fuit collectus ex veteri iure, quod ab vrbe condita vsque ad tempora Iustiniani fere per mille, & quadringentos annos confusè statutum, dispergebatur in duo millia pene librorum, & tries centena uersuum, uel responsionum *l. ij. §. cum omnia C. de veter. iure enucl.* Appellatur hoc opus *Digestum* non solum quia decoctum, ut sumitur *distin. 5. de Consec. C. ne tales*, sed quia in eo omninò decidentia optimè digeruntur, & recta serie ordinantur. Vocatur *Pandecta*, seu liber *Pandectarum*, quasi *comprehensorium* à Græco *Pan* idest totum, & *dicti* idest doctrina, quia ibi omnis Iurisconsultorum doctrina reperitur. Cur verò duplex ff. digestum modò significet, cum olim per duplex dd. vel per d. & g. scriberetur? Est dissidium. Alciat. in lib. Dispunct. tenet à Græcis Pandectas per du-

Digestum.

Pandecta.
Comprehensorium.

duplex ij cum accentu circumflexo notari, ex quo(inquit)ortum fuit, vt posteriores ex ignorantia Græcarum literarum credentes esse duplex ff. hoc signo abuterentur. Alijs placet hunc librum fuisse auctum, & locupletatum à duobus Federicis Imperatoribus, ex quorum proinde nomine accepta prima litera, coaluit duplex ff. quo significatur.

Infortiatū. Inforcisfim. 256 Inter duo volumina scilicet Digestum vetus, & Digestum nouum, medium est *Infortiatum*, quod alij ab auctore, seu inuentore sic appellatum dicunt. Alij ab *Inforcisfim* chaldæorum vocabulo, quod est Dispositio, dictum volunt: nam in eo sunt leges circa vltimas dispositiones. Alij denique ferunt compositum ab in pro valde, & *fortis*, sicque vocatum putant, quasi valde fortes leges continens. Vnde Lusitani Iuristæ vulgo *Esforcado* appellant. *Codex* licet apud Columel. lib. 4. c. 8. sit arboris robur, ex quo cortex extrahitur, tamen apud Tullium 3. Verr. & passim alibi sumitur pro libro: & quidem in iure est liber continens diuersa præcepta Imperatorum. Nam ante tempora Iustiniani erant tres codices, nempe Gregorianus, Hermogenianus, & Theodosianus, dicti ab authoribus, & constitutiones multæ extra illos diuagantes.

Codex. Authēticū. Authoratū.

Iustinianus igitur ex illis omnibus vnum compegit, & suo felici nomine Codicem Iustiniani nuncupauit. *Authenticon* Græce, Latinè Authoratum verti potest, cui nempe fides habeatur, quasi accersitis aliunde probationibus non egeat, sed sit instar exemplaris, seu originalis à se, non ab alio dependentis. Nam cum Authoris dicatur, qui ipse facit, & non ab alio accipit, Iustinianus constitutiones has postremas Authenticas quasi Authoratas ob id appellauit, cupiens earum ius ratum omninò esse, & tanquam à se authore profectum. Distinxit opus in nouem veluti libellos, quas *collationes* forte appellauit, quod earum leges contulerat ad vetustissimum Romanorum ius, quod nuper in librum Pandectarum redegerat. Accesserunt huic operi plurimæ constitutiones, quæ propterea *Nouellæ* dicuntur, quod nunquam antea ipsi iuris corpori insertæ fuerant.

Collationes.

(.·.)

PRAXIS.

Referendi loca vtriusque iuris, vt facile citari, & citata inueniri possint.

De iure Canonico.

257 Primum volumen est *Decretum* Gratiani, quod in tres partes diuiditur, Prima pars distributa est in distinctiones, quæ citantur hoc modo: *in* C. *Baptizari* 5. *dist.* quando verò est 1. & 2. ita *in* C. 1. *vel* 2. *d.* 60. Idem seruatur quoad allegationem capitum in omnibus alijs libris, vt scilicet 1. & 2. vltimum. & penultimum citentur etiam per numerum, reliqua solum per initium capitis 2. pars Decreti in eodem corpore diuiditur per causas quæstiones, & Canones, seu capita: comprehendit enim multas causas, singulæ causæ aliquas quæstiones, & singulæ quæstiones aliquot Canones, seu capita, & referūtur hoc modo: *In* C. *latorem* 33. q. 2. 3. pars. distribuitur per distinctiones, & capita: sed quia priores septem distinctiones sunt de pœnitentia, posteriores quinque de consecratione, præter caput, & distinctionem, quæ poni solent in prima parte Decreti, additur titulus de Pænitentia, vel consecratione, *hæc omnino in* C. *consideret de pœnit. d.* 5. C. *Episcopus*, *de Consecr. d.* 4. Claritatis, & explicationis gratia posui distinctiones pænitentiæ, quasi pertinentes ad tertiam partem: cum sciam illas inueniri ad finem secundæ partis, & poni tanquam causæ trigesimæ tertiæ appendicem.

Decreti diuisio.

258 Secundum volumen, seu corpus complectitur *Decretales* Epistolas: diuiditur in quinque libros, libri in titulos, tituli in capita. Verum quando referuntur, non citatur liber, sed caput, & titulus hoc modo. *In* C. *à nobis*, *de sent. excom.* Quod si aliquam sub eodem tit. sunt duo capita eodem modo incipientia. additur 1. & 2. v. g. C. *significasti* 1. *de homicidio voluntario* C. *significasti* 2. *de homicidio voluntario*, Canonistæ aliquando scribunt lingua vulgari, *o segundo*, Antiquiores tamen aliquando nec Caput, nec titulum allegant, præfigendo scilicet hæc nomina, titulus, caput, sed hoc modo: *Extra de foro compet. si diligenti*. Id est extra Decretum titulo de foro competenti, C. si diligenti: quod semper intelligitur esse in Decretalibus.

Decretaliū diuisio.

Tertium corpus continet librum sextum Decretalium, qui scilicet in quinque eosdem libros, titulos, & capita diuiditur, atque secundum corpus, supplens ea, quæ deerant prioribus quinque libris, & ideo non potest allegari citato tantum capite, & titulo, sed additur liber sextus hoc modo: C. *Alma mater de sent. excom. in* 6.

Quar-

Quartum corpus habet quasdam constitutiones Pontificias postea editas : quæ in tres partes distribuuntur. In prima parte sunt constitutiones Clementis , à quo vocantur Clementinæ . In secunda constitutiones editæ à Ioanne 22. & appellantur Extrauagantes Ioan. 22. In tertia parte constitutiones variorum Pontificum , quæ dicuntur Extrauagantes communes. Hæ omnes partes eodem modo allegantur , mutato solo nomine Authorum , scilicet nomen Authoris ponitur initio textus, & additur titulus, v g. in prima parte Clementinarum, sic: *Clemen. exiui de verborum significat.* In secunda parte, Ita: *Extrauag. Sancta Romana, de religiosis domibus Ioan.* 22. In tertia parte sic: Extrauag. *Rem, de dolo, & contumac. inter communes.* Verùm, & si non addatur in communibus, iam intelligitur. Vbi est aduertendum, quòd cum omnes hæ constitutiones tam communes, quàm Clementis, & Ioannis, aliquando habeant plura capita, non citatur semper initium constitutionis, sed aliquando capitis, & tunc in ipso capite quærendus est titulus allegatus: vel prius ponitur initium constitutionis, & postea subditur caput.

Clementina Extrauagantes.

De iure Ciuili.

259 IVs ciuile , seu Cæsareum sex voluminibus constat . Primum continet institutiones Iustiniani, quasi introductiones ad totum ius, & dicitur *Instituta*: distribuitur per libros, titulos, & §§. allegatur tamen per §§. & titulos hoc modo: § 1. *vel* §. *Ingenuus Iustit. de Ingenuis.*

Instituta.

Alia tria volumina sunt Digestum vetus, Infortiatum , & Digestum nouum . Omnia sunt distributa in quinquaginta libros continuatos: libri in titulos, & leges : in allegatione tamen non fit mentio libri , sed tituli, legis, & Digestorum . Pro lege ponitur simplex L. pro Digestis duplex ff. hoc modo: *L. ex duobus ff. de negotijs gestis.* Verum quia leges omnes numeratæ sunt sub singulis titulis , addi solet à Recentioribus numerus legis, hoc modo. *L. si tibi 17. ff. de pactis.* Antiqui aliquando non solum numerum , sed etiam signum Digestorum omittunt , & allegant more canonistarum sic : *L. si tibi , de pactis.* Sed quoties signum omittitur, lex est in Digestis.

Digestorum diuisio.

260 Quintum volumen est Codex , & diuiditur similiter in 9. libros , titulos, & leges . In citatione tamen non fit mentio libri , sed legis, & tituli, addito C. magno pro codice : v. g. *L. si mulier C. de pactis conuentis.* Verùm quia in eodem Codice continentur aliquæ Authenticæ, cum illæ citantur, non ponitur L. sed loco illius dicitur Authentica talis , C. hoc modo: *Authentica* Quas actiones C. de sacrosanctis Ecclesijs.

Codicis diuisio.

Sextum volumen dicitur Authenticum , & diuiditur in quatuor partes 1. pars . continet alios tres libros codicis . 2. pars continet nouem collationes Authenticorum . 3. duos libros feudorum. 4. constitutiones Federici, & extrauagantes Henrici, tractatumque de pace Constantiæ. 1. pars non citatur posito initio legis , vt Codex, sed posito eius numero, hoc modo : *Authentica* 1. *vel* 2. *de infamibus*, idest L. 1. Codicis contenti in libris Authenticorum. Aliqui tamen citant eodem modo , quo citatur Codex addendo numerum trium posterorum librorum sic: *L. eos qui* C. *de aquæ ductu lib.* 11. 2. pars , quæ vocatur Authenticum , distribuitur per collationes , titulos , & capita : sed quando citatur , ponitur titulus Authentici, & initium §. seu legis hoc modo : *Authen. vt cum de appellatione cognoscitur* §. *seu l. Aliud quoque.* Perinde enim est, si ponatur *L.* vel §. Antiqui addunt numerum collationis , vt in proposito exemplo addunt collatione 8. Sunt qui hanc 2. partem citant per numerum Nouellarum : quia in nonnullis editionibus Nouellæ cernuntur numeratæ . Differunt igitur citationes , in quibus nominatur Authenticum , quòd quando locus est in C. ponitur initium legis, & tituli Codicis : quando autem est in collationibus , ponitur titulus Authentici , & paragraphi. 3. pars diuiditur in libros , titulos, & §§ seu leges: citatur posito initio §. & tituli, addendo, de feudis, vel in libro feudorum, hoc modo : Textus *Donare autem, de Feudis, qualiter olim poterat.* Eodem modo citatur 4 pars de constitutionibus, & extrauag. v. g. Textus in Extrauag. Qui sint rebelles . Et textus vassalli nostri, de pace Constantiæ.

Authēticū diuiditur.

Vt autem locus citatus facilè reperiatur in volumine iuris Canonici , vel ciuilis , in quo per allegationem esse cognoscitur, recurrendum est ad initium voluminis , vbi præter indicem rerum, & verborum sunt alij duo, vnus titulorum , alter capitum, seu legum cum numero paginæ . Sed expeditius est quærere paginam tituli , quia sub eo facilè reperitur lex , vel caput : quamuis Iuristæ non habeant regulam determinatam ad cognoscendum, in quo volumine ex tribus Digestorum sit locus allegatus , & ideo singula percurrenda sunt per dictos indices.

ELVCIDATIO X.

De regimine Ecclesiastico, seu Ecclesiastica

HIERARCHIA.

261 *QVi hactenus inuestigauimus Theologicum, & Iuridicum idioma circa leges, modò aggredimur inuestigandum quod versatur in materia regiminis tum Ecclesiastici , tum ciuilis. Cum enim sine legibus nulla recta administratio consistere possit, non videtur absre elucidationi de legibus subnectere elucidationes tres de triplici admini-*

ministratione, scilicet Ecclesiastica, Ciuili, & oeconomica. Primum locum iure vendicat Ecclesiastica, in qua expediemus gradus Hierarchiæ tum quoad potestatem iurisdictionis, & dignitates, tunc quoad officia siue spiritualia, siue temporalia, relictis ad suum locum gradibus ordinum, & beneficiorum.

SECTIO I.

Quid sit Ecclesia, & eius Hierarchia.

Ecclesia. Ecclesia apud Græcos idem sonat quod apud Latinos conuocatio, concio: vnde *Ecclesiare. Ecclesiastes.* *Ecclesiare* est conuocare, & concionari: *Ecclesiastes*, concionator. Nam fideles (inquit Raban. de cleric. inst. cap. 1.) conuocati dicuntur, non quod merito, & iustitia sua, sed Dei gratia, & vocatione in vnum Ecclesiæ corpus *Synagoga.* coalescant. *Synagoga* est nomen Hebraicum, & rectè vertitur Latinis congregatio. Hinc ex Augustino in Psalm. 81. & Vgone Syluester v. eodem t. n. 1. & Suar. de fide disp. 9. sec. 1. n. 1. argutè notant discrimen inter Ecclesiam, & synagogam, quasi ipsis vocabulis Christianorum fidelitas, & discretio, Iudæorumque infidelitas, & bestialitas notetur: nam conuocantur homines propriè; pecora verò con- *Ecclesia quid, & quotuplex.* gregantur: vnde eorum sunt greges. Eccle- *Spiritualis.* sia vel est spiritualis, vel materialis. *Spiritualis* *Ecclesia.* est populus conuocatus, seu adunatus in Dei *Materialis.* cultu. *Materialis* est locus, in quo ad percipien- *Ecclesia.* da quæ fidei sunt, conuocatur populus. Spiritualem in tota sua latitudine Nicolaus Papa *Cap. Ecclesia, de consecr. dist. 1.* definiuit collectionem fidelium, seu credentium. Sumitur Ecclesia vt sic pro omnium fidelium ab initio mundi vsque ad eius finem multitudine: in quo sensu loquitur S. Thom. 3. p. q. 8. a. 3. & quicunque affirmant eandem nunc esse Ecclesiam, quæ fuit in populo Iudæorum sub lege Moysis, & hominibus, qui ante Moysem, sub lege naturali vixerunt. Magis pressè dicitur Ecclesia, quæ in Christi nomine per Baptismum à synagoga Christianum populum discriminat.

262 Spiritualis *Ecclesia* diuiditur in triumphantem, & militantem: *triumphans* *Triumphās. Ecclesia.* est iam Deo coniuncta per gloriam. *Militans* *Catholica. Ecclesia.* est adhuc in via contra Christi hostes pugnans, & est duplex, Dei, nempe *Catholica*, seu vniuersalis scilicet Dei populus per totum orbem diffusus, sed spiritualiter Deo coniunctus per fidem, & charitatem, & specialis, sicut Ecclesia Eborensis, Bracharensis: non ita Romana, quia hæc est vniuersalis in virtute. Dicitur Christi Ecclesia (vt videre est apud Suar. de fide disp. 9. sect. 7.) *Catholica*, idest vniuersalis 1. quoad locum, quia toto orbe diffunditur 2. quoad personas, quia omnes gentes, & nationes ad se vocat 3. quoad tempus, quia omnibus durat temporibus 4. & proprijssimè quoad doctrinam, quia vniuersalem doctrinam semper retinet.

Ecclesia post Christi institutionem propriè vocatur *Apostolica* 1. quia Apostolorum præ- *Apostolica. Ecclesia.* dicatione fundata est. 2. quia super Petrum Apostolorum principem tanquam super firmam petram ædificata est. 3. quia legitima successione, & traditione ab Apostolis vsque ad præsens tempus deducta est. 5. quia illius Ecclesiæ, quæ Apostolorum tempore fuit, formam, regimen, atque adeo vnitatem retinet. *Apostolus quid.* Est autem Græcis *Apostolus*, quod Latinis missus, seu nuncius. A Christo enim fuere missi Apostoli in omnem terram, vt Euangelium prædicarent. *Apostolatus* est Apostolorum mu- *Apostolatus.* nus, quod (teste Suar. lib. 4. de legib. c. 4. n. 23.) fuit dignitas vniuersalis iurisdictionis respectu totius Ecclesiæ determinata à iure diuino ad talem gradum perfectionis. Apostoli appellatione venit Paulus, vt docet Læli Zech. de Rom. Pont. hær. 1.

263 *Ecclesiæ nomen*, seu appellatione nun- *Ecclesiæ appel.* quam venit Romana, nisi de ea expressè sit facta mentio, vt tenet Calderin. cons. 492. aliàs cons. 1. de hæret. Vnde *Clement. Nolentes, de hæret.* prohibens Inquisitores posse bona Ecclesiarum applicare, non habet locum in bonis Ecclesiæ Romanæ. In fauorabilibus venit omnis pius locus, monasterium, conuentus religiosorum, & collegiata: secùs in odiosis. Ecclesiæ nomen in stricta significatione non venit parochialis: venit tamen in materia odiosa, & correctoria disponente de ordinibus sacris suscipiendis, ne correctio canonum inducatur. Item non venit Capella in dispositione contra Regulas iuris. Venit autem Cathedralis, quando dispositio fauorabilis est. *Ecclesiarum ciuitatis, aut diœcesis appellatione*, non venit Cathedralis in materia stricta. Vnde habens mandatum de prouidendo in aliqua Ecclesiarum ciuitatis, vel diœcesis, non poterit prouideri in Ecclesia Cathedrali. *Ecclesiarum prouinciæ appellatione* continetur Cathedralis, & Metropolitana. Vnde qui expectat beneficium in aliqua Ecclesiarum prouinciæ, poterit ex intentione concedentis illud accipere in Cathedrali. Vide Barbosam de Appel. verb. Appel. 85. & Appel. 45.

264 *Hierarchia* Græca vox est, quod iuxta *Hierarchia Principatus quid.* S. Bonau. 2. sent. dist. 12. significat sacrum principatum. Cum verò ex doctrina S. Thomæ 1. p. q. 108. a. 1. nomine principatus duo intelligantur, scilicet princeps, & multitudo ordinata sub principe, sequitur ad constituendam veram rationem Hierarchiæ dandam esse multitudinem quandam sacram sub principis regimine dispositam: item necessarios esse diuersos gradus, seu ordines secundum diuersa officia, & ministeria inter se distinctos, ne talis multitudo confusa maneat. Quare à S. Bonau. citato Hierarchia sic describitur. *Est rerum sacrarum, & rationabilium ordinata potestas in subditis*

ditis debitum retinens principatum. Gabriel in 2. dist. 9. q. 1. art. 1. diuidit Hierarchiam in increatam, & creatam: increata quæ dicitur *Therarchia*, & *super cælestis*, constituitur ex personis diuinis, quatenus inter se habent ordinem prioris, & posterioris. Hæc tamen benè reijcitur à Theologis: quia inter diuinas personas principatus esse nequit. creatam subdiuidit in cælestem, & sub cælestem: *cælestis* datur in Angelis beatis, & triplex est iuxta triplicem modum, quo diuinas illuminationes recipiunt, ita vt vnaquæque tres complectatur ordines, seu gradus, de quibus latè Suar. de Ang. l. 1. c. 13. *sub cælestis* datur in hominibus, & ministris Ecclesiæ, quatenus seruantibus diuersos ordines, officia, & ministeria sub vno summo, & sacro principe: quæ propterea dicitur *Ecclesiastica*. Quamuis enim totius Ecclesiæ regimen propriè vocetur *Monarchia Ecclesiastica*, prout consistit in vno summo, & Romano Pontifice, penes quem est tota Ecclesiæ potestas, & gubernatio, tamen prout consideratur deriuatum ab eo in reliquos prælatos, & ministros Ecclesiasticos sub ipso dispositos, *Hierarchia Ecclesiastica*, seu *ordo Hierarchicus* rectè nuncupatur.

Therarchia Super cælestis.

Hierarchia Ecclesiastica.

SECTIO II.

De gradibus Ecclesiæ quoad iurisdictionem, & dignitatem.

265 Dominus, & saluator noster Iesus Christus optimam volens in sua Ecclesia militanti esse administrationis formâ, reliquit (inquit Bellarm. l. 1. de Rom. Pontif. c. 3.) regimen quidem monarchicum, sed temperatum ex Aristocratia, & Democratia, ita vt in illius sacro principatu vnus esset supremus Pontifex, tenens Monarchiam: deinde esset Aristoctatia, videlicet Episcoporum, & aliorum pastorum, qui tanquam vicarij summi Pontificis, sed tanquam proprij principes Ecclesiastici, vnusquisque locum suum regeret: denique interueniret Democratia, dum quilibet ex omni Christiano populo ad prædictas dignitates eueghi posset, si aliàs dignus reperiretur. Est Christus Ecclesiæ tam militantis, quàm triumphantis caput: quatenus caput dicit potestatem temperandi, quæ videtur referri ad subditos, proindeque ad solas creaturas rationales. Hæc ratio capitis (vt docet Lugo de Incarn. disp. 27. num. 10.) ita propria Christi est, vt nulli alteri conueniat. Nam licèt prælati sint capita, & Pontifex caput, tamen longè aliter Christus, qui est caput perpetuum, & vniuersale, tam ex parte temporis quàm ex parte locorum, & prosonarum. Tum etiam quia influxus per meritum de condigno in omnes homines, soli Christo competit. Ex quo non rectè infertur Christum esse membrum Ecclesiæ: *membrum* enim importat dependentiam ab alijs membris sibi mutuo influentibus, quam Christus non habet à corpore Ecclesiæ: est igitur caput sine dependentiæ imperfectione.

Regimen Ecclesiæ.

Caput quid.

266 Vt verò solius militantis Ecclesiæ Hierarchiam, in ea quæ diuersos ordines, & gradus suo ordine explicemus, primum gradum iure vendicat vnus Romanus Pontifex, qui authoritate, dignitate, & iurisdictione omnibus longè antecellit, proindeque summus *Hierarcha* rectè dicitur *Imperator Apostolicus* vocatur à Bald. in *lib. 1. col. 2. in prin. C. de summa Trin.* Cur verò dicatur Papa? Eleganter disputat Azor. tom. 2. lib. 4. c. 4 q. 1. dicunt aliqui vocari Papam, quasi admirabilem, vtpote Dei vices in terra gerentem, à voce *Papæ*, quæ est interiectio admirantis. Alij putant vocari Papam quasi patrem patrum: ipse enim solus habet plenitudinem potestatis, reliqui partem solicitudinis 2. q. 6.

Hierarchia. Imperator. Apostolicus Papa vnde dictus.

Magis tamen probatur nominis interpretatio ex Græca voce *Pappos*, idest Pater, quasi Summus Pontifex sit antonomasticè Pater. Quamuis enim vox *Papa* in hac significatione communis olim fuerit omnibus Episcopis, & si Romano Pontifici frequentiùs applicari soleret, teste Cassiodoro in Epist. tamen Greg. 7. anno salutis 1073. sui Pontificatus anno 3. Romæ Synodum habuit contra schismaticos, vbi inter alia decreuit, vt Papæ nomen vnicum esset, nec liceret alicui seipsum, vel alium, præterquam Romanum Pontificem eo nomine appellare.

Pappos.

267 Secundum gradum in Ecclesia tenent Eminentissimi Cardinales, qui post Papam reliquis omnibus prælatis non quidem ordine, sed dignitate excellunt: nam eorum dignitas duo specialia vendicat, alterum est Romanum Pontificem eligere. *Cap. licet euitanda, de elect. & cap. 1. 23. dist. c. 1. 79. dist.* alterum est quòd eidem Papæ in Ecclesia vniuersa gubernanda assistant tanquam eius præcipui cõsiliarij. *Cap. per venerabilem, vers. sunt autem*, qui filij sint legitimi. *Cap. fundamenta §. Decet, de elect. in 6.* Cardinalis accepit nomen à cardine: est autem *Cardo* quasi cor ianuæ, quo illa mouetur, nempe illa pars circa quam fores vertuntur: translatiuè id quod in negotio, causa, & controuersia præcipuum.

Cardinales.

Cardo rei.

Vnde Cardinalis dicitur quasi principalis. Sic à S. Ambrosio lib. 5. in Luc. 4. virtutes Cardinales dicuntur: & à Seruio quatuor uenti Cardinales, & quatuor mundi partes Cardinales. Hinc S. August. lib. 1. de Bapt. lib. 6. Cardinales appellat *Donatistas* hoc est primarios, & principales. Apud scriptores Ecclesiasticos præsertim in Epist. S. Greg. primi, & in uita ipsius per Ioannem Diacon. lib. 3. c. 16. & sæpe alibi legitur uerbum *Cardinare*, & *incardinare*, & iuxta Azor. tom. 2. lib. c. 1. q. 1. non solum uidetur significare idem quod

Venti cardinales. Donatistæ cardinales. Cardinare. Incardinare.

transfer-

transferre aliunde,& certæ Ecclesiæ præficere sacerdotem translatum, sed idem etiam quòd ordinare, & in aliqua Ecclesia simpliciter constituere.

Cardinalium appellatio. *Cardinalium appellatione* non veniunt Cardinales Rauennates,Compostellani, Pisani,& similes,sed tantum Eminentissimi S·R·E.Cardinales,vt cum multis tenet.Barbosa tract. de Appel. verb. Appel. 38. An Cardinales,si non exprimantur,includantur in Generalibus constitutionibus Pontificijs, imponentibus censuras,& pœnas? In regulis Cancellariæ in odiosis,& in sententia suspensionis,ac interdicti lata à S. Pontifice? Pro vtraque parte sunt Authores apud summam Dian. verb. Cardinales n.1.2.3.

Legati, & Nuntij Appellatio. 268 Tertium gradum occupant legati, & nuncij Apostolici de quibus est titulus in Decret. & multi authores scripserunt, quos recenset Azor.to.2.lib.5.cap. 28. Hi quoad potestatem iurisdictionis, sunt Ordinarij Prouinciarum, & in eadem potestate pro suis prouincijs in vtroque foro omnes Episcopos, Archiepiscopos,& Patriarchas antecedunt. Sunt illi,qui à Papa tanquam eius Vicarij ad Ecclesias, & prouincias per totum orbem dispersas mittuntur, vt ibi ædificent, & plantent, provt spirituali earum saluti viderint expedire. Tria

Legati à latere. legatorũ sunt genera: nam alij vocantur *legati à latere*,alij *legati nati*,alij *legati missi*,seu *Nuntij*.

Legati nati. *Legati à latere* dicuntur Cardinales, quos Romanus Pontifex ex Vrbe, & curia Romana mittit, vel ad destinatam prouinciam administrandam, vel ad negotia cum Regibus, aut alijs Principibus tractanda. Dicuntur legati à latere,quasi emanantes à latere Pontificis, cui assistunt: nam possunt vocari pars corporis ipsius.*Cap.Felicis,de pœnis in 6.* Legati *nati* dicuntur Antistites,qui ratione Ecclesiarum, quibus præsunt, legationem Apostolicam habent, qualis Archiepiscopus Canturiensis in Anglia, Rhemensis in Francia, Bituricensis in Aquitania superiori. Ideo *nati* appellantur,quia statim vt creantur in tali Ecclesia præsules, id muneris,& officij nanciscuntur.

Nuncij Missi. *Nuntij*, seu *Missi* dicuntur qui Cardinales non sunt,sed Antistites missi à Pontifice ad reges vel principes, vel aliquam rem publicam siue ad negotia aliqua expedienda,siuè vt tanquam iudices Apostolici delegati certas aliquas causas in ipsorum principum curijs cognoscere,& iudicare possint. Hos vocat Salas de legib.disp.8.sec.11,num.51. legatos constitutos,seu temporarios.Ex *Cap.placuit.7.q.1.*

Apocrysiarij. Hæc vox *Apocrysiarij*,habetur.*Cap. significasti,de elect.*& *Cap.septuaginta dist.* 16 & iuxta interpretationem Alexandri v. eodem Apocrysiarij sunt nuncij Papæ, quasi secretarij,qui decedunt, & proficiscuntur in longinquas regiones,vt responsum, & mandatum deerant. Nam Græci *apocrysin* vocant decessorem, & responsum. Simplici appellatione legati veniunt tria genera, quæ explicauimus, iuxta glos.*Caput statutum,de rescriptis*. Nam vox *Legatus* est communis legatis à latere, & Natis, & Missis.

269 Quartum gradum constituit Episcoporum ordo, qui scilicèt consecratione, & potestate ordinis vnus sit, tamen iurisdictione, & dignitate tripartitus est.In eo primo collocantur *Patriarchæ*, seu *Primates*, quamuis enim Germonius.lib. 3. de sacror. immunit. cap. 3. Patriarchas à Primatibus distinguat, tamen oppositum verius est apud Sanch.7.lib.Opusc. cap.1. dub. 11. Nam eos solo nomine differre dixit Anacletus in *Cap.1.dist.99.* *Patriarchæ. Primates.*

Hi sunt Episcopi primi,quibus maiores quędã sedes assignantur, vt sint capita pluriũ prouinciarum.Archiepiscopis præsint,ad eos maiores causæ referantur, & Episcopi ad eosdem appellare possint. Inter Patriarchas sunt quatuor præcipui, nempe Alexandrinus, Antiochenus,Cõstantinopolitanus, & Hierosolymitanus,quorũ priuilegia recenset Azor.to.1.lib. 1.c.36.q.2. Hi 4. vtpote in toto orbe præcipui solum veniunt Patriarcharum appellatione, vt tenet Cassan.in catal.p.4.conf.9. Alij enim cũ Primates proprie appellentur, minus propriè Patriarchæ vocantur. In eodem gradu secundo loco sunt Archiepiscopi,seu Metropolitani: qui licèt sint minores Patriarchis, sunt tamen maiores Episcopis,quibus præsunt. Hæ voces Archiepiscopus,& Metropolitanus coincidũt. Nam *Metropolitanus* est Episcopus præsidens ciuitati, quam aliæ ciuitates episcopos habentes agnoscunt vt matrem, & caput. *Patriarchæ precipui.* *Archiepiscopus. Metropolitanus.*

In illis olim ciuitatibus fuere collocati Archiepisc.,in quibus dudum apud Ethnicos erãt *Archiflamines*, vt testatur B.Clemens in cap. *in illis vers.In illis autem* 80.*dist.*Loco 3.sunt Episcopi,quia à S.Petro singulis ciuitatibus singuli fuere præpositi, vt suarum diæcesum curam gererent. Fuere olim in vsu illi,quos dicebant *Chorepiscopos*, & erant quasi villarum, seu pagorum Episcopi dicti à voce Græca *Chori*, quæ villam,& pagum significat. *Archiflamines. Chorepiscopus.*

Fuere in duplici genere: nam alij erant quidam presbyteri, qui in pagis, & oppidis loco Episcoporum curam animarum exercebant, veluti parochi:hodie autem vicarij generales. quos extinxit Damasus in Ep. 3. & *cap. Chorepiscopi dist.68.* Alij veram quidem consecrationem Episcopalem acceperant, & solum dicebãtur Chorepiscopi,quia ministrabant in aliena diæcesi sicut suffraganei Episcoporum, vt sunt hodie *Episcopi titulares*. Vide Henricum lib.10.de ordine c.23.§.2.lit.E.Bellar.lib. 1. de cler.c.17.& Vasq to.3.in 3.p.d.238.c.7. *Titulares episcopi.*

270 *Episcopi* fuit olim ciuilis magistratus nomen, cuius munus erat, panis, & cæterorum, quæ ad cibum spectant, curam habere. *L. munerum ff. de muner. & honor*. Tullius lib. 7. epist. ad Attic. *vult* (inquit) *Pompeius me esse quem tota hæc campania, & maritima ora* *Episcopus.*

habeat Episcopum, ad quem delectus, & negotij summa referatur. Nomen est Græcum, Latinè interpretatur speculator, & hodie transfertur ad Antistites, quòd eorum præcipuum munus sit, gregis sibi commissi vitam speculari, & explorare. *Episcopus* (inquit D. Aug. 19. ciuit. c. 19.) nomen est operis, non honoris.

Scopus. Summos sacerdos.

Epi quippe super, *Scopos* verò intentio est: ergo Episcopus, si velimus Latinè, superintendens, possumus dicere, vt intelligat non esse Episcopum, qui præesse dilexerit, non prodesse. Episcopus quicunque dicitur summus sacerdos. 2.q.7.c.*Accusatio*. Dicitur etiam *Summus Pontifex* Cap. si Episcopus 17. dist. & alijs locis, quos citat Petrus Rauenas in compend. fol. 108. videtur ratio vtriusque esse, quia Episcopus in ratione ordinis non habet alium superiorem. *Episcoporum appellatione* veniunt etiam Patriarchæ, & Archiepiscopi, in fauorabilibus, non ita in odiosis, vel materia correctoria, ac strictè interpretanda. Vnde illegitimus dispensatus à Papa ad Episcopatum, non censetur dispensatus ad Archiepiscopatum. *Episcoporum appellatione* non veniunt nisi in episcopum consecrati. Vnde occidens electum, non dicitur occidisse Episcopum. Veniunt tamen electi confirmati, licèt nondum consecrati, circa ea exercenda, quæ spectant ad potestatem iurisdictionis. Ad quod veniunt etiam Vicarij Generales, imo inferiores prælati, nempe Abbates, & alij exempti ita plenè subiectas sibi Ecclesias habentes, vt iurisdictione quasi episcopali in eis fungantur. Hæc ex Barb. tract. de appel. verb. Ap. 89. vbi plura, Quæ sint Episcopalia iura, vide apud Azor. to. 2. lib. 3. cap. 31.

Episcoporũ appellatio.

271 Quintum gradum, seu ordinem occupant Presbyteri, & Diaconi, in quibus dantur varij gradus iurisdictione, & dignitate distincti. Nam in Ecclesijs cathedralibus sunt *Archidiaconi* dicti ex Græco quasi principes ministrorum: nam *Archos* principem, *Diacanos* ministrum, sed famulum sonat. Post Episcopum immediatè sequuntur vtpote qui imperent Leuitis, Diaconibus, imo, & Archipresbytero: *Cap. Perlectis* 25. *dist.* & *cap.* 1. *de offic. Archipresb.* Vbi Episcoporum vicarij, & oculi appellantur. Eorum institutio cœpit Apostolorum tempore quando in singulis vrbibus quibus præficiebatur Episcopus, creabantur septem Diaconi, inter quos, qui cæteros antiquitate præibat, Archidiaconus dici solebat. Temporis decursu creuit eius potestas, cum ei ab Episcopo collata est ampla non solum in clericos inferiores, sed etiam presbyteros authoritas.

Archidiaconi. Archos. Diaconi septem.

Quanta fuerit per omnem ætatem Archidiaconorum potestas, & iurisdictio, quamquam hodie sit imminuta, latè refert Illustris. Sebastian. Cæsar in sua Hierarch. disp. 12. §. 1. At in omnibus fere Ecclesijs Franciæ, & Hispaniæ (vt testantur Hosti in cap. dilecti de appellat.) consuetudine receptum est, vt is qui præest toti canonicorum collegio. in choro, & consessu, comitijs, & suffragijs ferendis Decanus appelletur, vulgo *Decanno*. Post Archidiaconos erant dignitate proximi *Archipresbyteri*, scilicet Principes, presbyterorum, quòd supra plebem curam animorum gerebant, vt ipsi plebi sacramenta ministrarent, & tum laicorum, tum presbyterorum sacras confessiones exciperent. Olim dicebantur Decani eò quòd decem clericis præessent: hodie verò Decanatus specialis dignitas est distincta ab Archipresbyteratu. *Archigerou* habetur *L. Archigerontes* C. *de Episcop. audien.* & rectè interpretatur Archipresbyter, idest Princeps seniorum. Duplex est Archipresbyter alter, dicitur *Vrbanus* de quo in *Cap. Officium, de offic. Archipresb.* qui presbyteris vrbis præest: alter ruralis, seu *Vicanus*, de quo in *Cap. vt singulæ de officio Archipresb.* qui iurisdictionem habebat in presbyteros in singulis pagis, Castris, & vicis constitutos. Vtriusque munus, & iurisdictionem latè explicat Azor. to. 2. lib. 3. c. 15.

Archidiaconi potestas.

Decanus. Archipresbyteri. Archigerō.

Vrbanus Archipresbiter. Ruralis.

272 Intra eundem ordinem sunt etiam præter assignatos in Ecclesijs Cathedralibus Primicerius, Thesaurarius, Scholasticus, Præpositus Ecclesiæ, & Canonici. *Primicerius* si attendatur vis, & ratio nominis, is dicitur, qui in quocunque ordine primum locum obtinet, quasi dicatur primanus, seu princeps in tali ordine. *L.* 2. *C. de fabricens lib.* 11. & *l.* 1. *C. de mensoribus lib.* 12. Vnde qui primicerium in quocunque ordine sequebatur, *Secundicerius*, qui post hunc *Tertiocerius*, dici consueuit *l.* 1. *C. de præpos. agend. in rebus lib.* 12. Dicti ex eo quòd veteres in ceratis tabulis scribebant, quasi primus, secundus, vel tertius scriptus in cera. Quod attinet ad rem præsentem, in iure canonico, *Primicerius* est ille qui præest cantoribus, & tanquam præfactus scholæ cantorum docet cæteros quid canendum sit, vt diuina officia, & horariæ preces, ac diuinæ laudes piè, ac religiosè cantentur. Huius officium, dignitatem, & potestatem latè exponit Petrus Gregor. Syntagm. iuris vniuersi p. 2. l. 15. cap. 22. Huic similis est *Præcentor*, seu Cantor, vulgo *Chantre*, de quo in *cap. olim. de consuet.* qui præest in choro, vt antiphonas, & psalmos inchoet. Absente præcẽtore cantum inchoat *Succentor* vulgo Sochantre de quo in *cap. inter dilectos. de excess. prælat.*

Primicerius. Secundicerius. Tertiocerius.

Thesaurarius est ille cuius munus consistit in custodia rerũ omniũ sacrarum Ecclesiæ, & totius thesauri Ecclesiast. vt sumitur ex *cap. vlt. de offic. custod.* & *cap. vnico de officio sacristæ.* Græco nomine vocatus *Ciminiarcha* à Iustiniano *L. vlt. vlt. C. de bonis auth. iud. possid.* id est rerum pretiosarum asseruator, seu custos. De iure communi solũ habet officiũ Ecclesiast. Ex consuetudine tamen, & statutis omniũ fere Ecclesiarum cathedraliũ (vt testatur Anton. Fabric. tit. de benef. cum dignitate, n. 60.) dignitas est non subiecta Archidiacono, quæ vulgo dicitur The-

Præcentor. Cantor. Succentor. Thesaurarius. Ciminiarcha.

Thesoureiro mor, & habet sub se alium inferiorẽ.

Scholasticus 273 *Scholasticus* seu iuxta alios *Scholarchus*, id est præfectus scholæ vulgo *Mestre Escola*, & olim vocari solitus *Aduocatus*, de quo in *cap. de quibusdam 37. dist.* & Triden. sess. 23. de reform. c. 18. est ille, cui lectionis, vel doctrinæ munus incumbit, vt scilicet clericos inferiores cantum Latino sermone, & alias artes ac disciplinas doceat. Eum dignitatem, vel saltem personatum habere in Cathedralibus affirmat Azor. tom. 2. lib. 3. c. 23. vbi addit alicubi esse alium & inferiorem dignitate quoq; ac personatu præditum, qui dicitur *Vicescholasticus*, absentis scholastici munus, & officium exequi, & præstare solitum. *Præpositus Ecclesiasticus* dicebatur olim Græce *œconomus*, is nimirum, qui prouentus Ecclesiasticos administrabat, de quo Iustinianus. Nouell. 67. §. 2. At præpositi Ecclesiarum, de quibus frequens mentio fit in responsis Rom. Pont. quandam prioratus curam super alios gerunt, & in multis Ecclesijs cathedralibus præsertim Germaniæ, Poloniæ, & Flandriæ obtinent præcipuam dignitatem eum cura animarum, & iurisdictione, totiq; collegio canonicorum præsunt.

[Margin: Aduocatus. 1. magister. Schola. — Vicescholasticus. — Præpositus ecclesiasticus. — Oeconomus.]

Canonici. *Canonici*, quos à canone, scilicet statuta annona, seu portione, quæ in stipendium eis datur, vocatos existimat Zechius de tit. 24. in princ. veriùs tamen dictos crederem à canone, id est regula: nam primitiuis Ecclesiæ temporibus omnes simul viuebant cum suo Episcopo, sub certa regula, communi mensa, & dormitorio vtentes *cap. Dilectissimus 12. q. 1.* non habent in rigore dignitatem, vtpote non habentes iurisdictionem: nam eorum munus in duobus potissimum consistit, nempe stallo in choro cum participatione diuinorum, & loco in capitulo *cap. relatum 9. cap. pro illorum 22. & cap. Dilecto 25. de præben.* Inter canoniam, & Præbendam est discrimen, vt tradit Cęsar. disp. 12. §. 6. n. 4. nam *canonia*, seu *canonicatus* est ius ipsum spirituale exercendi ecclesiasticum, & diuinum officium canonicis incumbens *Præbenda* est ius ab hoc officio dependens ad percipiendos Ecclesiasticos redditus. Aliter distinxit Azor. tom. 2. l. 3. c. 11. q. 1. idem ibidem. q. 15. vbi resoluit canonicos clericorum appellatione venire in fauorabilibus, non verò in odiosis.

[Margin: Canonia. — Præbenda. — Canonicorum appell.]

274 Extra Cathedrales Ecclesias dantur nonnullæ dignitates Ecclesiasticæ ex eodem ordine presbyterali, vt sunt Priores, Abbates Plebani, & capellani maximi. *Prior secularis* in collegiatis Ecclesijs est dignitate præditus, habet iurisdictionem ordinariam in clericos simulq; animarum curam, ac toti canonicorum collegio præsidet. *C. vlt. de maior. & obed.* apud citat. Petr. Greg. c. 18. *Prior regularis* in iure est duplex. alter conuentualis, de quo *Clem. ne in agro §. Cæterum de statu monach.* Alter claustralis, de quo in *cap. cum ad monaster.*

[Margin: Prior. — Regularis. Prior. — Conuentualis Prior. — Prioratus.]

Prioratus conuentualis est dignitas, siue nomẽ dignitatis accipiatur pro officio conseruatoris aut iudicis Apostolici delegati, siue pro beneficio Ecclesiastico. *Prioratus claustralis* non est dignitas. Ratio disparitatis constat, quia Prior conuentualis toti conuentui præest: non ita claustralis, quia est in monasterio sub Abbate, qui præsidet. Hæc ex Azorio tom. 2. lib. 3. c. 20. Prioratus conuentualis appellatione venit Ecclesia Collegiata regularis, nõ autem secularis ex propria significatione, vt tenet Gemin. cõs. 131. n. 4. quanuis aliquando impropriè appellatione conuentualium veniant seculares, vt refert Card. Tusch. pract. concl. tom. 6. lit. P. concl. 706. n. 2. & n. 4. post Bellarm. cons. 38. n. 5. subdit quòd & si non sit conuentualis nomen prioratus, sonat in dignitatem.

[Margin: Claustralis. Prioratus. — Prioratus appel.]

275 *Abbas* iuxta Alciatum *l. 1. C. de in ius vocan.* est nomen Hebraicum, & idem quod *Abba* Latinè Pater. Solet in sacris literis nomini Abbatis coniungi dictio *Pater* Marci 14. *Abba Pater omnia tibi possibilia sunt.* Quia (teste D. Hieron. dictio Latina Pater additur ad vocem Hebraicam *Abba* interpretandum. Vide plura circa hoc nomen apud Tamborinium de iure Abbat. to. 1. disp. 1. q. 1. & 2. Qui igitur Hebraice *Abbas*, idest Pater dicebatur, Græce *Archimandrita*, idest princeps gregis, appellari cæpit. *L. fin. C. de sum. Trinit.*

[Margin: Abbas. — Archimandrita.]

Præter Abbates regulares, qui sunt in monasterijs (vt notat Fabric. titul. de maior. & minor. benef. à n. 54.) dantur Abbates seculares in multis Ecclesijs collegiatis, qui in nonnullis dicuntur Priores, in alijs Præpositi, & toti canonicorum collegio præsident. Sunt quidam Abbates, qui non solum in clericos, sed etiam in laicos sibi subditos quasi episcopalem iurisdictionem habent, & vtuntur annulo, mitra, & baculo. Sunt alij minores, qui nec dictam iurisdictionem, nec insignia deferũt, sed locum medium tenent inter superiores dignitates.

[Margin: Iurisdictio abbatum.]

Quamuis Abbates non veniant appellatione Episcopi, veniunt tamẽ appellatione Ordinarij, imò & Pontificum in fauorabilibus, vt late probat Tãburinius to. 1. disp. 1. q. 4. 5. & 6. Nã participãt Episcoporum insignia, & iurisdictionem. Secũdum eundem q. 8. n. 7. *Abbatis appellatione* veniunt Regulares prælati circa ea quę spectant ad potestatem iurisdictionis: secùs circa ea quæ pertinent ad potestatem Ordinis. Abbatis appellatione venit Abbatissa, vtpote quæ in administratione Abbati ęquiparatur, vt cum multis tradit Barb. tract. de appel. v. Ap. 1.

[Margin: Abbatis appell.]

Abbatia est dignitas Abbatis. Cum verò sit vna ex maioribus, quæ proinde æquiparatur Episcopatui, vt tenet Menoch. cons. 52. n. 133. eius appellatione nõ venit Prioratus, vt desẽdit Flamin. Paris. de resig. benef. lib. 2. q. r. n. 67. quod rectè intelligit in odiosis, & materia stricta: secùs in fauorabilibus: nã iuxta eundẽ n. 76. & 77. *Prioratus* est principalis dignitas in Ecclesia collegiata, vel regulari, habẽs quasi iurisdictionẽ Episcopalẽ, & in effectu eadẽ cũ Abba-

[Margin: Abbatia. — Prioratus.]

H 2 tia.

tia. De hac multa Suar.tom.4.de relig.& Germon.lib.3. de sacr. immun.

Plebanus, Archipresbyter ruralis. 276 *Plebanus* qui & Archipresbyter ruralis, aut Curio, vel Decanus appellatur in *cap. vlt. de offic. Archid.cap. fin.ne clerici, vel monach. & c. 1.eod. tit. in 6.* nomen accepit a plebe: Est.n. præfectus Ecclesiæ, siue plebis habentis in sua iurisdictione capellas, seu minores ecclesias, in quibus clerici perpetui instruuntur,& eidem Plebano subsunt, vt ab eo sacramenta accipiant. *Plebania.* Eius Ecclesia dicitur *Plebania* cap. 1. eodem tit. in 6. Notat Cæsar. in sua Hierarch. dis.13. §.3. n. 2. vt quis dicatur *Plebanus*, non sufficere, vt in Ecclesia propria habeat altaria, quæ dentur in titulum, & sint beneficia Ecclesiastica concessa in perpetuum clericis, in eis institutis sic. enim dicentur *Capellaniæ*, & non *capellæ*, teste Rebuffo tit. sæculare beneficium n.14. sed oportere, vt sit Ecclesia, & corpus per se subditum ipsi Plebano: sic enim vocatur capella. Plebani habent beneficium, & personatum iuxta Azor. tom.2. lib.3. c. 21. dignitatem verò non habent, nisi præsint Ecclesiæ collegiatæ, vt docet Sapientissimus, & Illustrissimus Cæsar citatus n.8.

Capellanus maior. *Capellanus maximus*, seu maior est ille, qui ceteris capellanis præsidet,& curat vt illi suum munus rectè exequantur, quanuis ex specialibus Ecclesiarum statutis, & consuetudinibus præcipuè eiusdem munus,& dignitas pendeat. In Ecclesia Toletana (vt tradit Azor. tom.2. l. 3. c.24.) personatu,& dignitate præditu fuit.In Lusitania (vt refert Cæsar. q. 2. proœm.§.2. n. 18.) ille dicitur, qui præest Regiæ capellæ, omnibusque eius capellanis, & officialibus: habet ex literis Apostolicis iurisdictionem Episcopalem ordinariam in Regem, eius capellam, & vniuersam regiam familiam.

277 In Romana Curia sunt quidam alij prælati Ecclesiastici dignitate, & iurisdictione pollentes, quales vicecancellarius, summus Pænitentiarius, Vicarius Domini Papæ, Camerarius, Auditores Cameræ Apostolicæ, Protonotarij, Referendarij, & Auditores Rotæ, de quibus Petrus Greg. lib. 15. Synt. cap.vlt. *Vice cancellarius.* *Vice cancellarius* est ille, qui præest expeditioni literarum & diplomatum Pontificiorum, quæ de rebus Ecclesiasticis expediuntur. Nam Cācellaria in expediendarum literarum munere plurimos habet ministros,nempe Abbreuiatores,Scriptores,Correctores,Sollicitatores,Plumbatores,Registratores,& alios.Cur verò potius dicatur Vicecancellarius,quam Cācellarius? varias affert causas,sicut & plura alia de hoc munere Azor.to.2. l.5. c.37. *Scriniarius.* *Scriniarius* (vt notar idem citatus Azor. q.2.) erat idem qui Cancellarius, & sicut Cancellarius fuit præpositus Cancellariæ,sic Scriniarius fuit præfectus scrinio: vnde sicut desijt esse in vsu nomen scrinij introducto cancellariæ, sic desijt nomen scriniarij introducto Cancellarij *Sūmus Pænitentiarius* est ille Cardinalis,qui habet sub se pænitentiarios minores in tribus vrbis templis scilicet S.Petri,S.Ioannis Lateranēsis,& S. Mariæ Maioris. Cū enim à Papa habeat potestatē ligādi,& absoluēdi, vtitur opera minorū, vt hi confessiones audiant,pænitētesq;à censuris,pęnis,& peccatis absoluant, iuxta *Clem. Ne Roman.de elect.* nec sūmi pęnitētiarij,nec minorum officium expirat obitu Romani Pontificis.

278 *Vicarius Papæ* est ille Cardinalis, quem Romanus Pontifex tanquam vrbis Episcopus, populo,& diœcesi suæ vicarium dat. Hic in vrbe, & diœcesi Romana vsq; ad quadragesima lapidem vendicat iurisdictionem, & potestatem vt ei subijciātur clerici,& laici in omnibus criminibus, & causis fori Ecclesiastici. Ius habet conferendi sacramenta, imò, & conuocandi synodum, nisi Papa aliud iubeat. Multa vendicat ex speciali Papæ indulto, de quibus, & multis alijs Azor. tom.2.lib.4.c.40. *Vicarius Papæ.* *Camerarius* est ille Cardinalis, qui præest Cameræ Apostolicæ, vbi septem prælatorum consilio, & opera vtitur, habens curam de regimine Vrbi, de Ecclesiæ patrimonio,fisco, & contrario. *Camerarius.* Nam olim in camera Apostolica Romanus Pontifex cum sex domesticis prælatis, qui cameræ Apostolicæ clerici vocabantur, solebat tractare causas, quæ ad gubernationem Vrbis totius ditionis Ecclesiasticæ temporalis, ac præsertim rationes vniuersi ærarij spectabāt.

Auditor Cameræ Apostolicæ est in eadem post thesaurarium officio secundus, qui (teste Vestrio lib. 2. c.4.) gladium spiritualem portat in contumaces, in quos censuras ferre solet,in sententijs cameralis Audientiæ pareant. *Auditor cameræ.* Sunt etiam duodecim illi, qui olim *Capellani* Papæ, postea Auditores sacri Palatij, modo *Auditores Rotæ* vocantur ex eo quòd in orbem sedentes controuersias, & causas ex toto orbe terrarum ad Pontificem delatas examinent, ac definiant. *Auditores rotæ.*

Prothonotarij sunt idem, atque primi notarij, vt à cæteris Vrbis notarijs distinguantur: *Prothonotarij.* horum officium dignitatem præfert. Sunt septem Ordinarij, qui Collegium constituunt, alij absque certo numero extraordinarij, de quibus simul & notarijs Cęsar q.2.proœm.§.3. nu.6. *Referendarij* sunt aduocati, qui referunt hominum negotia coram principe. *Referendarij.* *Authen. de referendar.* vbi glos. in curia Romana sunt officiales,qui referūt Papæ supplicationes.*Cap. ex literis de in integr.restit.* vbi Innocent.& Host.

SECTIO III.

De officijs, quæ in Ecclesia nec beneficium, nec dignitatem annexam habent.

279 HActenus exposuimus officia,quæ dignitatē præferunt: suo loco exponemus quæ cum beneficio coniunguntur.Præsens nobis sermo erit de ijs, quæ vtroque carent,vel saltem ab vtroq ue præscindunt.Fuere in

Laborantes. Fossarij. Cursores.

in Ecclesia primitiua, quos dicebant laborantes, Cursores, Defensores. *Laborantes*, & *Fossarij* vocabantur, teste Epiphanio in compend. doct. corpora eorum, qui obdormierunt, obuoluunt, & cooperiunt. *Cursores*, (vt deducitur ex Epist. 11. Ignatij ad Polycarpum) dicebantur qui Episcoporum literas ad Ecclesias perferebant, Fuit olim munus separatum, sed postea lectoribus, Acolytis, & subdiaconis fuisse iniunctum, constat ex Cypriano Epist. 24.

Defensores.

Defensores, de quibus *Cap. in singulis dist. 77.* id munus præcipuè obibant, vt pauperes, & Ecclesias defenderent aduersus potentias diuitum, aliaq; diuersi generis tractarent negotia, quæ illis demandari consueuerant, iuxta B. Gregorium lib. 4.

Defensoris appel. Procurator. Actor.

Defensoris nomine dixit Suar. to. 1. de relig. lib. 4. c. 29. n. 9. iuxta Vrbanum intelligi aduocatum, siue Castaldum, aut iudicem: & sic magis explicuit, vt defensor vulgo significet procuratorem, seu Actorem, quem Ecclesia constituit ad suas causas tuendas. *Aduocatus* autem, qui absq; mandato ad patrocinandum assumitur, allegando de iure, non spectat ad officia Ecclesiastica, de quibus loquimur, sed ille tantum, qui speciale habet ab Ecclesia mandatum, & vocatur alio nomine *Syndicus*, de quo est titulus in Decretal. & ex eius cap. vnico deprehenditur illum esse, cui generaliter Ecclesiæ negotia commendantur. Idem alio nomine dicitur *Castaldus*, & ipsius officium *Castaldia*: quamuis vox *Castaldus* aliunde rerum administratorem, seu æconomum significet.

Syndicus. Castaldus. Castaldia.

280 Vt alia pro instituto sectemur, officium Ecclesiasticū propriè habet ille, qui præfectus est rebus Ecclesiæ sacris custodiendis, qui in iure dicitur *Sacrista*, alio nomine *thesaurarius*, alio *custos* rerum sacrarum. Dicitur etiam *Hierophylax* L. annua ff. de annuis legatis. Nam *Hieros* est sacer, & *phylax* custos. Et *Basilicarius* id est Basilicæ custos 16. q. 2. Hic subest Archidiacono iuxta *Cap. Ea quæ, de offic. Archid.* Sub cuius solicitudine, & custodia erant vasa, & vestimenta sacra, omnisq; Ecclesiæ thesaurus, & quæcumq; pertinebant ad fouenda lumina siue in cera, siue in oleo.

Sacrista. Thesaurarius. Custos. Hierophylax. Basilicarius.

Et quidem custos Ecclesiæ licèt videatur idem atq; Sacrista, & thesaurarius, idque probet hodie consuetudo in Ecclesijs inferioribus, tamen ex sua primæua origine diuersa sunt munia. Nam custos iuxta Petrum Greg. lib. 15. Syntag. c. 39. n. 7. videtur fuisse tanquam Sacristæ minister, eidemq; additus, vt iuuaret in seruandis vtensilibus Ecclesiæ, signum daret tintinabulo ad horas canonicas, luminaria accenderet, ignemq; vigilanter custodiret.

Operarij. Aeditui. Aeditimi.

Ab his differunt *Operarij*, de quibus agunt Decius ad c. de iudic. n. 11. & Abbas n. 10. Hi vocantur alijs nominibus *Aeditui*, & *Aeditimi* quasi ædium sacrarum tutores, seu curā gerētes, vulgò *obreiros* vel *fabriqueiros*. Nam illis operum, & fabricę Ecclesiasticæ cura commissa est.

Oeconomi. Ecclesiæ.

281 *Oeconomi* sunt quos Castellani *Maior-domos de la Iglesia*, Lusitani *Priostes* vocant. De his meminit ius Ciuile *L. iubemus C. de Sacros.* & ius Canonicum *Cap. quia, & sequentib. 89. dist.* Vocantur alio nomine *Hypocrisarij*, seu *Apocrysarij*, in *cap. significasti de elect. & 5. q. 6. conuenientibus*. Sunt in duplici genere: nam alijs sub Episcopo res, & bona temporalia Ecclesiarum gubernanda, & administranda committuntur. Imò ex Conc. Chalced. c. 26. cogebantur Episcopi habere Oeconomos, qui res Ecclesiasticas secundùm ipsorum arbitrium, & sententiam dispensarent.

Hypocrisarius. Apocrisarius.

Alij per ordinarios dabantur Ecclesijs vacantibus, dum eis de proprio rectore non prouidebatur, vt earum fructus perciperent expensuri in ipsarum Ecclesiarum emolumentum, vel fideliter reseruaturi futuris personis. *Cap. cum vos 4. de offic. ordin.* vbi glos. quod hodie Triden. sess. 24. de refor. c. 16. præcipit obseruari in Cathedralibus vacantibus. Longè diuersi habentur in Lusitania, quos vulgo appellamus *Iconimos*, & sunt illi, quos beneficiarij simplices Ecclesiarum inferiorum tanquam sui loco Clericos Vicarios annuatim constituunt ad inseruiendum in suis beneficijs, cum certa portione, vt videre est in Constit. Diæcesis Brachar. Act. 4. c. 28. p. 1. Conimb. tit. 15. constit. 10. Egitan. lib. 3. tit. 6. c. 16. & Visen. lib. 3. tit. 8.

Iconimi.

282 *Vicedomini*, seu *maiores domus*, vulgo *Mordomos* de quibus glos. v. Episcopum *in Cap. Quoniam 16. q. 7.* proximè dictis erant valde affines, nempe illi, quos Episcopi iubebantur præficere suis domibus, vt hospitibus recipiendis, ac eleemosynis distribuendis præessent, ac deniq; prouiderent rebus omnibus, quæ domi gerebantur; sicut Oeconomi rebus Ecclesiarum gerendis præpositi erant. *Cellerarius*, aliàs *Cellarius* vulgò *Celleyreiro*, de quo in *Cap. Dilecto 25. de preben.* & meminit Petrus Greg. lib. 15. Syntag. c. 40. n. 6. in Ecclesijs Cathedralibus est ille, qui penui, seu cellario Ecclesiæ asseruando, dispensandoque præponitur, vnde dictus à *Cellario*, quod reponendis, promendisq; esculentis, & poculentis locus accommodus est.

Vicedomini. Maiores domus. Cellerarius. Cellarium.

Obituarij teste Vuolphango Lazio, quem citat Comment. Reip. Roman. fuere inter Romanos illi apud quos certi annui redditus sacrificulis relinquebantur, vel ad lucernas, vel ad candelabra pro memoria abeuntium repetenda: vnde appellati ab obitu. In Ecclesia (vt tradit Petrus Gregor. lib. 13. c. 30.) erant illi, quibus bona aliqua, seu redditus applicari solebant ad rationes faciendas pro obeuntibus. Supersunt multa officia Ecclesiastica eorum, qui occupantur in seruiendo pauperibus in hospitalibus: sed de his opportunius lib. 2. vbi de misericordia.

Obituarij.

SECTIO IV.

De vocibus, & multis alijs concernentibus ad regimen Ecclesiasticum.

283 Roma quamuis in iure sumatur interdum pro Constantinopoli vt *L.1. §. Romam C. de veter. iure enucl.* tamen pro communi patria accipitur *L. Roma ff. ad municip.* & *cap. Exposuit, de dilat.* & *cap. vlt. de foro compet.* Vbi dicitur mater, & magistra omnium Ecclesiarum. *Cælum* quamuis sumatur pro aere *L. aquissimum ff. de vsuf.* tamen *cap. solitæ de maior. & obed.* accipitur pro Ecclesia vniuersali. *Matrix Ecclesia* iuxta glos. in Clem. 5. de sent. excom. illa propriè vocatur, quæ est maior baptismalis aliarum quodammodò mater: ideo enim Matrix dicitur, quia in ea per baptismum renascimur. Vnde *cap. audientiam 1. de ædif. Eccles.* dicitur ea, quæ habet alias Ecclesias sibi subiectas. *In cap. venerabilis de verborum sign.* sumitur pro Ecclesia Cathedrali. Et quidem *Matrix Ecclesia* est, quæ in loco baptismalis, primaria, & principalis est. Ita Azor. tom.2.l.3.c.12.q.13.& lib.9. c.3. in fine.

Roma. *Cælum.* *Matrix Ecclesia.*

Viduata Ecclesia in iure dicitur illa, quæ vacat morte pastoris. Sic sumitur in *Cap. ne pro defectu, de elect.* Vbi æquiparantur Ecclesia Cathedralis, & Regularis, statuiturq; vt vltra tres menses prælato non vacet. Notat verò ad hunc locum Syluester v. Electio 2. num. 3. vocem *viduata* in stricta significatione capi pro Ecclesia destituta sponso, qualis est sola destituta Episcopo: nam solus Episcopus vocatur sponsus: at in citato loco sumi minùs strictè, vtpote in materia fauorabili.

Viduata Ecclesia. Sponsus Episcopus.

284 *Consistorium* deriuatur à verbo *Consisto*, quasi sit locus, in quo homines consultandi, & decernendi gratia consistunt: vnde idem est quod prætorium, vel tribunal scilicet locus, in quo ius redditur ex more. Est vulgare Italorum, & in iure canonico valde vsurpatum pro Romano tribunali, *Clem. Pastora. lis de re iudic. 2. q.6. anteriorum*. Garcia Tolet. ad tit. 10. Cod. lib.12.num.4. ponit discrimen inter Consistorium, & Tribunal, quasi in illo sedeat Papa, vel supremus Princeps ad audiendum, & iudicandum: in tribunali verò inferiores iudices. Apud Tullium 1. de diuin. *Conclaue* est locus secretior in interioribus tectis, vbi colloquia fieri solent. In iure Ciuili *L. quod conclaue ff. de damno infect.* Iuxta glos. dicitur Cella, vel thalamus secretus, ad quem per multas claues venitur.

Consistorium. Prætorium. *Tribunal, & consistorium. Conclaue.*

Inter omnia celeberrimum est *Conclaue Romanum*, locus vndique conclusus, & optimè custoditus, quem intrant Cardinales Papam electuri, de quo & ipsius legibus multa eruditè affert Azor. tom. 2. lib. 4. cap. 2. q.1. *Capitulum* in iure canonico apud Panorm. in *Cap. Capitulum de rescriptis*, non solum sumitur in significatione propria, qua significat paruū caput, sed etiam ponitur, vt distinguat vnam rem ab alia, & sic ponuntur capitula in libris. *Cap. quod in dubijs, de sent. excomm.*

Romanum conclaue. Capitulum.

Interdum accipitur pro loco, in quo varij homines conueniunt, & specialiter refertur ad Ecclesiasticos præsertim canonicos *cap. in causis, de elect.* At frequentissimè, & proprijssimè vsurpatur pro ipso canonicorum Collegio, & pro ipsis canonicis congregatis. *Cap. Capitulum, de rescript.* Quando contingit sedem Antistitum vacare, vel ipsius prælati obitu, vel resignatione, translatione, aut priuatione, dicitur *Capitulum sede vacante*, quasi paruum caput, eo quòd minorem habeat potestatem. Glos. in *Cap. conquestus de suppl. negl. in 6.*

Sede vacante.

285 *Capituli appellatione* non continentur clerici, quantumuis beneficiarij, sed soli canonici, vt tenet Abbas in *Cap. scriptum n.4. de ele.* & Rota in Romana concord. 3. Aprilis 1609. coram Cardin. Cauallerio impressa per Farinac. decis. 183. num. 1. An veniat prælatus? Azor. tom. 2. lib. 3. cap. 37. q. 2. & 3. negat de Episcopo, affirmat de Decano, Priore, vel Præposito. Barb. de Appel. verb. Ap. 37. quamuis ex Emmanuele Rhod. quæst. Regul. tom. 3. q.51. a. 8. dicat capituli appellatione in quadam largissima significatione includi prælatum saltem in fauorabilibus, negat tamen cum varijs communiter illum comprehendi.

Capituli appellatio.

Collegium secundùm glos. in *L. 1. ff. quod cui vni dictum est*, quia simul aliqui colliguntur, vel simul cohabitant. *Collega* est idem quòd sodalis in officio alterius, paris potestatis, quales olim duo Consules, ex quo licèt innuatur sufficere duos ad faciēdum collegium, tamen stat in oppositum commune placitum ex *L. Neratius ff. de verb. signif.* statuens collegium esse congregationem, quam ad minus tres facere possunt. Nam duo faciunt congregationem, collegium tres, populum decem, turbam 25. gregem quinque porci, vel decem oues, vt notat Bernard. cap. 1. de elect. Vide glos. in *cap. 1. 10. q. 1.* Collegium dicetur Ecclesiasticum si maior pars fuerit clericorum, imò data æqualitate iuxta Panorm. in cap. ex literis, de constit. quia magis dignum trahit ad se minus dignum *Cap. quod in dubijs, de consec. Ecclesiar.*

Collegium. Collega. *Congregatio, populus. Turba. Grex.*

Differre collegium à societate, tradit Syluester v. *Collegium* num. 2. ex *L. 1. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine*, vbi dicitur quòd socij alicuius congregationis possunt facere collegiū; ergo societas non est collegium. Accedit quòd societas morte vnius socij soluitur. *L. adeo pro socio*: at collegium in vno residere potest *L. sicut ff. quod cuiusq; vniu.* Vnde sicut grege legato, si vnum solum animal remanserit, peti potest.

Societas.

potest. *L. si grege ff. de legat.* 1. sic si vnus tantum canonicus remaneat, potest à superiore petere, vt Ecclesiæ prouideatur. Bal. in *L. vlt. ff. de negotijs gestis*. Collegij appellatione veniunt monasteria, & conuentus religiosorum, vt tradit Gonzales ad reg. 8. Cancel. glos. 8. num. 5.

Collegij appellatio.

At Collegiatorum appellatione in priuilegijs non veniunt famuli, vt docent Angel. in *L. Titius §. fin. de excus. tutor.* & Bonacos. in tract. de famulis q. 200. *Corpus* in iure sumitur frequenter pro Collegio *L.* quæ ex relation. C. de legib. L. non tantum ff. de excus. tutor. Vnde *corporati*, idest *Collegiati*. Hi enim dicuntur de aliquo corpore 1. congregatione, vel artificio hominum, veluti pistorum, Monachorum, vel quorundam collegium habentium. Vide quę tradit Toletan. ad tit. 14. & 17. Cod. lib. 11.

Corpus. Corporati collegiati.

Prælatus.

286 *Prælatus*, vt ex Panorm. affert Tamburinius tom. 1. d. 1. q. 1. num. 7. dicitur quasi præ alijs ditatus, vel ante latus, quasi ante alios positus. Consonat vox *Antistes*: est enim sacerdos sic dictus eo quòd ante stat *c. cleros* 21. *dist.* comuniter sumitur pro Episcopo iuxta glos. in *Clem. dudum de sentent.* Non absimilis vox *Præsul*. à *præsilio*, quod est ante salio. Erat enim apud veteres, primus inter Salios Martis sacerdotes.

Antistes. Præsul. Præsilio.

Inter prælatos alij sunt regulares, quales Abbates, Præsidentes, Reformatores, Magistri ordinis, Ministri, Prouinciales, Commissarij, Visitatores, Priores, Præpositi, Maiores, Guardiani, Custodes: alij sunt seculares, quales Priores, Præpositi, Decani, Archidiaconi, Archipresbyteri, & similes. *Prælatorum* appellatione propriè veniunt non solum Episcopi, & Episcopo superiores, sed etiam alij inferiores prælati iurisdictionem ordinariam habentes. *Cap. Romana §. Archidiaconis. de appellat. in 6.* Rebuffus tract. de pacificis possess. num. 64. & Pute. decis. 238. num. 3. quod prælatorum appellatione veniant Abbates, docet Suar. de relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. c. 2. n. 23. Quod veniant Abbates commendatarij, maximè perpetui, tenent Ludou. Gom. in reg. de triennali q. 5. n. 17. & Fusius de visit. lib. 2. c. 9. de commend. n. 5. venit etiam prælatus immediatus. Vnde si debeat dari licentia studendi alicui monacho à suo prælato, intelligitur de immediato, vt dicit Feder. de fenis conf. 145. num. 6. & sic de similibus nisi stet in oppositum consuetudo, vel constitutio, vt notat Calder. conf. 388. alias 3. de Reg. Idem procedit, teste Sanch. l. 6. Decal. c. 7. à num. 59. de translatione Monachi professi ad strictiorem ordinem, quæ fieri debet ex facultate prælati. Minus proprie, & valde fusa significatione prælatorum nomine veniunt illi, qui in Ecclesia habent prærogatiuam, & honorificum gradum sine iurisdictione, quales Decani Plebani, Archipresbyteri, & similes; sic Glos. v. Prælatum in Clem. de elect. Prælati appellatione non venit capitulum, vt tenent Natt. cons. 41. num. 4.

Prælati appel.

287 *Pastor* nomen est prælatorum, quod competit non solum Episcopis, sed, & Parochis, quorum proinde est (vt rectè notauit Azor. tom. 2. lib. 7. c. 4. q. 1.) non solum sacrificia pro ouibus offerre, diuinum verbum annunciare, sacramenta conferre, quæ fortasse omnia posset per alium præstare: sed etiam gregi suo inuigilare, assistere, oues inuisere, earum vultum agnoscere, eas nominatim vocare, vitæque exemplo promouere. Pastoris peculiare est gregem suum pascere: & quidem hoc verbum non solum debet sumi in vulgari significatione, pro alimenta præbere, sed etiam pro regere, & gubernare, in quo sensu dixit Christus Petro Ioan. 21. *Pasce oues meas*; & Dauid Psalm. 2. *Reges eos in virga ferrea*, id est *pasces eos*, iuxta Hebræum: vt latè prosequitur Salas de legib. disp. 8. sect. 3. n. 18.

Pastor.

Pascere 2. regere.

Pontifex fuit olim sacer magistratus, dictus iuxta Scæuolam à posse & facere, iuxta Varronem à ponte, quia sublicius pons à Pontificibus factus est primùm, & restitutus sæpè. Papa dicitur Pontifex Maximus, aut summus, cæteri Episcopi dicuntur simpliciter Pontifices, vt constat *ex cap. Pontifices 7. q. 1.* Imò Pontificum nomine venire tum Abbates, tum alios prælatos, qui vtuntur Pontificijs insignibus, scilicet mitra, annulo, & baculo, affirmat Tamburinius to. 1. disp. 1. q. 6. Olim Pontifices vt habetur *cap. cleros 21. dist. & dist. 10. de capitulis*, dicebantur Imperatores.

Pontifex.

Pontifex quod Imperator.

Litburgus, seu vt alij volunt, *Lituchus*, interprete Alciato in *l. 2. C. de cupres.* est qui publicè operatur, præsertim circa res sacras. *Matricularia* est fæmina habens curam Ecclesiæ *Cap. Mulieres 32. dist.* cum Gloss. *Visitator* in iure dicitur is, cuius munus est inquirere, tam in personas, & personarum vitam, quàm in locorum administrationem, & curam. Ex officio potest visitare quicunque habet iurisdictionem ordinariam in alios: deinde huiusmodi ordinarius, si sit legitimè impeditus, potest visitandi munus alijs commendare. Ita Azor. tom. 3. lib. 13. c. 30.

Litburgus. Lituchus. Matricularia. Visitator.

288 Hactenus exposuimus voces concernentes ad regimen Ecclesiasticum ex parte superiorum, vt modo descendamus ad eas quæ dantur ex parte subditorum, imprimis *Subditus* propriè dicitur qui habet domicilium, vt dicit Glos. *ad cap. statutum §. cum verò de rescript. in 6.* & in *Clem. vnicam v. subditos de foro competen.* Vide Panorm. in cap. 3. de appellat. Vnde subditus in iure canonico videtur coincidere cum parochiano.

Subditus.

Subditorum, seu parochianorum nomine, veniūt ad omnia, dempto ordinis sacramento, habentes quasi domicilium, seu qui maiori anni parte alicubi habitant, quales scholastici, vel milites, teste Sanchez lib. 3. matr. disp. 23. num. 13. Qui autem veniant subditorum nomine

Subditorum appellatio.

nomine ad accipiendum ab Episcopo absolutionem reseruatorum, vel dispensationem irregularitatis, latè exponit Suar. de censf. disp. 41. sec. 2. à num. 12. Quid sit domicilium, & quasi domicilium, alibi explicabitur.

Clericus. *Clericus* dicitur à voce Græca *cleros*, quæ sortem, & hæreditatem significat: quasi *clericus* sit de sorte, & hæreditate Domini, C. *cleros dist.* 21. significatio clerici in tota sua latitudine comprehendit omnes initiatos ordinibus, etiam solius primæ tonsuræ, in quacumque dignitate constitutos. Ita Syluest. v. clericus 1. num. 1. apud quem omnes, qui non sunt laici, dicuntur clerici 12. q. 1. *c. duo sunt.* Clericorum appellatione in materia indifferenti & larga significatione veniunt omnes clerici tam sæculares, quàm regulares, vt tenent Mari. Antonin. variar. resol. lib. 1. resol. fin. casu 50. ver. 2. & Card. Tusch. pract. tom. 1. lit. C. concl. 377. n. 2. Quid in materia fauorabili? Veniunt Monachi, & quicunque regulares: veniunt Canonici: venit Episcopus, imò & Cardinalis. Quid in materia odiosa. & stricta? nec veniunt regulares, nec canonici, & à fortiori, neque venit Episcopus, neque Cardinalis.

Clericorum appellat. *Clericorum diœcesis* appellatione absolutè non veniunt clerici exempti. Hæc ex Augus. Barbosa tract. de appell. verb. appel. 51. vbi multos authores citat. *Clerica* est corona clericorum rasa. vt notat Ioan. Andr. in *cap. clerici de vita, & honest.* *Clerica.*

289 *Laicus* dicitur à voce Græca *Laos*, quæ significat populum. Vnde sicut *clericus* dicitur quasi vnus de clero, seu sorte Domini, ita *laicus* dicitur quasi vnus de populo, seu popularis, ita vt sumatur laicus prout contradiuiditur, & opponitur clerico. Inter clericos, & laicos sunt quidem medij, scilicet conuersi, & oblati. Ita Syluest. v. *Laicus* qui v. clericus 1. n. 3. ex Ioan. Andr. & Panorm. defendit *laicorum* appellatione non venire clericos coniugatos in materia odiosa, proindeque non comprehendi statuto Episcopi quod laicum excommunicat. *Laicus. Laos. Clericus.*

Ecclesiastica persona. *Ecclesiastica persona* quænam sint in ordine ad violandum interdictum, latè declarat Suar. de cens. disp. 34. sec. 4. num. 1. affirmans esse clericos omnes, etiam coniugatos, dummodo gaudeant priuilegio fori, & canonis: Item religiosos omnes, & si carentes omni ordine, imò & moniales.

Clericus saluaticus. Quisnam dicatur clericus saluaticus, de quo Diana par. 8. tract. 4. resol. 51. vbi affirmat posse capitulum sede vacante clericos saluaticos creare, difficile inuentu est. Videtur quod *Saluaticus* sit idem, atque coniugatus. Nam post consultos uiros doctos, qui se quidem ignaros huius uocabuli fatebantur, inueni apud Riccium in Collect. decis. parte 6. collect. 2420. titulum his conceptis uerbis, *Clerici dicti saluatici, seu coniugati gaudent priuilegio fori. & C. siquis sua de item.* August. Barbosa de iure Eccles. vniu. lib. 1. cap. 39. §. 4. à num. 18. sic habet: liberos homines gratis seruientes vocant in regno Neapolitano *Diaconos saluaticos*, 1. ficte, & impropriè Diaconos. Quoad rem ipsam sunt famuli, qui nulla recepta mercede seruiunt Ecclesiæ, & Episcopis, ad tempus quidem, sed non breue: ac in consequens in illis duplex qualitas cumulatur: vt enim tenentur Ecclesias mundare, & pulsare campanas, censentur famuli Ecclesiæ; vt verò tenentur Episcopo mandante, officium vel birruarij, vel tabellionis, vel mulionis, vel similium subire, censentur ipsius Episcopi familiares. Hos gaudere priuilegio fori, tenet Ricc. in praxi p. 4. resol. 480. *Diaconus saluaticus.*

290 Vt voces alias, & modo, loquendi prosequamur, hæc verba *Episcopare*, & *Dearchiepiscopare* sunt in corpore iuris canonici *cap. cum ex illo de translat.* & in ea significatione ponuntur, vt *Episcopare* idem sit, atque Episcopum facere, *Dearchiepiscopare* verò sit aliquem à dignitate Archiepiscopali deijcere. *Inthronizari*, pro collocari, seu constitui in throno habetur 79. *dist. cap.* 1. Vbi statuitur Papam non nisi à Cardinalibus, & religiosis clericis esse inthronizandum. *Episcopare Dearchiepiscopare. Inthronizare.*

Est autem *Thronus* sedes, vel solium, & sumitur pro virtutibus cælestibus, in quibus Deus sedere dicitur. Cum Ecclesiastica hierarchia coalescat ex varijs dignitatum gradibus, quos recensuimus sect. 2. & sint varij modi loquendi in hac materia, nempe per dignitatum gradus ascendere: In tali, vel tali dignitatis gradu collocari, & similes pro omnium perspicuitate sufficiet declarare quid in iure sit gradus, & dignitas. *Thronus.*

Gradus propriè sunt ex quibus scala constant, & per quos ad altiora conscenditur: ex his per translationem dicuntur gradus consanguinitatis, agnationis, & affinitatis, quorum seriem alibi digeremus. Metaphoricè etiam dicuntur gradus dignitatum, siue Ecclesiasticarum, siue Laicarum quasi ab vna dignitate ad aliam in eadem serie fiat ascensus *l. 2. C. de officio magistri officiorum.* *Gradus dignitatis.*

291 *Dignitas* apud Latinos non solum significat meritum honoris, & præmij, sed etiam pulchritudinem virilem Tullius lib. 1. offic. *Pulchritudinis* (inquit) *duo sunt genera: vnum muliebre, quam venustatem appellamus: alterum virile, quam dignitatem dicimus.* Apud Iuristas sumitur dupliciter, 1. latè pro quacunque prærogatiua, & excellentia, videturque coincidere cum maioritate: *Maioritas* est multiplex, alia ordinis, alia dignitatis, alia senectutis, alia præfationi: & quidem dicitur quis esse maior quadrupliciter, nobilitate, diuitijs, potentia, & honore: in qua acceptione comprehendit non solum omnem personarum, sed etiam quancunq; prælationē *Dignitas. Venustas. Pulchritudo virilis. Maioritas quotuplex.*

siue

siue Ecclesiasticam, siue sæcularem. Vide multa, quæ de dignitate ciuili affert Tolet. ad tit. 1. *Cod.de dignitatib. lib. 12. n. 1.*

Dignitas. Sumitur 2. pressè, & sic dignitas Ecclesiastica potest definiri. *Est preæminentia habens administrationem rerū Ecclesiasticarum cum iurisdictione ordinaria in foro externo.* Vnde vt sic hæc tria Dignitas, Personatus, & officium differunt: nam *dignitas* est administratio rerum Ecclesiasticarum cum iurisdictione: *Personatus* habet sine iurisdictione prærogatiuam, *Personatus.* v. g. In choro, & consessu locum honorabiliorem: *Officium* est administratio rerum *Officium.* Ecclesiasticarum sine iurisdictione. Dicitur etiam quis habere dignitatem nomine, & non re, si pro consuetudine patriæ, & Ecclesiæ, consecatur dignitate præditus, quanuis omni administratione, & iurisdictione careat. Hæc ex Syluestro v. dignitas, Molina tom. 3. disp. 620. & Azorio tom. 2. lib. 3. c. 13. à q 3.

292 Cum verò religiosi societatis Iesu post solemnem professionem, emittant inter alia, duo vota simplicia, alterum sub hac forma. *Promitto nunquam me acturum, vel prætensurum, nec indirectè quidem, vt in aliquam prælationem, vel dignitatem in societate eligar, vel promouear.* Alterum sic: *Promitto nunquam me procuraturum, prætensurumue extra societatem, prælationem aliquam, vel dignitatem.* Sanch. lib. 6. Decal. cap. 18. num. 25. non distinguit in priori voto prælationem à dignitate, sed asserit ea duo nomina posita fuisse claritatis gratia: asserit deinde ex mente Generalis Claudij, nomine dignitatis ibi intelligi officia quibus annexa est iurisdictio ordinaria, vel delegata, qualem habent Generalis, Prouincialis, Præpositus, Rector, Visitator, vicegeneralis, viceprouincialis, vice præpositus, vicerector.

Dignitas & Prælatio.

Quare non franget votum, si quis procuret fieri Assistens coram Generali. Magister nouitiorum, vel Theologiæ, Minister, Consultor, Admonitor, Concionator. Verum in posteriori voto distinguit Prælationem à Dignitate, & asserit nomine Prælationis extra societatem intelligi Episcopatum, Abbatiam, quæ habeat iurisdictionem quasi Episcopalem, Vicariatum Generalem Episcopi, & quodcunque munus habens iurisdictionem in foro externo in sibi subditos: nomine dignitatis venire Cardinalatum, & quancunque aliam dignitatem in Ecclesia, & si prælatione careat. Officium parochi nec prælatio, nec dignitas est.

293 *Dignitatis* appellatione non venit *Dignitatis appel.* Episcopatus in odiosis: secùs in fauorabilibus Glos. v. dignitatem in cap. 2. de præben. in 6. Quare si Papa dispenset cum illegitimo ad omnes, & quascunque dignitates Ecclesiasticas, non censetur dispensare ad Episcopatum, vt tenet Sayrus de cens. lib. 6. cap. 11. n. 28. Dignitatis appellatione non venit Abbatia in odiosis, vt docet Tamburinus tom. 1. disp. 1. q. 2. num. 7. nam Abbatiæ æquiparantur Episcopatibus iuxta Menoch. cons. 59. num. 133. secus in fauorabilibus, vt cum multis tradit Valenzuela cons. 74. num. 63. Dignitatis appellatione in dispensationibus nec veniunt maiores, nec principales. Ita Azor. par. 2. lib. 6. cap. 3. q. 8. vbi asserit si Papa dispenset cum spurio, vt ad dignitates Ecclesiasticas admitti queat, non censeri dispensatum ad maiores, & principales.

Maior dignitas intelligitur ea, quæ in Ecclesia Cathedrali post Pontificalem est maior cæteris. *Principalis* ea dicitur quæ est in Ecclesia Collegiali dignitas omnium maxima. Dignitatis appellatione in commissionibus causarum venit Vicarius Generalis Episcopi, item Collector, & subcollector, deinde Commendatarius perpetuus, tandem Cancellarius Academiæ Pontificis authoritate approbatæ, vt cum multis docet Barbos. tract. de appel. verb. Ap. 72. n. 6. & alijs. *Maior dignitas. Principalis dignitas.*

Dignitatis in Ecclesia Cathedrali appellatione veniunt tantum Archidiaconatus, & Archipresbyteratus: hæ enim in iure communi habent dignitatem ex solo nomine: alij autem personatus, & officia non sonant in nomen dignitatis, nisi consuetudo sit in contrarium, vt de præposito, thesaurario, Decano, præcentore, & sacrista, ex varijs citatis refert idem Barbosa Appel. 72. à num. 3. Canonicatus non venit propriè dignitatis appellatione, sed largè, vt tenet Aloysi. Ricius in praxi rerum fori Eccles. resol. 90. n. 1. nos etiam supra num. 273. diximus Canonicum non habere in rigore dignitatem. *Cancellarius dignitas. Canonicatus dignitas.*

ELVCIDATIO XI.

De regimine Ciuili, & Politico.

Explicato idiomate, quod versatur circa Ecclesiasticum regimen, proximum est vt explicemus quod in regimine politico, ac ciuili ius vtrumq; agnoscit. Quam igitur elucidandi formam nuper seruauimus, eandem modò tenebimus explicando regiminis politici naturam, & multiplicitatem veluti in communi: deinde varias imperantium dignitates, & gradus: tandem quidquid ex parte iubentium, & obtemperantium conducit ad regimen.

SECTIO I.

Quid sit, & quotuplex regimen politicum?

294 Regimen, gubernatio, administratio, & moderatio, quamuis pro eodem accipi soleant, tamen origine differre videntur, quòd *Regimen* deriuetur à Regio, & Rege, proindeq; idem sit, atq; regia administratio: *Regimen.*

Guber-

[Gub]ernatio. Administratio. Moderatio.

Gubernatio deducatur à guberno, & gubernatore, qui propriè Rector nauis dicitur. Tullius de senect. *Gubernator clauum tenens sedet in puppi. Administratio* ab administro quod significat regere suggerendo, & veluti ministrando. *Moderatio* à *Moderor*, quòd significat gubernare ponendo modum. Sic *moderatio* importat diminutionem: & notatur pro statutis, quæ dicunt de moderatione pœnæ ad arbitrium potestatis apud Felinum in *Cap. ex literis* ver. fallit 2. *de constit.*

Politica.

Regimen igitur denominat politicum. *Politia*, quæ si sit perfecta, definiri potest in hunc modum. Est hominum multitudo speciali voluntate, seu communi consensu in vnum corpus mysticum, & moraliter vnum coniugata. Hæc duplex est altera Ecclesiastica, quæ legibus canonicis, altera Ciuilis, quæ legibus ciuilibus administratur. Fuit instituta politia, seu *communitas Politica*, teste Aristot. 1. Polit. c. 2. ob appetitum à natura insitum hominibus ad conuiuendum, quasi ex necessitate, & mutua dependentia inter se, cum neuter sibi sufficiat.

Politicum regimen.

Despoticum regimen.

Inter *Politicum*, & *Despoticum* regimen hoc interest, quòd illud sit liberum, ac principis in ciues, hoc seruile, seu domini in seruos. Hinc Philosoph. 1. polit. c. 3. dixit mentem imperare facultati appetenti principatu politico: corpori verò principatu despotico: quasi mens rationem proponens gubernet vim appetentem, velut rex ciues sibi subiectos, qui non necessitate, sed sponte obtemperant: at regat corpus, tanquam dominus seruum sibi obligatum, & necessitate quadam obedientem.

295 Quòd attinet ad regiminis multiplicitatem, imperium acceptum veluti in genere est duplex, alterum dicitur merum, alterum mixtum. *Merum imperium* dicitur quædam summa potestas, per quam ea quæ sunt iurisdictionis maximæ explicantur: illius enim est facinorosos pœnis etiam capitalibus afficere. *Merum* vocatur, quia separatum à cognitione pecuniaria, quasi nullum inde sequatur commodum pecuniarium. *Instit. de publicis indic. in princ.* Aliter explicatur in Glos. *ad Cap. sedem de offic. ordin.* Merum imperium est quædam summa potestas, & alta ex publico inducta, quod apud Principes est, præcipuè Papam, & Imperatorem. Effectus illius sunt v. g. in spiritualibus depositio, translatio sedium Episcopalium, & diuisio vnius sedis cathedralis in duas. In secularibus pœna capitis.

Merum imperium.

Mixtum imperium.

Mixtum imperium est potestas media, per quam ea, quæ sunt in iurisdictione media explicantur: dicitur mixtum quasi ex iurisdictione, & mero imperio: est penes iudices, quorum officium mercenarium est, & si ad bonum publicum tendat. Illius effectus in spiritualibus sunt dedicare Ecclesias, altaria consecrare, & virgines velare: in secularibus verò, mittere in possessionem, pupillis tutores dare, infligere pœnas graues, nempe mutilationem, relegationem, fustigationem, & reliquas, excepta capitali.

Regimen quotuplex. Monarchia

296 Species politici regiminis, seu forma Rerum publicarum (teste Aristot. 1. Rhet.) est triplex scilicet Monarchia, Aristocratia, Democratia. *Monarchia*, quod etiam appellatur Imperans regnum, & principatus sui iuris, datur quando vnus imperat solus per se, suo quæ nomine, cum propria, supremaque potestate, quod ex alterius, quàm eius solius arbitrio non pendet: qui proinde dicitur *Monarcha* id est vnicus omnium princeps: à voce græca *Monas*, quod significat vnitatem. Quare licet *Dictator* apud Romanos esset summus magistratus eum suprema potestate, qualis *Harmosta* apud Lacedæmones, *Vergobretus* apud Heduos, *Suffes* apud Pænos, *Megitanes*, & *Chiliarchus* apud Persas, *Diacetes* apud Aegyptios, *Demiurgus*, & Diorigius apud Achæos, & *Archinus* apud Thebanos, tamen (vt rectè notauit Petrus Gregor. in republ. lib. 5. c. 1. n. 3.) ideo Monarcha dici non potuit, quia non suo, sed populi nomine potestatem exercuit.

Monas. Dictator. Harmosta. Vergobretus. Suffet. Megitanes Chiliarchus. Diacetes. Archinus. Dictatura. Aristocratia. Democratia Polyarchia.

Dictatores (habetur l. 2. ff. de orig. iuris) olim dicti fuere, qui summum magistratum gerebant, & quorum erat in maioribus causis sententias ferre, vel dictare. Vnde huiusmodi munus *Dictatura* vocabatur. *Aristocratia* datur quando pauci, & optimates gubernant, proindeque commodo Reipublicæ, & vtilitati consulentes. *Democratia*, seu *Polyarchia*, idest multorum regimen, datur quando penes vniuersum populum est suprema, & absoluta potestas imperandi, ita vt vnusquisque tam pauper quam diues, tam nobilis, quam obscurus admittatur suo ordine ad rempublicam gerendam.

Tyrannis.

297 Si verò huiusmodi tres formæ non steterint, transibunt in triplicem formam Reipublicæ lapsæ. Nam Monarchia transibit in *tyrannidem*, cum vnus sæuum, ac violentum imperium occupauerit, vel exercuerit: nam iuxta Less. de iustit. lib. 2. cap. 29. dub. 9. num. 69. *tyrannus* est duplex, alter vsurpatione potestatis, qui scilicet sine vllo iure Rempublicam inuadit, & oppressam tenet: alter vsu regiminis, cum nempe contra ius, & fas omnia administrat, & si alioqui sit princeps legitimus.

Tyrannus duplex. Potestas tyrannica.

Tyrannus olim in bonam partem acceptus dicebatur Rex, seu dominus, qui plenam habebat in subditos potestatem: verùm crescente libidine, cum reges superbè regnare cæpissent, nomen tyranni in eos restrictum est, qui contra ius insolenter, ac petulanter dominantur. *Tyrannica potestas* (habetur 15. q. 7. c. 1.) est cum quosdam fauoris gratia sublimat, quosdam odio, & inuidia humiliat,

& le-

& leuis suspicionis aura condemnat. Aristocratia deficiens transit in *Oligarchiam*, quæ est tyrannis, seu dominatio paucorum diuitum, qui ob commune bonum nihil agunt, sed proprio commodo inseruiunt, omnia perperam administrantes.

Oligarchia.

Democratia, quæ accepta in bonam partem vocatur *Respublica*, seu *Politia*, si à recto æquitatis tramite deuiet, ita vt multi gubernent suis tantum priuatis commodis consulendo, & habendo pro fine libertatem, seu licentiam, dicetur. *Status popularis*. Quem Aristoteles 4. Polit. c. 2. accepto nomine in malam partem vocauit *Democratiam*. Ita Molina trac. 2. de iustit. disp. 23. & Fragosus par. 1. in proœm. §. 2. n. 21.

Status popularis.

298 Ad prædictas species reduci possunt *Ethnearchia*, & Tetrarchia. *Ethnearchia* idem valet, at principatus gentium, & *Ethnearches* gentis princeps. Author tamen est Iosephus lib. 2. de bello Iudaico cap. 4. Cæsarem regnum Iudææ in duas partes diuisisse, & vnum Archelao sub nomine Ethnearchiæ dedisse. *Tetrarchia* est principatus complectens quartam regni partem, & *Tetrharcha* est princeps qui quartam regni partem tenet. Nam *Tetra* Græcis quatuor, *Archos* princeps.

Ethnearchia. Ethnearches. Tetrarchia. Tetra. Archos.

Vt plenè innotescat quid sit regimen politicum, necesse erit exponere quid sit caput politicum, nempe princeps, & quid corpus politicum, scilicet Respublica, quæ etiam corpus mysticum appellatur, *Princeps* dictus quasi primum caput, seu præcipuum, & præstans in aliqua re. Sic Ianuarius dicitur à Columella lib. 11. c. 2. princeps mensis, idest primus ordine: & Sicilia dicitur à Cicerone 3. Verr. princeps, idest omnium prouinciarum prima. Qui veniat nomine Principis in *Clem. 1. de bapt.* vt possit baptizari in domo priuata, exponit Suar. de bapt. disp. 30. sect. 2. his verbis. Glossa latè disputat quisnam nomine Principis comprehendatur, & concludit illa voce plus videri significari, quàm nomine ducis, vel Marchionis. Quod videtur verum, quando hi non sunt supremi, sed sub regibus constituti. Solum igitur videntur posse vti hoc priuilegio Reges vel alij supremi qui ferè Regibus æquiparantur. Tamburinus lib. 2. de bapt. c. 2. §. 3. num. 7. extendit ad omnes Regum descendentes per lineam rectam in quibus splendor regius conseruatur. In Ecclesiasticis Princeps vocatur Papa, *de consec. dist. 1.* Vocatur interdum Episcopus *Cap. siquis de maior. & obed.* imò & alius iudex Ecclesiasticus *cap. definiunt* 17. q. 4. In sæcularibus nomine principis venit Imperator *cap. ad Apostolicæ in prin. de re iudic. in 6.* Venit etiam Rex *cap. vnico de sacra vnct. cap. veniens, de accusat. & cap. innotuit, de elect.* quamuis aliquando distinguantur Reges à principibus tanquam maiores. *Clem. vnica de baptism.*

Princeps, qui.

Principis appellatio.

Singulariter ac per excellentiam in Hispania regum primogeniti regnum patre mortuo, adepturi appellantur Principes. Item apud Greg. Tholosanum de Rep. lib. 6. cap. 4. num. 3. Principes imperij sunt, qui ducatum, vel comitatum habent ab imperio, & in illis sunt subditi, tanquam ratione feudorum, ob quæ fidelitatem exhibent imperio. Denique significatio huius vocis *Princeps*, ita latè diffunditur, vt quicumque in regno, vel ciuitate reliquis præeminet, habens potestatem, & si non supremam, princeps appelletur. *Principatus* dignitas, seu munus est principis.

Principes imperij. Principatus.

299 Respublica apud Latinos est idem quod Politia apud Græcos, nempe ciuitas libera, quæ iure regitur: sic describitur à Petro Gregorio de Rep. lib. 1. c. 1. num. 6. Est rerum, & vitæ quædam communitas vnius societatis, quæ efficit vnum quoddam corpus ciuile, ex pluribus diuersis vt membris compositum sub vna potestate suprema, veluti sub vno capite, & vno spiritu, ad benè, & commodiùs viuendum in hac mortali vita, vtque facilius ad æternam perueniatur. Appellatio rerum hic latissimè funditur ad res, personas, & actiones. Nicolaus Biesius de Rep. lib. 1. affirmat Rempublicam nihil aliud esse, quàm ordinem quendam multorum ciuium, in quo reperiatur maior, qui præsit, & minor, qui obediat.

Respublica quid. Politia.

Publicæ res aut sunt communes hominum, aut sunt vniuersitatis, *L. in tantum*, & *l. sacra loca ff. de rer. diuis.* Communes hominum sunt omnium naturali iure, vt aer, aqua profluens, mare, littora, portus, & similia. *Res vniuersitatis* sunt non singulorum, quæ scilicet ad vsum, vel ornatum communem ciuitatis spectant, qualia sunt theatra, studia, & quidquid ad publica spetacula inseruit.

Publicæ res. Communes res. Vniuersitatis res.

Prouincia apud Latinos dicitur quod procul vinci videtur. Nam regiones illæ, quas olim Romanus bello ceperat, & longè distantes quasi procul vicerat, prouinciæ dicebantur. Vnde Aegesippus scribit, Romanos cum in ius suum vincendo redigerent procul positas regiones, appellauisse prouincias. Augustus (vt refert Strabo lib. vlt. Geogr.) partitus est prouincias Romanorum in *prætorias*, quæ populo erant vectigales: & *prædiales*, quæ Cæsaris fisco certum æs penderent. Apud Iuristas diuersimodè accipitur: nam interdum diuersæ prouinciæ sunt, quæ discernuntur freto aliquo interluente, vt Sicilia, Gallia: & in hoc sensu sumuntur 3. q. 3. *C. de inducijs §. spatium*, vbi statuitur ad producendum testes de eadem prouincia dari tres menses, de contigua sex, & de transmarinis nouem.

Prouincia.

Prætoria, & prædiales prouinciæ.

Prouincia dicitur propriè, quæ habet decem, vel vndecim ciuitates, & vnum regem 6. q. 3. c. *scitote*. Faciat etiam diuersitas Archiepiscoporum iuxta diuersitatem prouinciarum.

ciarum. Imò in materia præscriptionum diuersæ ciuitates, in quibus habentur, & exercentur diuersæ iurisdictiones separatæ, dicuntur prouinciæ, vt tenet Alex. Scot. v. eodem. Hinc. *Prouinciales* dicti, qui in prouincia orti sunt, vel domicilium habent. *L. prouinciales, de verb. signif.* vbi Alciat. Solent prouinciæ diuidi in conuentus, vulgo dicimus comarcas. Erant enim in prouincijs statuti conuentus per rectores earum ad iudicia facienda. Vnde Plin. lib. 3. scribit in Bethica fuisse conuentus quatuor.

Prouinciales. *Conuentus.*

300 Ciuitas dicitur quasi ciuium vnitas, & apud Latinos propriè est collecta ciuium multitudo ad iure viuendum. Tull. de somn. scipionis, cœtus hominum iure sociati ciuitates appellantur. *Vrbs* est oppidum mœnibus cinctum dicitur ab *Vruo* aratri curuatura. Nam veteres iunctis bobus tauro, & vacca circum agebant sulcum, intra quem vrbem condebant. Vnde aliqui dictam volunt ab orbe, quod scilicet ille sulcus in orbem duceretur. *Vrbare* est aratro definire *L. pupillus ff. de verb. signif.* Quanuis igitur ciuitas, & vrbs pro eodem vsurpatiuè sumantur, tamen in rigore differunt, quod incolæ dicantur ciuitas, vrbs verò complectatur ædificia. Tullius 4. Academ. *Aristoteles (inquit) & Xenocrates, quos Antiochus sequi volebat, non dubitasset, quin & prætor ille esset, & Roma vrbs, & eam ciuitas incoleret.*

Ciuitas. *Vrbs.* *Vruum.* *Vrbare.*

Apud Philosophum 1. polit. cap. 1. ciuitas est Communitas perfecta, ea nempe quæ sibi sufficiens est, & distinguitur ab imperfecta, qualis à Soto 1. de Iustit. q. 1. à 3. censetur domus, cui paterfamilias præest: nam in hac non datur dominium iurisdictionis, & si detur maritale in vxorem, paternum in filios, herile in famulos, despoticum in seruos. Apud S. Thomam 1. 2. q. 90. iuxta canones ciuitas propriè est oppidum, quod habet Episcopum *dist.* 80. *in illis*. Prolata simpliciter *Vrbs* antonomasticè significat Romanam ciuitatem. *Instit. de iure nat. §. sed quoties.*

Cõmunitas perfecta, & imperfecta.

Ex dictis apparet quomodo distinguatur ciuitas, seu vrbs ab oppido, municipio, & pago. Nam *Oppidum*, siue ab ope, aut opibus, siue ab opponendo dicatur, est ptoprie omnis ciuitas præter Romam, quæ peculiari nomine Vrbs vocari cæpit. In iure dicitur terra murata non habens Episcopum *L. pupillus §. oppidum. de verb. signif.* Apud Latinos *Coloniæ* dicebantur minores, ad quas habitandas ex maioribus vrbibus mittebantur quasi quædam examina populorum. Tull. 1. offic. Erant aliæ Romanæ quibus dababatur ius ciuitatis Romanæ, aliæ Latinæ quibus dabatur ius Latij, quod infra ius Romanæ ciuitatis erat. *Municipium* dicebatur à munere, & erat oppidum, quod cum suo iure viueret, muneribus tamen, & honoribus populi Romani fungebatur. Apud Iuristas municipium est ciuitas, & municipes sunt ciues cuiuscumque ciuitatis *L. 1. ff. ad l. Iuliam de amb.* Est etiam oppidum, in quo pacis obseruandæ causa milites constituti erant: in quo nati dicuntur municipales. *L. municipes ff. de verb. signif.* Sunt autem *Pagus* domus rusticanæ in vnum coagmentatæ.

Oppidum. *Colonia.* *Municipiũ.* *Municipes.* *Pagus.*

301 *Ciuitatis appellatione* in rigore iuris venit id solum quod muris cinctum est, etiamsi murorum nouorum ambitu contineatur. Menoch. consi. 498. à num. 34. in materia tamen fauorabili, & largè interpretanda veniunt *suburbia* vulgò os *arrebaldes*. Crauet. cons. 297. num. 1. vnde natus in continentibus, & suburbijs dicitur natus in ciuitate iuxta Stephan. Gratian. discept. forens. to. 5. cap. 893. num. 35. Deinde legatis bonis existentibus in ciuitate præsumuntur etiam relicta quæ sunt in suburbijs, si admittant largam interpretationem, qualia relicta sanguine coniunctis.

Ciuitatis appel. *Suburbia.*

Deniq; iurisdictio concessa ciuitati extenditur ad suburbia: ex quo fit vt interdicta ciuitate intelligantur etiam interdicta suburbia, & ædificia continentia *Cap. si Ciuitas de sent. excom. in 6.* Ciuitatis appellatione venit pars adiecta per ampliationem: item ciuitas illa cuius Episcopus ex causa priuatus, vel quæ olim Episcopatum habuit: similiter venit portus adiacens. Vnde delictum commissum in portu debet puniri per eum, qui habet iurisdictionem in ciuitate illa, cui portus adhæret: & cõtractus initus in portu debet intelligi iuxta consuetudinem illius ciuitatis in fauorabilibus, secùs in odiosis. Ciuitatis nomine quanuis non veniat diæcesis, præsertim in odiosis, tamen in dubio, vbi non constat de mente, venit territorium, maximè fauore dotis, vt probat Baldus conf. 357. num. 1. Quod nomine ciuitatis veniat comitatus in fauorabilibus, & materia indifferenti, docet Roman. cons. 454. in re præsen. col. 2. n. 6.

Vnde commisso regimine ciuitatis, venire etiam comitatum refert Card. Tusel. ad lit. C. concl. 280. num. 5. *Comitatus* proprie de Imperatoria aula dicitur: hodie & territorium appellatur: cuius rei rationes affert Alciat. in *L. pupillus de verb. signif.* Dicitur *Celebris ciuitas* quæcumque insignis, & hominibus frequens *L. si in aliquam ff. de offic. procons.* Nam in iure *celeberrimus* est plurimorum sermone idoneus habitus *L. si res pupillaris ff. de admi. tut.* Dicitur *Metropolis*, quæ interpretatur ciuitas mater: neq; enim appellatur (vt volunt imperiti) à *metros* idest mensura: sed à *Metr* quod est mater, & à *polis* quod est ciuitas.

Comitatus. *Celebris. Ciuitas.* *Celeberrimus.* *Metropolis.*

302 *Ciuis* (vt testatur Syluester v. eodẽ n. 4.) est natus in ciuitate *L. Ciues ff. de appel.* Vbi Glos. intelligitur verò natus ex parentibus ibi habẽtibus domicilium: aliter non est ciuis, quanuis ibi natus, vt tenet Panor. in *C. Rodulphus de rescriptis*. An efficiatur ciuis in loco vbi consequitur dignitatem? Affirmat Bart. in *L. 1. ff. ad muni.* & facit quidem *L. municipes §. miles ff. eodem*,

Ciuis. Ciuium appel.

eodem, & quod notant Doctores in *Cap. quia in tantum de praeben*. Vbi affirmant clericum fortiri domicilium vbi est beneficiarius, si resídere ibi tenetur.

Ciuium appellatione propriè & strictè videntur contineri solum Originarij, & non ciues ex priuilegio, vt tenent Castro consil.209.col. 2.in fine,& Alex. consl.160. viso processu in princ. lib. 5. Vbi dicit verba statuti loquentia de ciue, intelligi de vero, & naturali, non de eo qui ex priuilegio ciuis est. Surdus tamen consl. 437. n.1. docet in priuilegio loquente de ciue includi ciuem ex priuilegio. Ciuium appellatione veniunt qui sunt de comitatu, de districtu, territorio,& pertinētijs,vt tenet Neuiz in sua Sylua l.4.n.87. Vnde quoad legata, & omnes dispositiones fauorabiles venire comitatenses,nō ita in odiosis,defendit Stephan Grati. disupt.foren.to.2.cap.217.ā n.9.

Comitatensis.

303 Restat explicandum quid sit populus, plebs,Gens, Vulgus,turba, multitudo, Paucitas,Cætus, Congregatio. *Populus* apud Latinos significat vnius ciuitatis multitudinem iuris consensu, & concordi communione sociatam. Apud Iuristas populus ex decem hominibus constat. 10. *q.3. vnio*. Non videtur differre à gente: nam quot faciunt populum, tot faciunt gentem. *L. omnes populi ff. de iustit. & iure*. Refertur tamen interdum gentis appellatio ad agnationem *L. pronunciatus ff. de verb.signif.* vnde *Gentiles* sumuntur pro agnatis, seu ijs, qui sunt de eadem familia. Differt verò populus à *Plebe* tanquam continens à contento: nam *populus* continet maiores, & minores, & ignobiles. Vnde *Plebs*, & vulgus videntur coincidere: cum *Vulgus* significet multitudinem ignobiliorem.

Populus. *Gens.* *Gentiles.* *Plebs.* *Populus.* *Vulgus.*

Vulgaris persona dicitur minus honesta *l. legitimus ff. de leg. tut.* quòd plebis appellatione veniat tantum vulgus sine nobilibus, habetur §.*Plebiscitum ver. plebs, Instit.de vir. nat. gen.& ciuili* vbi Angel.n.1.& Rebuff. ad *L.Plebs* 238. *in prin.ff.de verb.signif.* pag. 747. *Populi appellatione* continentur omnes nobiles, & plebei, connumeratis etiam Patritijs, & senatoribus, vt videre est apud eundem Rebuff. loco citato. Populi appellatione veniunt clerici in fauorabilibus, secùs in odiosis, vt docet Abbas in proæm. decret. n. 19. sunt enim pars reipublicæ, & de destrictu secularium in fauorabilibus *Cap.dilecti, de foro* competen.

Vulgaris persona. *Plebis appel.*

Populi appellatione in interdicto veniunt singuli de eo,itaut ipsi,nec ibi,nec alibi Diuinis interesse possint: alij verò extranei,nec extra, nec ibi prohibiti censeantur. *Cap.si senten.de senten.excom.in 6.* Vgol de cens. tab. 5. c.20. §. 3.& Suar.de cens.disp.32.sec.2.à n.13. vbi notant, interdicto populo, interdictos censeri non solum eos, qui de eo erant tempore, quo interdictum latum est, sed etiam illos qui de eo postea esse cæperint. Sicut interdicto generali populi non comprehenditur clerus, ita è contra interdicto clero, non intelligitur populus interdictus, idest laici. Suar. citat. sect.2. n.14.& Bon.de cens.disp.5. pun.1.n.12.

Populi appel. *Clerici.* *Interdictū populi.*

304 *Turba* apud Latinos significat & multitudinem, & in multitudine perturbationem: imò à turba turbatio & perturbatio dicitur. Apud Iuristas quid sit, exponit Vlpian. *L.prætor ait ff. vi bon. rap.* in hunc modum: Turbam appellatam esse Labeo ait ex genere tumultus. Si duo rixam commiserint, vtiq; non accipimus in turba id factum, quia duo turba non propriè dicuntur. Si verò fuerint decem, aut quindecim homines, turba dicetur. Turba ergo multitudinis, rixa duorum.

Turba. *Turbatio.* *Perturbatio.* *Rixa.*

Multitudini ex opposito respondet paucitas,& vtraq; respectiuè accipitur. Nam aliquado duo dicuntur multi *L. multis C. de lib. caus. & cap. iteratur de consec.* Aliquando etiam viginti tria millia pauci dicuntur 45. *dist.disciplina* 23. *q.4. quod autem*. Vltra quadraginta dicuntur multa *cap, latores de cler. excom.* Quot faciant multitudinem,vel dicantur multi,Bart. in L.prætor ff. vi bon.rap. latè prosequitur.*Cætus* dicitur à coeundo, seu conueniendo in vnum: Apud Senecam lib. 3. declam. est nomen magnæ multitudinis coeuntis ex consensu quodam. Apud Iuristas 15. *dist. c.Canones*, Non distinguitur cætus à Synodo, & conuentu, vbi exponitur ethymologia consilij, cætus,& conuentus.Bart.in *L.prætor ff. vi bon.rap.* declarat quot homines faciant cætum. *Congregatio* apud Canonistas dicitur etiam de duobus *cap.1.de elect.* quod an generaliter verum sit, discutit Alciat. in *l. detestatio* §. *fin. de verb. sign.*

Multitudo. *Paucitas.* *Cætus.* *Multi.* *Conuentus.* *Congregatio.*

SECTIO II.

De gradibus dignitatum maiorum in regimine politico.

305 GRadus dignitatum præcipui, ex quibus politica,& ciuilis administratio coalescit, sunt Imperatoris,Regis,Ducis,Marchionis, Comitis, Baronis. *Imperator* dicitur ab imperando, seu ab actu imperandi iuxta glos.1. in rub.proæm. digestorum. Fuit olim qui gerendo bello præficiebatur.itaut re benè gesta, & aliquot millibus hostium prostratis obtineret, vt primùm à senatu, deinde ab exercitu honoris causa *Imperator* appellatur.

Gradus ciuilis. *Imperator.*

Postquam verò Iulius Cæsar, teste Suet. in Cæsar. cap. 77. summam potestatem politicam Dictatoris perpetui tyrannicè occupauit, Imperatoris dignitas, potentia, & nomen in summo principe apud Romanos inualuit: itaut quod iniustè vsurpatum fuerat, iustè postea retineretor. Nam Respublica Romana omnem suam potestatem lege lata in Augustum Cæsarem transtulit, vt affirmant Iustinian. *libr. 1. ff. de*

de vetere iure inucle. Arelius Acad. *l. vnica ff. de officio praef. praet.* & Vlpian. *l. 1. ff. de const. princ.*

Coronatur. Imperator.

Verùm quanuis multi alij imperent, siue domi, siue belli, tamen nullus Imperatoris dignitatem, & nomen assumere potest, nisi præcedente electione, & coronatione cum alijs solemnitatibus: & quidem Imperator non dicitur, nisi post coronationem iuxta Felinum *in cap. cum te, de rescript.* Sicut quanuis multi doceant, tamen vt quis sit Doctor, oportet in Academia approbata præcedente examine Doctoratus insignia legitimè accipere. *L. Medicos C. de professo, & quis Medic.*

Doctor quis?

Corona, Imperatoris triplex.

Electus Imperator coronam auream à Romano Pontifice accipit, vt habetur Cap. *Venerabilem de elect. & Clem. 1. de iure iuri.* Vbi Glos. v. vestigijs, dicit Imperatorem electum triplici corona exornari, ferrea, argentea, aurea. Ferream (inquit) accipit Aquis grani à Præsule Coloniẽsi, & significat fortitudinẽ, qua debet vincere infideles, & rebelles cõculcare. Argẽteam, cum primum est in Italiam ingressus, recipit à Mediolanensi Archiepiscopo, & designat munditiam mentis, & nominis claritatem, qua preditus esse debet Imperator. Aurea est, qua per Papam Romæ in Ecclesia S. Petri ad altare S Mauritij coronatur. De ortu, & institutione Imperatoriȩ dignitatis agit Molina tom. 1. iustit. tract. 2. disp. 24. de Imperatoris potestate, & iurisdictione, Azor. p. 2. l. 10. c. 2. & Castaldus tract. de Imperatore.

Pontifex. Imperator.

306 Imperator in iure varijs titulis, seu Epithetis exornatur. Nam *cap. de Capitulis 50. dist.* Imperatores appellantur Pontifices.

Princeps Romanus.

A Leone 4. dicitur *Princeps Romanus* instit. in proœm. & §. sed & quod principi. Vocatur *Regalis potestas* C. solitæ, de maior. & obed. §. Præterea. Dicitur *Cæsar*, à Iulio, qui primus imperium obtinuit, quanuis non primus Cæsar dictus fuerit, Nam Plin. l. 7. scribit Scipionem Aphricanum primum fuisse dictum Cæsarem, à cæso matris vtero: vnde & *Cæsones* appellantur.

Cæsar.

Cæsones.

Putant nonnulli Iulium fuisse dictum Cæsarem, vel ab Elaphanto in pugna occiso, qui Marorum lingua Cæsar dicitur, vel quòd oculis cæsijs, hoc est glaucis fuerit: vel à Cæsarie cum qua natus proditur. Hinc *Cæsarienses*, & Cæsariani passim in *lib. Cod.* pro ministris siue officialibus, aut apparitoribus procuratoris Cæsaris. Dicuntur & Catholiciani idest vniuersaliter seruientes ex *L. pen. §. vlt. C. de bon. prascript.*

Cæsarienses. Cæsariani. Catholiciani.

Augustus. Culmen iudiciale. Sacratissimus. Serenissimus. Diuus.

Præterea Imperator dicitur *Augustus.* Cap. Ego 63. dist. & *l. benè C. de quadrien. præscrip.* Primus enim Octauianus, teste Suetonio, vocatus fuit Augustus ab augendo Imperio, ex qua deinde idem nomen sibi Imperatores assumpsere. Dicitur *culmen iudiciale* L. fin. C. de iudicijs *Sacratissimus* in prima rubrica C. *Serenissimus* c. Salonitanæ 63. dist. Aliquando *Diuus*, vt tradit. Alciat. in *l. ad instructiones* v. diuinæ C. *de sacros. Eccles.* vel quia Cæsares post mortem inter diuos referebantur, vel quia à Deo imperium constitutum est. Item *Clementia Imperialis*, *Serenitas immensa*, *Regalis potestas*, *Princeps magnificus*, *Dominus*, *Religiosissimus*, *Christianissimus*, Summus *Superior*, *Vicarius Romanæ Ecclesiæ* in temporalibus, *Inclytissimus*, *Inuictissimus*, & sic de multis alijs, quæ eruditè congerit, & Latè probat Castaldus tract. de Imper. quæst. 2.

Imperatoris nomina.

307 *Rex* vnde dicatur, benè exponit Isidorus 1. ethym. cap. 29. his verbis. *Rex quidem* (inquit) *à regendo*, idest *à rectè agendo vocatur*. *Non autem regit* (addit lib. 9. c. 3.) *qui non corrigit*: rectè igitur faciendo, regis nomen tenetur, *peccando amittitur*. Vide ad hæc pulchra quidem, & optima in Concil. Aquisgranensi cap. 1. to. 3. concil. Rex teste Speusippo est imperans secundum leges subiectis, irreprehensibilis, ciuilis ordinis institutor. *Regna* dicuntur integræ regiones, quæ ab vno Rege possidentur. *Regio* enim à rego dicitur quod priusquam prouinciæ fierent, regiones sub regibus erant. De regis potestate agit Molin. trac. 2. d. 25. de origine, & officio, Azor. p. 2. lib. 11. cap. 35.

Rex vnde dictus.

Regnum. Regio.

Rex schacorum habetur in Glos. ad *c. Pudor.* 32. q. 2. & dicitur Rex per irrisionem, quasi Rex in ludo latrunculorum, vulgo *Enxadres*: nam apud Italos *Ludus schacorum* est idem atq; ludus latrunculorum. Octo virtutes Regem valde decent, quæ proinde regiæ vocari possunt, nempe Pietas, Clementia, Liberalitas, Iustitia, Fortitudo bellica, Prudentia, & magnanimitas, de quibus Azor. p. 2. l. 11. c. 6.

Rex schacorum. Schacorum ludus. Regiæ. Virtutes.

Consul.

Consul quanuis olim diceretur Senatus, Magistratus, vt *Instit. de iur. nat. gen. & ciu. §. Lex.* tamen Romæ post ex actos reges à Iunio Bruto, summum fuit dignitatis fastigium. Dictus *consul* à consulendo, quod reipublicæ consuleret. *Consulatus* dicitur officium, vel dignitas, vel tempus quo consul in officio est. *Clarissimatus* pro consulatu accipitur *l. 1. C. de equestr. dignit.* *Consularis vir* qui consulatum gessit. Sunt hodie Principes, qui supremam potestatem obtinentes à Regis nomine abstinent, & *Potentatus* vocantur, quales multi in Italia.

Consulatus. Clarissimatus. Consularis vir.

308 *Dux* à ducendo dicitur, & generaliter est qui, vel quæ ducit. Olim propriè Duces erant, qui summum in militia imperium obtinebant; ijdem si commisso prælio victoriam comparabant, *Imperatores* à militibus conclamari solebant. Decursu temporis Principes omisso præ modestia Regis nomine *Duces* appellari cœperunt: & quidem Caroli Magni tempore duces dicebantur, quibus duodecim comites suberant.

Dux. Imperator. Duces.

Hodie sunt duces in duplici genere: nam alij supremam in ciuilibus potestatem habent, qui proinde Regibus non subiacent, quales multi in Italia: alij sũt regibus subiecti, qui proinde à Regi-

Regibus cōceſſam,& reſtrictam poteſtatem in locis ſuæ ditionis vendicant, quales in Luſitania,& Caſtella. *Ducatus* eſt dignitas, & munus Ducis. In iure *Duces factionum*, ideſt malorum operum *L. Conſtitutiones ff. de appellat.* De nomine,origine, & officio ducum tractant Greg. Tholoſ. lib.6. c.7.& Azor. p.2.l.11.c.9.

Ducatus. Duces factionum.

309 *Marchio* dicitur à *Marchia*,ſiue *Marcha*, quæ Germanorum lingua ſignificat limitem, vt reſtatur Rheginus lib.2.Chronici anno 788. Vnde *Marchio eſt* is,qui limite certo regni cum imperio præeſt. Albertus Crantſius in Vuandalia lib.3.cap.16.exiſtimat nomen Marchionis deduci à vulgari lingua Saxonum, apud quos *Marshia* ſignificat diſtrictum vnius ditionis. Alciat. in tract. de ſingulari certamine cap. 32. dicit hanc vocem *Marchio* Germanicam eſſe, & idem valere, ac ſi magiſtrum equitum dicamus: quia *Marsham* Germani equum dicunt, & *Marchare*, equitare. Sed certe (inquir Azor. p.2.lib.11.c.10.) Marchionis nomen eſt non antiquum, ſed nouum a Longobardis, aut certè poſt feudorum iura, & vſus inuectum: is enim qui in Prouincia iuxta mare ſita præficiebatur, *Marshio* vocari cæpit. Poſtea verò factum eſt, vt Marchiones dicantur, qui vni ciuitati, vel oppido præſunt. Quod verò Marchiones præcellant comitibus, probant authores ex tit. *Quis dicatur dux Marchio, Comes lib.2.Feud.* Caſſanæus in Catal. par.5. conſid.47. author eſt in Germania, & Gallia comites Marchionibus præferri. Id pro comperto habemus in Italia, Caſtella Luſitania, Anglia, & Scotia Marchiones comitibus anteferri.

Marshare.

310 *Comes* ex vi nominis eſt qui aliquem ſuperiorem comitatur, eiuſq; ductum ſequitur: vnde in eo diſtinguitur à Socio, & ſodali, quòd *Socius* par ſit illi, quem ſociat: *Sodalis* ſit in Collegio, vel congregatione, & habeatur in leuioribus, ac ſæpe voluptuoſis. Dicebantur olim comites, qui imperatorem, vel regem comitabantur in bello. Eſt hodie *Comes* qui ſpecialem dignitatem habet ab Imperatore, Rege, vel Romano Pontifice, & Græce *Comarcus* dicitur Comes Baroni præfertur.

Comes. Socius. Sodalis. Comarcus.

Fuit nanq; olim hæc poſtulata dignitatum ciuilium ſeries, vt Rex haberet ſub ſe decem duces, Dux decem Marchiones, Marchio decem comites, Comes decem Barones, Baro decem Feudatarios. Quia verò in iure multiplex eſt dignitas, & munus eorum, qui comites vocantur, paucis accipe. *Comites palatij* ſunt qui ab Imperatore, vel ſummo Pontifice habent ius, & poteſtatem aliquos legitimis natalibus reſtituendi, vel creandi tabelliones, vel dandi tutores.

Barones. Comites palatij.

Comites Aſſeſſores, ſunt quos magiſtratus arbitratu ſuo delectos ſecum deducebant, vt haberent in publicis negotijs adiutores, & adminiſtros *l.1.2.§.1.ff. de vacation.& immunit.* *Comites ſacrarum largitionum* de quibus in Codice frequens mentio fit, erant qui theſauris ſacris,nempe Imperatorijs pecunijs præerant, & quidem liberalitatis, ac donorum curam gerebant. *Comites Conſiſtoriani*, de quibus *l. C. de conſiſtie. lib. 12.* alio nomine *Spectabiles*, alio *Caſtrenſiani* dicti, erant, qui præerant caſtris principis ordinandis, & prouidebant de certis reditibus in caſtro aliquo pro defenſione. *Vide infra n.612. & 646.*

Comites Aſſeſſores. Comites ſacrarum largitionū.

311 *Comes Palatinus*, de quo in C. *tit. de offic. comit. Sacrar. larg.* & tit. *de officio re.T. prouinc.* dicebatur,qui miſſus vt iudicibus, & eorum officialibus præceptor immineret, præcipuam gerebat curam, vt iudicum, ac notariorum negligentiam argueret, & à prouincialibus tributa exigeret. Palatini aliter dicuntur Vicarij: quia quodammodò gerunt vicem principis ſecundum Accurſ. in rub. C. *de Palat. Sacr. larg. lib. 12.* Sed communiter dicuntur omnes habitantes in palatio *Comes rerum priuatarum*, de quo fit mentio *l. 3.C.de bonis vacantibus lib. 10.* iuxta Caſſiodorum lib.3. de formulis erat Gubernator priuatæ ſubſtantiæ Principis.

Palatinus. Comes. Vicarij. Palatini. Comes rerū Priuatarū.

Comes ſacri patrimonij iuxta Caſſiod. lib. 6. de form. is erat, qui patrimonium Principis curabat. *Comes horreorum* erat curator piſtrini Principis, habebatq; ſeruos adſcriptos purgandis horreis *lib.1.C. de piſtorib. li b. 11.* Comes Orientis eod. tit. forte erat iuxta Azor. procurator rerum Cæſaris in oriente. *Comes ſcholarum*, de quo l.3. C. de officio magiſtri, iuxta Hegendorum erat tribunus locorum, in quibus tyrones ad opera bellica exercentur, & etiam tribunus ſcholarum dicebatur.

Comes ſacrarij patrimonij. Comes horreorum. Comes orientis.

Comes commerciorum in *l. 1. C. quæ res vendi poſſun.* is dicebatur qui negotiationes curabat, commercijs præerat:cui licebat ſericum à Barbaris comparare. *Comes Archiatrorum* habetur l.1.qui apræbito tyro.C.Theodoſij: quid ſit,& quænam eius dignitas, & officium, explicat Caſſiodor.lib.6.variar. *Archiater* ex Græco interpretatur princeps medicorum *Archiatri* dicuntur medici principis, vt dicit Alciat.in Rub. C.de comi.& Archiat. lib. 12.

Come ſcholarum. Comes commerciorum. Comes archiatrorum. Archiater.

Comes ſacri ſtabuli erat equorum præfectus, & rector, nunc vulgò *Comeſtabilis* appellatur, vt tenent Rheginus lib.2. & Antonius lib.3.c.70. in Luſitania, & Caſtella *Comes ſtabilis* eſt præcipua dignitas inter primarias: de qua Cabedo Luſit.2. p.deciſ. 98. *Vicecomes* ſecundùm ſpec. eod. tit. dicitur ille, cui dominus temporalis committit executionem iuriſdictionis ſuæ in aliquibus caſtris, & ſic talem Lombardi vulgò appellant. Apud nos (inquit Caſſanæus in Catal. par. 5. conſid.55.) Vicecomes non eſt nomen officij, ſed dignitatis, quæ eſt quodammodo maior dignitate Baroniæ, ſed minor dignitate comitatus, quaſi minor quam Comes, ſed maior quam Baro. vid. Cabed. Luſit.2.part,deciſ.105.

Comes ſacriſtabuli. Comes ſtabilis. Vicecomes.

I 2 312 Baro

Baro. Barrus. Baria. Baronis dignitas. Baronia comitatus.

312 *Barò* apud Ciceronem in Epist. ad Attic. lib. 5. videtur significare virum fortem. Dicitur iuxta aliquos à *Barrus*, quia sicut *Barrus*, seu Elephas cætera animalia magnitudine superat, ita Baro alios præcedit homines. Sed melius à bary idest forti, quia baro fortis homo dicitur Bertach. v. eod. dicit Barones appellari quasi graues personas à Græca voce *Baria*, quæ idem valet, atque accentus grauis. Barones (inquit Cassanæus citatus consid. 56) cum non habeant omnimodam potestatem Principis, tantum inter nobiles computantur: præcedunt tamen quoad nos, simplices nobiles: eo, quia ratione Baroniæ habent vassallos, ex quo magis honorantur, imò dicuntur habere maiestatem, ita vt eorum subditi in eos conspirantes dicantur crimine læsæ maiestatis teneri, per Aegydium de Bellamera in consil. 16. v. iuxta quod, & Archid. in C. *felicis, de pæn. in 6.* Quanuis *C. grandi de supplen. neglig. prælat. in 6.* in suprascriptione Barones præferantur comitibus, sic enim habet capitis inscriptio. *Baronibus, & comitibus regni Portugaliæ*, tamen iuxta Cassanæum citatum Baro habet iura Imperialia, æquiparatur comitibus, licèt comitatus, & Baronia differant: quia Comes, cæteris paribus, præfertur Baroni, vt tradit Curat. in tract. Feud. 2. p. col. 28. vide Cabedo p. 2. decis. 104. vbi latè agit de Baronibus. Deniq; *Imperatrix* est vxor Imperatoris, *Regina* vxor Regis, *Ducissa* vxor ducis, *Marchionissa* vxor Marchionis, *Comitissa* vxor comitis, & *Baronissa* vxor Baronis.

Imperatrix. Regina. Ducissa. Marchionissa. Comitissa. Baronissa.

SECTIO III.

Magistratus minores, & ministri, seu officiales in politico regimine.

Magistratus. Gerere magistratum.

313 Magistratus modò significat potestatem, & officium: vnde pulchrè dicimus *Gerere magistratum: Abdicare se magistratu*: modò significat eos, qui in potestate aliqua sunt constituti, quales Consules, Proconsules, Prætores, Proprætores, & alij qui ciuitates, & prouincias regunt. Sunt magistratus tanquam membra capitis Principis *l. quisquis C. ad l. Iul. maiest.* Magistratus alij sunt maiores, alij minores, alij medij.

Illustres. Spectabiles. Augustalis.

Maiores dicuntur *illustres*, & sunt Consules, Censores, Prætores, item Præfectus vrbis, Præfectus prætorio Orientis, vel Illyrici, vel Aphricæ. Minores dicuntur *Clarissimi*, vt sunt Præsides Prouinciarum. Medij vocantur *Spectabiles*, vt Proconsul, Præfectus Aegypti, qui dicitur Augustalis *L. vnica ff. de officio præf. August.* & sic appellatur ex eo quòd ab Augusto constitutus esset.

Magister quadruplex. Magisteriũ. Militum magister.

Magister etiam dignitatem, & officium habet: *Magisterium* verò ipsa magistri dignitas, & officium est. Igitur fuit Magister equitum, qui à Dictatore præficiebatur equitibus: *Magister militum*, qui militibus præerat: *Magister pecoris*, qui pastoribus reliquis præfectus est: *Magister populi*, qui pecuniæ diuidundæ per populum præpositus erat.

Scriniorum magister. Pragmaticarius. Officiorum magister. Reformator.

Magister scriniorum, qui libros principis ad seruat in scrinijs: dictus ab aliquibus *Pragmaticarius*, eo quòd Pragmaticas sanctiones, illas scilicet, quas princeps statuebat de consilio optimatum, scriberet, & custodiret. *Magister officiorum*, de quo tit. 6. Cod. l. 12. iuxta Rebuff. ibi, erat reformator, qui mittebatur à Principe ad reformandum, & indagandum facta officialium: vel subquo erant omnes officiales hospitij regij.

Senatores. Allecti.

314 *Senatores* dicuntur magistratus populi quasi seniores. Cum enim ab exordio vrbis leges ferrentur à populo, eiusq; incruentu, & postea crescente populo difficile esset conuenire in legibus statuendis, populus elegit centum senatores, qui vice populi consulerentur, & quidquid decernerent, lex foret. *L. vltim. C. de petit. hæred. Allecti*, inquit Festus, dicebantur apud Romanos, qui propter inopiam ex equestri ordine in senatorum sunt numerum assumpti.

Patres conscripti. Patricij.

Patres conscripti dicti sunt senatores, postea quam primis illis à populo, & Romulo creatis, qui centum fuerant, complures alij eum in ordinem adscripti sunt: eorum nomina in tabulis aureis scribebantur. *Patricij* propriè dicti sunt nobiles Romani, qui à primis senatoribus, quos Romulus instituerat, originem traxere. Modo iuxta Isidorum lib. 9. Etym. c. 3. ideo dicuntur, quia prætoriæ potestati præsunt. *Patricius* est is, quem Imperator sibi elegit in patrem. *Instit. quibus modis ius patron. pot. sol. §. filius familias.* Imò dicitur quicumq; nobilis de ciuitate admissus ad consilia principi præstanda instar patris.

Filij senatorum. Amplissimus ordo. Bulenta. Bouleuta. Senator vrbis. Vrbanus prætor.

Senatores etiam dici debent senatorum filij, & nepotes ex filijs nati, non autem nati ex filiabus, *L. liberos ff. de senato. Amplissimus ordo* idest senatorius *L. nutu ff. de leg. 3.* Apud Græcos *Bulenta*, seu *Bouleuta l. 53.* C. de Episc. & Clem. in Pr. est idem quod senator. Hodie *Senator vrbis* (teste Azorio p. 2. lib. 5. c. 41.) est ille quem tanquam prætorem Vrbanum summus Pontifex Romanis ciuibus præficit, vt in Capitolio suum tribunal habeat, & potestate ordinaria ius dicat.

Pedarij senatores dicebantur qui pedibus in Curiam ibant, quia non dum curulem magistratum ceperant: nam qui magistratu curuli fungebantur, honoris gratia vehi solebant in curru, vbi sella esset, quæ vt refert Gellius lib. 3. cap. 18. ob id curulis dicebatur. *Senatus* est cætus honestissimus senatorum, vel locus in quem senatores conueniunt. Dicitur à senectute, vel à sinendo quia magistratibus non plus licebat, quam senatus permitteret.

315 *Censor* est iudex qui censuram idest iudi-

iudi-

Censor.

iudicium fert. Censores olim Romæ magistri morum erant, dicti à censendo, idest arbitrando, quod illis summum arbitrium erat aliorum morum. Vel dicti à censu æris, quem exigebant à Populo quinto quoque anno. Cum enim auctus esset census in vrbe adeo vt Consules non sufficerent, constituti fuere censores. *Censorius vir.* qui censor fuit, vel ob morum grauitatem dignus est, vt censor fiat.

Censorius vir. Prætor. Praitor.

Prætor dictus à præundo quasi *praitor* olim omnis magistratus appellabatur, cui exercitus parebat, itaut quandoque Imperator Prætor vocaretur. Cum verò Consules auocarentur bellis finitimis, scribit Liuius lib. 5. primum prætorem ex patribus, qui ius in vrbe diceret, creatum fuisse, penes quem omnis publici, priuatiq; iuris potestas, vt & nouum ius condere, & vetera abrogare facultas esset. Idque ob magistratus honorem, *Ius honorarium* appellatum est. Item quia, qui honores gerebant, idest magistratus, authoritatem huic iuri dederunt. *l. 2. C. de offic. prætor. & Instit. de iu. nat. gen. ciu. §. prætorum edicta.*

Honorariũ ius. Prætor quotuplex. Vrbanus. Prætor. Peregrinus. Prætor. Fidei commissarius prætor. Præturæ. Proprætor. Proconsul. Legatus proconsulis. Proquæstor. Quæstor triplex.

Multiplex fuit: nam alius *Prætor Vrbanus* dicebatur, qui cum Consules ad bella finitima vocarentur, ius necessarium in ciuitate reddebat. *L. 2. ff. de orig. iuris.* Alius *Prætor peregrinus*, qui dicebat ius peregrinis, seu illis, qui ab exteris nationibus in vrbem confluebant. Alius *fidei commissarius*, qui de fideicommissis relictis cognoscebat, & ius reddebat. *L. necessarium ff. de orig. iuris.* Dignitas prætoris *prætura* dicta est. *Proprætor* dicebatur qui extraordinariam præturam gerebat: seu qui cum authoritate prætoria aliquo mittebatur: non autem qui pro prætore prouinciam teneret.

316 *Proconsul* fuit ille, qui cum potestate consulari extraordinaria ad aliquam prouinciam administrandam mittebatur. Iudex erat ordinarius à populo constitutus vt in prouincijs tributarijs ius diceret, ac per eum Prouinciale sua negotia expedirent. Non poterat pluris vti fascibus quàm sex; ad eum in prouincia spectabat, vt ad quoscunque magistratus respiceret. *L. proconsules ff. de offic. Procons.* Proconsulis legatus est, cui proconsul prouinciam ingressus iurisdictionem mandat.

Proquæstor fuit qui quæsturam extraordinariam gerebat: seu qui quæstoris authoritate accepta mittebatur in aliquam regionem. *Quæstor* apud Romanos fuit præpositus pecuniæ publicæ, qui cura mærarij habebat. Bellorum causa fuit quæstoris munus inuentum: mittebatur enim quæstores cum consulibus, & prætoribus ad bellum, vt rem pecuniariam administrarent, & prædam, ac manubias in rationes publicas referrent. In iure *Quæstor* idem valet atque Cancellarius *L. fin. de diuers. rescr.* & in *Authent. de exhib. reis §. quia verò.*

Notant Iuriste fuisse quæstores in triplici genere, 1. ille quæstor fuit, qui pecunias tributorum quærebat, & seruabat, dictus in iure *Susceptor*, & *opinator* vt *l. missi opinatores C. de suf. & arc. l. 10.* 2. ille qui præerat Capitalibus causis. 3. qui stabat vt legeret libros, qui *Candidatus Principis* dicebatur. Nam *candidati* Principis fuere ex quæstoribus, qui orationes, epistolasque principis in senatu recitabant. *L. 1. ff. de offic. quæst.*

Susceptor. & opinator. Candidatus Principis. Illustres quæstores. Ærarius, quæstor. Exconsul. exquæstor. Consularis. Quæstorius. Excubicularius. Silentiarij.

317 *Quæstores illustres* sic dicebãtur, eo quòd pecuniæ publicæ quærendæ, congregandæ, & conseruandæ curam ac solitudinem impenderent dicti etiam *quæstores ærarij* ab ære. *L. 2. §. exactis deinde regibus ff. de orig. iur.* *Quæstores parricidij* dicebantur qui causis capitalibus præfecti erant. l. 2. ff. de orig. iur. *Quæstores sacri palatij* qui alio nomine candidati principis dicebantur, erant in palatio, qui libris principalibus legendis vacabant, non dico sententijs, quia *Illustres* tantum illas legebant. *Instit. in proœm. & l. 2. ff. de orig. iur.*

Exconsul dicitur qui perfunctus est consulatu, sicut *Exquæstor*, qui perfunctus est quæstura. Vsitatius tamen ille vocatur *Consularis*, hic verò *quæstorius*. Instit. in proœm. § eumq; hoc. Dicuntur *Excubicularij*, qui *cubicularij* munere functi sunt. Cubicularij sunt serui, qui cubiculum domini sui procurant. De vtrisq; Imper. *l. 13. c. de excus. lib. 10.* vbi sic: *Cubicularij omnes, atque excubicularij ab omnibus sordidis muneribus vendicentur.* Dicuntur *silentiarij* ijdem qui consiliarij, & secretarij principis, ex eo quòd silere debeant, & principis consilia occultare. *L. verum ff. de minor. L. illud. C. de collat.*

Ædiles.

318 *Ædiles* nomen acceperunt ab ædibus sacris, & prophanis priuatis, & publicis, quibus omnibus procurandis aderant. Nam teste Varrone lib. 4. de ling. Latina, munus ædilium erat non solum ludos publicos exhibere, loca in theatro assignare, sed etiam sacras, priuatasque ædes procurare, totam vrbem tueri, vt cloacæ, & aquæ ductus, & quæque publica ædificia munda, & integra essent. Duo de plebe primùm creati sunt ædiles *l. 2. §. itemque ff. de orig. iur.* Decursu temporis duo ex patricijs adiuncti sunt, qui honoris, & discriminis gratia *Curules* dicebantur, ex eo quòd in curru vecti sella eburnea insiderent *l. 2. §. Deinde cum placuisset ff. de orig. iuri.*

Curules. ædiles.

His præcipue cura erat Patrum ædes tueri, & curare vt animalia sana venderentur *l. 1. ff. de offic. præf. vigil.* Erant alij AEdiles dicti *Cereales* à Cerere, seu frumento, cui distribuendo præerant & curabant, præcipuè ne fumus fieret. *l. 1. & 2. ff. de orig. iur.* Si quis seruum, aut iumentum morbosum, aut vitiosum pro sano, aut integro vendidisset edicto ædilium emptori succurrebatur; idq; dicebatur *Edictum ædilium*, seu *Edictio ædilitia.* Qui ædilitate, seu dignitate ædilis functus fuerat, *Ædilitias* vocari solebat.

Ædictum, ædilitium.

Tribuni.

Tribuni dicti olim à tribubus, in quas populus Roman. diuisus fuerat, vel quia tribuũ suf-

fragio crearentur, vel quia iura militibus tribuebant. Tribuni in iure, idest primicerij *l. 2.* & ibi Glos. C. de *offic. primi.* & qui dicātur tribuni, vide l. officium ff. de re mil. Apud Romanos tēpore Regum fuere *Tribuni celerum* nos vulgo dicimus *Capita eus de ginites* qui cēturijs præerant. Tribuni celerum (inquit Pomponius *l. necessarium ff. de orig. iur.*) equitibus præerāt, & veluti secundum locū à regibus obtinebant, quemadmodum magistri equitū apud Dictatores.

Primicerij. Celerum tribuni.

Tribuni quiritum, idest militum, videtur fuisse, qui exactis regibus āte Dictatores præfuere equitibus. *Tribunorum militum*, quorum munus fuit prouidere, vt miles veste indutus, armis instructus, exercitationis vsu, & disciplina eruditus incederet, duo fuere genera: nam alij dicebantur *Rufuli*, qui in exercitu creari solebant: alij *comitiati*, qui Romæ comitijs designabantur. *Tribuni ærarij* dicti ex eo quod æs, seu pecuniam reddebant militi, & hi etiam *Receptores* dicebantur. *Tribuni plebis* fuere magistratus plebei, qui in secessione plebis anno fere 17. post exactos reges, creati sunt.

Quiritum tribuni. Militum tribuni. Rufuli tribuni. Comitiati tribuni. Tribuni ærarij. Receptores. Plebis tribuni.

320 *Legatus* est qui legatione fungitur, seu qui refert mandata alterius. *Legatus Imperatoris* apud Cæsarem lib. 2. bell. ciuil. dicitur ille, qui vicem gerit, seu qui vicarius Imperatoris est. In iure *Legatus* est ille, cui certa patria, vel prouincia committitur gubernanda. C. *nouit. de appel.* Aliter legatos vocamus aduocatos, vel patronos causarum, qui in forensibus negotijs præstant litigantibus patrocinium. *Legatio* est actus legandi, seu legatorum missio.

Legatus. Imperatoris legatus. Aduocatus legatus. Legatio.

Legationes liberæ (vt tenet Budæus ad *l. qui libera de leg.*) olim ornamenti tantum causa à senatu impetrabantur. scilicet per eos senatores, quibus negotia futura erant in prouincia, ad quam mittebantur, vt eo nomine fauorabiliores, & commendabiliores haberentur. *Legatus proconsulis*, est cui proconsul, vel in itinere moram necessariam trahens, vel prouinciā ingressus mandat iurisdictionem determinatam. *L. aliquando ff. de off. proconsul. & legat.*

Legationes liberæ. Proconsulis legatus.

Ambasiator est legatus principis in arduis negotijs, & *Ambasiata* est huiusmodi legatio cōsiliariorum, vel principum in suis causis. Dicebatur *legatiuum*, vel iuxta alios *Legatitium* id quod legato viatici, aut impensæ nomine conferri solebat. *L. munerum ff. de muner. & honor.* Celebris fuit apud Romanos *triumuir* nempe magistratus, quem tres collegæ administrabant. Fuere in triplici genere.

Ambasiator. Ambasiata. Legatiuum. Legatitium. Triumuir.

Triumuiri, nempe Capitales, Nocturni, & Mensarij. *Capitales* qui etiam dicebantur *Stratores* astringendo, constituti erant, vt carceris custodiam haberent, vt Athenis *vndecimuiri*, & cum animaduerti oporteret, interuentu eorū fieret. *L. necessarium ff. de orig. iur.* *Nocturni* constituti erant vt nocturna facinora impedirent. *Mensarij*, qui & *Monetales* dicebantur, nummularijs, & monetæ omnis generis, ac formæ cusoribus præerant. *Duum vir* eadem forma dictus est qua Triumuir, quòd scilicet duo in eodem officio essent. Primi *Duumuiri* in albo describi, & fascibus vti solebant. præerant etiam carceribus, & vectigalibus in suo municipio locandis. *L. si quis vxori ff. de furt.*

Capitales triumuiri. Stratores triumuiri.

Duumuiratus ipse magistratus, & dignitas Duumuiorum *L. 1. ff. de Alb. scrib.* sicut & *Duumuiralis* qui Duumuiratum gessit. L. eadem citata. *Centumuiratus* erat magistratus, quem centum quinque viri administrabant. Nam teste Budæo in *L. vigintiniaratus ff. de orig. iur.* cum Romæ essent 35. Tribus, ex singulis terni viri sunt electi ad iudicandum, qui licet quinque supra centum fuerint, tamen facilioris nomenclaturæ gratia *Centumuiri* sunt appellati. Hinc *centum viralis quæstio* de qua *l. 3. C. quando tut. vel curat.*

321 Vt reliqua munera politici regiminis perscrutemur, *Archiater*, seu *Archiatrus*, alio nomine *Protomedicus*, est idem atq; medicorū princeps, si attendamus ad vim nominis *L. Archiatri C. de prof. & med. lib. 10.* sumitur etiam pro medico principis, vt tradit Alciat. in rub. c. de comit. & Archia. lib. 12. *Archigubernus*, interpretatur princeps gubernatorum, & est præfectus classis. *L. seius ad senatus cons. Trebe.* est nomen compositum ex Græco, & Latino, quod rarò accidit.

Archiater. Protomedicus. Archigubernus.

Baliuus habetur C. *Dilecto de sent. excom. in 6. & Clem. 1. de pæ.* Et est officium domini temporalis. *Præpositi* dicuntur in *Rubr. C. de susceptoribus, & prapos.* Qui horreis, pagisq; præfecti erant. Olim in Romana milicia dicebantur, qui sub tribunis certo militum numero præfecti erant. *l. 3. ff. de re milit.* *Admissionales*, de quibus fit mentio *L. vlt. C. de diuers. offic. lib. 12.* dicuntur ij, quorum officium est admittere aulicos intra cubiculum ad principem salutādum. *Correctores prouinciarum* apud Iurisconsultos *L. ex omnibus 10. & L. pæn. ff. de off. præf. Tribell.* sunt quibus pars aliqua prouinciæ regenda tradita est.

Baliuus. Præpositi. Admissionales. Correctiores prouinciarū

322 *Decaprotia* idem est Græcis quod Latinis. *Decemprimatus*, & habetur. *L. fin. ff. de mun.* ac significat munus quod gerunt *Decaproti*; & *Icosaproti*, seu *Decemprimi*. Hi fuere *Decem viri* ex Decurionum ordine constituti, qui tributorum exactioni ita præerant, vt siqua detrimenta fiscus defunctorum culpa contraheret, ipsi suis sumptibus resarcirent. Eorum administratio non versabatur in gubernanda, defendendaq; ciuitate, sed potiùs in sumptibus Reipublicæ causa faciendi? Illa igitur munera iurisconsulti personarum, hæc verò patrimonij appellant. L. 1. ff. de muner.

Decaprotia. Decem primatus.

Decem viri ad rempublicam gubernandam in litibus dirimendis successere consulibus *L. 2. §. 16 ff. de orig. iur.* Cum enim foret necessarius magistratus, qui hastæ præsset, Decē viri litibus iudicādis cōstituti sunt. Vnde *Decē virales leges*, nempe leges 12. tabularum, quibus perferendis

Decem viri.

Decem virales leges. Protector. Principis. Dapifer. Diastoli. Diastole.

dis decem viri consularem potestatem obtinuerunt. *Protector principis* iuxta Accursium in Rubr. C. de domest., & protect. per totum lib. 12. est qui stat armatus cum principe, sicut Obius, & Belisarius erant domestici, & protectores Iustiniani.

Dapifer idem sonat atque ferens dapes, & iuxta Alexan. in Diction. v. eodem est officium magnæ dignitatis in Curia Imperatoris, adeo vt inter proceres eligentes Imperatorem referatur. *Dapsilis* est qui liberaliter secundùm mensuram distribuit. *Diastoli*, seu *Diastolea* vt habetur in glos. de tab. Scrin. logo. C. lib. 10. l. 4. dicuntur cum astu dictatores, seu distinctores logon, hoc est publicæ rationis. *Diastole* enim est distinctio, figura, cum vna dictio, vel sententia ab alia disiungitur.

Sitocomia. Sitocoma. Sitona. Siton. Como t. Curo. Sitostasius. Zygostasius. Pentaprotia. Præfectus. Satrapa. Præfectus prætorio. Vigilum præfectus. Capsarij.

323 *Sitocomia* à nonnullis interpretatur fames, vel guerra C. vt nemi. lic. in spe. in Glos. Rub. Rectiùs tamen dicitur magistratus ille, seu munus, & officium illius qui frumentum, & annonam curabat. Hic autem qui tale munus obibat, *Sitocoma*, & *Sitona*, seu præfectus annonæ dicebatur. Nam *sitos* frumentum, & *Como* curo dicitur *L. fin. ff. de administr. rer. ad ciu. pertin.* Secundùm Alciat. in æstimatione C. de frumen.

Sitos tasius, vel *Zygostasius*, qui vendendo frumento præerat. *Pentaprotia* Latinè quinque primatus, munus erat in municipijs, à quo dicti *Pentaproti* qui tali munere fungebantur, & latine quinque primi vocari poterant *l. 2. C. de priuil. eorum qui in sac. mil. lib. 12.* à verbo *praeficio* deriuatur *Præfectus*, qui lingua Persica idem est atque *Satrapa*, seu *Satrapes* de quo Archid. ad *Cap. fundamenta in 6.* & est ille. qui rei alicui præficitur: vnde à Cic. ad Papyrium lib. 9.

Præfectus moribus appellatur qui ad componendos mores est constitutus. *Præfectus prætorio* talis apud Cæsares fuit, qualis fuerat apud Reges Tribunus celerum, & apud Dictatores Magister equitum. Illi publicæ disciplinæ emendatio concedebatur, & illius authoritas ita ampliata, & approbata, vt nec ab eiusdem sententijs appellari, nec in integrum restitutio facilè obtineri posset. *L. vnica ff. de offic. praef. praet.*

Præfectus vigilum, idem est quod *Præfectus nocturnus*. Huius officium erat excubare pro incendijs arcendis, cauare, inquirere, & punire incendiarios, fures, grassatores, effractores, nisi persona delinquens esset tam famosa, vt deberet mitti plectenda ad præfectum vrbis Poterat etiam iudicare de capsarijs, si quid dolo fecerunt. *Capsarij* erant, qui in balneis vestimenta custodienda suscipiebant *L. 3. §. Cognosci t ff. de off. praef. vigil.*

Præfectus vrbi. Præfectura. Præfectiani.

Præfectus vrbi dicebatur, cui ab imperatore administratio vrbis concessa fuerat: hic sua dignitate reliquas in vrbe excedebat, & cæteris magistratibus ab vrbe recedentibus, in vrbe relictis ius dicebat. Vide titulum de off. præf. per totum. *Præfectura* est præfecti dignitas *Præfectiani* in tit. 37. Cod. lib. 12. iuxta Toletan. ibi. n. 4. sunt apparitores præfecti, cui nempe assistunt, & obsequuntur.

Meloproximus. Perfectissimatus. Perfectissimi. Perfectiales. Perisseoregia. Præses.

324 *Meloproximus* est vna dictio, quæ reperitur in *l. peculiari C. de proxim. Sacra scrin.* per hæc verba: Ab exceptoribus vsque ad meloproximos dignitatem clarissimorum, honoremque percipiant. Ex quibus infert Glossa illud esse nomen cuiusdam gradus inter dignitates, & officia eorum qui in sacris scrinijs occupantur *Perfectissimatus*, de quo extat titulus peculiaris 33. *lib 12. Cod.* erat dignitas eorum qui dicebantur *Perfectissimi*: hi autem iuxta Al. ciat. lib. 3. dispunct. dicti sunt qui cum nec ex senatorio, nec ex equestri ordine essent, ad dignitates assumebantur. Toletan. ad cit. tit. n. 2. eos dicit *Perfectiales*, & esse qui bella publicè indicebant.

Perisscoregia apud Alciat. *L. vrbana familia ff. de verb. signif.* est nomen magistratus illius fortasse qui curator annonæ fuit. Alberic. v. eod. dicit *Perisseoregium* esse qui iniungit regem. *l. 2. C. de frum.* Alex. lib. 11. *Præses* est nomen generale ad omnes proconsules, & legatos Cæsaris, & omnium prouinciarum moderatores *L. 1. ff. de off. praesid.* At districtè, & in rigore *Præses* is dicitur, qui prouinciam armis tuetur, ne desciscat, atque rebellet; vnde in tit. citato dixit Vlpian. ad illum spectare potissimum vt pacata, & quieta sit prouincia, quam regit.

Prostasia. Protostasia. Protos. Stasia.

Præses prouinciæ dicebatur, qui in prouincia post principem summam gerebat potestatem: Nam redactis regnis in prouincias, earum rectores vocari solebant præsides. *Prostasia*, seu vt alijs magis placet *Protestasia* dicitur à *Protos* Græce, idest primus, & *Stasia* idest statio: inde est iuxta Accursium, quòd illi dicantur habere protostasiam, qui primum habent locum in stationibus Alij dicunt munus protostasiæ esse eam præstationem, quæ dabatur prouinciali, nempe ei, qui stabat maior inter curatores prouinciæ. Illud mihi plus arridet, *Protostasiam* prout habetur *L nec C. de mun. patrim lib.* 10. esse genus præfecturæ, quæ secundùm Alciat. sumitur pro munere, & officio magistratus, qui sactis præerat.

Irenarches. Ireni. I. pax. numerarij. Oratores.

325 *Irenarches*, siue *Irenarcha*, de quo est titulus in C. lib. 10. & fit mentio *L. munerum ff. de muner. & honor.* interpretatur pacificator, seu pacis conciliator, ab *Ireni* quod est pax, & *Archon* princeps & ille dicitur, qui ad tollendas discordias, & pacandos ciuium animos siue qui disciplinæ publicæ, & corrigendis moribus præficitur. Vnde Accursius Irenarchas quasi iram arcentes interpretatur. *Numerarij*, de quibus fit mentio *L. vnica C. de publica lætitia lib. 12.* iuxta glos. ibid. sunt nuncij Imperatoris, qui aliquò mittuntur.

Oratores quanuis à Latinis accipiantur pro legatis principium, ex eo quòd eorum mandata

data per agant, tamen in iure apud Albericum v. eodem sunt Dictatores, & legistæ *l. 2. ff. de vsucap.* vbi glos. sunt etiam institiæ Satellites in *proœm. ff. torum §. Discipuli. Scabini* sunt ijdem atque officiales *cap. 1. §. 1. de immunit. Eccles. in 6. Temonis necessitas* est species fordidi muneris *l. Maximarum C. de excus. mun. lib. 10.* qui vero sint *Temonarij* vide in glos. l. Senatorum C. de dignit. lib. 12. præter eos de quibus supra n. 320.

Scabini. Temonis necessitas. Temonarij.

Sunt alij *Stratores* dicti à sternendo, seu à *stratorio* idest stabulo, & sunt qui stabulo, vel equis in eo stantibus præsunt. C. *de stratoribus lib. 12.* in rub. *stratores*, & *stationarij* dicuntur qui in stationibus præsto sunt, & stant suo muneri obeundo, & officio publico ministrando. *Statio* enim significat locum in quo quis exercendi sui muneris causa subsistit, & stat. *L. apud Labeonem ff. de iniur.*

Stratores. stratorium. stationari. Statio.

SECTIO IV.

Voces, & modi loquendi de regimine politico.

326 VOces spectantes ad politicum regimen, esse possunt in triplici differentia, nempe ex parte magnatium regentium, ex parte inferiorum obedientium, & ex parte vtrorumque, seu totius communitatis, & corporis mystici. Quod attinet ad primam differentiam, caput est membrum honorabilius cæteris membris, & dicitur totum illud quod collo sustentatur: inde dictum, quod ab eo capiant initium sensus, & nerui. Caput aquæ illud est vnde aqua nascitur *L. 1. §. caput ff. de aqu. quot. & æsti.* sumitur interdum pro statu. *Inst. de cap. di. in prin.* Interdum pro toto animali: hinc in armentis, & gregibus quot bestiæ sunt, tot capita recensentur *L. 1. §. vlt. & l. 3. ff. de rei vindi. & L. 13. ff. de pignor.* Ideo tributum capitis illud dicitur quod in singulas personas imponitur *L. 3. & L. vlt. ff. de censib.* similiter in *L. 11. §. 2. ff. de bonor. possess.* qui se arrogandum dat, cum capite, hoc est cum sua persona fortunas quoque suas in aliam domum, ac familiam transferre dicitur.

Cap. Caput aquæ. Tributum capitis.

Hinc diuisio in capita, cui opponitur ea, quæ in stirpes dicitur, de qua alibi. *Caput liberum* idem est, atque homo liber *L. 1. ff. de tut.* vnde *caput liberum facere* pro manumittere. *Pecuniam soluere pro capite 1. pro libertate L. seruus ff. pro emp. & l. eo tempore ff. de pecul.* In corpore mystico censetur caput quicumque reliquis omnibus potestate maior est. *Acephalus* apud Græcos idem valet atque sine capite ab à quod est fine, & *Cephali* quod est caput 43. *dist. nulla & in Authen. de appellat. §. Generalem.*

Caput liberum. Acephalus. Cephali.

327 Supremi capitis, scilicet Imperatoris, vel Regis insignia sunt Infula, Anadema, seu Diadema, solium. *Infula* iuxta Seruium in 10. Aen. est fascia in modum diadematis, à quo dependent vitæ vtraque parte. Accipitur pro corona Imperiali *L. 1. in fin. C. de qua præscrip.* Sumitur quandoque per alba fasciola sacerdotalis capitis secundum glos. in clem. 2. de vita, & honest. cleric. capitur etiam per mitra Episcopi, & Abbatis.

Infula.

Anadema est idem atque corona, à verbo *anadeo* quod est corono. *L. quamuis ff. de auro. & arg. lega.* sicut mitræ (inquit) & anademata: vbi Alciat. legit *anadesmata*, quæ sunt capitis ornamenta. *Diadema* gestamen regis à *Diadeo* circumligo. Nam habet duo appendicula quibus caput ligatur. *Solium* Latini, thronum græci vocant: est locus, in quo reges sedent. *Cap. quorundam de elect. in 6.* vbi Archid. *Gualdana imperatoris* reperitur in Alberico v. eodem: ille tamen non declarat quid sit, sed tantum dicit haberi in *l. iubemus nulla C. de Sacros. Eccles.* Ego deligenter quæsiui, sed non inueni.

Anadema. Anadeo. Diadema. Diadeo. Solium. Thronus. Gualdana.

Fastigium est altitudo, vel magnitudo C. de No. C. compo. §. 1. sumitur pro culmine dignitatis, vel summo honore iuxta Papin. pro Archiep. *l. pen. C. de procur.* Falcis apud Latinos est congeries lignorum colligata. *Fasces* apud Romanos erant magistratuum insignia, quæ illis à lictoribus præferabantur, Consulibus duodeni, Proconsulibus autem, & prætoribus seni. Vnde sumuntur pro honoribus, & dignitatibus *Auth. de consul. init. l. antep. ff. de offi. procon.*

Fastigium. Fascis. Fasces.

328 *Clarissimatus* est dignitàs *L. peculiari C. de prox. Sacr. scrin.* sumitur etiam pro consulatu, vt diximus num. 307. *Claritas* est proprium regis. *Authen. de testa. imperfectis, & clara, L. tradendum est.* Dicitur etiam *clarissimus* qui est spectabilis: eo quòd claram habeat dignitatem *L. fin. C. de prin. agen. in re.* Qui verò sint spectabiles, diximus nu. 313. clarissimarum fœminatum nomine non habentur senatorum filiæ, nisi quæ viros clarissimos sortitæ sunt: & tandiu femina clarissima erit, quandiu senatori, vel clarissimo nupta permanserit, vel si ab eo separata, alij inferioris dignitatis non nupserit. *L. 8. ff. de Senato.* Debemus pro *speciosis personis* accipere clarissimas vtriusque sexus: item eas, quæ senatorijs insignibus ornantur *l. speciosas ff. de ver. signif.* Item debemus pro *grauibus personis* accipere non leues, sed homines bonæ famæ, & opinionis, atq; antiquos. Gloss. in cap. licet ex quadam v. graues de testi: vbi Abbas dicit hoc facere ad statuta, quæ in multis casibus requirunt homines graues. In iure *Speculatores* proprie dicuntur *præsides prouinciarum l. 1. de priui. ar. & l. ordinariorum C. de Cohort. lib. 12.* Primum in ciuitate locum tenent.

Clarissimatus. Claritas. Speciosæ personæ. Graues personæ. Speculatores.

Optimates sic dicti ab opibus, vel quia opulentiores sunt, & in maiori censu: vel quod opem

Optimates.

opem ferre valent oppressis. Vnde Priscian. lib. 5. *Optimates* (inquit) *sunt qui defendunt senatores: Populares qui defendunt populum.* Dicuntur in ædificio *Proceres* capita trabium, hoc est mutuli quidam extantes. Hinc principes ciuitatis Proceres appellari consueuerunt, quòd ij ita in ciuitate eminent, sicut illi in ædificijs. In iure qui vocentur *Proceres*, notatur per Fede. *In vsi: Feud. de probib. alien. feud. & §. 1. in nouell. de ordine feuat.*

Populares. Proceres. Mutuli.

Illustris. 329 *Illustris* est apud Latinos clarus, splendidus; & in iure ille dicitur qui apud multos claret splendore generis, vel sapientiæ, vel virtutis. Illustres vocantur, qui sunt de consilio, & consistorio Imperatoris *L. Quisquis C. ad leg. Iul. maiestatis.* Imò illustris quis dicitur in continenti, cum est assumptus ad latus principis *l. 1. C. de præpo. lib. 12. Super illustres* sunt consules, senatores, patricij, Dictatores, vt notatur *L. 1. ff. de offic. eius cui man. est iuris.*

Superillustres. Maximi. Magni. Medij. Minimi. Nobilis. Nobilitas.

Quatuor sunt nomina dignitatum, scilicet maximi, vt sunt *superillustres*, magni, vt illustres; *medij*, vt spectabiles, minimi, vt clarissimi. *Authen. de appell. §. 1. 2. & 3.* Apud Latinos *Nobilis* refertur ad cognitionem, & est quasi noscibilis, seu notus. Hinc *nobilitas* pro claritate generis, vel alterius rei excellentia, & dignitate. In iure secundùm Bart. in tract. de nobil. circa *L. si, vt proponitis L. de dignit. lib. 12.* sic definitur. Est qualitas illata per principatum tenentem, qua quis vltra honestos plebeios acceptus ostenditur.

Plebei honesti. Dicitur (qualitas, quia potest adesse & abesse sine subiecti corruptione. Nam mulier plebeia nubens nobili, nobilis redditur. *L. mulieres C. de dignit.* & contra nobilis nubens plebeio efficitur ignobilis, sicut ille, qui propter crimen nobilitatem perdit *L. quoties, & l. iudices C. eodem tit.* Additur particula (illata) quia nullus à se ipso nobilitatem habere potest, sed oportet quòd per alium conferatur, nempe per principatum tenentem, itaut sit princeps non recognoscens superiorem in temporalibus. Particula (vltra honestos plebeios) denotat alios plebeiorum esse honestos, alios viles L. *mulier C. eodem tit.* (acceptus ostenditur) idem est atq; gratus manifestatur.

Nobilium appel. 330 *Nobilium appellatione* veniunt non solum qui habent nobilitatem generis, sed etiam qui sunt nobiles beneficio principis, iuxta trimembrem nobilitatis diuisionem, de qua Tiraq. de nobil. à cap. 4. & Ioan. Garcia de eadem Glos. 48. §. 3. Et quidem dicitur nobilis secundùm consuetudinem loci quicunque talis reputatur. Ita Menoch. de ar. bitr. casu 670. num. 40. Veniunt etiam quoad onera imponenda, & admissionem ad ordines militares, vbi nobilitas postulatur, nobiles ex priuilegio, sicut nobiles ex sanguine, dummodo sint immunes à labe Iudæorum, & Sarracenorum, vt tradunt Azeued. l. 1. à num. 59. tit. 1. lib. 6. nouæ recopil. & Ioan. Garc. de nobilit. Glos. 1. §. 1. n. 50.

Diuites nobiles. *Nobilium appellatione* quoad ciuilem statutum, veniunt diuites ex *L. 3. C. de commer. & mercat.* Tiraq. de nobil. cap. 3. prin. nobilitas enim sine diuitijs sordescit, vt dixit Menoch. cons. 116. n. 3. & per diuitias conseruatur, teste Flamin. Paris. de relig. benef. lib. 13. q. 1. n. 150. Veniunt Doctores iuxta Alex. cons. 213. etiam Medici apud Cassan. in Catal. par. 10. cons. 25.

Illegitimi non sunt nobiles. *Illegitimi* seu bastardi nobilium filij, non veniunt appellatione nobilium, sed plebeiorum, vt docent Gemin. cons. 10. in fin & Fusar. de substit. q. 360. à num. 4. & q. 361. num. 18. vbi ait naturales non venire appellatione nobilium de domo. Illegitimus enim nec dicitur de familia, & domo, nec dicitur conseruare agnationem, nec potest parentis insignia, & stemmata deferre, vt tenent Card. Mant. de coniect. vlti volun. lib. 8. tit. 12. n. 20. Molina de primog. lib. 1. c. 4. num. 45. & Ioan. Garc. de expens. c. 3. n. 21. in Hispania vero ex consuetudine illegitimi admittuntur ad insignia, nomen, arma, honores, & nobilitatem patris, vt testantur Garcia de benef. p. 7. c. 15. num. 49. & Azeued. cons. 24. num. 27. Nobilium appellatione nec venit fœmina nobilis habens virum plebeium, nec vir plebeius habẽs vxorem nobilem, nec natus à matre nobili, & patre plebeio, vt videre est apud Fusar. de substit. q. 352. & Card. Thusc. lib. N. concl. 48. Non censentur nobiles nisi qui se tales probauerint: cum enim nobilitas à natura non insit, non præsumitur, nisi probetur. Ita Cabedo Lusit. decis. 73. p. 2. num. 10. 11. & 15. *Noui homines* dicebantur teste Budæo in annotat. ad Pandectas in *l. 2. ff. de origine iuris*, qui ius gentilitatis, & maiorum imagines nullas habebant.

Fæmina nobilis. Noui homines.

Curia. 331 *Curia* dicitur à curis; nam locus est destinatus publicis curis gerendis, & quidem duplex, sacrorum nempe, & senatus: nam in curijs, vel sacerdotes res diuinas, vel magistratus res humanas curabant. Sumitur Curia tum pro dicto loco, tum pro hominibus ad talem locum confluentibus. Dicebantur & *Curiæ* triginta illæ partes, in quas Romulus populum Romanum diuisit. Vnde *Curiatæ leges* dictæ apud Pompon. *l. 2. ff. de origin. iuris.*

Curiatæ leges. Curiæ appellatio. Curiæ appellatione contineri locum vbi est Rex cum suis consiliarijs, & alijs, qui eius lateri assistunt, vt consulant ei de regimine totius regni, docent Cabedo Lusit. decis. 13. n. 3. p. 1. & Couar. practic. cap. 4. num. 10. Quid amplius contineatur, vide apud Surdum cons. 311. à num. 31. & Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Glos. 13. §. 1. *Curia Romanæ* appellatione propriè venit locus vbi est Papa, non verò vbi est audientia, vel Concilium Papæ iuxta Petrum Barbos. in *L. 2. §. legatis à num. 37. ff. de iudic.* Quamuis lato modo curia dici possit *Audictia* Papæ vt docet Garcia de benef. p. 1. c. 1. à num. 387. *Curiales*, alio nomine *Decuriales* vocantur

Romana curia appellatio. Audientia Papæ. Curiales. Decuriales.

qui

Tribules. Curialium appell. qui sunt eiusdem Curiæ, sicut *Tribules* qui sunt eiusdem tribus. In iure *Curiales* dicuntur omnes qui quacumque conditione obligati sunt Curiæ alicuius publicæ potestatis, siue milites, siue aduocati, siue iudices, siue officiales. Curiales accipiuntur interdum pro decurionibus *L. ad subeunda C. de decurion. lib.* 10. Vide quomodo Toletan. exponat. tit. 14. *C. de curialibus Vrbis Romæ. lib.* 11.

Curialium, & curiam sequentium appellatione venire familiares Cardinalium, imò & ipsos Cardinales, qui propter excellentiam status non excluduntur, sicut non excluditur Imperator à numero senatorum, & commilitonum, nec Pater familias ab appellatione familiæ, tradit Oldrad. conf. 211. n. 5. & conf. 293.

Votiua numerositas. *Votiua curialium numerositas* habetur *L. qui tam inueniri C. de decur. l.* 10. & iuxta Glos. ideo votiua dicitur, vel quia voto se offerunt Curiæ quandoque, vel quia hoc voto geritur vt multi sint curiales.

332 Vt quædam officia, & dignitates nobilium, de quibus hactenus conticuimus, perstringamus, *Almiraldi* quem vulgo dicimus *Almirante* magna dignitas est, & habet iurisdictionem in mari: de qua scribunt Cassanæus in Catal. p. 9. consid. 16. & Cabed. Lusit. p. 2. decis. 99. ex Ordin. lib. 1. tit. 2. §. 12. & L. vnica C. de classicis lib. 10. *Mariscalis* quanta sit dignitas, & quodnam munus, exponit citatus Cabed. decis. 100. ex ord. lib. 1. tit. 2. §. 12.

Almiraldus. Mariscalis.

Infancones. *Infancones* fuere (teste Cabedo p. 2. decis. 107.) domini terrarum, qui non habebant magnum dominium, & iurisdictionem, sed magis generis splendore, quàm potentia florebant.

Valuasores. hos Itali vocant Capitaneos, seu *Valuasores*, vt tradit Remigius de immunit. Eccles. à pag. 94. Alij dicunt Infancones esse nepotes Regum, & filios Iffantium. Est autem Iffans in quacumque ætate filius Regis, qui nec Princeps, nec Rex est. *Ricos homens*, & horum vxores *Ricas donas* habuisse olim in Hispania dignitatem sicuti Comitis, aut Baronis, tenent Quæsada quæst. iuris cap. 31. n. 5. & Guter. in pract. quæst. lib. 13. q. 15. & 16. De his Cabedo Lusit. par. 2. decis. 108. *Comitiua honoraria*, quæ habetur *L. Curiales qui honorariam C. de decur. lib.* 10. fuit dignitas comitantium eos, qui erant in primo ordine honorum.

Ricos homens. Ricas donas.

333 Quod attinet ad secundam differentiam, nempe ex parte obedientium *Subditus*, de quo iam non nulla diximus num. 288. sumitur aliquando pro *subditio*, idest suppositio: vnde *subditus partus*, nempe suppositus: *subditum testamentum* quod pro vero occultato clam apponitur. Aliquando pro subrogato: vnde *subditus iudex* est qui loco mortui datur. Ad rem præsentem subditus idem valet atque subiectus, & iuxta Syluestr. v. eodem tripliciter dicitur, 1. ratione domicilij, Glos. in *Clem. vnica. v. subditos, de foro competen.*

Subditus. Subditius. Partus subditus. Subditum testamentum. Subditus Iudex. Subditus, triplex.

Secundo ratione originis propriæ, vel paternæ. Arg. *cap. 3. de temp. ord. in 6.* & tenetur talis ad onera personalia si ibi reperiatur, licèt aliò transtulerit domicilium: excipitur mulier, quæ contraxit cum viro habente domicilium alibi. Hæc enim in loco originis conueniri non potest *L. fin. §. item rescripserunt ff. ad municip.* 3. ratione delicti vt dicit Glos. in *Cap. nuper de sent. excom.* nam quo loco quis commisit delictum, ibi sortitur forum. Notat verò Suar. de cens. disp. 5. sec. 5. n. 10. & 13. peccantem in alieno territorio per hoc non ita fieri subditum illi Iudici, vt instar indigenarum teneatur illius particularibus præceptis: sed tantum in ordine ad punitionem illius criminis.

334 *Vassallus*, vt latè videre est apud Cabed. Lusit. p. 2. decis. 106. in ampla. & vulgari significatione complectitur omnes regis subditos. Verum in Lusitania, & Castella olim vassalli regis peculiari nomine dicebantur viri illustres, qui à Rege castra, & oppida obtinebant. Tempore Alfonsi V. regis Lusitaniæ vassalli dicebantur illi, qui à Rege habebant aliquod stipendium, quod vulgo *Contia* dicitur, vt regi seruirent tempore bellorum, seu quando rex præciperet, & illi omnes vulgò appellabantur *Acontiados*. *Vassallus. Contia. Acontiados.*

In iure *Vassallus* idem est atque feudatarius, ita tamen vt nobilis feudatarius vassallus dicatur, plebeius vero *homo medius* nuncupetur. Vassallorum appellatione an veniant clerici? Affirmat Valascus to. 1. concl. 100. n. 2. ex eo quia *Vassallus* est genericum, & comprehendit sub se etiam species qualificatas: vnde sicut clerici sunt ciues, *L. Assumptio ff. ad municip.* ita etiam sunt vassalli. Negat tamen Martha de iurisd. p. 4. cent. 2. casu 188. ex eo quòd licet sint ciues, sunt tamen à principum potestate exempti: quod procedit etiam si recognoscant feuda à principe. Vide Dianam p. 1. tr. 1. resol. 19. *Vassallagium* iuxta Speculatorem in titul. de feud. idem est quòd *Homagium*: quòd enim in Francia homagium, in Italia Vassallagium dicitur. *Homo medius. Vassalagiū. Homagium.*

335 *Persona* apud Philosophos definiri solet, naturæ rationalis indiuidua substantia. Vnde esse debet, res singularis, substantialis, & rationalis. In iure apud Vlpian. *L. fundi ff. de actione empti*, Personæ vocantur illæ figuræ in ædificijs, quæ aquas ore fundunt. Diuiditur persona in fictam, & veram: ficta est communitas aliqua, vel collegium: vera est homo singularis. Ex personis veris quædam dicuntur publicæ, quales sunt omnes in officio publico, vel dignitate constitutæ, vt tabellio, iudex: quædam dicuntur priuatæ, vel impropriè, vt illæ, quæ sunt exemptæ à iure communi, vnde *dist. 3. priuilegia*, dicitur priuilegia esse leges priuatorum: vel propriè, & sunt omnes, quæ non habent dignitatem 24. q. 1. vel carent functione publica. Vnde clerici non dicuntur priuatæ personæ, cum habeant dignitatem, idest ordinem *Persona. Ficta persona. Publicæ personæ. Priuatæ personæ.*

nem Ecclesiasticum, vt *Can. priuilegia dist. 3.*

Personæ appellatione. *Personæ appellatione* largè, & impropriè venit vniuersitas, collegium, & communitas, vt tenent Card. Tusch. pract. concl. lit. P, to. 6. concl 318. n. vltim. & Gonzales ad reg. 8. Cancell. Glos. 37. n. 5. Item in materijs fauorabilibus iuxta Alex. cons. 216. n. 31. Item quando materia est apta, & proportionabilis vt comprehendatur, teste. Rebusso in Concord. rub. de collation. §. præfatione V. quicumque Personæ appellatione propriè, & in rigore non continetur communitas, Collegium, seu vniuersitas, vt ait Roman. const. 195. in casu præmisso n. 3. Vnde non comprehenditur in statutis, quæ derogant priuilegijs concessis personis in genere, vel in specie sub quacunque forma, vt tenet Alex. cons. 216. nec arguendi n. 11. ver. 8. lib. 2. Quòd mandatum contra quascunque personas regulariter non intelligatur contra capitulum, nisi procurator sit constitutus à reo, tradunt Mantic. decis. 100. n. 6. & Tiber. Decian. resp. 55. n. 24. vol. 1. Hinc est quòd nec promissio facta de defendendo contra omnem personam mundi, nec dispositio de compromittendo controuersiam ortam inter quascunque personas, nec mandatum procuræ datum contra quancunque personam, nec statutum disponens per vprbum *siquis*, aut per verba personalia, nec regula reuodatoria Adriani 6. de quibuscumque facultatibus, & gratijs concessis quibuscumque prælatis, & personis, extendatur ad vniuersitatem, ciuitatem, & collegium, vt cum multis tradit Barbosa tract. de appel. Apel. 98. Personæ appellatione venit non solum masculus, sed etiam fœmina, vt tenet Gonzales ad reg. 8. Cancell. Glos. 5. n. 199. Personarum Ecclesiasticarum appellatione veniunt etiam qui solo clericali charactere sunt insigniti, vt probat Barbos. cit. n. 13.

Ecclesiasticarum personarum appel.

Membra communitatis. 336 Quòd attinet ad tertiam differentiam, vt intelligatur quæ nam censeri debeant *membra communitatis*, rectè notat Suar. de leg. lib. 3. cap. 31. n. 7. in corpore politico membra constitui per moralem coniunctionem, sicut in physico per physicum nexum. Vnde in ciuili Republica constituuntur membra per naturalem originem *L. 1. ff. ad municip. & l. ciues de incolis lib. 10.* In Ecclesia verò vniuersali per spiritualem originem, nempe per Baptismum constituuntur: in particulari per mutationem, & acquisitionem domicilij. *Cap. 3. de temp. ord. in 6.* In specialibus communitatibus per acceptionem in collegam, aut iuramentum, vt in religionibus, accademijs, capitulis.

Continentes prouinciæ. Adiacentes prouinciæ. *Prouinciæ continentes* dicuntur quæ Italiæ coniunctæ sunt. *L. notionem ff. de verb. signif.* Absolutè vocantur *Adiacentes*, quæ simpliciter sunt confines. *Auth. de Sanct. Episc. §. si autem.*

Comitia. Concilium. Ad totam communitatem, seu populum Romanum spectabant *Comitia*: est autem *Comitium* populi conuentus, & differt à Concilio, quòd comitium sit quando vniuersus populus conuenit: *Concilium* cum populi pars. Dicitur comitium quasi simul itio, à coeundo, seu conueniendo in vnum locum. Conueniebant enim vniuersi ciues vel ad magistratus creandos, vel ad leges sanciendas, vel ad res belli, pacisue decernendas. Comitiorum (vt refert Azor. to. 1. lib. 5. cap. 1. §. apud Romanos) tria erant genera, nempe Curiata, Centuriata, tributa. *Curiata* dicebantur, cum ciues curiatim, hoc est per curias diuisi suffragium ferebant. *Curiæ*, vt supra diximus, fuere triginta partes in quas Romulus populum diuisit.

Curiata comitia.

Centuriata eum centuriatim, seu per centurias, *Tributa* cum tributim, seu per tribus suffragium populus ferebat. *Tribus* enim fuit olim quælibet ex tribus partibus in quas ab initio Romanus populus diuisus, sic propterea dicta ab ipsis partibus tribus. Vna enim fuit Tatientium à Tatio Sabinorum rege: alia Rhamnium, seu Rhamnesium à Romulo: tertia Lucerum à Lucumone. Ad prædicta reuocari possunt *Caluta comitia*, de quibus meminit Iustinian. *li. 2. Instit. tit. de testam. ordinam.* dicta à *ealundo*, hoc est vocando, seu conuocando populum, & fuere quæ pro collegio Pontificum haberi solebant, aut, regis, aut flaminum inaugurandorum causa.

Centuriata comitia. Tributa comitia. Tribus. Tatientium tribus. Vniuersus orbis. Munus ciuile.

337 *Vniuersus orbis* quid sit, & quomodo intelligatur locus ille Lucæ 2. vt describeretur vniuersus orbis, nempe per synedochen iuxta consuetam scripturæ phrasim, qua maior pars pro toto accipitur, latè exponit Salas de leg. disp 7. sect. 7. n. 42. *Munus ciuile* de quo extat in Codice titulus 11. & 12. in lib. 10. est idem atque officium, & si sit publicum prout opponitur priuato describi solet, quòd in administranda republica cum sumptu sine dignitatis titulo exercetur. *l. 1. ff. de mun. & honor.* ad *l. 1. C. de mun. patrim. lib. 10.* est triplex, nempe personale, patrimoniale, & mixtum.

Personale cum solicitudine personæ, *Patrimoniale* dispendio rerum, *Mixtum* ex vtroque procedit. Personalia alia respiciunt publicam vtilitatem principaliter, vt legatio ad census: alia priuatam principaliter, vt tutela. Item Patrimoniale aliud indicitur personis pro rebus: & hoc tantum ciuibus, & incolis, aliud ipsis possessionibus, & hoc etiam alienigenis, qui modo aliquo hic possident. Vide quæ diximus n. 322. *Cingulum* sumitur quandoque in iure pro titulo dignitatis *l. vlt. C. de præpos. sac. cub. lib. 12.* Quandoque accipitur pro administratione, *Auth. vt liceat ma. & auiæ §. quia verò quadam.*

Personale munus. Patrimoniale munus. Cingulum.

338 Fuit apud Hebræos *Sanhedrim*, nempe (vt dicit Suar. to. 1. in 3. p. disp. 1. sect. 1 §. Propter has) supremus senatus, & concilium regale, in quo principaliores causæ illius populi terminabantur. *Equestris dignitas* fuit post senatoriam proxima: vnde *equites* non solum dignitate, sed etiam censu distinguebantur à sena-

Sanhedrim. Equestris dignitas.

Negotium. Negotialis constitutio. Publicum negotium. Politica dispensatio. Oeconomica dispensatio. Monastica dispensatio. Etica dispensatio. Coerrare. Succedere alicui.

natoribus: & cum Romam custodirent, habebantur pro absentibus Reipublicæ causa. *Negotium* dicitur à *Nec*, & *otium*, quasi non otium, & est opus, cura, controuersia, vel factum de quo est quæstio: vnde *Constitutio negotialis*: negotium est triplex, scilicet commune, publicum, & priuatum. *Commune* est quod spectat ad dispositionem alicuius regionis: *Publicum* quod pertinet ad regimen alicuius ciuitatis: *Priuatum* quod spectat ad priuatam personam. Huic triplici negotio respondet triplex dispensatio, nempe *politica*, quæ consistit in prouisione totius communitati: *Oveconomica*, quæ consistit in prouisione familiæ. *Monastica*, seu *Etica* quæ consistit in regimine sui ipsius tantum. Apud iurisconsultos negotium frequenter accipitur pro molestia: vnde illud: In eum qui calumniæ causa negotium faceret: & illud qui pecuniam acceperit, vt faceret negotium.

Habentur in *l. 3. §. 3. de off. præf. vig.* Hæc verba: sciendum est præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & coerrare calciatum, cum hamis, & dolabris. Vbi verbum *coerrare* idem valet atque oberrare. Hi modi loquendi. (*Succedere alicui*, & *Decedere alicui in prouincia*, qui habentur *L. quiue ff. ad L. Iuliam maiestatis*, habent oppositionem, vt si dicas: Scipio successit in prouincia Miloni, & Milo decessit Scipioni: hinc *successor*, & *decessor*. Nam successor est qui succedit decedenti, & decessor qui decedit succedenti. Differunt etiam prædecessor & antecessor: nam *Prædecessor* est qui munus obijcit ante decessorem. *Antecessor* qui ante prædecessorem xc111. *dist. cap.* 1. per Archid.

ELVCIDATIO XII.

De regimine Academico, seu literario.

339 *QVanuis post Ecclesiasticum, & politicum regimen aliquibus fortasse opportunius videretur exponere militare, ita vt bellica, & militaris quædam Respublica à nobis formaretur, exhibereturque instructa ducibus, militibus, armis; tamen his omnibus locus erit, cum iam in materia de charitate bellum elucidauerimus. Igitur rempublicam literariam vtpote in corpore politico vniuerso partem præcipuam, quantum nobis licuerit, ex iure elucidemus.*

SECTIO I.

De regimine literario quoad loca docendo opportuna.

Studium liberale. Sacramentum pro studio. Literarius. Ludus. Magister.

STudium (vt definit M. Tullius de iuuent. lib. 1.) est animi assidua, & vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluptate occupatio, vt philosophiæ, poeticæ. Hinc studium literarum est illa animi intentio, & auiditas, qua se literis quis impendit. *Studium liberale*, & *Latinum* olim tantum erat Romæ, & Constantinopoli: in alijs autem locis non nisi ex priuilegio, vt habetur in *proœm. Digestorum §. Hæc autem tria.* & *C. de stu. lit. in rubro*, & *in glo lib.* 11. Hodie tamen scisso imperio studium sine lege floret moltis locis, præsertim in Lusitania apud Conimbricenses, & Eborenses. *In L. 1. ff. de varijs, & extraog. cognit.* Sumitur *sacramentum* pro studio ex eo quòd sine sacramento, seu iuramento non incipiebat studium literarum. *Ludus literarius* sumitur pro schola, vbi literæ docentur. *Magister ludi* is appellatur, qui literas docet *l. 1. §. ludi ff. de var. & extra.* 10. Apud professores humaniorum literarum, & iuris vtriusque *Schola* idem est, atque societas scholarium, vel locus, in quo multi conueniunt ad discendum, siue scientiam, siue militiam. *l. 2. C. de priuil. schol. lib.* 12. Nam Græcis schola est quòd Latinis vacatio.

Scholaris. Scholarium appellatio.

Scholaris ab *Scholi*, vacatione, & *ares* virtute, est persona vacans ab humanis negotijs, dedita virtuti, & scientiarum disciplinis. *Scholares* etiam vocantur militantes in sacro palatio Imperatoris, & in hoc sensu vsurpantur in *C. tit. de priuil. schol. lib.* 12. Scholarium appellatione nec magistri, nec doctores veniunt, nisi in larga significatione, vt rectè affirmat Syluester v. Doctor n. 1.

Vniuersus. Vniuersitas.

340 *Vniuersus* quasi omnis in vnum versus: idest sine aliqua exceptione: in singulari idem est quod totus. *Vniuersitas* in iure secundùm Ason. definitur in hunc modum: est plurium corporum inter se distantium, vno nomine specialiter eis deputato, collectio. Triplex est, quædam solius facti, seu corporum, vt grex, chorus: quædam iuris, & facti simul, vt peculium, dos, patrimonium: quædam solius iuris, vt hæreditas: hæc enim seruat nomen, etiamsi nulla adsint corpora hæreditaria *l. hæreditas ff. de petit. hæred.*

Vniuersitatis appell. Academia.

Vniuersitatis appellatione continentur sacerdotes, & alij clerici, ac proinde in sui fauorem vti possunt priuilegijs, & statutis vniuersitatum. Ita Oldrad. cons. 32. quem citat Tusch. pract. concl. tom. 8. lit. v. concl. 268. n. 1. Vnde quòd Parochus in fauorabilibus reputetur de vniuersitate, docet Alber. in *l. 1. vers. Vide etiam ff. quod cuiusque vniuersitatis* nomine. Sumitur vniuersitas pro ea parte vrbis, in qua studiorum gymnasia celebrantur, & *Academia* dicitur. Fuit olim Academia locus nemorosus ab Athenis mille passus distans, & ab Academio Heroe nuncupata, vbi Plato fertur natus, & philosophiam magna discipulorum frequentia professus: à quo loco discipuli Academici, sicut à *Stoa* porticu Athenarum, discipuli Zenonis *Stoici* dicti fuerunt.

Stoa. Stoici. Lyceum.

341 *Lyceum* fuit etiam Athenis Schola Aristotelis, sicut Academia Platonis. Imo Academia dicebatur gymnasium inferius, Lyceum verò superius: similiter ambulatio superior, & in-

ferior ambulatio. Nam discipuli Aristotelis vocabantur *Peripatetici* à *Peripateo*, idest deambulando. *Athenæum* erat locus Mineruæ dicatus, vbi literarum studiosi varia disciplinarum genera profitebantur. *Gymnasium* fuit locus, in quo *Palæstritæ* nudi exercebantur, & sumitur in iure *L. sed & reprobari ff. de excusat. tut.* pro schola, & literarum exercitio.

Peripatetici. *Athenarū.* *Gymnasium*

Vnde apud rhetores *Progymnasmata*, præexercitamenta dicuntur: idest exercitationes quædam in dicendo, antequàm ad veras actiones descendant. *Gymnastes* est præceptor exercitiorum pueros exercens. *Gymnastica* est disciplina exercitationis, siue ars, & doctrina, qua pueri exercentur. *Pædotribia* est idem quod gymnastica, seu doctrina exercitationis. *Pædotribes* est ludi literarij præceptor. *Palæstra* est luctatio, & per translationem accipitur non solum pro loco, in quo se quis luctando exercet, sed etiam pro loco ludi literarij. *Palæstrita* est qui se exercet siue sit palæstræ sodalis, siue magister. *Diatriba* apud Calepinum v. gymnasium, sunt idem, atq; scholæ.

Progymnasmata. *Gymnastes* *Gymnastica.* *Pædotribia.*

SECTIO II.

De regimine literario quoad superiores.

342 Rector academiæ est qui totam academiam regit, ac moderatur. Rector vniuersitatis (inquit Syluester v. eodem) in Italia est competens iudex in declarando Capitaneum ciuitatis per virum. Quia Lex punit per virum; ergo iudex sæcularis potest declarare per virum. *l. 1. ff. ad senatus cons. Turp.* In academia præter Rectorem est Cancellarius, qui in curia tam sæculari, quàm Ecclesiastica celebratur, & *Tamateus* dicitur ab Alberico v. eodem.

Rector. *Academia.* *Cancellarius.* *Tamateus.*

Extat nomen Cancellarij apud Vopiscum in Carino, vbi sic. *Præfectum vrbi vnum ex Cancellarijs suis fecit.* Quanuis legat Hotomanus *ex Ancillarijs*, quo nomine designantur ministri lenocinij, ac libidinis. Cancellarium aliqui dictum volunt, quòd eius officina esset cellula quædam munita Cancellis, vbi scribere solebāt. Alij dictū putant, quòd preces, supplicesq; libellos, omniaq; rescripta, quibus princeps subscribere nolebat, cācellaret idest lineis cancellatim ductis expungeret, ac deleret.

Ancillarij.

In Romana curia qui sit Cancellarius, & Vicecancellarius, exposuimus num. 277. Quærit Azor. p. 2 lib. 3. c. 13 q. 9 an Cancellarius Academiæ authoritate Pontificia approbata, habeat dignitatem? Respondet habere, sed etiam dignitatem, quæ est officium cum iurisdictione coniunctum, quodque sufficit ad Apostolici delegati iudicis, vel conseruatoris functionem, iuxta *Cap. statutum de rescrip. in 6.* Non habere tamen dignitatem, quæ in iure beneficium Ecclesiasticum censeri debeat.

343 *Anciani* apud Panorm. in *Cap. fine in prin. not. 11. de procurat.* Vocantur priores, seu præsidentes, quæ vniuersitatem, vel prouinciam moderantur. *Iurati* similiter sunt ancianí, vel priores qui regunt vniuersitatem, & dicuntur à iuramento quod præstant, vt suum officium fideliter exequantur. *Scholarum comites, & tribuni* qui sint, notatur *l. 1. C. de comit. & tribun. lib. 12.* & videntur præpositi, seu præfecti. Doctor, Magister, & præceptor sępè pro eodem vsurpantur, itaut hæc nomina significent docentem, seu documenta tradentem subeunt tamen nonnullam diuersitatem.

Anciani.

Nam *Doctor* ex vi nominis dicitur à docendo, & quidem non omnis docens est doctor iuridicè, sed ille tantum, qui suscepit Doctoratus insignia, vt tradit Syluester v. Doctor n. 1. *Magister* dicitur a monendo, seu mostrando. *L. quibus ff. de verb. sign.* vel syllabaliter dicitur quasi in maiori statu existens. In tota sua latitudine est ille, qui præ cæteris alicuius rei siue negotij curam gerit.

Doctor. *Magister.*

Vnde magistri pagorum, Collegiorum, pecoris, sunt qui pagis, collegijs, vel pecori præsunt. Cum verò Ludus sumatur frequenter pro loco, vbi vires corporis, & ingenij exercentur, & Romani omnem scholam ludum dixerint, hinc *ludimagister* ille est qui ludo literario præsidet. *Præceptor* est qui tradit præcepta, seu præceptiones nempe documenta, & disciplinam *L. si ædibus ff. de damn. inf. & l. 1. ff. de var. cogn.*

Ludi magister. *Præceptor*

344 Notat Syluester loco proximè citato inter magistros propriè Theologum dici Magistrum, alios verò secundùm quid. Addit num. 2. ex Bar. *in l. fin. C. de Iudæis*, Iudæum non posse effici Doctorem, cum *Doctoratus* sit dignitas. Nam Doctor (inquit) in continenti, cum incipit legere, habet dignitatem, quia habet à lege iurisdictionem ordinariam super scholares *Authen. C. ne fil. pro pa.* Et si continuat, acquirit dignitatem comitatus *L. vna C. de athle. lib. 10.*

Theologus magister. *Iudæus ad doctoratus.*

Doctores iuxta Panorm. in *Cap. clerici de iud.* eam præcedentiam inter se habent, vt sit primus Theologus, post Canonista, deinde Legista, vltimò medicus. Doctoris appellatione veniunt magistri artium, vt ostendimus n. 244. At licentiatus non dicitur Doctor secūdùm Bald. in *l. 1. ff. sol. mat. & in l. pen. de testa. mili.* Vnde si Episcopus excommunicet omnes Doctores non disputantes, non dicitur excommunicare licentiatos. Deinde Magistratus debens habere Doctorem assessorem, non satisfacit habendo licentiatum. Doctoris nomine venire magistrum, & è contra magistri nomine venire Doctorem, tenet Panor. in c. 1. de loco.

Doctoris appel.

Dubium est quinā veniant Doctoris, & magistri appellatione quoad effectum expediēdi literas Pōtificias dispēsationis, in quibus ponitur clausula, vt sit Doctor in iure canonico, vel

Magister in Theologia? Sanch. lib. 8. matri. disp. 34. à num. 6. defendit non sufficere ad expediendas tales literas publicè docentem Theologiam, etiam in ordinibus, in quibus eos magistros vocant, nec licentiatum in Theologia; sed omninò requirit quòd quis gradu doctoratus in iure canonico, vel Theologia insignitus sit, nempe habens publicum Academiæ testimonium, etiamsi alioqui sit indoctus. Oppositum quoad vtranque partem sequitur, & latè probat Baptista Fragosus to. 1. de Regim. lib. 5. disput. 12. §. 14. à num. 88. Vbi etiam latè exponit qui veniant Doctoris nomine, vt euadant torturam.

Antecessor. 1. 345 *Antecessor* quamuis multipliciter dicatur in iure, nempe necessitudine *l. 1. §. qua omnia C. de vet. iure enucl.* antiquitate 35. q. 6. *de parentela, & officij prioritate* 3. q. 6. *hoc quippe*, tamen quandoque dicitur Doctor, qui alios *Doctor.* antecedit. Ita habetur in *proœm. ff. §. sed cum nos*. Et quidem antecessores appellari consueuerunt professores iuris ab antecedendo, & præeundo discipulis, quos quasi porrecta manu in penetralia iuris prudentiæ deducunt, vt notauit Aldobrandinus in annot. in Instit.

Doctor. Episcoput. An verò Doctor Theologus preferri debeat Canonistæ in electione ad Episcopatum? Hostien. Abbas, & alij ad *c. 1. de consang.* loquuntur cum distinctione asserentes Theologum esse præferendum iurisconsulto vbi sint hæretici conuincendi, dogmata fidei exponenda, & Euangelium annunciandum: vbi verò nec hæretici, nec pagani sunt, esse præferendum iurisconsultum vtpote aptiorem, vt lites, & causas inter catholicos decidat. De hoc in nostra Acad. n. 1187.

Dicendum tamen est cum Soto lib. 4. de iust. q. 6. a. 2. & alijs, quos citat Azor. p. 2. lib. 3. cap. 28. q. 10. Theologum simpliciter anteponendum esse. Nam Episcopi munus est diuini Verbi annunciatione populum sibi commissum pascere, vt definit Trid. sess. 3. cap. 11. sess. 24. cap. 4. ad quod munus potius S. Theologia, quam iuris prudentia inseruit. *Cathedra* est excelsa sedes non tantum iudicis præsidentis, sed etiam Doctoris, iuxta Glos. in Clem. dudum de sepul. Sumitur in iure *Honor* pro salario, quod ab scholaribus Doctori præstatur *L. 1. ff. de varijs, & extraor. cognit.*

Cathedra.

Honor pro salario.

SECTIO III.

De regimine literario quoad inferiores.

Auditoriū. 346 **A**Vditorium licèt vsurpetur pro foro, loco nempe, vbi causæ audiuntur *L. contra ff. de re iudic.* vbi dicitur: *Is qui ad maius auditorium vocatus est, si litem inchoatam deseruerit, contumax non videtur*. Tamen iuxta Quintil. lib. 2. cap. 11. est locus, vbi auditur præceptor, vel orator: seu locus vbi magistri disputant, & accipitur pro ludo literario *l. 8. c. de stud. lib.* Vnde *Auditor* vocatur discipulus *l. 2. §. pen. ff. de orig. iuris*. Parum discriminis inuenio inter *Docibilem*, & *Docilem*: nam licèt Priscianus velit *Docibile* esse id quod facilè discitur, tamen iuxta Cyprianum, *Docibilis* est qui ad discendi patientiam lenis & mitis est: *Docilis* vero iuxta authorem ad Hereun. lib. 1. qui attentè vult audire, vel qui facilè docetur: vnde vnum pro alio accipitur 23. *dist. qui Episcopus*. Alexander Scot. v. eodem sic distinguit: Docibilis (inquit) propriè dicitur liber, sed docilis est homo doctrinalis. *Autexetazontes* literarum comparatores vocat Iulianus N. 49. cap. 2. §. 2. I. *Auditor. Docibilis. Docilis. Autexetazontes.*

Prolytæ habentur in proœm. Digestorum, & sunt illi scholares, qui quintum iam annum iuri ciuili operam dederunt, quemadmodum vocantur *Lytæ* qui quatuor annos eidem studio incubuere. Sic Iustinianus loco citato ponens etiam interpretationem vocis. *Solitum* (inquit) *erat quarti annistudiosos, Græco, & cōsueto quodam vocabulo lytas appellari, hoc est solutos*. Cur verò hi dicantur *Lytæ* idest soluti; illi verò *Prolytæ* idest præsoluti non liquet, nisi fortè dicamus Lytas fuisse, quos modò bacalarios, Prolytas, quos licentiatos appellamus, vt notauit Alex. v. Prolytæ. *Bacalarij*; quos eruditi *Bacalaureos* vocant, teste Rhenano apud Spieg. v. eod. sic dicuntur a baculo, quia primi studij authoritatem, quæ per exhibitionem baculi concedebatur, iam consecuti fuissent: erat enim baculi traditio quoddam velut mancipationis signum in eiusdem aliquod studium. *Prolytæ. Lytæ. Bacalaureus.*

347 *Edictales* appellantur illi scholastici, qui annum vnum in legum studio versati, alterum etiam adiungunt: ducta scilicet appellatione ab Edicto, cui cognoscendo operam gnauant. Imper. in epist. ad antecessores 3. §. *Otium philosophicum* est studium: nam Philosophus otiatur quando studet. *Otium vulgare* in iure est triplex, primum *retributorium*, quod datur emeritis, & senibus. Secundùm *restitutorium*, quando quis cessauit à labore, & iterum accedit ad opus. Tertium *destitutorium*, quod est tibaldorum, qui olim Athenis suspendebantur, ex lege Draconis apud Plutarch. in Solone. De hoc dicit Hieron. ad Rustic. Monach. *Cap. nunquam de consec. dist. 5.* Semper aliquid operis facito, vt te diabolus inuenerit occupatum. *Edictales. Otium philosophicum. Otium triplex. Retributorium otium Restitutorium otium Destitutorium otium.*

Poetæ dicuntur quasi fictores carminum à verbo *poeo* quod est effingo. Poetæ nulla immunitatis prærogatiua iuuantur *L. poeta C. de profess. & med. lib. 10.* Poetæ appellatione apud Græcos venit Homerus, & apud Latinos Virgilius, vt habetur expressè *Instit. de iure nat. gen. & ciu. §. sed ius quidem*, & videre est apud Dionisium Paul. de vera quatuor Patriarchalium sedium erect. cap. 17.

348 Inter

348 Inter academiæ officiales est Syndicus, Matricularius, Mastigophorus. *Syndicus* quasi singulorum causas dicens, est aduocatus, seu procurator vniuersitatis pro certo salario ad iudicia constitutus: & Latinè verti potest defensor, seu patronus ad communem causam tuendam Nam *Syndicari* apud Budæũ sumitur pro defendere, & patrocinium præstare. Syndici munus, quod vocatur *Syndicia* est agere, vel defendere nomine vniuersitatis causas præsentes, vel emergentes *ff. quod quisq; ius* in rub. & glos. 1. in *Cap. vnico eo tit.* Quando dicitur causa vniuersitatis agi per procuratorem, exponi debet; idest syndicum vel actorem: De differentia inter syndicum, & actorem Specul. ti. *de his qui ali. uo. in iudi. interue.* §. *syndicus*.

Syndicus. Syndicari. Syndicicia. Actor, & syndicus.

Matricularius dicitur ille cuius munus est scholasticos matriculare, idest in album referre, seu eorum nomina conscribere. *Matricula* enim est diminutiuum à matre, dicitur chartula, in qua aliquid scribitur; ac præcipuè sumitur pro libro, in quo nomina spectantium ad vniuersitatem, vel Collegium conscribuntur. *L. matriculam C. de ageu. in rebus lib.* 11. In iure *Mastigophorus* quasi ferens flagellum, est seruus flagellifer, qui scilicet agonothetas in sacris certaminibus comitabatur, virgas præferens ad submouendam turbam, & cohibendas seditiones. *L. vlt. ff. de muner. & bonor.* apud Budæ. In academia dicitur ille, qui verberibus scholasticos excipit *Mastix* enim flagellum, seu scutica est.

Matricularius. Marculare. Matricula. Mastigophorus. Mastix.

349 Cum verò præcipua academicorum, & studentium instrumenta sint libri, de his, & concernentibus pauca subijcio. *Grammatophylacium*, seu *Cartophylatium*, seu *Archiuum* triplex vox Græca, idem valet apud Latinos atq; *Tabularium*, seu *Armarium librorum*, nempe locus vbi tabulæ, & instrumenta publica, monumenta rerum gestarum, actorumque asseruantur, vulgò *Cartorio publico*, de quo Vlpian. *l. moris* §. *moris ff. de pœnis*.

Grammatophylatium.

Est apud Iuristas *Bibliotheca* locus vbi reponuntur libri: nam *Biblos* interpretatur liber, *theca* repositorium: sicut *Dactylotheca* vbi reponuntur annuli: *Oporotheca*, vbi fructus arborum: *Pinacotheca* vbi tabulæ. Vlpian. *l. librorum ff. de legatis* 3. vbi dicit libris legatis, bibliothecas non contineri. *Bibliothecarius* sumitur pro Cancellario 63. *dist.* est tamen *depositarius* librorum, seu qui bibliothecæ curam habet. *Bibliopola* est librarius, seu venditor librorum *l.* 1. *ff. de proxenetis*. Quanuis, *librarius* apud Latinos etiam accipiatur pro illo, qui libros sua manu scribit ad id pretio conductus qui à Græcis *Bibliographus* appellatur, in iure tamen quandoq; significat tabellionem *L. si librarius ff. de reg. iur.*

Bibliotheca. Biblos. Theca. Dactylotheca. Oporotheca. Pinacotheca. Bibliothecarius. Bibliopola. Librarius. Bibliographus.

350 *Liber* in sua proprietate est pars corticis interior, quæ ligno adhæret, & in qua olim scribi solebat, vt ex multis corticibus volumen compaginaretur. Aliquando pro parte certa voluminis, aliquando pro integro volumine sumitur, & apud Tullium 5. Verr. pro inuentario, siue registro. *Librorum appellatione* (vt videre est apud August. Barbosam tract. de appel. 133.) continentur omnia volumina in quacunque materia scripta, *L. librorum ff. de leg.* 3. Ibi in §. *si cui*, statuitur in dubio intelligi de vno volumine, non de libris numeralibus, per quos volumen diuiditur: & in §. *si Homeri*, decernitur quòd libri appellatione in legato is continetur prout inuenitur in morte ipsius testatoris, & in §. *libris* quòd non continentur ea, in quibus libri seruantur, vt bibliotheca.

Liber. Librorum appellatio.

Librorum prohibitorum appellatione in ordine ad excommunicationem incurrendam, venit liber hæretici etiam typis non dum excussus: at non venit Epistola, neq; concio, neq; tractatus: cum ex communi vsu loquendi non dicatur liber. Ita Sanchez lib. 2. Decal. cap. 10. num. 29. *Librorum suorum* appellatione in legato Doctoris habentis libros aliquos, quos solebat commodare scholaribus, non veniunt libri illi parati scholarium vsui; vt tenuit Bart. in *L. Cum in testamento ff. de auro, & arg. leg.* quem citat Menoch. de præsump. lib. 4. præsum. 162. num. 25. Legatum librorum, quos habebat tunc testator, non comprehendit libros deinde emptos, vt docent Roman. Sing. 503. & Menoch. citatus præsum. 127. num. 15. addens num. 16. hæc ita extendi, vt habeant locum etiam quando testator in primo testamento reliquit, putà libros, quos habebat, deinde emptis alijs multis, & confecit aliud testamentum, in quo confirmauit primum quoad legata. Nam legata debent intelligi secundùm tempus testamenti; non verò secundùm tempus mortis testatoris. *l. si ita, & l. vlt. ff. de auro, & arg. leg.*

Prohibiti libri.

ELVCIDATIO XIII.

De regimine æconomico.

351 *Hactenus exposuimus idioma, quod versatur in regimine publico, siue Ecclesiastico, siue politico, siue academico, vbi datur vera iurisdictio in superioribus erga subditos, ex quibus omnibus perfecta communitas efflorescit: modo accedamus ad explicandum idioma priuati, seu æconomici regiminis, quod cernitur in imperfecta communitate, qualis domus, seu familia est, constans marito, & vxore, parentibus, & filijs, dominis, ac famulis.*

SECTIO I.

De æconomia, familia, & domo.

Oeconomia. Oeconomica. Oeconomus. Potestas. Aeconomica. Ius inter domesticos.

OEconomia est idem atq; rei domesticæ administratio. Vnde *Oeconomica* sunt quæ ad rem domesticam, ac familiarem spectant. *Oeconomus* est tam pecuniæ quàm frugum, & omnium, quæ Dominus possidet, dispensator, & rei familiaris administrator. Vide quæ de Oeconomis Ecclesiæ diximus n. 281. *Oeconomica potestas* quid sit, & à quo oriatur, optimè tradit Molina de iustit. tract. 2. disp. 22. Idem tract. 1. disp. 7. ex Aristot. 5 Ethic. c. 6. & S. Thoma 2. 2. q. 57. a. 4. rectè explicat quomodo inter patrem, & filium, dominum, & seruum, uirum, & vxorem non sit iustum, seu ius simpliciter, quod vocāt ciuile, quale est inter ciues: sed inter patrem, & filium, sit ius paternum, inter dominum, & seruum sit ius herile, seu dominatiuum, inter virum, & vxorem sit ius æconomicum.

Familia multiplex.

352 *Familia* secundùm aliquos dicitur à voce Osca *Famel*, quæ seruum significat: in quo sensu vsurpari solebat pro solis domesticis seruis, ex quibus nec vnus, nec duo satis erant ad familiam constituendam, vt docet Syluester V. familia num. 2. In iure sumitur interdum pro pecunia, rebusq; hæreditarijs: vt in legibus duodecim tabularum, quorum verba ponuntur in titulo de verborum significatione: *Agnatus* (inquit textus) *proximus familiam habeto, idest hæreditatem*. Hinc titulus ille *ff. de familia hercifcunda*, id est diuidenda hæreditate.

Familia i. hæreditas.

Femur. Familia multiplex.

Secundùm alios dicitur familia à femore, quæ est pars hominis genitiua, & sic comprehendit non solum seruos, sed etiam parentes, liberos, omnesq; propinquos, & his deficientibus, generum, & nurum, vt expressè definitum est *l. fin. C. de verb. sign.* Apud Archid. in *Cap. licet de priuil. in 6.* est familia multiplex: quædam perpetua & religiosa, qualis monachorum, clericorum, & similium, qui gaudent priuilegio conuentus, & Collegij. *Cap. cum olim de arbitr.*

Alia est complectens non solum Ecclesiasticos, sed etiam laicos, in quibus sunt vxor, filij, nepotes, serui, famuli, qui in eius domo, eiusq; sumptibus viuunt, de qua l. 1. §. familiæ ff. de public. Est & alia nec perpetua, nec mercenaria, sicut clerici, & religiosi, & alij Ecclesiastici dicuntur de familia Ecclesiæ, de quibus *16. q. 6. de lapsis*. Deniq; & illa, quam proximè diximus explicari *l. fin. de verb. sign.*

Familiæ appel.

353 *Familiæ appellatione* quanuis in dubio veniat familia contentiuè, seu passiuè, prout scilicet continet omnes agnatos etiam transuersales, vt tenet Card. Seraph. decis. 1438. n. 4. tamen quando constat testatorem sensisse tantum de familia actiuè, seu effectiuè, veniunt solum descendentes ab ipso testatore, non autem transuersales, vt notat Surdus cons. 247. num. 12. & Barbos. de appel. verb. appel. 94. à n. 2. vbi ampliat, & multifariam limitat positam resolutionem.

Fæminæ in familia.

Familiæ appellatione comprehendi fæminas, sumitur ex *Authen. de restit. fidei com. L. voluntas C. de fideicom.* & tenent Alex. cons. 51. num. 12. & Card. Tusch. pract. concl. tom. 2. lit. D. concl. 222. num. 4. quod amplia vt procedat, etiam si dictum esset, vt bona remaneant in familia: imò si diceretur vt conseruētur in familia, licèt eius filij non comprehendantur. Vide plura ad hanc rem apud Barbos. citatum à num. 16. & à num. 25. vbi latè pro vtraq; parte discutit, an familiæ appellatione veniat fæmina nupta ad fideicommissum, quòd testator voluit remanere in familia.

Familiæ appellatione veniunt gener, & nurus, vt exprimitur. *L. vlt. C. de verb. signif.* Vbi Fusar. de substit. q. 352. nu. 2. at non veniunt bastardi, vt scribit Molma de primog. lib. 1. c. 4. n. 45. veniunt tamē in lata significatione omnes, qui serunt eadem arma, & insignia, teste Menochio de præsum. l. 4. præsum. 83. n. 12. *Gentis* tamen quàm familiæ significatio latior est apud Alciat. ad *L. sæpe de verb. signif.* Cum gentis nomen agnatos, & cognatos amplectatur. Dicunt alij gentem esse familiam ex eodē parente masculo deductam. Tullius 1. de orat. tenet gentem in patritijs, stirpē in plebeis ostēdi.

Gentis appel.

354 Deinde, vt magis pateat quousq; extendatur familiæ, significatio: si ponatur a testatore conditio, vt hæres, vel legatarius ineat matrimonium cum aliqua de familia, intelligi debet de persona, quæ sit in gradu permisso a iure canonico, iuxta Sanches de matr. lib. 1. disp. 33. num. 9. Familiæ nomine in testamento, quando plures sunt familiæ eiusdem cognominis, venit illa tantum, de qua natus est ipse testator, ut docet Menoch. cons. 233. à num. 16.

Familiæ appellatione in prohibitione alienationis, non continentur extantes ultra quartum gradum, nisi facta sit prohibitio per uerba præcisa, & uniuersalia: putà si testator dicat quòd uult bona sua perpetuò apud suos, seu in sua familia remanere: quia tunc uenirent sine termino, ut tenet Steph. Marchin. concl. 228. p. q. *Familiæ suæ appellatione* in testamento ueniunt descendentes à testatore, ut tradit Menoch. cons. 1177. à n. 5. & n. 7. subdit quòd testator uocans familiam, ut in ea bona conseruētur, intelligitur solum vocasse suam: & n. 10. dicit quod familiæ suæ rectæ, uel transuersali relictum, censetur de transuersalibus inter se, à testatore tamen descendentibus. Quid de familia seruili? Familiæ appellatione continētur domestici omnes, & in seruitio existentes. *L. ædiles ff. de ædilit. edicto.* Card. Tusch. pract. cōcl. to. 3. lit. F. concl. 75. n. 5. quod intelligit Castil. l. 17. Taur. ver. Di sus hijos uer. Quæro filij,

Familiæ appel.

Familiæ seruiles.

si habi-

si habitent in eadem domo, & non in diuersis, nec diuisi.

Familiæ eiusdem appellatione, pro qua fornarius, vel molendinarius se obligauit, venit illa, quæ in eadem mansione, vel sub eadem claue viuit. Ita Boer. decis. 233. à num. 1. Familiæ appellatione in legato illi relicto, venit ille, qui testatori inseruiebat in officio custodis viridarij, & ipsius expensis viuebat, existens in eiusdem imperio. Vide Mandos. reg. 3. q. 19. à num. 1. & reg. 32. q. 10.

Familiaris. 355 *Familiaris* dicitur qui ex eadem familia est, & sumitur pro amico, qui nobiscum versatur, & diuturna consuetudine nobis ad strictus est quasi in eadem familia nobis coniunctus. Baldus in *Cap. In literis de testibus*, ponit discrimen inter domesticos, familiares, & attinentes, exponens in hunc modum: *Domestici.* *Domestici* dicuntur omnes, qui viuunt ad vnum panem, & ad vnum vinum, vt sic loquar (ait) grosso modo. *Authen. de monachis §. cogitandum.* Subscribit Felin. in *Cap. Insinuante, de offic. de leg.* affirmans domesticum dici illum, qui pro maiori parte cohabitat; addens domesticum in dubio præsumi de familia.

Familiares. Attinente. Familiaritas. *Familiares* dicuntur omnes, qui sunt sub alicuius imperio de iure, vel de facto *ff. de iurisd. om. iu. l. quæ iurisdictioni*. *Attinentes* autem dicuntur, qui possunt accusare tanquam prosequentes suorum iniuriam *l. 1. in fin. ff. de postul. & l. si fœmina C. ad Turpil.* *Familiaritas* est consuetudo ipsa, quæ datur inter familiares, & amicos; sumitur apud Iuristas pro similitudine §. *Adeo autem Instit. de locato.*

Familiarium. Commensales. 356 *Familiarium appellatione* verè continentur qui expēsis alterius viuunt, & morantur cum eo, indeque continui *Commensales* vocantur. *Cap. sicut nobis. de verb. sign. in 6.* Ita Card. Tusch. pract. concl. tom. 3. lit. F. conclus. 72. num. 1. idem dicit n. 30. de consanguineo, filio, & coniuncto: addit n. 37 dici familiarem, qui actualiter nec in seruitio domini est, nec viuit expensis illius, sed recessit reuersurus, & n. 41. dicit, quòd sufficit commensalitas, licèt sit extra domum, & quòd sufficit pars in pecunia, licèt non in speciebus. *Familiarium appellatione*, ad fideicommissum quod testator reliquit suis familiaribus, veniunt ii quos testator circa se, & sui cultus gratia tenebat continuos commensales domi suæ. *L. alimenta §. libertis ff. de alim. & cibar. legat.* Vbi cum multis Fusar. trac. de substit. q. 376. Etiam in odiosis, cum interdicitur Petrus cum familia, Henriq. in sum. lib. 13. c. 48. §. 5. ver. nomine, affirmat contineri omnes qui sunt de domo illius, & sub potestate paterna, ac dominatiua, putà seruos, & famulos in eadem domo viuentes, & eos qui expensis domini viuunt, etiam extra domum, quale v. g. Oeconomi, & alij officiales, qui veniant familiarium nomine, vt fruantur priuilegijs concessis regularium familiaribus, exponit latè Suar. tom. 4. de relig. tract. de Societ. lib. 9. cap. 6. num. 14.

Familiarium Papæ appellatione veniunt Cardinales iuxta Oldrad. consi. 48. quoad effectum reseruationis, veniunt Referendarij, Prothonotarij, Auditores Rotæ, Cubicularij, Secretarij, Milites S. Petri, & reliqui officiales R. Pontifici in palatio de seruientes, aut custodiam facientes, licet in eodem nec comederint, nec comedant. Ita Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 51. à num. 16. *Familiares. Papæ.*

Familiarium Episcopi appellatione apud Maiol. de irreg. lib. 4. c. 2. n. 5. ad ordines accipiendos, veniunt illi, qui per triennium cum Episcopo fuerint commorati, & præsentes inseruierint: nō tamen illi qui absunt, licèt sumptibus Episcopi vixerint ad formam Trid. sess. 23. de refor. cap. 9. Vide Barb. de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 5. n. 6. & n. 18. & Sanches in opusc. de or. dub. 20. num. 22. *Familiares. Episcopi.*

357 *Domus* propriè est ædificium ad habitandum quod ex tecto, & parietibus constat. In quo sensu iuxta Barthol. appellatione domus non comprehenduntur porticus, nisi fiat extensio vocabuli. Alij sentiunt contra ad *L. cætera ff. de leg. 1.* Vnde stante statuto quòd puniatur repertus noctu sine lumine extra domum, dicunt non comprehendi repertum sub porticu domus suæ. Accipitur domus tum à Latinis, tum à Iuristis aliquando pro familia, sic vocatur *Domus Sergia* Aen. 5. aliquando pro tota gente, seu integra natione, sic dicitur domus *Asserici* Aen. Aliquando pro patria Aen. 3. *Da propriam Tymbræe domum.* *Domus appellatione* venit agnatio, & parentela testatoris, itaut domo vocata ad fideicommissum, veniant qui sunt de agnatione, & familia. vt latè probat Socin. Iun. consi. 94 n 9 lib. 1. & consi. 103 n. 2. In dispositione tamen testatoris non veniūt odiosi ipsi testatori, vt tenet Card. Tusch. pract. concl. tom. 2. lit. D. concl 618. n. 3. & to. 6. lit. P. concl. 891. n. 2. vbi notat quòd si testator vocet omnes de domo sua, intelligitur de agnatione, non de domo habitationis vsq; ad decimum gradum. *Domus. Domus pro familia.*

Domus seu illorum de domo appellatione, veniunt fœminæ, nisi obstet voluntas testatoris deprehensa in oppositum. Ita Menoch. de præsum. lib. 4. præsum. 89. n. 12. Veniunt item omnes ferentes eadem insignia, præsertim in dispositione, quæ respicit nobilitatem: vnde non veniunt naturales, nec eorum filij, nisi ex consuetudine illis concedatur ferre arma, & insignia familiæ, sicut in Hispania: quia tunc dicentur de domo, vt affirmat Socin. sen. consi. 102. n. 8 lib. 3. Domus totius, & progeniei appellatione venit non solum familia originaria, sed etiam aggregata, omnes scilicet eadem insignia, & nomen deferentes. Ita Steph. Gratian. discep. forens. to. 4. c. 645. n. 6. & Anchar. consi. 152. n. 4. nam additione illius vocis (totius) vniuersa familia vocatur. *Domus appellatio. Progeniei appel.*

358 *Domestici* ex vi nominis, seu Latinè significatio- *Domestici.*

ficationis, sunt qui spectant ad eandem domum, vel qui in eadem domo versantur, & nobiscum habitant. In iure autem (vt tenet Syluester v. familiaris num. 2.) Domestici sunt, quibus ratione patriæ potestatis, vel Dominicæ imperari potest. Vide Glos. in *L. præsenti §. Sanè C. de his qui ad Eccles. confu.* Familiares domestici intelliguntur omnes, qui expensis alicuius commensales continuè existunt, etiam si aliquando abesse contingat pro eius negotijs gerendis. *Cap. fin. de verb. sign. in 6.* *Commensales.* *Commensales* sunt qui participant ab eadem mensa. Videquæ diximus num. 355. & 356.

Domesticorum appellatione. Quare *Domesticorum appellatione* propriè veniunt illi, qui subsunt ratione patriæ, vel dominicæ potestatis, & qui habitant cum aliquo, vel aliquo modo sunt subiecti; vt mercenarij, vel similes. Ita Mascard. de probat. concl. 533. Domesticorum appellatione, vbi testator eos substituit, continentur illi qui sunt de familia. Ita cum multis Fusar. de substit. q. 375.

Casata. Casalis appel. Casatæ appel. 359 Cum prædictis habet similitudinem vox *Casata*, vel *Casalis*, quæ videtur deduci à *casa*, domo humili, & rustica: & significat id quod vulgo dicimus *Caçal*. Igitur *Casatæ, vel casalis appellatione*, ad fideicommissum veniunt qui sunt de domo, & agnatione. Imola in *L. ex facto §. siquis rogatus n. 10. ff. ad Treu.* Paris. vers. 35. & Socin. cons. 94. num. 7. lib. 1. Casatæ appellatione naturales non veniunt, nec eorum filij. Tiraq. de nobil. cap. 15. num. 12. & Peregr. de fideicom. art. 22. num. 83. qui num. 84. intelligit maximè quando habita fuisset ratio nobilitatis.

Nam *casata* accipitur pro agnatione, & naturales non dicuntur de agnatione, vt docet Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 20. Deinde naturales, & spurij nec patrum, nec matrum nobilitatem habent, vt dixit Tiraq. citatus num. 10. In Hispania verò naturales sunt ex casata, domo, & agnatione patris, ex notoria, & peculiari consuetudine admittente eos ad insignia, nomen, arma, honores, & nobilitatem patris, vt tenet Nicol. Garcia de benef. p. 7. cap. 15. nu. 49. Casatæ appellatione veniunt fœminæ, nisi dentur coniecturæ in oppositum. Ita Sim. Prætor. cons. 195. & multi, quos citant, ac sequuntur Honded. cons. 56. n. 31. lib. 2. & Fusar. de substit q. 360. num. 9.

SECTIO II.

De marito, & vxore.

Coniuges. 360 Coniuges à verbo *Coniugo*. quod significat in vnum iugum iungere, dicuntur, authore Festo, eiusdem iugi pares. Vnde vox *coniux* communis est ad significandum tum maritum, tum vxorem. *Vir* apud Latinos multiplicem habet significatum respectiuè. *Vir.* Nam dicitur vir modò respectu ætatis ille, qui iuuentutem excessit: modò respectu sexus, & est idem quod mas: modò respectu coniugij, & est idem quod maritus. In iure quanuis hoc nomen *Vir* referatur ad omnes masculos cuiuscumque ætatis, & si non duxerit vxorem, vt notat Bart. in *l. seruus ff. de leg. 3.* tamen vir, & vxor illi dicuntur, qui matrimonium contraxerunt per verba de præsenti.

Maritus est idem atq; vir vxoris, & nomen deductum à mas maris. *Maritus. Mariti appel.* *Mariti appellatione* in materia fauorabili venit sponsus de futuro: secùs in materia odiosa. Ita Sanch. lib. 1. de Mat. d. 1. num. 2. Qui num. 4. rectè exponit quæ sit fauorabilis, & quæ odiosa materia. Quanuis verò Gutier. de iuram. confir. par. 1. cap. 51. num. 2. cum alijs dicat omnia iura loquentia de matrimonio, vel de marito, vel de vxore, esse accipienda quando matrimonium per verba de præsenti contractum est, quanuis copula secuta non sit, tamen authore Sanch. citato num. 2. & 3. distinguente triplicem materiam, scilicet odiosam, indifferentem, & fauorabilem, si sit odiosa, nomine mariti, vel vxoris, vel matrimonij, non veniunt sponsalia contracta per verba de præsenti, nec sponsi ipsi de præsenti ante consummationem: si sit indifferens, veniunt qui contraxerunt per verba de præsenti, siue consummauerint matrimonium, siue non: at non veniunt sponsi de futuro: si sit fauorabilis, veniunt etiam sponsa, & sponsus de futuro.

361 *Fæmina*, quæ à fœtu, vel iuxta quosdam à fœminis mollitie nuncupatur, est generale nomen complectens in omni genere animalium ea, quæ cum maribus coeunt, & grauidantur: *Fæmina.* vsitatiùs tamen accipitur in genere humano pro quacumq; muliere. Et quidem notatu dignum est quòd in *L. 2. C. de his qui ven. ætat. imp.* Fæmina in minori ætate quàm masculus veniam ætatis impetrare potest. Rationem ibi subdit. Glos. tum quia fœmina, cum sit mala herba, citò crescit: tum quia cum sit debilius animal, & breuioris vitæ, citiùs perficitur. Nam compertum est ea animalia quæ citiùs deficiunt, citiùs perfici.

Arescusa vel, vt alij mendosè legunt, *Arethusa* celebre est fœminarum nomen in libris Digestorum. *Arescusa. Vxor. Vxor.* *Vxor* est fæmina in matrimonium viro tradita: dicitur quasi *vnxor* ab vngendo: cum enim puella nuberet, & mariti domum intraret, axunxia postes vngebat, credens per hoc mala omnia ab ea domo arceri. Seruius in comm. ad lib. 4. Aen. Mos fuerat (inquit) vt nubentes puellæ simul cum venissent ad limen mariti, postes ante quàm ingrederentur, ornarent laneis vittis,

vittis, & oleo vngerent: & inde vxores dictę sunt, quasi vnxores.

Vxor iusta. Vxor iusta, teste Alciat. lib. 4. Parad. dicitur quæ verè vxor, & per quam solemniter ducta est: non quæ simplici sponsione vxor est, tamentsi legitima sit *L. si vxor ff. de adult.* Vxor confarreatione apud Nibriss. v. eodem est vxor sacerdotis: nam *Confarreatio* erat in matrimonio genus sacrificij inter virum, & vxorem pro signo firmissimæ coniunctionis: sicut *Diffarreatio* in diuortio erat simile, quo coniuges dissociabantur: & vtrumq; solis sacerdotibus nubentibus in vsu fuit. *Confarreatio. Diffarreatio.*

362 *Vxoris appellatione*, si attendatur nominis proprietas, venit illa, quæ contraxit matrimonium per verba de præsenti, vt cum multis tradunt Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 6. num. 44. & Tiraq. de leg. Connub. gl. 2. num. 1. & 18. Item venit vxor de præsenti, non verò, quæ fuit etiamsi vidua adhuc persistat. Vnde apud Card. Tusch. pract. concl. tom. 8. lit. V. concl 204. num. 10. in statuto de vxoribus rebellium non venit vxor vidua eius, qui mortuus est rebellis. In statuto prohibente legari vxori, contineri etiam sponsam de præsenti, tenet Cancer Vari. resol. p. 3. c. 11. de sponsalibus à num. 115. *Vxoris appel.*

An legatum relictum à viro vxori, sine expressione proprij nominis, debeatur secundæ, quam post testamentum priori defuncta duxit? Sanches lib. 7. matr. disput. 91. num. 59. sic resoluit. Si testator coniugatus erat tempore testamenti, intelligitur id legatum de sola vxore præsenti: si non coniugatus, debetur cuicumque vxori, quam tempore mortis testator habebat. Vt verò planè intelligatur, quid veniat appellatione vxoris, attendenda est triplex materia, nempe odiosa, fauorabilis, & indifferens iuxta ea, quæ resoluimus supra num. 360. Quibus addo ex Suario de cens. d 22. sec. 1. num. 36. & Sanch. lib. 1. Matr. d. 1. num. 6. nomine vxoris in *Cap. si verò de senten. excom.* vbi dicitur non incurrere excommunicationem, qui percusserit clericum turpiter inuentum cum vxore, intelligi etiam sponsam de præsenti, ante consummationem matrimonij, non tamen sponsam de futuro. Ibidem num. 5. docet Sanch. quando statutum est, vt vxore absq; liberis decedente, vir partem dotis lucretur, si sponsa de præsenti non dum cognita obeat, virum eam dotis partem minimè lucrari. Est enim materia odiosa, cum sponsa sine causa eam dotis partem amittat.

Desponsata. 363 Inter desponsatam, & nuptam Azor. p. 2. lib. cap. 17. q. 12. ponit discrimen, vt explicet cur Euangelista Lucas cap. 1. dixerit B. Virginem desponsatam viro, & non dixerit nuptam, cum certum sit inter B. Virginem, & S. Iosephum extitisse matrimonium ratum, proindeq; verum coniugium: dicit igitur id fecisse Euangelistam consultò vt indicaret non fuisse consummatum matrimonium inter eos: quanuis enim *Despondere* dicatur de sponsa, cum promittitur alicui futura coniux: *nubere* uerò dicatur de illa, cum iam sit alicuius coniux: tamen sponsæ, & desponsatę nomen retinetur, quandiu matrimonium non consummatur. *Despõdere. Nubere.*

In rigore *Sponsus*, & *Sponsa* sunt qui inter se de futuris nuptijs promittunt per uerba de futuro *L. 3. ff. de sponsa.* Dicitur etiam sponsa illa, quam pater spondet alicui futuram sponsam, uel uxorem *L. 2. ff. eodem tit.* Vnde quando est dubium de intentione, & exprimitur uox (sponsa) censentur sponsalia: matrimonium uerò quando exprimitur uox (uxor) teste Francisco Aretino cons. 13. num. 5. Nam *sponsæ appellatione*, quoties de ea fit mentio in aliqua lege, uel quauis dispositione, uenit sola sponsa de futuro, nisi aliud suadeat frequens loquendi usus, aut intentio illius, qui uel legem tulit, uel testamentum condidit, uel contractum iniuit. Ita Butrio in rub. de spons. n. 4. Seraph decis. 519. num. 1. & Paris. cons. 62. col. 3. uol. 4. *Sponsus, & Sponsa. Sponsa appellatio.*

Matrona uocatur, quæ iam nupsit, quasi in matrimonium collocata, & mater spe, apud Gellium lib. 18. cap 6. *Matrona.*

Mulier est fæmina sic dicta à mollitie mentis iuxta Varronem. *Mulieris appellatione* quanuis propriè ueniat corrupta. *L. alioquin ff. de contrah. empti.* Vbi Vlpian. sic: *Quod si* (inquit) *ego me Virginem emere putarem, cum esset mulier, emptio non valebit*. Tamen non impropriè etiam continetur uirgo uiripotens *L. mulieris ff. de verb. signif.* imò continentur omnes, quæ sunt fæminei sexus. *L. argumento §. muliebri ff. de aur. & arg. leg.* Facit Plin. lib. 10. cap. 64. ubi pro fæmina in brutis mulierem dixit. *Mulier. Mulieris appellatio. Mulier in brutis fæmina.*

SECTIO III.

De parentibus.

364 PArens est nomen generis communis, quo significatur non solum Pater, & mater, sed auus, & proauus, auia, & proauia, & omnes superiores usque ad tritauos. Vltra hos, qui non habent speciale nomen, *Maiores* uocantur. *Parentum* igitur *appellatione* propriè ueniunt omnes utriusque sexus ascendentes usq; ad tritauum. *L. Iurisconsultus §. Parentes ff. de gradibus & L. 4. §. parentes ff. de in ius vocando.* Apud Peregrinum de fideicom. art. 22. num. 31. & Fusar. de substit. q. 365. num. 5. At secundùm communem usum loquendi ueniunt omnes, quæ sunt de eadem familia, & agnatione, ut defendunt Tiraq. de tetract. lig. §. 1. glos. 8. num. 1. & Menoch. de præsum. lib. 4. præsum. 88. num. 18. Venire naturales, qui sunt de parentela, *Parens. Maiores. Parentum appel.*

tenet

tenet Pereg. de fideicom. art.22. num.89. vbi excludit spurios,& declarat admitti naturales, quando non extant legitimi.

Idem author cons.52. num.12. cum seq.lib. 4. affirmat parentum appellatione venire legitimos etiam per rescriptum. Venire etiam fæminas tradit Steph. Gratian. discept. forens. tom.2.cap.332. num. 20. & 21. vbi limitat, vt non veniat mater in materia non congruente mulieribus. *Appellatione parentum* in ordine ad obseruandum quartum Decalogi præceptum. *Honora patrem tuum, & matrem; tuam* affirmat Azor p. 2. lib. 2. cap. 1. q. 1. intelligi præcipuè eos, qui nos genuerunt, vel sunt nobis aliqua cognatione coniuncti: item Ecclesiæ præsides, pastores, sacerdotes: deinde ciuiles magistratus, & illos, quorum procurationi, fidei probitati, sapientiæ, & curæ tradimur, quales sunt tutores, curatores pædagogi, & magistri: tandem ætate prouectos.

Pater. Genitor. Geno progigno. 365 *Pater* iuxta Varronem lib.4. de lingua latina dicitur à Patefaciendo semine, & qui aliquem genuit; vnde etiam *Genitor* appellatur, à verbo *Geno* quod pro *Gigno* vsurpat Vlpian. *L.* 17. §. 1. *ff. de leg.* 1. In iure genitores nostri dicuntur nostri maiores *Authen. de man. princ.* §. 1. Pater est nomen religionis: vnde apud veteres Dij omnes dicebantur patres. Est etiam nomen reuerentiæ; vnde Romulus centum senatores, quos ad coram reipublicæ elegit, honoris gratia Patres vocauit. Pater in iure est ille, quem nuptiæ designant, idest præsumunt esse, vt dicit Azo. in sum. *C. de in ius vocan.* Qui pater est, & adhuc patrem viuentem habet, *Paterpatrimus* nuncupatur. *Patris appellatione* venit auus paternus *L. iusta ff. de verb. signif.* Surdus de alimniat vbicumq; de odio agitur. Nam *L. lege § hoc capite ff. de ritu nup.* vbi prohibetur matrimonium cum illa, cuius pater exercuit artem ludicram, si pater non non exercet illam artem, sed auus, minimè continetur. De quo, & alijs similibus consule Molin. de iust. tract.2. disp.658. §. Dubium circa superius. Decian. in tract. de crimin. lib.7. c. 41. num. 7. & Couar. 2. Variar. cap.8. num.2.

Paterpatrimus. Patris appellatio.

Pater familias. *Pater familias* dicitur, qui primus est, & imperium habet in familiam: seu qui sui iuris, & potestatis est propriè, cuiuscunque sit ætatis. Addit Syluest. v. Collegium num. 1. Licèt filios non habeat. *L. pronunciamus ff. de verb. sign.* Vt intelligatur quis sit *Fiduciarius pater*, ille fiduciarius dicitur, in quem simulatè aliquid ad tempus ea lege alienatur, vt vel nobis ipsis, vel ei, quem nominamus, restituat hinc *Fiduciarius pater* dicitur is à Caio in *Instit.* cui pater vetus filium suum simulatò mancipat.

Fiduciarius pater.

Parricida. Patricida. 366 Vt magis innotescat quousq; extendatur Patris nomen, *Patricida*, seu *Parricida* ille dicitur propriè, qui interimit parentem, scilicet patrem, aut matrem *L. si quis C. de his qui parentes aut liberos occiderunt.* At teste Azorio p.2. lib.2. cap. 25. q. 1. Parricida dicitur etiam is, qui filium, aut quenuis alium propinquum occidit: item patriæ oppressor, aut proditor; deinde principis interfector. Hæc magis exprimit Syluest. v. Patricida in hunc modum: Lex (inquit) puniens patricidas locum habet in ascendentibus, & descendentibus in infinitum: in vxore, viro, nutu, genero, vitrico, socero, patruo, auunculo, amita, consobrina, patruele, patrono, nouerca, sponsa, patre, ac matre sponsi, vel sponsæ: quod intellige etiam si prædicta fæmina personas coniunctas occiderit, vel ab eis occidatur. Vide Mol. tom.4. de iust. disp.26. à n.2.

Patria potestas iure ciuili Romanorum introducta fuit. *Instit. de patria potest.* §. *ius autem*: de illa præter hunc, extat in Codice titulus 47. *lib.8.* & *in Digestis lib.* 1. *titulus* 6. *de ijs, qui sui, vel alieni iuris sunt.* Est igitur patria potestas ius, quod vendicat pater in filios natos ex iustis, ac legitimis nuptijs, ita vt filius sic natus non maneat persona sui iuris, sed alterius. Hanc potestatem leges appellant, sacram, nexu, & vinculo diuino copulatam *L. Cum in adoptiuis C. de adoption.* Hinc oritur vsitatus modus loquendi Iuristarum. *In sacris paternis* esse filium, pro in patris esse potestate, quæ sacra est. *L. vlt. C. de bonis mater.* Vide Pinellum in Rub. p. 2. num. 4. C. de bonis mater. *Patria potestas. Sacra potestas.* *In sacris paternis.*

367 *Mater* est eadem atq; *genitrix*, seu quæ genuit. *Mater familias* dicitur, quæ est notæ authoritatis, & honestatis in domo sua, siue sit nupta, siue vidua, siue ingenua, siue libertina: vnde nec nuptiæ, nec natales faciunt matrem fam. sed boni mores. Vlpian. *L. pronunciamus ff. de verb. sign.* Distinguitur Matrona à matre familias, quòd mater familias dicatur, quæ per coemptionem in manum, mancipiumq; viri conuenit, & in sui hæredis locum: viroq; intestato, ueluti filia succedit. *Mater genitrix. Mater familias.*

Matrona autem, quæ & uxor usu dicebatur, quæ in lecti tantum consortium ueniebat, non etiam bonorum. Vide Calepin. v. Matrona. *Mater matrima* illa dicitur, quæ cum mater sit, adhuc habet matrem uiuentem. *Matris appellatione* non continetur auia in odiosis *L. lege Iulia* §. 1. *ff. de ritu nup.* apud Angel. ad leg. Miliorar. l. 1. Glos. 1. num. 2. Quoties uerò ponderatur naturalis affectio, matris appellatione comprehenditur auia: nam procedunt per eandem rationem. *L. iusta ff. de verb. sign.* Vnde statutum excludens matrem, excludere etiam auiam maternam, refer. Surdus de alimen. tit. 6. q.8. num.14.& Card. Tusch. pract. concl. tom.5. lit.M. concl. 108. à num.1. *Matrona. Mater matrima. Matris appellatio.*

368 Cum dixerimus sect. 2. de marito, & uxore, qui in familia ad procreandam, & multiplicandam sobolem ordinantur: cumq; in hac sect. 3. eosdem exposuerimus quà parentes,

tes, consonum erit apponere, quàm latè diffundantur, quantumque suo significatu comprehendant hæ dictiones, generatio, Linea generationis, Progenies, Proles, Prosapia, sanguis, semen, & soboles.

Generatio. Generare.

Generatio deducitur à verbo *Genero* quod est gignere, producere, & propriè de maribus dicitur. Quamuis igitur generatio philosophicè definiatur. Est mutatio à priuatione formæ ad formam in materia: tamen iuridicè accipitur pro genere quod est principium vniuscuiusque productionis, vel ab eo, qui genuit, vel à loco, in quo quis genitus est.

Generationis appellatio.

Generationis seu *generis appellatione* veniunt Descendentes *L. liberorum ff. de verb. sign.* Menoch. cons. 957. num. 4. & Fusar. de substit. q. 329. num. 1. Vtrum verò contineantur solum descendentes ex linea masculina, an etiam ex fæmina, v. g. aui materni nepos ex fæmina, & ab ea descendentes?

Fæminæ ad genus.

Pro vtraque parte multis adductis Barbosa tract. de appell. verb. appel. 108. num. 3. sic difficultatem resoluit, vt quando leges nuncupatim loquuntur de pœna, seu priuilegio immunitatis, appellatione generationis non veniant fæminæ. Addit Card. Tusch. tom. 4. ad lit. G. concl. 38. num. 9. quòd etiam non veniant fæminæ, vbi agetetur de dignitatibus, & honoribus.

Nihilominus vox (*generatio*) aptà de se est comprehendere fæminas. Vnde si alicui sit concessa emphyteusis vsq; ad tertiam generationem, nulla dubitatio est (inquit Mantica de coniect. lib. 22. tit. 15. num. 14. quin etiam fæminæ, & masculi descendentes ab eis comprehendantur. Generationis appellatione venire agnatos, & generationis masculinæ appellatione non venire fæminas, tradit Fusar, de substit. q. 329. num. 5. & 7.

Generis appel.

Generis appellatione contineri paternum, & maternum, sumitur ex *L. neque Dorotheum C. de decurion. lib.* 10. & tenet Mantica citatus lib. 23. tit. 17. num. 12. nisi subiecta materia aliud postulauerit, vt feudo concesso generi, quod ad paternum extenditur

Lineæ appellatio.

Lineæ generationis appellatione qui veniant, & quomodo, latè prosequitur Barbos. de appell. verb. Ap. 135.

Progenies. Progenitor. Progeniei appellatio.

369 *Progenies* dicitur à progignendo, seu generationem producendo, quasi porro genita, & est genus, seu familia. *Progenitor* apud Ouidium 11. Met. propriè significat auum. *Progeniei appellatione* propriè venire descendentes, & hos comprehendi vsq; ad decimum gradum, tradunt Dec. cons. 321. & Cephal. cons. 137. num. 2. Progeniei appellatione impropriè transuersales includi, præcipuè, quando sciebat testator non posse verificari de descendentibus, tradunt varij, quos refert Fusar. de substit. q. 335. num. 2. *Progeniei appellatione* venire fæminas, & descendentes ab eis, docet Cephal. cons. 511. num. 26. vbi dicit fallere, quando testator voluit consulere agnationi.

Proles.

Proles apud Latinos est idem ad progenies: in iure propriè ea dicitur, quæ est ex iustis, seu legitimis nuptijs. Authen. de nup. in princ.

Prolis appellatiò.

Prolis appellatione solùm contineri descendentes, & si dicatur de prole patris, solum contineri genitos ex patre, tradit Tusch. pract. concl. tom. 6. lit. P. concl. 907. num. 1. Prolis appellatione venire transuersales, si testator vocasset omnes de prole, quando non extarent descendentes, docet Peregrin. de fideic. 21. 22. num. 23. *Prolis appellatione*, vbi testator illam substituit, continentur illi, qui veniunt appellatione liberorum. Ita cum multis Fusar. de substit. q. 336. num. 1. & Decian. cons. 495. num 6. ubi addit uenire tam masculos, quàm fæminas, & quidem omnem descendentem in infinitum.

Prosapia. Prosupare. Prosuperare.

370 *Prosapia* est generis longitudo, seu progenies antiqua, à *prosupando*, idest iaciendo, quasi porro sparsis, & quasi iactis liberis: vel iuxta alios à prosuperando, quòd liberi prosuperent, idest superfint. *Prosapiæ* appellatione veniunt qui sunt de familia, & generatione *L. Cum satis, & L. ne diutius C. de agrico. & cons. lib.* 11. & Paris. cons. 51. 01. 11. & Carpan. ad Consuet. & stat. Mediolanens. cap. 414. à num. 38. Vnde Tiraq. de nobil. cap. 15. num. 12. dicit illegitimè natos non dici de prosapia.

Prosapiæ appellatio.

Prosapiæ appellatione venire fæminas, & ab eis descendantes, tradit Simon. de Pretis de interp. vlt. volunt. fol. 293. n. 66.

Sanguis. Cruor. Sanies. Tabo. Sanguinis appellatio.

Sanguis est humor rubicundus intra venas: *Cruor* est humor idem extra uenas fusus: *Sanies* est sanguis corruptus, quod nomen à *Tabo* quidam sic distinguunt, ut illud de mortuo, hoc de viuo dicatur. Sumitur *Sanguis* pro progenie. Vnde illud Aen. 2. *Hortamur fari, quo sanguine cretus*. Quare ubi nocantur de sanguine, sanguinis appellatione uenire descendentes, affirmat. Fusar. de substit. q. 331. num. 1. addens num. 2. esse de sanguine illos qui sunt de genere, & sic solos agnatos, non cognatos iuxta communem usum loquendi: datis uerò casibus, in quibus ex coniecturis uenirent etiam cognati, his præferendos esse agnatos.

Semen. Seminis appellatio.

371 *Semen* dicitur quasi *Serimen* à sero, is, quòd est semino. Per translationem ponitur pro authore alicuius rei, à quo quid ortum est: item pro genere. *Seminis appellatione* ueniunt descendentes in infinitum. *l. 1. C. de condit. insertis*. de quo Cephal. cons. 664. num. 25. Venire naturales, quando dispositio in legitimis uerificari non potest, asserit Surdus cons. 276. num. 6. qui cons. 279. n. 12. apud Fusar. de sust. q. 332. num. 3. dicit uenire

uenire transuersales, quando dispositio uerificari nequit de transcendentibus.

Soboles. Olesco. Sobolis appellatio. *Soboles* est successio per generationem dicta ab *olescendo*, idest crescendo. *Sobolis appellatione* comprehenduntur non solum filij, sed etiam nepotes, pronepotes, & descendentes omnes. *Authen. quibus modis naturales efficiantur sui §. Si quis autem*, de quo latè Rustic. in *L. cum auus lib.2.cap.6. num.14. ff. de condit. & demonstr.* qui num. 15. addit venire etiam fœminas, & ab eis descendentes. Quanuis sobolis appellatione (inquit Barb. Appell. 244.) propriè veniant solum nati ex iustis nuptijs, tamen naturales comprehenduntur, vt videtur deduci ex textu in *L. 2. C. de infantib. exposit.*

SECTIO IV.

De Filijs.

Filius. Philia. 372 **F**ilius apud Latinos est idem atque natus, seu genitus, & iuxta aliquos dicitur à voce Græca *Philia*, quæ est amicitia, seu amor. quòd omnium cõstantissimus amor fit parentum in filios. Filius in iure est is, quem nuptiæ demonstrant *L. quia mater ff. de in ius vocan.* Demonstratur etiam per confessionem patris, & matris *Cap. transmissæ, qui filij sint legitimi*. Item per affectum 2. q. 6. *ad Romanam*.

Filiorum diuisio. Filius est multiplex: nam absolutè, seu in genere acceptus diuiditur in legitimum, & illegitimum. Legitimus (teste Syluestro v. filius num. 1.) est triplex, nempe legitimus naturalis, legitimus non naturalis, & legitimus spiritualis. *Legitimus & quotuplex.* *Legitimus naturalis* (vt videre est apud Molin. de iust. tract. 2. disp. 165.) dicitur qui ex legitimo genitus est matrimonio: item qui ex matrimonio in Ecclesiæ facie cum bona fide, saltem ex parte alterius coniugis celebrato est genitus: esto matrimonium propter occultum impedimentum fuerit nullum. Cap. ex tenore, qui filij sint legitimi, & cap. 2. eod. tit. nec obstabit quòd alter coniux impedimenti sit conscius.

Ciuilis filius. Spiritualis filius. *Legitimus non naturalis* est ille, qui dicitur filius ciuilis tantum, nempe ex sola legis institutione, qualis adoptatus, & arrogatus de quibus infra. *Legitimus spiritualis* est susceptus ex Baptismo, vel confirmatione, & generaliter omnis in spiritualibus subditus: sic omnis Christianus est filius Papæ. omnis diœcesi filius Episcopi, & omnis de parochia curati 30. q. 1. *annes*.

Illegitimus quotuplex. Naturalis filius. 373 *Illegitimus*, seu non legitimus in genere est duplex, alter naturalis tantum, alter naturalis spurius. *Naturalis tantum* est qui nascitur ex coitu ciuili lege non probato, sed nec reprobato, nempe inter solutum, & solutam, sine vllo impedimento ad matrimonium. Est tamen discrimen inter ius Cæsareum, & Canonicum in explicatione, seu definitione naturalium. Naturales enim in iure Cæsareo illi soli dicebantur, qui ex vnica concubina domi retenta ab eo gignebantur, inter quem, & talem concubinam tempore conceptionis, aut natiuitatis nullum erat impedimentum ad legitimè nubendum. *Authen. Quibus modis §. siquis autem defunctus*.

At ius canonicum, vt ex Panorm. & Couar. tradit Molin. tract. 2. disp. 165. §. *illud vero*, ad veram rationem filiorum naturalium nihil aliud requirit, nisi quòd sint geniti ex patentibus, inter quos tempore conceptionis, aut natiuitatis talium filiorum nullum sit impedimentum, quo redderetur irritum matrimonium. *Naturalis Spurius* est, qui nascitur ex concubitu lege non probato, sed reprobato: putà cum consanguinea, vel adultera. Vide Syluestrum v. Filij n. 1. *Naturalis spurius.*

374 Ad hoc duplex genus illegitimorum reuocantur, vel sub illo tanquam species collocantur Spurij, Manzeres, Nothi, vulgo concepti, aut quæsiti. *Spurij* quanuis interdum dicantur qui incertum patrem habent, quales nati ex ea, quæ multis promiscuè copulatur. §. *Si aduersus Instit. de nupt.* tamen in rigore sunt nati ex concubitu aliqua certa humanæ legis pœna damnato, qualis est incestus, adulterium, stuprum, & sacrilegium. *Spurij. Concubitus damnatus.*

Manzeres inter spurios potiùs quàm naturales recensentur, & sunt dicti quasi alieni, & extranei, vtpote nati non ex legitima vxore, sed ex Scorto, seu meretrice, vel alia fœmina, quæ passim viros admittit. Vox *Manzer* in iure Canonico *Cap. Nisi cum pridem de renunciat.* reperitur, & Hebraica est, atque habetur Deutor. 23. *Nothi* iuxta Isidorum lib. 11. Etymol. sunt qui ex matre ignobili, patre verò illustri nati sunt. A Ripa in *L. ex facto §. siquis rogatus ff. ad senatus cons. Trebel. num.* 5. dicuntur nati ex fœmina, quæ in domo viri non habitat, & cum alijs viris passim commiscetur. *Manzeres. Nothi.*

Propriè dicuntur *nothi* (vt aiunt Ioan. Andr. & Glos. in *Cap. Cum pridem §. Personæ, de renunciat.*) nati ex vxore, quæ legitima non est, & adulterini vocantur. Nothus enim vox Græca est, quæ licèt authore Quintiliano lib. 3. cap. 8. non dum Latinum nomen correspondens inuenerit, tamen sonat non legitimum, non verum. *Vulgo concepti aut quæsiti*; apud Modestinum in *L. vulgo ff. de statu hom.* dicuntur qui patrem ostendere non possunt, ex eo quòd nullum habeant patrem certum, vel si possunt ostendere, eum habent, quem secundùm leges habere non licet: proindeq; inter spurios recensentur, teste Azorio p. 2. lib. 2. c. 8. *Vulgo conceptis & quæsit.*

375 Cum prædictis numerari potest *natus ex complexu nefario*, & quidem dicitur natus ex congressu viri, & fœminæ, qui aliqua legis humanæ pæna mulctatur. *Instit. de public. iudi-* *Natus ex complexu nefario.*

cijs

Complexus nefarius. *Hybrida. Hybris.*

eijs §. Item lex Iulia. Complexus nefarios,seu *damnatos concubitus*, scilicet adulterium, incestum, & alios in particulari numerat, & exponit Azor citatus quæst. 5. *Hybris, idos*, seu *Hybridaa*, alij simpliciter scribunt *Ibrida* iuxta Alex. Scot. V. eod. dicitur natus de scorto. Propriè tamen dicitur sus imparibus prognata parentibus, nempe altero fero, & altero domestico: hinc transfertur ad significandum quodcumq; animal, etiam hominem natum ex parentibus diuersæ rationis. Sueton. in Augusto Themasinum quendam Epicardum vocat Hybridam, quod natus esset ex patre Parthico, & matre Romana.

Posthumus. *Posthumus* componitur ex Post, & humus, & dicitur qui post mortem parentis natus est, quasi post humatum parentem. In iure vocatur Posthumus tum qui post mortem natus, tum qui post testamentum, ante mortem, & alijs modis, de quibus Glos. ad rub. *C. de posth.* Quare *posthumi appellatione* non solum venit is, qui est natus post mortem patris, sed etiam ille qui post testamentum etiam ante mortem *L. placet ff. de liber. & Posthum.*, de quo latè Rebuff. ad *L. nomen 164.* in prin. *ff. de verb. signif.* pag. 566. & Surd. cons. 55. à num. 1. Cum posthumum quis instituit in hunc modum: *Si me viuo nascetur*, docet Menoch. cons. 171. num. 16. & cons. 326. num. 7. non intelligi institutum illum posthumum, qui mortuo testatore nascatur. *Posthumi appel.*

Filiorum appellatione.

376 *Filiorum appellatione* non venit posthumus nisi ex coniecturis appareat testatorem de eo sensisse *L. qui filiabus ff. delegat.* 1. Peregrin. de fideicom. art. 22. num. 11. & Alex. cons. 37. Viso themate in fine n. 19. vers. vltimo non obstat, lib. 6. vbi declarat vt procedat in dispositione de præsenti: secùs si de futuro. In tutelis nomine filiorum venit posthumus, vt tenet Fusar. de substit. q. 318. num. 16. ad finem. In fideicommisso puro, vel in diem certam relicto. venit solum natus tempore testamenti, vel mortis testatoris, non autem post, vt cum multis probat, & quadrupliciter limitat Barbosa tract. de appel. appel. 99. à n. 3. *Nepotes pro filijs.*

Filiorum appellatione in fideicommisso relicto in diem, vel sub conditione, veniunt nati etiam post mortem testatoris, dummodò intra tempus purificatæ conditionis nascantur. Ita Alciat. cons. 32. num. 13. Molin. de primog. lib. 3. cap. 6. num. 49 & Mantica de coniect. lib. 8. tit. 12. num. 14. Filiorum, & hæredum appellatione veniunt filij etiam non hæredes, teste Fusar. citato quæst. 360. à num. 17. *Filiorum appellatione* quando veniant soli legitimi, quando naturales, & spurij, latè tractat Barbosa citatus à num. 13. quando veniant fæminæ à num. 48. quando veniant adoptiui, arrogati, & spirituales à num. 75. quando veniant nepotes à num. 82. quando veniat monasterium à n. 117.

377 Nullum fere discrimen inuenio inter has voces *Filij liberi, nati, Liberorum appellatione* nepotes ex filijs, ac omnes descendentes tam masculi, quàm fæminæ continentur *L. liberor. ff. de verb. sign. l. officiales C. de Episc. & cleric.* apud Sanch in Decal. tom. 2. lib. 7. c. 9. num. 13. & Thuscum pract. concl. tom. 5. lit. L. concl. 337. Imò nepotem ex filia contineri, tradit Roman. cons. 148. col. 1. Liberorum appellatione venire omnes descendentes in infinitum tradit cum multis Barbosa appel. 130. à num. 4. vbi decem limitationes ponit. *Liberor. appel.*

Natorum appellatione venit qui in vtero est, vbi agitur de eius commodo *L. qui in vtero ff. de statu homin.* & natus quandoq; pro nascituro sumitur. *L. 1. §. sed si seruus ff. de ventre inspicien.* Rebuff. ad L. nator. appellatio de verb. sign. vers. natus tamen per *L. quod dicitur ff. de liber. & posth.* Vbi ait natum dici, qui cæso matris vtero viuus nascitur. Quoad remissionem tutelæ ob multitudinem filiorum, & reliqua ciuilia munera, non continetur ille, qui in ventre est L. 2. §. qui autem in ventre ff. de excusat. tutor. *Natorum appel.*

378 *Naturalium filiorum appellatione*, qui veniant attento vtroque iure, constabit ex dictis num. 373. & ex Menoch. de præsum. lib. 6. præsum. 54. num. 4. Mascard. de probat. concl. 341. Surd. de alim. tit. 1. q. 9. a num. 9. Molin. de iust. tract. 2. disp. 165. & 172. quibus adde Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 7. n. 19. Vbi asserit naturalem dici conceptum ex consanguineis ante obtentam dispensationem, si post eam expeditam natus sit. *Naturaliũ appel.*

Spuriorum appellatione latè sumpto vocabulo venit ille, qui patrem certum non habet. Ita Card. Tusch. pract. concl. concl. 7. lit. S. conclus. 409. num. 25. at strictè, & propriè loquendo ille, tantum uenit, qui natus est ex ijs parentibus, inter quos matrimonium contrahi, est contra legem, ueluti ex consanguineis uxoratis, uel adstrictis solemni uoto: ut tenent Con. de Sponf. par. 2. c. 8. §. 5. & Peregrin. de iure fisci lib. 3. tit. 18. n. 32. *Spuriorum appellatione*, in materia fauorabili uenit spurius etiam si sit incestuosus, secus in materia odiosa. Ita Ioan. de Anania cons. 95. in fine. In larga significatione uocis uenire omnes natos extra matrimonium, & non ex iustis nuptijs tenet Bald. cons. 129. *Spuriorum appel.*

Bastardorum appellatione uenire omnes non legitimè natos, proindeq; omnes natos ex coitu illicito, quamuis non damnato, & à fortiori adulterinos, & purios tenet, & probat Barb. appell. 31. Habetur in *Authent. de nuptijs §. illud quoq;* Filius Festiuus, quasi præ dilectione, quia iuxta Accursium Festum uidetur Patri quando eum uidet. *Bastardorum appel.* *Festiuus filius.*

SECTIO

SECTIO V.

De filiorum legitimatione, adoptione, & mancipatione, minoritate, & tutela.

Iustus filius. 379 Iustus filius pro vero ponitur in *L. eum qui viuente ff. de statu homin.* apud Alber. *legitimum* à Latinis dicitur quòd æquum, iustum, & secundùm leges factum est. In iure sex modis accipitur 1. latissimè pro non prohibito, seu habente negationem prohibiti. 2. minùs latè pro eo quod est permissum, non tam per negationem prohibiti, quàm per positionem liciti. 3. pro concesso per ius ciuile, capiendo illud largissimè pro prætorio, & pro omnibus partibus iuris ciuilis. 4. pro concesso per ius ciuile excludendo prætorium, & accipiendo alias partes, nempe senatusconsulta, placita principum, & responsiones prudentum. 5. adhuc plus restringendo ius ciuile, nempe ad leges 12. tabularum, itaut excludantur responsa prudentum, & edicta prætorum. *Legitimum quotuplex.*

Iustum, & legitimum. Inter *iustum & legitimum* est discrimen teste Parlad. diff. 7. num. 1. quia *iustum* est genus, *legitimum* est species; cum *iustum* descendat à iure, *legitimum* autem à lege, Quidquid igitur legitimum, id iustum est: non autem quidquid est iustum, legitimum est: nam *legitimum* dicitur quod definitione *iustum* autem non solum ex lege, sed ex alijs, iuris partibus.

Legitimatio. *Legitimatio* apud Molin. de iust. tract. 2. disp. 171. sic definitur. Est natalium restitutio quoad ea, quæ filijs illegitimis positiuo iure denegata sunt. Loco generis ponitur. *Natalium restitutio* vtpotè latius patens quàm legitimatio: si quidem dari potest natalium restitutio, quæ legitimatio non sit, qualis facta ei mancipio, quod ex matris vtero seruitutem contraxit, & similes. Reliqua loco differentiæ posita faciunt, teste Azorio p. 2. lib. 2. cap. 14. q. 1. Vt legitimatio sit ius, vel conferat ius, quo filius extra legitimum matrimonium natus, fiat habilis ad ea omnia bona à quibus iure scripto siue ciuili, siue canonico repellebatur. *Natalium restitutio.*

380 Differt legitimatio à relaxatione iuris, seu dispensatione, iuxta Suar. de cens. d. 50. sec. 5. num. 7. quòd legitimatio dicat integram dispensationem in defectu natalium, & quoad omnes effectus eius: per eam enim quis omnia legitimorum iura adipiscitur: vnde non fit ex parte tantum legitimus, sed ex toto; at per dispensationem, seu relaxationem non fit quis habilis ad omnia iura, quæ legitimis competunt, sed ad certa quædam. *Dispensatio, & legitimatio.*

Legitimatio est duplex: altera à iure, seu iuris dispositione, & fit per subsequens matrimonium plenissimè quidem, vtpote per vtrumq; ius canonicum, & ciuile absque vlla inhabilitatis reseruatione. Altera ab homine, quæ fit per rescriptum principis habentis potestatem supra ius illud, quod inhabilitates inducit: vel per aliquem, qui à Principe facultatem habeat. Secularis princeps non habet potestatem in eas inhabilitates, quæ iure canonico inductæ sunt: ex opposito summus Pontifex non habet potestatem in eas, quæ iure ciuili statutæ sunt, nisi quatenus spirituale Ecclesiæ bonum id postulet. Ita Molina citatus disp. 171. *Legitimatio duplex.*

381 *Adoptio* definitur a Iuristis sic: est actus legitimus, per quem fit filius, aut nepos qui non est, penè naturam imitans. Vel in hunc modum: Adoptio est legitima actio, per quam qui filius, alioqui non est, pro filio habetur. *Instit. de adoptione* A Theologis definitur in hunc modum. Est extraneæ personæ in filium, vel nepotem, vel deinceps, legitima assumptio. Ex quo intelligatur filium adoptiuum esse filium ex beneficio, & gratia adoptantis, non natura. *Adoptio.*

Adoptare est admittere ex gratia alium ad participandum hæreditatem, vt docet S. Th. in 3. dist. 10. q. 23. Sic explicata adoptio, seu adoptatio quasi genus continet sub se duas species, nempe Arrogationem, & adoptionem presse sumptam. *Arrogatio* datur quando is, qui per emancipationem, vel aliunde sui iuris est, transit vnà cum filijs, & rebus suis, & omni iure quod habet, in potestatem eius, qui arrogat, principis authoritate. *Adoptiuus filius.* *Arrogatio.*

Adoptio presse sumpta datur quando is, qui in potestate patris, vel generatim, qui alieni iuris est, in filium assumitur authoritate magistratus. *l. 1. & 2. ff. de adoption.* Hinc Arrogatio, & pressa adoptio differunt. 1. quòd per hanc non est quis necessarius hæres ex testamento, benè tamen ab intestato: at per arrogationem est hæres necessarius ab intestato, ex testamento autem in quarta bonorum parte. 2. quia adoptari potest qui sui iuris non est: at arrogari nequit, nisi qui sui iuris est. 3. quia adoptio fit cuiuslibet iudicis competentis authoritate: arrogatio verò sola authoritate Principis. 4. quia arrogator tenetur satis dare de restituendis bonis arrogati illis personis, ad quas essent peruentura, si arrogatus in suo statu mansisset. 5. quia arrogatio postulat expressum consensum arrogantis, & arrogati: non item adoptio, cum ad hanc sufficiat tacitus consensus eius, qui adoptatur. Vnde infans adoptari potest, non arrogari. Vide Sanch. lib. 7. de matr. d. 63. num. 1. & 2. Molin. tom. 1. de iust. disp. 227. & Azor. par. 2. lib. 2. c. 8. *Adoptio presse.*

382 *Emancipare* apud Latinos est vendere, alienare, quasi emancipio, idest dominio, & possessione sua emittere, & alteri possidendum tradere. In iure pater dicitur emancipare filium cum eum paterno iure liberat, & sui iuris efficit. *Emancipare seruum* *Emancipare.*

est

est eum seruitute liberare: nam *Emanceps* dicitur mancipium, seu seruus. Vsu tamen Emancipatio liberis, & manumissio seruis competit.

anceps.

Emancipatio quid.

Emancipatio dicitur quasi extra manum, seu potestatem positio, & definiri solet. Est relaxatio patriæ potestatis consensu patris emancipantis, & filij emancipandi facta coram legitimo magistratu, vel iudice. *Instit. quib. mod. ius patriæ potest solu. §. Præterea.* Vnde ad emancipationem requiritur ex vtraque parte liber consensus, ita vt nec filius compellere possit patrem, vt emancipet, nec pater filium vt emancipetur. Item non sufficit nudus consensus, sed requiritur solemnis quædam formula, & iudicis authoritas. Plura require apud Molin. to. 1. disp. 229. Syluest. v. Emancipatio, & Azor. to. 2. lib. 2. c. 20.

Minoritas. Pubes. Plena pubertas. Pubertas. Impubes. Pupillus.

383 Quod attinet ad minoritatem, duce Thoma Sanch. lib. 6. matr. disp. 38. num. 2. qui paucis, & dilucidè rem comprehendit, *Pubes*, seu *Puber* dicitur masculus post quatuordecim annos completos. & fœmina post duodecim similiter completos. *Pubertas* igitur huiusmodi ætas est antequàm puer dicitur *impubes*, seu *Pupillus*, fœmina autem *Pupilla*. Plena pubertas viris contingit 18. ætatis anno, fœminis 14. *L. arrogatio ff. de adoption. & L. mela ff. de alimen. & cibar. leg.* Sanches lib. 7. d. 103.

Paruuli & Adulti. Minor. Approximare.

In rigore *Pupillus* dicitur qui cum impubes est, desijt esse in potestate patris, aut morte patris, aut emancipatione, & sic pupillus dicitur etiam habens patrem. *L. pupillus ff. de verb. sign.* Differunt ab adultis paruuli, & ponuntur pro pupillis *L. 1. C. de tut. & curat.* Tam masculus, quàm fœmina dicitur *Minor* post pubertatem vsque ad vigesimum quintum annum completum *l. 1. C. si minor se maior, dixer.* Approximare pubertati in hac materia dicitur puer decimum annum cum dimidio excedens, & fœmina cum excedit nonum & dimidium, vt tenet Sanch. l. 1. Matr. d. 51. num. 24. ante hanc ætatem vterq; dicitur infantiæ proximus.

Infantiæ proximus.

Filiusfamil. Maior. Pupilli appellatio.

Filiusfamilias dicitur, qui est in potestate patris, vel parentis. *L. nam ciuium ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. Maior* dicitur qui iam annos 25. impleuit. *Instit. de cur.* Pupilli appellatione quanuis non veniat is, qui est in vtero matris, cum non sit verè pupillus, tamen in sui fauorem interpretatur pupillus. Ita Bald. cons. 458. *Titius habens* per totum maximè in fine lib. 5. quem refert Card. Tusc. pract. concl. tom. 6. lit. P. concl. 453. num. 5.

Masculorũ appellatio.

Masculorum appellatione, quando illi vocantur ad fideicommissum, vel aliam dispositionem, non veniunt fœminæ, imò censentur exclusæ. *L. cum prætor ff. de iudic.* & Menoch. cons. 1099. num. 20. & Fusar. de substit. q. 311. num. 12. Quia vocatio masculorum non fit alia ratione, nisi pro conseruandis bonis in agnatione.

Vnde amplia vt excludantur etiam masculi ex fœminis. Nam *L. 1. & immunitates ff. de vir immunit.* Priuilegia immunitatis concessa descendentibus masculis non transeunt ad masculos ex fœminis, vt resoluunt Tiraqu. de iur. primog. q. 13. n. 6. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 15. num. 2. & Molin. de primog. l. 3. c. 5. n. 27. Expone tamen ampliationem, vt non procedat quando cessar ratio agnationis conseruandæ, vt quia fideicommissum sit institutum ab extraneo, vel à muliere, vel initium habuit à fœmina instituta: tunc enim masculus ex fœmina veniret. Surd. cons. 304. n. 14. & Pereg. de fideicom. ar. 26. n. 27.

Tutela. Virile munus.

384 Quod attinet ad tutelam, & curationem, paucis accipe, *Tutela*, quæ dicitur *Virile munus* in iure scilicet *l. 1. C. quando mu. tut. offic. fun. pot.* definitur in *Inst. de tutelis §. est autem tutela*, his expressis, & conceptis verbis: Est vis, ac potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui propter ætatem se ipse defendere nequit, iure ciuili data, ac permissa. Ex hac definitione constat definitio tutoris. *Tutor* enim est qui eam vim, & potestatem habet. *Tutor.*

Curator. Tutoris, & curatoris differentia.

A Syluestro v. tutela num. 1. sic definitur: Est qui pupillum, vel pupillam morte patris vel emancipatione sui iuris factum, vel factam tuetur. Ab eodem definitur ibidem *Curator* in hunc modum. Est qui curam gerit alicuius defendendo ipsum, à prætore secundùm leges legitime datus. Tutor, & curator differunt. 1. quia tutor datur primariò personæ, secundariò rebus, & patrimonio, curator contra, principaliter rebus, & secundariò personæ. 2. quia tutor datur impuberi, seu pupillo, curator datur adulto, nempe furioso, prodigo, surdo, muto, & similibus, qui rebus præesse nequeunt. 3. quia tutor datur quandoque à iudice, quandoque à testatore, & datur etiam inuito. Secùs de curatore. Vide Parlad. diff 98. & Molin. tract. 2. d. 220. qui d. 221. latè agit. de ijs, qui tutores, & curatores esse possint, & d 222. qui excusentur.

Administrator, & curator.

Inter curatorem, & administratorem, quæ differentia sit, vide Sanches lib. 7. Mat. d. 88. n. 12. *Adiutor tutelæ* vt habetur *L. solet. ff. de tutela* dicitur ille quem prætor permittit constituere tutoribus, qui non sufficiunt administrationi tutelæ: ita tamen vt suo periculo eum constituant. *Adiutor* item est quòd actor *Instit. de curat. §. fin.* est actor ille, qui constituitur à tutore, vel curatore ante litem contestatam. *L. neq; C. de procur.*

Adiutor tutelæ. Actor.

Tutor multiplex. Testamentarius tutor.

385 *Tutela* est multiplex, & similiter tutor multiplex: huius multiplicitate explicata patebit explicatio illius. Præcipui tutores sunt in triplici differentia, & dicuntur testamentarij, legitimi, datiui. *Testamentarius tutor* est qui relinquitur, seu constituitur tutor ex testamento, aut etiam ex codicillo ab ijs, qui ad id priuilegium à iure habent. Vtrumque

L habe-

habetur *L. 3. ff. de testam. tutel.* iuncta glos. ibi. Hic cæteris omnibus præfertur, etiam matri pupilli: *Authen. matri, & auia C. quando mulier tutelæ offic.* Item non tenetur dare fideiussorem, vt reliqui tutores tenentur. *Instit. de satisdatione tutor.* §. 1.

Legitimus tutor. *Legitimus tutor* à lege nomen accipit, & est qui lege præscribitur vt tutor existat, seu tutelam nanciscatur, qualis proximus agnatus, & cognatus: regulariter verò secundùm leges obseruatur, vt ad quem spectat emolumentum hæreditatis alicuius pupilli, ad eundem pertineat, & onus tutelæ. Sicut existente testamentario tutore, locum non habet legitimus, ita existente legitimo, datiuus tutor locum non habet, vt videre est apud Molinam citat disp. 220.

Datiuus tutor. *Datiuus tutor* est qui datur à iudice, quando nullus testamentarius, & nullus legitimus existit. Nam potest deficere tutor testamentarius, vel quia pater nullum designauit, vel si designauit, nondum aduenit tempus, in quo potest incipere esse tutor, vt si ex certo die sit datus, aut sub conditione, quæ adhuc pendet. Item potest deficere legitimus, vel quia habet impedimentum, aut iustam excusationem, aut omninò non vult, & esto mater, & auia superstites sint, nolunt tutelam suscipere: in quibus casibus spectat ad iudicem eligere tutorem idoneum pupillo, eumque ad id si opus sit, compellere. *L. 1. & sequent. ff. de tutor. & curat datis ab his.*

386 Præter assignatos tutores sunt alij in multiplici differentia magis accidentali, quales Attilianus, Analogista, Fiduciarius, Honorarius, suspectus, Cessicus, Anormalus, Idoneus. *Attilianus tutor.* *Attilianus tutor* dicitur qui olim ex l. Attilia Romæ dabatur ijs, quibus nullus omninò fuerat tutor. *Instit. de Attil. tutor init.* Vnde videtur coincidere cum Datiuo tutore.

Analogista. Alogista. Aneclogista. *Analogista*, vel iuxta peritiores *Alegista*, seu *Aneclogista* est tutor ille, qui non tenetur reddere rationem tutelæ administratæ. *L. 5. §. 1. ff. de administ. tut.* Est vox Græca significans liberum, & solutum reddendis rationibus.

Fiduciarius tutor. *Fiduciarius tutor*, si vim nominis sectemur, is dicitur, cuius fidem, in tutela ipsi ad tempus credenda secuti essemus, & *Fiduciaria tutela*, quæ alicui ad tempus concredita est.

Verùm quia consuetudine sermonis à recta via nominis paulisper deflexum est, ille hodie *Fiduciarius tutor* est qui pupilli emancipati, cuius pater, qui emancipauit, tutor erat legitimus, pro patre mortuo tutelam accipit, cum motis tempore erat in patris potestate. Hæc definitio colligitur ex *Instit. de fiduciar. tutela* §. 1. Vbi Glossa sic textum interpretatur, vt liberi masculi perfectæ ætatis idest 25. annorum sint tutores fiduciarij fratrum suorum, qui sunt filij patris defuncti.

Alexan. Scot. in suo dict. v. tutor, exponit hoc exemplo: Titius duos filios habuit, scillicet Seium, & Mæuium: Seius fuit maior annis, Mæuius fuit pupillus: Seium habuit in potestate, & Mæuium emancipauit, & ipsi tutor eius erat, & mortuus est: eo patre mortuo, Seius, frater Mæuij pupilli fiduciarius tutor est: emancipatione enim perit ius agnationis, ne fratri sui frater legitimus tutor esse possit tanquam proximus agnatus, sed fiduciarius benè. Sic igitur si pater emancipet vnum de filijs suis impuberem, eius est legitimus tutor, & mortuo patre filius alter maior fiduciarius tutor vocatur.

387 *Honorarius tutor* est, qui datur pupillo vt ipsum tueatur ab aliorum iniurijs, & grauaminibus, vel datur notitiæ gratia, vt alios tutores instruat *C. venerubilem de elect.* in Glos. super verb. *Curabit.* Dicitur etiam honorarius, qui datur causa honoris, non administrationis, qualis Rex, princeps, Comes, Baro. Huiusmodi tutores non habent onus: Vnde illorum tutela vacationem non præstat. *Instit. de excusat. tutor. vel cura* §. *Item tria onera* Deinde *Suspectus tutor* iuxta Asonem in sum. C. eod. tit. dicitur ille, qui moribus talis est, vt suspectus sit: non enim facultas, & paupertas, sed fraudulentia, Caliditas in rebus pupillaribus suspectum tutorem arguit, & reddit. *Cessicus tutor*, quem affert, sed non exponit Alex. Scot. in Diction. videtur esse qui tutela cedit. Sed apud Schard. v. eod. est ille cui in iure cessa est tutela eidem, vnde tutela *Cessitia* videtur esse illa, qua quis cedere potest. Apud eundem est illa quæ iure cessa est. Nam *Cessicus*, & *Cessitius* sunt à *Cedo*. *Honorarius tutor.* *Suspectus tutor.* *Cessitia tutela.*

Anormalus idest habens tutelam irregularem, quæ nec testamentariæ, nec legitimæ, nec datiuæ leges seruat: qualem concedit ius matri, & auiæ. *Authen. Matri, & auiæ. C. quando mu. tut. offic. fungi pot.* Vide Petrum Phil. p. 3. cons. 175. n. 9. *Anormalus tutor.*

Idoneus tutor dicitur qui est soluendo, quatenus sunt facultates pupilli *l. 2. §. 1. & ibi Bart. ff. ad Tertyl.* *Curatoris appellatione* venit tutor, saltem in tota vocis latitudine: & contra appellatione tutoris curator. *Authen. vt ij, qui obligat.* vbi gloss., & Authen. minoris debitor, verb. à curatione C. qui tutor dari poss. vbi tutor extenditur ad curatorem: & constat ex *L. Pater seuerinam* §. *Conditionum ff. de condit. & demonstr.* Vbi testator filio impuberi reliquit tutorem vsq; ad annum decimum octauum ætatis suæ, atq; adeo nomine tutoris intellexit curatorem. Vide Antonium Piag. de tutor. & Curat. quæst. 8. n. 1. & Baecam de Decimis tutor. cap. 3 num. 11. & alios apud Fragosum par. 1. lib. 6. disp. 16. §. 1. num. 39. Tutor, & Curator veniunt procuratoris appellatione, etiam in statuto de mandato producendo *L. quòd si nolit §. quòd in procuratore ff. de edict. vbi Bald.* *Curatoris appel.* *Procuratoris appel.*

SECTIO

SECTIO VI.

De filiorum educatione, & alimentis.

Educatio. Educons. Nutrio. Alo.

388 E*Ducatio* actus educandi, cum sit uerbale nomen deductum à verbo *Educo, as*, quod parum, aut nihil differt à *Nutrio, is*: vtrumque enim significat alimentum præbere paruulis, vt crescant. Notat igitur Glos. ad *l. pen. ff. de ijs, quæ sunt sui vel alien. iur.* discrimen inter nutriri, & ali, quòd *nutriri* sit paruulorum, & *ali* maiorum.

Nutricium. Trophima. Educationis appel.

Nutricium est quod confertur nutricibus pro mercede, & alio nomine *Trophima* appellatur, vt videre est apud Alex. Scot. v. eodem. *Educationis appellatione* in legatis continentur lectus, vestiarium, habitatio, omnia ad victum necessaria, & medicinæ *L. fin. vbi glos. ff. de alim. & cibar. leg.* Lambert. in similib. part. 6. trac. lib. 3. art. 9. quæst. 3. principalis num. 2. Nam victus, alimenta, & educatio, parum inter se differunt, & sæpe exæquantur, vt tradit Menochius de præs. lib. 4. præs. 157. num. 14. vbi ex *L. 3. §. item si quis ff. de libero homine exhib. & L. semper §. & si non ff. de iure immunit.* collegit nullam esse differentiam inter legatum alimẽtorum, & educationis, cum idem sit (inquit) educare quòd alere.

Educare. Edulium.

Educare est ad victum necessaria præstare *L. vlt. ff. de alim. & cibar. legn.* *Edulium* apud Latinos dicitur quicquid ad prandium, cænamque edendi gratia apponitur præter panem. À iuristis interpretatur comestio *L. solent ff. de off. procon.*

Alimentũ. Fulcimentum. Fultura. Portio legitima.

389 *Alimentum* est quod datur ad vitæ sustentationem: vnde Horat. 2. Serm. pro alimento posuit fulturam, nempe fulcimentum: est autem *fultura, seu fulcimentum* cuiuspiam rei sustentaculum, à fulciendo *L. quæsitum §. tegulam ff. de fun. instru.* Inter alimenta, & portionem legitimam ponit descrimen Azor. p. 2. lib. 2. c. 4. q. 13. quòd *portione legitimæ* iure cedere quis sua sponte potest, non tamen iure alimentorum. Deinde legitima potest minui ex parte, imò ex toto adimi vi legis communis, vel municipalis, nisi cum legitima omninò esset loco alimentorum necessariorum alimẽta verò nec ex parte, nec ex toto auferri valent.

Alimentarij.

Præterea causa legitimæ compromitti, & transigi iure potest, alimentorum causa non ita. Vide Pontanum de alim. c. 6. *Alimentarij* dicuntur illi, quibus alimenta legata sunt, eadem ratione, qua donatarij, aut legatarij *L. pen. §. 1. ff. ad leg. falsid.* Vt magis intelligatur quid sit alimentum, & quantum suo significatu comprehendat,

Alimentorum appellatio.

Alimentorum appellatione continentur cibaria, victus, vestitus, habitatio, & ea sine quibus quis viuere nequit. *L. legatis, & L. fin. ff. de alim. & cibar. legat.* Alexan. cons. 178. num. 7. lib. 6. Fontanel. de pact. nuptial. tom. 2. claus. 7. glo. 3. p. 5. num. 22. legatis alimentis, & necessarijs pro pauperibus hospitalis, standum erit consuetudine, de quasi non constet, non debentur vestitus, iuxta Surdum de alimen. tit. 4. q. 2. num. 1. Quia hospitalia fiunt communiter pro infirmis, pro peregrinis, & percipientibus alimenta diaria.

Alimentorum nomine veniunt lectus, & culcitra. Menoch. de præs. lib. 4. præs. 157. num. 27. Veniunt calciamenta. Rolan. cons. 22. num. 5. lib. Veniunt medicinæ. Tiraq. de nobil. c. 31. num. 395. Veniunt ligna pro coquendis cibis, & calefaciendi gratia. Simon de Petris de interp. vltim. volunt. lib. 4. dub. 11. num. 41. Venit equus, si alimentarij dignitas id postulet. Corduba de Lara in *L. si quis ex liberis §. non tantum num. 26. ff. de lib. agnosc.* Veniunt seruitores, & pro ipsis præstanda salaria, si alimentatius sit talis status id exigentis. Menoch. de præs. lib. 4. præs. 157. num. 28. & 29. An veniant expensæ studij, & ad disciplinam spectantes. Vide Rolan. cons. 22. nu. 8. uol. 1. & Tusch. pract. concl. tom 1. lit. A cons. 282.

Victus.

390 *Victus* deducitur à *Viuo*, & est omne illud, quo viuimus. Vnde apud Iuristas, *Victus appellatione* veniunt quæ esui, & potui, cultuiq; corporis sunt necessaria, ut uestimenta: item reliqua omnia, quibus uiuendi, curandiq; corporis gratia vtimur. Ita ex *L. verb. victus 43. ff. de verb. signif.* Rebuff. à pag. 234. & Menoc. de præs. l. 4 præs. 157. n. 15.

Victus nomen appellatio.

Victus appellatione ueniunt lectus, idest stratum, culcitra, item calciarium: eo quòd sine istis homo uiuere nequit. Ita Simon de Petris de Interp. ult. uolunt. lib. 4. interp. 1. dub. 11. num. 36. Veniunt item medicinæ, utpote ad uitam necessariæ. Rebuff. ad d. L. uerbo Victus 43. §. Cætera, uer. annotare pag. 239. Vbi limitat quando ex consuetudine regionis homines medicis non utuntur.

Quotidianus victus.

Quando exprimitur in lege *Victus quotidianus*, pro materiæ qualitate intelligi debet de cibis tantum, & non de uestitu. Vnde *L. solent in fine ff. de offic. procons.* Vbi prohibetur iudicibus ne munus ullum accipiant, nisi uictus quotidiani causa, intelligi debet, ut ipsi nec uestes, aut pannum, aut sericum à litigantibus possint accipere. Rebuff. citatus pag. 236. Illud notat Lambertin. in simili tract. art. 9. tertiæ q. princip. 3. lib. n. 3. hæc tria, uictum, educationem, & alimenta ita parificari, ut idem iudicetur de uno, quod de alio.

Vitualia.

391 *Victualia* à uictu deriuata non habent tantam latitudinem significationis. Videntur enim in iure coincidere cum cibarijs, prout hæc solum esum, & potum comprehendunt.

Victualium appel.

Nam *Victualium appellatione* in legato testatoris ueniunt quæ esui, & potui necessaria sunt, ac si legarentur cibaria, ut tenet Sim. de Prett. de interpret. ult. uolun. lib. 4. interp. 1. dub. 11. n. 44. Vnde non uenit uestis apud Rebuff. ad L. uerbo Victus 43. pag. 235. Victualium appellatione in terminis concil. Trid. sess. 24. de refor.

cap.3.vbi præcipitur victualia præſtari Viſitatoribus, veniunt tantum illa,quæ conſiſtunt in victu ſtrictè ſumpto, non vero ea, quæ concernunt alia neceſſaria perſonæ, vt tenet Zerola in praxi Epiſc.p.2.verbo viſitatio §.6.dub. 1.quē refert Barboſ. de poteſt. Epiſc.p.3.alleg. 73.n.57. Victualium huiuſmodi appellatione non veniunt equorum vecturæ, vt docent Zerola citatus dub. 3. & M. Anton. Genuenſ. in manu paſtor. cap.35.n.9.

Quòd attinet ad ſignificationem nominis *Victualia* prout ponitur in 8. excommunicatione Bullæ Cænæ, contra inuadentes, & impedientes eos, qui adducunt victualia in Romanam Curiam, nomine victualium, teſte Bonacina de cenſuris diſp.1.q.9.pun.1.num.8. intelliguntur ea quibus ad eſum, potum, & veſtitum, vtimur, cuiuſmodi (inquit) ſunt triticum, farina, panis legumina, oleum, olera, oua, caſeus, carnes, piſces, vua, iuncus, medicinæ: item ſericum, lana, linum, & ſimilia, quibus veſtes confectæ ſunt, vel confici poſſunt. *Panis nomine* venit frumentum L. 1. C. de frument. vrb. conſt. lib. 11. imò quidquid neceſſarium eſt ad humanam vitam. *Panis cibarius* eſt niger, qualis ruſticorum. *Panis ciuilis* præbendæ, ſeu reditus: de quo inferius.

Panis appellatio. *Cibarius panis.* *Cibaria.* *Cibariorum appellatio.* *Cibus, & victus.*

392 *Cibaria* apud Latinos ſunt alimenta non ſolum hominum, verum etiam quorumuis animantium. *Cibrariorum nomine* continetur non ſolum eſus, ſed etiam potus, vt multis probat Corduba in *L. ſi quis ex liberis §. non tantum num.* 4. & aſſentitur Menoch. lib. 4. de præſum præſ. 157.num.17.quòd verò cibariorum appellarione nec veniat habitatio, nec veſtiarium nec calciarium, niſi tantum cibus, conſtat ex *L. Diarijs ff. de alimen. & cibis leg.* Cibus, & uictus iuxta nonnullos Latinos differunt quòd *cibus* etiam delicatis præbetur: *Victus*, in paruis, aridiſque alimonijs conſtitutus eſt. Quid verò diſcriminis ſubeant apud Iuriſtas, conſtabit ex dictis n. 390.& ſtatim dicēdis.

Cibi appellatio.

Cibi appellatione uenit id quòd edi ſolet *L. quos not. §. fin. ff. de verb. ſign.* Vnde iuxta Menoch.lib.4.præſ.157.n.16.uenit panis, carnes, & reliqua edulia pro qualitate, & conditione perſonæ, Venit etiam potus iuxta Surdum de alim. tit.4.qu.3.n.1.& 6.& Tuſc. pract.concl. tō.1.lit.C.concl.224. cibi appellatione non ueniunt ueſtimenta, niſi conſanguineo, uel ſeruo deberentur *L. libertis 2. §. 1. ff. de alim. & cibar. leg.* Gloſ. uerbo uictui. Cibi nobilium appellatione quantum colligitur ex Menoch. citato n. 16., & Paulo de Cittadinis de iur. patron. p.6.art.4.n.10. Veniunt cibi delicati, ut pulli: cibi ruſticorum appellatione ueniunt alia, cepæ, fabæ, panis groſſus, & ſimilia. Ita Paul. de Cittadinis cit.ar.de commod. pecun. num.14. *Potus appellatione* comprehenditur uinum, ceruiſia, & alia potionis genera. Ita Menoch.de præſ.lib.4.præſ.157.n.17.& Rebuff.in *L. Vitus verbo, in princ. ff. de verb. ſignif.* ubi docent ſub eadem appellatione contineri uaſa quibus ad potandum utimur. Potus appellatione etiam uenit aqua in illis locis, in quibus emitur. Ita Roland. conſ. 22.n.7. lib.2.

Potus appellatio.

393 Sunt quædam aliæ uoces, & modi loquendi ſpectantes ad alimenta, & uictum. Imprimis *vita* ſumitur pro uictu, ſeu ſubſtantia hominis: quia ex ea homines uiuunt. *Vita pro victu.*

Authent. de referend. poſt medium. Item ob eandem rationem pro prædijs. *Authen. de mand. princ. §. Patrocinia. Pædagogus* eſt qui pueros inſtruit *Inſtit. quibus ex cauſ. manum. non licet §. eadem lege Aelia.* A uerbo. *alo, is* deducitur *Almus* pro omni eo quod nos alit: vnde alma tellus, alma Ceres. Quandoque Almus ponitur pro ſancto, claro, & illuſtri. Vnde *Almus dies, Alma vrbs. L. vnic. C. de nigl. ma. lib.* 12. *Alumnus* tum apud Latinos, tum apud Iuriſtas accipitur in ſignificatione paſſiua, & actiua, ita ut non ſolum referatur ad filium, uel diſcipulum, qui à patre, uel magiſtro alitur ſiue uictu, ſiue moribus, ſiue doctrina, ſed etiam ad eum qui alit aliquem: unde indifferenter dicitur de nutritio, & nutrice *L. Alumnus C. quæ res pignori oblig. poſſ.* ubi gloſſ. & ſumitur pro filio ex concubina. *Collactaneus* dicitur qui eiſdem mammis, ſeu eodem lacte nutritus eſt. *Inſtit. qui ex cauſ. ma. non licèt §. Iuſtè & L. ſi Collactaneus ff. de manu. vin.*

Pædagogus. *Almus.* *Alumnus.*

Exponi pro negari alimenta interdum ſumitur. Nam exponi non ſolum dicuntur infantes, ſerui, liberti, & languidi, quando ſine cura dimittuntur, ſed etiam quando eis alimenta negantur à parentibus, dominis, uel patronis *Cap. vnico de infant. & languid.* Tolerare pro ſuſtentare dixit Alphe in *L. in lege, de verbor. ſign. Aduiuere* eſt adhuc uiuere. Ponit Alex. in dict. pro quo male citat *L. alumnæ ff. de adim. leg.* Deniq; *Venso viuere* dicuntur prouerbio uulgariſſimo, qui nullo uiuunt impendio. Hoc uſus fuit Alex. Imper. *L. poſter. C. de alim. pupill. præſt. ad fin.*

Collactaneus. *Exponi.* *Tolerare.* *i. ſuſtentare.* *Aduiuere.* *Venso viuere.*

SECTIO VII.

De Dominis, & famulis.

394 PRo regiminis œconomici coronide explicari debent correlariua *Dominus, & famuli*, utpote præcipua in familiari, & domeſtica adminiſtratione. Nam ſi Latinos conſulamus, *Dominus* à domo fit, & is propriè dicitur qui domus imperium tenet. Sumitur etiam Dominus pro marito, pro conuiuij exhibitore, pro amatore, pro eo, cui ſeruitur, & cui populi ſubduntur: item pro eo, qui rei alicuius proprietatem habet. *Domini recti* iuxta Alex. Scot. v. eodem fuere duo minores magiſtratus, quorum alter conſtituebatur à plebe, & alter à maioribus quinq; *C. de iudic.* & erant quidam officiales defenſores ciuitatum, uel municipiorum. *Domini appellatione* propriè

Dominus. *Domini recti.* *Domini appellatio.*

propriè veniunt habentes maioritatem, seu præeminentiam. Ita Tusch. pract.concl.tom. 2.lit.D. concl.674. & Surd.consf.317. num.12. *Domini appellatione* strictè venit vtilis Dominus *l. 1. ff. si ager vectigalis*. Fular. de substit. q. 245. num. 25. Regulariter intelligitur tam de Domino directo, quàm de vtili apud Menoch.consf. 226. num. 176. Domini appellatione venire etiam Dominum pro parte, defendit Rebuff. ad L.96.prope fine ver.3.concl. ff.de verb. sign. pag. 413. ex *L. 1. §. Domini 2. ff. ad senatusc. Syllan.*

Dominus fundi. Domini appellatione iuxta subiectam maximam venit vsufructuarius: est enim Dominus iuris vsus fructus. Secus vbi dicatur Dominus *fundi* ve *Dominus rei*; tunc enim non venit vsufructuarius, emphyteuta, conductor, & similes. Consulel. Alex. consf.129 num.3.& Valasc. de Emphyteu.q.13.n.5.

Famulus. Famul. Mancipiũ. 395 *Famulus* vox est trahens originem ab Oscis populis, apud quos seruus *Famul* dicebatur. Archidiaconus 32. q. 3. *Canone patrem*, inter famulum, mancipium, & seruum ponit discrimen hoc modo: Famulus (inquit) dicitur ex propria familia natus, siue exortus, mãcipium ex hostibus, seruus in bello captus atq; Seruus. Verna. seruatus, Vnde iuxta mentem huius authoris videtur *famulus* coincidere cum *verna*, seu vernaculo seruo. Hic enim est seruus domi nostræ natus. Hodie iam est manifestum discrimen inter seruum, & famulum, inter hunc, & operarium, vt notauit Azor par 2. lib.2. c. 39. q.1. affirmans olim seruos famulos quoq; Famulari. dici consueuisse, & *famulari* idem quod seruire. Nunc verò (inquit) famuli vocantur liberi quidem homines, sed qui mercede obsequiũ suum, & operas alteri locant: & etiam differunt ab operarijs: nam *operarij* suas operas lo-Operarij. cant ad certum genus operis faciendum: at famuli se ipsos locant administrandum, & seruiendum alteri, scilicet ad præstandum illi obsequium.

Seruitor. 396 *Famulorum appellatione* in legatis continentur tantum famuli tempore testamenti. *L. si ita ff. de auro, & argen. leg.* Capell. Tholos. decis. 190. Bonacos. de famulis q.121.ex qua resoluunt Pileus q.48. arg.c.quanto de censib. Perez de Lara de anniuers.& cappell.c.16.n.7. & Valasc.consf.58. à n 4. to.1. si fornarius, aut pistor, aut similes conueniant paruo stipendio coquere panes pro tota familia, quæ postea nimium creuit, non teneri nisi pro modo familiæ, quæ extabat tempore conuentionis. Idem procedit de barbitonsore, molendinario, & alijs, cum quibus similes conuentiones fieri solent.

Famulorum appellatione in priuilegijs veniunt famuli futuri, atq; adeo priuilegium concessum pro se, & famulis, ad ipsos extenditur, teste Bonacos. tract. de famulis q.26.cum igitur famuli singularium personarum habentium priuilegium, vt tempore interdicti celebrare, vel diuinis interesse possint ad diuina celebranda, seu audienda eodem tempore licitè admittantur, ideo vno, vel pluribus famulis absentibus, aut ægrotis, totidem alij assumi possunt absq; fraude, vt ex *Cap. licèt de priuil. in 6.* videre est apud Nauar. in manu. c.27.n.181. Vgolin. de censur. tab 5.c.8. §.4.n. 2. & Sayr. de cens.lib.5.c.5. n.29.

397 Inter seruum, seruientem, & seruitorem nihil discriminis inuenio, nisi fortassis quòd *Seruitor* potius ad famulum quàm ad seruum accedit. Nam *Cap ad audient. de cleric. non resid.* dicitur seruitores Episcoporum pro præsentibus haberi, & Seraphin. decis. 1409. n 1. dixit *Seruitorum appellatione* uenire etiam seruitorem nobilem ex generali consuetudine magnatum, qui tales solent penes se habere: & quidem seruitorum nomine veniunt etiam illi, qui præsunt uiridarijs, & ea colunt: nam serui uiridarij vulgo appellantur. Ita ex leg. *Instrumenta ff. de fundo instru.* Stephan. Gratian. discept forens.to 3.c.533 n.28.

Seruientium appellatione ueniunt uerè, & actualiter seruientes continuò non ex arbitrio: quia isti non sunt simpliciter seruientes. Ita Tusch. pract. concl. tom.8. lit. v. concl.92.n.3. seruientes. idest obedientes. *Authent. de defens. ciui. §. 1. Seruorum appellatione* continentur non solum proprij, sed etiam illi, quos bona fide possidemus, & etiam communes. *L. 1. §. potestatis ff. de pecul. & L. si quis seruos ff. de legat. 3.* Seruorum suorum appellatione in legatis testatoris non comprehenduntur, quos pignori acceperat, idest in credito habebat testator *L. seruos §. eos ff. de legat. 3. L. legata §. fin. ff. de supellect. legata*. Vbi supellectili sua omni legata argentum pignori acceptum non continetur. Item non comprehenduntur serui, quos testator habet uenales, nisi euidens uoluntas testatoris sit, de his sensisse. *L. seruos in fine ff. de leg. 3.* Paulus de Castro in *L. 1. n. 2. C. de verb. sign.* seruorum meorum appellatione in legatis continentur tantum, qui fuerunt tempore testamenti, nisi aliud comprehensum esset. *L. si ita ff. de auro, & arg. legat.* Ramchin. concl.56. p.2. ubi dicit probationem quòd essent tempore testamẽti, spectare ad legatariũ. Seruientiũ appellatio. Seruorum appellatio.

398 *Ministeriarij*, seu *Ministeriani* dicebãtur forte à ministrando, qui præerant Castris principum. *C. de Castrens. & minister. lib. 12.* *Ministerium* apud Latinos propriè ministri opera est. Apud Iuristas significat ministrum, sicut seruitium seruorum. *L. in eadem ff. ex quibus caus. L. 2. ff. de seruis fugit.* *Administrator* absolutè est qui res alterius administrat. Vnde administratores reipublicæ. *C. de administ. reip. lib. 12.* Verum iuxta Alciat. in Commen. de uerb. sign L. in lege. Administratores dicuntur serui, qui ministrant Domino in mensa. Ministeriarij. Ministeriani. Ministeriũ. Administrator.

Monitores famuli, de quibus meminit *Vlp. l. 8. ff. de instr. leg.* in hunc modum. Quærendi (inquit) homines qui agrum colunt, & qui Monitores famuli.

eos exercent, præpositiue sunt hi, quorum in numero sunt villici, & monitores. Videntur serui à Colono præfecti, vt operariorum, veluti vinitorum, & aratorum turbam obeuntes, vnumquemq; moneant, & segniores castigent. *Agentes in rebus*, qui & principes dicebantur, de quibus fit mentio *L. 1. C. de offic. magist.* Sunt illi, quibus cura euectionum mandatur: erant olim plures ita degnari per certos numeros, vt quilibet numerus haberet præpositum. *Euectiones* autem vocantur diplomata vtensium cursu publico, quibus exhibitis, & agnitis, qui pubico cursui præsunt, statim equos accommodant *L. 3. C. de car. publ. lib. 12.*

Agentes in rebus.

ae ctiones.

399 *Assecla* absolutè dicitur quicumque iuxta voluntatem alterius quid sequitur. Accipitur pro seruo, qui dominum sequitur, & omnibus eius imperijs adest, seu præsto est. Vnde sortitur nomen iuxta Isid. lib. 10. Etym. *Arcarius* est qui præest arcæ, in qua pecunia custoditur, & dicitur qui pecuniam publicam adseruat. Sic accipitur *lib. 10. C. tit. de suscept. & præp. & arca.*

Assecla.

Arcarius.

Atrienses, seu *Atriarij* serui sunt, qui alijs seruis à Domino præponuntur: dicti quòd atrio, hoc est primæ domus parti, vbi apud antiquos diuitiæ seruabantur, custodes adhiberi solebant. *L. 1. ff. de verb. sign. L. instrumenta ff. de fundo instructo.* Horum summa fuit authoritas, vt tradit Alciatus in *L. in lege ff. de verb. sign.* Nam & negotia (inquit) Domini procurabant, & res venales distrahebant, & debita exigebant: imò atrienses dicti sunt, quòd in atrio cæteris seruis cibaria distribuerent. *Hippocomi*, de quibus *L. quoniam C. de car. publ. lib. 12.* dicebantur qui equorum curæ præfecti erant.

Atriensis atriarij.

Hypocomi.

400 *Opera*, æ apud Tullium lib. 1. offic. est labor, & industria operantis, seu operatio sumpta pro mercede. À Paulo, & Vlpiano lib. 38. dig. tit. de operis liber. definitur labor diurnus: & est officium diurnum scilicet quod quis exhibet alicui per diem artificialem, & non naturalem. *L. 1. ff. de operis liber.* Opera appellatur officium tempore limitatum; limitatio autem disponentium seu contrahentium voluntate fiet, siue dies capiatur ad integram vel ad mediam noctem, vel ad vesperam: quando verò aliud non appatet, de artificiali intelligitur; quia ad hunc communiter fit relatio. Quamuis opera, & opus pro eodem interdum accipiantur, tamen differunt, quia opus est finis, fructus que operæ, quod fabricando factum relinquitur. Item quoties non ad laborem corporis, sed ad laborem animi, & ad artem industriamq; respicimus, magis opus, quàm operam dicimus, v. g. opus topiarium, opus fabrile. Deniq; ex eo apparet discrimen quòd in vno opere plures operæ consumi, & in vna opera etiam multiplex opus fieri possunt Capitur *opera* minùs propriè pro reuerentia, vel obsequio, vt notatur *L. si non fortem §. Libertus ff. de eond. inde.*

Opera, æ.

Opus, & opera.

Sunt etiam *operæ, arum*, personæ quæ pretio conductæ aliquid operis faciunt: sicut *castodia* pro ijs ipsis accipitur qui aliquid custodiunt. Operæ vel sunt artificiales, vel officiales. *Operæ artificiales* sunt quæ ad artificium pertinent, veluti pictoriæ, & fabriles. *Operæ officiales* sunt quæ respiciunt personam patroni, vt illum comitari cantu, & saltatione oblectare, ac similes. *Operis appellatione* (vt videre & apud Alciat. *l. rei appellatio, de verb. sign.*) de eo intelligitur; quod formam habet veri, & iusti operis, quæ quidem forma non nisi ex consummatione, & perfectione contingit. *Edere operas* dicitur libertur pro dare, præstare, præbere operas *L. 9. ff. de oper. liber. Inseruire alicui, vel aliquem* apud Latinos pro seruire, & consulere: apud Iuristas frequentiam denotat *cap. 1. de fide instrum. in Glos.*

Operæ.

Artificiales operæ.

Officiales operæ.

Operis appellatio.

Edere operas.

Inseruire.

401 Ad calcem libet recensere quædam famulitia munera, seu nonnullos famulos in particulari, qui in iure reperiuntur. *Agaso* habetur *L. Agaso ff. si quad. paup. feci dic.* & propriè significat custodem, seu pastorem asinorum. *Mulio* est custos, & ductor multorum: iuxta illud: Mulio agit mulos, sed Agaso ducit asellos: Inuenitur in *L. idem iuris ff. ad leg. Aquil. Olitor* dicitur ab oleribus, seu herbis hortensibus, & est qui vulgo nuncupatur *Hortalanus* Ab olitore *Olitorius* ad hortum, seu horti curationem pertinens. *L. vrbana ff. de verb. sign. Opilio* dicitur custos ouium *L. cum quærebatur §. fin. ff. de leg. 3. Porcarius* idem est atq; *Suarius*, seu custos porcorum. Dicebatur olim qui custodiebat porcos ciuium Romanorum in pascuis, & excusabatur à muneribus sordidis *L. 1. C. de Saar. & Susc. lib. 11. Saccarius* dicitur Gerulus, seu baiulus, qui saccis gestandis victum quæritat. *L. qui fundum ff. de contrah. emption.* Hinc *Saccaria* mercatura saccorum, seu negotiatio quæ circa saccos versatur. *Silignarius* est custos filiginis. *L. si quis vxori §. apud Labeonem ff. de furtis.* Est autē *Siligo* genus frumenti candidissimi, & sumitur pro farina purgatissima ipsius tritici delicio.

Agaso.

Mulio.

Olitor.

Hortulanus.

Olitorius.

Opilio.

Porcarius.

Suarius.

Saccarius.

Saccaria.

ELVCIDATIO XIV.

De verbis, seu vocibus, quæ ore proferuntur.

402 *Explicato triplici regimine, nempe Ecclesiastico, politico, & œconomico, tanquam concernentis, & consequenti ad leges, de quibus instituimus nonam elucidationem. non videtur abs re elucidare voces vtpote signa magis perspicua, quibus leges conduntur, & promulgantur. In præsenti igitur exponemus voces, quæ ore proferri, & scripto mandari solent, abstrahendo ab vtroq; modo, & in sequenti elucidatione agemus de scriptura, seu verbis qua scriptis.*

SECTIO

SECTIO I.

De verbis, seu vocibus in commune acceptis.

Barbarus. ACturi de vocibus priùs agemus de ijs, qui voces malè proferunt, quales sunt Barbarus, Atypus, Balbus, Blæsus. *Barbarus* (teste Strabone lib. 14.) dictus est ab initio omnis qui difficulter, asperè, atq; duriter loquebatur, veluti duriloquus & crassilinguis, quales olim reputabantur omnes gentes præter Græcos. Vnde Apostol. ad Rom. 1. *Græcis ac Barbaris debitor sum.* Ad quem locum noster Cornelius num. 41. *Barbaras* (inquit) à Græcis dictus est omnis is, qui alia quam græca lingua loqueretur, & hac ratione etiam Romani Græcis erant Barbari. Sic Tullius 2. de diuinat. gentes omnes diuidit in Græcos, & Barbaros: & Plaut. in prol. Asinar. Latinam linguam Barbaram vocat.

Oppositum tenet Lyranus ad eundem locum: *Græcis ac Barbaris*, ideſt hominibus ignotæ linguæ, cuiuſmodi sunt omnes præter Iudæos, Græcos, & Latinos. S. Ambros. ibidem. Græcos (inquit) Gentiles posuit, sed eos qui Romani dicantur, siue natione, siue adoptione: Barbaros verò eos qui Romani non sunt. *Barbari in iure.* In iure Barbari dicuntur qui extra Romanum imperium sunt. maxime hostes. *Instit. in proœm. Lingua Romana* ideſt Latina. Authen. de mandat. princ. inir.

Atypus. Bucas. 403 *Atypus* teste Gellio lib. 4. c. 2. dicitur qui non satis expedito plectro linguæ vtitur quasi non satis verba formans. Est in iure qui perperam exprimit verba, iuxta Budæum in *L. Item offilius de ædil. edic. Bucus* iuxta Isidor. est garrulus qui cæteros oris loquacitate non sensu superat.

Balbus. Blæsus. Linguæ vitio laborant *Balbus*, & *Blæsus* hoc discrimine quòd *Balbus* dicitur quasi balbutiens, & est qui verba non exprimit, sed frangit, proindeq; versatur illius vitium, nempe balbuties circa integra verba: at *Blæsus* dicitur qui literas imperfectè profert, seu teste Budæo, qui certam aliquam literam exprimere non potest: atq; adeo illius vitium versatur circa literas. De vtroque fit mentio *L. item offilius de Ædil. edict.* *Tryphus.* In eadem lege *Tryphus* interpretatur delicatus balbus quasi ex delicijs sic loquatur, vulgo *sfecioso*.

404 His præmissis, communissimè vsurpantur vox, vocabulum, Verbum, Dictio, Dex, Nomen. *Vox.* *Vox* indifferenter accipitur pro omni sono: propriè tamen dicitur quæ ab animalis ore profertur: & quandoque sumitur pro vocabulo, seu voce dearticulata significatiua, hominum peculiari. *Vocabulū. Lexis.* *Vocabulum* dicitur quod *Lexis* apud Græcos, & est quo res singulæ nominantur, & vocantur.

Verbum. *Verbum* dicunt aliqui à verberãdo, eo quòd verberato aere lingua intra palatum omnis orario formetur: alij a veritate, eo quòd verum nos loqui oporteat: multifariam sumitur à professoribus diuersarum facultatum: à Theologis pro eo quod mente concipitur, & est cognitio, seu species expressa rerum. A Dialecticis, prout opponitur nomini, & definitur uox significatiua ex instituto, definitè, ac cum tempore, cuius nulla pars seorsim significat, & semper eorum, quæ de alio dicuntur, est nota. A Grammaticis, prout est una ex octo partibus orationis, in qua omnis uis orationis est. Hinc *verbale nomen* dicitur, quod à uerbo deriuatur. A Latinis pro contexta oratione, pro sententia, & pro aliquo prouerbio. A Iuristis pro qualibet parte orationis, & idem ualet atque dictio. In quo sensu dicitur obligatio uerbis contrahi per stipulationem *Instit. de verb. oblig.* in princ.

405 *Dictio* est uox significatiua, ex qua instruitur oratio, & in quam resoluitur: unde accipitur pro uocabulo, seu uerbo, prout *Dico* significat generaliter loqui. Sumitur etiam pro facunda oratione, & pro oraculo. *Dex*, *dicis* à Dico, sicut Iudex, icis à Iudico, & Index icis, ab Indico: uidetur non tam significare dictionem, quàm dicentem. A quo hæc locutio. *Dicis causa*, de qua Varro lib. 5. ling. c. ult. & Victorin. c. 24. in iure frequens. *Dictio. Dico.* *Dex, icis.* *Dicis causa.*

Et quidem conueniunt Iuristæ *Dicis causa* id fieri, quòd nulla alia de causa fit, nisi ut factum esse dicatur: Sic Vlpian. *L. 1. ff. ad S. C. Syll.* §. 34. in hæc uerba. *Excusatur serui qui auxilium tulerant sine dolo malo: nam si finxerit quis auxilium ferre, vel dicis gratia tulit, nihil hoc comentum illi proderit.* Hoc est, si non animo dominum defendendi, sed tantum propter dicem, scilicet propter cum qui aderat, ac dicere poterat seruum conatum esse suum Dominum defendere, hæc simulatio nihil illi proderit. Item Caius in *L. v. ff. commodati.* Hæc habet: *Sæpe ad hoc commodantur pecuniæ, vt dicis gratia numerationis loco intercedant. Item in omni imaginaria emptione nummus tradebatur dicis causa, nempe ob aliam nullam causam, nisi vt qui ei contractui quasi testis ac spectator adesset, dicere, ac testari posset, pecuniam fuisse traditam.*

406 *Nomen* dicitur quasi nouimen, à *nosco* quod notitiam faciat: nam per id agnoscitur quidquid nominamus. A Grammaticis diuiditur in appellationum, & proprium. Illud est, quod alicui rerum generi imponitur, ut *Animal*, proprium est quo singularis aliqua res designatur, ut Socrates, Olympus. Sic dicitur, Nomen consonans esse debet rei. *Instit. de du. §. & est alind genus.* Nomen proprium personæ fuit diuisum in quatuor membra, scilicet Prænomen, Cognomen, Agnomen. *Prænomen* erat ante nomen positum, & aliquid speciale denotabat, ut *Quintus*, quod quinto loco, *Lucius*, quod initio lucis natus esset. *Nomen* erat proprium personæ, *Nomen. Appellatiuum nomen. Proprium nomen. Prænomen. Nomen.*

&qui-

& quidem Gentilitium, quod originem gentis declarabat. *Cognomen* erat maiorum tractum ex familia. *Agnomen* veniebat extrinsecus, vel ex animo, vt *Superbus*, *pius*, vel ex corpore, vt *Crassus*, *Pulchrer*, vel ex fortuna, vt *Africanus*. Exemplum omnium sit, *Publius Cornelius Scipio Africanus*. Vbi *Publius* est Prænomen. *Cornelius* nomen, *Scipio* cognomen, *Africanus* agnomen.

Cognomen. Agnomen.

Nominis acceptio. Nomen pro debito.

407 Vsurpatur nomen multipliciter tum apud Latinos, tum apud Iurisconsultos: pro decore, & dignitate: pro nobilitate, pro gente, pro causa, pro debito, & ditiore. Hinc Vlpian. *L. siquis uxori ff. de furtis*. Siquis (inquit) seruo meo persuaserit, vt nomen suum ex instrumento tolleret. Sumitur interdum pro iure debitoris, vt *L. à diuo Pio ff. de re iud.* Vbi statuitur quod primò debent venire, idest vendi mobilia, secundò immobilia, tertiò nomina, idest iura debitorum condemnatorum. Sumitur etiam pro agnatione, vt cum prohibemus fundum de nomine nostro exire *L. is qui ff. de leg. 3.* *Nominis appellatione* comprehenditur non solum proprium, sed etiam appellatiuum, vt tenet Ludou. Gom. in reg. de annali q. 30. num. 6. vbi limitat in dubio, & pænalibus. *Nominis mei appellatione* venit familia, & agnatio testatoris, vbi ipse in casum contrauentionis voluntatis suæ voluit hæreditatem peruenire ad proximiorem consanguineum de suo nomine, & suis armis *L. patere filium §. fundum ff. de legat. 3.* Vbi Glos. v. nomine *L. 15. qui plures ff. de leg. 3.* Natt. cons. 675. num. 3. lib. 4. Inde priuilegium concessum Caio, & ijs qui sunt de nomine suo intelligitur de familia Caij. Alex. cons. 125. num. 6. ver. benè facit lib. 7. & Tusch pract. concl. tom. 2. lit. D. concl. 220. num. 10.

Nominis appellatio. Nomen pro familia.

Collectiua dictio.

408 *Collectiua dictio* est quæ significat collectiuè ex sua immensa subiecta significatione. v. g. in hac enunciatione (omnes ferunt lapidem) dictio (omnes) sumitur collectiuè ob vnitatem lapidis: in hac (omnes student auaritiæ) sumitur distributiuè: nam sensus est, quilibet homo studet auaritiæ. *L. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil.* Quæ sint nomina collectiua plurium graduum, & personarum: quæ tantum plurium personarum, & non graduum, exponit Fusar. de substit. q. 382. num. 41. *Subiectiuum* ita est de natura subiecti; vt dicat Felin. in *C. ad hæc de rescriptis*, subiectiuum Verbum ad euitandas absurditates, & in odiosis restringendis exponi in præteritum, vel in futurum secundùm quod meliùs conuenit subiectæ materiæ. *Ciuilia verba*, quæ etiam in iure directa vocantur, sunt verba formularum ciuilium, nempe earum, quas olim Iurisconsulti accommodauerunt iuri ciuili: vnde propterea ciuilia dicuntur, quod hæc pars iuris propriè ius ciuile interdum appelletur. De illis meminere Papinian. *L. 7. de vulgar. & pupil.* & Pomponius *l. 2. de origine iur.*

Subiectiuũ.

Ciuilia verba.

Notatur ex Castro Palao tract. 3. de leg. disput. 5. punc. 3. §. 3. num. 7. proprietatem verborum vel esse naturalem, vel ciuilem. *Naturalis est*, quæ ex communi hominum acceptione habetur. *Ciuilis*, quæ ex sola fictione iuris, & per quandam quasi translationem. Exempli gratia nomen *mortis* ex communi hominum acceptione naturali accommodatur: fictione iuris, & per quandam analogicam translationem, professioni religiosorum, & exilio attribuitur. Sic nomen (filius) de naturali dictum, beneficio iuris etiam dicitur de adoptato.

Naturalis proprietas. Ciuilis proprietas.

409 *Latum est* pro dictum est habetur *L. 2. ff. de orig. iur.* vbi glossa. *Synonyma*, quæ & *Polyonyma* vocantur, sunt quæ diuersis vocibus idem significant vt Gladius, Ensis. Ex opposito *Homonyma* sunt quæ à Logicis *æquinoca* dicuntur, & sub vna voce plura significant, vt *Gallus* auem, & Francum. *Inculcatio verborum*, seu *conculcatio verborum* datur, quando multiplicantur verba idem significantia, exempli gratia in *l. certi condictio ff. si cert. petat.* vbi sic habetur: *Certi condictio competit ex omni causa, & ex omni obligatione*. Vbi iuxt. Glos. idem valet causa, atque obligatio.

Latum pro dicto. Synonyma. Polyonyma Homonyma.

Logos apud Græcos significat quod apud Latinos sermo, verbum, ratio, & habetur *24. q. 3. quidam*. Res sine verbis facta significatur apud Labeonem per hoc nomen *Gestum*, ut habetur *L. 19. ff. de verb. signif.* Item *negotia gessisse* pro codicem accepti, & expensi conscripsisse, legimus apud Paulum *L. 9. quædam ff. de edend.* Hic modus loquendi. *Cortex nuda verborum* inuenitur in *Clem. de iureiur. §. vno verum quia*, & uidetur idem esse atq; uerba secundùm id, quod materialiter sonant. Hæc uox *Luculentus* reperitur in *Clem. de iureiur. C. vno §. Verum*, quia & in proœmio *Instit. §. omnes vero*, significat luce plenum, splendens, perspicuum, apertum. Vnde à Latinis eleganter dicitur *Oratio luculenta*.

Aequinoca, Inculcatio verborum, Conculcatio verborũ, Logos.

SECTIO II.

De vocibus copulatiuis, & disiunctiuis.

410 *Coniunctio*, ut loquamur cum Grammaticis, est pars orationis annectens, ornansque sententiam. Habet sub se inter alias, duas præcipuas species, alteram quæ dicitur *coniunctio copulatiua*, & coniungit tum sensum, tum uerba orationis, qualis *Ae*, atq; alteram quæ dicitur *Coniunctio disiunctiua* ex eo quòd coniungat uerba, sed sensum disiungat qualis uel, siue, aut. In iure copulatiua oratio dicitur, in qua plura copulatiuè ponuntur, ut in omnibus uerificetur: proindeq; ad ipsius uerificationem exigitur concursus omnium proprio ex significato: v. g. Lego Stichum,

Coniunctio. Copulatiua. Disiunctiua. Oratio copulatiua.

chum, & Pamphilum, ſignificat vtrumq; eſſe in diſpoſitione *L. inter ſtipulantem §. ſed ſtipulante ff. de verb. oblig.* quærenti proprietatem, & vim coniunctionis copulatiuæ ſatisfacit Azor p. 1. lib. 5. c. 28. q. 1. affirmans ſicut in diſiunctis ſufficit vnum eſſe factum, ſic in coniunctis vtrumq; eſſe factum oportere.

411 Iuriſconſulti *L. prætor edixit §. quod autem ff. de iniurijs, & L. ſiquis ſeruum §. Nam qui cum extraneo ff. de ſeruo corrupt.* vocant alternationem id, quod Dialectici coniunctionem diſiunctiuam appellant. *Alternatio.* *Alternatiua.* *Alternatio* propriè eſt per vices ſucceſſio *Alternatiua* eſt coniunctio alternatiuè ſignificans ſcilicet quãdo ſignificat alterum de coniunctis eſſe, ſeu orationem factam per hanc coniunctionem in altero verificari. *Diſiunctiua.* Eſt igitur vis, & proprietas diſiunctiuæ diſiungere actionem, obligationem, conditionem, vel ſolutionem.

Item recte docent Logici totam diſiunctiuam, quæ affirmat, eſſe veram, ſi altera pars eſt vera: totam eſſe falſam, ſi neutra pars ſit vera: ita vt ad veritatem vna pars vera ſufficiat: ad falſitatem vtriuſque partis falſitas requiratur. In diſiunctiuis, vbi maior quantitas, aut minor promittitur, longius, aut breuius tempus conſtituitur, ſemperq; minor quantitas eſt, & quod longius tempus eſt cadit ſub obligationem, vt potè minorem. Explicatur *L. ſi ita ſtipulatus fuero ff. de verbor. oblig.* Vbi ſtatuitur: Si ita ſtipulatus fueris: *Decem aut quinque dabis*, debentur quinque Quod ſi ſtipuleris; Dabis poſt annum, aut biennium: debentur poſt biennium. Vide Azor. p. 1. lib. 5. c. 27. & Salas de leg. diſp. 21. ſec. 3. n. 8.

Diſiunctiua pro copulatiuis. 412 Illud notandum eſt diſiunctiua pro copulatiuis aliquando ſumi, vt conſtat ex *L. Ita ſæpe ff. de verb. ſign.* Vbi hæc habentur ſæpe ita compatatum eſt, vt diſiuncta pro coniunctis accipiantur: vt cum dicitur: Quod dedit, aut donauit, aut pro coniuncta accipitur. Ex oppoſito *Copulatiua* pro diſiunctiua, tunc ponitur quando coniunguntur duo, vel plura, quæ ſimul vera eſſe nequeunt: vt ſi teſtator dicat (inquit Azor citatus cap. 28. q. 2.) teſtamentum meum valeat iure teſtamenti, & iure Codicilli fieri enim non poteſt vt valeat tanquam teſtamentum, & codicillus: nam in teſtamento requiritur neceſſariò hæredis inſtitutio, in codicillo verò nulla eſt inſtitutio hæredis: quando igitur dicit teſtator, valeat iure teſtamenti, & iure codicilli, perinde eſt, ac ſi dicat: valeat tanquam teſtamentum, vel codicillus. Adde ex Act. 3. quod dixit Petrus claudo: *Vel.* Aurum, & argentum non eſt mihi, vbi copulatiua & ſumitur pro diſiunctiua, *vel* aurum vel argentum. Notat Suar. de cenſur. diſp. 3. ſect. 2. num. 11. particulam *vel* interdum ſumi poſſe diſtributiuè, itaut æquiualeat dictioni copulatiuæ, præſertim in præpoſitionibus negatiuis, vt ſi quis dicat: Nemo legat, vel doceat, vel ſcribat. Senſum reddit copulatiuum.

413 Vt ad priuatas dictiones accedamus diſputatur de particulis, ſiue, ſeu, & vè; ſintne diſiunctiuæ, aut copulatiuæ? *Copulatiuæ voces quæ.* Pro vtraq; parte multa afferunt Salas de leg. diſp. 21. ſec. 3. num. 7. & Azor. par. 1. lib. 5. c. 27. q. 7. Difficultatem breuiter reſoluit Palaus tract. 3. de leg. diſp. 5. pun. 3. §. 3. num. 14. ex Bonacina diſp. 1. q. 1. punct. 8. in fine particulam *ſeu*, & *ſiue* copulatiue accipi, cum apponitur poſt aliquid vniuerſaliter, & pluraliter dictum. *Diſiunctiuæ voces quæ.* Diſiunctiuè uerò cum apponitur aliquid ſingulariter dictum; Vnde ſi fiat legatum hoc modo: Lego tibi vina, quæ habeo ſiue domi, *Siue vox.* ſiue in portu, particula *ſiue* accipitur copulatiue *L. ſi quis ita legauerit 2. ff. de auro, & arg. leg.* Idem procedit, ſi dicatur: Lego ornamenta, quæ paraui paraboue, ſeu quæ mei cauſa parata ſunt, eruntue. *L. apud Pamphilum ff. de aur. & arg. leg.* Ratio eſt, quia has particulas præcedit aliquid uniuersè, ſeu pluraliter dictum. Si uerò fiat legatum hoc modo (Lego tibi ueſtem meam, ſeu librum) *Seu particula.* particula (ſeu) non accipitur copulatiue, ſed diſiunctiue: quia tunc non ſequitur poſt aliquid dictum uniuerſaliter. De particula (ſeu) latè diſputat Auguſt. Barboſ. tract. de diction. dict. 363.

414 Quod attinet ad importantes coniunctionem, *Inſimul.* *Inſimul* uox compoſita *ex In & ſimul*, ſignificat unà, & apud Iuriſtas importat congregationem, & connexitatem, ut ex *cap. 1. de conſuet. in 6.* & ex lege *qui duos ff. de vulgari, & pupill.* tradit Pariſ. conſ. 79. num. *Simul.* 20. lib. 3. *ſimul* apud Latinos eſt aduerbium congregandi; & uſurpatur pro Deinde, uel item: frequentius uero pro *Vnà*, & *pariter*. *Vnà* Apud Iuriſtas habet uim coniunctiuæ, ſeu copulatiuæ ut tenet Rolan. à ualle conſ. 62. n. 14. tom. 3. Nam denotat connexitatem, & congregationem *Cap. 1. de conſuet. in 6.* eius natura eſt copulare ſequentia cum præcedentibus, ut tradunt Flamin. Pariſ. de conſid. beneſ. q. 33. num. 27. & Cephalus conſ. 365. n. 7. lib. 3. Plura de ſignificatu huius uocis congerit Rebuſus in Comen. ad L. reſtituere 35. uer. ſolum de uerborum ſignif. pag. 202.

Vnà tantum ualet quantum ſimul *L. qui quatuor §. vxor ff. de legat. 3.* Grat. conſ. 9. num. 103. Denotat ſimultaneitatem, congregationem, & unionem diuerſorum, atq; coniunctionem actuum. *L. Lucius §. Quiſquis & L. ſi pluribus in princ. ff. de legat. 2.* Vulpell. de præpoſ. & ad uerb. ſignificat. dictione una pag. 131. & Bertazol de clauſ. inſtrum. clauſ. 39. Gloſ. 1. num. 1. ſignificat unitatem, & æqualitatem ita ut non habeat compoſitionem iuxta Menoch. de præſum. lib. 4. præſ. 139. num. 22. unde ſi quis inſtituat fratrem hæredem, cum hoc quod bona ſua debeat

com-

communicare vnà cum fratribus suis, importat simultaneam communicationem, vt ipse fratribus, & fratres sibi communicent. Ita Tusch. pract. concl. tom. 2. lit. D. concl. 376. num. 1. & 2. vbi affirmat, si quis instituat sibi hæredem Titium, vnà cum filijs suis, omnes esse hæredes.

Vnà cum. Illud monet Bart. ad L. Gallus §. quidam rectè ff. de liber. & posth. Vocem *vnà* coniungere plusquam dictio *Et*. Dictio *vnà cum* importat quod copula *Et*. Vnde si testator relinquat executorem suum Titium vnà cum Seio, perinde valet, ac si dixisset. *Relinquo Titium, & Seium* exequutores. Importat augmentum respectu qualitatis relicti, & demonstrat, vt aliquid expediatur.

Vnanimiter. 415 *Vnanimiter* eam significat coniunctionem animorum, vt importet, *Nemine discrepante, Cap. bonæ memoriæ, ver. vnanimiter, de postul. prælat.* Ita Panorm. in *Cap. licet* in 1. notabil. *de offic. deleg.* Addit Alexan. Scot. v. eodem. Vnanimiter factum, dici posse, quod factum est à maiori parte capituli, aliquibus contradicentibus.

Cōcorditer. Parum distat vox *Concorditer*: nam in omni dispositione, in qua aliquid per plures concorditer fieri debet, intelligitur nemine discrepante, præsertim in materia contractus, & stricti iuris. Ita Alex. cons. 124. incip. in causa num. 2. Petrus Henriq. resp. opusc. 2. num. 4. & Vulpel. de præpos. & aduerb. signit. ead. dict. p. 17. addens non posse dici concorditer factum, etiam à Collegio, quod fit aliquo discrepante, nisi sit factum absente minori parte.

Ac. *Ac* licet interdum sumatur dispositiuè pro idest. *L. Decernimus C. de sacros. Eccles.* apud Cenedum lib. Canonic, & pract. ling. 16. num. 1. interdum similitudinariè, & comparatiuè *Clem. 1. de iudic. L. 1. C. de error aduoc.* apud Mandos. in glos. facult. §. ac etiam verbo Ac. pag. 140. tamen regulariter est coniunctio copulatiua, & ponitur pro *Et* vnde dicitur venire agmentatiuè teste Pute. decis. 390. lib. 3. in correctis.

Et. 416 *Et* regulariter est coniunctiua, & copulatiua *L. si quis ita stipulatus ff. de verb. oblig.* Menoch. cons. 111. n. 9. Decian. cons. 44. num. 52. Vnde ex vi propria habet copulare præcedentia cum sequentibus. Ita Socin. Iun. cons. 71. num. 4. Flamin. Paris. de resign. tom. 2. l. 11. q. 11. num. 25. Habet vim copulandi primò in sensu composito, secundò in sensu singulari, vt tenet Alciat. con. 39. n. 19. lib. 9. Multa alia de hac voce tradit Aug.

Atqi Barbos. tract. de dictionib. Dict. 110. *Atq;* est dictio copulatiua, vt habetur *L. in lege censoria ff. de verb. sign.* & in alijs adductis per Rebuff. in comment. ad *L. pronunciatum ff. de verb. sign.* de iur. dot. aliquando pro (sicut) *L. si pater mulieris ff.* de iur. dot. aliquando pro idest (*L. 1. ff. de administr.*) Aliquando pro (sed) *L. cum alicui ff. de negot. gest.* aliquando pro (pe rinde) *L. item quia ff. de pactis*.

Dictio *Atqui* continet sæpe orationem non secus, quam *Atque*, vel *atq; etiam*, sed vi quadam maiori apud Tullium pro Milone: ponitur aliquando pro (certè) *Instit. de fid. tuto.* circa medium *L. filiosfam. ff. de in rem verso.* Aliquando pro (sed) *L. arbitrio §. de eo ff. de dolo.* Quanuis Glossa ibi exponat pro (certe) *Coalere* est cohærere, & iuxta Vlpi. vnitatem facere *L. non amplius ff. de dam. inf.* aliquando est concrescere *L. per omnes C. de defen. ciui.* *Atqui.* *Coalere.*

417 Quod attinet ad importantes disiunctionem, occurrunt precipuæ aut, siue, vel. Dictio *Aut* disiunctiua propriè est, & desiunctiuè regulariter accipitur, *L. si ex toto §. 1. ff. de leg. 1.* Nam disiungit sensum, & verba teste Paris. cons. 91. num. 29. lib. 2. & est alternatiua importans idem quod *seu* & *siue* apud Bald. cons. 45. Aliquando sumitur copulatiuè, & exponitur per *Et* L. Sæpe ff. de verb. sign. aliquando expositiuè pro idest. Iacobat. de concl. lib. 3. a. 1. num. 130. Mandos. in eadem dict. pag. 223. vbi subdit hanc vocem accipi pro (sicut.) *Aut.*

Quando vero sumi debeat disiunctiuè, & quando copulatiuè, quinque assertionibus tanquam regulis optimè declarat Barbos. tract. de diction. dict. 46. Dictio *siue* eandem habet vim, quam dictio *seu*. Nam teste Castro cons. 162. num. 4. uol. 2. est disiunctiua, & disiungit verba, sed coniungit significatum. Card. Tusch. pract. concl. tom. 2. lit. D. concl. 378. num. 3. dicit eam solum importare coniunctionem duobus casibus nempe quando id constat de mente proferentis, & in legatis fauore legatorum ampliandorum. Sumitur aliquando ampliatiuè præsertim in fauorabilibus dispositionibus, apud menoch. con. 653. num. 18. nam eius natura est potius ampliare quàm restringere, ut ex *L. cum quis decedens §. fin.* habet Rota decis. 275. num. 4. apud Farinac. in prima Collect. nouissimarum. Dictionem *vel* exponit latè Barbosa dict. 415. & nos exposuimus supra num. 412. *Siue. Seu.* *Vel.*

418 Ad calcem pro maiori explicatione prædictorum liber elucidare *Subdisiunctiuam coniunctionem*. Hæc eadem fere acceptione usurpatur a Grammaticis, & à iuris utriusque prudentibus; nam à Grammaticis sic definitur: Est quæ uoce disiunctiua utrumque adesse signat, vel simul, uel discretè. A Iurisconsultis sic describitur: Est quæ diuidit, siue ea simul esse possint, siue non. Diuersa hic intelliguntur quæ habent medium: ut cum profertur hæc propositio: (Socrates aut sedet, aut ambulat) datur enim medium nempe accumbere, & stare. Idem procedit, si prædicata inuicem non repugnent, sed compati possint, ut cum dicitur (omne animal aut agit, aut patitur) potest enim simul & pari, & agere *L. hæc ille aut ille ff. de verb. sign.* Adduntaliqui subiunctiuam dari quoties sensus coniungitur, *Subdisiunctiua coniunctio.*

gitur, similiter verba desinguntur, vt in hac (Alexander siue Paris) nam qui prius dicebatur Alexander Primi filius, postea cognominatus est Paris. Idem procedit si dicam tibi: (Da mihi aurum, vel argentum) non enim ita alterum petam, vt alterum excludam, cum sim paratus utrumque accipere.

SECTIO III.

De vocibus limitatiuis, & vniuersalibus.

419 VOces limitatiuæ, quæ rebus significandis limitem imponunt, uidentur esse in duplici genere, itaut aliæ dicantur taxatiuæ, aliæ modificatiuæ. Ad priores spectant Dumtaxat, solum, solummodò, Solus, Tantum, Tantummodo. *Dumtaxat* est taxatiua significans id quod solum, uel tantum, ut notant Fulgos. cons. 22. incip. uilis quatuor num. 2. & Tusch. pract. concl. tom. 2. lit. D. concl. 388. num. 1. Vbi addit quod respicit sequentia, & non antecedentia. Est restrictiua, ita ut concludat negationem in alijs, teste Cenedo sing. 18. num. 5. Excludit omnes alios, casus, & omnes personas præter expressas. Ita Mascard. de probatio. concl. 1393. n. 37. & Tusch. citat. num. 2. q. limitatur tripliciter, 1. ut non excludat casum habentem eandem rationem.

Duntaxat.

Hæc dictio, & aliæ similes taxatiuè appositæ dispositioni de aliquid faciendo, formam inducunt, & ipsarum transgressio uitiat actum. Vide Barb. dict. 97. *Solum* taxatiua, & limitatiua est in *L. fin. C. de leg.* Excludit personam hæredis, ut ex *L. non solum §. tale ff. de liber.* legata, tradit Surd. cons. 403. num. 62. Posita tamen, ratione frequentioris usus, nec excludit casus similes, nec restringit dispositionem, ut tenet Steph. Gratian. discept. forens. cap. 121. num. 20. Negatiua, & priuatiua est instar dictionis *Tantum*: imò adiuncta dispositioni affirmatiuæ habet implicitam negatiuam, iuxta Escobar. de ratiot. c. 6. num. 44. Denotat etiam singularitatem: unde testis deponens talem solum possidere, excludit possessionem cuiuscunque alterius *L. si te solum ff. de hered. instituen.* Achil. decis. 21. num. 2.

Solum.

Tantum.

Solùmodo.

420 *Solummodo* cum adijcitur potestati faciendi aliquid circa certas personas v. g. relindi bona solummodo illis de familia, & exclusiua aliorum, qui de familia non sunt, ut tenet Bald. cons. 331. Incip. in quæst. num. 2. lib. 3. & Tusch. prac. concl. tom. 2. lit. D. concl. 379. num. 1.

Solus excludit omnes alios, ut in *L. 2. ff. de vsu, & habit.* Seraph. decis. 820. n. 6. & Rota dec 445. n. 9. apud Farinac. p. 1. recent. & decis. 426. n. 5. At nec personas, nec casus similes excludit, præcipue ubi datur eadem ratio, ut latè tradunt Bart. Ias. & Glos. ad *L. ob æs C. de prædijs minor.* & Euerard. in topicis legalib. centur. 721. limit. 2.

Solus.

Tantum.

Tantum dictio taxatiua est: de eius natura, & effectibus latè disputat Barbos. tract. de diction. dict. 401. vbi multis citatis authoribus, dicit eam includere expressum, & reliqua excludere, proindeque impedire extensionem ad non expressa: habere negationem implicitam ita quod aliter fieri non possit: esse exceptiuam, limitatiuam, & restrictiuam, sicut dictio *Tantum modo*: excludere diuersa, & separata, non autem connexa, & pertinentia ad dispositionem expressam: imò nec casus similes. Vide exempla in Sanch. opusc. de ordine dub. 25. appositam in aliqua concessione excludere omnes alios iudices, præter illos quibus antea competebat iurisdictio generalis in ijsdem causis: operari vt depositio, & contractus non transeat ad hæredes.

Tantum modo.

Tantum modo.

Tantummodo est dictio taxatiua excludens omnes casus, qui nominatim exclusi non reperiuntur, vt ex *L. Lucius §. qua habebat ff. ad Trebel. Corn.* con. 252. num. 1. vol. 1. & Menoch. 5. retinet. n. 73. Includit tamen casus similes, & recipit alias declarationes, quæ adduci solent indictione *Tantum*.

Modificatiua voces.

421 Ad modificatiuas spectant Itaquod, Ita tamen, Prout, nisi, quodammodo, saluo scilicet, secundum, Taliter, Dummodo, Circa, Eatenus, & coarctare. *Ita quod* est limitatiua, & restrictiua præcedentis dispositionis, proindeq; taxationis vim habet, vt notat Dec. cons. 226. num. 6. tom. 1. ex *L. Gallus §. idem creden. in fine ff. de liber. & posth.* Quamuis verò magis restringat, quam augeat, tamen vel restrictiuè, vel declaratiuè, vel ampliatiuè sumi potest, vt resoluit Seraph. decis. 911. num. 7. Quomodo se habeat in testamentis, considerat Paris. cons. 90. num. 26. Regulariter declaratur secundùm præcedentia, vt dicit idem n. 27.

Ita quod.

Ita tamen.

Ita tamen est modicatiua, & limitatiua præcedentium, secundùm subiectam materiam. Vnde authore Capic. decis. 108. n. 7. legatis domibus vxori, ita quod ibi habeat habitationem omnibus diebus vitæ suæ dictio *Ita tamen* restringit legatum taliter, quod contineat solam habitationem, & non proprietatem. Importat conditionem: quandoq; modum: in rescriptis induit formam. Vide Surd. cons. 437. n. 2. & Ozasc. decis. 128. n. 16.

Prout.

Prout idem significat quod *secundum*, & *iuxta*. Explicatur aliquando per *quia* & *eo modo* est relatiua ante dictorum: limitatiua qualitatis, & temporis. Importat quandoq; similitudinem, quandoque conditionem. Barb. dict. 296.

422 Nisi

Nisi.

422 *Nisi* idem valet, atq; *si non*, ex quibus componitur. Est dictio natura sua exceptiua, & in effectu ita contradicit præcedentibus, vt si oratio affirmatiua præcedat, neget: si autem oratio negatiua præcedat, affirmet, & includat. Est conditionalis, maximè relata ad futurum tempus: vt quando dicitur non debere absolui, nisi restituat. Est modificatiua, limitatiua, taxatiua. Quandoque importat formam, & idem quod *non* significat. De illa tractant Vulpel. de præpos. & aduerb. pag. 62. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. comparat. 20. 40. & Tusch. pract. concl. tom. 2. lit. D. concl. 314. *Quodammodo* idem significat quod aliquo pacto: & quod barbarè dicitur: aliqualiter. Vnde apud Iuristas denotat improprietatem, vt L. 2. *ff. qui & à quibus L. in suis ff. de liber. & posthum.* Menoch. conf. 526. num. 10. & fictionem importat. *L. Prætor* §. 1. *ff. de Edend.* Tiraq. tract. de iur. primog. q. 33. num. 9.

Quodammodo.

Saluo.

Saluo est dictio, quæ omnia superiora modificat, & restringit, vt tenent Alciat. de præsumpt. reg. 2. præs. 28. num. 4. & Menoch. de arbitr. casu 303. num. 27. Imò adeo modificatiua est, vt si non inueniat quod modificet, extingnat orationem præcedentem, & in negationem resoluat, teste Rolan. conf. 54. num. 14. tom. 4. modificat non solum præcedentia, sed etiam sequentia iuxta Parif. conf. 70. num. 15. vol. 3. Est reseruatiua casuum sub ea positorum, & donat exceptionem à regula præcedenti. Azeued. ad L. 2. num. 154. tit. 23. lib. 8. nouæ recopil.

Scilicet.

423 *Scilicet* apud Latinos significat certè, quasi *scire licet*; ponitur pro idest, nempe nimirum. Est apud Iurisconsultos natura sua restrictiua, & declaratiua, importans alterum de duobus prout magis verisimile fuerit, vel secundùm benigniorem interpretationem. Ita Fulgos. conf. 141. n. 2. & Menoch. conf. 328. num. 11. *Secundùm à sequor vel secus* deducitur, apud Latinos idem valet, atq; Post, vel iuxta, vel Præter, vel Super. Est limitatiua, & restrictiua præcedentium *L. 1. C. de bonor. possess.* Vnde promissionem, & dispositionem limitat, vt tenet Socin. Iun. conf. 122. num. 23. vol. 3. Stat causatiuè, & interpretatiuè, per Menoch. conf. 31. numer. 18. Denotat modum, qui præsupponit essentiam, teste Vulpell. de præpos. hæc dict. pag. 106. n. 1. facit relationem eorum, quæ supradicta sunt, vt docet idem num. 2. Ponitur etiam assertiuè, & demonstratiuè, vt declarat Tusc. tom. 2. lit. D. concl. 370. num. 70. num. 1. *Taliter* sumitur quandoque pro *sic* vt in *L. si hominis ff. de iniur. & in L. Aemilius* §. 1. *C. de bonis quæ liberis*. Est limitatiua, & restrictiua præcedentium, vt cap. 2. de tempor. ordinat. tradit Grat. conf. 54. num. 13. lib. 1. Est repetitiua certæ, & determinatæ qualitatis, vt dicit Seraph. decis. 822. num. 2. vnde *talem esse* & pro *tali haberi*, differt, & non infertur de vno ad aliud. Menoch. conf. 35. num. 21. Tale enim non dicitur propriè, quod non est simpliciter tale. Idem Menoch. conf. 461. num. 17.

Secundum.

Taliter.

Dummodo.

424 *Dummodo* restringit, & modificat præcedentia *L. Lucius* §. *quæ habebat & L. ita tamen ff. ad Trebel.* Quanuis natura tua, & regulariter importet modum, tamen importat etiam conditionem varijs casibus 1. quando iungitur ei quod venit implendum, antequam actus perficiatur, 2. quando ponitur, & iungitur actui imperfecto: adiuncta enim perfecto modum denotat. 3. quando est adiecta dispositioni, non autem executioni. 4. quando apponitur facto explicando per aliquem tertium. Quæ multis citatis affert Barbos. dict. 95. *Circa* præpositio est, quæ infrà suo loco explicabitur.

Eatenus.

Eatenus refertur ad præcedentia, & de sui natura limitat, & modificat *L. miles ff. de re iudic. Cap. significatum de præben. cap. super literis, de rescript. Dec.* conf. 38 num. 3. tom. 1. *Coarctare* est verbum quod habetur *Cap. 1. immunit. Eccles.* & *Cap. consuluit de officio de leg.* idem valet atq; restringere, vt tradunt Atchid. & Hostien. *C. dispendia*, in princ. de *rescript. in 6.*

Coarctare.

Vniuersales voces.

Omnis.

425 Quod attinet ad alteram partem de vniuersalibus, explicanda sequuntur Omnis, Totum, Totaliter, Nemo, Nihil, nil, Nullatenus, Nullus, Nūquā, Per omnis, Qualecumq; qualitercumq; Quid quid, Quicquam, Quicunq; quilibet, quisq; Quiuis, Quotiescumq; Aliquis, Qualis qualis, vnusquisq; *Omnis* est dictio vniuersalis distributiua, tandem vim habens in singulari, quam in plurali: nam *Omnis homo* significat idem quòd *omnes homines*.

Omne, & totum.

Quanuis Raudens, de analog. lib. 1. c. 12. num. 2. & Anton. Monach. decis. 71. num. 22. nullum agnoscant discrimen inter *omne*, & *totum*, tamen Tiraq. in *L. si nunquam v. totum C. de reuoc. donat. num.* 8. & Dec. in *L. omnia num.* 2. *ff. si certum petatur.* Illud interesse dicunt inter omne, & totum, quod *totum* de eadem re dicatur, *Omne* verò de pluribus.

Et quidem differētiam ponunt Latini quod *totum* ad quantitatem referatur, *Omne* ad numerum: *Totum* partium, *Omne* numeri denotet plenitudinem. Apud Tullium pro Roscio reperitur *Omnis* pro *Quicunq*; apud Ialganet de differ. indici. lit. O. num. 14. *Omnis & Quilibet* differunt, nam *Omnis* coniungit, *Quilibet* distribuit. *L. si pluribus 33. ff. de legat.* 1. Est dictio adeo vniuersalis, vt nihil excludat, quod quatuot ampliationibus, & totidem limitationibus latè prosequitur Barb. dict 241.

Quilibet & omnis.

Totum.

426 *Totum* est dictio vniuersalis, quæ significat totaliter circa eandem rem *L. Si mihi Mæuia* §. *final. & L. Quæsitum.* §. 1. *ff. de leg.* 3. Nam refertur ad vnum integrum coalescens ex suis omnibus partibus, vt tenet Euerard. cent.

cent. legal. loc. 80. & Bertazol. de clauf. instrum.clauf.27. glof.19. nu.9. ubi addit totum accipi pro toto uniuerfali, ut genus comprehendens fub fe multas fpecies fubiectiuè. Importat illud quod debet fieri, faciendum effe fine diminutione alicuius partis, quæ comprehendi quomodocunque poffet. Concludit omnia, & nihil indecifum relinquit. Menoch. conf.202. n.23.

Totaliter. *Totaliter* idem fignificat quod in totum, authore Rolād.conf.98.n.15. fumitur pro fimpliciter, & abfolutè iuxta Flam. de refig. to.2. lib.14. in præf.n.4. importat quandam integritatem,& plenitudinem,tefte Menoc.conf.591. n. 13.

Nemo. *Nemo* uidetur componi ex *Ne*, & *homo*. quafi nullus homo: unde de folis perfonis dicitur. Eft negatiua uniuerfalis, ut tenet Card. Tufch.pract.concl.tom.2. lit.D concl.316.n.2. Importat omnimodam exclufionem, per Abbat.in *Cap.Graue* n.8.de *offic.ordinar.*

Nihil. *Nihil*, feu *Nil* fignificat quantitatis priuationem: Eft dictio uniuerfalis negatiua, quæ omnia excludit, & nullam recipit reftrictionē apud Cened.pract. & Canon. quæft.fing.64. n. 1.& Tufch.to.2.lit.D concl.313.n.1.præfertim quando ponitur in lege *Nihil penitus*, *Nihil omnino*. Nam ut fic importat uniuerfalem negatiuam fine ulla diftinctione, fed abfolutè, & in omni cafu,ut tenet Alex.conf.72.n.10.uerf. 2.refpondeo lib.6.

Nullatenus *Nihil* inducit annullationem ipfo iure,& eft canon latæ fententiæ, vt tradit Tiraq. ad *L.fi vnquam* v. reuertatur n.30.

Nullus, & nemo. 427 *Nullatenus* idem valet atq; *nullo modo*. Eft vniuerfalis negatiua excludens quācumq; partem etiam minimam. Tufch tom.2 lit.D. concl.315.n.1.negat omnes cafus, & omnem potentiam. Menoch. conf.383.n.14. Importat nullitatem actus ipfo iure, & vim latæ fententiæ. Rolan.conf.27.n.11.& Rebel.de iuftit. lib.1.q.6. fec.6.n.44.

Nullus componitur ex *Non* &, *vllus*, quafi non aliquis, vel ne vnus quidem. Patet latiùs quam *Nemo*, Quia dicitur de rebus omnibus, at *nemo* de folis hominibus. Sæpe fignificat, non quod inualidum eft, fed quod reuera non eft,vt notant Rimin.Iun.Confil.61.num.13. & Gozadin.conf.51.num.23.Eft dictio diftributiua ita fpectans ad plura, vt non poffit de vno prædicari. Alex. *l.1.ff.de acq.poffef.*Eft vniuerfalis negatiua, quæ excludit omnia, tam principale,quàm acceflorium, iuxta Gemin. conf. 35.incip.Pro clariori n.4. & 5. vbi addit excludere omnem etiam minimam partem. Verùm aliquando accipi pro dictione.

Aliquis quæ vniuerfalis negatiua non eft, probāt Bart.conf.117.& Corn.conf.180.n.14.

Nunquam. l.2. *Nunquam* idem valet atq;*nullo tempore*. Eft vniuerfalis negatiua cōprehendens omnē cafum,& omne tempus. *L.prouidendū §.1. vbi Glof. C.de poftulando.* Nullam refpicit reftrictionem, cū fit indefinita,Socin.Iun.cōf.116.n.52,vol.1.

Per omnia. 428 *Per omnia* funt dictiones,quæ fimul acceptæ multum operantur. Nihil omninò excludunt,Surd.conf.412.n.29. Important omnē fubftantiam, & qualitatem. Cott.in memorabil. ver. Per omnia pag.679.

Qualecunq; *Qualecunq;* eft dictio vniuerfalis. quæ tollit prorfus omne dubium,includit omnia, & comprehendit tam mafculos quam fœminas, tefte Flam. Parif. de confid. benef.q.27. n.21.

Qualitercunq; *Qualitercunq;* eft dictio valde vniuerfalis complectens omnia, quæ excogitari poffunt, & quidem maiora expreffis etiam in materia odiofa per Gonzal. ad Reg.8.Cancell. Glof.9. n.32. inde comprehendit omnem modum,iuxta Alex.conf.35.n. 9.lib.6.& Honded.conf.55.n.41.vol.1.& comprehendit omne ius, quod in pofterum poffet competere,fecundùm Menoch.conf.335.n.22.

Quidquid. *Quidquid* eft dictio vniuerfalis omnem modum comprehendens, Crefcen.decif.6.n.de teftam. imò & cafus alioquin priuilegiatos fecundùm Menoc. de præfumpt.lib.4.præf.145. n.15.omnia comprehendit etiam minutiffima, & verificatur etiam in minutiffimo, vt tenet Cened. pract.& Canon quæft.fing.89.n.4.Reftringitur tamen à verbis præcedentibus iuxta Menoch.conf.681.n.15.

Quicquam. 429 *Quicquam* eft dictio vniuerfalis habens laram fignificationem, & omnia comprehendens, itaut verificetur etiam in minimo, Ita Bartholom.Perett.in *Extrau.Ambitiofæ, de reb: Ecclef.* non *alien.* fuper verba quidquam alienare præfumpferit n.3.pag.237.vbi addit *Quicquam*, feu *quidquam* idem effe quod omnia.

Quicunq; Quodcunq; & omne. *Quicunq;* eft dictio vniuerfalis omnia includens,& nihil excludens:quod latè explicat, & octo ampliationibus locupletat Barbof. dict. 317.quia vox quodcūq; eft vniuerfalis, & magis lara,quam dictio *omne*, quæ generalis eft.

Quilibet. *Quilibet* etiā dictio vniuerfalis eft, & omnia comprehendit,quantunuis minima. Dec.conf. 619.n.2.Operatur idem quod dictio *Omnis*. vt tenet Mandof.in reg.12.Cancell.q.6. n.9. Eft diftributiua fingulorum, fupra pofitorum. Vnde fi cuilibet ex confanguineis fiat relictum omnes admittuntur in folidum, ordine fucceffiuo. Vulpell.de præp.dict. quolibet. pag.97.

Quifque. *Quifque* eft pronomen collectiuum ex Barr. in *L. hoc articulo n.5.ff.de hæred.inftit.* importat diftributionem apud Tufch.to.2 lit.D.conc.269. n.15. & vniuerfalitatem fine reftrictione apud Alex.conf.118.incip.in cafu n.5. ver. & tanto magis lib.5.& quidem apud Latinos vniuerfale fignum eft, idem fignificans quod omnes.

Quifquis. *Quifquis* idem valet atq; quicunq; uel omnis qui. Sumitur in iure tanquam dictio uniuerfalis, collectiua, & diftributiua, ut tenet Barb. dict.324.

Quiuis. 430 *Quiuis* idem eft quod quilibet, quafi unus è multis,quem uelis. Vniuerfalis eft,præcipuè quando reperitur in Datiuo, uel ablatiuo cafu pluralis numeri, apud Seraph. decif. 1022 num.2.Comprehendit omnes perfonas,

omnes ordines, & quidem maiora expressis, præcipuè quando est prolata ab homine ita, vt trahatur ad casus etiam improprios, vt tradit Steph. Gratian. decis. 24. n. 6. *Quauis persona* comprehendit communitatem, quæ persona ficta est: similiter *Quauis actio* continet officium Iudicis, licet actio proprie non sit. Ita Card. Tusch. to. 2. lit. D. concl. 397. n. 24.

Quauis persona.

Quotiescunq; significat plures vices, & sic reiterationem vicium, seu casuum. Menoch. cons. 143. n. 15. Comprehendit omnia, etiam in materia odiosa iuxta Ricc. in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis. 287. num. 1. p. 2. Inportat infinitatem ex Surd. cons. 281. num. 24. vide Rebuff. in Comen. *ad l. ostentum 38. ver. Quoties ff. de verb. signif.*

Quotiescūq;

Aliquis apud Latinos dicitur quasi Aliusquis, & quanuis singulariter dicatur, habet vim pluralem: non enim est aliquis nisi de multis. Est in iure vniuersalis. & comprehendit omnē speciem. Ita Gemin. cons. 29. num 2. & Cephal. cons. 347. num. 14. Est distributiua, & diuersitatem supponit. Cened. sing. 5. num. 7. Licet proferatur in genere masculino, comprehendit etiam fœminum iuxta Surdum de alimen. tit. 1. q. 31. num. 18. cum ad personas singulares referatur: ideo non comprehendit vniuersitatem, teste Gemin. cons. 65. n. 27.

Aliquis.

Qualis qualis sumitur pro qualiscunq; *L. rescriptum ff. de distra. pign.* sic *Qualiter qualiter* pro qualitercunq; L. qui fundum. Quemadm. ser. amit. *Vnusquisq;* est verbum vniuersale *L. hoc articul. ff. de hæred. instit.* habetur *L. 1. C. de sacros. Eccles.* Indistinctè sumitur aliquando *L. vnusquisq; C. de pa. pot.*

Qualis quales. Qualitercunq; Vnusquisq;

SECTIO IV.

De distributiuis, aduersatiuis, & importantibus similitudinem.

431 Distributiua nomina, quæ etiam *diuisiua* à Grammaticis vocantur, sunt quæ distributionem, seu diuisionem significāt: & hoc in iure diuersimodè, prout diuersitas subiectæ materiæ, vel aliud medium probabile habet diuersificare. Hoc optimis exemplis explicat Alex. Scot. v. cod. in hunc modum. Nam dicendo *(quilibet fert lapidem.)* Sensus est quod vnusquisq; per se in solidum fert lapidē. Ideo si testator dicat *(quilibet hæredum meorum det Titio decem.)* Tunc quot sunt hæredes, toties Titius habebit decem *L. si pluribus ff. de legat. 2.* vbi Glos. si verò testator digito ostendens duos, vel tres, dicat *Quilibet vestrum hæres mihi esto)* Sensus est quòd quilibet sit hæres in parte, non in solidum, *L. hoc articul. ff. de hæred. instit.* Nam materia subiecta non patitur de pluribus quemlibet in solidum esse hæredem.

Distributiua. Diuisiua nomina. Quilibet.

Est aliud exemplum: si Imperator dicat (quicumque primò ingressus fuerit castrum, habebit centum) tunc è duobus simul ingredientibus quilibet admittitur in solidum ad centum: nam hæc distributiua verificatur non solum in vno, sed etiam in pluribus, siquidem verè primus dicitur qui alium ante se non habet. At si dicat: (quicunque ingressus fuerit primò, habebit illum equum, vel hunc fundum) tunc pluribus simul ingredientibus, nullus debet habere in proprio significato verbi, quia vnum tantum requirit. Item si dicat: (Quicunque ceperit vexillum Bohemorum, habeat centum) & duo simul capiant: hi duo simul centum tantum habebunt. Nam gerunt se sicut cum duo simul portant trabem, & nullus eorum per se *L. ita vulneratus §. 1. ff. ad leg. Aquil.*

432 Pro maiori explicatione descendamus ad nonnulla nomina distributiua in particulari, qualia sunt Bini, Trini, Deni, singuli, vter, & Similia. *Bini* dictio est pluralis numeri, quæ licèt apud aliquos præsertim poetas impropriè idem valeat, atque duo simpliciter tamen nomen est numerale distributiuum, quod significat duas res illarum, quæ diuiduntur, singulis competere, vt si dicas binos argenteos esse viritim distribuendos, intelligimus quod singulis viris competunt duo argentei. Non igitur rectè diceres duos argenteos esse viritim distribuendos. *Bini*, & alia huiusmodi nomina eam naturam habent, vt iungantur nominibus pluraliter declinatis: v. g. si dicas te accepisse binas literas à me, sensus est te accepisse duas epistolas: quia literæ literarum pro epistola caret numero singulari. Hinc est, quod M. Tullius reprehendit filium Ciceronem, quia scripserat se accepisse duas literas, cum debuisset dicere binas: nam dicendo duas, significabat quòd duo tantum elementa acceperit, putà A. B.

Bini, & Dico.

Eadem est vis prædicti nominis apud Iuristas. Nam *L. quod conclaue ff. de damno infec.* sic habetur: *Binarum ædium*. Et in alia lege, de seruitut. Vrban. prædior. initium est *Binas ædes habeo, alteras tibi lego*. Vtroque loco significat duas domos. Nam *ædes* pluraliter declinatum, domum priuatam significat. Vnde si lex dixisset *duas ædes*, intelligerentur duo templa. Siquidem ædes in vtroque numero templum significat. Exquibus constat a vero aberrasse Accursium quatenus interpretatur hæc nomina in bis tantum, vt bina pro quatuor, quina pro decem, dena pro viginti.

Aedes. Binas.

433 *Trini* quandoque idem valet atque tres, frequentiùs tamen est id quod *Terni*: nam est nomen distributiuum, quale *Bini*, & significat cuilibet competere tria: ac similiter iungitur nominibus pluraliter declinatis. Martianus lib. 50. de legation. L. sciendum. Sic dixit Præcipitur edicto Vespasiani omnibus ciuitatibus, ne plures, quam ternos legatos mittant, idest trinos, itaut qualibet ciuitas non mittat plusquam tres. Vnde Accursius

Trini. Terni.

sius in hoc loco *Trinos* pro sex malè exposuit.

Deni, & Decem. *Deni* nomen etiam est distributiuum, & significat decem, sed distributiuè: ut si legem Titio, & Seio dena intelligor singulis decem legasse. L. *si ita Stipulatus ff.de verb.oblig.* Ex quo patet explicatio illius textus L. si quis testamento Titio, & Seio decem dari iusserit: nullam hæc uerba recipiunt ambiguitatem, ut dena dixisse uideatur qui decem dixit. Nam

Decem. cum inter decem, & dena illud sit discrimen ab oratoribus obseruatum, quod *decem* numerum simplicem significet, sensus legis est: quod qui Titio, & seio legauit decem, non legauit dena, idest cuilibet decem: sed decem simpliciter, hoc est cuilibet quinq; Ex his nominibus sic explicatis facile erit iudicium de similibus, qualia sunt quaterni, quini, Seni, septeni, Duodeni, & cætera.

Singuli. 434 *Singuli* dicuntur unusquisq; per se, hoc est separatim ab alijs. Est uox, quæ attribuit actum cuilibet in solidum, ut testatur Surdus decis.277. num.5. importar diuisionem, & distunctionem capitulorum, ut tenet Bertazol. de clauf.instrum.clauf.4. glos.3. sub n.11. dici-

Singulus. tur etiam *Singulus* in singulari, quasi sine angulo, pro vnico: nam quæ unica sunt, constituere angulum nequeunt. Vnde dixit Plaut. in Cistel. *Singulum video vestigium* hoc est unũ tantum, uel unius tantum hominis. *Vter*, a, um, apud Latinos idem est atq; quis ex duobus: sumitur aliquando pro *Alter*, & pro *Alteruter*. In iure dictio est distributiua, & uerificatur in altero tantum. Bart. in L. *pen. C. ae impu. & alijs subslit.*

Aduersatiuæ voces. 435 *Aduersatiuæ dictiones* sunt illæ quibus vtimur in oratione, quando procedit aliquid, cui ipsæ aduersentur, & quasi opponantur, quales numerari solent Alioquin, At, Autem,

Alioquin. Aliàs, Cæteroquin, secus, sed, Tamen, Vero. *Alioquin*, seu *Alioqui* apud Latinos significat Aliter, seu alio modo, vel quod si non, vel

Alias. præter hoc, Habet in iure eandem ferè vim, quam dictio *aliàs*. Vnde est aduersatiua conditionalis, idest si non facta fuerint prædicta: poniturque aduersatiuè ad præcedentia. Ita Mandos. reg.22. cancel.q 6. num.5. & Socin. cons.51. num. 9. vol. 1. sonat in alternatiuam Glos. verb. *Si verò dubia in Cap. ex parte 1. de verb. signif.* refertur ad omnes qualitates expressas in præcedentibus, vt sentit Cened.sing. 3.num.4. Dicit interdum comminationem, & inducit nullitatem ipso iure apud Crescent.

At. decis.18.num. 3. de præben. *At.* pro sed, dictio aduersatiua est, vel superabundat, vt in *Authen. de trien. & semi. §. & quod sæpe.* Ponitur aliquando pro certè vt *instit. de fidu. tut. §. 1.*

Autem. 436 *Autem* significat sed, uerum; sumitur quandoq; pro quia, & pro certe. *L.Offidius ff. de legat.3.* Vbi Glos.v.ex aduerso. Paris. cons.53. n.30.vol.2. Est aduersatiua in iure, & in facto: & ex vi propria, dum aliud ex disponentis mente non apparet, implicat diuersitatem casuum. *L. hoc amplius §. de his ff. de damno infecto* Vbi Glos. v.autem. Gratian. cons.2. num. 34. vol. 1. & Cened. singul.7.n.1.& 2.vbi subdit hoc fallere, quando hanc dictionem non præcedit aliquid, cui aduersetur, ex eo quòd ponatur inceptiuè, vel declaratiuè. *Aliàs* multiplicem subit significationem tum apud Latinos, tum apud Iuristas. Nam idem valet.atq; aliter, seu alio modo *L. deniq; §. vtrum ff. de pecul. leg.* Cened. Collect.62. num.5. sumitur pro aliquando, vel alio tempore *L. diceref ff. de arbitr.& L. 3.ff. de condict. sine causa.* Pro alio loco *L. adeo 7 §. Quod si toto ff. de acquiren. rer. dom.* Item pro alio casu *L. qui testamento §. mulier ff. de testam.* Mantic. decis.316 num.1. inducit formam, & solemnitatem. Tiraquel. de retract. conu. §.4. Glos.7.n.14. Importat conditionem, sicut dictio Alioquin. Grati. cons.14. num.1. excludit vitium, vel qualitatem, cui adiungitur. Tusch lit.D. concl.241. *Aliàs.*

437 *Cæteroquin* pro alioquin apud Ciceron. in orat. Vlpian. *L.29.ff. de iur. fisc.* sic habet: sed enim hæc pæna magis est, vt aduersus ipsum locum habeat, qui delatorem redemit: cæteroquin aduersus hæredem eius transire non debet. Item *L. 35. §. 3 ff. de hæred. Instit.* Cæteroquin, si tempore quo transtulit in alium locum. Vide quæ diximus supra n.435. de dictione *Alioquin*, huic accomoda. *Secus* quando est præpositio idem significat quod prope, iuxta. *L. quidem Hiberus ff. de seruit. vrban. præd.* Quando est aduerbium valet idem atq; aliter, præsertim si comites habeat non, haud: & ponatur, *Non secus: Haud secus.* Aduersatiuè dicitur, & importat conditionem contrariam dispositioni præcedenti *L. per seruum §. pen. ff. de acquir. rer. domi.* Surd. cons.437. n.29. Octau. Vulpell. de præp. hac dict. pag.107. *Cætteroquin.* *Secus.*

Sed coniunctio est discretiua, & aduersatiua significans idem quod *At* si ponitur simpliciter sine copula *Et*, bene denotat diuersitatem facti, & identitatem iuris. Vt *L. sed & si lege* in princ. *ff. de peti. hæred.* Paris. cons. 45. num.8. vol.3. Azeued. lib.2. num.229. tit.13. lib.8. nouæ Recopil. & Cened. sing.35. num.1. Interdum non aduersatur vt Instit. Quibus non est permis. facere testam. Vbi ponitur pro etiam: quandoq; aduersatur proximè superioribus, vt per Ias. in *L.1. §. municipes n.3. ff. de acquir. posses.* *Sed.*

438 *Tamen* apud Latinos significat nihilominus. Sumitur etiam pro statim, pro tandem, & pro duntaxat. Apud Iurisconsultos est limitatiua, & restrictiua superiorum, vt in *l. pro hærede §. Quod autem ff. de acquir. hæred.* Menoch. cons.146.n.8.& Tusch.to.2. lit.D. concl. 387. n.2. Est iuris & facti aduersatiua, & aduersatur in eodem genere, retentis eisdem terminis. Ita Paris. cons. 78. numer. 2. Aduersatur diuersificans vnum casum ab alio, & includens quod terminat, & omne aliud excludens *Tamen.*

M 2 Alex.

Alex conſ.9.incipit Attentis,n.4.lib.7.importat modum, & conditionem iuxta tradita per Mar.Anton.var.reſolut.lib.1.reſol.51.n.4. *Verò* eſt aduerbium ſignificans certè, verè: eſt etiam coniunctio affirmatiua: interdum aduerſatiua, & ſignificat Autem.

Verò.

Aduerſatur præcedentibus in iure, & in facto, vt in *L.hoc amplius §.de his autem ff.de damno infect.* Surd. conſ. 315. n. 1. Repetit qualitates præcedentes, & aduerſatur retenta eadem qualitate. Alex.conſ.99. num.9. vol.7. & Ruin. conſ.111.n.6. Aliquando ponitur inceptiuè. *Instit.de rer.diuiſ.§.Is verò ad quem.* Interdum nec aduerſatur, nec repetit qualitates præcedẽtes.

439 Dictiones importantes ſimilitudinem, ſunt Ita, Itaut, Idem, Pariter, Perinde, quemadmodum, Ceu, ſicut, ſimiliter, tamquam, velut, ac ſi Alius, ad inſtar. *Ita* aduerbium eſt ſimilitudinis, idem ſignificans quod ſic. Sumitur pro valde, & pro igitur præſertim adiunto, *que*, ſi dicamus. *Itaque*. Inducit formam, & modum determinatum cum certis qualitatibus, vt tenent Anton.Monach.Flor.deciſ.29. n.43. & Stephan. Grat.diſcept. forenſ.to.3. c.575.n. 34. Denotat ſimilitudinem, & declarationem ad rem expreſſam, & tunc idem valet atque ſicut *L.quæſitum §.peto L.qui habebat §.fin. ff. de leg.3.* de quo Mandoſ. in Gloſ.facult.§. volentes v.ita fol.181. & Cened.ſing.38.n.1. Inducit aliquando conditionem *L.Iulianus ff. de condit. & demonſtr.* Vbi Gloſ.Pariſ.conſ.17.n.19.vol.1. Sumitur aliquando exemplificatiuè, vt in *L. ſi res ita ff. de contr. empt.* Quandoque continuatiuè, vt tradit Cened.ſing.38.n.2.

Ita. *Itaq.*

Itaut idem valet atq; itaquod. *L. 2. §. ideoq; ff. de ijs, qui ſunt ſui.* Bart. conſ.4. n.2. ſumitur pro ſicut *L. quidam teſtam.in prin ff.de leg.1.* Denotat modum, ſimilitudinem, & declarationẽ ad rem expreſſam, iuxta Menoch. conſ.530. n.33.

Itaut.

440 *Idem* aliquando exponitur pro ſimile *L. ſi non ſortem §. Libertus, de condict. indebiti.* Quandoq; idem appellatur, tametſi priſtina qualitas, aut quantitas non adſit. *L. proponebatur ff. de iudic.* eſt dictio relatiua, quæ repetit qualitates in præcedenti diſpoſitione expreſſas, ſeu qualitatem diſpoſitionis, ad quam ſe refert, vt in *L. à filio §. teſtator ff. de alim. & cibar.* legatis, vbi Bart.Grat.conſ.21.n.26. vol. 1. refertur non ſolum ad id quod eſt idem in ſpecie, ſed etiam illud quod eſt idem in genere. Mandoſ.in reg.8.Cancell.q.4.poſt n.10. & Cened.ſing.97.n.3. *Pariter* ductum à pari, eſt Aeque. Sumitur pro ſimùl *L. ſi pater ff. de liberali cauſa.* Rebuff.in Com. ad *L.paries 157. ff. de verb.ſigniſ.*pag.547. Vbi ſubdit, aliquando accipi pro *ſimiliter*, aut *Aequaliter*. Aliquando idem valet quod *communiter*, vt in *Cap.cum olim fiu.de offic.de leg.* Tuſch.lit.D.concl.323.num.4. Importat paritatem, identitatem, & ſimilitudinem iuris, ſicut temporis. *Cap. venerabilem §. quod autem de elect.* Gabr.conſ.6.n.4.lib.1.

Idem. *Pariter.*

Perinde apud Latinos vſurpatur pro Aequè, & ita, iungiturque frequenter cum Ac, Acſi, Atque vt. Eſt ſignificatiua improprietatis, & fictionis, vt in *L.ſed & ſi lex §. Perinde ff. de petit. hæred.* & *L. ſacrilegijs ff. ad legem Iuliam peculatus.* Sebaſt. Medic. de regul. iuris p.1.reg. 10.n.39. & Tiraq.in L. Connub.gloſ.7.n.187. Denotat interdum omnimodam ſimilitudinem, non verò identitatem ſubſtantiæ iuxta Ceual. commun. contra comm.q.7. n.14. Importat omnimodam ęqualitatem, teſte Bonac. commun. opin.v. Dictio, pag.52. Refertur ad omnes qualitates, & ęquiparat vnam alteri, vt in *L.filio §.pen. ff. de alim. & cibar. legat.* Cald. Pereir.quæſt ſoren.conſ.4 num.35. *Perinde valere* quid ſit latè exponit Barb.de clauſul. clauſul.100.

Perinde. *Perinde valere.*

441 *Quemadmodum* prout componitur ex tribus vocibus *quem, ad, modum.* idem eſt quod *quomodo*. Tullius Attic. lib. 1. epiſt.5. Prolata ſine interrogatione ſumitur pro *ſicut*, & ſimilitudinem facti, non iuris denotat. *L.pater familias, & L. quemadmodum ff. de acquiren. poſſeſ.* Bertazol.de clauſ.inſtrum.clauſ.21. gloſ.23.n. 1. quando profertur interrogatiuè, accipitur pro quomodò, vel ad quem modum; vt in *L.ſæpe §. Item dubitatum eſt ff.de verb. ſign.* Cened.ſing.89.n.2.

Quemadmodum.

Ceu aduerbium eſt ſimilitudinis, idem ſignificans quod velut: ſumitur etiam pro *Quaſi* à Plin.lib.8.c.16. *ſicut* uel *ſicuti* idem valet, ac ſi dicatur eodem modo. *L. ſicut ff. quod cuiuſq; vniuerſ. non.* Gozad.conſ.8. num.18. Importat omnimodam ſimilitudinem, & identitatem, in *L.ſiquis obreſerit ff.de falſis.* Socin.Sen. conſ.255. Incipit viſis n.1.lib.2. & Tuſc.to.2.lit.D.concl. 374. à n.1. ubi n.13. limitat nõ omninò importare ſimilitudinem, quando loquitur inter habentes diuerſam poteſtatem. Importat aliquando relationem, & limitat totam diſpoſitionem ſecundum relatum, ut tenent Alex. conſ.23. à n.4. & Angel.conſ.338.n.4. Quando apponitur in diſpoſitione de ſui natura ordinata ad aliquid concedendum, tunc ſemper cauſam deſignat, & ponit pro *quia* ſi diſpoſitio eſt certa, ut ſi Papa concedit caſtrum, uel alium feudum, & addat ſicut tui maiores habere conſueuerunt. Tuſch.lit.D.conſil.374.n.6.

Ceu. *Sicut.*

442 *Similiter* oſtendit ſimilitudinem facti, & modi, ſignificatque æqualitatem, & identitatem. Surd conſ.303. num.34. & Menoch. conſ. 124. num.60. Inducit diſpoſitionem ſimilem præcedenti. Seraph.deciſ.1384. num. 1. *Simile* dicitur quod in aliquo habet differentiam, ſed in pluribus conuenientiam, ut definit Bertazol.de clauſ. inſtr.clauſ.4.gloſ.23. num 2.

Similiter. *Simile.*

Similitudo iuxta.Ioan.Andr.in *Cap. non poteſt de præben.in 6.* eſt rerum ſingularium, uel differentium comparatio: & ſecundum Bald. Eſt in diuerſis rebus eadem uel ſimilis qualitas. *Tanquam* apud Ciceronem 2. Phil. ſumitur pro

Similitudo. *Tanquam.*

Acli,

Acli, & quemadmodum. Apud Iuristas regulariter denotat improprietatem, & fictionem, vt in *L. si pecunia ff. si cert. petat.* Socin. Iun. consl. 5. num. 4. vol. 6. & Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 16. num. 3. Denotat tamen aliquando similitudinem, & veritatis expressionem vt in *L. sæpe ff. de verb. sign.* Ita Tusch. to. 2. lit. D. concl. 375. n. 11. vbi post Socin. consl. 240. n. 2. lib. 2. ait importare omnimodã similitudinem, nisi ratio diuersitatis obstet.

Velut. Veluti. *Velut*, seu *veluti* est dictio explicatiua, seu (vt loquuntur Iuristæ) exemplificatiua *L. 3. & L. labeo 2. §. 1. ff. de verb. sign.* Corn. consl. 254. n. 2. vol. 3. Interdum est expressiua veritatis, vt in *L. Quoties C. de iure dotium.* Interdum importat similitudinem, & ponitur pro *sicut* iuxta Menoch. de præsump. lib. 4. præs. 52. n. 6. quod hæc dictio stet pro *quasi* affirmat Dyn. consl. 41. n. 3. ver. cum ergo.

Ac si. 443 *Ac si* ponitur post Perinde pro *Ita* v. g. Petrus superbit perinde, ac si rex esset. Importat fictionem, vt ex *L. si alterius ff. de hæred. instit.* docet Paul. Montan. de tutelis, & curis, c. 37. num. 54. denotat etiam similitudinem, sed non per omnia *L. si deferente ff. quibus modis pignus.* Et fingit factum quod verè factum non est. *L. quamuis ff. de bonis authorit. iud. possid.* Vbi Glos.

Alius. *Alius* denotat diuersitatem à supra expressis, & diuersa ab expressis includit. *L. si fundus sub conditione §. libertus ff. de leg. 1.* Sociu. Iun. consl. 300. col. 3. vol. 3. valet aliquando etiam idem quod contrarius iuxta textum in c. cum Beatissimus ad finem iuncta glos. 24. q. 1. Aliquando idem, quod diuersus apud Cened. sing. 4. n. 11. Est dictio, quæ denotat similitudinem, refert, ac repetit similia, & facit positionem eiusdem qualitatis ad præcedentia. Quod nouem ampliationibus, & duabus limitationibus latè prosequitur Barb. dict. 26.

Adinstar. Instar. *Adinstar* idem est quod *Instar* redundante *Ad.* & significat ad æquiparationem. Importat similitudinem, testibus Baldo consl. 242. n. 2. ver. præterea lib. 1. & Tuscho tom. 2. lit. D. concl. 296. n. 1. Vide quæ diximus de priuilegio adinstar n. 234.

SECTIO V.

De vocibus continuatiuis, & alijs.

Continuatiuæ voces. 444 **V***oces continuatiuæ* sunt quæ in multiplici oratione continuant sensum, quales Deinde, Itaq; Item, Præterea, sic, & similes. *Deinde* aduerbium est ordinis idem ferè significans quod *Postea, Demum* & similes, vt in *L. potior in princ. ff. qui potiores in pignore habeantur* & in *L. vlt. C. ad legem Corn. de falsis.* Tiraq. in *L. si nunquam v. postea n. 9. C. de reuocan. donat.* Eandem vim habet, quam dictio *Successiue*, apud Honded. consl. 49. num. 19. lib. 2. & Surdum consl. 365. num. 9. Est significatiua

Deinde. Postea. Demum. Successiue.

ordinis graduum, & ideo in materia successionis importat successiuum ordinem, vt proximior præferatur remotiori. Surd. consl. 429. num. 10. & Sanch. lib. 3. Mat. disp. 7. num. 17. vbi subdit quod est continuatiua præcedentium. Interdum intelligitur incontinenti, & sine interuallo, nonnunquam cum illo. Barb. dict. 82. n. 6.

Deinceps propriè significat gradatim, seu per vices, quasi vnus sit post alium. Liuius lib. 1. Ita duo deinceps reges alius alia via, ille bello, hic pace, ciuitatem auxerunt. In iure idem est, atq; de cætero *C. de Epi. audi l. nemo. deinceps.* *Deinceps.*

445 *Itaque* significat quandoq; idem quod *Proinde, Ergo.* vt in *L. Coram, & in L. si calumnietur §. fin. ff. de verb. sign.* Quod verò declaretur per Igitur tenent Cosm. in pragmat. Sanct. tit. de Collat. §. volens itaq; in v. Itaq; & Cened sing. 39. n. 4. Est continuatiua, ac determinatiua casus præcedentis, & restrictiua casus sequentis, vt in *L. Lucius §. Qui habebat ff. ad Trebel.* Paris. consl. 22. num. 39. vol. 3. & Dec. consl. 226. num. 6. *Itaque.*

Item aduerbium significat *similiter* quasi iterum idem. Tullius in Brut. Romulus augur cum fratre item augure. Cum negatione sæpe in extremam conijcitur clausulam, vt res, quæ conferuntur diuersas esse appareat. Tullius Attic. lib. 1. spectaculum tibi vnum iucundum, cæteris non item, est dictio continuatiua, & repetitiua qualitatum præcedentis orationis, vt in *L. Item ff. de procur.* & in *L. item eorum ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine.* Castr. consl. 88. n. 1. p. 1. & Alex. consl. 99. n. 7. & 8. lib. 7. vbi ait operari de sui natura repetitionem, si repetitio congrua fieri potest, alias secus. Vide hæc & multa alia apud Barbos. dict. 185. *Item.*

446 *Præterea* quasi Prêter ea: est aduerbium significans vltra ea, quæ dicta sunt. Accommodatur etiam ad personas in singulari. Tullius pro Marc. Hunc vnum ab hostibus metui, præterea neminem. Continuat materiam ad præcedentia, & ponitur pro *Item* repetitque omnes qualitates præcedentes in sequentes, ut in §. *præterea Instit. Quibus non est permissum.* Extendit mentem, & protendit actus dispositionem. Franc. Molin. de brachio secular. c. 3. n. 12. Interuallum quoddam annuit, & ueluti rerum agendarum successionem, & ordinem inducit. Maiol. consl. 50. n. 10. *Præterea.*

Sic est aduerbium affirmantis. Vt Fecistine hoc? Sic. sumitur pro ualde, & pro tam. In iure est dictio continuatiua, & repetitiua formæ, ac qualitatis præcedentis uocationis, & significat idem quod *sicut*, ut tenent Gutier. pract. lib. 3. q. 19. n. 23. & Grat. consl. 106. n. 52. Est limitatiua habens relationem ad præcedentia, & ad ea concessionem restringens. Octau. Vulpell. de præposit. ead. dist. in princ. Iuncta cum copula præcedentis itat illatiue, seu expositiue. Ruin. consl. 102. n. 10. lib. 2. *Sic.* *Sicut.*

Ab horrer. 447 Sunt voces quæ significant diuersitatem, vt *Alborrere*, nam ponitur aliquando pro differre L. *si tibi area* §. *sed si puerum ff. de præscrip. verb.* sunt quæ important diuersitatem, vt *Insuper* Ita Gemin. cons. 44. num. 2. vbi num. 4. versu hoc probat, affirmat, quod clausula posita in principio non refertur ad sequentia, quando adest dictio *Insuper*, quæ importat diuersitatem. Ponitur pro *Præterea l. 1. C. Communia de legatis. Instit. de donat.* §. *alia in super.* Aliquando pro Præcipuè. *Cap. cum accessissent de constit.* Importat idem quod vltra, & vlterius *L. seiæ in princ. ff. de fundo instructo.* Bertazol de claus. instrum. claus. 27. glos. 1. num. 5. ex propria natura venit continuatiuè addendo ad superiora, retenta eadem materia. *Cap. statum* §. *In super Cap. vbi periculum* §. *Ipsos in super de elect. in 6.* Maresc. variar. resol. lib. 1. c. 151. num. 8. & Flamin. de resign. tom. 2. lib. 11. q. 11. num. 24.

Insuper.

Plerunque. 448 Vt ad multiplicem aliam dictionem promiscuè, & sine ordine explicandam accedamus, *Plerunq;* apud Latinos significat quod fere semper: & sumitur, sed rarissime, pro nonnunquam. Apud Iurisconsultos ex sua natura designat regulam *L. Plerunq; in prin. ff. de iure dotium.* Mascar. de probat. concl. 892. num. 2. & Menoch. de arbitrar. casu 390. num. 3. ostendit casus frequentiam, quasi sæpissimè. Paulus Montan. de tutelis cap. 25. num. 139. sumitur quandoque pro *Interdum*, vt notat Menoch. de præsumpt. lib. 5. pr. 30. num. 19. pro Regulariter, Instit. de le. part. tut. in fin. cum Glos. impropriatur ff. cum i. si is qui §. fin.

Frequenter. *Frequenter* sumitur in iure pro Multoties. *In proœm. Decretal.* §. *Saue*, pro voluntarie *L. 1. C. de vsuris pupil.* pro sæpius 18. q. 2. non semel. Frequenter fieri dicitur quod assiduè fit *L. nam & bis ff. de in offic. testam.* Quandoq; quod bis fit. *Authen. de defen. ciuit. ad* fin.

Pluries. Hæc dictio *Pluries* contenta est ternario, vt per Bald. in Cap. olim de rescript. & Borgnin. decis. 43. num. 7. vbi ait vocem esse ambiguam, & posse verificari in tribus, vel quatuor vicibus. Natt. cons. 70. incip. vide num. 60. tenet quod posset verificari in bino. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 135. num. 10. Vbi num. 11. subdit quod dictio *multa* etiam verificatur in tribus.

Multa.

Sæpe. *Sæpius.* 449 Proximis assimilantur Sæpe, sæpius, sæpissime. Dictio *Sæpe* verificatur ad minimum in duobus vt in *l. iuxta*, *& liberorum ff. de verbor. signi.* Dictio *Sæpius* regulariter tres actus postulat vn *L. veluti* §. *fin. ff. de edendo*, tamen duabus vicibus contenta est.

Sæpissimè. *Sæpissimè* requirit saltem numerum trium *Amplius.* actuum: quandoque verò significat numerum infinitum *L. Vbi actuum in prin. ff. de verb. oblig.* vbi glos. 10. q. 7. Illud rectè notat Mart. de iurisd. p. 2. cap. 23. num. 17. arbitrio iudicis relinqui quot actus denotent huiusmodi dictiones. *Amplius* significat idem quod vltra, & vlterius *L. 1.* §. *qua quæstion. ff. de quæst.* Declarat *Insuper*, *& Præterea* apud Tullium pro Milon. Accipitur pro plus in *L. si quando ff. si seruitus vendicetur.* Pro Deinceps in *L. si tui ff. de seruit.* pro etiam in *L. 3.* §. *sed & si quis ff. de itinere*, & pro Melius à Glos. in proœm. digest.

Habet vim includendi, & repetendi præcedentia Tusch. tom. 2. lit. D. conc. 246. si ponatur in legatis fine pro nomine *Hoc* est solum continuatiua legati, non repetitiua rei legatæ: secus si apponatur pro nomen *Hoc*. Quia tunc est repetitiua legati *L. si à pluribus* 110. §. *si ita scriptum* vbi Paul. de Castr. à num. 2. *ff. de leg. 1.*

450 *Affatim* est aduerbium, quod media syllaba breui, significat large, abundè media longa, idem valet atque facundè, vt habetur in *Cap. vnico* §. *Custos de relig. dom. in 6.* in Glos. Affatim. *Frustratim* idest minutatim, & quasi per frusta 13. q. 1. *Ecclesias* §. Item Apostolus. *sigillatim*, idest singulariter, vt interpretatur Archid. in Cap. præsentium §. testes eod. tit. in 6. & Hostien. in Cap. *venerabile de test.* Vide *l. cum quidam C. de verb. signi.* *Nominatim* idem valet atque *specialiter* vt in L. 2. *ff. de liber. & posthum.* & in *L. barts seruus ff. de euict.* vbi Glos. & Stephan. Grat. discept. foren. cap. 97. num. 16. apud Syluestr. v. eod. idem est quo nomine nominato: sicut dicitur quis expressus, aut vocatus nominatim, sic hoc fiat eius nomine expresso, uel saltem in ijs circunstantijs, ut euidenter intelligatur quis sit, ut si dicatur Filius Petri, & constet notoriè filium unicum esse Petri. *Affatim.* *Frustratim.* *Sigillatim.* *Nominatim.*

Iuxta innoc. in *Cap. in Lateranensi, de præben. interdicti* nominatim dicuntur, qui interdicti sunt expressis nominibus proprijs, & similiter omnes de ciuitate, uel castro, si illa uel illud interdicitur, idest homines illius: secus si excommunicatur Petrus cum fautoribus: quia fautores non sunt excommunicati, nisi de fauore notoriè constet. Quando dicatur aliquid nominatim relinqui, exponit Bart. in *L. Turpia legata* §. *fin. ff. de legat. 1.*

451 *Potius* aliquando ponitur correctiuè *Potiùs.* *cap. 1. de testam.* aliquando comparatiuè *Cap. requisiuit, de sponsal.* Aliquando electiuè non comparatiuè *L. si communes ff. de negot. gest.* *Præsertim* sumitur in iure aliquando pro maximè, ut *Cap. ex literis 2. de hom.* aliquando *Præsertim.* pro tantum ibidem in Glos. *An* est aduerbium interrogandi, & ponitur pro nunquid. De *An.* usu iuridico huius dictionis uide *L. an vsus fructus, de vsufr.* & Instit. *De rerum diuisione* §. *cum ex aliena.* *Quanuis* & *Quanquam* sunt coniunctiones aduersatiuæ, idem significantes quod tametsi. Interdum *Quanuis* ponitur pro quantumuis. Habet in iure ampliare *Quanuis.* *Quãquam.* ad

ad maiora expressis. *Clem. 1. de re iudic.* *Quominus.* *Quominus* si sumitur ut est una pars orationis, explicatur, uel pro quàm *L. liber homo ff. de verb. oblig.* uel pro *Incontinenti*. *L. si quasi ff. de pignor. act.* uel pro In præsentia *L. fin. C. de legi.* Si sumatur ut sunt duæ partes, exponitur *Quo* pro ut, & *Minus* pro non, & idem ualet, atque *vt non* L. 1. *C. ne vxor. pro marit.* Sic usurpatur à Tullio lib. 1. epist. Nemo est qui nesciat, quo minus dicessio fieret, per aduersarios tuos esse factum.

Quanto minus. 452 *Quanto minus* sunt duæ dictiones, quæ explicantur in *L. si ita à te ff. de verb. sign.* in hunc modum: si ita à te stipulatus fuero, quanto minus à Titio consecutus fuero, tantum dare spondes? non solet dubitari, quin si nihil à Titio fuero consecutus, totum debeas, quod Titius debuerit. Vbi Glos. Quia Verbum *minus* continet etiam vbi non est.

Quasi. *Quasi* apud Latinos est aduerbium similitudinis, & significat Tanquam, Itaut, Sicut, Non secus ac, & Ferè. Apud Iuristas denotat improprietatem, fictionem, & diminutionem *L. Item mera §. Celsus, & §. Quamuis ff. ad legem Aquiliam.* Tiraq. de lege mariti Glos. 7. num. 187.

Interdum denotat veritatem, vt constat ex Ioan. 1. *Vidimus gloriam eius quasi vnigeniti à Patre.* Bald. in *L. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. oblig.* dicit, quod quandoque ista dictio quasi ponitur per modum causæ, & tunc exprimit veritatem, sed quando ponitur per modum similitudinis, denotat fictionem. *Homo.* Sicut vox *Homo* continet sub se masculum, & fæminam *L. Hominis appel. ff. de verb. sign.* *Alter.* Ita vox *Alter* refertur ad vtrumque sexum *L. 3. ff. de negot. gestis*, & dicitur etiam de pluribus, licèt propriè de duobus *L. quicunque, C. de hæreticis*. Vbi Glos.

Cæterum. Cætera. 453 *Cæterum* aduerbium propriè significat *De cætero: valet* quod dictio sed *L. 1. C. si aduersus rem iudic.* Vt nomen significat reliquum *L. quæsitum §. idem respondet ff. de verb. sign.* *Cætera* idest & alia. Importat in contractu ea quæ veniunt, quæ sunt de natura ipsius contractus, hoc est de consuetudine *L. si duo patroni §. si quis iurauerit ff. de iure iur.* *& cætera.* Quantum discriminis sit inter *& cætera* scriptum in breui, vel ad longum, in medio, vel in fine orationis, latè prosequitur Alex. Scot. in suo diction. v. eodem. Vide Barbos. de claus. claus. 14.

Reliquum. *Reliquum* significat id, quod superest. Acceptum substantiuè ponitur aliquando pro debito reliquo. Dictio *reliqua* iuxta Menoc. cons. 1020. num. 39. comprehendit omnia præter excepta. *Reliquorũ appel.* *Reliquorum appellatione* non solum propriè venit pars restans L. si Stichum, ibi reliquus debetur *ff. de verb. oblig.* sed etiam totum *L. potest. 95. ff. de verb. signif.* Vbi latè Rebuff. pag. 409. Vnde absolutio facta à reliquorum restitutione, censetur facta de omnibus. teste Alex. cons. 47. circa num. 13. vers. deniq; lib. 1.

Cæterorum appel. *Cæterorum. & reliquorum appellatione* (inquit Vlpian.) etiam omnes continentur, vt Marcellus ait circa eum, cui optio serui legata est, cæteri Simpronio, nam tenrat, si non optet, omnes ad Sempronium pertinere. Sunt concepta verba quæ habentur *L. 160. ff. de verb. sign.*

Residuum. 454 *Residuum* & reliquum videntur omninò coincidere. Nam *Residus appellatione* venit totum quod superest. *L. cæterorum ff. de verb. sign.* Vbi Alciat. Alex. cons. 130. num. 7. lib. 2. vbi ait quod potest importare totum, quando non potest applicari parti. Nam *residuum* aliquando totum admittir, vt L. 2. *C. de hæred. instit. aliquando nihil addit*, si nil reperiatur L. *item quod Sabinus ff. de hær. inst.* Hæc dictio.

Plus. *Plus* aduerbium est comparatiuum, & apud Grammaticos magis accedit ad nomen, quam dictio *Magis* Vnde non temerè vsurpatur pro *Magis*, & quidem propriè pro *Amplius*. Consideratur non solum respectu quantitatis, sed etiam respectu temporis, iuxta Menoch. cons. 279. num. 7. De modica quantitate intelligitur, vt in L. *hæc adiectio ff. de verb. sign.* Boer. decis. 147. num. 7. Prolata à teste, cum sit ambigua, nihil operatur, vt per Alex. cons. 109. n. 15. vol. 4. & Mascar. de probat. conclus. 1396. n. 7.

Plus minusue. Dictio *Plus minusue* nihilque minuit de confessione, nisi aliud probetur, vt tenet Bart. in L. *Publica §. fin. ff. depositi*, & in L. *in actione ff. de furtis*. *Plus* sub se *Minus* continet v. g. quia licet etiam vulnerare, vel iniurijs afficere L. *nec inea §. ius occidendi ff. ad leg. Iuliam. de adulteris*. Nam plus est occidere, quàm vulnerare. *Vix.* *Vix* aduerbium significat cum vi, difficultate, & labore. Sumitur pro Non, & pro Nuper. Imminuendi, ac pene negandi vim habet. Illud dicitur in iure vix fieri, quod fieri potest licet cum difficultate, vt in *Cap. hæc tuius placiti 12. q. 2.* Vbi Glos. & *cap. 2. de cognat. spirit. in 6.* Quandoq; idem valet atque nullo modo. L. *si seruas legatas §. Quin quinq; ff. de leg. 1.* Denotat exceptionem, & regulam esse in contrarium, vt in L. *vix certis armis ff. de iudicijs*, Vbi Glos.

SECTIO VI.

De præpositionibus.

Præpositio. 455 Præpositio apud Grammaticos est pars orationis, quæ cæteris partibus, aut separata, aut coniuncta fere præponitur. Præpositio in compositione auget, *Cap. si pauper clericus de præben. in 6* Præpositiones faciunt conditionem, si regunt accusatiuum, & adijciuntur dispositioni de futuro L. *Cum vir ff. de condit. & demonstr.* Idem, si regant ablatiuum

tiuum *L. si fuerit ff. de manum. testa* Idem, si regant vtrumque casum. *L. nec semel §. si in habitatione ff. quando dies lega. cedit.* Quia verò præpositionum explicationem grammaticaliter non persequimur, sed tantum earum vim. & significationem,quam in iure subeunt, hinc non omnes sed aliquas perstringemus, ijs omissis, quæ vel iam alibi explicatæ manent, vel nihil iuris explicandum in se continent.

A, Ab. 456 *A, & Ab*, præpositio à Latinis sumitur interdum pro *post*. Tullius pro Mil. Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodij. Interdum pro *Pro* Tull. 1. de orat. Vide ne hoc totum Scæuola sit a me, idest Pro me. Nonnunquam pro *Per* vt tenet Garc. de nobilit. Glos. 6. num. 41. Aliquando pro *De* apud Terent. in Adelph. Multis modis in iure accipitur, sed regulariter exclusiuè, vt tenent Castr. cons. 42. num. 5. p. 3. Anch. cons. 113. in fine, & Mandos. in reg. 19. cancel. q. 18. num. 5. Oppositum verò. nempe quòd includat, defendunt Arch. in Cap. statum, & alij citati à Tiraq. de retract. lign. §. 1. Glos. 11. num. 41. & 52. Quomodo autem vtraque sententia conciliari possit, multis eleganter docet Barbos. dict. 1.

Absq; *Absq;* idem significat quod *sine*, pro qua apud Comicos potius quàm apud oratores in vsu est. Requirit omnimodam carentiam iuxta Bald. in *L. 1. C. de conditioa. inf.* vbi affirmat quod statutum de dote lucranda, si vxor absque filijs decesserit, prodest etiam quod cum vno tantum decedat. Est dictio negatiua, exclusiua. ac separatiua. *Cap. Qui generaliter*, vbi Archid. num. 3. vers. Absque de procur. in 6. Cened. sing. 2. num. 1. qui n. 4. subdit spectandam esse iuxta subiectam materiam, vt includat, vel excludat: & addit num. 5. quod quando illam præcedit negatiua, tunc stat inclusiuè, si non præcedat negatiua, tunc stat exclusiuè.

Ad. 457 *Ad* præpositio multiplicem significationem, vel acceptionem subit. Sumitur enim pro *secundum*, pro *Tra*, *Apud*, & pro *Circiter* à Cicerone varijs in locis. In iure etiam accipitur pro *Valde*, vt probant Felin. ad cap. Cum vigesimum, num. 7. & Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 10. §. 1. num. 30. Pro *intus*, & sic exponitur titulus *C. de ijs qui ad Ecclesias confugiunt*, idest intus Ecclesias. Pro *contra L. Comissa ff. de public. & vectig.* Vbi gloss. v. ad hæredem, idest contra hæredem. Vide Tiraq. de retractu tit. 1. glos. 1. & 11. n. 67.

Includit tempus, numerum, vel actum, cui adijcitur *L. 3. §. qui habebat ff. de seruit. rustic.* Aliquando importat vicinitatem, non intrinsecitatem. Vnde si quis probat possedisse fossatum vsque ad aliam ripam, non includit ripam. Quia dubio probatio contra probantem interpretatur. Tusch. tom. 2. lit. D. concl. 239. num. 1. Quandoque importat conditionem, vt si promitto tibi decem ad arbitrium boni viri. Si vero adijciatur ad aliquid explicandum per aliquem, facit modum. Garganct. de condit. & demonstr. par. 2. cap. 3. q. 4.

Aduersus. *Aduersus* componitur ex *Ad*, & *Versus*. Sumitur pro *Erga*: Cic. 1. de nat. Deor. *Pietas, & iustitia aduersus Deos*, 1. erga Deos. Pro *secundum* Vlpian. Instit. cap. 28. *Aduersus tabulas*, idest secundum tabulas. At communiter pro *Contra*. Tull. 1. in verr. Pecuniæ conciliatæ aduersus rempublicam. Sic accipitur *L. non solam §. fin. ff. de iniur.* Et quando supplicare aduersus aliquem *L. nec apud Peregrin. C. de hæred. instit.*

Apud, & Penes. 458 *Apud* vsurpatur in iure multipliciter iuxta multiplicem significatum: nam sumitur pro *coram L. 2. ff. de sicarijs*. Inauditum filium pater occidere non potest, sed accusare eum apud Præfectum, idest coram præfecto. Cened. pract. sing. 19. num 4. Pro *Penes*, vel *prope*, vt in *L. is, apud quem ff. de acquir. hæred.* Ita Mandos. in Glos. facult. in proæm. v. apud quos pag. 54. & Rebuff. in *L. penes te* ver. *notandum esse*.

Penes, & Apud. Differunt in hoc *Apud*, & *Penes*: quia *Apud* significat personam in loco, vt apud Socratem, idest in loco, vbi est Socrates: *Penes* verò significat personam, & potestatem, vt penes te est Salus, & vita mea. Sic Mandos. cit. pag. 54. & Cened. sing. 19. num. 3. Aliquando accipitur pro *Ab*, vt *L. apud antiquos querebatur*, idest ab antiquis *C. de furtis*. Aliquando pro *In*, sic Glos. v. in Curia *Cap. statum de præbea. in 6.* Differunt tamen *Apud*, & *In*, *In, & Apud.* quod *Apud* personæ, *In*, loco præponitur. Dicitur Apud aliquem obligari, pro Alicui obligari. *L. fideiussor. obligari ff. de fideiuss.*

Circa. Circam. 459 *Circa*, Apud Latinos idem significat, quod *Circam*, & frequentiùs ad locum, aut personam refertur. In iure accipitur pro *In L. circa ff. de inoffic. test.* Interdum pro *erga*, seu *quoad*, vt in L. nec. quidquam §. circa Aduocatos ff. de offic. procons. Interdum pro *Iuxta*, seu *Prope*. Sic in L. 1. ff. de offic. Præf. uigil. unde *Circa Ecclesiam*, i. prope Ecclesiam. Aliquando pro *Apud*, vel *quantum*, ut in *L. post rem ff. de transac.* Aliquando pro *Ad* in *L. si seruus §. Idque eadeatius ff. de furtis*.

Importat diminutionem, & restrictionem: rebus coniuncta non principalitatem, sed accessionem denotat: ad excludendum maius delictum, in mitiorem partem interpretari debet. Quanuis referatur passim ad tempus, locum, & numerum, tamen (ut notat Alex. Scot. v. eodem.) *Circa* pertinet ad tempus, *Circum* ad locum, *Circiter* ad numerum. *Circiter.*

Citra, & vltra. 460 *Citra* habet significationem oppositam præpositioni *Vltra*, nam dictio *Citra* importat ante dictio *vltra* importat post, & transf. Ita Bald. cons. 405. incipit, quidam emerunt lib. 5. apud Tuschum tom. 2. lit. D. concl. 251. num.

num.2. Ponitur pro *Ante*, *Cap. Dilecto, de testibus* pro contra *L. seruus ff. de noua* pro fine, *Authen. Vt ind. sine quoquo. suff. §. Quod autem à nobis.* pro Præter *L. vlt. ff. de calum.* Habet quãdoq; effectum priuationis, vel negationis *L. si filia §. Papin. ff. fam. hercifcum.* Citra quam, idest Aliter quàm *Authen. iuris iuran. quod præst. ab his §. iuro quoq;* Differunt Cis, & Citra, quod *Cis* frequentius præponi solet proprijs nominibus fluminum, vel montium, vt Cis Tagum, Cis Alpes: reliquis verò *citra*, vt citra forum, citra templum. Vide Cenedum sing. 43 n. 4. Vulpel. de præp. dict. Circa pag. 17. & Rebuff. L. Cæterorum verf. Citra. *Clam.* iũgitur ablatiuo, & accusatiuo, ac solũ præponitur casualibus, significans occultè, abditè, abscondité. Vnde verificari nequit in re acta coram multis, vt probat Menoch. conf. 38. n. 34. *Clam factum* dicitur Quoties ita fit, vt ad eos, quorum interest, notitia peruenire non potest, ita Dec. conf. 399. n. 19. & Felin. in *cap. consuluit* n. 20. *de offic. de leg.* Contractus clam fieri dicitur, qui vbi instrumentum de eo confectum est, occultum remanet, nec publicatur. Ruin. conf. 128. n. 5. lib. 4. & Franc. Molina de differen. 11. num. 11. Alienatio clam facta dicitur, cum eam quis occultat, ne aduersario innotescat. Alciat. in *L. post contractum* num. 50. *ff. de donat.* & habetur *L. 3. §. fin. ff. quod vi, aut clam.*

Cis, & Citra.

Clam.

Clam factum.

Contra.

461 *Contra* idem significãs quod Aduersus, iungitur accusatiuo. Sumitur pro Præter, Grat. dict. 33. & Glos. in *Authen. quæ res C. de sacrosf. Eccles.* Accipitur pro Eregione, siue ex opposito. Virg. 1. Aen. *Contra elata mari respondet Gnossia tellus.* *Coram* habet significationem oppositam præpositioni clam. Importat non solum præsentiam personalem, sed etiam intellectualem, & operatiuam *L. diem proferre §. Coram ff. de receptis arbit.* Vide Auendan. ad L. 44. Tauti Gloss. 14 num. 3. Refertur ad certas personas, & significat proximitatem, vt probat Vulpell. de præp. dict. commodè ver. coram pag. 18. Vnde coram distinguitur à *Palam*, quòd dictio hæc nec indiget adiectione, nec refertur ad certas personas. Differt ab *Ante* quod ante oculos, longè intelligi potest, *coram* semper significat proximitatem. *De* (vt ait Tiraq. in trac. cessante causa limit. 30. n. 31.) eiusdem significationis est atq; dictio *Ex*: Tullius Attic. lib. 1. Messala consul. de Pompeio quæsiuit quid de religione sentiret.

Coram & palam.

Palam, & coram.

De Ante & coram.

Accipitur frequenter pro *super*. Tullius in Brutum. Legatus ad senatum de Rhodiorum præmijs venerat. *L. 3. ff. si à non comp. Iud.* Put. decis. 39. n. 1. lib. 2. Aliquando pro Propter *L. vnic.* quando ciuilis actio, ibi habetur, de re familiari, & exponũt Interpretes, Propter rem familiarem. Aliquando pro Pro: *Authen. vt nulli iudic. §. necessarium* vbi habetur: vt nulla mulier de qualibet re includatur, exponit Glos. Pro qualibet re. Interdum pro secundùm. Vt 20. dist. de libellis, idest secundùm libellos.

Differunt *De*, & *Cum* quia *De* dicit substantiam, *Cum* denotat processum. Vnde si statutũ dicat, quòd Prætor faciat de consilio, tenetur sequi consilium: si dicat, *cum consilio*, non arctatur præcise ad sequendum consilium. Ita Tusc. to. 2. lit. D. concl. 292. n. 21. In compositione quãdoque importat turpitudinem, vt *Depectus*, idest turpiter pactus. *L. & generaliter ff. de calum.* quandoq; auget, vt *Depositum L. 1 priue. ff. depositi.* Sæpe mutat ex totum significatum eius dictionis, cui adiungitur, vt *Destruo*, *Dedecus*. Aliquando nihil mutat, vt *Detergere* pro Tergere. Vide Barbos. dict. 76.

De & cum. *Cum & De*

Depectus.

Ex.

462 *Ex* multipliter à Latinis, & Iuristis vsurpatur: pro *A*, vel *Ab L. 2. ver. ex veteri iure C. de* veteri iure enuclean. Notat Cenedo sing. 30. num. 5. Vnde cum denotat terminum à *quo*: suapte natura exclusiua, & separatiua est, vt tradit Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Glos. 12. §. 1. n. 23. Vbi n. 24. limitat, nisi aliud suadeat materia subiecta, vel absurdum vitandum. Præposita diei, eum diem excludit, vt non computetur. Sic Tiraq de retract. tit. 1. §. 1. Glos. 11. num. 55.

Apposita tempori exponitur pro post. Ex hoc tempore idem valet, atq; post hoc tempus: sic in L. 1. §. item si ff. quando dies legati cedat. Sumitur pro Propter, pro De, pro In, pro secundùm. In compositione stat augmentatiue pro Valde: Vt *exæquare*, idest valde æquare *L. 1. ff de legat. 1.* De sua regulari significatione denotat causam immediatam, & proximam, vt cum multis probat & quater ampliat Barbos. dict. 115. *Ex post facto* idest postea, post factum, *L. Titio ff. de pign. L. omnis hæreditas. ff. de reg. iur.* Est alius modus loquendi, *Ex lege capere*, idest secundùm legem. Vt in *lege quemadmodum §. magistratus ff. ad leg. Aquiliam.* Sunt alij modi inter se differentes, nempe *ex bonis*, *& in bonis*: nam *in bonis* propriè esse dicuntur ea, quæ situ, & positione intra rem aliquam nostram continentur: *Ex bonis* verò, quæ naturaliter sunt extra rem, sed tamen ad eam pertinent. vt decem quæ in arca mea sunt, in bonis meis esse dicuntur: at quæ Petro dedi mutuo, ex bonis. Item vsusfructus quem alieno in prædio habeo, in bonis meis non est, sed ex bonis. *L. nec vsus ff. de vsufr.*

Exæquare.

Ex post facto. *Ex lege capere.*

Ex bonis, & in bonis.

Extra.

463 *Extra* opponitur ex diametro præpositioni *Intra L. § siue autem ff. de aqua quotidiana.* Nam importat separationem, & remotionem *L. absente ff. de verb. sign.* Ita Card. Tusc. tom. 2. lit. D. concl. 280. num. 1. vbi n. 5. addit si præponatur ciuitati, vt *extra ciuitatem*, non intelligi extra muros, sed extra continentia ciuitatis, cuius appellatione veniunt suburbia: secus si *extra vrbem*, quæ continetur ex muris. Denotat Præter, importat *Foris*, sed dato interuallo, & quandoq; sumitur pro absq; Extra quam si pro nisi Vlpian. *L. 1. §. Labeo scribit ff. de flumin.*

Extra ciuitatem. *Extra.*

quam.

Extra

Extra ordinem quid importet, vide Bart. in *L. 1. ff. de furt.*

In. *In* varios habet significatus, & effectus, de quibus Tiraq. de retract. tit. 1. §. 1. glos. 11. 1.74. & Vulpell. de præp. sub hac dict. pag. 44. Sumitur pro Intra *L. Gallus ff. de liber. & posthum.* pro Inter c. Sacros. 22. dist. pro Ex *L. si patroni §. 1. ff. ad Trebel.* pro supra *L. si duo §. Item videamus ff. vti possidetis*, pro De, pro Iuxta, pro Apud, pro Sub, pro Propter, pro Supra, pro Valde, & pro Vsque.

In & De. Differunt *In*, & *De* quia si mandatur prouideri de Ecclesia, importat omnem Ecclesiam: si verò in Ecclesia videtur excipi Ecclesia continens. De quibus, & multis alijs. Barbos. dict. 153.

Infra supra. 464 *Infra* aduersatur dictioni *Supra*. Sunt enim correlatiua sicut Intra, & extra, super & subter. Regulariter solet includere sua extrema. & excludere ea, quæ sunt extra. Ita Gemin. cons. 121. n. 3. Vbi ait quod si assignatur terminus ad aliquid faciendum infra decem dies, qualibet die dictorum decem dierum poterit ille actus fieri, & postea non. Item si quis dederit licentiam accipiendi possessionē prædij sui infra annum. in qualibet anni parte possessio accipi potest. Excludit tamen diem, quo assignatur terminus, itaut dies primus termini non computetur in termino, teste Cenedo sing. 53. n. 1. Significat tempus continuum, itaut currat de momento ad momentum, apud Tusc. to. 2. lit. D. concl. 294. n. 1.

Inter. *Inter* præpositio accommodata est. vt per eam notetur tēporis extremitas *L. non omnis ff. si certum petat.* & illa ponitur inclusiuè *L. 1. §. in initio ff. de officio præf. vrb.* Est distributiua, & operatur, vt omnes, quos respicit, in dispositione considerati dicantur *L. inter pares ff. de re iudic.* Menoc. cons. 200. n. 78.

Intra. *Intra*, opponitur dictioni *Extra*, & sæpe statum in loco declarat. Tiraquel. de retract. lign. §. Glos. 15. n. 72. & Bertazol. de claus. claus. 26. glos. 6. num. 1. Refertur ad tempus, & quandoque includit diem termini, vt notat Cenedo sing. 54. num. 1. vbi n. 5. subdit, quod intra annum soluere, includit vltimū diem anni. Quandoque includit rem, vel locum, vel sua extrema. Ita Mantica de tacitis, & ambiguis conuent. lib. 4. tit. 9. n. 9. & Steph. Grat. discept. foren. c. 301. n. 20.

Operatur quod non requiratur anni perfectio, vt notat Surdus decis. 178. num. 8. in substitutionibus importat Citra, vel Ante. vt si pater substituat filio, si decedat intra pubertatē, vel intra legitimam ætatem: exponitur ante pubertatem, vel antequam sit in ætate legitima. Ita Tusch. tom. 2. lit. D. concl. 299. n. 4. & 5. Pro Iuxta *L. si statuta ff. de re iur.*

Iuxta. 465 *Iuxta* sumitur pro secundùm, vt iuxta verbum Apostoli *cap. Maiores de baptismo*, pro Alatere. *Cap. solitæ de maior. & obed.* Ponitur interdum similitudinariè, vt viuis iuxta Petrū, idest sicut Petrus. *L. Leges vt generales C. de legibus.* Menoch. cons. 482. num. 33. Denotat vicinitatem temporis, vt iuxta festum Paschatis, i. Prope. Equidem (vt notat Paris. cons. 58. n. 58. vol. 2.) verificatur in aliquantulum distantibus, nedum in contiguis. Cum verò plures habeat significatus, accipi debet secundùm subiectam materiam, vt notat Socin. cons. 201. in prin. lib. 2.

Ob. *Ob* præpositio causalis est, & significat Propter *L. non est. virisimile §. 1. ff. quòd metus causa* quam vero causam importet, remotam, an mediatam, declarant Tiraq. tract. cessante causa, limit. 20. n. 27. & Vulpell. de præpos. in hac pag. 68. sumitur interdum pro Ante, vt ob oculos, pro Ante oculos. Tullius pro Rabir.

Per. 466 *Per* apud Grammaticos refertur vulgo ad locum, sæpe ad personam, interdum ad tempus. Coniuncta tempori significat eiusdem continuationem. *L. Vrbana. 166. §. pernoctare ff. de verb. signif.* Vbi Rebuff. vers. Notandum pag 531. Importat consummationem, & perfectionem eius rei, cui adijcitur. Ita Tusch. lit. D. concl. 324. num. 2. Vbi addit testes deponentes quod quis possedit per annum, intelligendos per annum perfectum, & finitum. *Per ætatem*, id est ob ætatem. Per inuidiam i. propter inuidiam.

Post. *Postea.* *Post* opponitur dictioni *ante* demonstrans ordinem siue loci, siue temporis, siue alterius rei. *Post*, & *Postea* simpliciter posita in eo differunt, quod *post* non denotet interuallum, sed accipiatur pro confestim, vel in continenti. *Postea* verò suapte natura longum, vel paruum interuallum significet iuxta subiectam materiam. Vide Tiraq. in L. si vnquam, ver. & postea à n. 7. Vnde si testis dicat Titium possedisse post Sempronium, intelligitur immediate.

Post diem. Quando in aliqua dispositione dicitur *post diem*, stat exclusiuè, itaut dies ille non comprehendatur Glos. v. præponitur in *Cap. frequens, de restit. spoli. in 6.* Quando stare potest inceptiuè, vel perfectiuè, semper est accipienda perfectiuè ex *L. si ita fuerit libertas 41. ff. de manumis. testam.* Vnde Authore Cenedo sing. 35. n. 53. si testator dicat: Anno duodecimo liber esto: vel post annum duodecimum: in primo casu, statim inchoato duodecimo anno liber erit, in secundo non nisi duodecimo completo.

Præ. *Præter.* 467 *Præ* significat Pro, siue Propter: vt Præ gaudio. Prætristitia loqui non potest. Exponitur pro Ante *L. si fideiussor ff. qui satisd. cog.* & *cap. 2. de offic. leg. in 6.* *Præter* an sit inclusiua, vel exclusiua, diffiditum est quod dirimitur distinguendo: nam adiecta rei, quæ natura sua comprehenditur sub genere præcedentium, excludit: vt si dicat testator *Lego omnes vestes meas præter pallium*: excipitur pallium L. *nam quod ff. de penu legata.* Adiecta rei, quæ sub genere præcedentium non comprehenditur, includitur, & ponitur pro vltra L. *scio §. vxori ff. de annuis legat*: vt si dicat: Lego tibi omne argentum meum præter libros, Argentum legatur

Præter legem. *Pro.*

tur vltra libros. *Præter legem*, eſt quod extra, non contra eſt. *Præter ſpem* id eſt ſine ſpe. *Præter oculos*, i. ante oculos. *Pro* varios ſignificatus habet, & in ſignificatione propria denotat vel veritatem, vel fictionem iuxra ſubiectam materiam: vt ſi dicat lex Florentini habeantur pro ciuibus, denotat veritatem: ſi dicat Florentini habeantur pro Peruſinis, denotat fictionem. Sumitur pro Ante, vt Tull. 2. Phil. Haſta poſita pro æde Iouis Statoris.

Pro virili parte. *Pro & Propter.*

Pro virili parte, ideſt pro eo quantum vnus vir poteſt. *Pro portione* i. pro rata portione, quanuis, ſit aliquando idem, quod propter, tamen aliud eſt ſoluere pro debitoribus, & aliud propter debitores. *L. Dominus Stiebo ff. de pec. leg.* Differunt etiam, quia eadem lege *Pro* ſignificat cauſam finalem, *Propter* cauſam impulſiuam.

Prope.

468 *Prope* accipitur pro iuxta. Denotat contiguitatem, & non poteſt verificari in loco remoto, vt tenet Cenedo ſing. 81. num. 8. Refertur ad modicum tempus, & modicam quantitatem, vt tenet Bart. in Authen. de monachis §. ſi verò intra num. 1. vbi dicit, ſi teſtis deponat quòd Titius poſſedit prope per viginti annos, probare de decem, & nouem annis cum dimidio.

Propter. *Occaſione.* *Sine.*

Propter ſignificat alicuius cauſa, & in iure importat idem quod dictio *Occaſione* Rom. conſ. 89. num. 7. ſignificat cauſam ob quam motus eſt Princeps ad aliquid conſtituendum; iuxta Menoch. conſ. 383. num. 15. A Latinis vſurpatur pro *Prope* Tullius 3. de nat. Deor. Vulcanus tenuit Inſulas propter Siciliam. *Sine* accipitur pro Non *L. ſi mandauero §. fugitiuus ff. mandati.* Aliquando pro contra *L. ſi ex ſtipulatione ff. de acquir. poſſeſſ.* Idem importat, quod abſque, & denotat negationem, priuationem, & excluſionem, vt in *L. creditores ff. de verb. ſign.* ſi dicat lex: Non poteſt fieri ſine licentia: importat quod debet obtineri licentia, nec ſufficit petitio illius. Adiecta verbo futuri temporis importat conditionem, vt ſi dicat Papa, quod gratia non valeat, ſine literis.

Sub. *Super.* *Subter.*

469 *Sub* opponitur dictioni *Supra*. Ponitur aliquando pro coram, vt in *L. Maniehæos C. de hæret.* aliquando pro circa, vt *L. ædiles 2. §. ſed non tantum ff. de ædilit. Edicto.* & pro *Poſt L. 1. ff. de interd. & releg.* Vide Vulpell. de præpoſ. in hac pag. 117. *Super* opponitur præpoſitioni *ſubter*, ſicut ſupra opponitur Infra. Accipitur pro Præter, vt *L. pen. ff. de pericul.* & commod. rei venditæ, pro vltra *L. diuortio §. quod in anno ver. Item ff. locati* Pro *Prout L. 1. ff. de tutel.* pro De vt *Super rebus*. ideſt de rebus. Significat in iure hypothecationem: nam ſi teſtator legat annua decem ſuper tali fundo, ſenſus eſt quòd ipſum fundum hypothecat pro illo legato. Ita Caſtrenſ. conſ. 106. num. 3. verſ. conſtat autem lib. 1. & Rom. conſ. 338. n. 2.

Supra. *Super & ſupra.*

Supra opponitur præpoſitioni *Infra*, & ſtat in ſignificatione propria cum dicitur: Porticus mea eſt ſupra tuam *L. 1. Quemadmodum ff. ad leg. Aquil.* Videntur eiuſdem ſignificationis *Supra* & *ſuper*, vt notant Bertazol. de clauſ. reſtam. clauſ. 26. gloſ. 5. in princ. & tiraq. de retrac. rit. 1. §. 1 Gloſ. 11. num. 77. quanuis enim Valla lib. 2. Eleg. c. 91. putet eas differre, quod dictio *ſuper* denoter contiguitatem, dictio *ſupra* interuallum: vt ſedeo ſuper lapidem: Nebula eſt ſupra nos: tamen hæc differentia auſertur *L. 3. §. Videamus, ſi proiectum ff. vti poſſidetis* vbi dictio *ſupra* eſt contiguè, & denotat contiguitatem.

Vltra & citra.

Sumitur pro vltra in *Authen. de nupt. §. Illud quoq;* Refertur ad modicum tempus *L. ab hoſtibus §. ſed quod ff. ex quibus cau. ma.* importat incluſionem per Menoch. de preſump. lib. 4. præſ. 145. num. 5. *Vltra* ſignificat trans, & opponitur præpoſitioni *Citra*. Aliquando notat modicum tempus *Cap. literæ de dilat.* Farinac. in praxi crimin. p. 4. conſ. 55. num. 42. Regulariter includit, *L. ſi vltra C. de fideicommiſſo*. Interdum excludit, vt in *L. cum vltra C. de non numerata pecunia*, Importat implicationem, vt ſi maritus vltra dotes aliquid leget vxori, cenſetur legare dotes, & legatum. Angel. conſ. 294. n. 5.

SECTIO VII.

De Propoſitionibus.

Propoſitio.

470 PRopoſitio apud Latinos (vt tenet Author ad Heren. lib. 2.) dicitur, per quam oſtendimus ſummatim, quid ſit quod probare volumus. Apud Logicos (vt tradit Ariſt. l. 1. de priori reſol. c. 1.) definitur oratio affirmatiua aut negatiua alicuius de quopiā. Explicationem late proſequuntur Conimb. ibid. q. 1. a. 1. In iure quia ſit *propoſitio cathegorica*, & quid Hypothetica, exponit Gloſ. ad *L. Quæſitum eſt ff. de acquiren. ad fin.* Propoſitionum (inquit) alia eſt cathegorica: vt Socrat. eſte homo: alia hypothetica, vt: ſi Socrat. eſte homo, Socrat. eſt animal. Vide Bart. in *L. ſi is qui ducenta §. vtrum, de reb. dub.* Ariſt. loco proximè citato diuidit propoſitionem ratione quantitatis in vniuerſalem, particularem, & indefinitā. *Vniuerſalis* eſt cuius ſubiectum eſt commune, & affectum ſigno vniuerſali, vt (omne animal eſt ſubſtantia) *Particularis* eſt cuius ſubiectum eſt commune, & affectum ſigno particulari, vt quidam homo eſt Philoſophus. *Indefinita* eſt cuius ſubiectum nullo notatur ſigno, vt (Homo eſt albus.)

Cathegorica propoſitio. *Hypothetica propoſitio.* *Vniuerſalis propoſitio.*

471 Miſſis explicationibus philoſophicis, vt exponamus quid ſentiant Iuriſtæ de propoſitione vniuerſali, & de ſignis, ſeu vocibus importantib. vniuerſalitatem, videq; ſupra attulimus ſect. 3. à num. 425. *Indefinita* capitur pro oratione, cui non proponitur ſignum vniuerſale, vel particulare. Vnde ſignificat indifferenter pro ratione materiæ, & circunſtantiarum; nempe vniuerſaliter diſtributiuè, ſi lex

loqua-

loquatur indefinitè dicendo: venditor teneatur de euictione: Homicida puniendus est. Legis enim natura postulat omnia in quibus, est medium, sub eadem regula concludere. Cum enim ibi sit ea ratio, ibi, & idem ius esse debet. *L. illud ff. ad legem Aquil.*

Vniuersalis, & indefinita. Differt tamen indefinita ab vniuersali iuxta Bart. quòd vniuersalis significat omnia ex suo proprio significato: indefinita non ex propria significatione, sed ex identitate rationis, interpretatione iuris, vel dispositione legis. v. g. dicit lex indefinitè: Puniatur homicida morte: non comprehendit homicidam iustè occidentem, nempe in sui defensionem, vel per sententiam. Secus si lex loqueretur vniuersaliter, quia tunc ex proprio significatu contineret omnia.

Aliquando indefinita non significat vniuersaliter: vt si quis dicat (obligo bona mea) non obligatur supellex, nec filij naturales, nec concubina *L. obligatione ff. de pignor.* Quia verba debent intentioni deseruire: & non censetur intentio obligantis extendi ad dictas res, cum quis erga illas ita affectus sit, vt eas nunquam, vel rarò obliget. Item si legatur lana indefinitè, non continetur tincta in legato *L. si cui ff. de leg. 3.* Si verò legatur omnis lana, etiam tincta cedit legato *L. pediculis §. Labeo ff. de auro, & arg. legat.*

Generale. Vniuersale. 472 *Generale* est quod ad omnes pertinet, quasi sub genere comprehendens: atque adeo videtur coincidere cum vniuersali. Sæpe tamen defferunt vniuersale, & Generale, vt videre est apud Bart. & alios in rub. *ff. solut. matr.* vbi disputant, an dos sit quid vniuersale, & quæ differentia inter vniuersalia, & generalia iudicia? Generalia verba sunt ad ciuilem modum referenda *L. si cui ff. de serui.* Accessoriè tamen opposita restringuntur ad suum principale *L. prædijs in princ. ff. de legat. 3.* Generali sermoni persona loquentis intelligitur excepta *Cap. petitio de iur. iuran.* Hoc tamen fallit, vbi præcedit obligatio, vel pactum, quod inducit æquitatem quandam includentem personam loquentis, *Generalis allegatio* quando sufficiat, & quando non, notatur in *Cap. vestra de cohabit.* cleri. *Allegatio generalis.*

Datur discrimen inter obscuritatem, & ambiguitatem sermonis, nam *obscuritas* est illa quæ fit in dictione: sed *Ambiguitas*, quæ fit in oratione, vt per Glos. 3. in *L. veteribus ff. de pactis*, notatur. *Ambages* est in iure dubia locutio, vel effugatio sermonis extra propositum. Apud Latinos significat verborum circuitus. Virg. lib. 2. Geor. *Non hic te carmine ficto, Atq; per ambages, & longa exorsa tenebo.* *Obscuritas. Ambiguitas. Ambages.*

SECTIO VIII.

De figuris locutionis.

473 **F**iguræ apud Grammaticos, & Rhetores dicuntur flosculi quidam orationis à consueto loquendi vsu recedentes. *Figura* definitur à Quintiliano l. 9. c. 1. in hunc modum. Est conformatio quædam orationis, remota à communi, & primùm se offerente ratione. Hinc *oratio figurata* dicitur, quæ figuris, & coloribus quibusdam est exornata. *Tropus* ab eodem Quintiliano definitur. Quod sit verbi, vel sermonis à propria significatione ad aliam cum virtute mutatio. Hinc Tullius declar. orat. *Ornari orationem Græci putant, si verborum immutationibus vtantur, quos appellant tropos.* Missis tamen figuris, & tropis rhetorum, vt prosequamur ea, quæ nostri muneris sunt, nempe figuratam locutionem, prout in iure repertam, *Hyppallage* Latinè suppositio, vel submutatio, datur cum vnum pro altero subijcitur, ut *Trade rati ventos*, pro eo quod dicendum erat *Trade ratem ventis*. Notatur in *Cap. 1. de filijs presby. in 6.* per Archid. *Prothesis* figura est, qnoties syllaba, uel litera ponitur initio dictionis, ut prælectio, pro lectio, Gnatus pro natus. *Figuræ. Oratio figurata. Tropus. Hypallage. Prothesis.*

474 *Epilepsis*, seu alio nomine *Tautologia* figura est, cum aliquid diuersis uerbis idem significantibus explicatur. Habetur utrunq; uocabulum in Glos. super Rubrica *de dote prælegata*, in hunc modum: Illud *Præ* nihil operatur hic uel hoc toto titulo: sicut cum dicitur Prælectio: ut *C. de emen. Iustin. l. 1.* & est figura Epilepsis, uel Tautologia secundùm Azonem. *Perendiadis* est figura, ut cum dicitur. Pateris libabant, & auro, Idest Pateris aureis *L. Lucius ff. ad L. Trebel.* in Glos. Tunc enim una res metri causa in duas diuiditur: eadem figura etiam *Endiadis* appellatur. *Synedoche* Latinè conceptio uerti potest, cum à partetotum, uel à toto pars intelligitur, ut puppis pro naui, fons pro aqua deriuata. Quod uerò hæc figura attribuat toti quod est partis, constat ex dist. 75. quod à partibus in fin. per Archid. & *L. si marito §. vlt. ff. solut. matr.* ubi Glos. *Epilepsis. Tautologia. Perendiadis. Endiadis. Synedoche.*

475 *Alleotheta* dicitur uariatio, seu aliter positio, est figura quando singularis numerus ponitur pro plurali. Notatur *L. qui cum tutoribus §. fin. ff. de transac.* & *L. Diuus ff. de petit. hæ*r*ed.* Numerus pluralis ex se plura exigit: an & quando uerificetur in uno uel duobus, tradit Dynus ad *Cap. Pluralis de reg. iur. in 6.* Quando resoluitur uel restringitur in singularem, exponit Bart. in *L. penu. C. de impub. & alijs substit.* *Alleotheta.*

Pluralis locutio quandoque plura significat geminatiuè in suas locutiones singulares, sic quod quælibet singularis in uno solo uerificetur: v. g. testator dicit, lego Stichum, & Titium, si mei erunt, cum moriar: tunc altero aliena- *Pluralis locutio.*

to, &

to, & altero non, iste non alienatus potest peti à legatario, licet enim sermo pluralis sit oportet tamen accipi, ac si separatim dixisset: si Stichus meus erit, & si Titius meus erit: & hoc fauore legati, & testamenti. *L. falsa §. fin. ff. de coadit. & demonstr.*

Quandoq; non ita significat geminatiuè, v.g. quando testator duobus filijs suis impuberibus institutis, dicit, si vterq; impubes decesserit, Titiũ substituo, tunc quãuis vnus moriatur impubes, Titius non admittitur: sed opus est vtrũq; decedere in ætate impuberi
Vterq; *L. peault. C. de impub. & alijs sastit.* Nam fauore institutionis dictio collectiua (vterq;) sumitur distributiuè.

Singularis numerus. 476 Pro maiori explicatione prædictæ figuræ, notandum est ex Barb. Appel. 169. multos citante, numeri pluralis appellatione venire etiam singularem, quando eadem sit ratio in vno, quæ in pluribus. Vnde conditio. *Si sine liberi decedat*, deficit vno tantum filio relicto *L. non est sine liberis ff. de verb. sign.* Item pluralis numerus verificatur in singuli, quando sumus in dispositione de futuro conditionali, quia intelligitur quatenus extent. Ita Alex. cons. 109. super prima n. 4. & 5. lib. 7. & subdit n. 7. quod grauatus restituere quibus volueris, vni tantum potest restituere, nisi ex coniecturis repugnet mens disponentis.
Singularis appellatio. *Numeri singularis appellatione* venit interdum pluralis, vt tenens Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 33. & Surd. cons. 247. num. 10. Quare multi, quos refert Fusar. de substit. q. 401. num. 10. dicunt si conditio concepta sit in numero singulari v.g. si sine filio decesserit, verificatur etiam in plurali.

Anaphora. 477 *Anaphora* Latinè relatio, dicta est cum idem verbum in principio plurium clausularum reperitur.
Antiptosis. *Antiptosis* est figura, quæ ponit casum pro casu. Dist. 9. C. ego solus eis scriptorum, id est scriptoribus, vbi ponitur genetiuus pro datiuo.
Antithesis. *Antithesis* quasi pro altero positio: est figura, cum vna litera ponitur pro alia, vt olli, pro illi
Antypophorizat. *Antipophorizat* in *Cap. 2. de sapp. negl. prał. l. 6.* in princ. idem valet, atq; tacitæ quæstioni respondet.
Antiphrasis. *Antiphrasis* componitur ex *Anti* id est contra, & *Phrasis* id est locutio. Notatur. *in l. iur. prouisum C. de fabricen.* & L. eam quidam, de leg. est idem atq; sermo per contrarium intellegendus, vt Parcæ, quia nemini parcent. Lucus, quia minimè lucet sic
Mons. *mons* iuxta Bart. in tract. Tyberiad. dicitur à mouendo per contrarium, quia non mouetur.
Antropophatos. *Antropophatos* est figura quando attribuitur Deo actus conueniens homini, vt Ps. 2. *Domine ne in furore tuo arguas me.*
Antropos. Nam *Antropos* est homo 24. q. 3.
Metonymia. Metonymia Latinè transnominatio seu trasmutatio, & alio nomine hypallage, figura est, v.g. cum inuentorẽ pro re inuenta ponimus, vt Bacchum pro vino: itẽ cum continẽs pro cõtento, vt pateram pro liquore. Notatur per Archid. *Cap. fundamen. de elect. in 6.* initio.
Zeugma. 478 *Zeugma* Latinè cõnexio, seu adiunctio: figura est, cum plures sensus vno connectũtur verbo, vt v.g. vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Meminit de hac figura Glos. ad *l. si quis libertatem ff. de petit. hæred.*
Hysterologia. *Hysterologia* alio nomine *Hysteron proteron*, id est locutio præpostera: cũ scilicet quod priore loco dicendum erat, posteriùs dicitur: vt *Hysteron*. cum iurisconsultus prius determinat secundam quæstionem, quàm primam, vt determinauit *L. 3. §. Labeo ff. de incend. rui. naufra.*

Allusio. *Allusio vocabuli* quid sit, sumitur ex *L. 1. ff. de acquir. rer. possess.* quæ ita habet: Possessio appellatio est à pedibus, & (vt Labeo ait) pedũ quasi positio: quia naturaliter tenetur ab eo qui ei insistit. Vbi Glos. ait: Hic est allusio vocabuli, quasi compositio diriuatio seu discriptio vocabuli.

479 Est etiam figurata locutio in iure, quãdo comparatiuus sumitur propositiuo, vt latius
Comparatiuus. pro latè *Cap. auaritiæ, de elec. l. in 6.* sicut è contra positiuus pro comparatiuo, vt in Psal. 117. *Bonum est confidere in Domino quàm in homine*, vbi bonum id est melius. Similiter superlatiuus aliquando ponitur pro positiuo *Instit. loc. §. vlt.* Aliquando resoluitur in positiuũ L. *Cum pater* §. *rogo ff. de leg. 2.*
Masculina concipit fœmininum, non & contra. Vt intelligatur quid velint Iuristæ hoc modo loquendi: Masculinum concipit fœmininũ, non e contra de quo Panorm. in *Cap. super in ornata in* 1. col. ver. *nec statum de præben.* Sylvest. v. Masculinum, & latè Decius in *l. 2. de reg. iur.* aduertendum est discrimen inter nomen adiectiuum, & substantiuum. Adiectiuum enim quod importat hominem vel personam, vt quicunq; quisquis, quidam, concipit fœmininum in omni materia, in qua ratione,
Fœmininũ continet masculinũ. vel lege, vel vsu non est differentia inter virum, & mulierem: tunc enim ad paria iudicatur: vt si dicatur. Qui noctu proiecerit nocens defenestra, soluat decem: venit etiam mulier. L. *quicunq; C. de ser. fugit.* Secus si dicatur: Potest quis postulare in ætate 17. annorum tũc enim mulier non venit: quia est in contrarium edictum de postulando, quod fœminæ prohibentur postulare, saltem pro alijs L. 1. *Sexum ff. de postul.* & similiter de esse procuratorem in iudicio *L. fœminæ ff. de procur.*

Quando nomen est substantiuum appellatiuum, vt *Filius* distinctione opus est: si enim de fauore agitur, concipit: si de odio non concipit, vt notatur in *L. quicumque C. de fera. fug. & L. 1. ff. de verb. sign.* Vnde si quis dicat: *Filijs meis do tutorem*, etiam filiæ veniunt L. *si ita ff. de testa.* Est enim voluntas ex æquali affectione prouidendi eis: si dicat, *Filios meos exhæredo*, non continentur filiæ L. 1. §. *quæritur ff. de vent. in pos. mit.* Nam ibi est odium exhæredationis. Quod procedit, si verbum odiosum est prolatum ab homine: si enim profератur à lege, siue sit odiosum, siue non, fœmina venit. Fœmineo vocabulo masculos contineri, turpissimum est, vt monet iurisc. l. si ita scriptum ff. de leg. 3.

Infinitiuũ. 480 Pro alijs de figurata oratione, quomodo in iure se habeat infinitiuum verbi actiui, de quo Bart.& alij in *L.5.ff.de verb.oblig.* paucis accipe. Infinitiuum præsentis temporis verbis actiui quandoq; resoluitur in infinitiuum præteriti temporis eiusdem verbi, & in infinitiuum alterius Verbi, *Præstare.* vt *præstare*, idest præstitisse videri *L.vxores ff.de repud.* Aliquando resoluitur in vt, & verbum idem alterius modi, vt *Nasci.* *nasci*, idest vt nascatur *Authen. quibus modis naturales efficiantur le.* §.1. Aliquando in participium sui passiui, & in infinitiuum alterius *Tribuere.* verbi, vt *Tribuere* hoc est tributum seruare *C. iuste §.sciendum ff.de mann.vin.*

Interdum in infinitiuum alterius verbi, & participium sui actiui,& aliud nomen, vt *Manumittere.* *Manumittere* idest manumittenti authoritatem præstare *L.si rogatus §.fin.ff. de manumiss. vind.* Interdum in Gerundium, & aliud verbum, vt *Atterere.* *Atterere* idest attendendo infligitur *l. 2. C.de Curial.* verb.Rom. *Reponatur.* Est etiam notandum de verbo *Datiuus.* passiuo,quod cum ablatiuo quandoq; importat *Aduerbiũ.* actiuam significationem, vt *petitur à me*, idest aliquis à me petit.*L.à quo fundus ff.de damno infecto*. Item passiuum aliquando resoluitur in infinitiuum sui passiui,& aliud verbum, vt *Reponatur* idest reponi finatur *L. in summa §. item varus ff.de aqua pluuial.*

Tandem *Datiuus* quandoque resoluitur in ablatiuum per præpositionem: vt ei, idest ab eo *L.2.de condic.tritic. ff. de vsu.* Similiter apud Alex.Scot.v.eod.citatur quædam lex, vbi vtri eorum exponitur,idest à quo. Vide Bar.in *l.impuberem §.fin.ff.de falsis.* Item *Aduerbium* quandoque resoluitur in suum nomen, & relatiuum *quod*,& verbum *est*,vt *l.1.§.sed furiosus ff. de acquiren.possess.*

ELVCIDATIO XV.

De scripturis.

481 *Sernanimus promissa facta in vestibulo superioris elucidationis, quoad expositionem verborum, quæ vel ore proferri, vel scriptis mandari solent. Quoad alteram partem de explicatione scripturæ, seu dictionum qua scriptarum, fides à nobis seruanda superest. Igitur sequens elucidatio scripturam, communissimè acceptam, deinde sacram scripturam, mox prophanam, tandem modo loquendi, & concernentia ad vtramque complectetur.*

SECTIO I.

De scriptura accepta in communi.

Scribere. Scribere quanuis interdum accipiatur pro exarare characteres,tamen propriè dicitur de ijs,qui opus aliquod literarium condunt,& *Scriptores.* propterea *Scriptores* appellantur.Nam librarij, *Librarij.* & qui ab exemplaribus aliquid excribendum sumunt, non propriè scriptores sunt, nec propriè scribunt, sed describunt, transcribunt, vel excribunt. Dicimus etiam scribere pro pingere. *Scribere leges* pro statuere. *Scribere hæredem* pro instituere, facere. *Excribere. Transcribere.*

Sumitur etiam scribere pro dare,iuxtà illud Horatij. *Scribe decem Nerio. Scriptura* est id, *Scriptura.* quod scribimus, & accipitur tum pro Stylo, quo quis vtitur in scribendo, tum pro vectigali, quod percipitur è pascuis. Vnde apud Tullium in Atti. *Magister scripturæ* dicebatur, qui *Graphia.* Vectigalia describebat. *Graphia* est idem apud Græcos,quod scriptura apud Latinos.Sumitur aliquando *Præsentia* pro scriptura, vel authoritate,vt *dist.18.concilia.* *Præsentia.*

482 Sunt in iure scripturarum variâ genera, quæ obiter perstringimus. *Opisthographum* *Opistographum.* est charta ex vtroq; latere scripta, seu à tergo scripta. Vlpi.*L.charata ff.de bonor. possess.* Sic habet. *Charthæ appellatio etiam ad nouam chartam* *Chartæ appellatio.* *refertur, & ad deletitiam. Proinde & si in Opisthographo quis testatus sit hinc peti potest bonorum possessio.* Sumitur pro tabula lignea,in qua scriptæ sunt opes. Alciatus accipit pro tumulo varijs tabulis, quæ vulgo memoriales, Latinè aduersaria dicuntur.

Programma dicitur quasi procedens gramma,seu litera,quæ per diuersa dirigitur loca *Programma.* præcepto iudicis. Idem in iure significare censet Alciat, quod Latinè proscriptionem appellat Vlpian. in *L. sed & si pupillus §.1.ff. de inst. acti.* Est scriptura publicè proposita in albo, vt notat Glos. ad *L.programma C.Comminationes*,ex qua lege constat,non habere vim rei iudicatæ: est enim scriptura publicè facta, vel per præsidem prouinciæ missa subditis *L. si eo tempore C. de remiss.pignor.* & *L.3.C.de requisitis reis*. Vide quæ ad *cap.1. de elect.in 6.* notarunt Card. & Ioann.Andr.

Pyctatium apud Lamprid. in Alexandri vita, dicitur album, hoc est tabella dealbata, in *Pyctatium.* qua nomina iudicum selectorum describi solebant. In iure est scriptura continens petitionem alicuius *Cap.pyctatium 30.q. 3. & L. vltanarij C.de erog.milit.anno lib.12.* vel dicitur breuis scriptura, quæ in Ruscia vocatur *Apodocium*. *Apodociũ.*

483 *Syngrapha,Syngraphus*,& *Syngraphum* est *Syngrapha & Syngraphus.* scriptura, seu schedula,quæ fit propria manu eorum, qui paciscuntur, in alicuius rei fidem. Latinè sonat *Conscriptio*, inde dicta, quòd vtri- *Cõscriptio.* usque manu scripta, vtrique parti tradi soleat. *Insinuatio* est scriptura facta in præsentia pu- *Insinuatio.* blicarum personarum, & in actis, vbi superfluum est testes adhiberi, cum publica monumenta sufficiant. *L.lata C.de donation.*

Aduersaria dicta sunt,quæ raptim, & tumul- *Aduersaria.* tuariè scribuntur, ne scilicet memoriæ excidant, vt deinde plenius, diligentiusq; cum erit otium, rescribuntur.*Eucauteria* sunt libri publi- *Eucanteria.* ci ciuitatum in quibus immunitates, & capitatio scribi solent, & sic appellantur quod ibi

omnia

Breuiculus. Breuis scriptura.

omnia cautè facta sunt. *L.Immunitates C. de agricolis lib.* 11. In iure *Breuiculus* idem est atq; breuis scriptura *Cap. pià vice, aliàs pià mater de consec. dist.* 3. Dicitur autem *Breuis scriptura* vnius quaterni, vel quinterni in Authen. de nupt. §. disponat. Vnde in *L.Placuit C.de Episc. & clericis* v.Breuibus ideſt scripturis, vel quaternis. Breuis appellatur scriptura continens nomen debitoris. *L.fin.de conue. fis. debi.lib.* 10. Sumitur pro libello repudij *Auth.de nupt.§.secundum occasionem*.

Epitome. Paratitla.

Epitome, es, seu Epitoma, æ, est Latinè Breuiarium, vel incisio, vel (vt inquit Budæus ad L.*qui leuanda ff. ad l.* Rhod.) dicitur cum res in compendium rediguntur. *Paratitla* dictio Græca est, quæ reperitur, L.2.§.*pen.C. de vete. iur. enucle.* Vbi Latinè interpretari poterunt summæ rerum, quales scripserunt Azon, & alij, qui titulos, & admonitoria quædam, siue præludia collegerunt, quod ab Imperatore ibi permissum est.

Epistalma. Epistillo 1.mando. Diploma.

Epistalma, atis, habetur *L.Bene à Leone C. de quadrien.præsc.*ad med. vbi sic: siue res eis per nos metipsos, siue per procuratores (ex Epistalmate tamen nostro) fuerint assignatæ. Ideſt ex mandato, à verbo *Epistollo*. 1. mando. Ad quem locum Glos. Epistalma est signum, quod imperator facere solet: vel scriptura, quam ipse Princeps scribit. *Diploma* apud Iurisconsultos accipitur pro itineris festinatione, scilicet cum per dies singulos duplicia itinera conficiuntur *L. continuus ff. de verb. oblig.* & L. eos qui *ff. ad leg. Cornel. de falsis*. Diplomata apud Sueton. in Aug. & Ciceron. in Epist. ad T. Appium dicuntur literæ principum signis obsignatæ, quas hodie literas patentes vocamus, dicta quòd in duplicibus tabellis solitæ sint concedi supplicibus.

SECTIO II.

De Scriptura Sacra, & Ecclesiastica.

S. scriptura Agyographia. Agyos. Agyographus. Testamentum, & sacra scriptura.

484 SAncta Scriptura, quæ à Græcis dicitur *agyographia* ab *Agyos*, ideſt sanctus, & *Graphia*, ideſt scriptura: vnde *Agyographus* ideſt sancta scribens apud D. Hieronym. in prolog. Regum i appellatur *Testamentum*, tum quia testamentum sonat pactū: vnde illud 5.Machab.1. *Disponamus testamentum cum gentibus*, & S.Scriptura est veluti pactum Dei initum cum hominibus de obseruanda lege, vt consequantur vitam æternam: tum quia S. scriptura hæreditatem confert eius obseruatoribus: Est autem *testamentum*, vt testatur S. Ambros. 1.de Caim, & Abel cap.7. quo defertur bonorum hæreditas.

Noster Barradas lib. 1. cap. 1. asserit, sicut mundus diuiditur in regionem elementarem, & cælestem, ita sacrum volumen in vetus, & nouum testamentum, & applicat veteri proprietates regionis elementaris, nouo autem proprietates regionis cælestis. Vide Salas de leg. dis. 22. sec. 7. n. 29.

Pentateuchum. Pente. Teuchos. Genesis. Beresitoch. Hexamerō. Hex.

485 Vt verò singularum partium vtriusq; testamenti obscuriora nomina elucidèmus, imprimis *Pentateuchum*, de quo fit mentio *cap. 1. de decimis*, est volumen continens quinque libros Moysis, qualia sunt Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium; Componitur à *Pente*, quod est quinq; & *Theucos*, ideſt volumen. Exponamus singulorum librorum nomina. *Genesis*, sis vel *eos* Latinè Generatio, natiuitas, & sumitur pro sydere natalitio, quod conuersione cæli oritur eo momento, quo quis nascitur. Vnde 70. interpretes primum librum Bibliæ, qui Hebraicè dicitur *Beresiob*, sic inscripserunt, quia exordium mundi, vel generatio in eo continetur: huiusmodi autem exordium vocatur *Hexameron*, nempe liber sex dierum, ab *Hex* quod est sex, & *Meros* quod est dies. *Exodus*, Græcum nomen est significans idem, quod apud Latinos exitus, egressus. Sic igitur nuncupatur secundum volumen Pentateuchi, ex eo quòd conneat exitum, seu egressum populi Israel ex Aegypto.

Leuita. Leuiticus.

Leuiticus est spectans ad Leuitam: est *Leuita* persona de tribu Leui, Hebraicum nomen Latinè Diaconus, seu minister *Cap. cleros* 21. *dist.* In S.scriptura igitur *Leuiticus* appellatur liber, in quo Leuitarum ministeria, & diuersitates victimarum, totusque Leuiticus ordo describuntur.

Numeri. Arithmus. Vaiedaber. Deuteronomium. Deuteronon Nomia.

486 *Numeri*, Latinum nomen, Græce *Arithmus*, Hebraice *Vaieddaber*, quod inscribitur quartus liber Pentateuchi: sic autem appellatur ex eo quod in ipsis exordio numeretur populus Israeliticus per suas tribus. *Deuteronomium* Græcis à Latinis interpretatur secunda lex, à *Deuteron* quod est secundum, & *Nomia*, seu *Nomos*, quod est lex, Sic liber quintus Moysis vocatur, ex eo quòd replicat ea, quæ dicta sunt: itaut videatur noua lex, & est præfiguratio Euangelij. Sunt etiam in veteri testamento *Paralipomenon*, Psalterium, Parabolæ, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, & Ecclesiasticus. *Paralipomenon* dupliciter interpretatur: Nam dicitur quasi *sermo dierum* ex *Para* quod est iuxta, & *emenon*, quod est dies, vel tempus. Dicitur etiam à *Paralipo* quod est Prętermitto: seu à *Para* præter *ypos* sub, *Mene* defectus. Vnde *Paralipomenon* derelictum, prætermissio, & liber ille prætermissorum, vel relictorum dici potest. Nam ea, quæ in lege, & libris regum, vel omissa, vel non plene relata sunt, in hoc libro summatim, & breuiter explicantur. Vide S.Hieron. ad Paulin. cap.7.

Paralipomenon. Emenon.

Psalterium. Nablon. Organum. laudatoriū. Psalmus.

487 *Psalterium*, à Psallo, is, græcum vocabulum est, quod hebraicè *Nablon*, Latine *organum laudatorium* dicitur. Est genus Organi musici simile citharæ, in eo tamen diffidens, quod cithara deorsum percutitur, psalterium verò sursum. Hinc *Psalmus* est cantus ad

 sonum

Psalmodia. Psalmista. Psalmographus. Psaltes. Parabola. Prouerbiũ. sonum psalterij editus. *Psalmodia* cantus Psalmi. *Psalmista* cantans, vel componens Psalmos. *Psalmographus* scribens Psalmos. *Psaltes* peritus in cithara, & organo. Sumitur etiam Psalterium pro libro, in quo continentur Psalmi.

Parabola apud Græcos idem valet quod apud Latinos *prouerbium*: nam per parabolas, seu prouerbia sub comparatiua similitudine figuræ Verborum, & imagines veritatis à Salomone illius libri authore ostenduntur. Cùm verò Prophetæ illis frequentissimè vtantur, hinc parabola sermo propheticus dicitur Numer. 23. *Ecclesiastes.* *Ecclesiastes*, is, græca dictio, quæ interpretatur concionator, vel congregans: sic dicitur Salomon, & liber eius secundus, ex eo quòd cætum, & Ecclesiam congreget, sermoque illius, non ad vnum, sed ad vniuersos dirigatur. *Canticum*, t. est cantus politus, & suauis, seu vox cantantium in lætitia. *Canticum canticorum* quasi eximium canticum, & per excellentiam appellatur liber Salomonis eo quòd omnibus canticis præferatur. *Ecclesiasticus* est liber quem composuit Iesus Filius Sirach, & nepos Iesu sacerdotis magni, sic appellatus, tum propter eloquij similitudinem cum libris Salomonis, tum quia de totius Ecclesiæ disciplina agit loculenter.

Testamentum nouũ. 488 Quod attinet ad nouum testamentum, omissis nominibus aliarum partium quæ explicatione non indigent, *Euangelium* interpretatur bonum nuntium, seu bona, & Læta annuntiatio: dicitur ab *Eu*, t. bonum, & *Angelo*, I. Nuntio. *Euangeliũ. Angel.* Hinc à Christianis quatuor libri illi, quibus annuntiatur Christus natus, peccatorum remissio, & salus æterna, Euangelia rectè appellantur. *Euangelia.* *Euangelia* etiam apud Ciceron. Att. lib. 2. dicuntur Sacrificia, & supplicationes, quæ pro iucundo nuntio decerni consueuerunt: item & merces pro læto nuntio allato, vulgò *aluiçaras l. falsas ff. de fur.*

Euangelista *Euangelista* est qui Euangelium composuit. *Euangelizare.* *Euangelizare* est euangelium prædicare *Apocalypsis* Græca vox est, Latinè reuelatio, ex *Apo* *Apocalipsis Calypso* idest re, & *calypso*, idest velo. Vnde sic appellatur liber ille B Ioannis Apostoli tot reuelationibus plenus, vt totus vnica, & perennis reuelatio dici possit. *Apocalypsor.* *Apocalypsor, aris*, idem est atq; reuelare. Vtriusque testamenti volumen continens omnes S. Scripturæ libros appellatur *Biblia* in plurali, & etiam, quamuis minus aptè in singulari. Nam *Biblos* sumitur pro libro, cum significet iuncum, & Codicem quibus veteres in scribendo vti consueuerunt. Igitur quasi perexcellentiam sacri libri *Biblia* vocantur.

Sensus S. paginæ 489 Non erit absre hic euoluere S. Scripturæ sensum multiplicem. Quanrum deprehendi ex S. Thoma 1. p. q. 1. a. 10. S. Greg. lib. 20. Moral. cap. 2. & S. August. lib. de vtilit. creden. c. 3. est in communi duplex, alter literalis, alter mysticus. *Litteralis sensus.* *Literalis sensus* est quem reddunt proximè ipsæ voces, siue per proprietatem, siue per translationem, aut metaphoram: v. g. hæ voces *Leo*, *Agnus*, *Ouis*, dupliciter sumuntur in S. Scriptura, vel propriè, vt quando significant tria illa animalia: vel metaphoricè, vt quando significant fortem, innocentem, mansuetum. Vnde colligitur litteralem sensum, vel esse proprium, vel metaphoricum.

Mysticus sensus. *Mysticus* sensus est, quem non voces primò, & proximè reddunt, sed res vocibus significatæ, nempe quando res vocibus significata est typus, figura, & vmbra alterius rei, v. g. Isaac portans ligna ad sacrificium est figura Christi portantis crucem. Mysticus sensus est triplex, scilicet Allegoricus, Tropologicus, & Anagogicus. *Allegoricus.* *Allegoricus* datur, cum res veteris populi accipiuntur tanquam vmbræ, & figuræ eorum, quæ ad Christum, & Ecclesiam spectant. *Allegoria* enim dicitur alieniloquium, quando aliud verbis, aliud sensu ostenditur.

Tropologicus. *Tropologicus* datur cum res veteris testamenti sumuntur tanquam figuræ, & imagines eorum, quæ ad vitæ mores pertinent. *Tropologia.* *Tropologia* enim est figura, qua sermo ad emendationem morum dirigitur. *Anagogicus.* *Anagogicus* datur, cum res veteris reipublicæ sumuntur tanquam vmbræ, & typi cælestis patriæ. *Anagoge.* *Anagoge* enim Latinè recessus, dicitur subtilis, excelsa, & superior intelligentia Omnia patent in vnica voce *Hierusalem* reddente quadruplicem sensum, *Hierusalẽ.* nempe litteralem, dum significat vrbem totius Iudææ metroplim: Allegoricum prout est figura mentis piæ, ac religiosæ, in qua Deus habitat: Anagogicum, prout est imago cælestis, ac supernæ patriæ.

490 Vt scias discrimen inter libros canonicos, & apocryphos, *Canonici libri* sunt, quos *Canonici libri.* tanquam sacros, & infallibilis veritatis recepit, & approbauit S. Mater Ecclesia suo canone: quale fuit illud decretum Tridentini sess. 4. Quinam sint libri canonici? Non est mei muneris disputare: vide Bellarm. de verbo Dei lib. 1. Azorium to. 1. lib. 8. cap. 1. & Suar. de fide disp. 5. sect. 3. num. 9.

Apocryphus. *Apocryphus liber* est secretus, & occultus, de cuius veritate dubitatur, qui ab Ecclesia non recipitur, sed reprobatur. *Apochryphum* enim apud Græcos idem valet, atque apud Latinos occultum, reconditum, ab *Apocrypto*, verbo *Apocrypto.* quod significat abscondere. Ecclesiastici scriptores (vt notat Bellarm. lib. 1. de verbo Dei cap. 20.) interdum vocant scripturas apocryphas eas quæ errores ad mixto, habent: interdum eas, quas non est certum an sint canonicæ, & diuinæ, etiamsi satis constet, nullos in eis errores inueniri. Non est probabile, quod affert Glossa in Canone *Sancta Romana dist.* 15. Vbi vocat apocryphos eos libros, quorum author ignoratur. Nam multi libri sacri, & canonici sunt, qualis liber Iudicum, Ruth, Iob, & primus Machabæorum, quorum authores ignorantur. Quinam sint libri apocryphi, vide apud Bellarm. citatum.

491 Quod

491 Quod attinet ad scripturam Ecclesiasticam, & Pontificiam, imprimis diuidi potest in Bullam, Breue, & signaturam. *Bulla* dicitur à *Bulli* voce græca, quæ significat consilium: nam cum consilio, & matura deliberatione expediri solet. In hunc modum definitur. Est scriptura in membrana descripta, plumbo funibus pendente iure munita, salutationem cum narratione, ac Papæ concessionem, aliaq; necessaria continens. Particula (scriptura) denotat Bullam non posse consistere sine characteribus scriptis, per quod distinguitur à viuæ vocis oraculo Dicitur (descripta in membrana) hoc est pergameno, ad differentiam breuis, & signaturæ, quæ in papyro scribuntur. Additur (plumbo pendente munita) quia antequam pendeat plumbum, quo decoratur, Bulla dici nequit, iuxta Gl. in Clem. vnic. in fin. de iur. iuran. & *C. licet, de crimine falsi*.

Bulla quid sit.

Dicitur (funibus pendente) quia si bulla sit gratiæ. plumbum est appensum chordis sericeis: si verò sit bulla iustitiæ, siuè executoria, erit filum Cannabis, in quo erit appensum sigillum, seu plumbum. *C. licet, & C. quam graui de crim. fal.* Reliqua patent, & uideri possunt apud Rebuff. in praxi benef. a p. 191. Quid sit *Bulla aurea*, & quomodo differat *Bulla aurea Imperialis* à sigillo magno regio habetur in Clem. de iur. C. vnico, in fine vbi per Ioann. And. & Archid. in proæm. lib. 6.

Bulla aurea.

492 *Breue Apostolicum*, quod dicitur Diploma, seu rescriptum a Papa, seu Pœnitentiario magno emanatum, sic definiri potest: Est scriptura modica, in paruis concessa negotijs, in papyro frequenter scribi solita, cera rubea, annulo que piscaroris sigillata, ac signo sacretarij subscripta. Dicitur Apostolicum, & si aliquando concedatur à Cancellaria, & à summo Pænitentiario, vtpote anthoritate Domini Apostolici. Dicitur (scriptura modica) tum quia concedi solet breuibus materijs, tum quia sūmatim negotia continet sine præfationibus.

Breue Apostolicum.

Additur (in papyro frequentet scribi solita) ad discrimen Bullæ, & confessionalis, quæ semper in membrana scribuntur. Particula (cera rubea) est ad differentiam alterius gratiæ, quæ cera viridi sigillatur. Deniq; (annulo piscatoris) ponitur ad differentiam aliorum sigillorū. Vocatur hoc sigillum annulus piscatoris: quia verisimile est piscatorem D. Petrum eo primum vsum fuisse, & quia præfationibus non vtebatur, hūc morē in breui seruant Pōtifices.

Annulus piscatoris.

493 *Signatura*, quæ alio nomine *supplicatio* vocatur, in hunc modum describi potest: Est scriptura in papyro subscripta à Papa, vel eius delegato, absq; sigillo, in medio scripta, partis supplicationem, Papæq; concessionem breuiter continens. Dicitur (scriptura) quia aliter nec probari, nec signari posset. Dicitur (subscripta) nam ex eo signatura appellatur, quod signetur, idest subscribatur. (Absq; sigillo) ad discrimen Bullæ, & Breuis, quæ semper sigillantur. (In medio scripta) idest subscripta: quia post petitionem partis, ponitur concessio, & subscriptio Papæ, & deinde exponit Papa, quid concedere intendat.

Signatura. Supplicatio.

Forma, seu Paradigma signaturæ exhibetur à Rebusso citato pag. 132. Vide quæ diximus supra n. 234. *Data*, vel *Datum* est caracterizatio in fine constitutionum, vel litterarum inscripta, ex qua cognosci potest, quo anno, mense, vel die instrumentum, vel quælibet littera emanauit, & à quo tempore obliget constitutio, vel prosit gratia in scriptis facta. Notat Azor. to. 2. lib. 4. c. 5. q. 1. in more esse apud R. Pontificem, vt post electionem, ante consecrationem, & coronationem non scribat Pontificatum in litteris daris, nec se simpliciter Episcopum nominet, sed tantum sic: *Data suscepti à nobis Apostolatus anno:* quo, & loco adscriptis, ipse subscribit: N. Electus Episcopus Romanus. Post consecrationem verò, & coronationem scribit: *Data Pontificatus nostri anno.* Forte ad imitationem S. Petri, qui prius à Christo D. Apostulus cum cæteris nominatus fuit Luc. 6. postea verò Summus Pontifex constiturus Ioann. 21. *Pasce oues meas*. Quid sit & contineat parua Data, vide apud Rebuff. citat. pagin. 128.

Data vel Datum.

Apostolatus, & Pontificatus in Papa.

Parua data.

494 Dantur Apostolicæ litteræ, quæ vocari solent mandata Apostolica de prouidendo, & Gratiæ expectatiuæ, & sunt in triplici genere, scilicet aliæ *monitoriæ*, quibus Papa monet, & rogat Episcopum, vt idoneos clericos Ecclesijs præficiat: aliæ *praeceptoriæ*, quibus Episcopo præcipit, vt beneficium cōferat designato clerico: aliæ *executoriæ* quibus destinat certum executorem, qui vel Episcopum adigat ad beneficium conferendum, aut ipse conferat. Hæc latiùs explicat Azor to. 2. lib. 6. c. 32. q. 2. vbi à q. 4. exponit quæ sint literæ, in forma pauperum, in forma communi, cum secundùm Apostolum, in forma, Dignum, rationi congruit, si neutri, si nulli, si alteri, & similes. *Expeditæ* literæ dicuntur, quando sunt plumbatæ, vt docent Mandos. in reg. 8. q. 3. Garc. de benef. p. 4. c. 2. num. 56. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. iuris vniu. Eccl. lib. 3. cap. 11. n. 100.

Expectatiuæ gratiæ.

Monitoriæ litteræ.

Præceptoriæ litteræ.

Executoriæ litteræ in formæ pauperum.

Expeditæ litteræ.

Apostoli ex Græco, dicuntur à Latinis *Dimissoriæ literæ* à verbo *Apostello*, quod est mitto: & Apostoli missi. Extat titulus lib. 49. *Digest. de libellis Dimissorijs*, qui dicuntur Apostoli. In eadem sententia est Modestinus *L. dimissoriæ ff. de verb. sign.* Vbi sic. Dimissoriæ literæ dicuntur, quæ vulgo dicuntur Apostoli. Dimissoriæ autem dictæ sunt, quòd per eas causa ad eum, qui appellatus est, dimittitur. Ex quibus patet has literas habere locum in appellatione.

Apostoli. Dimissoriæ litteræ.

Sunt autem Apostolorum quinq; species: nā alij vocantur *conuentionales*, quādo scilicet pars admittit appellationem, siue in iudicio, iudice refutante, aut tacente, siue extra iudicium. Alij sunt *testimoniales*, testeficantes de appellatione

Conuentionales Apostoli.

facta. Alij *Dimissorij*, per quos apparet quòd Iudex detulit appellationi. Alij *refutatorij*, per quos apparet quòd Iudex non defert appellationi. Alij *reuerentiales*, quando ob reuerentiam superioris appellationi defertur.

Rescriptum. Rescribere. 495 Superest exponendum quid sit rescriptum, & quid Reuerendæ literæ. *Rescriptum*, de quo *L. 2. C. de leg. & constit.* & *L. 1. ff. de appellat.* deriuatur à verbo *Rescribere*, quod significat rursus, vel retro scribere, reddere, renuntiare, & respondere in scriptis. Accipitur tripliciter, 1. generaliter pro quacunq; dispositione superioris, quæ in scriptis traditur, & sic rescriptum coincidit cum scripto. 2. specialiter, & est scriptum super negotio, vel negotijs particularibus alicuius, aut aliquorū, siue singulorum, siue vniuersitatis, siue motu proprio, siue ad instantiam, causa cognita, vel non cognita, à superiore emanans, siue aliquid iuris tribuat, siue solum exercitium iuris alicui competentis.

Rescriptum ad lites. 3. Strictè pro scripto continente dispositionem, qua datur iudex, nec aliquid aliud conceditur, nisi vt coram illo iudice ius tibi competens consequaris: & hoc appellatur Rescriptum ad lites. Vide quæ diximus n. 230. Vbi de rescripto iustitiæ, & gratiæ. *Oraculum*, quod rescriptum *L. vlt. C. de diuers. rescr.* est enim responsum quod orando impetratur. *Cap. per tuas de maior. & obed.* *Affatus* prout habetur in *L. sacri affatus C. de diuers. rescript.* & in Glos. ad *L. 3. C. de Episc. audien.* sunt rescripta, quæ tardè conceduntur per Imperatorem.

Affatus.

Reuerendæ dimissoriæ. *Reuerendæ literæ*, quæ etiam *Dimissoriæ* vocantur dist. 72. & 73. Sunt illæ, in quibus proprius Episcopus, vel ordinarius concedit facultatem subdito vt à designato, vel quocuuq; Episcopo ad ordines promoueatur. Reuerendæ dicuntur forte ob reuerentiam, quæ vtrique prælato dimitti, & admittenti debebatur, vel ob eam, qua ipsæ obseruari debent.

Commendatitiæ litteræ. *Commendatitiæ literæ* sunt dimissoriæ, quibus clericus dimittitur, & absoluitur à potestate sui Episcopi, in quibus perhibetur testimonium de vita, & ordinibus illius. Quandoq; (vt notauit Azor tom. 2. lib. 3. cap. 49. q. 1.) literæ dimissoriæ vocantur commendatitiæ, & è contrario *Cap. in nomen dist. 73.* nihilominus literæ dimissoriæ aliquando distinguntur à commendatitijs: nam *Commendatitiæ* dicuntur, quæ dantur presbytero peregrinationem suscipiendi vt ei liceat in aliena diœcesi Missarum sacrificia facere: alioqui non liceret. *Cap. 1. de cleric. peregr. c. hortamur, & extraneo.*

SECTIO III.

De scriptura ciuili, seu laica, seu non Ecclesiastica.

496 IN scriptura, de qua nobis subsequens erit sermo, locum præcipuum habet *Instrumentum*, quod accipitur tripliciter, 1. latissimè, & sic comprehendit quidquid ad instructionem rei alicuius requiritur, etiam instrumenta rustica, vt Sarculum, ligones, & reliqua, de quibus egimus Elucid. 7. sect. 3. *Instrumentum.*

2. Latè pro omni eo, quod causam instruit; nam dicitur instrumentum ab instruendo, sicut dicitur etiam *documentum* à docendo: & sic testamentum, codicillus, testimonia, & etiam personæ testes, proindeque non solæ scripturæ, loco instrumentorum habentur *L. 1. ff. de fide instrum.*

3. Strictè solum pro scripturis, & sic ab Hostien. in sum. tit. de fide instru. & Specul. de edit. instrum. definitur: Est scriptura ad assertionem, seu probationem alicuius rei facta. Vnde in hac acceptione differunt testes ab instrumento, quia probatio testium fit viua voce, instrumenti autem voce mortua. Vnde sequitur, statutum disponens quod puniatur in decem producens falsum instrumentum, non habere locum in producente falsum testem.

497 Diuiditur instrumentum in publicum, & priuatum. *Publicum* est solemnis, & ritè ordinata scriptura, per authenticæ personæ manum publicè facta ex causa memoriæ. *Cap. scripta de fide instrum.* Ad solemnitatem illius spectat, quòd præponatur nomen Imperatoris, & annus imperij, nomen consulis, & annus consulatus. Hodie ponitur nomen Summi Pontificis cum alijs septem, vt sunt annus Domini, indictio, mensis, dies, locus, cum nomine notarij. *Publicum instrumentum.*

Dicitur publicum, tum quia Iudicis authoritate est authenticatum, tum quia authentico sigillo est sigillatum: item quia habet subscriptionem trium testium viuentium, & quia de archiuo publico, vel de armario producitur. *Instrumentum priuatum* dicitur quod per manum priuatam confectum est, vel à tabellione, non tamen in forma publica scriptum, vt quia nec nomen. Imperatoris, nec Consulis, nec Papæ apposuit. Priuati instrumenti tres sunt species, quas numerat, & exponit speculator *lib. 2. de instrum. edit.* in hunc modum. Aliquando facis scripturam tibi tantum, aliquando alij tantum, aliquando tibi, & alij. Scripturæ quam tibi facis, nulla fides adhibetur *L. non Epistolis C. de probat.* Scripturæ autem quam facis alij contra te, putà creditori tuo, de eo quod ab eo accepisti, benè creditur contra te 27. q. 1. *omnes feminæ* Tibi autem & alij facis scripturam: sicut est codex rationum *Priuatum instrumentum.*

num

num tuarum, cui interdum creditur. *L. quadam §. nummularis ff. de edend.*

498 Porro sub communissima illa diuisione instrumenti in publicum, & priuatum; continentur varia membra, & minutiores species, quas perstringam: *Guarentigium*, seu Guarentigianum, seu instrumentum *Guarentigiæ*. Est illud quod secum habet paratam executionem: itaut si per illud constet aliquem esse dibitorem, statim eo exhibito in iudicio iudex executionem faciat. *L. à diuo Pio ff. de re iudic.* Sic exponunt Lessius lib. 2. c. 28. dub. 1. n. 4. & Molina de iustit. tract. 2. disp. 72. initio. vbi dicitur appellari contractum Guarentigium, vbi præter actionem personalem instrumento publico, conceditur ius exequendi, nulla expectata iudicis sententia.

Guarentigiam.

Abbreuiatura.

Abbreuiatura dicitur instrumentum notarij non extensum. Bart. *L. Chirographis* in princ. *in 2. not. ff. de admin. tut.* apud Alex. Scot. in Diction. v. eodem. *Mundus* iuxta Accurs. *L. contractus C. de fide instrum.* appellatur instrumentum, in quo post factam rogationem, omnia comprehenduntur: dictus à munditia eo quòd sine vituperatione esse debet.

Chirographum. Autographum. Syngrapha. Chyrographarius.

499 *Chirographum*, quod alio nomen *Autographum* dicitur, est instrumentum propria manu scriptum: differt à *Syngrapha* de qua n. 483. quòd in chirographo tantum quæ gesta sunt, scribi solent, in Syngrapha etiam contra fidem veritatis pactio scribitur. Chirographum est, cum duo paciscentes duas scripturas sub eadem forma verborum inter se conficiunt, & mutuò sibi tradunt. Item est instrumentum, seu illa littera, in qua debitor confitetur se esse obligatum creditori *L. bonis ff. de pria. cred.* & *L. seruam filij §. eum qui ff. de leg* 1. Dicitur. *Chirographum inane*, cum id, quod debitum, per solutum. *l. 18. ff. de solut.*

Creditor chirographarius.

Ab hoc nomine fit *Chirographarius*. Vnde *Chirographarius creditor*, est qui sibi chirographo cauit. *L. 38. §. 1. ff. de priuil. credit.* Opponitur autem ijs qui hypothecarij dicuntur *L. cum tibi 10. C. qui pot. in pag. Chirographarius debitor* est qui sua manu cautionem creditori dedit. *L. pen. C. de nouat Chirographaria pecunia* est quæ sine pignore per Chirographum solum debetur tit. Cod. etiam ob chirog. pecun. *creditoria* idest Chirographaria *L. in bonis ff. de priu. cred.*

Apocha. Quitantia.

500 *Apocha* dictio græca est, Latinè receptio interpretatur, Schedula est qua fatemur nobis de pecunia esse satisfactum: vulgo *Quitantiam* vocant, Lusitanè *Quitaçao*. Illam enim creditor dat debitori, cum ab illo pecunias numeratas, aut rem quam illi debebat, recepit. Vlpian. *L. si acceptò latum ff. de acceptil.*

Acceptilatio & apocha.

Inter *acceptilationem*, & *apocham* hoc interest: quòd acceptilatione omnimodò liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit: apocha non aliàs, quàm si pecunia soluta sit. Ex quibus constat Latiùs patere acceptilationem, quàm apocham: sic enim definitur l. 1. eodem tit. Acceptilatio est liberatio per mutuam interrogationem, qua vtriusque contingit ab eodem nexu absolutio.

Antapocha.

Aliud simile apochæ instrumentum est *Antapocha*. vel *Antipocha*, vel *Antepocha*, & dupliciter exponitur: nam ab Abon. in Sum. de fide instrum. vers. (de antipochis) dicitur Chirographum, quod facit debitor creditori, in quo confitetur se soluisse tantum nomine vsurarum, vel pensionis: & datur creditori in ipsius securitatem, ne debitor aliquando possit probare se possedisse nomine proprio, & sic velit obtinere dominium titulo præscriptionis *L. plures C. de fide instrum.*

Dicunt Alij Antapocham esse scripturam, quam facit debitor obligando se, & in qua fatetur se debere. Ex quibus patet discrimen inter vtranque scripturam, nam apocha est de receptis, & fit à creditore, qua fatetur sibi à debitore solutum, at antapocha est de solutis, & fit à debitore confitente se soluisse pensionem *L. qui tabulas §. Apocha ff. de fur.*

Acta.

501 *Acta* & si quandoq; sumantur pro loco, in quo residet iudex instructus de causa recognoscens. vbi acta deteguntur, vt quilibet factum sum andiat, aut videat, & suum consequatur meritum: qui locus alier etiam *ius* appellatur. *L. pen. §. fi. ff. de iust. iur.* tamen acta simpliciter sunt publicæ scripturæ negotiorum, quæ in iudicio aguntur continentes ordinem eorum, modum, & figuram vel etiam sunt processus, siue gesta curiæ Glos. in *L. acta ff. de re iudic.* & *cap. quoniam contra de probat.*

Ordinatiua acta. Indagatiua acta. Gesta, & acta.

Sunt in triplici differentia: nam quædam dicuntur *Ordinatiua*, quæ scilicet valent ad ordinationem iudicij: vt est libelli oblatio, litis contestatio. Quædam vocantur *Indagatiua* veritatis, quæ valent ad veritatis indagationem, vt depositio testium, editio instrumentorum, & confessio partium. Quædam nuncupantur *decisiua* litis, quæ valent ad decisionem causæ. Quomodo differant acta, & gesta, ostendit Iurisc. *L. labeo ff. de verb. sign.* *Actuarij*, de quib. *L. actuarij C. de erogat.* & *L. actuarios C. de numerarijs*, erant actorum scriptores, siue custodes, quorum erat ratiocinia pertractare, vt tenet Azor tom. 2. lib. 5. cap. 37. q. 1. *Actorum appellatione* quid veniat, require apud August. Barb. de appel. verb. app. 6.

Actuarij.

Instrumentorum appellatio.

502 *Instrumentorum* appellatione veniunt acta iudicialia, vt tenent Castren. cons. 430. In quadam num. 3. lib. 1. Tusch. tom. 4. lit. I. concl. 235. à num. 3. ad 6. Vbi subdit quod generaliter appellatione instrumēti venit omnis charta continens gesta inter partes: addit Farinat. in prax. crim. q. 135. num. 16. venire acta ad effectum puniendi notarium illa falsificantem: concludit Rebuff. ad l. 99. ff. de verb. sign. Ver. quarta notat pag. 420. venire priuilegium, non

tamen

tamen conceſſionem. *Inſtrumentorum appellatione* venit teſtamentum,& codicillus *l. ſi idem vbi* Iaſon num. 1. *C. de Codicillis*. Veniunt teſtimonia *L. 5. de fide inſtrum.* Bertazol.de clauſulis inſtrum.in rub n.2.quod intelligit quando in vtroq; eſt eadem ratio. Dicunt aliqui cum Sbroz de vicario Epiſc.lib. 1. q.62. num.3.non venire teſtes, quando in ſtatuto ſit mentio inſtrumentorum.

Vnde colligit Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 18. n. 82. quando dicitur in Triden. ſeſſ. 25. de reform. c.9.in princ. quod titulus iuris patronatus,qui ſit in fundatione,oſtendatur ex authentico inſtrumento, excludi teſtium probationem. Inſtrumenti appelllatione venit validum, & ſolemne, non inualidum, & ſimulatum. Venit ſcriptura priuata iuxta propriam vocis ſignificationem, non ita iuxta communem vſum loquendi niſi eſſet re cognita, & per ſe probans. Tuſch. tom.4. lit.I. concl.235. Barb.Ap.119.

503 In ſcripturis, & inſtrumentis quid ſit exemplar & exemplum, elucidemus. *Exemplum* apud Latinos idem valet atq; *Apographum* apud Græcos. Eſt autem deſcriptio libri, & imago tabulæ, alijs nominibus appellatur *Deſcriptum*, & *Excriptum*. Apud Iuriſtas *Exemplar*,& *Exemplum* ſic differunt authore Bart. in *L. Sempronius de leg. 2.* quod *Exemplar* eſt ſcriptura principalis, *Exemplum* autem ſcriptura inde ſumpta, quam vulgus copiam vocat.

Exemplum. Apograph. Deſcriptum. Excriptum. Exemplar. Exemplum. Originale. Authenticum. Index. Sumptum.

Ad *L.2. ff. de fide inſtr.* vbi ſunt hæc verba: *Quicunq;d fiſco conuenitur non ex indice,& exemplo alicuius ſcriptura, ſed ex authentico conueniēdus eſt*: notauit Gloſ. tria eſſe nomina, quæ in idem recidunt, ſcilicet originale, Authenticū, & exemplar: Similiter alia tria inde extracta, quæ pro eodem accipiuntur, nempe index, exemplum,& ſumptum,quibus etiam memoria additur. *Suſceptiua* dicitur ſcriptura in qua ſcribuntur, quæ ſuſcipiunt exactores tributorum, vel Iconomi Eccleſiæ nomine penſionum. Ita Alberic. in Diction. v. eodem vbi citat Authen. de lenonibus §. fin. ſed non inueni.

504 Ad calcem exponi oportet quid ſit Laterculum, & quid Protocollum. *Laterculum* eſt codex in quo ciuilium,& militarium dignitatum, adminiſtrationiſque ratio perſcripta eſt: & forte ſic dicebatur, quod inter occultiora lateret. Duplex memoratur,nempe Maius, & Minus: Illud apud Principem ſeruabatur. *l. 1. C. de offic.præf.afr.* Minus ſub cura,& ſolicitudine quæſtoris erat *L.5.& 2.C. de offic.quæſt.* Refertur Laterculi ſcrinium ſacrum *l.vlt.C.de offic. Mag. offic.* nam in eo reponebatur prædictus Codex.

Laterculū.

Protocollum Græca dictio eſt, quæ interpretatur primum membrum,vt ſit prima illa conſcriptio, quam in commentarij modum tabelliones ſcribunt,quæ commentationes,aut *prototypa*, aut *archetypa* dici poſſent. Vt verò paucis dicam. *Protocollum* eſt ſcriptura tabellionis, in qua breuiter annotatur actus geſti ſubſtantia, vt deinde extendi atque abſolui poſſit.

Protocollū. Prototypa. Archetypa.

SECTIO VIII.

De vocibus,& modis loquendi concernentibus ad ſcripturam.

505 VT ſumamus exordium à vocibus, *Collatio* inſtrumentorum eſt quando duo inſtrumenta inſpiciuntur, & examinātur ſimul, vtrum in vno ita ſit ſicut in altero, vel ut videatur per modum, & formam ſcripturæ effectus eius. Qui fuerint *Cærites*, docet Gellius lib.16. cap.13. his verbis: Primos municipes ſine ſuffragij iure cærites eſſe factos accepimus: conceſſum quæ illis, vt ciuitatis R.honorem quidem caperent, ſed negotijs tamen atq; oneribus vacarent: pro ſacris bello Gallico receptis, cuſtoditiſque. Hinc *tabulæ cærites* appellatæ verſa vice, in quas referre iubebant, quos notæ cauſa ſuffragijs priuabāt. His conſonat Pedianus in Diuinat. Qui plebeius erat (inquit) in cæritum tabulas referebatur, & ærarius fiebat: ac per hoc non erat in albo centuriæ ſuæ; ſcilicet ad hoc ut ciuis eſſet, ſed tantummodo, vt pro capite ſuo tributi nomine æra penderet.

Collatio inſtrumentorum. Cæritas.

506 *Notæ* ſunt quibus compendio ſcribitur: vel (vt exponit Azor tom.2.lib.5.cap.37.) dicebantur compendia quarundam dictionū *L.quoties §.1. verſ. ſedet ſiquis ff. de hæred. inſtit.* Vbi ſic: ſi quis pro centum ducenta per notas ſcripſit, idem iuris eſt. A notis dicuntur *Notarij*, qui (teſte Sueton.in Galba. cap.5.) notis quibuſdam, & compendijs dictionum, Syllabarum, & literarum aliquid breuiter perſtringere non omnibus litteris integrum perſcribere ſolent: vulgo dicimus *eſcreuer per breues*. In eadem ſignificatione accipitur in *L.Lucius ff.de milit. teſtam.* Vbi hæc habentur: *Titius miles notario ſuo teſtamentum ſcribendum notis dictauit*; hoc eſt per litterarum compendia, ſeu breuiaturas. Dicitur *Notarius* à notando, & eſt perſona publica, ad quam ſpectat negotia hominis publicè, & authenticè in publicam, & authenticam formam redigere. Cæpit hoc munus in Eccleſia à S.Clemente, qui ſeptem notarios creauit, & diuiſit per ſeptem Romæ vrbis regiones,à quibus etiam *Regionarij* dicebātur, vt martyrum cruciatus, & mortes deſcriberent. Dicti à regione: eſt autem *Regio* vicus ciuitatis. Vnde regiones Romæ appellari cœptæ à ſimilitudine illorum regionum in quas orbis diuiditur. Cum verò ab Antero Papa ſtatutum fuerit, vt eorum ſcripta in Scrinijs Eccleſiæ ſeruarentur, hinc forte *Scriniarij* appelati ſunt *Cap. Ad audientiam de præſcript.* Vbi Gloſ. Prothonotarius eſt primus, ſeu prin-

Nota. Notarij. Regionarij. Regio. Scriniarij. Protonotarius.

ceps

ceps notariorum habens dignitatem.

Litterati. Scribæ. Tabularij scribe. 507 *Litterati* vt habetur *L. vlt. C. de testam.* sunt qui scribere sciunt. Scribæ dicti à scribendo apud veteres (vt tenet Azor tom. 2. lib. 5. c. 37. q. 1.) significabant librarios: postea vero ij dicti sunt, qui rationes publicas scribebant in tabulis, & ob id apparebant singulis magistratibus. Vnde dicebantur *Scribæ tabularij*, qui faciendis publicis instrumentis publicè præsunt in singulis ciuitatibus, & erāt qui propriè scribebant nominatos ad munera, honores, & tributa soluenda. *C. de tabular. lib. 10.* Hi quoque dicebantur scriptores, Notarij, Libellenses, Pragmaticales, Epistolares, Scriniarij, Tabelliones.

Tabellio seu tabellarius. Est autem hodie *Tabellarius*, seu *Tabellio* publica persona sacramento adstricta ciuitati rationes, & acta in formam publicam redigat, à principe ad hoc officium deputatus, & confirmatus: & potest sic definiri. Est persona publica habens officium scribendi instrumenta super contractibus, vel alijs rebus ad faciēdam fidem super eisdem. Apud Alciat. ad *L. peculiari C. de prox. Sacr. Seria. lib. 12.* vocantur *Prochiri* illi scribæ qui manu expediti sunt: *Meloprochiri*, qui exercitio, & cura prompti. *Annotatio sacra* est descriptio bonorum, seu consignatio, veluti cum aliquis cuiuscumq; criminis reus sit, absentat se, vocatus ad iudiciū, patietur bonorum annotationem, vt si intra annum venerit, & se pugauerit, bona sua recuperet: si autem non venerit, tunc fisco applicentur. Qualiter fiat, vide apud specul. in arbitr. de act. §. fi. ver. sed qualiter. *Annotatio sacra* dicitur etiam rescriptum illud, quo Imperator proprio motu indulget alicui, constituēs secundùm preces illius aliquid fieri, vel non fieri *L. fin. C. de diuers. rescr.* Glos. Conceptio sumitur pro formula *L. liberor.* de accusat. Vnde conceptis verbis iurare, idest dictatis à deferente iuramentum.

Prochiri. Meloprochiri. Annotatio sacra. Conceptio verborum.

Libellus. 508 *Libellus* dicitur diminutiuè vel à libra, idest iustitia, cum iudex debeat stateram æqua lance ministrare. 45. *dist. Omnis*, vel potius à libro, sicut codicillus à codice ob sui breuitatem. Sumitur multipliciter, 1. pro scriptura appellationis *L. 1. ff. de appellat.* 2. pro scriptura, quam iudex dat appellanti, idest pro Apostolis, de quibus supra num. 494. 3. pro scriptura infamatoria, quæ dicitur libellus infamatorius.

Repudij libellus. Libelli acceptio. 4. Pro scriptura, quam vir dat vxori, quam repudiat, & dicitur *libellus repudij*. 5. pro scriptura recusationis, vel demandatoris. 6. pro iudice delegato *L. nec quicquam §. vbi decr. tum ff. de offic. procons.* 7. pro precibus principi oblatis. *C. quando libell. princ. datus lit. contest. faciat.* 8. pro pane azymo, & subcinericio. *L. iudices C. de Episc. audi.* 9. & vltimo pro schedula, in qua actor causam, & actionem exprimit: & quidem libellus propriè est scriptura agentis, quæstionem continens, & futuram actionem depromens: Seu est breuis scriptura intentionem actoris, vel accusatoris contra reum depromens clarè, & breuiter sine superfluis, & obscuris. Vide Parlad. diff. 32.

Accusationis libellus. Est duplex, alter *accusationis*, qui in criminalibus locum habet, & continere debet nomen accusatoris, nomen Rei, & Iudicis, & crimen de quo agitur, & interdum personam, cum qua crimen dicitur commissum, & locum in quo, diem accusationis coram iudice, & mēsem, in quo crimen est commissum. Alter *conuentionis*, qui in ciuilibus locum habet, & continere debet nomen actoris conuenientis, quid petatur, nomen iudicis, coram quo agitur, ius quo res petitur, causam petendi, nomen illius à quo res petitur, tempus, & diem, in quo libellus datur.

Conuentionis libellus.

Charta. 509 *Charta* vox græca est quæ apud Latinos librum significat. Ouid. 3. de Trist. *Nullus in hac cartha versus amare docet*, apud eosdem, & similiter apud Iuristas est pagina scriptioni apta, ex quacunque materia sit, siue ex plumbo, siue ex cortice, siue ex linteis, siue ex papyro, siue ex philyra, siue ex membrana. Vlpian. *l. libror. ff. de legat. 3.* quarum materiarum tres vltimæ expolitione indigent. *Papyrus*, de qua in *l. ligni appellat. ff. de legat. 3.* est arbuscula, seu frutex in palustribus Aegypti locis, brachiali crassitudine: decem cubitorum altitudine: ex cuius cortice Aegytij stragulas faciunt, atq; ex eodem chartas, quas acu diuidunt in prætenues, & latissimas philyras, quę eo meliores sūt quo mediæ papyro propinquiores. Vide Plin. l. 13. c. 11. vbi de varijs chartarum generibus.

Papyrus.

Philyra. Tilia arbor. Membrana. *Philyra*, seu *Philura* significat apud Græcos, quod apud Latinos *Tilia* arbor, cuius cortice inferiori veteres ad scribendum vtebantur. *L. librorum ff. de legat. 3.* Plin. l. 16. c. 14. Philyram vocare videtur membranam tenuissimam inter corticem, & lignum tiliæ arboris. *Membrana* est pellis superior, quæ membra tegit, à quibus nomen accepit. Calepinus v. eod. ponit discrimen inter chartam & membranam, quod hæc pellicea sit, & Pergami primùm inuenta, vnde & *Pergamena* vocatur: charta autem ex papyro olim in Aegypto fieret. Verū apud Iuristas membrana species chartæ est, in qua describuntur instrumenta, & alia quæ conseruatione indigent. *Instit. de rer. diuis.* in Glos.

Pergamena.

Chartiaticum. 510 *Chartiaticum*, de quo *l. 6. ff. de Bon. dam.* dicitur merces quæ officialibus pro chartis datur. *Chartoprati*, chartæ venditores, vel qui præerant vendendis cartis, quæ in vrbem ex prouincijs comportabantur. *Cartoprati*, seu *chartopratæ* in tit. 17. Cod. l. 11. dicuntur (vt ibi exponit Toletan. n. 6.) quia Collegiatis chartas emunt, vt in eorum locum reponantur: quando v. g. quis de Collegio pistorum vēdit chartam suam, idest matriculam, & locum collegij, in quo erat scriptus. Ille enim qui emit, chartopratus vocatur *Carthophylacium*, vulgo cartorium,

Cartophylacium.

torium, est armarium, vel locus, in quo seruantur chartæ. *Cap. 1. de probat. & c. 2. 90. dist.* In iure *Ceda* idem est quod charta: vnde *Cedula* parua charta Alex. in vocab. v. eodem. *Sebeda*, de qua fit mentio. *L. contractus C. de fide instrum.* dicitur pagina philyracea, seu tiliacea, qua pro chartis prisci vtebantur. Vnde *Sebedula* diminut. idest parua charta, vulgo dicunt *boletinum*, Lusitani *Vilbete*, escrito, *Epistolium* Græci, & Latini. *Epistola* dicitur ab epistello, quod est mittere: nam ad absentes mittitur. Quid sit, vide *L. 1. ff. de offic. assess.* Quanuis nuncius habeat vicem epistolæ *L. cum mancipium ff. de ædilit. edict.* tamen epistola non fit sine scriptis, vt notatur *L. mulierem C. si mancip. ita fue aues.* Quid operetur, Bar. in *L. nuda ff. de donat.* Qui sint *Epistolares viri deuoti*, de quibus fit mentio. *L. vlt. §. in his autem C. de tempo. & repar. appell.* non inueni apud iuris interpretes. Videntur fuisse scribæ deuoti, idest dicati ad munus accipiendi, & mittendi epistolas, seu libellos appellationis. De illis sic habet Shard. v. eodem: Opinor (inquit) horum referre speciē, qui nunc apud concilia iustitiæ, in summorum aula Principum actis scribendis præpositi sunt.

Ceda. Cedula. Sebeda. Sebedula. Epistolium. Epistola. Epistello. Epistolares viri.

511 *Allibrati* vocantur qui descripti sunt in libro ciuium, vel communitatis alicuius ciuitatis. *Malleatus liber*, qui sit, constat ex l. librorS. sed nec cæpti ff. de legat. 3. Vbi Vlpian. agens de ijs, quæ veniunt nomine librorum in legatis sic habet. Sed perscripti libri non dum malleati, vel ornati continebuntur. Proinde & non dum conglutinati. Vbi Glos. *Malleati*, i. asseribus inclusi: *Perscripti*. i. in totum scripti. *Ornati* i. Cinnabriati, vel capitulati. *Conglutinati*. i. ligati, scripti tamen. Iuxta Alex. Scot. v. eodem. *Malleatus*, dicitur liber, qui iam est ligatus, punicatusq; *Paragraphus* vox græca composita à *Pares* idest diuisio, & *Graphia* idest scriptura: vnde interpretatur diuisio scripturę. Vide Alciat. lib. dispunc. 3. c. 16. *Consequenti litterarum* dicitur consequens ordo scripturæ, scilicet quando scribitur sine titellis, idest sine omni abbreuiatione: & dicitur tenor litterarum: tenorem autem litterarum dicimus textum litterarum quanuis titellis scribatur.

Allibrati. Malleatus liber. Perscripti. Ornati. Conglutinati. Paragraphus. Consequentia literarū.

Cōditionales Leo Imperator interpretatur tabularios in *L. scriptura 11. C. qui pot. in pign.* dictos ex eo quòd ea conditione munus illud adepti sunt, ne ad vllum aliud aspirent. *In L. defensionis 7. C. de iure fisci*, prædicti appellantur conditionales serui.

512 *Pontificale* dicitur alio nomine ordinarium Episcopale, & secundùm Host. *cap. Consuluit, de seruis non ord.* est authenticus ille liber, vt notauit Io. Andr. in Clem. vnica de iur. iur. *Archiuum*, alio nomine *Grammatophylacium* est armarium publicum, seu locus vbi monumenta literarum, scilicet libri, instrumenta, seu acta publicè seruantur. *C. de fide instrum. in Authen. ad hæc*, & notatur 30. q. 1. peruenit. Vlpian. *L. moris §. solet. ff. de pænis.* Quod (inquit) in publico instrumenta deponantur, archiuo forte, vel Grammatophylacio.

Pontificale. Archiuum. Grammatophylacium.

Vocantur *Archiotæ*, qui præsunt archiuo *L. vlt. ff. de mune.* Ad titulum *lib. 12.* Codicis. de Proximis Sacrorum scriniorum, notat Glossa in expositione Rubricæ ibi Proximos, idem esse atq; Præpositos, sic dictos, quia magis se principi proximant, quàm alijs, quibus præsunt. Iuxta Bart. ibid. ea dignitate funguntur, qua vicarij Principis. *Registrum*, aliter *Regestum* à Regero, idest scriptis mando, est quod iam in tabulas, & libros redactum est: Est etiā Camera, vel scrinium, vbi reponuntur scripturæ. Ita Glos. ad citatam rubricam de proximis sacror. Scrin. Vbi notat tres esse cameras, seu tria Scrinia, nempe epistolarum, quæ principi, vel ab eo mittebantur: item libellorum conuentionalium, & cogitationum: denique dispositionum, vt est registrum. *Scrinium* à secernendo, dicitur arca, in qua seruantur pretiosa, & secreta. Scrinia sumuntur in iure pro audientijs, quia in scrinio, idest in pectore principis sunt iura, vt notatur *L. penult. C. de fid. instr. & L. omnium C. de testam.* Scrinia nostra, idest memoriæ librorum *l. 1. C. de priuil. eorum qui.*

Archiotæ. Proximi sacrorum scriniorum. Registrum. Regestrum. Scrinium.

513 *Thalmud* est liber Hebræorum varijs glossis, & annotationibus, vbi multæ fabulæ, & impiæ calumniæ contra Religionem Christianam continentur. *Alcoranus* est liber continens nefarias superstitiones turpissimæ sectæ Maurorum. Quomodo vterq; prohibetur, vide Azor tom. 1. l. 8. q. 15. *Pugillares* sunt tabulæ cereæ, vel ligneæ, siue alterius materiæ, in quibus stylo scribimus *L. in commodato §. sicut autem ff. commodati*, dictæ vel à pugno, quod pugno comprehendantur, vel à pungēdo, quod stylo in his pungendo scribatur. *Logographi*, qui alio nomine *Numerarij*, de quibus in *C. tit. de tabularijs lib. 10.* dicuntur scriptores publicæ rationis, & sunt publicis rationibus deputati: dicti à *Logos* sermo vel ratio, & Graphos scriptura. *Amanuenses* dicuntur à manu, & sunt serui quorum opera, & industria in scribendo vtimur. *Boetbi* iuxta Accurs. *C. de tabul. scrib. & logog. lib. 10.* Sunt adiutores logistarum qui rationes publicas discutiunt.

Thalmud. Alcoranus. Pugillares. Logographi. Numerarij. Amanuenses. Boeti.

514 *Hypomnematographi*, de quibus fit mētio *L. si quos C. de decuriori l. 10.* iuxta Alciat. ibid. dicuntur qui commentaria scribunt. Iuxta Glos. sunt nominatores aliquorum ad publicas functiones: vel veriùs illi, qui accipiebant in emphyteusim publica prædia. Nam *Emponema* est melioratio: accipiebant enim ad meliorandum. *Proœmium* in scriptura (vt notauit Ioan. Andr. in exord. Clem. super ver. quoniā) est sermo generalis præambulans in principijs librorum, ostendens in generali, quæ postea continentur in speciali, interdum alia pleraq; complectens. *Signatæ tabulæ* sunt quæ habent impressa signa, quibus notantur, ut innotescant. Signatas tabulas (inquit Vlpian. *l. ad testium de testam.*) accipi oportet, & si linteo,

Hypomnematographi. Emponema. Proœmium. Signatæ tabulæ.

teo,

teo, quo tabulæ inuolutæ sunt, signa impressa fuerint. *Monitoria litera.* de quibus *cap. Venerabiles de præben.* Sunt quæ mitti solent ad monendum. Vide Compostel. Cap. Capitulum S. Crucis de rescript. fol. 2. *Tractatoria literæ*, de quibus fit mentio *L. Cursum ambularem C. de Cursu publico l. 12.* Sunt datæ pro licentia vehendi. *Tractatores* de quibus agitur *C. de tractator. l. 12.* dicuntur qui facultatem habent adducendi equos in publico cursu: vnde est *tractatoria facultas*. Tractator est etiam notarius *L. præcepit §. illud etiam C. de Canon. largit.* Item dicitur expositor sacræ scripturæ. 20. dist. §. 1.

Monitoria litera. — *Tractatoria litera.* — *Tractatores.*

515 *Commentarius*, seu *Commentarium* est liber quem sibi quisq; priuatim conficit, in quo capita tantum, & summæ rerum, de quibus agimus memoriæ causa annotari solent. Huiusmodi libellos, obseruauit Budæus in *L. abesse ff. ex quibus caus. maio.* Romanos Principes sibi conscripsisse. *Commentariensis* est qui præest à commentarijs, id est libris, & rationibus publicis *L. in fraudem §. quoties ff. de iure fisci*. Vel iuxta Accursium dictus est, cui acta committuntur. Accipitur pro custode carceris *L. ad commentariens. C. de custode reorum*.

Commentarius. — *Commentariensis.*

In instrumentis *Soluta oratio* dicitur quæ neq; coniunctim, neq; disiunctim connexa est; vt cum dicitur in scriptura, vendidit, dedit, tradidit *l. sæpe ff. de verb. sign.* quid sit in titulo Codicis Iustiniani *Repetita prælectio*, rectè exponit Glossa, Bart. & Odofredus. *Prælectio* idem valet, atq; lectio: ibi enim abundat præ sicut dicitur de *dote prælegata*, quæ idem est, atq; legata: hoc enim fit per figuram, quæ vocatur *Prothesis*, de qua diximus, supra num. 473. dicitur Repetita, quia Iustinianus iussit primò codicem fieri ex tribus, & iterum iussit dissolui, vt ibi apponeret quasdam decisiones, quas postea fecerat: quibus appositis codicem quodammodo repetitum, & confirmatum decimo sui imperij anno edidit. Nam apud veteres (vt tenet Alex. Scot. in compil. iuris) quando post primam editionem fiebat secunda editio, vocabatur repetita prælectio. *Rasura* est idem quod abrasio. An vitiet instrumentum. Vide Albericum *L. si vnas C. 1. C. de testam.* Deniq; *trophos* idem valet, atq; descriptio *C. de fundo. limit.* Super Rubrica.

Soluta oratio. — *Prælectio repetita.* — *Prælegata dos.* — *Prothesis.* — *Rasura.* — *Trophos.*

516 Quod attinet ad modos loquendi, *Adnotare* sumitur pro simpliciter notare *L. cum mater ff. de inoffic. testam.* Est autem reprehendere *L. si vero §. de viro ff. soluto matr.* Ab hoc verbo deriuatur *adnotatio*, quæ aliquando est scriptura facta propria manu principis *l. 1. C. de precib. imper. offer.* Sumitur pro rescripto Principis paucis adhibitis facto *L. iubemus C. de sacros. Eccles.* quandoq; adnotatio dicitur actus qui sine testibus expeditur *L. instrumenta C. de probat.* glos. 1. *Subscribere* est sub notare vel subsignare, sicut solent Principes, qui subscribunt ea, quæ rata habent. Est etiam teste Budæo, verbum iudicijs, & foro accommodatum, & significat *iudicium dictare* seu actionem aduersario voce edere, cum actor aduersario, quam actionem intenturus sit, denunciat. Plin. epist. 6. lib. 9. *Scis te non subscripsisse mecum*, idest mecum querelam non esse expertum, vt interpretatur Budæus. Subscribere dicebant veteres iurisconsulti quod nunc *adiungere* dicunt. Vnde *Subscriptores* dicuntur qui adiuuare solent accusatorem, vel se accusatori adiungunt, & et subscribunt, vt secundas accusationis partes sustineant. *Subscriptio* est subsignatio, & est duplex, scilicet generalis, vt quando testator subscribit exprimens illud esse testamentum suum, seq; illud approbare: & specialis, vt cum in particulari exprimit se dictasse, vel ratum habere tale legatum, aut talem institutionem. Accipitur subscriptio à Iuristis pro adiunctione, cum accusatori aliquis ad agendum adiungitur. Præterea *subscriptiones* dicebantur eorum constitutiones, quibus respondebant præsentibus se se per libellos consulentibus: nam cum respondebant absentibus, *epistolæ* dicebantur.

Adnotare. — *Adnotatio.* — *Subscribere.* — *Iudicium dictare.* — *Adiungere.* — *Subscriptores.* — *Subscriptio.* — *Epistola.*

517 *Subnotare* apud Latinos est subscribere. Apud Iuristas *L. fin. ff. de bonis author. iudic. possid.* Subnotate dicimur, cum quasi inuentarium cõficimus, adscribimusq; quot quot corpora instrumentorum sint. *Adsignare* instrumento, pro subsignare apud Scæuolam *L. 20. ff. de act. & cond. iut.* Est autem subsignare idem atque subscribere, vt testes in Chirographo solent signare, & quasdam notulas subscribere. Quando subscribens dicatur se consentire, & quando non est bona Glos. in *C. si quis presbyterorum, de rebus Eccl. non alien.* V. subscribere. *Diaalem accipere*, idest epistolam Imperialem per quam reuelata est quantitas, & quæ solita erat dari in ordinatione Pontificis.

Subnotare. — *Adsignare.* — *Diaalem accipere.*

Proferre scripturam habetur *cap. Imputari, de fide instrum.* & idem valet atq; scripturam producere, seu exhibere. *Legi posse* est modus loquendi, qui habetur *L. 1. ff. de his, quæ in testam. delen.* & ibi *legi* non accipitur pro intelligi, sed pro oculis perspici, quæ scripta sunt. Sic exponit idemmet textus. Legi posse, addit glossa 1. post deletionem.

Proferre scripturam. — *Legi posse.*

518 Circa materiam obliterandi, seu delẽdi scripturam, sunt valde affinia in iure hæc verba Cancellare, inducere, super inducere, circunducere literam, Dispungere, Expungere, Subpunctare Expediam singula. *Cancellare* apud Latinos est eradere, delere, expungere. Deduci videtur verbum à Cancellis, in quibus vt transuersa nectuntur ligna, ita cum scripta expungenda sunt, transuerso calamo lineæ inducuntur: quod propriè dicitur *Illinere*, vel *Allinere*.

Cancellare. — *Illinere.* — *Allinere.*

Vt in iure Cancellare est scripta transductis lineis instar Cancellorum, delere. Glos. ad *L. si quis libertatem ff. de petit. hær.* ex quo non apparet discrimen inter *Cancellare*; & *inducere*: præsertim quia vtrumq; Verbum pro eodem accipit

Inducere.

accipit Vlpian. *L. Cancellauerat ff. de ijs, quæ in test. delen.* Vbi Sic: Cancellauerat autem quis testamentum vel induxerat. Idem l. 1. sub eodem tit. quæ in testamento legi possunt, ea inconsulto deleta, vel inducta nihilominus valent, consulto non valent. Hinc *inductio* pro abolitione, & litura *l. 1. §. Et ideo ff. de ijs quæ in test. delen.* nam iuxta Alex. Scot. v. eodem. *Inducere*, præter alios sensus, quos habet plures, significat etiam expungere, & cancellare, hoc est transuerso calamo quod scriptum erat, delere. *Superinducere* est inductum, & cancellatum inducere, seu cancellare. Vnde *Superinductio*, de qua fit mentio *L. 1. §. & ideo ff. de ijs, quæ in testam. delen.*

Inductio. *Superinducere.*

519 *Circunducere literam* est eam circunductâ linea damnare: & sic differt à cancellare. *Subpunctare literam*, est eam damnare punctis suppositis: vt quando litera superflua inferius punctatur. *Dispungere* est transuerso calamo rationem cancellare *L. cognoscere ff. de verb. sign.* sic habetur. *Dispungere* est conferre accepta, & data. Addit Accurs. & ex ea collatione cancellare quod est redditum. Hinc *Dispunctio* pro ipsa rationis cancellatura. Vlpian. *L. cum plures ff. de bonis author iudic. poss.* An recognitio (inquit) & dispunctio concedenda sit creditoribus.


Circunducere literam. *Subpunctare literam.* *Dispungere.* *Dispunctio.*

Eandem significationem habet *Expungere* quam dispungere tam in iure *L. in omnibus ff. de diuers. temp.* quam apud Plautum in Cistell. Nunc (inquit) quod reliquum restat, volo persoluere, vt expungatur nomen, ne quid debeam. Hinc. *expunctus miles*, qui enumeris exemptus est *L. pen. ff. de re mil.* dicuntur *expunctæ rationes*, cum vltima manus calculo, & dispunctioni imposita est *L. in omnibus ff. de diuers. præscript.* Sumitur *Liturare* pro cancellare, & expungere. Hinc *litura* est superinductio, complanatis: & fit cum superinducto atramento, alio ve liquore scripturam, vel picturam destruimus. De litura fit mentio citata. L. 1. §. *& ideo ff. de ijs quæ in testam.*

Expungere. *Expunctus miles.* *Liturare.* *Litura.*



LIBER



LIBER SECVNDVS
DE MATERIIS SPECTANTIBVS AD SECVNDAM SECVNDÆ SANCTI THOMÆ.

Quanuis in hoc Elucidario facem Theologis, ac Iuristis æquè præferamus, tamen quia S. Theologiam ante omnia profitemur, Doctoris Angelici vestigia quoad ordinem materiarum sectabimur. Elucidatis igitur pertinentibus ad primam secundæ, nempe fine vltimo, beatitudine, voluntario, bonitate, passionibus, virtutibus, peccatis, legibus, & multis ad prædicta concernentibus, gradum facimus ad secundam secundæ, vbi præcipuus nobis sermo erit de virtutibus in specie, imprimis de Theologicis, Fide, Spe, & Charitate: postea de reliquis, scilicet prudentia, iustitia, Religione, Fortitudine, Temperantia, & alijs.

ELVCIDATIO I.
De Fide, & Spe.

QVoniam inter virtutes primatum habent Theologicæ, ab his librum auspicari rectè duximus. Item quia virtutum omnium præsertim supernaturalium fundamentum est Fides, qua deficiente, illæ collabuntur, elucidatio de fide fundabit subsequentes, quibus etiam cum spe elucidata viam muniet.

SECTIO I.
De fide quoad ipsius speculationem.

Fides qualiter accepta. 520  IDES apud Latinos dicitur à voce *Fiat*: ex eo quòd per illam fiat quod dictum est. Multipliciter vsurpatur tum à Theologis, tum à Iuristis, siue sumatur pro perfectione volũtatis, siue pro perfectione intellectus. Quatenus significat perfectio. *Fidelitas.* nẽ voluntatis, accipitur 1. pro fidelitate: iuxta illud Leuit. 6. *Anima, quæ negauerit depositum fidei suæ comissum reddet.* Ecc. In qua acceptione dicitur 2. 2. q. 4. *in malis* fidem non esse seruandam in promissione stultè facta, aut vi.

An verò fides hosti seruanda sit, vide Bart. ad *L. 1. in priu. ff. ad l. Iul. maiest.* Accipitur 2. pro veritate, quæ est virtus moralis, aut eadem cum fidelitate, aut ipsi valde affinis. Sic dicitur Hierem. 7. *Perijt fides, & non est innexa in ore eorum*: Quæ acceptio est in iure ciuili. vbi fides tribuitur publicis instrumentis titulo de fide instrum. Accipitur 3. pro fiducia, Iacobi 1. *Postulet in fide nihil hæsitans*. Et Math. 14. *Modicæ fidei quarè dubitasti*.

Accipitur 4. pro promissione à Tullio de offic. & Virgil. 8. Aeneid. *Accipe daq; fidem*. Accipitur 5. pro cautione *L. in sacris C. de proximis sacr. scr. lib. 12.* Quatenus significat perfectionem intellectus determinati ad vnam partem sic dixit August. de prædest. Sanct. cap. 2. credere est cum assensione iudicare. Sumitur 2. pro conscientia; in qua acceptione dixit Apostol. ad Rom. 14. *quod non est ex fide, peccatum est*. Nec dissonat ius canonicum 28. *q. omnes*. Sic apud Iuristas dicitur quis esse bonæ, vel malæ fidei.

Sumitur 3. pro cognitione obscura, quæ fundatur in testimonio dicentis: vnde appellatur fides diuina, si fundatur in Dei testimonio; appellatur fides humana, si in hominis testimonio, vel authoritate, creata fundatur. Et hæc est rigorosa acceptio.

521 Igitur fidem in hac vltima acceptione

sumptam opportunè elucidabimus persequẽdo simul multiplicem illius diuisionem, & definitionem. Fides communissima diuiditur in humanam, & diuinam:

Fides humana.

Fides humana est habitus, quo assentimur alicui propositioni propter dicentis authoritatem humanam, & creatam cum formidine partis oppositæ: vt si quis sibi persuadeat in Aegypto esse famosam Memphym, quia ita aliqui narrant. Ita Conimb. in Logica cap. 26. de scient. & opin. q 1. ar. 5.

Fides diuina.

Fides diuina est firma adhæsio intellectus circa aliquam propositionem propter authoritatem increatam Dei dicentis. Diuiditur 1. in habitualem, & actualem.

Habitualis fides.

Fides diuina *habitualis* est habitus à Deo infusus, qui est principium, intellectui, eum eleuans ad connaturaliter credendum Deo dicenti.

Actualis fides.

Actualis est assensus firmus in authoritate Dei obscurè reuelantis fundatus.

Fides multiplex.

Sic definit Suar. de fide disp. 6. sect. 1. num. 5. qui etiam sect. 2. latè declarat fidei definitionem, quam tradit Apost. ad Hebr. *Est substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium.* Diuiditur 2. in internam, & externam: interna est signum sensibile, quo per verbum, vel actionem exteriorem hominis interior fides significatur.

Catholica fides.

Vniuersalis fides.

Particularis fides.

522 Diuiditur 3. in vniuersalem, & particularem: vniuersalis quæ *catholica* dicitur, est illa quam proponit ecclesia omnibus fidelibus semper, & vbiq; Particularis est illa, quæ in priuata aliqua reuelatione fundatur, vel instinctu Spiritus S. qui illi æquiualeat, & meritò particularis dicitur, quia in materia, persona, & propositione priuata fundata est. Diuiditur 4. in explicitam, & implicitam,

Explicita fides.

explicita dicitur respectu illius rei, seu propositionis, quæ in se formaliter creditur: vt quando quis propter diuinam authoritatem assentitur huic propositioni (Deus est Trinus, & Vnus.) Nam is credit explicitè, qui assentitur rei sibi dictæ, vel quam cogitatione concipit.

Implicita fides.

Implicita dicitur respectu aliarum rerum, quæ in altera explicitè credita virtute, vel confusè continentur. Is enim credit implicitè, qui credit aliquid generatim, & in eo credit multa alia contenta, vt si credat omnia, quæ credit Ecclesia.

Diuiditur 5. in immediatam, & mediatam ex parte rerum creditarum:

Immediata fides.

immediata datur quando creditur aliquid immediatè reuelatum, v. g. Christum esse hominem: *mediata*, quando per discursum infertur aliud, quod non in se, sed in altero reuelatum est v. g. Christum esse risibilem. Hæc tamen non rectè appellatur fides, sed conclusio Theologica.

Theologica fides.

Catholica.

523 Diuiditur 6. in Theologicam, & Catholicam: *Theologica* quæ alio nomine infusa dicitur, est habitus per se infusus inclinans ad credendum quidquid Deus reuelat siue toti Ecclesiæ, siue personæ particulari: *Catholica* est semper vniuersalis, & illa per quam creditur quidquid Romana Mater Ecclesia proponit omnibus fidelibus credendum. Ex quo patet, hæc duo membra non contradistingui perfectè cum vnum includat aliud nempe fides Theologica catholicam.

Fides viua seu formata.

Diuiditur 7. in fidem viuam, seu formatam, & mortuam, seu informem. Sumitur hæc diuisio ex Iacobo cap. 2. *dicente fidem sine operibus esse mortuam.* Ex quo infertur fidem aliquam vtique cum operibus esse viuam. Est igitur *fides viua*, seu *formata*, quæ formatur gratia, & charitate.

Fides mortua, seu informis.

Est *fides mortua*, seu informis, quæ sine gratia, & charitate existit. Nam viuum, & mortuum differunt tanquam formatum, & informe secundum formam, quæ vitam dare potest. Vita autem animæ in gratia, & charitate consistit. Diuiditur 8. ab hæreticis in fidem historicam promissionum, & miraculorum: quam diuisionem tradit simul, ac reijcit Suar. lib. 8. de gratia c. 16. & disp. 6. de fide sect 3. n. 5.

524 Explicata multiplici diuisione, supersunt explicanda nonnulla quæ sunt in fide vel ipsam associant, nempe obscuritas, infallibilitas, reuelatio, euidentia reuelantis, authoritas, pia affectio, credulitas, credibilitas, & regula viua fidei. Singula expediamus.

Obscuritas.

Obscuritas est quædam tenebrositas, ineuidentia, seu penuria luminis: nam deducitur à nomine

Obscurus.

obscurus, quod significat rem latentem, absconditam, & sine lumine. Cum vero fides sit *argumentum non apparentium* ad Hebr. 11. necessariò postulat ineuidentiam, seu obscuritatem non quidem semper ex parte subiecti materialis, itaut hoc per nullum aliud medium scientificum appareat, sed ex parte medij, seu motiui quod est testimonium, seu authoritas dicentis: testimonium autem vt testimonium est, nequit ostendere rem testificatam in se.

Infallibilitas.

Infallibilitas est quædam negatio fallibilitatis, per quam propositio denominatur infallibilis scilicet talis, quæ falso subesse non possit. Est igitur actus fidei diuinæ infallibilis, seu indelibiliter verus, quatenus habet pro obiecto formali primariam veritatem, vt re ipsa reuelantem, quæ nec falli, nec fallere potest.

Reuelatio.

Reuelare.

525 *Reuelatio* est velaminis ablatio. Nam iuxta D. Hierony. ad Galat. 1. *Reuelare* nihil aliud est, quàm velum remouere, quo res occultabatur. Potest autem (vt notat Suar. de fide disp. 3. sect. 3. num. 7.) sicut in viso apparet, occultari obiectum, vel quia ipsum velatum est, vel quia velum est super oculos positum: vnde duplex erit reuelatio, altera ex parte oculorum sic in fide contingit: nam obiectum eius est nobis occultum, quatenus absens, aut excellens est, & quia potentia nostra est improportionata, & quasi cæca respectu talis obiecti.

Tollitur primum velamen quando obiectũ fit cognoscibile sub testimonio diuino, & dicitur

Auricularis reuelatio. tur huiusmodi *reuelatio auricularis*, quasi ad aurem loquatur Deus: & de hac est frequentior loquendi modus in S. scriptura. Tollitur secundum velamen per infusionem luminis fidei, quo illustratur intellectus, & ideo vocatur à nonnullis huiusmodi *reuelatio facialis*. *Facialis reuelatio.* Addit Gaspar Hurtado de fide disp.2.diff.2 reuelationem Dei esse duplicem, altera ad extra, qua Deus extra se loquitur, & est quædam actio creata, qua Deus producit signum aliquod siue spirituale, siue corporale quod nobis significat rem ab ipso iudicatam: alteram ad intra, qua Deus intra se loquitur,& ab ipso Dei iudicio non distinguitur.

526 Euidentia reuelationis, quæ alio nomine dicitur *Euidentia in attestante* datur, quādo alicui credenti; seu elicienti assensum fidei diuinæ euidens est Deum esse qui loquitur, seu qui attestatur. *Euidentia in attestante.* Hæc autem euidentia vtpote extrinseca stare potest cum assensu fidei intrinsecè obscuro: cum adhuc maneat obscura connexio inter prædicatum, & subiectum propositionis reuelatæ. *Authoritas.* *Authoritas* apud iurisconsultos sumitur pro euictione, seu præstatione periculi. Paulus lib.2.senten.c.17. *Venditor (inquit) Si eius rei, quam vendiderit, dominus non sit,pretio accepto authoritatis manet obnoxius*, idest euictionis. Sumitur etiam pro titulo, siue iure, quo aliquid possidemus. Nam teste Gellio c.7. lib.17. in lege veteri Atinia hæc habentur: *Quod subreptum erit, eius rei æterna authoritas esto*. Apud Latinos, vt tradit Passeratius in Calep. v. eodem, authoritas est pondus, & eminentia quædam, vitæ probitate, scientia, ætate, meritis, & potentia, vel honoribus parta cuius gratia dictis, factisq; cuiuspiam plurimùm deferimus.

527 In præsenti materia Theologi indiscriminatim testimonium & authoritatem pro eodem vsurpant, itaut idem sit authoritas diuina atque testimonium Dei, & idem authoritas Ecclesiastica atq; testimonium Ecclesiæ. *Authoritas diuina*, seu testimonium diuinum, seu Deus prima veritas, vt testificans, est obiectum formale fidei diuinæ, vt docet Suar. de fide disp.3. sec.2. num.6.& sec.3.n.12.qui sec. 10.n. 8. rectè notat in Ecclesia esse duplicem authoritatem,alteram humanam, alteram diuinam. *Formale obiectum fidei.* De priori loquitur S. August.lib.contra Epist.fundam.c.4.quando numerat ea,quę ipsum tenebant in Ecclesia,scilicet sapientiam Doctorum, consensionem populorum, vim miraculorum, antiquitatem, & perpetuam successionem: quæ omnia huic congregationi summam authoritatem humanam conciliant.

De posteriori, seu diuina loquitur Apostol. 5.ad Thimot.3. vbi docet Ecclesiam esse columnam, & firmamentum veritatis. Prior facit doctrinam catholicam euidenter credibilem: posterior est formalis ratio credendi: & hanc quidem vendicat Ecclesia, non ratione sui tanquam causa principalis,sed in quantum est veluti organum,seu instrumentū,per quod Spiritus S.loquitur. Quemadmodum (exponit Azor.tom.2.lib.5. c.24.) publicus tabellio,seu notarius, est instrumentum, per quod Regis mandatum, & authoritas subditis innotescit.

528 *Pia affectio*,seu pius affectus est voluntas supernaturalis credendi. *Pia affectio.* Sit ne supernaturalis in entitate? Affirmat Suar. de fide disp. 6 sect.7. Negat Gaspar Hurt. disput 4. diff.8. *Credulitas* est credendi facilitas. *Credulitas. Credulus. Credibilitas.* *Credulus* est qui facilè vel temerè credit. Sumitur quandoque à Iuristis in bonam partem. Vnde Glos.notabilis in *L. Titio fundus ff. de condit.& dem.* dicitur quòd credulitatem iustissimam inducat dictum notabilis viri. *Credibilitas* est quædam aptitudo, seu capacitas ex parte obiecti, vt credatur, seu cognoscatur per fidē. Vnde sicut duplex est fides, altera humana, altera diuina, ita duplex est credibile, scilicet fide humana vel diuina. Conueniunt Theologi res nostræ fidei esse euidenter credibiles prudenter, seu cordatè tum quoad ipsarum veritatem. Vide Suar. citat.disp.4. sect.5.& Hurtado disp.3.diff.4.

Regula viua, seu animata fidei est illa quæ humano, & sensibili modo potest infallibiliter res fidei proponere, ac definire, qualiter se habet Concilium generale, in quo præsens adest Pontifex, imò solus Pontifex sine Concilio definiens ex cathedra, quando aliquid authenticè proponit vniuersæ Ecclesiæ, tanquam de fide diuina credendum. *Regula fidei.* Vide Suar. disp.5.sect.6.7.& 8.

SECTIO II.

De fide quoad ipsius moralitatem.

529 Fidem diuinam actualem esse necessariam ad salutem necessitate medij,& quidem in adultis qua talibus non sufficere fidem in voto, sed necessariam esse in re exhibitam, tradunt vnanimiter Theologi. *Necessitas fidei.* Quid dicatur necessarium necessitate medij, vel præcepti, exposuimus num. 51. Cum detur præceptum de fide profitenda, & de fide non neganda, necesse est declarare quid sit fidei professio, quid negatio,quid occultatio.

Professio fidei idem est atque confessio fidei, verbis aut signis alijs externis prolata; *Professio fidei.* An sit, & quando sit sub præcepto, vide Gasparem Hurt. disp.9. diff. 3. *Negatio fidei* opponitur omninò prædictæ confessioni, & ita prohibetur, vt nunquam liceat, etiam propter quæcumque tormenta, vel nocumenta vitanda. *Negatio fidei.* Non solum verbis, sed etiam rebus, & factis, quibus nostram mentem solemus explicare, contingit. Modus negandi verbis diuiditur in merè negatiuum, & affirmatiuum. Merè negatiuus datur quando quis directè, & expressè negat aliquem articu-

lum fidei v. g. Christum esse *Deum*. Affirmatiuus datur quando quis affirmando vnum, consequenter seu virtute negat aliud v. g. affirmando se esse Turcam, negat se esse Christianum.

Occultatio fidei. *Occultatio fidei* est quid medium inter confessionem, & negationem: nam qui occultat veritatem, nec mentitur, nec verum dicit. Huiusmodi occultatio dupliciter sumi potest, primò merè negatiuè, & datur quando quis se habet negatiuè in profitendo fidem, nulla occurrente occasione illam profitendi. Secundò positiuè, quando occurrente occasione confitendi homo non vult confiteri, vel fugit confessionem: quæ occultatio formalis appellatur.

530 Pro reliquis, quæ ad fidei moralitatem spectant, explicandis occurrit Symbolum, Synodus, Concilium, Prædicatio, Disputatio, & Miraculum. *Symbolum.* *Symbolum* iuxta Alex. Scot. v. eodem dicitur per compositionem Græcam à *Syn* quod est simul, & *bolus* quod est pars, quia in Symbolo fidei quisque Apostolorum suam partem apposuit. Significat indicium, seu signum, & collectionem, seu collationem. Vnde *Tessera militaris*, seu signum quod datur militibus, vt inter se, se cognoscant, & ab alijs discernant. *Tessera militaris. Symbolum quotuplex.* *Symbolum vocatur*. Item collectio, quæ fit ex multis contribuentibus in aliquod opus, solet appellari Symbolum, quod proinde accipitur pro cœna, in quam comparandam plures aliquid contulerunt. Ex vtraq; significatione accomodauit Ecclesia vocem hanc, vt significaret breuem summam, seu regulam fidei ex varijs articulis fidei collectam, & fidelibus propositam tanquam signum professionis suæ, vt fideles ab in fidelibus, & Catholici ab hæreticis discernantur.

Quadruplex est Symbolum. 1. Apostolorū continens duodecim articulos, quos Apostoli eadem hora instinctu spiritus S. composuerūt. 2. dicitur Symbolum maius quod canitur in Missa factum in Synodo Nicena propter Græcos, qui non credebant Spiritum S. procedere ab vtroq; sed à Patre tantum. 3. Est Athanasij quod incipit. *Quicunq; vult saluus esse*, & recitatur in prima diebus Dominicis. 4. est Symbolum iuris, quod habetur *c. 1. de summa Trinit. & fid. Cath.* Vbi approbatur quidquid in alijs continetur.

Synodus. Concilium. 531 *Synodus*, & *Concilium* sunt voces Synonymæ, prior Græca, posterior Latina, nullum discrimen habentes in significando. Vtraque enim significat comitatum, cætum, vel conuētum. Dicitur Concilium apud Latinos à concalando, idest conuocando, vel iuxta Varronē, à coactione. Apud Canonistas alia est nominis ethymologia: nam *c. Canones dist. 15.* habetur prædictarum vocum explicatio his verbis: Synodus ex Græco interpretatur comitatus, vel cætus. Concilij verò nomen tractum est ex more Romano.

Tempore enim, quo causæ agebantur, conueniebant omnes in vnum, communiq; intentione tractabant. Vnde Concilium à communi intentione dictum quasi consilium: Concilium quasi considium *d. l. literam transeunte*: vel concilium dictum est à communi intentione, eo quòd in vnum dirigant omnem mentis obtutum. *Cilia* enim oculorum sunt: vnde qui sibimet dissentiunt non agunt concilium, quia non consentiunt in vnum. *Cætus* vero conuentus est, vel congregatio, à coeundo, idest conueniendo in vnum. Hinc etiam conuentus est nuncupatus, eo quòd ibi homines conueniunt in vnum. Eodem c. dicitur inter alia Concilia quatuor esse venerabiles synodos, quæ totam principaliter fidem complectuntur, quasi quatuor euangelia, vel totidem paradisi flumina, scilicet Nicænam, Constantinopolinam, Ephesinam, & Chalcedonensem. *Cilia. Cætus. Conuentus. Concilia quatuor.*

532 Sicut in temporali, & ciuili Republica habentur comitia, in quibus primates congregantur ad ipsam legibus, & statutis gubernandam, ita in spirituali, & Ecclesiastica oportuit dari congregationes Episcoporum, & prælatorum, seu concilia, quæ sunt in duplici genere. Nam alia sunt generalia, alia particularia. *Concilium* generale, seu vniuersale, seu plenarium, quod à Græcis dicitur *Oecumenicum*, est quod celebratur præsente Papa, seu eius legato ad hoc specialiter deputato conuenientibus Episcopis, & alijs prælatis ex omnibus Ecclesiæ Catholicæ partibus: & hoc solius Papæ authoritate celebrari potest. Aliàs *Conciliabolum*, & synagoga Satanæ dicetur. *Particulare* contraponitur vniuersali, & subdiuiditur in nationale, prouinciale & diæcesanum. *Nationale* solet esse vnius nationis, v. g. Lusitanæ, in qua sunt plures Archiepiscopatus, sub vno Patriarcha, vel Primate, vel legato Pontificis, qui præest: hoc dicitur aliquando Generale, vt in Toletano 4. in princ. vel vniuersale, vt in Carthaginensi 4. init. intelligitur verò secundùm quid. *Concilium generale. Oecumenicum. Conciliabolum. Particulare concilium. Nationale concilium.*

Prouinciale est vnius prouinciæ, in qua sunt plures Episcopatus. Cogitur authoritate Metropolitani ex suffraganeis Episcopis, quibus præest. *Diæcesanum*, quod etiam *Episcopale* dicitur congregatur authoritate Episcopi in sua diæcesi ex Abbatibus, & alijs pastoribus sibi subiectis. Vide Suar. de fide disp. 5. sect. 7. n. 2. & Azor. to. 2. l. 3. c. 47. init. *Prædicatio. Prædicator. Prædicare.*

533 *Prædicatio* apud Latinos est commemoratio, affirmatio, & laudatio facta palam. *Prædicator* est laudator, & cuiuscumq; rei diuulgator. A verbo *Prædico, as*, quod est publicè dico, celebro, vulgo, laudo. *Prædicatio* apud Ecclesiasticos accepta secundùm vsum loquētium, definitur à Syluestro v. eod. n. 1. in hunc modum. Est sermo publicus quantum ad locum, & generalis quantum ad intentionem ex consuetudine habentis certam formam: putà quod prædicans habeat gradum distinctum

quoad

quoad locum, sumat thema, inuocet Spiritum S. & huiusmodi. Dicitur (publicus) idest in loco publico, ad quem omnes fideles possunt accedere tam de iure, seu licitè, quàm de facto, vtpote patentibus ostijs non inpediti.

Sermones exhortatorij. Per quod excluduntur sermones, qui fiunt in scholis, vel monasterijs monialium ianuis clausis, vel in refectorijs religiosorum. Dicitur generalis quantum ad intentionem (vt excludantur sermones qui ex intentione dirigũtur determinatè ad certum genus personarum, etiam in publico loco. Debet verò semper fieri authoritate, & scientia pastorum: alioquin est *conuenticulus* etiam si sub specie deuotionis fiat. *Prædicator* apud eundem Syluest. loco citato dupliciter dicitur, 1. is qui iure communi, vel priuilegio prædicationis officium profequitur. 2. religiosus quilibet de ordine S.Dominici apud Panotm. in *cap. Nimis 2. de excess. prælat.* Tria requirit ius in prædicatore, scilicet intùs charitate ardere, exteriùs vita lucere, & esse competentem ad actum prædicandi.

Conuenticulus. *Prædicator.*

534 Prædicator & Doctor dicitur largo nomine propheta 43. *dist. cap. sic rector.* dicitur autem *Propheta* qui futura prænunciat 22. q. 2. *si quælibet* §. *Abraham*. Accipitur *Sagena* pro prædicatione 23. *dist. in nomine Domini*. Item *Tuba* pro prædicatione *Extra de elect. fundamenta*, per Archid. *Concio* apud Latinos significat tum suggestum vnde verba fiunt: tum multitudinem populi assistentis conuocatam authoritate magistratus ad audiendum oratorem. Hodie iam pro prædicatione vsurpatur. *Concionator* est quod prædicator, & dicitur *Concionalis*, idest idoneus ad concionandum, aut qui concionari consueuit. *Concionatores* non veniunt in Bullis Pontificum, nomine priuationis officiorum, graduum, dignitatum, &c. vt tradit Bonacina de clauf. punct. 4. n. 6. contra Lezanam cap. 30. num. 32. Vide Dianam part. 4. tract. 4. resol. 224.

Propheta. Sagena. Tuba. Concio. Concionator. Concionatores appel.

535 *Disputare*, teste Varrone significat valde purum facere: translatitiè inter Latinos, & Theologos est disceptare, seu differere, seu rem aliquam agitare, itaut verum tandem cognoscatur. Vnde *Disputatio* idem est atq; disceptatio, seu quæstionis agitatio. Quærit S. Thomas 2.2. q. 10. art. 7. Vtrum sit cum infidelibus publicè disputandum? Vbi Caietan. notat duplicem esse disputationem, alteram materialem, alteram formalem. *Materialis est* quæ solum exercitij causa, & ad acuenda ingenia, acquirendamq; facilitatem in disputando suscipitur, & hæc ex se semper licita est.

Disputare. Disputatio. Materialis disputatio.

Formalis est quę fit ad persuadendam, & defendendam veritatem, & dupliciter contingit. 1. ex dubitatione disputantis, itaut res tanquã dubia in disputationem afferatur, vt veritas pateat: qui modus in rebus fidei est intrinsecè malus, & hæreticorum proprius. 2. quando de re certa, & quæ pro tali habetur, disputatio fit, vt apud alios veritas persuadeatur. An liceat hic modus. Vide Suar. de fide disp. 20. sect. 1. *Disputare* apud iuristas est allegare, nempe intentionem suam per probationem in iudicium deductam ostendere, & eam pro viribus asseuerare, & roborare, vt habetur 9. q. 3. *aliorum*, & 23. q. 8. *conuenior*. & *Cap. Abbate Sane de re iudicata in 6* Quod huiusmodi disputatione, seu allegationes fieri debeant super testibus, & alijs actibus, constat ex *c. in causis de test.*

Formalis disputatio. *Allegare. Allegationes.*

536 *Miraculum* apud Latinos dicitur quidquid admirationem afferre potest. Vnde Liuius lib 2. ab vrbe, miracula pro monstris posuit. *Monstrum* à monstrando dictum est, quod aliquid significando demonstret. A Philosophis sic definitur: Est naturalis effectus à recta, & solita secundùm speciem dispositione degenerans Explicationem tradunt Conimb. 2. Phyfic. c. 9. q. 5. à 1. *Miraculum* apud Legistas in *Authentica de consil.* § 2. est in his, quæ raro fiunt, & definiri potest opus arduum, & insolitum supra spem, & facultatem consistens admirantis.

Miraculum. Monstrum.

Canonistæ ad *cap. vnic. de reliq. & venerat. Sanct. in 6.* Vbi Glos. ad miraculum ex quo roboretur fides, vel canonizetur Sanctus, quatuor requirunt. 1. quòd ex Deo, non ex arte contingat. 2. quòd fit contra naturam, sic de virga Moysis mutata in colubrum 3. quòd non ex vi verborum, vt accidit in consecratione Eucharistiæ, sed ex meritis hominis fiat. 4. quòd fit ad corroborationem fidei.

Theologi duce S.Thoma 1. p q. 105. a 7. ad 2. dicunt tria esse de ratione miraculi, scilicet esse arduum, hoc est supra virtutem naturæ creatæ agentis, esse præter spem naturæ, idest quòd non habeat ad illum naturalem ordinem, sed ordinem obedientialem, & esse insolitum, idest præter modum eius consuetum.

537 Est igitur miraculum apud Theologos ex doctrina S. Thomæ citati a 7. & 8. quid arduum, quatenus excedit facultatem naturæ, & insolitum, quatenus est præter naturalem consuetudinem, & si crebro fieret. Non dicitur miraculum comparatione diuinæ potentiæ, respectu cuius quodcumq; opus exiguum est, sed in ordine ad vires naturæ, quas excedit & quidem pro excessu maiori maius miraculum dicetur.

Miraculum Theologicè.

Excedit autem aliquid facultatem naturæ tripliciter, 1. quantum ad substantiam facti, sicut quòd duo corpora sint simul, quòd sol retrocedat, aut quòd corpus humanum glorificetur, & hæc tenent summum gradum in miraculis. 2. non quantum ad id quod fit, sed quantum ad id, in quo fit, sicut resuscitatio mortuorum, & illuminatio cæcorum: potest enim natura causare vitam, sed non in mortuo: potest præstare visum, sed non cæco: & hæc tenent secundum locum.

Miraculorum gradus.

3. Quantum ad modum, & ordinem faciendi, ſicut cum quis ſubitò abſq; medicamento curatur, vel cum aer abſq; naturalibus cauſis in pluuias diſſoluitur: & hæc tenent infimum locum.

Signum. 538 Expediamus quid ſit ſignum, oſtentum, Promonſtrum, Portentum, & Prodigium, vt videamus; quomodo à miraculo, & inter ſe diſſideant. *Signum*, miſſis alijs ſignificatis ad ſua loca, accipitur pro miraculo Ioan.4. *Niſi ſigna, & prodigia videritis, non creditis*. In qua ſignificatione ſumitur 26 q.5. Vbi notatur qualiter dæmones videantur ſigna facere, & non ſunt. Propriè dicitur

Oſtentum. quod cum præſentatur mirum eſt, & in futuro aliquid præmonſtrat. *Oſtentum*, ab oſtendo, dicitur res aliqua inuſitata, quæ ſtatim futurum aliquid oſtendit: vt Cometæ, aut tonitrua die ſereno.

Promonſtrum. *Promonſtrum* eſt idem atq; monſtrum, quaſi porro aliquid monſtrans, ſeu monens. In iure videtur coincidere oſtentum cum monſtro: nam in *l. oſtentum ff. de verb. ſignif.* ſic habetur. Oſtentum Labeo definit, omne contra naturam cuiuſq; rei genitum, factumq; Duo genera ſunt oſtentorum: vnum, quoties quid contra naturam naſcitur. Alterum, cum quid prodigioſum videtur, quod Græci *phantaſma* vo-

Phantaſma. cant. Ab oſtento differunt portentum, &

Portentum. prodigium: nam *Portentum*, authore Feſto, licèt naturale ſit, rarò tamen ſe oſtendit, & fu-

Prodigium. turum aliquid cum temporis interuallo denũciat. *Prodigium* licèt etiam naturaliter fiat, & ſæpe eueniat, ſemper tamen aliquid præſagit mali, quaſi porro agendum. Dictum prodigium quaſi porro digium, quod porro dicat. Quid ſit, notatur *l. 3. C. de poſth. hæred. inſtit. l. non ſunt liberi ff. de ſtatu ho.* Sæpe tamen prædicta confunduntur.

SECTIO III.

De peccatis contra fidem.

Incredulitas. *Infidelitas.* *Perfidia.* *Fidelis.* *Infideles.* 539 Sermo nobis eſt de peccatis, quæ fidẽ deſtruunt, & omnia continentur ſub vna generali ratione, quæ dicitur *incredulitas*, ſeu *infidelitas*, & in *L. nemo. C. de ſacr. eccleſ.* vocatur *Perfidia* à qua ſumpſerè nomen *Infideles* Nota hanc vocem *fidelis*, vſurpari frequente pro baptizatis quibuſcunq; etiam carentibus fide, v.g. hæreticis, ſicut è contra vox (*infidelis*) accipitur pro non baptizatis, etiam ſi habeant fidem, qualis cathecumeni. Cum verò duplex ſit fides, vna moralis, & altera theologica, de quibus ſupra diximus n. 520. duplex eſt infidelitas, altera oppoſita fidei morali, quá dicuntur Principes infideles Iſai. 1. vtique in muneribus ſuis præſtandis.

Parafidius. Sic dicitur *Parafidieus* C. de Cur. pub. ideſt parum fidelis ad obſeruandum, quæ obſeruare debet: à para, vel parum, & fidus, ideſt fideles, qui non credunt; de quibus dicitur 2. ad Corint. 4. *Excæcauit mentes infidelium*. Hæc poſterior magis facit ad rem præſentem, & eſt in genere duplex, ſcilicet negatiua, & poſitiua. *Infidelitas quotuplex.* *Negatiua*, quæ etiam *priuatiua* dicitur, eſt carentia fidei debitæ haberi, & committitur per omiſſionem. *Poſitiua*, quæ etiam contrariá vocatur, eſt error poſitiue contrarius fidei, ſiue toti, ſiue parti, & incurritur per commiſſionem.

In hac infidelitate poſitiua Caietan. ad 2. 2. q. 10. ar. 2. tres modos peccandi diſtinguit, primus eſt diſcredendi, ſeu credendi falſa eſſe, quæ proponuntur. Secundus eſt nec credendi, nec diſcredendi; ſed quaſi ſuſpendendi omnem actum intellectus. Tertius eſt dubitandi, quem ſubdiſtinguit in tria membra, quę vocat per opinionem, per ſuſpicionem, & neutraliter, ideſt per ſuſpenſionem aſſenſus, & diſſenſus.

540 *Infidelitas*, vt videre eſt apud Suar. *Paganiſmus.* diſp. 16. ſect. 4. Granadum tract. 15. diſp. 7. & Turrian. diſp. 50. dub. 4. adæquatè diuiditur in Paganiſmum, Iudaiſmum, & Hæreſim. *Paganiſmus* eſt infidelitas, qua quis neutrum teſtamentum recognoſcit, proindeq; neq; Iudæorum, neq; Chriſtianorum ſcripturis aſſenſum præbet. *Pagani*, qui olim ab Hæbreis di- *Pagani.* cebantur *Gentes*, modo à Chriſtianis vocan- *Gentiles.* tur *Gentiles*, & *Ethnici*, vndè dicantur? Mul- *Ethnici.* tiplex eſt ſententia: Philaſter lib. de hæreſ. c. 3. Paganos dictos exiſtimat à Pagano quodam huius nominis filio Deucalionis, & Pyrrhæ. Iſidor. lib. 8. Ethym. cap. 10. dictos tradit ex Pagis Athenienſibus, vbi orti delubra, & idola colebant. Beda hom. in Fer. 3. palm. exiſtimat Paganos dictos eſſe à villis, quas Catini pagos dicunt: quod longè diſtent à cæleſti ciuitate.

Nam paganus idem eſt atq; ruſticus. *Semipaganus*, quod ſemiruſticus. Connanus lib. *Semipaganus.* 9. Comment. cap. 13. Pagani (inquit) dicti ſunt Gentiles eo quòd nõ eſſent milites Chriſti. Nam apud Latinos dicebantur Pagani quotquot à militia erant liberi, & immunes. Apud iuriſperitos contraria ſunt Miles, & Pa- *Miles, & paganus.* ganus *l. 1. C. de milit. teſta.* & *L. quædam ff. de pæn.* Magis placet hiſtorica ethymologia, *Paganium de dicti.* quam affert Azor. to. 1. lib. 8. cap. 24. q. 1. ſcilicet Gentiles à temporibus Chriſtianorum imperatorum pagano, vocari cæpiſſe, eo quòd legibus Imperatorijs claudi cæperant idolorum fana, & prohiberi ſacra illorum in vrbibus, & oppidis: quare villas, & pagos adiri coacti, ibi ſuos Deos colebant.

541 *Iudaiſmus* eſt infidelitas, qua quis *Iudaiſmus.* affectus contradicit fidei Chriſtianæ non ſub nomine Chriſtiano, & tanquam Chriſtianus credẽs Chriſtũ veniſſe, ſed ſub nomine Iudaico, & credens Chriſtum nondum veniſſe, ſed venturum, ſicut ex veteri teſtamento crede-

deba-

Hæresis. Hæreoue. debatur. *Hæresis* vox Græca est, quæ sonat sectionem, & deducitur à verbo *Hæreone*, idest eligo:eo quod aliquam opinionem sectandam hæreticus eligat 24.q.3.*cap.hæresis*. Et quidem ab initio dicebitur hæresis, vel secta quæcunq; opinio, siue vera, siue falsa, quam quis in quacunque disciplina sequendam eligebat. Imò Iudæi Christianam religionem vocabant hæresim, iuxta illud Pauli Act.24. *Secundùm sectam (inquit) quam dicunt hæresim sic de seruio Patri, & Deo meo.*

Hæresis definitio. Hodie vero ex vsu Ecclesiæ vox *hæresis* versatur solum in materia fidei, & solum accipitur in malam partem pro electione priuatæ doctrinæ contra catholicam: sic iam olim Apost.1.ad Corint.11. *Necesse est hæreses esse, vt qui probati sunt manifesti fiant.* Significat etiam *hæresis*, teste Syluestro v.eod.1. diuisionem, & sic in proposito videtur hæsio intellectus ad falsam sententiam inspectantibus ad fidem, & mores cum obstinatione. Vide multa de hac re apud Farinac.lib.1. Variar. tract. de hæresi q.178.§.1.a n.29.vsque ad 41.

542 Hi, de nomine prælibatis definitur *hæresis* ex Hieron.1. ad Galat.5. in hunc modum: Est electio alicuius doctrinæ, quam aliquis putat meliorem in materia fidei, quam sit doctrina ab ecclesia tradita. Ab alijs, vt videre est in Cano lib.12.de locis cap.8.sic describitur: Est in homine Christiano error pertinax contra doctrinam, & veritatem Cristianæ fidei. Ex quibus, & alijs colligit Suar.disp.19 sect.1.n.6.tria ad hæresim requiri, scilicet materiam, seu doctrinam circa quam hæresis uersetur, iudicium erroneum intellectus, & uoluntatem, qua talis doctrina, & tale iudicium eius eligitur.

Gaspar Hurt.disp.10.diff.5.sic definit: Est error pertinax contra fidem in eo qui fidem Christi profitetur. Subdit contra aliquos non esse addendam particulam (voluntarius) quia sicut solus actus intellectus, quo assentitur reuelatis, est credere præciso quocunque voluntario, ita actus, quo dissentimur reuelatis est discredere, præciso quocunque voluntario. Verum Sanches lib.2.Dec.cap.7.sic diffinit. Est error intellectus voluntarius, contra aliquam fidei veritatem, cum pertinacia assertus ab eo qui fidem recepit.

Hæretici qui. Suar.disp.21.sec.2.nu.1. & 2. distinguit tres modos hæreticorum: in primo sunt hæretici *Hæreticus externus.* merè externi, qui alio nomine dicuntur ficti, quia in mente reuera non sunt hæretici, licet *Hæreticus occultus per se.* tales exteriùs se ostendant. In 2. Sunt hæretici merè interni, scilicet hæretici veri in mente, qui nullo modo exteriùs suam hæresim manifestarunt, & dicuntur occulti per se. In 3.sunt hæretici interni, & externi, qui nempe hæresim deliberatè, & pertinaciter mente conceptam exteriùs prodiderunt, vel coram alijs siue multis, siue paucis, & dicuntur publici, vel coram nullo, & dicuntur *occulti per accidens.*

543 *Hæresiarcha* est qui falsam de fide opinionem gignit, vel primò inuenit, qualis Arius, *Hæresiarcha.* & Lutherus. *Manifestus hæreticus* qui sit, tradi- *Manifestus hæreticus.* tur à Glos.in *Cap.ad abolendam, de hæret.* Apud Azor.to.2.lib.7.cap.16.q.1. vbi habetur manifestum hæreticum dici, qui se tale profitetur, & asserit, vel qui pro tali damnatus est, vel qui prædicat dogma hæreticum, aut asserit, aut defendit.

Relapsus hæreticus ex Archid. Ioan.And. & *Relapsus* alijs *ad Cap.Accusatus de hæret.in 6.* est qui post *hæreticus.* quam hæresim publicè coram iudice abiurauit, hoc est iureiurando damnauit, & execratus est, in eam iterum incurrit. Vnde non sufficit recessisse ab hæresi per pænitentiam si non præcessit abiuratio. Qui post abiurationem de vehementi, iterum abiurat, non est relapsus: qnia redditur de nouo suspectus de hæresi. Item qui post abiurationem de leui, de hæresi conuincitur, secus si post abiurationem de vehementi.

Est tamen relapsus qui in secundo lapsu plenè conuincitur, & præterea plenè probatur, quod plenè commiserit illud crimen, de quo leuiter indiciatus abiurauerat tantum de leui. Non est relapsus, qui post abiuratam hæresim realem, redditur de secundo lapsu vehementer suspectus, quando de hæresi non ple- *Relapsus* nè conuincitur. Ita summa Diana v. Abiura- *quotuplex.* re, a n.36.quibus modis dicatur quis relapsus, tradit Azor.to.1.lib.8.c.14.q.2. qui supra cap. 10.q.12.docuerat in clausula generali quando datur facultas absoluendi à quibuslibet casibus, seu criminibus in Bulla cœnæ Domini comprehensis, non contineri facultatem absoluendi ab hæresi.

544 *Pertinacia* requisita ad hæresim (vt do- *Pertinacia* cet Sanc.lib.2.Dec.c.7.) consisti, in eo, vt quis *ad hæresiã.* sciens, & prudens teneat aliquid contra Ecclesiam catholicam: ad quod non exigitur, vt neget doctrinam, quam veram, aut de fide esse existimat: sed satis est, vt sciens eam proponi ab Ecclesia credendam de fide, neget quacunque inteutione, siue contradicendi Ecclesiæ, siue comparandi diuitias, & famam, siue alia. Nec requiritur obstinatio, & temporis mora: cum ex infirmitate, & passione in momento hæresis dari possit, dummodò remota ignorantia causante in voluntarium, sentiat contra Ecclesiam: etiamsi paratus sit ab errore corrigi, si argumentis conuincatur, aut à viro docto informetur.

Vnde qui solum exteriùs negat rem fidei transiens ad aliam sectam absq; errore intelle- *Dubius in* ctus, non est hæreticus, proindeque à quouis *fide.* confessario absolui potest. Item qui circa veritatem ab Ecclesia de fide propositam verè dubius est, itaut perpensis vtriusque partis rationibus pendulus maneat; nullumque formet iudicium, hæreticus non est. Nam fides, & hæresis sunt duo extrema, illa assensum, hæc dissensum importat. At qui reflecteret (quod

com-

communiter accidere solet (iudicans illam rem fidei esse dubiam, & sub opinione, hæreticus esset. Ita Sanch. citatus num. 8. & 12. Qui fuerint *Manichæi*, hæretici, dicit Glos. 1. in *l. Manichæos C. de hæret.* Qui fuerint *Barboritæ*, de quibus fit mentio *l. 5. C. de hæret.* Vide apud Athan. hæres. 36. *Companator* est hæreticus affirmans manere verum panem in S Eucharistia. Ita Picardus Annot. 2. S. Anselmi. Multorum hæreticorum nomina, & sectas recenset Decretum *causa 24. q. 3. cap. 39.*

Manichæi Barboritæ Companator.

Complices. 545 *Complices hæreticorum*, nempe socij criminis hæreseos quantum deprehenditur ex *cap. Quicumque de hæret.* & *Cap. accusatus*, & *cap. vt officium de hæret. in 6.* quatuor nominibus appellantur scilicet Credentes, Receptatores, Defensores, & Fautores, de quibus Sanch. lib. 2. Dec. cap. 10. Azor. to. 1. lib. 8. c. 15. Suar. de fide disp. 24. sec. 1. & latè Penha cum Eymerico in Direct. 2. p. q. 50. *Credentes* sunt qui non credunt explicitè, sed confusè: seu nulla specialiter hæresi sunt infecti, sed verbis tamen, vel factis id profitentur se credere, quod hæretici credunt. Veluti qui verbo, vel facto declarat se cum Lutheranis, aut Caluinistis sentire. Hi, vt excommunicationem incurrant, debent fidem habitam hæreticorum erroribus, verbo, aut signo aliquo manifestare. *Receptator*, seu *Receptor* in iure ciuili appellatur qui clam excipit, & celat aliquem, vt manus iudicis euadat, *L. 1. ff. de receptat.* & *l. congruit ff. de offic. præf.* At ius canonicum receptatores hæreticorum eos intelligit, qui hæreticos excipiunt alicubi, siue sæpius, siue semel tantum, siue publicè, siue occultè: dummodo tamen eos scienter recipiant.

Credentes.

Receptator.

Defensores. 546 *Defensores* dicuntur qui modo aliquo vel arte tuentur hæreticos quà tales, siue in iudicio, siue extra illud, vt tutò viuant: ac proinde sunt qui quomodolibet impediunt capturam hæreticorum, condemnationem, animaduersionem, supplicium, ac pœnam. Vnde debent esse defensores in causa hæresis, vel in quacumque alia, dummodo suscipiatur defensio animo fauendi hæresi.

Fautores. *Fautores* (teste Sanch. cit. n. 11.) dicuntur qui quouis modo opem præstant hæreticis, quà talibus in sua heresi tuenda, & docenda: quam opem præstare solent omissione, vel commissione. Omissione fauent quicunque ministri, siue prælati, & inquisitores, siue familiares qui negligunt facere contra hæreticos, quod iure sui officij debent. Inter quos non numerantur qui fauent *suspectis in fide*, illis nempe, qui in suspicionem suæ fidei per sola indicia ueniunt, quales sunt perseuerantes in excommunicatione per annum, facientes pactum cum dæmone, & alij.

Suspecti in fide.

Commissione fauere dicitur quæcumque persona siue publica siue priuata quæ hæreticum quà talem excusat, laudat, consilio, aut ope intendit liberare à supplicio, visitat, alit, vel abscondit, aut beneficium aliud in eum conferet. Quod intelligitur etiam de eo qui fauet hæretico mortuo.

547 Sunt aliæ infidelitatis species, quæ ad tres prædictas reuocantur, nempe Apostasia, Turcismus, & Schisma. *Apostata* est vox Græca significans eum qui recedit ab instituto vitæ prioris, quod susceperat publica, & solemni professione seruandum: vnde apud Latinos idem valet atque desertor, & transfuga: estq; in triplici differentia: nam vel deserit religiosum ordinem, vel clericalem statutum, vel Catholicam fidem, siue ante, siue post Baptismum. *Apostata triplex.*

Apostasia propria, de qua loquimur, est recessus à tota fide solemniter in Baptismo professa Addit Sanc. lib. 2. Decal. c. 7. n. 15. requirit etiam quod Christianismi nomen abijciatur: nam qui se Christianum profiteretur, & si omnes articulos fidei negaret, Apostata non esset. *Apostasia.*

Hæresis & *Apostasia* differunt secundùm magis, & minus in particulari, quamuis hæresis in communi latiùs pateat, itaut omnis Apostata sit hæreticus, non è contra. Aggrauat verò Apostasia notabilissimè peccatum hæresis, proindeque necessariò in confessione aperienda est, & insuper qualitas sectæ, ad quam Apostata se contulit. *Hæresis & Apostasia.*

548 *Turcismus* est Mahometana superstitio, vel secta, quam profitentur *Turcæ* populi nempe Scythiæ, qui occupata Maiore Asia Græciam omnem subegerunt, ipsa etiam Constantinopoli post longam obsidionem expugnata. Spectat ad Paganismum, quia Turca vt Paganus credit; quamuis enim credat aliquid ex Iudaismo, & aliquid ex Christianismo, tamen non credit quia sit veteris, aut noui testamenti. *Saraceni* de quibus, & Iudæis est titulus in iure canonico, alio nomine dicti *Agareni* ab *Agar* ancilla Abrahæ, & alio dicti *Ismaelitæ* ab Ismaele filio vtriusq; à quibus ducunt originem, teste Iosepho lib. 1. Antiq. cap. 20. dicti *Saraceni* à Sara, à qua mendaciter finxerunt se genus traxisse, vt ignominiam declinarent. At Stephan. Græcus l. de Vrbib. scribit Saracanos fuisse populos post Nabuthæos in Arabia, tales nominatos à Saraca vrbe Arabiæ. *Turcismus. Turcæ. Saraceni. Agareni. Ismaelitæ.*

Hi Mahometi falsi prophetæ institutis, & documentis imbuti Persas superarunt. Ex quo factū est, vt nomen gentis in nomē Sectæ Mahometanæ transierit. Inter Saracenos sunt quidā vocati *Samaritani* à Samaria ciuitate, qui receperunt quinq; libros Moysis, sed prophetas respuerūt. Vnde differunt a Saracenis, quòd hi nec vetus, nec nouum testamentum recipiunt. *Samaritani.*

549 *Schisma* potest esse cum errore in fide, & vt sic, est species infidelitatis spectans ad hæresim. At secundùm se præscindit ab hæresi, & à Sanch. l. 2. Decal. c. 36. sic definitur. Est disiunctio per quam quis se ab vnitate Ecclesiæ separat: in quantum Ecclesia est quoddam corpus mysticū, ex vniuersis fidelibus, & Ro- *Schisma.*

Romano Pontifice tanquam capite constans. Vnde quanuis nemo separetur à capite, qui tacitè a membris non separetur, & è contra: tamen ex hoc duplex schismatis modus datur, alter quouis intendit expresè se separare à capite simul, & membris, alter quo vel à solo capite, vel à solis membris.

Inobedientia cum rebellione.

Ratio schismatis non in quacunque inobedientia Papæ consistit: aliter Schismaticus esset, qui Ecclesiæ præceptum quodlibet violaret: sed inobedientia cum rebellione quadam in Pontificem. Imò nec sufficit quæcumque rebellio, sed ea tantum qua quis renuit subesse Pontifici, vt est Ecclesiæ caput, & eo officio Pontificio fungitur. Vnde non est schismaticus, qui renuit parere ob difficultatem rei imperatæ, vel quia putat Papam sibi infestum, vel quia probabiliter credit non esse legitimum Pontificem. Non item qui incola oppidi subiecti temporali dominio Papæ, renuit sub esse illi vt temporali domino. Similiter schisma non est velle separari à reliquis fidelibus non quà partes Ecclesiæ sunt sub Pontifice capite, sed vt quandam ciuilem rempublicam constituũt. Ad verum schisma non requiritur volitio directa se separandi, sed sufficit indirecta ipso effectu. Qui à solo Episcopo, vel à solis fidelibus membris illius diœcesis se separare intendit, largè, & impropriè tantũ schismaticus est.

Separatio ab Episcopo.

Schismaticus, & Hæreticus.

Schisma est peccatum grauissimum contra charitatem, quod non admittit materiæ paruitatem: in eo ab hæresi distinguitur, quod hæc formaliter consistit in negatione doctrinæ fidei, schisma autem in diuisione vnitatis corporis Ecclesiæ. Omnis hæreticus est chismaticus sub diuersa ratione, scilicet hæreticus quatenus non credit, & schismaticus quatenus diuidit. E contra verò non omnis schismaticus. Quia potest quis amplectens omnem Ecclesiæ doctrinam, & credens Papam esse superiotem, nolle illi subesse, & corpori mystico ecclesiæ vniri.

SECTIO IV.

De Vocibus, & modis loquendi concernentibus ad fidem.

Christiani qui.

550 ORdiamur à vocibus quas non dum exposuimus. *Christiani* sumpsere nomen à Christo, sicut *Christus* à chrismate, vt ostendimus n.7. dicebantur olim fratres, & discipuli Act.11.& 12. *q.3. ad mensam*, & notatur per Archid. *de specul. c.1. in 6.* Postquam verò Apostoli concilium Antiochenum celebrarunt, Antiochiæ vocari cæperunt Christiani, vt habetur *Cap. Sacrosancta 22. dist.* Vbi Glos. Christianorum nomine ad effectum, vt non possint bello capti in seruitutem redigi, veniunt non solum Catholici, sed etiam hæretici, dummodò (inquit Gaspar. Hurt. de charit. dis.9. diff. 13.) nec sint Apostatæ, nec pugnantes ex parte Apostatarum, nec ex parte non baptizatorum contra fideles. Cum oporteat subiectum hæresis esse Christiacũ, dubium est quid intelligatur nomine Christiani, an requiratur quod baptismũ susceperit? Negat Farinacius de hæret. q.178. nu.131. & Azor. l.8. c.9. q.3. cum etiã Cathecumenus possit verè hæreticus esse. Affirmant Sanch. l.2. Decal. cap.7. n.34. & Sairus to.1. thesaur. lib.3. cap.4. n.10. Distinguit verò Suar. de fide disp.19. sect.5. n.4 inter forum inter forum internum & externũ, asseritq; catechumenũ posse esse hæreticum in foro interno non verò externo, seu punibili per Ecclesiam.

551 *Catholicus* est qui veram, & catholicãm fidem habet, ac profitetur. Vnde idem valet *Orthodoxus* atque catholicus *cap. 1. de sum. Trinit. in 6.* nam dicitur ab *Othos* idest rectum, & *doxa* idest gloria *l.2. C. de sum. Trin. & fide cathol.* Vbi glossa. Non igitur rectè & propriè dixit Ioannes de Lignano tract de cens. §. 9. eum qui excommunicatur, debere esse catholicum; cum hæretici, & apostatæ excomunicentur. Nam ratione characteris semper manent subditi Ecclesiæ. E contra Cathecumenus excommunicari nequit, cum tamen Catholici nomine veniat, teste Suar. de cens. disp.5. sec.1. nu.25. quid sit, & cur dicatur Catholica Ecclesia? Vide n.262. *Catholicus* *Orthodoxus.* *Doxa.*

Catechumenus dicitur instructus, vel qui baptizari proponit: medio tẽpore symbolũ fidei *discens 48. & dist. §.1. c. Quoniam multa.* Iuxta Bud. est ille non dum initiatus, nec ad sacra spectanda introductus qui imbuitur elementis religionis. An Catechumenus dici possit membrum Ecclesiæ Apostolicæ & Romanæ? Negat Bellarm lib.3. de Ecclesia cap.3. Qua verò ratione dici possit membrũ Ecclesiæ simpliciter acceptæ, exponit Gaspar Hurt. disp 11. diff.2. *Catechumenus.*

552 *Iudæi* vt videre est apud Syluestrum v. eod. sunt qui legem Mosaicam litteraliter tenent, & obseruando sequuntur. Vnde Christiani literæ nimis adhærentes, quod damnatur dist.5. §. 1. *Iudaizare* dicuntur *cap. vnico §. penult. de sec. vnct.* Dicti Iudæi à nomine digniotis tribus, nempe Iudæ, quæ inter alias tribus militari laude excellebat, proindeque in bello primam aciem, & regni vel regis priuilegium obtinuerat. *Iudæi.* *Iudaizare.*

Iidem priùs dicebantur *Hebræi* ab *Heber* cuius familia cultum Dei tenuit, reliquis idolatria deturpatis: quanuis hoc aliqui negent affirmantes Hebræos dici quasi transfluuiales. Dicti etiam fuère *Assidæi* ex eo quòd sempet cultui diuino assiderent. Iudæorum *Synedrias*, alter *Synandrias*, de quibus fit mentio *L. Iudæorum C. de Iudæis*, Albericus congregationes, Alciatus synagogas, & conciliabula interpretatur. *Synedria* autem vt habetur *l.1. §. Magystrum autem ff. de exercitoria act.* est nauis quæ nauigat in illum locum, vbi hinc inde voluitur aqua: aut est parua nauis, quæ à portu, vel loco sic nominatur. *Parasynaxes*, de quibus *Hebræi.* *Assidæi.* *Synedria.* *Synandrias.*

L·qui-

L. quicunque 8. *C. de haeret. & Manichaeis* sunt conuentus, coitiones, & conuenticula haereticorum.

Zabarae. *Neophytus.* *Phytos.* *Secta.*

553 *Zabarae*, sicut habetur in *Clem. de Iudaeis cap.* 1. sunt sacerdotes Saracenorum. *Neophytus* dicitur quasi nouus in fide: à *neos* nouum, & *phytos*, fides 48 *dist. quoniam*, & talis prohibetur ordinari etiam in minoribus, imò & tonsurari, arg. 9. q. 3. *monasterijs*. Item dicitur nouus in Religione, dist. citata. *Secta* dicitur à sectando, vel sequendo vt tenet Isidor. lib. 8. Ethy. cap. 3. & est certa quaedam disciplinae formula factio, aut ratio vitae, quam aliqui sequuntur.

Vnde olim Christiana Religio secta vocabatur. Actor. 34. vt videre est apud Eusebium lib. 2. hist. cap. 16. alias 17. & Cyprian. Epist. 23. Hodie tamen (vt benè notat Suar. de fide disp. 19. sect. 1. n. 4.) pro Christiana, & catholica religione accipi nequit; cum vsu receptum sit vt in malam partem sumatur, & idem quod haeresis significet quasi non tam à sectando, quam à secando deriuetur. Vnde communiter haereticos *Sectarios* dicimus vt eos à fidelibus distinguamus. *Sectarij.*

Dogma. *Dogmaticus.* *Dogmatizo.* *Dogmatistes.*

554 *Dogma, tis*, vel *Dogmatum*, 1. est idem quod decretum, scitum, vel placitum cuiuscumq; sectae *Dogmaticus* quod instruens, vel instructus. *Dogmatizo* quod instruo, doceo. *Dogmatistes*, docens, instruens, seu qui alijs dogmata praescribit. Est indifferens *Dogma* vt in malam, vel bonam partem accipiatur, & quidem rectè appellamus Dogmata Catholicae religionis. Hodie frequentiùs accipimus dogmatistas pro ijs, qui seminant falsam doctrinam, quorum varios gradus numerat, & exponit Suar. de fide disp. 23. sect. 2. n. 11. in ordine ad incurrendas poenas iuris.

Haeresiarcha.

Primus gradus est illorum qui vocantur *haeresiarchae*, & propriè sunt qui errores inueniunt, ac spargunt, quales Arius, Lutherus. Secundus gradus est eorum qui haereses ab alijs inuentas praedicant ita vt ex officio vel consuetudine subeant hoc munus, & plures doceant vel publicè, vel occulte; & hi propriè vocantur *Dogmatizantes*. Tertius gradus est eorum, qui priuatim vnum vel alium decipiunt: & hi propriè *Dogmatistae* non cencetur. *Dogmatizantes.*

Propositiones damnabiles. *Haeretica.* *Propositio Erronea, propositio.*

555 Propositionum damnabilium in sacra doctrina varij sunt gradus, quos refert, ac declarat Suar. de fide disp. 19. sec. 2. In 1. gradu est *propositio haeretica*, quae independenter ab animo loquentis vel scribentis se habet: & consistit in hoc quòd sit apertè opposita siue contradictoria alicui veritati, de qua certò constet esse de fide. In 2. gradu est *propositio erronea*, seu error in fide, illa nempe, quae opponitur veritati certe Theologica certitudine, illi nempe, quae non attingit gradum certitudinis fidei, quia non est immediatè reuelata, sed est conclusio euidenter illata ex vna de fide, & altera euidente lumine naturali.

In 3. gradu est propositio, quae dicitur *Sapiens haeresim*, illa nempe, ex qua coassumptis alijs principijs sequitur haeresis, quando vel illa alia principia non sunt omnino certa, licèt in ecclesia sint valde recepta, & fere certa, vel etiam illatio non est euidens, cum tamen probabilissima sit, & communiter probata. In 4. gradu est propositio *male sonans*, scilicet aequiuoca, quae in vno sensu haeretica, in altero etiam proprio catholica esse potest, absolutè tamen prolata, praesertim si sit aequalis ad vtramque partem, meritò dicitur malè sonare. Ad cuius examen multum refert considerare circunstantias personae, loci, ac temporis. *Sapiens haeresim.* *Male sonans.*

556 In 5. gradu est *propositio piarum aurium offensiua*, & parum differt à praecedenti: nam quod malè sonat, aures offendit. Dum verò additur piarum aurium per pietatem maximè intelligitur fidei doctrina. Quia verò pietas ad religionem spectat, illa propositio censetur offendere pias aures, quando aliquid indignū in materia religionis profertur. In 6. gradu est *propositio scandalosa*, quae licèt in omnibus praecedentibus includatur, tamen specialiter dicit quod talis sermo praebeat occasionem ruinae alijs, vt si proferat nō esse obediendū praelatis, vel non esse venerandas Sanctorū reliquias. *Offensiua piarum aurium.* *Pietas pro fide.* *Scandalosa propositio.*

In 7. gradu est *propositio temeraria* nēpe illa, quę sine rationis regula profertur. Nā *temeritas* authore S. Th. 2. 2. q. 53. a. 3. ad 2. est *praecipitatio* quaedam faciēdi aliquid sine iudicio vel regula rationis, quasi per contemptum, qui ordinariè ex superbia oritur. Est autem in doctrina fidei, vel Theologiae potissima regula rationis authoritas, in qua illa maximè nititur.

Dupliciter dicitur temeraria 1. positiuè: quando pugnat contra receptam sententiam Patrum, l. scolasticorum, in qua omnes vel fere omnes consentiunt. Nam tunc opponitur positiuè, authoritati, & rationi. 2. priuatiuè, quando solo proprio authoris iudicio, sine sufficiente authoritate vel cogente ratione excogitata est. Ad praedictos gradus reducuntur alij, in quibus constituitur propositio seditiosa, iniuriosa, impia, blasphema; quas omnes vide apud Cordubam de quaest. lib. 1. q. 17.

557 Quod attinet ad modos loquendi, *Credere in Ecclesiam*, & *credere Ecclesiam*, videntur coincidere, & habere vnum, vel duplicem sensum; nam teste Suar. de fide disp. 2. sec. 5. n. 13. vel idem valet, atq; credere Ecclesiae vt regulae infallibili fidei testificanti, & proponenti ex motione spiritus S. Nam Exod. 14. habetur crediderunt Deo, & Moysi, & in Hebraeo legitur In Deum, & in Moysem: vel idem valet credere in vnam, & sanctam Ecclesiam, atq; credere illam esse vnam, & sanctam, ita vt Ecclesia se habeat tanquam res credita, non tanquam ratio, vel finis credendi: & hic sensus magis conformis est symbolo, in quo non habetur *Credo in sanctam*, sed *Credo sanctam Ecclesiam* vt monet S. August. ser. 115. de temp. *Credere in Ecclesiam.* *Credere Ecclesiam.*

Credere

Credere Deo, Deum, & in Deo. *Credere Deo, Deum, & in Deum*, quanuis teste Suario disp.6.de fide sect.3.n.2. non contineat diuersos actus fidei, dicit tamen varias habitudines ad eundem Deum: nam cum dicimus *credere Deo*, intelligitur dicenti, & testificanti; proindeque significatur habitudo ad obiectum formale: cum dicimur *credere Deum*, significatur obiectum materiale, & denotatur actus, quo credimus Deum esse. *Credere autem in Deum*, addit relationem in ipsummet Deum, tanquam in vltimum finem, quæ relatio benè cadit etiam in actum quo credimus Deo de se loquenti. *Dare fidem*, idem est quod sanctè promittere. Vnde *Affidare* est fidem dare alicui super aliquo facto. *Cap. super eo 2. de testib.* vbi Abb.

SECTIO V.

De Spe, Desperatione, & præsumptione.

Spes. 558 Spes apud Latinos est opinio futurorum, & tam in bonam quàm in malam partem accipitur, a Tullio 4. Tusculanor. & Attic. lib. 1. sumitur pro lætitia à Vir. 1. Aeneid. *Spem vultu simulat.* Olim apud veteres authore Festo declinabatur *Speres Speris*. Hinc *aspere* quasi sine spere: & *prospere* quasi prospere. Apud Philosophos teste Azorio to. 1.l.9. cap.1.q.1. vsurpatur dupliciter 1. vt spectat ad appetitum sensus, & sic est affectio quædam animi, qua bona futura, ardua, & difficilia ex certa quadam fiducia cupimus, & expectamus. Vt enim timor est mali futuri, ita spes boni futuri expectatio. 2. prout pertinet ad appetitum rationis, & vt sic est actus voluntatis non quicunque sed quo desideramus bonum aliquod adipisci.

Speres, Speris. Asperè. Prosperè.

Apud Theologos nomine spei intelligimus eam, qua à Deo aliquid speramus; & tunc spes accipitur, vel pro re ipsa quam speramus, in quo sensu loquitur Apost. ad Tit. 2. *Expectantes beatam spem*: vel pro eo à quo, seu in quo speramus, Psal. 21. *Spes mea Deus*: vel pro actu ipso sperandi ad Rom. 8. *Spe salui facti sumus* vel denique pro habitu, qui voluntati infusus est comprincipium ad sperandum à Deo.

Spes Theologica. 559 Spes est virtus Theologica, vt testatur Scotus in 3.dist.26.q.1. tum quia versatur circa Deum tanquam materiam sibi proximè obiectam tum quia Deo innititur tanquā norma, & regula qua certo dirigitur. Nam authore Suar. disp. 1. de Spe sect. 1. n.4. & sect. 3. n.4. Virtus spei non tantum visionem Dei sed Deū ipsum immediatè attingit, ita vt Deus sit prima, & præcipua eius materia. Deinde obiectū formale spei est Deus ut summum bonum amabile amore concupiscentiæ, quasi in commodum amantis. Nam præter amorem, quo amatur Deus ex charitate, est alius distinctus, quo amatur vt summum bonum amantis, in commodum ipsius amantis, qui honestus, & supernaturalis est. Quomodo ab spe diffideat expectatio, Fidentia, confidentia, & Fiducia, paucis accipe. *Expectatio* est quid veluti indifferens ad naturalem, & supernaturalem spem, quanuis fere nunquam pro supernaturali & Theologica accipiatur. *Expectati parentes*, teste Donato, sunt malè uitæ, & odio digni, quorum mors in dies singulos expectatur. *Fidentia*, inquit Tullius l. 2. de inuent. pars est fortitudinis, per quam magnis, & honestis in rebus, multū ipse animus in se fiduciæ cum certa spe collocauit. Vnde in laude ponitur, & per hoc distinguitur a *Confidentia*: hæc enim plerumq; in malam partem sumitur. *Fiducia* idem pene quod fidentia, hæc est certa quædam opinio, & Spes de se, vel de alio concepta: & fere semper accipitur in bonum, quanuis aliquando in malum. Apud Iuristas *Sperare* idem est quod putare: nam sperant, idest putant. *Instit. qui ex cau. manumit. non licet. §. in fraudem*, versic. sæpe.

Expectatio. Expectati parentes. Fidentia. Confidentia. Fiducia. Sperare.

560 Prætermisso timore, qui aduersatur spei, de quo egimus l.1.elucid.6.sec.4. Azor. to.1.l.9.c.2.q.7. peccata contra spem ad quinque capita reuocat. Meliùs, & breuiùs Sanch. lib 2. Decal. cap. 33. a n.5. ad duo communissima reducit. Peccatur (inquit) contra spem per defectum, vt si quis desperet fore vt se ad meliorem frugem recipiat, aut veniam peccatorum, gloriamue comparet. Hæc desperatio quandoque coniuncta est cum hæresi, vt si desperans putet Deum non posse parcere, vel sibi rite disposito fore vt non parcat. *Desperatio.*

Dari etiam potest sine hæresi, vt si ob solum finem iucundum, aut vtilem desperet fine vllo errore intellectus. Peccatur etiam per excessum, quando quis tāquam possibile aliquid speret à Deo, quod secundùm eius legē ordinariam est impossibile v.g. assequi gloriā sine meritis. Vtrunq; peccatum, siue per defectum, siue per excessum, graue est, & non admittit paruitatem materiæ, proindeq; solo plenæ deliberationis defectu excusari potest.

561 Ex dictis colligitur cum Gasp. Hurt. de spe disp. 2. diff. 4. & 5. quid sit Desperatio, & Præsumptio. Nam *desperatio* opposita actui Theologico sperandi est fuga seu nolitio efficax, qua voluntas efficaciter, deiectè, & diffidenter fugit adipisci a Deo bonum ab ipso sperabile. In quo actu obiectum materiale quoad respectum fugæ seu nolitionis correspondentem respectui concupiscentiæ in affectu spei est bonum sperabile, & obiectum formale, seu motiuum est malitia, quæ in ipso bono concipitur, nempe difficultas aliqua illius quoad adeptionem, qua bonum illud concipitur difficile, seu molestum. Vide quæ de spe, & desperatione diximus l. 1. elucid. 6. sect. 2. *Desperatio.*

Præsumptio spei theologicæ opposita: Est quædā inordinata spes in Deo, seu est affectus, quo a Deo aliquid inordinatè speramus. Speramus autem inordinatè vel quando aliud, vel quando aliter quam à diuina prouidentia statu- *Præsūptio.*

statu-

statutum est. Aliud v.g. vt si speremus à Deo tantam gloriam, quantam habuit anima Christi. *Aliter* vt si speremus ueniam peccatorum sine pœnitentia, vel gloriam sine gratia. *Indifficile* idem est atque valde difficile *l. Gallus §.ille casus ff. de liber. & posthum.*

Indifficile.

ELVCIDATIO II.

De Charitate, & Misericordia.

Qvamuis charitas nec merito, nec perfectione sit inferior Fide, & Spe; imò ipsis maior, iuxta illud Apostoli 1. Corint. 13. Maior autem horum charitas: *tamen Theologi cum Magistro in 3. à dist. 27. vsque ad 37. & S. Thoma 2. 2. q. 23. vsque ad 44. post fidem & spem de charitate differunt, sequentes ordinem generationis: nam charitas post fidem & spem tanquam prauias dispositiones generatur. Nos à præscripto Theologorum non discedentes elucidata fide, & spe, charitatem aggredimur explicandam, simulque virtutes illi affines cum vitijs oppositis.*

SECTIO I.

Charitatis nomen, acceptio, & quidditas.

Caritas & inopia. Penuria & inopia. Vilitas & caritas.

562 Caritas, seu *charitas* apud Latinos sumitur pro rerum penuria; & quidem Tullius pro domo sua distinguens caritatem ab inopia: Qua ex re (inquit) primum caritas nata est, deinde inopia. Differunt verò quòd *caritas* sit rerum penuria, quæ adhuc extant: *inopia* earum, quæ non extant. Opponitur etiam caritas vilitati, prout caritas denotat magnum pretium, vilitas paruum. Sunt qui ponunt discrimen inter charum per aspirationem, & carum sine illa, vt *Charus* pro dilecto accipiatur, & *Carus* pro eo, quod magno venditur. Calepinus tamen v. eod. talem differentiam improbans, ex eo quòd vna significatio ab altera sit deflexa, iudicat satius esse vtrunque sine aspiratione scribere.

Charum, & carum.

563 Apud Theologos triplex est potissima charitatis acceptio. Sumitur 1. pro ipso Deo quatenus obiectum est amoris beneuolentiæ. iuxta illud 1. Ioan. 4. *Deus charitas est, qui manet in charitate in Deo manet.* Sumitur 2. pro actu dilectionis vel Dei erga nos: vt apud Hierem. 31. *In charitate perpetua dilexi te.* Vel nostri erga Deum, quæ magis communis, & propria acceptio est, iuxta quam definitur charitas ex doctrina S. August. l. 3. de doct. Christ. cap. 10. & Magistri in 3. dist. 27. Est rectissima animi affectio, qua diligitur Deus propter se, & proximus propter Deum.

Charitatis acceptio.

Sumitur 3. pro habitu supernaturali, & est proprijssima charitatis acceptio, iuxta quam definitur à Theologis in hunc modum: Est virtus Theologalis, voluntatem eleuans, & inclinans ad amandum Deum amore beneuolentiæ supernaturali. Quod charitas sit qualitas, & habitus creatus supernaturalis, voluntati infusus, & quod sit virtus omnium, quæ homini in hac vita infunduntur, perfectissima, rectè ostendit Suarius de Char. disp. 3. sect. 1. quod verò sit discrimen inter charitatem, & amicitiam erga Deum, docet idem sect. 2. quasi ad amicitiam requiratur mutuus amor, non sic ad charitatem. Vnde si quis amet, non verò redametur est quidem illa uel charitas, uel beneuolentia, non autem amicitia. Vide quæ diximus lib. 1. elucid. 6. sec. 2.

Amicitia & charitas.

564 Quidditas, seu ratio charitatis magis innotescet explicato illius actu, qui in genere duplex est, alter internus qui interioris voluntatis affectu completur: alter externus, qui in opere, & effectu consistit. Ille appellatur *beneuolentia*: hic dicitur *beneficentia*. Nam teste Azot. to. 2. l. 12. cap. 2. q. 6. sicut beneuolentia est charitas, cum volumus bonum alicui propter ipsum non ex aliâ causâ: sic beneficentia est charitas, cum facimus alicui benè propter ipsum, non ex alia causa v.g. si velimus Petro bonum, quia est Pater, frater, aut filius noster, *pietas est*, si velimus ei bonum solum propter ipsum, citra vllum emolumentum nostrum, *beneuolentia*, & charitas est. Si facimus Petro benè, quia ipse prior in nos bonum contulit, *gratitudo* est: si facimus benè, quia ei bonum debemus ex pacto, iustitia est: si facimus benè omnino gratis propter ipsum, beneficentia, & charitas est.

Beneuolentia. Pietas. Gratitudo.

Ex quo apparet distinctio inter actum charitatis, & liberalitatis, ac magnificentiæ: nam qui liberalis est ideo donat alteri, quia vult liberalis esse: item qui magnificus est, sumptus, & expensas facit, non ob aliud nisi vt magnificus sit in sumptibus, & expensis. At qui charitate diligit, facit proximo benè non vt liberalis, & magnificus sit, sed quia amat hominem propter ipsum.

565 Pro explicatione præcepti diligendi Deum super omnia, vt intelligatur particula (*super omnia*) notandum est, posse vnum diligi plusquam aliud tripliciter, 1. quia plura, aut maiora bona vni volumus, quàm alteri, vt si vni velimus vitam, & honores, alteri solum diuitias. 2. quia pluris facimus amorem vnius quàm alteri, vt si è duobus amicis extremè egentibus alterum iuuem, & feruem prætermisso altero. 3. quia feruentius, seu intensius vni bonum volumus, quàm alteri: vt si actus diligendi sit intensus vt sex erga vnum, & intensus vt quatuor erga alium. Constat præceptum dari de diligendo Deo super omnia primo, & secundo modo; nam tenemur velle Deo plura, & maiora bona, quam creaturis, nempe omnipotentiam, infinitatem, & cætera bona increata. Deinde tenemur Deum diligere ita *appretiatiuè*, vt data incompatibilitate, potius amor rerum creatarum, quam amor

Super omnia.

Appretiatiuè diligere.

amor Dei sit abijciendus. Probabilius est non dari præceptum de amando Deum tertio modo. Ita cum varijs Azor.to. 1.lib.9.cap.4.q.3.

Charitatis præceptum. 566 Pro explicatione præcepti, quod habetur Deuteron.6. Matth.22. Marc.12. & Luc.10. *Diliges Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex totis viribus tuis, & ex tota anima tua*. S.Thomas 2.2.q.44.a.4. & 5. mentis nomine accipit intellectum, cordis nomine, voluntatem, animæ appellatione, appetium sensus, vna cum sensibus corporis: virium autē vocabulo omnem corporis facultatem, quæ residet in membris. Alij verò ita interpretantur, vt appellatione animæ, veniat vita corporalis, quæ si opus fuerit, pro Deo perdatur: nomine uirium, ueniat omnis facultas, & substātia bonorū temporalium, quæ si oportuerit, pro Deo impendatur. Toto corde diligendus est Deus, hoc est non in alias res cordis affectus distracto, nimirum itaut nihil aliud diligamus ante, uel plusquam Deum, uel æque ac Deum. *Feruidus actus.* Actus charitatis dupliciter feruidus dici, & esse potest, nimirum extensione, & intensione. Extensione est feruidus, qui se se fundit, & extendit ad plura, ut cū Deo uolo in omnibus placere, eius omnia mandata seruare, meā omnem uitam corrigere. Intensione est feruidus, cum volo, & gaudeo vehementer tantā, ac talem in Deo bonitatem esse, quantam, & qualem ipsum habere mētis cogitatione & fidei actu considero. Nam feruor charitati, est sicut feruor caloris: hic enim multa excoquit, & absumit: ille animam inflāmat, & peccata extinguit. Quisnam sit, & quotuplex ordo tenendus, & seruandus in charitate, rectè docet Azo. to.2.l.12.cap.4. & Suar. de charit. disp.9. sec.1.

SECTIO II.

De misericordia, & alijs virtutibus charitati affinibus.

Misericordia. 567 Misericordia apud Latinos valet idē atq; compassio, quæ versatur circa alterius miseriam: & quidem apud Philosophos, teste Aristot. lib.2. Rhetor. cap.3. inter passiones appetitus sensitiui numeratur, & est tristitia ex miseria, & malis alterius indignè, & immeritò laborantis: de qua egimus num.108. Apud Theologos est virtus moralis, quæ definiri solet in hunc modum: Est vis, & voluntas subueniendi inopiæ, & indigentiæ alterius studio, & gratia honestatis, quæ relucet in tali subuentione. Vnde habet pro obiecto materiali actionem externam, per quā misero subuenitur: & pro obiecto formali, seu motiuo honestatem dictæ subuentionis. Ex quo apparet discrimen inter charitatem, & misericordiam: nam siquis subueniat proximo, quia est aliquid Dei, propter ipsius Dei bonitatem, datur charitas theologica: si subueniat proximo propter honestatem subleuationis, datur misericordia. Ad misericordiam spectat *Eleemosyna*, quæ deriuatur à verbo Græco *Eleo* quod est misereor: & sumitur dupliciter: 1. obiectiuè pro eo quod impenditur ad leuandam miseriam, siue cibus, siue vestimētum sit: in quo sensu dicitur Luc.12. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Vnde panis pro eleemosyna sumitur *dist.36. cap. Pasce.* 2. formaliter pro actu virtutis misericordiæ, quo proximi miseriam subleuamus. *Eleemosyna. Eleo.* Sicut miseria in genere est duplex altera spiritualis, & altera corporalis, sic & eleemosyna altera nēpe qua subleuamus miseriam spiritualem, & altera qua subleuamus miseriam corporalem, & vtraque in septem eleemosynas, seu opera misericordiæ diuiditur vt videre est apud Hurt. de charit. disp.5. diff.2. *Miseria duplex.*

568 Spectat etiam precipuè ad misericordiam correctio fraterna, seu correptio fraterna: quanuis enim apud Latinos correctio, & correptio ita differant, vt *correctio* sit emendatio, correptio verò sit reprehensio ad emendationem ordinata; vsu tamen scholasticorum pro eodem accipi solent, nempe pro remedio, quo enitimur proximum à malo liberare, quāuis non sit reprehensio, sed pura monitio. Vide quæ de duplici correctione diximus n.156. & 157. Prout verò accipitur à Theologis vt specialiter spectans ad virtutē misericordiæ, nihil aliud est, quàm admonitio conueniens, qua fratrem à peccando reuocare conamur: & est actus misericordiæ spiritualis habens pro motiuo honestatē, quæ relucet in tali subuētione. *Correptio & correctio.*

Inter correctionem fraternam, & iudicialem (teste Molin tom.6. disp.1.) illud interest, quod fraterna respicit bonum, & emēdam peculiarem ipsius peccantis, & est actus misericordiæ, quo quis illi impedire, & ab eo depellere peccati miseriam conatur. *Iudicialis* verò respicit peccatum proximi, quatenus cedit in detrimentum aliorum, & boni communis: & est actus iustitiæ punitiuæ, quo iusta pœna in vindictam de tali peccato, & in satisfactionem boni communi læsi infligitur. De præcepto, & ordine correctionis fraternæ, vide Suar. de charit. d.8. sec.1. & Hurt. disp.6. *Fraterna correctio. Iudicialis correctio.*

569 *Pax* apud Comicos est aduerbium quod significat tantummodò, & silentium imperantis vim habet, Terent. in Heaut. Dum argentum capio pax, nil amplius. Apud Latinos est nomen deductum à pactione, & accipitur pro venia, propitiatione, sed præcipuè significat pubicam tranquillitatem, vt ait Tullius de senect. vel tranquillam libertatem, authore eodem 2. Philip. Apud Iuristas pax est discordiæ finis, vt habetur *ca. 1. de tregua, & pace.* Glos. 1. item pax est vinculum charitatis, *cap. nouit. §. sed forsitan de iudic.* Et quidem sunt sex causæ propter quas non est pax inter homines, de quibus Glos. in *Cap. ad Apostolica de re iudic. in 6.* *Pax.*

Apud Theologos sumitur pax pro coniunctione animorum, quę ex amore nascitur. Hinc

S.Thomas numerat pacem inter effectus charitatis, & ideo agit de contrarijs paci 2.2.q. 37.ad 42. Cum igitur pax dicat formaliter aliquid positiuum, quod primariò consistit in consentione voluntatum: consequenter etiam in consentione iudiciorum, actionū, & sermonum: denotat aliquid negatiuum scilicet nec facere, nec dicere, nec intentare aliquid quod dissoluat illam consentionem.

Vnanimitas. Aequanimitas. Ad pacem videtur spectare *Vnanimitas*, quæ idem valet, atque animorum consensus, vel *aequanimitas*, & Authent. de proconſ. Capadociæ in princ. dicitur ita bona, vt nihil in hominibus melius. *Vnanimis*, seu *Vnanimus* sumitur pro eo, qui est vnius animi, seu vnius sententiæ cum altero.

Vnio. Concordia. Concors. Vnire. Vnitas. 570 *Vnio* teste August. significat concordiam: *concordia* autem, seu concorditas deriuatur à *Concors*: hic verò à coniunctione cordis dicitur, qui vnius cordis, seu vnius animi est. *Vnire* est coniungere, seu vnum facere. 32. *dist. cap. vlt.* Vnitas opponitur multiplicitati, & diuisioni, & repræsentat in nobis Dei similitudinem, vt sicut à Deo omnia per creationem, ita ab homine vno per propagationem. 33. *q. vlt. cap. hæc imago.*

Vno contextu. Vno ore. Vno impetu. Dicitur vno ore *l. quoniam venerabilis C. de episc. & cleric.* Dicitur vno impetu, idest vno actu *l. Arthusa ff. de statu hom.* Dicitur vno contextu fieri, idest nullo alieno actu interposito, nisi fiat ex necessitate, & actu naturæ, vt ventris exoneratio, vel medicinæ acceptio, vel breuis langor *L. cum antiquitas C. de testam.* Aduerbium *inconcussè* quod habetur *Cap. Illud autem de præf.* Idem valet atque pacificè, quietè, sine interruptione, vt exponit Glossa. *Solus* dicitur cui nullus est contrarius *dist. 8. si solus.*

SECTIO III.

De hospitalitate, hospitibus, hospitijs, & hospitalibus.

Hospitalitas. 571 PRæcedentibus virtutibus valde affinis est *Hospitalitas*, quæ commendatur 44. *dist. cap. 1.* & præcipitur ab Apostolo ad Rom. 12. iuxta definitionem M. Tulij 2. offic. Est benignitas, & facilitas in excipiendis hospitibus. *Hospes* dicitur, qui recipit, & recipitur *l. 1. §. Magistri ff. de exercit. act.* Vbi Glos. Hospes dicitur qui est extraneus à domo, sicut *aduena* à ciuitate, vt notauit S.Thom. in Epistol. ad Ephes. 2. lect. 6. Apud Latinos propriè dicuntur hospites amici diuersarum patriarum, qui se mutuo recipiunt, cum alter in alterius patria peregrinus est. *(Hospes. Aduena.)*

Hospitari. Hospitium. *Hospitari* est amicè in hospicium recipere. *Hospitium* est domus quæ gratis liberaliterque venienti hospiti patet. Hospitia olim publicè dari solebant; erant quæ destinati viri, quibus recipiendi hospites munus à republica imponebatur *l. 3. §. eos milites l. vlt. §. pen. ff. de mun.* ab hospitio diminutiuè fit *hospitiolum*, idest paruum 32. *dist. cap. hospitiolum.* *(Hospitiolū.)*

Hospitale. 572 *Hospitale*, seu *hospitalis domus*, quæ à Latinis appellatur domus Dei, vel misericordiæ, vel fraternitatis, vel pietatis, est locus in quo non sufficientes sibi procurantur: & definiri potest. Domus gratia pietatis extructa, vbi aluntur ualetudinarij, uel pauperes, uel pupilli, vel mendici, vel egeni, vel infantes parentibus destituti, vel Senes, peregrini, & aduenæ indigentes. Vnde in iure canonico. *Hospitalis domus* appellatione venit locus misericordiæ, & pietatis gratia ædificatus ad excipiendos, curandos, & etiam alendos infirmos, & egenos. Quid requiratur ut hospitale pro loco sacro habeatur, uide apud Azorem to. 3. lib. 1. cap. 35. q. 3. & multa noua circa hospitale apud Dianam in summa v. eodem. *(Hospitalis domus appellatione.)*

Græci pro ratione personarum, quæ in hospitalibus excipiuntur, multipliciter domus easdem appellant, ut rectè notant Sozomenus lib. 6. Eccleſ. hist. cap. 29. & Theodor. lib. 5. hist. cap. 18. & uidere est apud Iustinianum *l. Illud C. de sacros. Eccles.* & 23. *q. 8. cap. in qualibet. v. Xenodog.* *Xenodochium* est domus ubi peregrini pauperes hospitaliter recipiuntur: dicitur quasi hospitum receptaculū. *Xenon* aliquando idem quod Xenodochium *C. de Episc. & cleric.* per totum. *Xenodocbus* est qui Xenonem alicuius ciuitatis procurat. *Xenoparochus* habetur *L. munerum ff. de muner. & honor.* & est qui pubicè munera hospitibus tributor contribuit: quia Xenos hospes *parochus* tributor interpretatur. *(Xenodochium. Xenon. Dochion. Xenodochus. Xenoparochus. Parochus.)*

573 *Procotrophium* est domus (teste Azorio to. 2. lib. cap. 10.) Vbi pauperes pascuntur. *Brephotrophium* est locus ubi infantes, expositi publicè aluntur; nam *Brephos* interpretatur infans, & *trophi* alimentum. Sic etiam *Ichtyotrophium* vbi pisces, *Peristerotrophium*, vbi columbæ aluntur. *Brephotrophus* appellatur gubernator, seu rector infantium pauperum. *Ierontocomium*, seu Ierothocomium, scribunt alij Gerontocomium, est locus vbi Senes, & infirmi propter senectutem tantum curantur. Glos. in *Cap. tributum §. Sancimus* 23. *q. 8.* Apud aliquos *Ierocinium* locus est vbi aluntur pauperes. *(Procotrophium. Brephotrophium. Brephos. Trophi. Ichtyotrophium. Peristerotrophium. Brephotrophus. Ierontocomium. Ierocinium.)*

Orphanotrophium est locus, vbi orphani alūtur 23. *q. 8. tributum.* Vnde *Orphanotrophus* est qui orphanotrophij curam habet: quasi orphanorum tutor, & curator, qui illos parentibus, & facultatibus destitutos suscipit alendos. *Vrephotrophium* est locus ad infantes alendos paratus. Nam Græci *Vrephon* infantem dicunt *l. illud §. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* Deinde *Masticonium* alio nomine *Leprosaria* est domus vbi leprosi congregantur. *Nosocomium* interpretatur locus infirmorum, seu ægrotantium: quia *Nosos* est idem quod morbus, & *Comio* curo. *L. penult. de sacrosanct. Eccles.* Vnde *Nosocomus* est ille *(Orphanotrophium. Orphanotrophus.)*

ille qui præſidet noſcomio *Anthen. coll.2. de non alienan.* *Valetudinarium* eſt locus ad recuperandam bonam valetudinem, qualis datur in Cœnobijs.

574 Explicatis domibus, quibus pauperes recipiuntur,& infirmi curantur, non erit diſſonum pauca ſubnectere de ijs, qui illorum curam habent, illiſq; medicamenta adhibent, & nonnulla de medicaminibus. Preter eos, quos proximè retulimus, Illuſtriſſ. Cæſar de Eccleſ. Hierarch. q.2. proæm. à n.10. numerat alios hoſpitalium, vel piorum locorum rectores, præpoſitos, & adminiſtratores.

Procbotrophi.

Procbotrophi ſunt qui regunt pia loca, vbi mendici,& pauperes aluntur. *Geron tocomi* dicuntur qui regunt loca ad ſolos ſenes pauperes alendos deſtinata: *Trocbi* ſecundùm Azorem ſunt ſuſtentatores pauperum. *Hoſpitalarius* (vt inquit Syl ueſt. v. hoſpitila nu.1.) Eſt qui curam immediatam habet hoſpitalis. *Archiatri* dicuntur medici principis, vt tradit Alciat. in rubr. *C. de comit. & archiatris lib.* 12. & quidem *Archiatros* ex Græco interpretatur princeps medicorum ab *Archon* princeps, & *Atros* medicus. Vnde *exarchiatri* dicuntur *l.6. C. de profeſſ. & med. l.* 10. qui Archiatri dignitate functi ſunt.

Parabolani.

Parabolani ſunt medici, qui ad curanda ægra membra, vel corpora debilium deputantur. Conſtat ex *L. Parabolani C. de Epiſc. & cler.* vbi AA. Impp. Honor, & Theodoſ. ſic: Parabolanos: qui ad curanda debilium ægra corpora deputantur, ſexcentos conſtitui præcipimus. Dicti parabolani à parabola, quia plura promittunt hominibus, quàm faciunt, & quia ſæpius parabolis vtuntur. Secundùm Alciat. lib. 4. cap. 10. diſpunct.

Parabolani erant plebei quidam, & viles homioes famulitio, vel Eccleſiarum vel hoſpitalium deputati, & quaſi adſcriptitij Glebæ.

Medicus. *Medicum appellatione.* *Obſtetrix.*

Medicus eſt qui mederi ſolet. Huius officium (vt ait Aſclipiades) eſt vt tutò, vt celeriter, vt iucũdè curet. *Medicorum appellatione* an veniat *Auricularius*, nempe qui ægris auribus medetur: an veniat *Obſtetrix* vulgo *parteira*, illa nempe quæ parturientium curam habet, ſic dicta ab obſtando dolori, vel certè pignori, ne laxati vteri genitalibus clauſtris, in terram defluat, & ſic de alijs, vide quid decernatur *L. 1. ff. de variis, & extraord. cognit.* Vbi Bart.

Cõmagena. *Crina.* *Crinonia.*

576 Vt numeremus, & breuiter explicemus ea medicamenta, quæ in Iure reperiuntur, *Commagena* habetur *l.21. §.1. ff. de aur. arg.* nomen ſumpſit, teſte Plinio lib. 10. cap. 22. a quadam Syri regione ſic dicta: eſt vnguentum quod fit ex adipe anſerino in vaſe æreo cum cinnamo, multa niue obruto, ac rigore gelido macerato. *Crina* habetur *l.21. §.1. ff. de aur. arg.* vel forte, vt legunt alij. *Crinonia* eſt oleum ex Lilio confectum, & odoramentis conditum. Meminit Plin. lib. 21. cap. 5. Crinonis, quod lilium rubens appellat.

Emplaſtrũ. *Malagma.* *Paſtilli.* *Fomenta.* *Fomentere,* *Fomẽtatio.*

Emplaſtrum Latinè ſonat fictum, vel informatum, & habetur *l. Ideo ff. de acquiren. rer. domin.* Hodie vulgo vnguentum dicitur, & à doctis Cataplaſma appellatur. Eſt diſcrimen, teſte Celſo li.5. c.17. inter emplaſtra, Malagmata & Paſtillos, quòd *emplaſtra* imponuntur vulneribus. *Malagmata*, ſuper integram cutem inijciuntur. *Paſtilli* autem illinuntur, aut alicui molliori cerato miſcentur. *Fomenta* ſunt medicamenta dicta à fouendo: vnde *Fomentare*, & *Fomentatio* apud iuriſconſultos *L. ſi cui ff. de leg.3.* Appellantur vnguenta non ſolum quibus vngimur cauſa voluptatis, ſed etiam valetudinis *L. in argento ff. de aur. & arg. leg.*

Glaucinum Vnguentũ. *Piſticum.* *Nardum.* *Spica nardi.* *Stachyſnardi.*

577 *Glaucinum* vnguenti genus eſt ex herba Glaucio ſic dictum, quod valet ad oculorũ ſcabricias: vel eſt viride, quale hodie dicunt chirurgi vnguentum Apoſtolorum *L. in arg. ff. de aur. & arg. leg.* ſic habetur §. 2. Vnguentis legatis, non tantum ea legata videntur quibus vngimur voluptatis cauſa, ſed & valetudinis, qualia ſunt Comagena, glaucina, crinina, rhodina, & myrrha, & nardum, purum intelligit piſticum ideſt non adulteratum.

Nardum autem teſte Plinio lib. 12. cap. 12. eſt frutex graui, & craſſa radice, ſed breui, ac nigra, fragiliq; quanuis pingui, ſitum redolente, vt Cyperi, aſpero ſapore, folio paruo, denſoq; eacumina in ariſtas ſe ſpargunt: ideo gemina dote nardi ſpicas, & ſolia concelebrant. *Spica nardi*, quæ etiam ſpica ciliſſa vocatur, Græce dicitur *Stachiſnardi*, de qua meminit Iuriſconſultus *L. interdum ff. de publicanis.*

Crina. *Iris.* *Laſer.* *Laſerpitiũ.*

578 *Irinum* habetur *L. in argento ff. de aur. & arg. leg.* quanuis aliqui ibi legant *Crina*: eſt oleum, ſeu vnguentum quod fit ex Iride: eſt autem *Iris* herba ſuauiſſimi odoris: caulem habet cubitalem, & rectum, radicem raphano ſimilem, quæ ſternutamenta mouet: florem diuerſorum colorum, quaſi arcus cæleſti, à quo nomen habet, vulgo dicitur lilium cæruleum. Vide Plin. lib. 21. cap. 7. *Laſer* reperitur in *L. non omne ff. de penu legata*, eſt ſuccus herbæ, quam inuentam in Cyrenaica regione *Laſerpitium* vocant, medici hodie *Aſſam*, Luſitani Beniuim appellant.

Liguſticum *Leniſticon.* *Careum.* *Malobathrum.* *Folium.* *Foliata.* *Mandragora.*

Liguſticum eſt herba in montibus Liguriæ regionis Italię inter Varum, & Macram amnes naſcens, quam iuniores medici corrupto vocabulo *Leniſticon* dicunt. Habetur in *L. proxima citata*: ſicut & *Careum* genus aromatis, quod Plin. lib. 19. dicit peregrinum gentis ſuæ nomine appellatum, culinis principale. *Malobathrum* apud Martianum *L. interdum ff. de publicanis*, eſt arbor odorata ex Syria, quæ ſpeciali vocabulo *folium* appellatur: vnde fiunt vnguenta quæ foliata vocantur. *Mandragora* de qua fit mentio *L. eiuſdem ff. ad leg. corn. de ficar. & venef.* eſt herba nota, cuius duo ſunt genera, alterum nigrum, alterum candidum, & vtrumq; habet vim ſoporiferam proindeq; applicari ſolet conciliãdi ſomni gratia.

Smyrra. Myrrha odorata. *Smyrra* à Græcis dicitur, quam nos *Myrrham odoratam* vocamus. Apud Martianum. *L. interdum ff. de publican.* pro smyrna *Siuura* mendosè legitur. *Theriaca*, de qua fit mentio. *L. quæsitum ff. de fundo instructo*, est antidotum notissimum contra venena, dicitur à *ther*, quod est fera, nempe vipera, ex cuius carnibus conficitur. *Collyrium* est medicamen, seu vnguentum oculorum. *Institut. de rerum diuis. §. Cum ex aliena*.

SECTIO IV.

De proximis, pauperibus, & infirmis.

579 Materia præcipua circa quam versatur charitas, & misericordia, Proximus. sunt proximi, pauperes, & infirmi. *Proximus* apud Latinos quamuis frequenter sumatur pro propinquo, & pro adhęrēte, tamen superlatiuū nomen est huius dictionis *Prope*, & significat id inter quod & aliud nihil mediat, etiamsi longè distet, iuxta Virg. S. Aen. *Proximus huic, longo, sed proximus interuallo*. Apud Iuristas proximus est, quem nemo præcedit *l. proximus ff. de verb. sign.* etiam si solus sit *l. proximi ff. eod. tit.* Inter proximum, & proximiorem nullum est discrimen in iure, cum neutrum admittat medium interpositum, vt ex Baldo conf. 146. in fine lib. 2. tenet Rota decis. 693. nu. 2. in fine apud Farin. p. 2. recent.

Proximorum appell. *Proximorum, seu proximiorum appellatione* veniunt agnati, & cognati *l. 1. §. proximus ff. vnde cognati*, Angelus con. 289. viso facto Tiraq. de tract. lig. §. 1. glos. 9. n. 15. & alij, quos refert Fusar. de subst. q. 366. n. 2. Veniunt autem tam ascendentes, quàm descendentes, vt notauit Rebuff. ad *l. proximi ver. ita propinquorum pag.* 543. An veniant etiam fœminæ? Latè discutit Barbos. tract. de Appell. verb. Appell. 229. a n. 7. vsque ad quem gradum admittantur, dubium est. Bald. conf. 80. alias 76. circa finem lib. 4. docet admitti solum ad septimum gradum. Peregrinus verò de fidei com. art. 22. n. 33 docet admitti vsque ad decimum gradum.

Proximus ad charitatem. 580 Verum ad nostram rem, *Proximus*, quatenus est persona, cui charitas exhibetur, longè aliter sumitur à Canonistis, & Theologis. Apud Canonistas proximi sunt, non illi tantum, quos nobis sanguinis gradus iungit, sed omnes homines naturæ nostræ participes. *Cap. Charitas ver. Item non illi Fæni. dist. 2.* Apud Theologos *Proximus* censetur omnis rationalis creatura, quæ est capax beatitudinis, vt docet S. August. lib. 1. de doctrin. Christ. à cap. 23. quasi sub hac appellatione contineantur non soli homines sed etiam Angeli, vt notat S. Thomas 2. 2. q. 25. a. 10. Siquidem in illis omnibus dari potest eadem ratio dilectionis.

Est igitur in hac acceptione Proximus ille qui potest terminare charitatem supernaturalem, proindeq; creatura gratiæ, & gloriæ cælestis capax. Vnde *proximorum appellatione* venit Christus quà homo, vtpotè eiusdem naturæ nobiscum, & consors eiusdem beatitudinis. Christus proximus. Venit etiam quicunq; homo viator, etiam pessimus, dummodo non cognoscantur tanquam reprobus speciali reuelatione: At nec dæmones, nec homines damnati veniunt, quia in tali statu incapaces beatitudinis sunt. Vide Suar. de char. disp. 1. sect. 1. a nu. 3. & Azorem to. 2. lib. 12. cap. 5. q. 5.

581 *Pauper* teste Varrone, dicitur à parua pecunia, vel vt alij malunt, à paruo lare. Est enim qui parum habet, sicut *Inops* qui nihil habet. Nam inter vtrunq; assignatur hæc differentia ab Alexan. consl. 91. n. 4. lib. 7. Inops dicitur quasi sine ope, vel sine terra, quæ ops vocatur. *Egenus* est cui desunt vitæ necessaria. Nam *Egere* secundùm Bart dicuntur qui non habent vnde se alant. Hinc Egestas, & Inopia maior indigentia est, quàm paupertas. Pauper dicitur in iure qui non habet quinquaginta aureos in bonis. Bart. ad *l. nonnulli ff. de accus.* Pauper. Inops. Egenus. Egere. Egestas.

Igitur *pauperum appellatione* veniunt non solum mendicantes, sed etiam habētes congruā sustentationem, qui tamen attento statu personæ, & dignitate videntur indigere. Ita Mascard. de probat. conclus. 1154. n. 14. Tiraq. de pia causa in præf. pag. 10. Bart. in l. 1. nu. 35. C. de Sacros. Eccles. & Surd. de alim. tit. 1. q. 93. nu. 30. vbi n. 33. Subdit pauperem dici, qui habet multas filias nobiles. Pauperum appellatione veniunt carcerati, & carcere detenti: quibus proinde erogari poterit legatum, siue relictum factum pauperibus, vt tenent Salicet. in *L. iudices C. de Episcop. aud.* & Ranchin. cōclus. 451. p. 5. An & quando veniāt monasteria Fratrum, & Monialiū. Vide Federic. de Senis conf. 282. quem refert Tusch. lit. P. concl. 160. n. 2. Pauperum appellatio.

582 *Pauperies* in iure est nocumentum illatum sine vlla iniuria, nempe ab eo, qui nocere potest, iniuriam tamen inferre non potest, qualis equus, vel alius quadrupes tuus si segetem meam pauit, vel aliter nocuit non enim potest dici iniuriam fecisse, cum sensu careat. *Inst. si quad. paup. feci. dicatur §. pauperies.* Vnde patet distinctio inter damnum, & pauperiem: nam damnum rigorosum dicit in inferente animum iniuriandi. Pauperi, inopi, & egeno opponuntur diues, & locuples. Pauperies, & damnū. Damnum, & pauperies.

Diues a diuo fieri dicitur: quod qui diues est, quasi Diuus, seu Deus nullo indigere videtur. Tullius in Parad. Quem intelligimus diuitem, aut hoc verbū, in quo homine ponimus? Opinor in eo, cui tanta possessio est, vt ad liberaliter viuendum facilè contentus sit. A diuite parum distat *Locuples*, sic dictus, quasi locorum plenus, qui pleraque loca, id est multas possessiones, habet. In iure locuples est qui satis, & idoneè habet pro magnitudine rei, quæ petitur *L. quos ff. de verb. sign.* locupleti opponitur *Tenuis, exilis* apud Ciceronē varijs in locis. Diues. Locuples. Tenuis, & exilis.

583 *Mendici*, seu mendicantes sunt qui ne- Mendici.

cessa-

Mendicare. Mendicantes. cessaria vitæ ostiatim petunt: a *mendicare*, quod est vitæ alimenta ostiatim postulare: *Mendicantes* in iure ciuili dicuntur, quos in publicum quæstum, seu (vt exponit Glos.) ad quærendum publicè panem, instituta mendicitas vocauit: & illi reficiebantur publicis annonis. Validi, & robusti non debent mendicare, ne miseris, & debilibus panem auferant. *L. vnica C. de mendicam. vali. lib. 11.* & in *Authent. de quæst.*

Spanaldi. Galiotæ. Mendicantes validi sunt, quos vulgus *Spanaldos*, vel *Galiotas* appellat. Sic habet Gloss. supra rubricam citatam de mendicantibus. Ibi lege vnica dicitur, Quisquis huiusmodi plenitudinem prodiderit. Legunt alij leuitudinem, alij lenitudinem. Glos. interpretatur valetudinem.

Quæstuarij. *Quæstuarij* (vt notat Syluest. v. eod. n. 1.) à quæstu dicti, largè sunt omnes actu mendicantes: propriè & iuridicè sunt qui pro eleemosynis discurrunt, scilicet non habentes *Ceretani.* certam diæcesim, quos nunc *Ceretanos* vocant. Hi prohibentur acceptari, nisi literas veras Apostolicas, aut Diæcesani ostendant. *Dist. de pænit. & remiss. cap. Cum ex eo.* Apud Iuristas *Attritus.* *Attritus* idem valet atq; Afflictus, consumptus, exhaustus, imbecillis, vel fessus.

Miserabilis personæ. 584 *Miserabiles personæ* dicuntur omnes illæ, quibus nos ex natura mouemur ad miserandum propter fortium iniuriam: vel super quibus natura mouetur ad miserendum *L. vnica C. quando Imper. inter vid. & pup.* Dicitur qui miserabilis, quasi miseriæ habilis, vt notat Rebuff. tom. 1. ad leges Galiæ tract. de prouis. art. 3. Gloss. vlt. nu. 15. *Miserabilis* personæ appellatione venit omnis, cuius natura mouet nos ad *Miserabilis appellatio.* miserandum propter fortunæ iniuriam. Ita Sism. Scacc. de appell. quæst. 7. num. 138.

Igitur veniunt pupilli, viduæ, Senes decrepiti, & diuturno morbo fatigati, vt tenent Alexan. Scot. 102. Viso puncto nu. 16. lib. 4. & Rolan. à valle cons. 76. n. 44. lib. 1. Item *Orphani* iuxta Azeued. l. 8. num. 7. tit. 3. lib. 4. noue recopil. peregrini, puellæ nobiles, quæ secundùm conditionem viuere nequeunt, publicæ pænitentes, liberti Ecclesiæ manu missi, officiales, & seruientes Ecclesiæ, infantes expositi, Cæci, mutilati membris leprosi; carcerati; cruce signati; nouiter conuersi, & alij, quos numerat Rebuff. citat. gloss. fin. init. Veniunt etiam religiosi apud Azonem in summa. Quando imperat, inter vid. & pup. Imo veniunt *Orphani*, & *viduæ*, qnantumuis diuites, vt *Orphani miserabiles.* priuilegio fruantur, dummodo vidua luxuriosè non viuat, vt cum multis tradit Barb. tract. de appel. verb. Appel. 152.

Infirmi. Infirmitas. 585 *Infirmi* sunt imbecilles, debiles, seu non firmi. Vnde *infirmitas* est imbecillitas, non verò ægrotatio, vt pleriq; malè vsurpant, sed potiùs debilitas illa, quæ vel ex ætate morbo contigit. Apud Iuristas infirmitatis appellatione venit grauis, vt tenent Anchar. cons. 238. Flamin. Paris. de resign. benef. lib. 12. q. 6. n. 10. & Tusch. to. 8. lit. V. concl. 101. n. 19. Vbi habet quod verba de febre, vulnere, similibus debent intelligi simpliciter, & non de modica.

At quoad effectum Regulæ de viginti circa resignationē infirmorum sufficit leuis infirmitas, cum tam ex ea, quàm ex magna possit sequi effectus illius regulæ. Rota. decis. 77. nu. 77. p. 2. diuers. Stephan. Gratian. discept. to. 1. cap. 18. n. 18. Quando autem censeatur infirmitas grauis, relinquitur arbitrio medicorum, vt tenet Mascard. concl. 896.

Morbus est habitus cuiuscunque corporis contra naturam, qui vsum eius faciat deteriorem, ita vt aliquando in toto corpore accidat vt febris, aliquando in parte, vt cæcitas *l. 1. §. sed sciendum ff. de Aedil. edict.* Quomodo apud Iuristas differat à vitio, vide supra num. 123. quomodo apud Philosophos differat ab ægritudine. Vide n. 110. *Febris* est motus corporis contra naturam *L. quæsitum ff. de re indic.* Vbi Gloss. *Morbus.* *Febris.*

586 Non erit abs re hùc afferre, & explicare tam morbosos, quàm morbos, de quibus in iure fit mentio. *Cæcus* apud legistas intelligitur tum de naturali, tum de eo qui casu vtroque lumine orbatus: & is non potest facere testamentum. *Instis. de exhæredat. libero §. Cæcus autem.* Et Cæcitas pro morbo accipitur *l. 1. §. sciendum ff. de Aedil. Edict.* Apud Canonistas cæcus dicitur, qui supernæ contemplationis lucem ignorat 49. *dist.* & quandoque sumitur cæcus pro indocto; & hic non est ordinandus 49. *dist. cap. fin.* *Cæcus.* *Cæcitas.*

Apud Vlpian. *l. qui clauum ff. de Aedil. edict.* ita habetur: si quis gutturosus sit. *Vbi gutturosus* is dicitur qui guttur habet tumidum. *Gibberosus* apud Caium in *l. 3. ff. de Aedil. edict.* est idem quod Gibber, siue Gibbosus. *Cæliaci* dicuntur quos Latini *aluinos* appellant, & sunt qui fluxus ventris laborant. De his fit mentio, citato tit. de Aedil. edicto. *Hircosus* dicitur cui obolet, vt *l. qui clauum §. is cui ff. de eod. edict.* sed propriè est, cui alæ grauiter olent: nam *hircus* etiam vocatur alarum fætor, quem Plinius alarum graueolentiam appellat. *Impetiginosus* est impetigine affectus, apud Vlpian. *l. 6 §. 1. ff. de Aedil. edict.* Sunt autem Impetigines pustulæ pruritu corpus infestantes, quarum genera quatuor recenset Celsus lib. 5. ait Trebatius impetiginosū morbo nō censeri affectum, si eo membro, vbi impetigo est, æquè rectè vtatur. *Gutturosus. Gibberosus. Cæliaci. Aluini. Hircosus. Impetiginosus. Impetigines.*

587 *Mancus* est defectuosus *l. qui clauum §. pen. ff. de adilu edict.* vt cui manus abscissa est velis, qui ex imbecillitate dexteræ, facilius vtitur sinistra. *Myopes* Alciat. in *l. inter stuprum ff. de verb. sign.* interpretatur quasi minùs vidētes. Et quidem *Myops* vox græca est, quæ latinè sonat *Lusciosus* vt docet Gellius lib. 3. c. 2. Vlpian. *l. 10. §. 3. de Aedil. edict.* De Myope (inquit) quæritur, an sanus esset: & puto eum redhiberi posse. Qui propriè loqui non potest. *Mancus.* *Myopes.* *Lusciosus.*

Mutus appellatur *Instit. quibus non est permiss. facere test. §. item Surdus.* Apud Alciat. in *l. inter stuprum* de verb. sign. Sunt lusciosi, quos Nyctalopes vocant, qui noctu cæci sunt, cum interdiu clarè videant. Nam ex opposito sunt qui interdiu parum vident, vespere autem, & noctu acutiùs intuentur. *Polyposus* apud Vlpian. *l. qui clauum ff. de ædil. edict.* dicitur qui polypo morbo laborat. Est autem *Polypus* tumor præter naturam in naribus consistens, à polypi marini similitudine nuncupatus.

Nyctalopes. *Polyposus. Polypus.*

Polypus (inquit Celsus lib. 7.) est caruncula modò alba, modò subrubra, quæ narium ossi inhæret, strangulatq; hominem, maximè Euro, aut Austro flante. *Scæua* alio nomine *Ambidexter*, dicitur qui manu sinistra perinde ac dextera vtitur: vel (vt malunt alij) qui promptiorem, & expeditiorem habet sinistram manum, quam dexteram. Vlpian. *l. qui clauum ff. de Aedil. edict.* Statuit *Scæuam* non esse morbosum.

Scæua. Ambidexter.

588 Varus, varicus, varicosus qui sint, exponamus. *Varus* est qui introrsum pedes, vel crura obtorta gerit: sicut ex opposito *Vaciæ* sunt qui extorsum crura habent, & dicuntur Vatinij, & Vacieni. Vlpian. *l. idem officius ff. de Aedil. edict.* opinatur Varum, & Varicum sanos esse. *Varicus* autem sumitur pro eo qui ex distorsione pedum inæqualiter ambulat, vel qui ampliore passu incedit. *Valgus* est, qui altrinsecus prominentes suras habet, & in diuersum actas, quales Cancri habent, & lacertæ.

Varus. Vaciæ. Vatinij. Vacieni. Varicus. Valgus. Varicosus.

Varicosus dicitur curuus, à varice neruo cõtracto, qui neruus (vt inquit Alex. Scot. v. eod.) in senectute reddit hominem curuum: aut dicitur varicosus, qui modo huc, modo illuc vadit vt stultus. Rectiùs verò accipitur pro eo qui laborat *varicibus*, quæ sunt noxiæ venulæ in cruribus propter atram bilem turgescentes, quæ ferro, adustioneq; curantur. Hinc Vlpian. *L. Varicosus ff. Aedil. edict. edict.* varicosum inter morbosos refert. *Claudus* quasi pedibus clausus, idest impeditus, est qui expedibus aut cruribus, femoribus ve vitiatis, æquis passibus incedere non potest. Hic morbosus iudicatur. *L. item claudus ff. de Aedil. edict.* At clericus factus claudus ex incisione medicorum potest ad sacros ordines promoueri 55. *dist. cap. siquis infirmitate.* Vnde benè Parlad. diff. 84. Manci appellatio ad vitium manuum spectat: claudi verò ad pedum.

Varices. Claudus.

589 *Valetudinarij* dicuntur infirmi, qui frequenter ægrotant, vel qui laborant per lucida interualla, vt qui modò sani sunt, post horam infirmi. Vide Panorm. in *Cap. Quoniam frequenter*, ver. quarto quæro *in 6.* vt lite non contestata. *Morbus sonticus* est ille, qui perpetuò nocet, nisi sit curatus: vel est, qui cuiq; rei nocet *l. morbus ff. de verb. sign.* Exponit Gloss. ibi, cuiq; rei agendæ. *Febris*, vt definitur in *L. quæsitum ff. de re iudicata*, nihil aliud est, quàm motus corporis contra naturam.

Valetudinarij. Sonticus morbus.

Podragra quanuis sumatur pro pedica, seu laqueo quo capiuntur pedes animalium, tamẽ ægritudo est *l. à muneribus C. de decurion. lib. 10.* & interpretatur pedum dolor, sicut *Chiragra* manuum dolor. *Gestatio*, locus quo gestabantur sanitatis, aut voluptatis gratia. *L. competit §. siquis ff. quod vi, aut clam.* Accommodatur infirmis *Decumbere* pro in lecto iacere *l. 2. §. si non propter valetudinem ff. siquis cautio.* Misericordia versatur circa morbosus, & infirmos: hi enim miseri reputantur, quanuis *Miser* latiùs pateat: est enim quicunq; calamitosos, ærumnosos, infelix: & *miseria* est huiusmodi infelicitas, cum quis patitur vel morbum, vel egestatem, vel damnum, & videtur coincidere cum calamitate, vel ærumna.

Podragra. Chiragra. Gestatio. Decumbere. Miser. Miseria.

590 Infirmis, ac debilibus opponitur *Integer*: siue referatur ad ætatem, quæ in flore consistit, nempe iuuentus, in qua robur viuidum, & sanguis ad huc integer est: siue ad valetudinem, & idem est atq; firmus seu vegetus. In iure dicitur homo integer duobus modis vno respectu corporis, vt in *§. bis autem Instit. ad l. Aquil.* altero respectu nominis, morum & famæ *l. 3. ff. de popul. action.* qui præbet sanitatem vocatur *Saluber* quasi salutis vber iuxta Glos. *in Clem. dudum, de sepul.* Inter orbum, orphanum, & pupillum est discrimen. Nam *Orbus* propriè dicitur oculorum luce priuatus, quasi amissis oculorum orbibus: per translationem accipitur pro eo qui priuatus est re aliqua chara, & tam dicitur orbus pater amissis filijs, quàm filius amissis parentibus. Hinc *Orbitas*, seu *Orbitudo* huiusmodi priuatio. *Orphanus* dicitur qui caret patre, præsidioq; paterno, quiq; summopere illius opem desiderat.

Integer. Saluber. Orbus, & orphanus. Orbitas & orbitudo. Orphanus, & orbus.

Orphanorum nomine qui ueniant, quando legatur aliquid orphanis, exponit latè Sanches lib. 4. consil. c. 1. dub. 63. *Pupillus* dicitur qui caret patre, sed non præsidio paterno, quum tutore iuuetur. Inter miseros recenseri possunt fœdi, & deformes, quibus opponuntur formosi, & pulchri. *Fœdi* sunt polluti, & inquinati, à uerbo *Fœdare*, quod est polluere, inquinare, Vnde *Fœditas*, pollutio. *Deformis* dicitur quasi sine forma, seu non habens formam, & refertur tum ad animum, tum ad corpus; quanuis dicatur Tullio 1. de legib. Deformitas animi, & corporis prauitas. Ex aduerso respondet *Formosus* quasi bona forma præditus. *Pulcher* etiam dicitur à pollendo, quòd polleat forma & accipitur pro forti, & procero. Vnde dixit Albericus in Diction. V. *Formosus*, formositatem dari posse in homine paruo, non pulchritudinem.

Pupillus & orphanus. Fœdi. Deformes. Fœdare. Fœditas. Pulcher. Formosus.

591 Deniq; ut expediamus nonnulla, quæ spectant ad charitatem, misericordiam, & pauperes, *charitatiuum subsidium*, de quo latè Azor. tom. 2. lib. 9. cap. 14. est quædam

Charitatiuũ subsidium.

dam

dam contributio, seu exactio, quam præstare solent clerici suis Episcopis, & superioribus prælaris, quando redditus propriæ Ecclesiæ satis non sunt ad onera sustinenda. Dicitur charitatiuum, quia à principio ex charitate peti debet, & non extorqueri per vim. Dicitur *Subsidium* quia sicut subsidiaria actio datur, quando deest propria, & specialis. *Subsidium.*

Agapæ habentur *dist. 24. si quis*. & sunt conuiuia pauperum. Nam *Agape, es*, interpretatur charitas. Vnde *Agapetæ* sunt puellæ mutuo charitatis nexu coniunctæ apud Cerdam Aduers. 151. *Centones* habentur in *l. quæsitum §. Item centones ff. de fundo instru.* & sunt cilicia ex pilis caprarum siue panni crassiores ex lana diuersorum colorum, ad vsum rusticorum pauperum. *Agapæ. Agapetæ. Centones.*

Congiarium habetur *L. tabernæ ff. de fundo instru.*, & erat sportula, qua diurni cibi nomine, vulgo *ração*, comitibus, ante ambulonibus, assectis, stipatoribusque suis viri potentiores cibos distribuebant: dictum à *Congio* vini mensura sextarios sex capiente. Congiarium etiam mensuræ vinariæ genus est. *Sequioris vitæ pauper* apud Vlpian. *l. cum ij § vult igitur ff. de transact.* Est talis qui sequitur alios semper, vt victum habeat: cum sibi ex se alimenta suppeditare nequeat, sed de alienis laboribus pendeat. *Mediocritas* sumitur pro paupertate *L. quidam testator ff. de legat. 2.* *Congiarium. Sequioris vitæ. Mediocritas.*

SECTIO V.

De peccatis, & vitijs contra charitatem.

592 Charitati primum, & præcipium contrarium est odium, cuius naturam, & multiplicitatem latè expoluimus lib. 1. elucid. 6. sect. 2. conueniunt theologi posse Deum à non vidente ipsum haberi odio tum abominationis, quo quis nolit Deum esse, quia concipit Deum esse sibi malum vtpote infligentem, vel inflicturum supplicium; tum inimicitiæ, quo insectetur Deum tanquam aduersarium, quia punit. *Odium Dei.*

Est autem odium Dei peccatum mortale, & omnium maximum, quia opponitur virtuti maximæ in genere moris, & in vi obligandi, nempe charitati Theologicæ: nec admittit paruitatem materiæ, vt tradit Hurt. de charit. disp. 8. diff. 3. charitati etiam opponitur *Accedia*, seu *Accidia*, quæ est pigritia, seu tædium, seu tristitia, qua nobis abominamur bona spiritualia ob ipsorum difficultatem & laborem, vel in eis exequendis, vt opera bona, vel in eis acquirendis, & conseruandis, vt gratiam, & virtutes infusas. *Accedia. Accidia. & pigritia.*

593 Quærenti discrimen inter Accidiam, & Pigritiam? Respondet Azor. tom. 1. lib. 4. c. 18. q. 5. ex S. Thoma 2. 2. q. 35. a. 1. Accidiam esse anxietatem, & mærorem, quo quis conficitur: Pigritiam esse ignauiam, & desidiam, qua quis officium deserit. Addit quod Pigritia res diuinas refugit, vt laboriosas, difficiles, aut molestas: Accidia verò easdem aspernatur, ac respuit nulla etiam laboris, difficultatis, aut molestiæ habita ratione.

Vnde si Accidia vox Latina foret, deduci posset ab acore, itaut sicut res, quæ acescunt, fastidimus, & resurgimus, sic res bonas quasi acescentes cum tædio quodam auersemur, & respuamus. S. Gregor. lib. 31. Morac. c. 31. docet quinq; esse filias accidiæ, nempe desperationem, Pusillanimitatem, Torporem animi, Rancorem, & Euagationem mentis: quæ omnia (vt ait Azor. cit. q. 6.) ex genere suo lethalia sunt, quod multum aduersantur charitati. *Accidiæ filiæ.*

594 *Inuidia*, & *Inuidentia* apud Doctos pro eodem accipitur, quamuis nonnulli velint ponere discrimen, tanquam *Inuidentia* inuidi duntaxat sit, *Inuidia* vtriusque nempe eius qui inuidet, & eius cui inuidetur. Dicitur à nimis videndo fortunam alterius. Nam qui inuidet, oculos, & animum in eos, quibus inuidet, continuò intentos habet. *Inuidentia. Inuidia.*

Appellatur *Liuor*, qui est color niger contractus ex percussione, & contusione, quasi inuidus bonis alterius tabescens nigrescar. Si igitur loquamur cum Latinis, & Philosophis, Tullio 4. Tusc. & Arist. lib. 2. Rhetor. cap. 10. Inuidia est tristitia ex prosperitate alterius, quæ nihil inuidenti nocet. Nam si doleat de prosperitate aliena, quia alterius persona ipsi displicet, est *odium*: si doleat, quia ab eo iniuria affectus sit, est *ira*; si doleat, quia ab eo sibi aliquid mali timeat, est *metus*: si doleat, quia alter bonis indignus potiatur, est *Indignatio*: si doleat, quia ipse concupierat, nec assecutus est tale bonum, est *æmulatio*: & habet particulares significationes 44. *dist. scimus*. *Liuor. Odium cum inuidia. Indignatio. Aemulatio.*

595 Theologicè loquendo ex doctrina S. Thomæ 2. 2. q. 36. a 1., & Alens. 2. p. q. 15. mem. 8. Inuidia cum charitate pugnat, ita tamen vt non opponatur charitati in se eo modo, quo odium, sed charitatis effectui. Nam sicut Charitas parit Lætitiam, ita inuidia tristitiam de bonis alterius, proindeq; lethalis est in suo genere. Teste Nauarro c. 23. num. 118. licitè tristor de bono alterius, vt ab eo mihi imminet malum. Item, vt tale bonum mihi deest, & habere illud cupio, siue alius habeat, siue non. Item, quia alter eo bono indignus est.

At si tristor de bono alterius, quatenus impedit, vel minuit propriam meam gloriam, vel honorem, vel laudem, vel excellentiam, vel commodum, inuidia est. Dolere de bono alterius, quia alter tali bono indignus est ab Arist. 2. Rhet. cap. 11. dicitur *Nemesis* & vocatur in quæstionem, sit honesta, *Nemesis.*

an

an non? Suar. de char. disp. 6. sect. 4. num. 2. & 3. respondet licere talem dolorem, quando ex indignitate alterius sequatur detrimentum aliorum: secus si in tali indignitate præcise sistatur, quia ipsa non sufficienter cohonestat dolorem de bono alieno. Iure numeratur inuidia inter capitalia vitia, teste S. Greg. lib. 32. & S. Thoma 22. q. 36. a. 4. quia gignit quinq; alia vitia tanquam filias, nempe odium, Detractionem, susurrationem, lætitiam de rebus aduersis, & tristitiam de prosperis alienis, quæ omnia ex suo obiecto lethalia sunt.

596 Est etiam oppositum charitati, quod Græci vocant *Scandalum*, Latini offendiculum, offensionem, impactionem, & ruinam. Docet Petr. Hurt. de char. d. 171. §. 2. ex Valent. d. 3. q. 18. p. 1. scandalum propriè significare exiguum lignum intra muscipulam inescatum: quod arrodens mus, & mouens efficit vt asserculus cadat, obstruatq; muscipulæ os, nemius effugiat. Inde per metaphoram scandalum dicitur qui suo motu est causa, vt alius in peccatum cadat, quo conclusus intereat. *Scandalum.*

Verùm sicut scandalum apud Latinos significat tria: 1. offendiculum, quod in via obijcitur. 2. offensionem pedis, quæ ex offendiculo nascitur. 3. ruinam, quæ ex offensione sequitur: ita metaphoricè apud Theologos sumitur tripliciter, 1. pro dicto vel facto alterius, quo proximus offenditur. 2. pro ipsa proximi offensione, seu propositione peccati. 3. pro ruina, seu lapsu in peccatum, quod ex tali offensione gignitur. Acceptum 1. & 3. modo est duplex, alterum actiuum, & alterum passiuum. *Scandalum actiuum* se tenet ex parte scandalizantis & definitur à S. Thoma 2. 2. q. 33. a. 1. Opus minus rectum præbens proximo occasionem ruinæ. Dicitur minùs rectum siue verè, siue apparenter, quia debet tale esse vt moraliter influat in peccatum alterius. *Scandalum passiuum* se tenet ex parte scandalizati, & est lapsus, seu peccatum eius, qui scandalizatur. *Scandalum acceptio. Actiuum scandalum.*

Scandalum passiuum subdiuiditur in scandalum *datum*, quod nempe oritur ex scandalo actiuo alterius inducente, & in scandalum *acceptum*, nempe quod sequitur, seu potius accipitur ex opere alterius, siue bono, siue malo non inducente. Hoc scandalum acceptum rursus subdiuiditur in scandalum Pharisæorum, quod scilicet nascitur ex malitia scandalizati, quo pacto scandalizabantur Pharisæi ex verbis Christi, & in scandalum pusillorum quod oritur ex infirmitate, qualis est vel nimia passio, vel ignorancia scandalizati. *Passiuum. scandalum. Datum scandalum & Acceptum scandalum.*

597 Debemus etiam ex Sanch. lib. 1. Decal. c. 6. a num. 3. diuidere scandalum in speciale, & generale. *Speciale* committitur quando quis occasionem ruinæ eo animo præbet, vt alter in peccatum incidat. Nam speciale peccatum habere debet cum speciali virtute specialem oppositionem, qualem habet scandalum cum correctione fraterna. Vnde sicut hæc, vt sit specialis virtus, intendit spirituale bonum proximi, ita illud vt sit speciale peccatum intendit spirituale malum. *Generale* committitur quando quis inducit ad peccatum siue consilio, siue suasione, siue exemplo, non eo fine vt alter in peccatum incidat, sed alio quocunque proindeque reducitur ad eam peccati speciem, ad quam inducit. Vnde qui furatur, & suo exemplo incitat ad furandum, est reus duplicis furti: non tamen tenetur restituere furtum ad quod exemplo incitauit: sicut nec erit irregularis, qui suo exemplo incitauit ad occisionem de facto secutam, nec erit excommunicatus, qui suo exemplo incitauit ad percussionem clerici. Quia à tale exemplum non perfectè influit. *Speciale scandalum. Generale scandalum.*

598 Diximus ab scandalo nasci occasionem peccati: Exponamus quid sit *Occasio*. Hæc apud Latinos est opportunitas temporis casu proueniens: & definitur à Tullio 1. de Inuent. in hunc modum: Est pars temporis habens in se alicuius rei idoneam faciendi, aut non faciendi opportunitatem. Apud Iuristas aliter, atq; aliter accipitur, vt tradit Card. Tusch. pract. concl. tom. 2. lit. D. concl. 378. Importat causam remotam, & impulsiuam, vt docent Tiraq. tract. cessante caus. limit. 13. n. 8. & Menoch. cons. 395. n. 25. *Occasio quid sit.*

Vnde quando paret legat aliquid filiæ occasione dotis, non dicitur legatum conditionale pro dote, vt debeant expectari nuptiæ, sed debetur simpliciter. Differt igitur occasio à causa dupliciter 1. quia causa sumitur pro finali, occasio pro impulsiua, vt notat Tiraq. num. 4. Quid vero sit causa finalis, quid impulsiua, exposuimus l. 1. elucid. 1. sec. 2. num. 18. 2. quia causa consistit in iure, occasio verò in facto, vt ex Felino ad *Cap. solitæ num.* 2. refert Tusch. dict. concl. 318. n. 5.

599 Apud Theologos occasio sumitur pro opportunitate, quam quis habet, vel alteri præbet suo exemplo ad peccandum, & vocatur à Syluestro V. eod. causa insufficiens est quæ duplex, teste S. Thoma 4. quod d. q. 12. nempe data, & accepta, seu alijs verbis, actiua, & passiua. *Actiua* censetur quando quis est quasi coadiutor in peccato faciens aliquid indebitum; vnde alius sumit exemplum, & occasionem malè operandi. *Passiua* est, cum quis facit quod debet, & inde alius sua malitia sumit ansam, & occasionem peccandi. Prior illicita est, non posterior. Si loquamur de occasione, quam quis habet ad peccandum, duplex est, altera proxima, altera remota. *Occasio actiua. Passiua occasio.*

Occasio proxima (vt exponit Suar. de pænit. disp. 32. sec. 2. num. 4.) illa censetur, quæ vel ex suo genere talis est, vt frequenter inducat homines similis conditionis ad tale peccatum,

vel

vel certè vt experimento constet in hoc homine habere talem effectum. Communiter reputatur occasio proxima, concubina intra domesticos parietes detenta, per quam fit homo absolutione indignus, dummodo sine scandalo, vel magno incommodo expelli possit *Occasio remota* illa dicitur, quæ proxima non est, proindeq; non frequenter inducit homines ad peccandum, qualis v.g. aspectus fœminæ ad fenestram accedentis, vel in via occurrentis.

Remota occasio.

Ansa.

600 *Ansa* pro occasione vsurpari solet: & quidem Latinè est auris vasis, vtrinq; prominens, quæ scilicet manibus teneri solet. Apud Iuristas est nodus cursilis, & facilis ad soluendum, ita factus quod si rectè trahitur caput fili, omninò solutus est, vt notat Bart. in C. cum olim, de verb. sig. Propriè autem dicitur illud, quo quippiam prehenditur, ac tenetur *L. in rem. §. 2. ff. de rei vendica.*

Incentiuum

Incentiuum in iure Canonico *Cap. vt clericorum, de vita, & honest.* cler. vbi sic: ne facilitas veniæ incentiuum tribuat delinquendi. Et idem valet atq; appetitus, seu audacia ad peccandum. Apud Latinos *Incentiuum* est stimulus, seu incitatio ad rem aliquam: propterea quod milites ad bellum intentione tubarum prouocari soleant. Nam *Incentio* est cantio seu Cantilena, teste Gellio l. 4. c. 13. Hinc apud Varronem l. 1. de re rusti. c. 2. *tibia incentiua* est quæ à dextra canit: sicut *succentiua* quæ à sinistra succinit. *Incentor* ab Alex. Scot. v. eod. ideo appellatur, quia ipse alios praua suggestione succendit ad vitia, & persuadendo inflammat.

Incentio, Tibia incentiua. Tibia succentiua.

Incentor.

601 Sunt alia, quæ charitatem violant, nempe schisma quod iam satis exposuimus n. 549. & modo addimus scissuram, diuisionem, & partitionem. *Scissura*, & *Scissio*, à verbo scindo, est ruptura, apertura, seu diuisio: & accipitur pro schismate *cap. licet de elect.* Vbi sic habetur. Per improbæ ambitionis audaciam grauem passa est Ecclesia scissuram. Diuisio, & partitio quamuis nonnunquam pro eod. sumantur, vt in *L. stipulationes ff. de verb. oblig.* tamen authore Accursio ad §. 2. Instit. de obligat. *Diuisio* est innumerabilis materiæ breuis compositio: sic diuisio propriè est generis in suas species. Partitio verò totius in partes. *Diuisio à capite* in graue nocumentum Societatis, est casus reseruatus in Societate Iesu, inter alios qui habentur in Congreg. 5. decr. 45. & 46. in editione Romana anni 1615. & 51. & 52. in editione Antuerpiensi anni 1635. & in ord. gener. c. 4. Quid ibi intelligatur nomine diuisionis, desumendum est ex Suario tract. 3. de Char. disp. 12. sec. 1. & alijs qui agunt de schismate, & primo Canone Bullæ Cænæ. De alijs contrarijs charitati, qualia sunt contentio, discordia, seditio, rixa, duellum, & similia, agemus elucidat. sequenti quam de bello instituemus.

Scissura. Diuisio & partitio.

Diuisio à capite.

ELVCIDATIO III.

De Bello.

Qvoniam ad materiam charitatis spectat tractatus de bello, & multa concernentia ad bellum charitati, & paci opponuntur, consentaneum duxi subnectere præcedenti hanc elucidationem, vbi belli naturam, & nomina, duces, ac milites, arma, munitiones, & quæcunq; alia militaria exponam. Agit de bello S. Thomas 2.2. q. 40. 41. & 42.

SECTIO I.

De nominibus belli, & eiusdem consectarijs.

602 Bellum dicunt aliqui per antiphrasim, quia minimè bellum, sicut dicitur lucus, quia minimè lucet. Alij dictum volunt à duello, mutatis literis d. & v. in b. Alij dicunt à bellua quòd belluarum sit mutuo se laniatu conficere. Bellum apud Latinos est propriè dissentio hostilis per quam arma mouetur, & significat totum tempus, quo homines sunt in militia: per quod a prælio distinguitur: *Prælium* enim est certamen ipsum, seu actualis dimicatio, in bello, dictum à prælo quia sicut in prælo humor vuarum, ita in prælio sanguis hominum fluit. *Bellum, & prælium.*

Innuunt discrimen hoc Virg. 11. Aen. Infantem fugiens media inter prælia belli: & Liuius apud Calep. V. bellum, dum refert Populum Romanum nullo bello, multis verò prælijs victum esse. Apud Legistas belli appellatio sumitur dupliciter scilicet pro ipso conflictu, vt in *L. bello ff. de excusat. tut.* & pro tempore militiæ, vt *Instit. de excusat. tutor.* in princ. Apud Canonistas, vt colligitur *ex causa* 23. q. 2. bellum iustum est illud, quod fit de præcepto principis pro rebus repetendis, vel propter iniuriam repellendam. Septem autem genera bellorum numerat Archid. in Rosar. 23. q. 2. c. & iustum Apud Theologos bellum est pugna exterior, quæ exteriori paci repugnat, commissa inter duos Principes, vel inter duas Respublicas. Per quod (inquit Suar. de Char. disp. 13. init.) distinguitur bellum à seditione, rixa, & duello: quasi pugna inter principem, & suam rempub., vel inter ciues ipsos, appelletur seditio: inter personas priuatas vocetur rixa aut duellum.

603 *Seditio*, vulgo motim, vt tradit Glos. in *Rub. de seditiosis* dicitur à sedo, as, per contrarium. Ego subscribo M. Tullio l. 6. de Rep. Vbi declarat seditionis proprietatem a dissensione ciuium dictam esse, quòd seorsum eant alij in alium, & dicatur seditio, quasi seorsum itio. Hinc S. Greg. hom. 35. in Euang. innuit differentiam inter bella, & seditiones: *Seditio.*

ditiones: Bella (inquit) ad hostes pertinent, *Bellum, & seditio.* seditiones ad ciues. Rectè igitur seditio definitur in iure ciuili, quietis publicæ perturbatio *l. 1. & 2. C. de seditiosis*. Seditionem concitantes nempe *seditiosi* capite plectuntur, vt notatur *l. denunciamus C. de his qui ad Ecclef. confug.* *Seditiosi.*

Qui verò in iure dici debeant seditiosi, tenent Bart. & Io. Bap. Cast. ad *l. Capitalium §. famosos ff. de fur.* *Seditionarius.* *seditionarius* dicitur excommunicatus, qui turbat Ecclesiam per forinsecam potestatem 11. *q. 3. c. 7.* Ciues qui defendunt bonum commune resistentes perturbatoribus reipublicæ (vt notat Albericus in Diction. V. seditio) non sunt dicendi seditiosi sicut nec rixosi, qui se ipsos defendunt.

Rixa. 604 *Rixa* nomen fictitium est à ringendo, quod canum est quando irritantur. Definitur Pugna inter priuatas personas: & intelligitur facto, non verbis tantum *L. si ex plagis §. 1. ff. ad l. Aquil.* & *l. si rixa ff. de sica.* ex litibus, & contentione nascitur *L. seruus ff. de actus & oblig.* & est saltem inter duos *L. si non conuitijs C. de iniur.* *Rixosus. Rixari.* Hinc *rixosus* quòd contentiosus facto, & *rixari* quod iurgari, seu contendere factis, & non solum verbis.

Duellum. Monomachia. *Duellum* quod Græci *Monomachiam* vocant, dicitur quasi duorum bellum, quamuis non fit duorum tantum, sed multorum quando à duobus partibus de victoria contendentibus dimicatur. Duellum in iure est singularis pugna quæ fit propter probationem veritatis, itaut qui vicerit probasse credatur, & victus *Singulare certamen.* in probatione defecisse, ac si per testes quis intentionem suam fundasset *Cap. 2. de purg. vulga.* Vnde apud Sanch. lib. 2. Dccal. cap. 39. num. 1. duellum non est propriè quodlibet duorum certamen sed quando suscipitur ad veritatis indaginem vt victor reputetur innocens, & habere ius in lite. Prosequitur idem author ibid. causas duelli liciti, & exponit pænas duelli illiciti. Trid. sess. 25. de refor. c. 19. fertur excommunicatio contra omnes temporales dominos, qui locum ad monomachiam in suis terris concesserint: quæ extenditur ad ipsos qui in duello pugnant, & eos qui consilium dederint, aut sua fuerint, aut spectatores adfuerint. Vide Suar. de censur. disp. 23. sec. 7. num. 11. qui notat disp. 13. de char. sec. vlt. num. 1. singulare certamen vel committi quasi repente & casu; vel ex partium conuentione, & consensu atq; si sic fiat cum certis conditionibus publicis, vocari duellum, si verò priuatim, vocari *diffidationem* vulgo *desafio*. *Diffidatio.* Quando liceat & non liceat ibidem resoluit.

Certamen. 605 *Certamen* est conflictus qui fit inter duos, vel plures; & accipitur tum pro priuata contentione, tum etiam pro re ipsa de qua certatur. Legistæ accipiunt pro ludo, in quo est contentio, vbi etiam victori ab agonotheta præmium proponitur *L. liberto ff. de ann. legat.* Apud eosdem *Certatores* dicuntur monachi, *Authen. de noua §. cogitandum.* *Certatores.* Vnde certare est pugnare quasi certum se dicens habere: quod fit etiam disputando *L. quo certatum C. de posthum. hæred. instit.* Apud Ciceron. in 2. Catil. certare cum vsuris fructibus prædiorum dicuntur, quorum vectigalia vix, aut ne vix quidem vsuris persoluendis paria esse possunt. *Conflictus* est pugna commissa cominus per quandam collisionem corporum, & armorum. *Conflictus. Confligere.* Habetur. *L. fin. C. de Comit. episc.* Nam *confligere* est acriter pugnare, cum dimicando se homines inuicem sternunt. Sumitur pro litigare *L. damus C. de fal.* Parum distat Congressus, & Congredi. Nam sumuntur interdum pro conflictu, & confligere, sed non cum tanta acrimonia.

606 *Pugna* est nomen magis latè patens, vt extendatur ad significandum tum bellum, *Pugna. Pugnare.* tum rixam, & quodcunque genus certaminis atq; conflictus. Dicitur à pugno. Veteres enim authore Donato, ante vsum ferri, & armorum, pugnis, & calcibus, & morsibus, corporumq; luctatione certabant. Hinc *Pugnare* pro dimicare & pugnam committere. *Militia* quandoq; bellum, quandoq; rem militarem significat: & interdum accipitur *Militia.* pro exercitio, & vsu armorum.

Apud Iuristas est duplex, alia secularis, *Secularis militia.* alia spiritualis. 59. *dist. si officia & 33. q. 8. reprehensibile.* Secularis dicitur armata, vt habetur *L. militiæ armatæ C. qui dare tutor.* *Armata militia.* Vbi notat Glos. dici armatam ad differentiam inermis, idest spiritualis, de qua *C. de Episc. & cleric. Authen. presbyteros 2.* Sub seculari continetur Equestris, Pedestris, Legalis, & aliæ, de quibus Alberic. dict. v. militia. Sumitur pro duritia *L. 1. ff. de milit. testam.* Alio sensu, & significatione accipitur militia in varijs locis iuris nempe *L. Lucius 5. ff. de legat. 2. l. fin. C. de pign. & hypoteb. l. omni modo §. imputari. C. de inoffic. test.* & *Authen. de exhiben. reis §. optimum.* In quibus, reste Molina de iust. tract. 2. disp. 241. init. Militia appellatur dignitas, aut publicum officium, *Militia quod offic iū publicum.* ex quo annuatim, aut alijs temporibus emolumentum aliquod percipitur. Et quidem ex Glos. ad l. citatam C. de inoff. test. Militia est reditus aut officium vnde reditus prouenit.

607 *Tumultus*, de quo fit mentio in iure ciuili *l. 2. ff. ad legem Iuliam maiest.* & *l. pen. ff. ad l. Corn. de Siccarijs*, *Tumultus.* dicitur quasi timor multus, & propriè est bellum aliquod subitum, quod ob periculi magnitudinem, hostiumq; vicinitatem, magnam vrbi trepidationem incutit. Eleganter describit tumultum M. Tullius 8. Philip. Quid aliud (inquit) est tumultus nisi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur? Vnde & nomen ductum Tumultus quasi timor multus. Hinc *tumultuarij milites*, *Tumultuarij milites.* raptim & festinanter electi; & coacti.

Tu-

Tumultuarius exercitus, qui quasi tumultu quodam præparatus est. *Excursiones* apud Tullium pro lege Manil. sunt quædam subitæ irruptiones quando milites (inquit Liuius 1. ab vrbe cond.) in fines hostiles excurrunt populabundi magis, quam iusti more belli. *Naumachia* est nauale bellum, seu naualis pugna, & interdum accipitur pro loco pugnæ ipsius. *Colluctatio* est pugna seu certamen quod committitur dum aliqui simul luctantur pugnis vel calcibus: aut certe quando pugnantes non stant certo loco *L. qua actione §. si quis in colluctatione ff. ad leg. Aquil.* Vbi Glos.

Excursiones. Naumachia. Colluctatio.

608 *Discordia* est dissensio cordium, seu voluntatum, & opponitur directè concordiæ, quæ in consensu voluntatum consistit primariò; consequenter etiam iudiciorum, actionum, & sermonum. Est licita quando versatur circa malum, vt quod quis dissentit à voluntate alterius volentis malum: & est illicita, quando versatur circa bonum, in quo est obligatio consentiendi.

Discordia.

Seminator discordiarum dicitur qui est occasio dissensionis inter aliquos. Ita Hurt. de char. disp. 9. diff. 1. & Suar. de char. disp. 11. sec. 1. *Contentio* apud eosdem authores est discordia externa, quæ fit tum verbis, tum scriptis: Lusitanè dicitur *porfia*, Est licita quando est circa malum, siue practicum, siue speculatiuum, vt circa iudicium hæreticum, siue praticum, vt circa quodlibet opus malum: & illicita, quando est circa bonum siue speculatiuum, siue practicum, quando est obligatio non contendendi circa illud. Contentio circa veritatem quando non fit animo illam oppugnandi, sed solum gratia disputationis, & vt in doctrina crescamus, licita est.

Seminator discordiarum. Contentio.

Iurgium apud Latinos est dissensio leuis, Ex Ciceron. l. 4. de Rep. differt iurgare à litigare, & iurgium à lite, quoniam iurgium leuior res est. Siquidem inter beneuolos, & propinquos dissensio, *Iurgium* dicitur: inter inimicos dissensio *lis* appellatur. Apud Iuristas sumitur iurgium pro lite *l. fin. C. de Episc. & cleric.* Item pro causa ciuili *l. nulla C. de procur. & l. pen. ff. de verb. sign.*

Iurgium. Iurgare & litigare.

609 Bellum iustum pro vtraque parte (vt tenent Azor. tom. 3. lib. 2. cap. 7. q. 28. & Hurt. de Char. disp. 9. diff. 9.) euenire potest formaliter nempe ex conscientia inuincibiliter erronea illius partis, quæ non habet ius pugnandi: tunc enim sine peccato vtrinque committitur: at bellum iustum pro vtraq; parte materialiter, & à parte rei dari nequit. Nam si quis habet verum ius inferendi bellum, siue reparatiuum, siue offensiuum, siue defensiuum, alter licitè bellare non potest. *Intestinum prælium*, de quo *l. 2. C. de veteri iure enuclean.* est intimum, cum ciuitas veluti in sua viscera coniurat: & alio nomine ciuile vocatur. *Intestinum vulnus*, de quo fit mentio *L. lege C. de legibus hære. lib. 12.* idem valet atq; vulnus incognitum, seu non apparens.

Bellum iustum formaliter. Intestinum bellum. Intestinum vulnus.

SECTIO II.

De ducibus, alijsq; primatibus belli, & militibus.

610 NEc animus, nec nostrum institutum est persequi omnia genera ducum, & militum, sed eorum tantum nomina, quæ ius canonicum, & ciuile agnoscit. Præcipuos belli primates nempe Imperatorem, Ducem, & Marchionem, inuenies lib. 1. elucid. 11. sec. 2. Magistrum, Præfectum, Præpositum, Tribunum, Præsidem inuenies elucid. citata sec. 3. *Primipilus* in bello dicebatur qui quatuor centurijs, nempe qui quadringentis militibus præerat. *l. non solum ff. de excusat.* idem dicebatur *primipilaris* vt habetur *l. pater filium ff. de leg. 3.*

Primipilus. Primipilaris.

Verùm Liuius lib. 7. ab vrbe condi. tradit primipilum fuisse centurionem decimæ legionis, quæ erat alijs nobilior: proindeq; mirum non est, authore Alciato, quod Primipilo etiam concederetur militaris annona per capita militum diuidenda. *Primipilarij* dicuntur primi administratores, qui scilicet primò actionem sui officij administrant. Vel sunt qui primum pilum, id est telum, vel hastam portant: & vtroque modo accipitur hoc nomen iuxta Accurs. *C. de primipil. in rub. l. 12.*

Primipilarij.

611 *Chiliarchus* est qui mille militibus præest: nam *Chilias* numerus est qui mille continet. Apud Romanos Chiliarchus accipi solebat pro tribuno militum, sicut *Demarchus* pro tribuno plebis. *Centurio* Græcè Hecatacontarchus est qui centum militibus præest. Glos. *l. centurio ff. de vulg. & pupill. substit.* Centurionis insigne vitis erat, siue sarmentum ex vite. Dicuntur etiam *Centenarij* duces, seu Magistri centum militum, quorum potestas vocatur centena. Quamuis apud Iuristas *Centenarij* sint qui centum milia H. S. in bonis habent, & olim censi dicebantur. Vide Vlpian. *l. 6. de iure patronat.* & ibi interpretes.

Chiliarchus. Chilias. Demarchus. Centurio. Centenarij.

Ducenarij sunt duces, seu magistri ducentorum militum, quorum munus, & dignitatem *Ducenam* appellamus. Pentecontarchus Latinè Quinquagenarius est qui quinquaginta militibus præest. *Decurio*, Græcè *Decarchus* est qui decem militibus præest. Dicitur etiam in iure qui decimam partem de bonis ducit. Item cuius officium quod vocatur *Decurionatus* est pecuniam publicā habere, tractare, exigere. *Decuriones* in Colonijs, & municipijs erant qui Romæ senatores appellabantur, & à nobis vulgo nuncupantur *Vereadores*. Dicti quia erant de ordine curiæ, & officium curiæ administrabant: de quibus est *Rub. ff. de decurion.* Quidam dicunt appellati decuriones

Ducenarij. Ducena. Pentacontarchus. Decurio. Decarchus. Decurionatus.

ex eo

ex eo quòd, cum ciuitates, & municipia construebantur cuiusque loci gratia consilij, decima pars hominũ colligebatur, vt *L.pupillus* §. *decuriones ff.de verb.sign.* dicunt alij decuriones esse ex eo appellatos quòd cum coloniæ ducerentur, decima pars eorum, qui ducebantur, in consilium publicum vocari solebant. Vide Tolet. ad tit.32. Cod.lib.10.num.3. & 4. Vbi latè prosequitur discrimen inter Decuriones, & Curiales.

Duces factionum. *Dromones.*

612 *Duces factionum*, idest malorum operum *l.Constitutiones ff. de appel.* Inter nauales duces recensentur *Dromones*, qui præerant nauibus, ad seruandum traiectum maris: in hoc enim reipublicæ militabant, vt maris transitum tenerent, vel tuerentur *l.2.C.de offic.præf. præt.African.* Eorundem naues hodie *Dromones* vulgari nomine appellãtur. *Limenarchæ* dicuntur principes locorum, in quibus sunt diuersorum regnorum, aut prouinciarum limites. Qui sub his principibus militant, *limitantes milites* vocantur, de quibus infra. *Collimenarchæ* sunt qui confinia oppida, vel ciuitates tenent trans limitem locorum. *Ministeriarij* alio nomine *Ministeriani* dicebantur forte à ministrando, qui præerant castris principum *C.de castren. & minister lib.12* Castrensiani ijdem sunt quòd ministeriani dicti in eodem tit. à castris quibus præerant: vel fuere aulici habentes officium in palatio iuxta ea, quæ dicemus n.446.

Limenarchæ. *Limitanei milites.* *Collimenarchæ.* *Ministeriani.* *Castrensiani.*

Biarchus. *Centarchã.* *Biarceus.*

Est alius ductor qui græcè *Biarchus*, seu Biarcha nominatur, quasi princeps quinquaginta militum, vt habetur *L.3.C.de agend.* in rebus, Vbi apparet biarcham, minoris dignitatis esse, quam *Centarcham*, cui nempe potestas in centum milites est. Dicitur etiam Biarchus, seu *Biarceus* qui comparat necessaria ad vitam totius domus principis. *Metator*, siue Metatus, siuè Mensor de quibus *l. 1. C.de metatis* dicitur qui authoritate principis milites in domibus incolarum collocat, siue in Castris, qua parte debeat quisque tentoria figere, ostendit: & hic *Castrametator* vocatur.

Miles. *Miles verus.*

613 Quod attinet ad milites, imprimis *Miles* dicitur authore Valla lib.6.cap.32. quicunque militiam exercet: sed propriè qui pedes militat, à militia, idest à duritia, quam pro Republ. sustinet: vel à mille quasi millesimus quisque ad militiam ex mille viris electus *l. 1. §. malit ff.de milit.testam.* Est duplex militum genus, teste Syluestro V.Miles: nam alij dicuntur milites impropriè, qui licet habeant insignia obseruantiæ veteris iuxta Bald.in *l. 1.C. qui bo.ce. pos.* tamen non gaudent priuilegij militaribus: fortasse sunt, quos vulgo dicimus soldados dà ordenança. Alij dicuntur propriè milites à militando, de quorum institutione, & priuilegijs Glos.in *l.pen.ff.ex quib.cau.ma.*

Vt quis dicatur verus miles, sex requiruntur, 1.vt non sit negotiator *l.1.C. ne mili. nego. lib.12.* 2.vt examinetur *l.1.C.qui milit. non pos. lib.12.* 3. quod ei ensis cingatur *l.3.ff. de milit. testamen.* 5. stigma, idest nota publica, quæ debet suo brachio inscribi, vel imponi *l.3. ff. de milit. te.* 11. 5. in numero aliorum debet poni, & scribi. *l.ex eo ff.de milit. test.6.* quod talis habeat priuilegium legis concessæ militibus. *Stig.*

Militis appellat.

Militis appellatione in ordine ad bona castrensia, authore Molina to.1.de iust.disp.230. init. Veniunt ministri omnes exercitus etiam scriniarij, tabelliones, & quicunque alij, modò tamen exercitum comitentur. Item qui nauibus, aut triremibus ad pugnam destinatis præsunt, aut remiges, vel nautę, qui in eis sunt, vel aliud munus exercent. Item qui castri, aut alterius loci curam habent, & milites, in eiusdem loci custodiam constituti, esto nullum immineat bellum.

Commilitones. *Cõmilitium.* *Veteranĩ.*

Commilitones, seu *Commilites* vocantur qui simul sunt in militia comites, Sueton. in Cæsa. Nec milites suos pro concione, sed blandiore nomine commilitones appellabat, tanquam & ipse vnus esset ex numero militum. *Commilitium* societas militiæ, quam inter se commilitones habent. *l.29. ff.de Castr. pecul.* Discurramus per varia militum genera, & nomina *Veterani* milites sunt emeriti, idest extra militiam propter sua merita positi. *C. de Veter.in Rub.*

Emeriti. *Exautorati.*

Emeriti alio nomine *Exautorati*, sunt militiæ sacramento soluti, quibus iam donatiuum est persolutum: dicti quòd mereri, hoc est stipendium facere desierint. Modestinus *l. desertorem ff.de re milit.* Emerita stipendia appellantur quæ peracta sunt, vt cum iam milites missionem tanquam Veterani impetrauerunt. *Emerita* verò numero plurali dicuntur etiam præmia veteranorum: in quo sensu procedit L.3.§ sed si ff.de re milit. vt annotauit Budæus. Cinctus pro eo qui ad militiam conscriptus miles fractus est. *L.Titius 25.de milit.test.* Nam moris fuit antiquis, vt togati ciues Romani essent in militia, sed prælium inituri præcingerentur. *Gregarius miles*, idest vulgaris, & vilis *l. vlt.C.de mili.vest. lib.12.*

Emerita stipendia. *Emerita.* *Gregarius.*

Causarij milites. *Missio causaria.* *Castellani.* *Stationarij.* *Statio.*

614 *Causarij milites* apud Liuium 6. ab vrb. sunt morbo, aut debilitate affecti, ob id quæ cessare coacti. Nam in iure Causarij dicuntur, qui causam habent ex morbo, vt muneribus vacent. Hinc *caussaria missio* apud Martianum *l. milites ff. de re milit.* Causaria (inquit) missio est, quæ propter valetudinem laboribus militiæ soluit. *Castellani* sunt milites, quibus limitum custodia erat ab Imperatoribus commissa *l.2.tit.59.C. lib.11.* *Stationarij* dicuntur milites qui vt alicubi teneant stationem, sunt constituti, *Statio* autem modo sumitur pro omni loco vbi naues tutæ stare possunt. *l.1 §.stationem ff.de flum.& ne quid in flum. public.* modò significat vigiliam, vt in *L.deserto de re mil.*

Comitatenses.

Sunt alij qui vocantur *Comitatenses*, & censentur milites stipendiarij à comitatu dicti, quia

Palatini. *Caligatus.*

quia militant non solum, sed in comitatu. At iuxta Alciatum dicuntur *Palatini* omnes, qui eunti Imperatori assistunt. *Caligatus* dicebatur tenuissimæ sortis, & postremarum classium miles: dictus à caliga:nam primæ, & secundæ classis milites ocreas æneas gestabant: *Caliga* autem fuit tibialis ocrea, seu crurum armatura. *Caliga.*

Manipulus. Idem dicebatur *manipularis* hoc est ad manipulos exercitus spectans. *Manipulus* autem in exercitu fuit minima manus, quę vnum sequebatur signum. *L. omne delictum ff. de re milit. tri. & l. de militibus ff. de custod. & exhib. reor.* Sumitur etiam caligatus pro miserrimo. *l. à caligato. C. de nupt.* apud Glos. nam Caligatus est habens ferreas ocreas, vel caligas ex corio.

Cornicularij. 615 *Cornicularij* dicebantur illi milites, qui gerebant cornua, vel aciem in bello. At in *l. 2. C. de prox. sac. scrin.* vt Alciat. tenet, accipiuntur pro adiutoribus principis, custodis, vel officialis. *Emansor miles*, is dicitur, qui extra castra vagatur animo reuertendi: nam si vagatur animo non reuertendi, *desertor* vocatur. *L. desertorē ff. de re milit.* Hinc *Emanere* vt habetur *l. 1. §. is qui ff. de re milit.* est diutiùs extra castra vagari. *Tyro* est nouus miles *C. de tyron. lib. 12.* *Emansor miles.* *Desertor miles.*

Neoptolemus Græcis idem valet quod Latinis Tyro. Hinc *Tyrocinium* est noua militia: at Venuleius in *l. vlt. ff. de Aedil. edict.* pro simplicitate, & rudimento posuit. *Limitanei milites*, de quibus meminit Iustin. *l. quas Deo ff. de offic. præfect. præt. Afric.* dicuntur illi qui sub limenarcha prouinciæ terminos tuentur. Alio nomine vocantur *Limitrophi* iuxta Accurs. in rub. *C. de furu. limit. lib. 11.* & sunt constituti inter castra, & ciuitates, vel confinia oppida, vt limites defendant, & colant. *Munifices milites* dicebantur qui munera militaria subibant: de quibus Alciat. in *L. munus ff. de verb. sign.* *Neoptolemus.* *Tyro.* *Tyocinium.* *Limitanei milites.*

Riparenses. 616 *Riparenses*, habentur in *l. contra C. de re milit.* & sunt milites qui Imperij limitibus excubant aduersus barbaros, putà in ripis Danubij ad tuendas Pannonias contra Sarmatas. *Beneficiarij milites* dicti, qui vacabant officio apud Alex. Scot. in dict. V. Priuilegianus. *Assiduus miles* erat qui asse suo: idest sua pecunia, & sine stipendio militabat. *Beneficiarij milites.*

Nam vox *Assiduus* etiam deducitur ab Asse, in qua deriuatione *Assidui* (teste Gellio lib. 16. c. 10.) dicebantur qui locupletes erant, & facilè, cum id tempus postulabat, munera populo præstabant.

Campaniei. *Companici* milites id est Campaniæ *Cap. Examinata, de coufir. vtili. & Cap. examinata de iudic.* Habentur *Dicatissimi milites* in L. *tam collatores C. de re milit. lib. 12.* & iuxta Glos. ibidem sunt vel ditissimi à dito, as, vel sacratissimi, à dedico, as. *Præsentales milites*, de quibus *L. numerarius C. de Apparit. Magist. mili.* Sic habetur: tam præsentalium, quàm orientalium, iuxta glossam ibidem, dicuntur qui præsentialiter nobiscum sunt. *Duplicarij milites* dicebantur, quibus ob virtutem duplicia stipendia, seu cibaria dabantur. *Paganus* in iure ciuili fere semper accipitur pro eo qui non est militiæ sacramento addictus: Modestinus *l. si ignorans ff. locati & cond.* Si ignorans (inquit) militi quasi pagano locauerit. Vide supra n. 540. *Dicatissimi milites.* *Præsentales.* *Duplicarij*

SECTIO III.

De armis, & munitionibus.

617 ARma dicuntur (inquit Seruius) quòd armos tegant: seu (vt inquit Festus) quod ab armis, idest humeris dependeant: seu ab arcendo quòd his arceamus hostes. Apud Latinos valde latè patent, ita ut sumantur non solum pro bellicis sed etiam pro quibuscunque instrumentis artificum: nam arma rusticorum sunt ligones, rastra: arma coquorum lebes, tripos, olla: sic de nautis, & reliquis. Apud Iuristas arma propriè sunt quibus defendimur: *Tela* etiam quibus impugnamus. *Instit. de public. iudic. §. lex Cornel.* *Arma.* *Telum.*

Verum iam funditur eorum significatio ad omne illud quod manu, & arcu mittitur. *L. armorum ff. de verb. sign.* Vnde armorum appellatione absolutè veniunt non tantum galeæ, scuta, & gladij sed etiam fustes, ac lapides, vt probant Menoch. de arbitr. casu 394. n. 76. & Tiraq. de indicijs in rebus exiguis n. 31. Regulariter tamen veniunt, ea quæ ad offensam, & quæ ad defensam parata sunt. Ordinat, regia Lusitan. lib. 5. tit. 80. §. 1. l. 7. tit. 6. lib. 6. nouæ tecopil. Decian. tract. crimin. lib. 8. cap. 3. num. 14. & cap. 2. num. 7. In odiosis verò, vt si per statutum plectantur deferentes arma, tantum offensibilia continentur. *Armorum appellatio.*

Armorum appellatione neque continetur thorax scorteus, neque cultellus ad scindendum panem, neque Vaginæ ad recondendos gladios, vt videre est apud Barbosam tract. de appel. verb. Appel. 25. Quid intelligatur nomine armorum in statuto ea prohibente latè exponit Azor. to. 1. libr. 5. c. 26. q. 7. & de generali armorum appellatione agit lib. 8. cap. 23. q. 10. An confiscatis armis vaginæ censeantur amissæ? Affirmat Bobadilh. in sua polit. l. 1. c. 13. n. 106. Dens non venit appellatione armorum. Bart. in consf. incip. *Visis statutis*. *Offensibilia arma.* *Dens sit arma.*

618 Accedenti ad species armorum, occurrit *Ferrum* dictum vel à ferendo, quod in agros colendi gratia feratur, vel feriendo quòd cætera eo feriantur, seu domentur. Accipitur non solum pro durissima illa materia qua gladius conflatur, sed etiam pro ipso gladio apud Tull. 1. Tusch. *Ferri appellatione* quatenus in *cao. Ita quorundam de Iudæis* prohibetur deferri ad Sarracenos sub excommunicatione, quam latè exponit Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 23. a q. 3. intelligitur id quod intelligit ius ciuile. *Ferrum.* *Ferri appellatio.*

Castramentor. *Castrum.* tentoria *l.4.§.emansor ff. de re milit.* Hinc *castramentor*, idest pono, figo, & diuido castra. In numero singulari *Castrum* locus est muris munitus, & Bart. ad *l.1.§.siue de ope. no. nunt.* Castrum *Castri appellatio.* à Villa distinguit. *Castri appellatione* venit quod cinctum est mænibus: imò & territorium quatenus habeat, & molendina, etiam si non sit dictum cum pertinentijs. Ita Menoc. cons.401. num.58. Notat autem Tuschus lit. C. concl. 116. num. 37. hodie castra communiter habere territorium, & pertinentias de consuetudine, vel ex priuilegio, vel ex statuto, proindeque castri appellatione venire territorium cum iurisdictione cohærente ipsi castro tanquam accessorium.

Castri appellatione veniunt omnia incorporalia, vt iurisdictio, ius patronatus, honor, & districtus, vt tenet Oldrad. cons.252. Vnde vendito, vel concesso castro etiam iurisdictio censetur vendita, & quæcumque infra lapidem territorij continentur dummodo iurisdictio competat ratione rei, & non cohæreat castro ratione personæ. Castri appellatione non veniunt villæ vicinæ castro, etiamsi inuestitura fiat de castro cum iuribus, & pertinentijs. Quod Tuschus tom.1. lit. C. concl. 116. nu. 13. declarat procedere quando castrum non habet iurisdictionem: secus verò, si habeat.

Castellum. 624 *Castellum* est diminutiuum à castro, & paruus vicus muris circundatus. Sumitur etiam apud Latinos, & Iuristas castellum in aquæductibus pro conceptaculo quodam, vbi aqua recipitur, & vnde diuiditur, proindeque *Diuidiculũ.* *Diuidiculum* appellatur *l.1. §. æquissimum ff. de aqua quotid. & æst.* & *l. Titia §. fin. ff. de leg.2.* *Castellani.* Hinc Castellani dicti qui Castellum habitant, *Castellarij.* & *castellarij*, qui Castellis præsunt *Principia* *Principia castrorum.* *castrorum*, de quibus meminit Martianus. *L. officium ff. de re militar.* dicebantur in quibus principes castra metiebantur.

Principes milites. Fuere autem *Principes milites* primi, qui nempe pugnabant gladijs in principio aciei. Principia igitur appellat lex & tabernacula principum militiæ *l. officium in fin. ff. de re milit.* Dicuntur, munitiones castrorum *cap. vltim. de restit. spolior.* Item munitiones regni, *cap. grandi 2. de suppl. neglig. prælat. in 6.* & sunt munimina, seu munimenta castrorum, cæterarumque rerum, quæ milites siue vallo, siue fossa, siue alio quouis modo ab hostium aduentu muniunt.

Aggeres. 625 Aggeres sunt quædam lapidum, aut terriæ coaceruationes: & sumuntur pro muris, ac vallis, & ijs præsertim munitionibus, quas vulgo diximus *Trincheiras*: in iure dicuntur propriè munitiones, quæ fiunt iuxta ripam fluminis, ne flumen excrescens limites egrediatur. Sic in Rub. *de Nili agger. non rump.* & Bar. ad *l. fin. C. de immunit. nemi. conced. lib. 10.* Apud *Comata chomata.* Græcos *Comata* seu *chomata* sunt quę apud Latinos aggeres. Sic exposuit Vlpian. *L. sufficularij ff. de extraord. crimin.* Chomata (inquit) sunt aggeres quæ solent aquam Niloticam continere. *Fossatum* habetur apud Modestinum *l.3. §.2. ff. de re milit.* per hæc verba: Is qui exploratione emanet, hostibus insistentibus, aut qui a fossato recedit, capite puniendus est. Vbi idem valet à fossato atque à castris fossa cinctis: *fossatum* enim sumitur pro fossa, qua castra cingebantur. *Fossatum.*

Fossa propriè locus est, vnde terra effossa est. Habetur in iure *L.1. ff. de ripar. inundant.* & apud Vlpian. est receptaculum aquæ manufactum ad muniendum castra, vel vrbes, vel alia huiusmodi. *Cuniculus* præter notam significationem illius animalis, quod lepori simile est, sumitur pro foramine, seu meatu sub terra occulto ad suffodiendas vrbes inuento, vulgo dicimus Mina, & *Agere cuniculos* Minar. In iure *L. proculus ff. de damn. infect.* idem valet atque riuus coopertus. Et quidem Plin. lib.9. c.38. pro canali accepit. Denique *stipatus* apud Canonistas est idem atque vallatus, & munitus, vt docet Ioan. Andr. in *Clem. Pastoralis ver. stipatum, de re iud.* *Fossa.* *Cuniculus.* *Agere cuniculos.* *Stipatus.* *Vallatus.*

SECTIO IV.

De vocibus alijs spectantibus ad bellum.

626 Primum de nominibus, randem de pharsibus militaribus, quibus ius vtitur, nobis loquendum est. Quod attinet ad voces, vt auspicemur à nominibus, quæ bello propinquiùs inseruiunt, obseruata methodo, quæ à præcedentibus non abhorreat. *Exercitus*, vt habetur *l.1. in fin ff. de milit. test.* nomen fortitur ab exercitatione. Consonat Vegetius lib.2. causam nominis subdens: Numerus (inquit) militum exercitatur: vnde & re ipsa atque opere Exercitus nomen accepit, vt ei nunquam liceret obliuisci quod vocatur. Multos militum numeros vocat exercitum ius, vt sumitur l.2. *ff. de ijs qui notantur infam.* Ita enim significat militum copias, vt neque vna aut altera cohors, sed plurimæ coniunctæ exercitum conficiant. *Exercitus.*

Iuxta Gloss. ad *l. 2. ff. de his qui notantur inf.* exercitus constat sex legionibus. *Copiæ* apud Latinos accipiuntur pro exercitu: vnde dicebantur copiæ Cæsaris, copiæ Pompei. Apud Iuristas Copiarum negotium, vt reperitur in *l. ob negotium ff. de compen.* iuxta Gloss. ibidem dicitur, cum ille qui præest exercitui mandat alij vt omnem copiam rerum exercitui ministret, quod si non fecit, mandati conuenitur. Quare (teste Alex. Scot. ver. Eodem) dictum videtur pro mercimonijs rerum victualium, quæ ad exercitum deferuntur. *Copiari* pro copias cogere dixit Gellius lib.12. cap.2. *Copiæ.* *Negotia copiarum.* *Copiari.*

627 *Agmen* apud Latinos sumitur pro impetu, sed communiter significat multitudinem ordinatam, qualis esse solet multitudo *Agmen.*

exercitus. Et sic apud Iuristas est multitudo
militum, *vt C. de Iust. in Cod. con.* circa princip.
longè aliter sumitur, *l. pen. C. de aduocat. diuer.* in
Cohors. Gloss. Vbi significat officium. *Cohors* dicta est
a cohortando, vel quia ipse se mutuo ad pugnam frequenter hortetur, vel quia tribunus eam, vt sequatur, hortari soleat. Est illa multitudo militum, quam vulgo dicimus *Esquadram.* Sumitur in iure pro societate *L. 1. ff. ad Leg. Iul. repet.* & *L. 3. de offic. praefect. vigil. in princ.*

Cohortalis. *Cohortalis* est apparitor qui obnoxius est cohorti *l. si cohortalis C. eo tit. lib. 12.* Inter cohortem; alam, & legionem est discrimen imprimis, quòd *cohors, & ala* sunt partes legionis, &
Ala. quidem cohors pars decima: deinde *Ala* est
Turmae equitum. equitum turma: iuxta Gloss. *ad l. 2. de his qui not. in fam.* constans ex triginta equitibus. Sunt igitur alae in exercitu equitum turmae seu ordines, qui circa legiones dextra, laeuaque tanquam alae in auium corporibus constituuntur. Vide Parad. diff. 100.

Legio. 628 *Legio* nomen accepit à delectu militum, proindeq; dicta est a legendo, seu eligendo. Diuiditur in decem cohortes: cohors in
Manipulus. quinquaginta manipulos. Manipulus in vigintiquinq; milites pro vnoquoq; manipulo. *Romanae* legiones dicebantur à numero, & ordine militum, itaut dicerentur Primani, Secun-
Decumani milites. dani, & Decumani milites, qui erant primae, secundae, & decimae legionis. Consule Vegetium de re milit. lib. 2. a cap. 2. Gloss. citat. ad *l. 2. de his qui notant. infam.* sic habet: Legio habet sex millia & centum peditum: & septingentos triginta equites: sic sunt decem cohor-
Cohortes milites. tes, prima vocatur milliaria, & habet pedites mille centũ quinq; Equites loricatos CXXXII. Secunda quingentenaria dicitur, & habet pedites quingentos, & quinquaginta quinque equites, vel sexaginta sex.

Centuria. *Centuria* in re militari constat ex centum militibus, ideoq; praeses centuriae *Centurio* appellatur iuxta ea, quae diximus n. 611. Centuria in agris significat ducenta iugera: quanuis enim initio à centum iugeribus sic appellaretur, postea duplicata nomen retinuit. Torneamenta habentur in iure canonico cap. 1. de torneam. & sunt quaedam nundinae, in quibus milites conueniunt ex edicto, vt temerè congrediantur pro ostensione virium & audaciae.

Classis. 629 *Classis* apud Latinos modò significat nauium multitudinem, modò vnam tantum
Classici. nauem. In iure ciuili pro vna naui accipitur *C. de Classic. lib. XI.* Vbi Imper. sic: classem seleucenam, aliasq; vniuersas, ad officium, quod magnitudini tuae obsequitur, volumus pertinere: vt Classicorum numerus ex incensitis vel accrescentibus compleatur. In quo loco *Classici* (vt ibid. exponit Toletan. nu. 2.) sunt homines adscripti, & deputati ad classes ipsas ducendas: item milites & alij, qui ad pugnandum in classibus necessarij sunt.

Incensiti sunt illi qui censentur iuxta Glos. *Incensiti.*
seu illi qui voluerunt se ministerio pugnae naualis deputare. *Accrescentes* sunt qui supera- *Accrescentes.*
bundant in alijs nauibus. *Nauigium* in iure su- *Nauigium.*
mitur pro ipsa nauigatione *L. qui Romae ff. de verb. obligat.* Vbi sic habetur: idque creditum esse in omnes nauigij dies, ducentos sub pignoribus, & hypothecis. Frequenter verò significat ipsam nauem: imo, & rates nauigij appellatione comprehenduntur *l. 1. §. ait de flam. & ne quid in flumine public.* Dicitur autem *Ra-* *Ratis.*
tis Graecè schedia, nauigium inconditum, & temerè factum, vt trabes connexae, & compactae sine vlla fabrica praebentes vicem nauigij.
A rate dicitur *Ratiarius*, & est non opifex ra- *Ratiarius.*
tium, sed qui ratibus negotiatur, iuxta Budaeum *l. 1. de exer. act.*

630 Vt prosequamur varia nauigiorum genera *Embatae*, seu *Epibates* alio nomine *Epibati-* *Embatae.*
des naues dicuntur, quę vectoribus traijciendis *Epibates.*
aptae sunt *l. 1. §. igitur do exer. act.* Legit Nebriss.
Emphracta, & nauia tecta interpretatur. Pon- *Emphractae.*
tones de quibus meminit Alex. Scot. in suo Diction. à pontibus nomen acceperunt: nam sunt naues Gallorum, quibus in traijciendis amnibus loco pontium vti solent. *Scapha* nauicula ex ligno cauato *l. Scapham ff. de Euict.* *Euict.* Vulgò Batel. Ad nauem spectant, quae sequuntur, *Naualia basa*, apud Vlpian. *l. 19. §. 5.* *Naualia vasa.*
ff. de auro arg. sunt in quibus onero recondita in naues imponuntur.

Nauarchus est nauis praefectus. *Nauclerus*, *Nauarchus*
seu nauicularius iuxta Accurs. *C. de naut. pub.* *Nauclerus.*
spec. transpor. lib. 11. in rub. est quae transportat publicas species. Erat etiam ille qui species annonarias à susceptoribus in prouincia accipere, & Romam, vel in Castra vbi degebant milites, deferre tenebatur. *Proreta* seu *Proreus*, *Proreta.*
de quo meminit Iurisconsl. *l. cotem. ferro ff. de* *Proreus.*
pub. & vectig. dicitur ille, qui prorę nauis praeest.

Trierarchus habetur in iure ciuili *l. secus ad* *Trierarchus*
senatusc. Treb. & *l. 1. de bonor. possess.* & rectè interpretatur nauis, seu potiùs triremis prin- *Trieris.*
ceps. *Trieris* enim est nauis habens triplicem *Triremis.*
ordinem remorum, quae *triremis* vocatur.
Naupegus dicitur nauium architectus *l. vlt.* *Naupegus.*
de vir. imun. *Nauta* est qui ministrat in naui *Nauta.*
eam gubernans, vel ducens vel faciens ea, quae ad vsum eius spectant *l. 1. ff. naut. caup. stab.* In eodem tit. l. debet dicuntur nautae epibatae qui nauem ascendunt, & pro naulo ipsi nautarum officio funguntur.

631 *Mesonauta* est infimae conditionis ser- *Mesonauta.*
uus in naui, sicut *Mediastinus* domi, & dici vi- *Mediastinus.*
detur, quod in media naui residens omnibus praesto sit Inter remigem, & mesonautam esse discrimen, inuitur *l. 1. ff. nau. caup. stab.* Vbi Glos. per remigem (inquit) quo meliùs scit nauigare: per Mesonautam, idest mediocrema: à Meson quod è medium. *Remex* est addictus re- *Remex.*
migãdi muneri. *Naufragium* dicitur quasi nauis *Naufragium.*
fragium, seu fractura *C. de naufrag. lib. 11.* &

est

est naue facta submersio rerum, siue corporum. *Naulum.* *Naulum* est pretium quod soluitur in naui pro vectura. *Nauticum fœnus.* *Nauticum fœnus* habetur *ff. de nau.fen.* per totum & *C.eod.tit.l.cum proponas*, & est quod propter nauticam pecuniam vel quasi nauticam exigitur.

Nautica pecunia. *Nautica pecunia* vt videre est apud Glos. *C. de naut.fen.in rubr.* est quæ periculo creditoris in nauigio suscepto datur traijcienda. Sed quasi nautica est cum periculum mutuatæ pecuniæ in me recipio, si aliqua conditio non existat, putà si piscator non capiat pisces. *Nauticus Tiberiuus.* *Nauticus Tyberinus* est qui nauigar in flumine Romæ vehendo Romam, vel extrauehendo ad castra *C.de naut.Tyber.lib.11.* Deniq; *Nauis appellatio.* *nauis appellatione* licèt iuxta rectum sermonem veniat triremis, Scapha, & quod libet aliud instrumentum aptum ad nauigandum, tamen in confiscationibus non venit scapha, vt cum varijs docet Barbosa de appell.verb. Appel.160.

632 Hactenus de nominibus proximè spectantibus ad bellum. Quæ propinquiùs attinent ad milites, sunt imprimis *Circitores* qui *Circitores.* aliter in iure, aliter vsurpantur à Vegetio lib. 3. de re militari. Ab hoc enim censentur milites qui vigilias circumeunt, vt tribunis renun- *Circuitor.* cient, si qua emerserit culpa: quos Lusitani *Rondas* vocant. Apud Vlpian. *l.quicunque ff. de institoria act.* Circitores appellantur qui merces circunferunt per vicos, & vrbes vendendi causa: & alijs vocibus *Circuitores*, & *Circummeatores* dicuntur. *Circummeator.* Inter transfugam, & proditorem est discrimen: nam *Transfuga* dicitur qui *Transfuga.* transit ad hostes *L.post liminium §.Transfuga ff. de cap.& post lim.reuer.* Proditor est qui secreta nunciat hostibus *l. omne delictum §. Explorator ff. de re milit.*

Feciales. 633 *Feciales* dicti à faciendo: quod belli, pacisq; faciendæ penes eos ius esset. Non enim licebat bellum alicui inferre, nisi hi ex iusta causa susceptum declarauissent, & prius indixissent. *Feciales* à Numa primum instituti sunt, atq; delecti è nobilissimis familijs, qui eo munere per omne vitæ tempus fungerentur. *Fœderati.* *Fœderati* iuxta Accurs. ad *l.non dubito de capti. & post lim.reuer.* dicuntur quibus cum induciæ factæ sunt. Rectiùs tamen dixit Budæus fœderatos esse illos, cum quibus populus Rom. in amicitiam coierat, sociosque appellabat.

Fœdus. *Fœdus* propriè significat pacem, quæ inter dimicantes statuitur, seu feritur. Duo tamen fœderis genera *l.7.ff. de capt. post lim.* tradit Proculus, qui vnum nuncupat æquum, nempe amicitiæ causa factum: alterum iniquum, siue impar, cum pactio fit, vt is populus alterius populi maiestatem comiter tueatur: quasi ex hoc innotescat vtrunq; populum non pari iure esse, sed vnum altero superiorem. His duobus subiungit Liuius lib.34. tertium genus quo scilicet bello victis leges dicuntur. *Pugiles.* *Pugiles* vocantur qui pugnandi artem norunt. *Pyrricharij.* *Pyrrichary* vt videre est apud Bud. in *l. Athletas de ijs, qui nos in fam.* dicuntur saltatores amati, seu Saltatores Pyrrhichæ, quæ est saltatio Græcanica, & imitatur pugnantium motiones, siue ictus declinent, siue inferant.

634 *Obses* nomen accipit ex eo quòd obsi- *Obses.* dionis soluendæ causa dari consueuit, & apud Latinos ille est qui traditur imperio alicuius ea conditione vt si dator obsidis à fide recedat, recipienti sit potestas sæuiendi in corpus, & vitam eius, qui datus est obses. Apud Iuristas, & Theologos teste Syluest. v.eod.n.1. videtur esse homo traditus alicui personaliter in securitatem factæ promissionis: & est duplex alter propriè dictus, vt qui est datus ab hostibus perdens libertatem, nec potens facere testamentum, aut disponere vt liber, de quo loquitur ius *l.obsides ff.de testam.*

Alter impropriè dictus, vt datus ab vna ciuitate, vel nobili alteri ciuitati, vel nobili, non perdens libertatem, nec factus propriè obses, sed vt stet in loco certo donec impleatur promissum. *Explorator* habetur *l.omne delictum ff.* *Explorator.* *de re milit.* Et est ille qui mittitur ad perspiciendum hostes, & sagaciter inquirendum de eorum conatibus. Deducitur ab *Exploro* *Exploro.* quod verbum licet olim significaret nimium ploro, & cum fletu vocifero? postea tamen pro obseruo, & sagaciter inquiro, in vsu fuit.

635 *Hostes* dicuntur ab hostio, *stis*, quod est *Hostes.* *comprimere*, retundere, æquare, vicem reddere; olim dicebantur hostes illi omnes, quos modò peregrinos, & hospites vocamus. Nunc alia est longè diuersa significatio in iure. *Hostes* (inquit Caius *l.234.ff.de verb.sign.*) quos nos appellamus: eos veteres *Perduelles* appella- *Perduelles.* bant per eam adiectionem indicantes, cum quibus bellum esset. Hostes sunt (ait Vlpian. *l. 24.ff.de capt.& post li.*) quibus bellum publicè Populus Roman. decreuit; vel ipsi populo Romano: Cæteri *Latrunculi*, vel *prædones* ap- *Latrunculi. Prædones.* pellantur.

Pro hostili loco, vel agro apud Vlpian. *l.vnic. ff.de bonor.possess.ex test. mil.* legunt alij *Hostico-* *Hostieolo.* *lo*, alij Hostico loco. *Triumphator* apud Iusti- *Triumphator.* nianum, *Instit.in proœm.* id est per victoriam gloriosus. Nam *triumphus* erat pompa solem- *Triumphus* nis quæ fiebat redeuntibus in vrbem cum Victoria. *Victor* est qui vincit, & apud Latinos *Victor.* etiam dicitur qui voti compos est. In iure victor appellatur qui fugat hostes. *Instit.in proœm.& L. Victor C.de sum. Trin.* Dicitur *Palmarium præmium* quod Victoriæ causa datur *l.* *Palmariū.* *1. de Vau. & extraor. cogn.* Deducitur à *Pal-* *Palma.* *ma*, quæ est victoria, siue finis laboris *l. 1. C. de princ. agend. in rebus lib. XXII.* Arbor enim eiusdem nominis victoriam rectè exprimit, quatenus talis naturæ esse fertur, vt onere supposito non flectatur deorsum, sed potius contra onus eleuetur sursum. *Palmati equi* ha- *Palmati equi.* bentur *l.1. C.de grege domin.* & apud Alciat. in præalleg. l.1. ijdem fere sunt, quos vulgo baios

appellamus. Possunt etiam intelligi illi quibus aurigæ vtebantur in circo dicti à palma.

Robur. *Robur* habetur *Instit. de donat.* §. *Perficiuntur* & iuxta Aegyd. de regim. princip. cap.13. est debita proportio omnium suorum membrorum.

Induciæ. 636 *Induciæ* à Latinis dicuntur quædam cessatio à bello ad certum tempus inter hostes pacta: ita dictæ, quod in diem certum à pugnando otium præbeant. Non diffidet Iurisc. *l.49. ff. de capt. & postl.* Induciæ (inquit) sunt cum in breue, & in præsenti tempore conuenit, ne inuicem se lacesserent hostes.

Treuga. Hæc definitio Treuguæ aptari potest: *Treuga* enim (vt ait Syluest. v. eod.) est securitas præstita personis, & rebus ad tempus, discordia non dum finita. Est duplex vna conuentionalis, ex partium conuentione formam accipiens, & seruanda etiam in fidelibus 23. q. 1. noli: altera Canonica, quæ scilicet per ius canonicum inducitur cap. 1. & 2. de treuga, & pace. Apud Gloss. in summa 3. q. 2. Sunt

Induciæ quotuplices. induciæ quintuplices, nempe restitutoriæ, præparatoriæ, citatoriæ, deliberatoriæ, iudicatoriæ, siue executoriæ, quarum explicatio petenda est ab ijs, quæ dixerimus in v. dilatio.

Tessera. Tesseræ frumētariæ. *Tessera* apud Latinos frequenter accipitur pro belli signo. Apud Iuristas *Tessera frumentariæ* frequentissimè vsurpantur *L. Diurnus C. de frumen. Alex. lib. XI. l. mortuo ff. de leg. 2. l. sed & si ff. de iudicijs.* Et erant signa frumentaria quibus exhibitis frumentum à principe dabatur populo Romano, vt hodie nummi plumbei, vel quid simile pro symbolo habetur. Ex quo factum est, vt tessera pro iure percipiendi frumentum ponatur *L. sed & si ff. de iudicijs.*

Sagmen. Gramen. Verbena. Ceraria. Caducea. 637 Præterea ad bellum spectat *Sagmen*, alio nomine *Gramen*, seu Verbena, cuius vsum ius ciuile *l. Sanctum est ff. de rer. diuis.* sic exponit. Sunt Sagmina quædam herbæ, quas legati Romani ferre solebant, ne quis eos violaret, sicut legati Græcorum ferunt ea, quæ vocantur *ceraria*, idest caducea. Apud Paul. *l. 3. §. 3. de offic. præf. vig.* Legitur

Calciatum. Falciatum. *Calciatum* pro *Falciatum*, & est quædam machina instructa falcibus muralibus, quæ scilicet diruendis ædibus inflammatis parantur.

Labarum. *Labarum* apud Alciat. fuit vexillum alijs nobilius, quod ante Imperatores ferri, & à militibus adorari solebat.

Præda. Manubiæ. *Præda* est quod bello capitur *l. antep. ff. de capt. & postlim. reuer.* Hæc vox *Manubia*, quæ idem valet atq; deprædatio, reperitur, & explicatur in *l. fin. C. de modo multarum.* Dictæ sunt manubiæ quod manu capiantur ab hostibus. Habetur *Cannabis* apud Vlpian. *l. 1. de exercitoria act.* & videtur idem, quod *Cannapis* in 7. Censura Bullæ Cœnæ: est her-

Cannapis. Cilicium. ba, & materia nexilis, ex qua non modo texta fiunt, sed etiam funes torquentur. *Cilicium* dicitur textum ex lana caprina ad vsum maxime tentoriorum, siue castrorum. Vnde

Vela cilicina. *vela cilicina* apud Vlpian. *L. quæsitum §. si domos ff. de fund. instr.* Habetur *Clabula* in

Clabula. iure *l. 4. ff. de veter. m.* & Cuiac. ad tit. *de curs. publ.* & est genus vehiculi, cuius vsus præcipuè cernebatur in transitu militum,

Clabularis cursus. legatorum, armorum. Vnde *Clabularis cursus* in constitutione Leonis *l. cursum C. de cursu publ. lib. 12.* *Clades* frequenter accipitur pro cædibus, & mutua profligatione. Est autem id quod Calamitas *l. 1. C. de iure Emphy.*

Missio. Dimissus. Missio. multiplex. Honesta missio. 638 *Missio* apud Latinos est actus mittendi: vnde dicitur Legatorum missio. Significat etiam dimissionem: vnde *dimissus* in iure *l. 2. ff. de his qui notantur infam.* idem valet atq; missus. In re militari multa sunt genera missionum: nempe honesta, causaria, ignominiosa. *Honesta* est, quæ emeritis stipendijs ab Imperatore indulgetur. *Causaria*, est qua quis propter valetudines à laboribus militiæ soluitur: & hic causarius miles appella-

Ignominiosa missio. Superindictum. tur. *Ignominiosa est*, cum quis ob delictum sacramento soluitur. *Superindictum*, vt videre est apud Glos. & Bart. in rub. C. *de superindictum lib. x.* dicitur munus extraordinarium, quod propter necessitatem belli indicitur.

Stipendiū. *Stipendium* est merces militum *l. ager ff. de verb. sign.* & dicitur à stipe, hoc est pecunia.

Commeatus. *Commeatus* de quo est titulus 43. Cod. lib. 12. Vbi Toletan. num. 3. & 6. prout descendit à commeando, est quod vulgo

Saluus conductus. appellatur, *Saluus conductus*, idest transitus liber, vel, accessus liber præstita fide publica securitatis. Significat etiam cibaria, & quæcunq; ad publicum victum pertinent. Hinc *Commeatilis miles* apud Iustinianum *L.*

Commeatilis miles. Stellatura. *quas gratias de offic. præfec. prætorio Africæ*, dicitur qui in stipendij partem accipit alimenta ex commeatu, seu ex alimento publico. *Stellatura* apud Budæum in *l. moris ff. de pæn.* nomen fuit militaris annonæ.

Opinatores. *Opinatores* sunt militaris annonæ exactores *l. missi C. de exact. trib.* Quamuis Codex Norembergensis pro *Opinatores* habeat *Opiniones*. Auxilium militare, quod fertur à militibus habetur *L. 1. C. de his qui latrones.* Et quidem Auxilium dicitur ferri armis, manu, clamoribus, obiectu corporis, & plorando. *L. cum dominus ff. de auxil. brachij secull.* & *l. Episcopale C. de Episc. aud.*

SECTIO V.

De modis loquendi spectantibus ad bellum.

Militiæ nomen dare. 639 Explicatis vocibus, quæ in re militari apud Iuristas frequentiùs vsurpari solent, vertamus calamum ad phrases, seu loquendi modos. *Militiæ nomen dare*, est (inquit

quit Budæus in Annot. ad Paudect.) ad delectum vltro ſe exhibere, nomenque ſuum in militum album deſctibendum edere.

Certamen inire. Publicum certamen.

Certamen publicum inire hoc eſt incipere, aggredi. *Publicum certamen* habetur *L. qua actione §. ſi in colluctatione ff. ad leg. Aquil.*, & iuxta Gloſſ. publicum appellatur quod gratia publicæ lætitiæ fit: vt Ludus graticulotum, & ludus torneamentorum.

Auctorare militem. Auctorati milites. Auctorizare.

Auctorare militem eſt illum obligare ad militiam, & obſtringere ſacramento. Dicuntut enim auctorari milites à duce, vel præfecto exercitus, in illorum verba iurantes. Hinc *auctorati milites*, ideſt obſtricti ſiue Sactamento, ſiue ære ſtipendiario: & *Auctoramentum* ipſa militaris obligatio. Apud Vlpian. *L. & ſi pluribus ff. de auctor. & con. tut.* ponitur Auctoretur pro obligetur. Eſt etiam auctorari, auctorem fieri, & approbare. l. citata. *Auctorizare* eſt cingulo militem vel ordinibus clericum decorare.

Exauctorare militem. Exauctorare clericum.

640 *Exauctorare militem*, eſt militem ſacramento militiæ ſoluere, vel cingulo ſpoliare *L. qui cum vno §. non omnes ff. de re milit.* & poteſt accipi vel in malam partem, ſicut accepit Vlpian. *L. quod ait ff. de ijs qui notam. infam.* Sed & ſi eum (inquit) exauctorauerit, inſignia militaria detraxerit: Vbi exauctoratus notam dedecoris ſubit: in qua acceptione dicimus, *Exauctorare clericum*, pro otdinibus priuare, ſeu degradare. Vel in bonam partem itaut exauctorari idem ſit, atque à militia dimitti, vacationis, & fauoris gratia.

Emeriti. Detruſus. Exarmare. Exarare.

Emeriti enim exauctorantut citra honorum amiſſionem. *Detruſus* in *L. quicunque C. de Epiſc. & cler.* apud Alex. Scot. V. eod. eſt quem Canoniſtæ vocant depoſitum, Latini exauctoratum. *Exarmare* eſt armis ſpoliare *l. 2. ad l. Rhod. de iac.* Sicut in iure *Exarare* eſt idem atque delere: ductum ex more aratri ducendi diruris vrbibus *l. 4. §. 4. ff. fin. regund.* Hæc habentur. Si dicantur termini deiecti, vel exarati, iudex quide crimine cognoſcit, etiam de finibus cognoſcere poteſt.

Pacem rumpere. Mouere arma. Vexillum erigere. Trãſuectionem facere. Militiæ cingulum ſoluere. Lucubrare.

641 *Pacem rumpere*, 1. violare frangere. Apud Bar. in *l. verum eſt ff. de furtis*, Pacem rumpere non dicitur ille, qui facit furtum ei, cum quo pax eſt. *Mouere arma* ſicut notatur *l. vna. C. vt armorum vſus*, eſt arma portare, & bellum inferre. *Vexillum erigere*. 1. eleuare, attollere. De vexillo erecto fit mentio *Clem. de excel. prel. c. 1. §.* Quidam armis. Apud Budæum ad *L. 2. de in ius vocan.* Idem valet *Tranſuectionem facere*, atque equites ſolemniter recenſere, vulgo dicimus fazet moſtra. *Militiæ cingulum ſoluere*, nempe à militia eximi, priuſquam cedat victori aduerſitas præliorum, dicitur *c. 1. de renunc.* in fin.

Locubrare ideſt vigilare, excubate, vigilias agere: & nocti propriè attribuitur. *Inſtit. de leg. §. noſtra*. Vigilare autem magis indiffetens eſt vt dicat vigilias tum diurnas, tum nocturnas. *Vigiliæ* ſunt excubiæ: & quidem militares in quaterna horarum ſpatia diuiduntur, ita vt prima, ſecunda, tertia, & quarta vigilia dicatur. Ipſi cuſtodes qui vigilant, interdum vigiliæ appellantur apud Salluſt. in Iugurt. *Vigiles* ideſt cuſtodes caſtrorum *l. 1. ff. de re milit.* & vide *ff. de offic. præfec. Vigil.* *Eſcubiæ* apud Spiegel. v. eod. aliter ſentientem, vt ipſe ait pro Vigilijs rectè intelliguntur in *L. 1. ff. de offic. præf. vigil.* Sunt enim & diurnæ. Vnde opinor hanc vocem apud Paulum abſolutè poni in *l. qui excubias. de re milit.* Vigiliæ enim tantum ſunt nocturnæ, ſi Vallæ credimus.

Vigilare. Vigiliæ. Vigiles. Excubiæ, vigiliæ.

Pernoctare non eſt totam noctem inſomnem ducere, ſed eſt, per totam noctem alicubi verſari, morati, vel aliquid facere, ſiue vigilando, ſiue dormiendo. *Pernoctare* extra vrbem dicitur, qui nulla parte noctis in vrbe moratur. *L. Vrbana §. pernoctare ff. de verbor. ſign.*

Detrectare certamen. Detrectatio. Deſerere. Deſertio, & deſerta. Deſertor.

642 *Detrectare certamen* ideſt vitare, fugere, auerſari. Vnde *Detrectatio*. l. qui cum §. qui poſt de re milit. pro tali vitatione. *Deſerere* propriè militum eſt, qui relinquunt locum in acie, aut ſine commeatu diſcedunt ex caſtris: vnde eſt *deſertio, & deſertor*, de quibus frequens mentio ff. de re milit. Quamuis autem *Deſertor* propriè ſit miles qui vitio fugæ ſuam militiam deſerit *l. 3. de re milit.* tamen deſertores etiam vocantur clerici, qui propriè Eccleſiæ miniſterijs deſtitutis ad aliam vitio fugæ ſe transferunt. *21. q. 2. placuit.*

Deficere ad hoſtes.

Deficere ad Hoſtes dicuntur qui ab ijs quorum ſub imperio ſunt, deſiſtunt, & hoſtium numero ſe immiſcent. *L. amiſſione, de capit. demin.* Hinc *l. 3. §. multa ff. de iure fiſci*; debitores deficere dicuntur, quorum facultates ita imminutæ ſunt, vt iam ſoluendo non ſint. *Merere ſub aliquo duce* eſt militare, ſeu ſtipendia facere. Sic dixit Sueton. in Iulio: Meruit, & ſub Seruilio Iſaurico. In lib. 49. ff. de re milit. legitur in libris recentioribus, *Militare* pro eo quod in antiquis ſcriptum erat, Merere.

Inſidias tendere. Captio. Appetere. inſidijs. Parare inſidias. Clarigare.

643 *Inſidias tendere* id eſt otditi, nectete, machinari. *Inſidiæ* propriè ſunt doloſa expectatio ad aliquem aggrediendum: dictæ ab inſidendis locis, quæ ad inſidias deligimus. Inſidiæ dicuntur extra contractus: *Captio* in contractibus *l. 1. ff. de mino.* Inſidiæ pro Inſidiantes bellatores *23. q. 2. Dominus Deus noſter*. Habetur *inſidijs aliquem appetere l. liberi C. de inoff. teſta.* Similiter inſidias alicui parare habetur *L. fin. C. ad l. Corn. de Sicar.* Eſt apud Plin. lib. 22. *Clarigare res furto ablatas* clarè repetere, indicendo bellum niſi tradantut: dictum à vocis clatitare, quaſi clarè ago: ſicut *litigo*, litem ago. *Mitigo*, mitem ago.

Clariga-

Clarigatio. Expugnari. *Clarigatio* est illa belli denuntiatio, *Expugnari nauis*, quando dicatur, eleganter exponit ius *L. 6. ff. de incen. ruin. & nauf.* his verbis: Expugnatur nauis, cum spoliatur, aut mergitur, aut dissoluitur, aut pertunditur, aut funes eius præciduntur, aut vela conciduntur, aut anchoræ de mari inuolantur. Exponit Glos. *Inuolantur*, idest furantur. Legit Sypontinus Inuoluuntur. *Marte suo*, idest suis viribus, & non aliunde accersitis adminiculis *l. 1. ne liceat potentioribus*. Gloss. exponit *Marte suo* 1. æqualiter, vel suo ordine. *Endoprocinctu*, autore Testo, dixerunt veteres pro *inprocinctu*, sicut *Endoplorato* pro Implorato, & *Endoitium* pro initium. Significat autem, cum ex castris in prælium itur, procinctos, quasi plinctos, atque expeditos. Nam Romani togis præcincti dicuntur pugnasse.

Inuolantur. Marte suo. Indeprocinctu. Endoplorato.

Postliminio redire. 644 *Postliminio redire* quid sit, exponit Calepinus v. eod. his verbis: Quæcunque à nobis alienata ad hostem perueniunt, cum à nostro limine exierint, si poste ad idem limen reuertantur, postliminio redeunt. Ex quo patet alius loquendi modus nempe *Postliminio recipere:* nam quod bello amisimus, aut etiam circa bellum, hoc si rursus accipiamus, dicimus postliminio recipere. Id enim denotat compositio vocis à post, & limen. Nam postliminio (inquit Festus) receptus est is, qui cum extra limina, hoc est terminos prouinciæ captus fuerat, rursus ad propria reuertitur.

Postliminio recipere.

Quid autem sit postliminium, rectè declarat Azor. tom. 3. lib. 1. cap. 4. q. 5. Affirmans esse ius, quo restituuntur alicui à captiuitate reuerso sua pristina bona, quæ propter captiuitatem amiserat. Videtur desumpta declaratio ex definitione, quæ affertur *l. Postliminium ff. de capt. & postlim. reuers.* in hunc modum: Postliminium est ius amissæ rei recipiendæ ab extraneo, & in pristinum statum restituendæ internos, & liberos populos, reges quæ moribus, & legibus constitutum.

Postliminium. 645 Ex dictis percipitur intellectus verborum textus *L. si quid bello ff. de capt. & postl.* Vbi sic: siquid bello captum est, in præda est, nec postliminio redit. Sensus est (inquit Molin. de iust. tract. 2. disput. 18. §. Ex dictis) si quid bello captum est, in præda est, idest ad capientem pertinet: nec postliminio redit, vt reddendum sit antiquo Domino, à quo hostes illud vsurpauerant. Intelligitur autem de rebus mobilibus & prætere exceptis ijs, quibus postliminij priuilegium concessum est. Conceditur autem nauibus oblongis, atque etiam onerarijs, eo quòd bello inseruiant; non verò piscatorijs, aut alijs agilibus, quæ parantur voluptatis causa; item equis, & equabus, modò fræni sint patientes: hominibus etiam, quos detinebant hostes, modò redeant animo non reuertendi ad hostes.

Denique (vt dilucidiùs explicemus cum Molina citato §. Ex rebus) erat priuilegium postliminij, quo res capta ab hostibus, atque adeo quasi extra limen, & terminum regni perducta cum reuertebatur, siue bello extracta de hostium potestate, siue quacunque alia ratione, perinde reputabatur, ac si nunquam fuisset extracta: atque adeo omnia iura, quæ antea habuerat, obtinebat, eaque ratione si ad aliquem antea pertinebat, ad eundem reuertebatur. Centesimare, & decimare dicitur de militibus quando ita puniuntur vt centesimus, vel decimus quisq; interficiatur. Centesimare. Decimare.

646 *In schola vestis sacræ militare*, quid sit, non inueni ab aliquo explicatum. Habetur *l. 3. C. de Castrensi an. lib. 12.* per hoc verba: Si qui in schola vestis sacræ militant, vel matres eorum, vel vxores criminalem, vel ciuilem litem contra se commouendam in nullo alio; nisi in sublimitatis tuæ suscipiant examine. Loquuntur Imperatores Valentin., & Theodos. ad Comitem Castrensianorum, & ministerianorum, vt ait Bart. ex quo facilè constat eos qui militant in schola sacræ vestis, esse Castrensianos, seu ministerianos, quibus eorum comes tanquam iudex ius dicebat, & ex priuilegio eorum matribus, & vxoribus. Militare in schola. Sacræ vestis.

Schola sacræ vestis dici videtur ex eo quòd Castrensiani in ea militantes gererent in veste militare aliquod insigne, eo modo quo in Lusitania gerunt crucem equites Christi, D. Benedicti, & D. Iacobi. Dicebatur vestis illa sacra eo quòd esset eorum qui deputabantur castris imperatoris, cuius ministerium appellatur sacrum *l. 4. C. de Castren. lib. XII.* Schola sacræ vestis.

Iuxta sententiam Garsiæ Toletani in eadem Rub. 26. Cod. lib. 12. existimantis Castrensianos & ministerianos esse aulicos in palatio, siue prægustatores ciborum, vulgo *Mestresalas*, siue pædagogianos pueros, vulgo *meninos do principe*, siue vestitores, vulgo Camareiros, vel moços da Camara, quorum officium appellatur militia iuxta ea quæ tradimus num. 606. dicendum est vestitores militare in schola sacræ vestis, hoc est exercere ministerium circa vestem sacram. Idest Imperatoriam. Quod verisimilius est. *Credentiarius* idem est atq; prægustator apud Spieg. v. eod. Credentiarius.

ELV-

ELVCIDATIO IV.

De Prudentia.

647 *Postquam D. Thomas 2.2. agit de virtutibus Theologicis Fide, Spe, & Charitate, incipit disputationem de prudentia, quam prosequitur à quæst. 47. vsq; ad 57. Nos igitur sectantes vestigia tanti Doctoris, elucidatis ijs, quæ spectant ad virtutes Theologicas ex nostro munere, elucidationem prudentiæ aggredimur eo ordine, vt primo Prudentiam secundùm se, & eius functiones: mox eiusdem partes siue integrantes, siue potentiales: deinde vitia, & peccata illi opposita: tandem quidquid aliud spectans ad prudentiam explicemus.*

SECTIO I.

De Prudentia secundùm se, & eius efunctionibus.

Prudentia. Prudens.

PRudentia, & prudens dicuntur à porro videndo teste Isidoro lib. 10. Etymol. cap. 5. Prudens (inquit) dicitur quasi porro videns: *perspicax* enim est, & incertorum videt casus. Nam Græci prudentiam *Phronisim* vocant à *phronim*, quod est sapere, & cogitare cum affectu. Hinc apud Latinos prudentia accipitur pro rerum bonarum, & malarum scientia. Tullius S. offic. Prudentia (inquit) quam Græci Phronisim dicunt, est rerum expetendarum, fugiendarum ve scientia. Prudens dicitur quasi prouidens, & interdum sapiens, interdum sciens. Vnde vsitatissimus ille loquendi modus apud Tullium ad Atticum lib. 10. & Plin. lib. 10. c. 29. Omitto prudens: id est sciens, & de industria.

Phronesis. Phronim.

Iuris prudentia.

Apud Iuristas sumitur etiam pro notitia, peritia, & scientia. *L. Iustitia ff. de iust. & iure*, vbi definitur. *Iuris prudentia* in hunc modum. Est diuinarum, atque humanarum rerum notitia iusti, atque iniusti scientia. Sumitur item in malam partem à Canonistis pro carnali concupiscentia *32. q. 1. non enim*, per Ber. & alios. Appellatur *malitia* de Sponsal. impub. c. vlt. Vbi dicitur quod prudentia supplet ætatem. Verùm *36. dist. cap. non dicitur*, Prudens intelligitur non solum literarum peritia, sed etiam negotiorum dispensatione.

Prudens.

Peritia.

Peritia propriè dicitur iuris *Instit. de iure nat.* in princ. Et est peritia in rectè sentiendo *C. de profess. qui in vrbe Constant. lib. 21.* Archidiac. ad *cap. vt commissi de hæret. in 6.* ponit differentiam inter peritos, & prudentes, quòd periti sint literati, & doctrina instructi, qualis censetur Theologus, Canonista, & legista, non ita omnes prudentes. Apud Latinos *peritus, & doctus* ita differunt, vt plus sit esse peritum, quam esse doctum. Tullius de offic. lib. 3. Itaq; cum sint docti à peritis, desistunt facile sententia.

Peritus, & doctus.

648 Apud Theologos sumitur prudentia dupliciter. 1. latè pro omni notitia veri ea præcipuè quæ ratione aliqua mores dirigit: in qua latitudine fidem, Theologiam, & sapientiam comprehendit. 2. Presse ac propriè pro virtute intellectus Cardinali morum directrice: quæ ab Aristot. 6. Ethic. cap. 5. Sic definitur: Prudentia est habitus cum ratione vera circa bona humana actiuus. Dicitur cum ratione actiuus, idest per iudicium rationis, ita vt per illud operetur actus aliarum virtutum, illas in suis actibus dirigendo. Additur circa bona humana idest circa honestum, & turpe, scilicet vt honestum agatur, turpe fugiatur.

Prudentia acceptio.

Ex hac deducunt Philosophi aliam. Prudentia est recta ratio agendorum. Idest notitia honestè agendi, qua rectè dirigantur humanæ operationes. S. August. lib. 1. de lib. arbit. c. definit, Prudentiam esse rerum appetendarum & fugiendarum scientiam. Intelligitur de rebus appetendis, & vitandis in particulari seu in singulis actionibus. Positæ definitiones bonæ sunt: ex illis tamen Less. lib. 1. cap. 1. dub. 1. tradit aliam magis perspicuam: Prudentia est virrus intellectus, qua in quouis negotio occurrente nouimus quid honestum sit, quid turpe. Vide Oroncium lib. 12. cap. 13.

649 Quamuis prudentia sit virtus intellectualis, distinguitur tamen ab alijs, quæ in intellectu subiectantur: nempe à *Sapientia*, quòd hæc sit merè speculatiua, & iudicet per supremas causas, nec postulet rectum affectum: *à fide* quòd hæc versetur circa mysteria diuina, sitq; magna ex parte speculatiua, nec dirigat immediatè nostras actiones: ab *intellectu*, quòd hic sit habitus principiorum, ex quibus aliorum notitia deriuatur: à *Scientia*, quòd hæc sit vniuersalium, nec postulet rectum appetitum: & *ab arte* 1. quòd hæc imprimir praxi, seu operi producto formam artificialem, nec vendicat appetitum rectum; prudentia verò imprimir actioni formam honesti. 2. quòd ars sit recta ratio faciendorum, prudentia verò agendorum, test. Aristot. 6. Ethic. cap. 5.

Sapientia.

Fides notitia.

Intellectus vt habitus.

Scientia.

Ars.

Est autem discrimen inter *Facere*, & *Agere*: nam *Facere* est edere operationem transeuntem in externam materiam, vt fiat aliquod opus, v. g. nauis, domus. *Agere*: est edere actionem immanenrem vnde homo fiat bonus, vel malus. Ita Less. citat. dub. 2. n 14.

Facere, & agere.

650 Quod attinet ad functiones prudentiæ S. Thomas 2. 2. q. 46. a 6. 7. & 8. generatim tres numerat, scilicet benè consultare, benè iudicare, & præcipere executionem. *Consultare* benè, est diligenter inquirere quæ media, & quæ circunstantiæ necessariæ sint, vt opus fiat honestè, & secundùm virtutẽ *Iudicare* rectè est

Consultare.

Iudicare rectè.

est post diligentem inquisitionem, & considerationem rei concludere quid, quo vel modo, loco, tempore, quibusve alijs circunstantijs, sit agendum, vt opus secundùm virtutem fiat.

Per hosce duos actus dicitur prudentia inuenire, & præscribere medium virtutibus moralibus. Quamuis autem per se non præscribat in genere illarum fines, eos tamen præscribit per suum fundamentum, & principium, à quo pendet, nempe per habitum *Synderesis*, qui est notitia principiorum moralium: & ab Azorio tom. 1. lib. 2. cap. 1. q. 5. dicitur recta ratio vniuersè præscribens esse benè viuendum, cuius præscriptum sequitur studiosa voluntas. Deniq; tertia functio est præcipere executionem rectè imperando, quod fit non per imperium propriè dictum, sed per idem iudicium, quatenus præscribit quid & quomodo agendum; mouetque voluntatem ad consensum, & ad opus.

Synderesis.

SECTIO II.

De partibus prudentiæ.

Prudentiæ partes.

651 IN triplici differentia authore S. Thoma q. 48. constituuntur partes prudentiæ: nam aliæ dicuntur subiectiuæ, aliæ potentiales, & aliæ integrantes. Subiectiuæ sunt species, seu inferiora, de quibus vt subiectis prædicatur prudentia, sicut de homine, & bruto animal. Potentiales sunt quædam virtutes prudentiæ adiunctæ, quæ tanquam potentiæ illam iuuant, quatenus ordinantur ad aliquos actus secundarios, & materias, proindeq; sic dicuntur, eo modo potentiæ animæ partes ipsius à Philosophis appellantur. Integrantes, seu quasi integrantes vocari solent ea, quæ ad perfectum actum virtutis concurrere necesse est. Singulas exponam.

Prudentiæ diuisio.

652 Quod attinet ad partes subiectiuas, seu species, prudentia genericè accepta diuiditur 1. in supernaturalem, & naturalem: Supernaturalis seu infusa est quæ limites notitiæ naturalis excedit, pendetq; ex fide, ex virtutibus moralibus sui ordinis. Naturalis, seu acquisita est, quæ per vires naturæ comparatur, pendetq; ex Synderesi, & virtutibus moralibus sui ordinis.

Personalis prudentia. Monastica prudentia.

Diuiditur secundò in personalem, & gubernatricem. *Personalis, quæ solitaria* dicitur, & *Monastica*, est, qua quis propriam personam dirigit, suaq; præ cæteris omnibus curat, se ipsum omni virtute exornans: præscribit enim singulis vt priuatæ personæ sunt, quid faciendum sit. Et per hanc dixit Philos. 6. Ethi. c. 8. fieri hominem absolutè, & simpliciter prudentem. *Gubernatrix* est quæ quis alios gubernat, & subdiuiditur in quatuor species, nempe *Oeconomicam*, Ciuilem, Legis latricem, & militarem.

Gubernatrix prudentia.

Oeconomica, seu domestica est qua quis rectè gubernat suam familiam. *Ciuilis* alio nomine *politica* est qua quis administrat ciuitatem, legesq; seruari curat *Legislatrix*, alio nomine *Nomothetica*, est qua quis leges idoneas condit. Hæc videtur coincidere, vel parum differre ab ea, quam Arist. 5. Eth. c. 8. vocat *Architectonicam*, quæ est in principe ad statuendum leges, & decreta præscribendum quæ subditis quid cuiq; iuxta suum munus, statum, & conditionem sit faciendum, vt totum benè se habeat. *Militaris*, qua militia, à qua nomen accepit, bene regitur. Vide Lessium lib. 1. cap. 2. dub. 1. Molin. tract. 1. de iust. disp. 1. & Asorium tom. 1. lib. 3. cap. 26. q. 3.

Oeconomica. Politica prudentia. Nomothetica. Architectonica.

653 Quod attinet ad partes potentiales, quibus prudentia vtitur ad suum finem, tanquam membris quibusdam, vel sicut anima suis potentijs, S. Thomas q. 51. numerat, nempe Eubuliam, synesim, & Gnomon. *Eubulia* est habitus qui tribuit vim, & facultatem rectè consultandi: id est inueniendi sanum consilium in rebus obscuris, & perplexis. Nam prudentiæ munus è præcipuis est, rectè consultare.

Eubulia.

Synesis est habitus rectè iudicandi de consultatis, idq; ex consideratione principiorum practicorum, legum naturalium, & positiuarum, quarum fines legislator inspexit. *Gnomi* est habitus rectè iudicandi ex principijs quibusdam altioribus contra tenorem verborum legis, tamen iuxta mentem legislatoris. Vnde ab Aristot. 5. Eth. cap. 10. vocatur correctio legis quatenus deficit ob vniuersalem locutionem. Virtus, quæ in voluntate respondet huic iudicio, dicitur *Epijchia* nam sicut Epijchia se habet ad iustitiam ita Gnomi se habet ad prudentiam.

Synesis. Gnomi. Epijchia.

654 Quod attinet ad partes integrantes prudentiæ, non loquimur de habitibus respicientibus diuersam rationem honesti, ex quibus integratur prudentia tanquam totum heterogeneum eo modo quo Metaphysica, vel qualibet alia scientia. Nobis sermo est, vt num. 651. exposuimus de quibusdam functionibus spectantibus ad prudentiam, sine quibus perfectus illius vsus haberi nequit. S. Thomas q. 49. numerat octo, scilicet memoriam, intelligentiam, docilitatem, solertiam, prouidentiam, rationem, circuspectionem, & cautionem.

Memoria est recordatio eorum quæ aliquo modo experti fuimus siue videndo, siue audiendo, siue legendo. Nam hæc valde conducit ad prudentiam, quatenus ex cognitione præteritorum per experientiam facile colligimus quid in præsenti negotio expediat. *Intelligentia* est cognitio præsentium, addita notitia principiorum moralium: Nam vt quis prudenter iudicet, necesse est & præsentem statum rei, & principia moralia cognoscere.

Memoria. Intelligentia.

Doci-

Docilitas. *Docilitas* est affectus, & promptitudo ad discendum. Oportet enim prudentem virum, vt rectè iudicet, expertorum, & antiquorum sententias audire.

Solertia. 655 *Solertia* alio nomine sagacitas, est species bonæ coniectationis, seu repentina mediorum excogitatio: quæ proinde appellatur ab Aristotel. 2. post. cap. 27. inuentio *Prouidētia.* medij tempore breuissimo. *Prouidentia* est consideratio futurorum euentuum, qui possent sequi ex opere, vt quis res futuras ad finem accomodatè disponat, & ordine. Ratio est promptitudo quædam rationandi, & aliud ex alio inferendi. Valde enim conducit ad prudentiam, quòd mens ex antea cognitis ad illa cognoscenda, iudicandaq; progrediatur.

Circunspectio est consideratio circunstantiarum, nequa à desit in opere. *Cautio.* *Cautela.* *Cautio*, seu *cautela* est cura ad remouendum impedimenta, quæ obstare possunt, & vitanda incommoda. quibus res est exposita v. g. nequis in carcerem detrudatur, neve in manus aduersarij incidat. Quare ex prædictis partibus solertia, & docilitas maximè iuuant ad comparandam prudentiam. Memoria, intelligentia, ratio, prouidentia inseruiunt potissimum ad vsum prudentiæ in consulendo, & iudicando. Cautio, & circunspectio ad operis executionem, quæ à prudentia imperatur.

SECTIO III.

De peccatis, & vitijs contra prudentiam.

656 QVamuis omne peccatum, si generatim loquamur, sit contra iudicium prudentiæ, sicut omne opus bonum *Imprudentia duplex.* ex ipsius præscripto: tamen si loquamur magis speciatim ex doctrina S. Thomæ q. 53. duplex est imprudentia, seu peccatum contra prudentiam, alterum quod committitur per excessum, alterum quod committitur per defectum. Peccatur quadrupliciter per defectum, nempe præcipitatione, inconsideratione, inconstantia, & negligentia.

Præcipitatio. *Præcipitatio* est vitium, quo quis proposito aliquo fine statim opus aggreditur, vel certè iudicat de medijs, & modo exequendi, omissa deliberatione. Vnde est contra regulam prudentiæ dictantis, vt priusquàm opus ineatur iudicetur, & deliberetur de medijs, modo, & ordine exequendi. *Inconsideratio* est qua quis iudicat, omissa diligenti inspectione. Repugnat regulæ prudentiæ dictantis vt res de qua ferendum iudicium est, diligenter inspiciatur.

Inconstantia. *Inconstans.* 657 *Inconstantia* est leuitas animi, qua quis sine vlla, l. certe sine iusta causa mutat sententiam. *Inconstans* enim dicitur qui sibi non constat, leuis, mobilis, volubilis. Est igitur hoc vitium contra regulam prudentiæ dictantis rebus seriò deliberatis, & rectè iudicatis esse inhærendum: neq; ob leues causas discedendum. *Negligentia* est omissio diligentiæ requisitæ in actu intellectus excitantis, & *Negligentia.* dirigentis voluntatem, & vires externas ad executionem. Repugnat prudentiæ dictanti vt res deliberata, & iudicata opportuno tempore mandetur executioni.

Si autem sumatur vt omissio diligentiæ requisitæ in ipso opere externo, non est directè contra prudentiam, sed contra virtutem in cuius materia versatur v. g. negligentia in orando est contra religionem. Notat Lessius lib. 1. c. 2. dub. 4. num. 20. in huiusmodi vitijs non dari peccatum lethale. nisi ex accidenti v. g. solum esse lethale, si per inconsiderationem, aut præcipitationem se exponat quis periculo lethalis peccati: per inconstantiam non persistat in eo ad quod tenetur ex voto, aut præcepto: vel, si per negligentiam negligat id, ad quod sub lethali teneatur.

658 Peccatur contra prudentiam per excessum, nempe falsa quadam prudentiæ specie, sex modis. vt docet S. Thomas q. 55. scilicet prudentia carnis, astutia; dolo, fraude solicitudine temporalium, & solicitudine futurorum. *Prudentia carnis* est quæ excogitat media idonea ad opera carnis complenda, vt *Prudentia carnis.* quis viuat secundùm carnem, ad Rom. 8. hoc est sequatur motus, & instinctus naturæ corruptæ. Sicut *Prudentia spiritus* est quæ exco- *Prudentia spiritus.* gitat media idonea ad opera, seu fructus spiritus. Nam sicut omnis virtus habet suam prudentiam veram in suis actibus ad consequendum finem honestum, ita omne vitium habet suam prudentiam falsam, vt dirigatur in suis functionibus ad comparandum finem delectabilem.

Astutia si accipiatur in genere prout indifferens ad bonum, & malum, est ratio aliquid *Astutia.* *Astuti.* agendi modo occulto: *Astuti* enim dicuntur in negotijs qui sciunt modos agendi non passim obuios, vt vel decipiant, vel non decipiantur. In hac acceptione astutia latiùs patet quàm prudentia: cum omnis prudens sit astutus, non è contra. Si accipiatur in specie pro vitio contra prudentiam: est notitia prauorum mediorum ad fallendum idoneorum coniuncta cum affectu exequendi: & vt sic continet artem simulandi, & dissimulandi: Estq; peccatum graue, aut leue pro ratione affectus, cui subest, & damni quod proximo infertur.

659 *Dolus* est astutiæ executio siue verbis, siue factis. Vnde sicut astutia communissimè accepta est indifferens ad bonam, & malam, sic dolus est veluti genus ad duas species, nempe dolum bonum, & dolum malum. *Dolus bonus* est quando quis aduersus latronem, vel inimicum machinatur, multo fortiùs in hostem publicum 22. q. 2. *Vtilem, & cap. quæritur, & 23. q. 8. vt pridem.*

Et

Et l. cùm pater §. *Titia ff. de legatis* 2. Nam talis dolus fraudem excludit. Hinc dicitur quis bonæ indolis, ideſt bonum dolum intùs habens, nempe bonum ingenium, & ſolertiam, qualem adhibuit Salomon iudicando meretrices c. afferte, de præſsum.

Iudoles.

Dolus malus.

Dolus malus iuxta Syluesſt. V. culpa num. 1. definitur à Labeone *l.* 1. *ff. de dolo* in hunc modum: Eſt omnis calliditas, fallacia, machinario ad circumueniendum, fallendum, & decipiendum alterum adhibita. Vbi ſingula ſingulis reddenda ſunt, ſcilicet vt calliditas ſit ad circunueniendum, fallacia ad fallendum, & machinatio ad decipiendum. *Calliditas* eſt dolus adhibitus tacendo l. 1. ff. de act. empt. & cum *Circumuenire* eſt adhibita calliditate decipere *l.* 1. *ff. de dolo* Sumitur etiam circumuenio in eadem propè ſignificatione, qua circumſcribo: vnde impropriè dicuntur circumuenti, quos graſſatores quaſi ex inſidijs adoriuntur.

Calliditas.

Circumuenire.

Circunuentio.

Fallacia, eſt dolus qui committitur in mentiendo, & falſum aſſerendo contra conſcientiam *L. falſus* §. *ſiquis ff. de furt. Machinatio* eſt dolus qui committitur ex parte verborum 22. *q.* 5. ideſt quacunq; arte verborum. Eſt enim machinatio occulta inſidiatio. *Decipere* eſt deludere præſertim verbis, ſcilicet verbis capere.

Fallacia.

Machinatio.

Decipere.

660 Ex dictis patet diſcrimen inter dolum, & fraudem: nam dolus eſt indifferens, vt accipiatur in bonam, vel malam partem: at *Fraus* ſemper ſumitur in malam partem: videturque recurrere cum dolo malo, & ſe habere ad dolum abſolutè acceptum tamquam ſpecies ad genus, vt ait Panorm. *in cap. Ex teuore, de reſcriptis*. Nam à Latinis dicitur deceptio, circunuentio, & impoſtura. Eſt autem *impoſtura*, de qua Vlpian. *L. Stellionatus* 2. §. *Item ſiquis ff. de crim. ſtellion.* Deceptio, & fallacia per impoſitionem, ducta metaphora ab ijs, qui operimentum rebus imponunt, vt vitia contegant.

Dolus & fraus.

Impoſtura.

Hinc *Impoſtores* ſunt verſuti, & callidi deceptores, qui fallunt præſtigijs quibuſdam *L. ob quæ vitia ff. de Aedil. edicto*. Apud Leſſium lib. 1. cap. 2. num. 26. & 27. Fraus eſt executio aſtutiæ per facta, vt cum menſura eſt minor iuſto: cum moneta eſt adulterina. Fraus dicitur fieri vel contra legem, vel ipſi legi: *fit contra legem*, quando fit contra id, quod per legem ſignificatur, nulla palliatione quæſita: hoc eſt quando fit contra id quod lege præcipitur, aut prohibetur nullo quæſito colore, aut artificio ad tegendam illam tranſgreſſionem.

Impoſtores.

Fraus.

Fraus fit contra legẽ vel legi.

Fit *fraus legi*, quando fit contra ſignificatum legis, palliatione quæſita: ſeu quando artificio quodam ita agitur contra mentem legis, vt non videamur illi repugnare *L. contra legem ff. de legib.* Vt ſi coniux volens donationem facere coniugi (quod per legem vetatur) ſupponat aliam perſonam, cui donet, cum onere traſferendi in coniugem. Accipitur *fraus pro delicto*: nam *L. cum autem ff. de ædil. edict.* dicitur Fraudem capitalem admittere, illam nempe culpam, pro qua pœna capitis decreta eſt. *Fraudare* eſt per fraudem nocere, ſeu damnificare. Vide Parlad. diff. 132. de diſcrimine inter dolum, fraudem, latam culpam, leuem & leuiſſimam.

Fraus pro delicto.

Fraudare.

661 Superſunt explicandi nonnulli modi loquendi circa dolum. Imprimis *Dolo facere*, *Dolo occidere* eſt idem atq; ex propoſito facere, ex propoſito occidere. Ita Suar. de cenſ. diſp. 44. ſect. 1. num. 3. Vbi docet homicidium voluntarium eſſe quod fit ex propoſito, ſeu voluntate occidendi, quod iuriſtæ dicunt fieri dolo. Hoc (inquit) confirmant iura ciuilia, in quibus non dicitur homicidium abſolute voluntarium, niſi intercedat dolus, vt patet ex *L. iu lege ff. ad leg. Corn.* Dolus autem non eſt niſi animus occidendi, vt conſtat ex *l.* 1. §. *& ex l. Diuus eod. tit.*

Dolo facere.

In contractibus dicitur Dolus dare cauſam, & incidere: dat cauſam contractui, quando ſi dolus abſuiſſet, alter noluiſſet contrahere. Incidit, quando contractus fuiſſet quidem initus, ſed non eo pretio, ſed maiori, vel minori. Ignorantia Iuris, & ſi craſſa ſemper excuſat à dolo. Notat. Syluesſt. v. culpa n. 2. differre hæc tria, dolo facere, culpa facere, negligẽtia facere. Quia dolus nomine, & re differt à culpa, & negligentia. Dolus enim eſt à propoſito, ſeu intentione nocendi, culpa cum ſcientia ſine voluntate, niſi per accidens: culpa facere, negligentia ſine vtroq; Quamuis enim lata culpa dicatur æquipatari dolo: tamen hoc ſolum eſt verum, teſte Leſſio l. 1. c. 2. num. 25. Quando lex non requirit dolum, præſumptionem, aut ſcientiam: ſed ſimpliciter loquitur: & in actionibus deſcendentibus ex contractu, vel quaſi contractu.

Dolus dat cauſam.

Dolus incidit.

Culpa facere.

Negligentia facere.

Vnde in Gloſſa *L. iu lege. Corn. ff. ad leg. Corn. de ſicarijs*, dicitur quod culpa latiſſima æquiparatur dolo in ciuilibus: ſecus in criminalibus. In eadem lege dicitur: Dolus pro facto accipitur; ideſt vt puniatur. Dolus (exponit Gloſ.) ideſt doloſum propoſitum: vt ſi ambulauerit quis cum telo ad occidendum, puniatur, ac ſi occidiſſet. Deniq; *ingenium* ponitur aliquando pro fraude, dolo, & calliditate iuxta Abbat. in *Cap. licet de elect. num.* 6. Ingenioſus enim ſecundùm Iſidor. dicitur quaſi intus habens vim gignendi quamlibet artem.

Culpa latiſſima.

Dolus pro facto.

Ingenium pro fraude.

Item *Facinus* pro dolo. *l. ſeruus* §. *uou ff. de action. & oblig.*

662 Vt proſequamur reliqua vitia, quæ prudentiam exceſſu offendunt, *Solicitudo temporalium* eſt nimia mentis occupatio in illis conquirendis proueniens ex inordinato habendi amore, & amittendi timore. *Solicitudo*

Solicitudo temporaliũ.

tudo futurorum, quæ pars, vel species prædictæ ſolicitudinis cenſetur, eſt immodica animi occupatio circa futura, ea præcipuè, quæ vitæ neceſſaria ſunt, qualis victus, & veſtitus. Illam plerumque aſſociat nimia anxietas, & parua fiducia diuinæ prouidentiæ.

Solicitudo temporale. Vbi notabis prædictas ſolicitudines ſolum peccare in exceſſu, quia vt ſic includunt temporalium cupiditatem, de qua Apoſt. ad Timot. 6. *Radix omnium malorum eſt cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis*. Si verò ſolicitudo temporalium, & futurorum temperata fuerit, commendari ſolet. Prouerb. 10. *Qui congregat in meſſe filius ſapiens eſt*.

SECTIO IV.

De nonnullis concernentibus ad prudentiam.

Diſcretio. 663 Diſcretio teſte S. Thoma in 3. diſt. 33. q. 2. a 3. eſt actus prudentiæ, & quidem genitrix, cuſtos, ac moderatrix virtutum. Eam ſic definit author ad Heren. lib. 4. diſcretio (inquit) nominatur, quæ rerum conſequentium continet perſpicuam, & dilucidam cum grauitate expoſitionem. *Diſcernere.* Deriuatur a *Diſcernere* quod eſt ſeparare, & diuidere, præſertim oculis, & cognitione. In prædicto ſenſu vſurpatur diſcretio à Canoniſtis, & appellatur mater omnium virtutum. *Diſcretum.* 5. q. 5. *præſentium*, & *cap. 1. de officio cuſt.* ac neceſſaria prælato in corrigendo *diſt. 50. penderet*. A legiſtis accipitur pro differentia *l. fin. in princ. C. de ſacroſ. Eccleſ.*

Vnde diſcretum, id eſt diſtinctum *L. diſcretis C. q. teſt. facere poſſ.* Ad prudentiam, & diſcretionem videtur ſpectare *Maturitas* quæ licet ex primæua origine ſignificet fructuum cóctionem, transfertur ad alia, ita vt modò ſignificet opportunitatem temporis, modò grauitatem orationis, modò pondus quoddam ætatis quod prudentiæ inſeruit. *Maturitas.* Tullius Sulp. lib. 4. Epiſt. tamen hoc ſtudium. Apud Specul. in ti. de aduo. §. 5. *Maturus.* Maturus quis tripliciter oſtenditur, vultu, geſtu, voce. *Maturare.* *Maturare* propriè eſt fructus per ſolem digerere, ſeu concoquere: quandoque feſtinare.

664 Cum verò authore S. Thoma q. 47. a 9. actus prudentiæ, vt rectè procedant, fieri debeant certo modo, nempe ſolicitudine, & diligentia, prout conditio perſonæ, & momentum negotij exegerit, vtramque explicabimus. *Diligentia. Cura, & diligentia. Opera.* *Diligentia* eſt ſtudium cum quadam ſolicitudine, quæ à diligendo dicitur, & naſcitur. Latini ponunt diſcrimen inter diligentiam, curam, & operam, quod *diligentia* ad corpus, & animum referatur, *cura* ad animum, *opera* ad corpus.

Apud Iuriſtas. *L. ſi eum ff. de contrah. empt.* Diligentia eſt quæ culpæ è regione reſpondet: cum enim ſit diligentia infima, mediocris, & ſumma, e regione reſpondet infima culpæ latæ, mediocris culpæ leui, ſumma culpæ leuiſſimæ. *Solicitudo.* *Solicitudo* apud Latinos eſt cura, & inquietudo, quæ mentibus inhæret: vnde Tullius 4. Tuſcul. ſolicitudo eſt ægritudo cum cogitatione.

Apud Theologos teſte Syluestro v. eodem, dicta eſt ex *ſolertia*, & velocitate, vt ſolicitus ſit ſolers citus: quia ex ſolertia animi eſt quis velox ad proſequendum agenda, vt docet S. Thomas 32. q. 47. a 9. Vbi definitur ſolicitudo ſtudium adhibitum ad aliquid conſequendum. Vnde ſi ſit circa ſpiritualia eſt bona, & multiplex iuxta Apoſtol. 1. *Corint. 6.* Si circa temporalia eſt illicita tripliciter, nempe ſi in eis ponatur finis, vel ſuperfluum ſtudium, vel adſit timor ſuperfluus. Vide ſupra n 662. *Curax. Indago.* *Curax* apud Caium *L. 18. ff. de ædil. edict.* ſumitur pro diligenti, & ſolicito. *Indago* apud Vlpia. *L. emptorem §. vlt. de acti. emp.* ſumitur pro effectu indaginis hoc eſt captura, vt interpretatur Budæus. Eſt autem indago inquiſitio, inueſtigatio.

665 *Sedulitas* eſt inſtans, ac fidele officium, *Sedulitas. Sedulo monendi.* & diligentia. Nam *Sedulus*, teſte Nonio, dicitur qui ex animo, & ſine dolo, & inſtanter intentus eſt, vt ſit quaſi aſſiduus. Hinc apud Canoniſtas ſedulitas curioſa *c. 2. §. 2. de ſepul.* & ille modus loquendi: *Sedulo monendi ſunt*, ideſt prudenter, aſſidue, vt exponit Archid. Sedulus affectus in *Clem. de mag. c. 1.* Apud legiſtas ſedulum officium *L. cum à matribus C. qui pet. tuto.* Diligentiæ, ſolicitudini, & ſedulitati opponuntur negligentia, pigritia, deſidia, ſegnities, incuria, quas exponemus.

Negligentia. Negligere. Indiligentia. *Negligentia* apud Latinos, quatenus deriuatur à *Negligo*, ſcilicet non curo, quaſi nec videre, nec legere dignor, ſumitur pro incuria, & indiligentia: Definitur à Iuriſtis in hunc modum: Eſt eius quod fieri debet, vel poteſt, omiſſio. Si loquamur cum Theologis, teſte Syluest. v. eod. eſt defectus circa interiorem actum voluntatis, qui eſt electio, & verſatur non circa actum, ſed eius circunſtantiam. *Negligens.* *Negligens* enim dicitur quaſi nec eligens.

Pigritia. Deſidia. *Pigritia* verò eſt defectus circa executionem exterioris operis. *Deſidia* eſt defectus circa continuationem boni operis, à deſidendo dicta. Sicut *Torpor* eſt defectus circa feruorem executionis operis, dum tepidè ſit bonum. *Omiſſio* eſt defectus circa actum ipſum dubitum fieri. *Deſidia* ſimilis eſt imperitiæ. *L. ambiguitates C. de teſtam.* Deinde *Deſides* ſunt negligentes *l. iudices C. de anno & trib. lib. 10.* *Piger, & tardus.* Piger, & tardus differunt, nam piger eſt incipiendo, tardus verò perficiendo *l. ſiquis venditor iuit, ff. de ædil. edict.*

Negligentiæ appellatio. 666 *Negligentiæ nomine* ſemper venit culpa leuis, & leuiſſima, vt ſumitur ex ca. *vlt. de Elect. & cap. Compromiſſarius, de elect. in 6. & cap. commiſſa §. porro de elect. in 6.* Negligentia magna eſt lata culpa *l. magna de verb. ſign.*

Dissoluta negligetia. Notabilis negligetia.

Etiam pro negligentia dissoluta intelligitur lata culpa. Nam *l. si fideiuss. ff. mand.* Negligentia dissoluta propriè dolus est, idest lata culpa. Notabilis negligentia, quæ sit, vide *Cap. statutum §. permissimus, de rescrip. in 6.*

Segnit. Segnitia. Socordia & segnitia.

Apud Latinos *Segnis* dicitur quasi seorsum nitens, vel potiùs segnis quasi sine igne, & est tardus atque ignauus, *Segnitia* est tarditas seu negligentia in consulendo, meditando, & prospiciendo, quid opus sit facto. Apud Iuristas *segniores* quòd pigriores. *Authen. de non alien. §. quia verò leonis 2.* Inter segnitiem, & culpam ponitur discrimen *l. si. nulla ff. de pign. act.* quod segnitia sit in omittendo, culpas sit in faciendo.

Seguiter. *Segniter* id est negligenter *l. in postulandis C. de susp. tut.*

Languidè neglectè. Oscitanter. Defunctoriè. Perfunctoriè. Deserta causa. Incuria.

667 Translatiuè idem valet in iure quod segniter, languidè, neglectè, oscitanter non accuratè Nam *l. 1. §. prævaricatorem* esse eum ostendimus, qui colludit cum Reo, & translatiue munere accusandi fungitur. Similiter Vlpian. *L. 1. de iure patron.* in hunc modum: patronorum querelas aduersus libertos præsides audire, & non translatiuè exequi debent. Parum diffident aduerbia defunctoriè, & perfunctoriè cum sonent transitorie, negligenter *l. vn. C. qui n. tut. & L. 2. §. 16. ff. ad Sen. cons.* Sumitur Desertus pro neglecto *l. 3. C. de agnis, & cens. lib. 11.* Hinc *deserta causa*, quod neglecta, quando scilicet absente parte fertur sententia. *Incuria* sumitur pro negligentia *Clem. quia contigit, de relig. domib. & cap. Quæsitum, de pœnit. & remiss.*

Leuitas. Deleui non scribimus.

668 Sunt nonnulla alia quæ offendunt prudentiam, imò & sanam mentem, scilicet Leuitas, temeritas, insania, vesania, dementia, stultitia, fatuitas. *Leuitas* est animi inconstantia, ac mobilitas, & sumitur pro facilitate. Vnde in *Cap. Postulasti de rescriptis* modus ille loquendi: *De leui non scribimus*, idest non leuiter, non facilè solemus scribere, vt exponit Sanch. lib. 8. Matr. disp. 21. n. 17.

Temeritas.

Temeritas quamuis à Iuristis diuersimodè vsurpatur, nempe pro audacia in malum *L. inbemus C. de sacros. Eccl.* pro præsumptione violenta eo tit. Auaritia per Archid. & pro pertinacia *Extra cap. 1. de maledi.* Vbi Gloss. apud eosdem etiã temeritas est, cum quid facimus propria volnntate, & sine authoritate superiorum, vt tener Gemin. in *Cap. eum qui §. insuper, de præb. in 6.* Vbi addit temeritatem esse quando quis facit actum à iure prohibitum.

Temerè facere.

Temerè facit (inquit Syluest. v. eod.) qui actum sibi à iure prohibitum scienter sub colore fraudulento facit. Arg. *Cap. Auaritiæ de elect. in 6.* Apud Theologos teste Azorio to. 1. l. 3. cap. 26. q. 1. temeritas est qua quis facilè nullo adhibito consilio credit: præceps verò est is, qui sine consideratione, ac modo quippiam agit. Nunquam (inquit Tullius pro Marco Marcel.) *temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur.* Hinc *Temerarius* dicitur, non qui plus audet, quàm oportet: sed qui facilè nullo adhibito consilio, credit. *Facile* pro temerè sumitur. *L. Adulterium §. liberto ff. de adult.*

Facilè quod temere.

Inconsultus. Inconsultò facere. Insania.

669 Inconsultus quamuis interdum sumatur pro non consulto, scilicet vel pro eo, à quo nemo consilium petijt, vel pro eo, qui consilium ab alio non accepit: tamen frequentiùs accipitur pro imprudenti, & quasi nullius consilij, qui nullo sano consilio ea, quæ aggreditur, expendit. Tullius pro Deiot. Homo inconsultus, & temerarius hæc non videbat. Hinc aduerbium, Inconsultò pro temerè, & inconsideratè. Inconsultò factum inquit Alex. Scot. v. eodem dicitur quod dedita opera factum non est. *Insania* dicitur quasi non sana, & pro furore sumitur *L. 1. C. si quis Imperatori.* Insania mentis, quasi morbus mentis *Clem. de relig. dom. cap. vno.*

Insanus. Vesanus. Vecors. Vesania & insania.

Hinc *Insanus* appellatur qui non est sani consilij, & non habet mentem integram. Habetur *L. ob. quæ vitia ff. de ædil. edict.* Insanum esse qui per vicos deridenda loquitur. *Vesanus* dicitur qui sine sanitate est, sicut *Vecors*, sine corde *L. malum ff. de verb. sign.* & videntur accipi pro eod. *L. 1. C. de sum. Trin.* Vnde Vesania & Vecordia, quæ apud Latinos discriminantur ab insania, sicut Vesanus, & Vecors ab insano ex eo quòd illi addant sæuitiam, & crudelitatem.

Dementia & amentia. Amens. Demens.

670 *Dementia* est mentis diminutio, seu affectio animi lumine mentis carens, vt definit Tullius 3. Tuscul. apud quem ab amentia non distinguitur, sicut nec demens ab amente. Nam dicitur *Amens* qui à mente sua discessit, quasi sine consilio, & mente. Ponunt aliqui discrimen inter dementem, & amentem, quòd *demens* sit qui non cogitat quid agat, aut loquatur: *amens* qui prorsus insanit, Apud Iuristas.

Furiosus. Mentecaptus.

Demens est qui nescit, vel non potest exprimere quid velit, aut nolit. *C. Castoris de cler. ægrot. in 6.* Distinguitur à furioso, non tamen à mente capto. *Furiosus* enim furore quodam animi agitur. *Mentecaptus* verò magis in quiete est nullaque signa extrinsecus ostendit, vt docent communiter Doct. in *§. 1. Instit. de curato.* Celsus appellauit inumbratam quietem furiosi eum qui, aspectu sanæ mentis videbatur *L. quod meo §. ff. de acquir. possess.* Eadem dicitur vmbrata quies, vt notat Alberic. v. eod.

Stultitia. Stultus, fatuus.

671 *Stultitia* est imprudentia per quandam delirationem, & ingentem errorem. Illius proprium est (vt docet Cic. Tusc.) aliorum vitia cernere, obliuisci suorum. Quatuor modis dignoscitur, 1. Si non veniat in mentem, quod oportet. 2. si veniat, & non teneatur. 3. Si bonum consilium non admittatur. 4. Si malum admittatur: Esse discrimen inter stultum, & fatuum rectè deprehenditur ex

Afran.

Afran. *Ego (inquit) stultum me exestimo, fatuum esse non opinor.* Quasi stultus sit insipiens quoad partem, *Fatuus* planè insipiens sit. Consentiunt Theologi teste Syluest. v. eod. Nam S. Thom. 2. 2. q. 4 r. docet stultitiam à stupore dictam esse. Vnde iuxta Isidor. 11. Etymol. Stultus est qui propter stuporem non mouetur.

Fatuitas & stultitia. Differt à fatuitate; quia *Stultitia* importat hebetudinem mentis, *fatuitas* autem ipsius priuationem. Est peccatum quando aduenit ex hoc quòd homo taliter se terrenis immergit, vt diuina percipere non possit. In iure Stultitia accipitur pro iudicio quoad imprudentiam iuris, & quoad errorem facti *l. si per imprudentiam ff. de euict.* Stultus quis sit, & vnde dicatur, Vide *l. demens ff. de testam.* & per Archid. 22. dist. Quomodo præsumatur, & ex quibus causis, Bart. in *l. 2. de test.*

Baburrus & babosus. Mursigo. Morio. Musio. Ineptiæ. *Baburrus* vel Babosus idem est quod stultus, vel hebes. *Mursigo*, vel vt alij legunt *Morio* habetur apud Vlpian. *l. 3. §. Idem ff. de Aedil. edi. l.* & idem valet atque desidiosus. *Musio* idest fatuus. *Ineptiæ* sunt fatuitates *cap. qua traditione 22. dist.* Quamuis *indiscretè* sumatur pro indistinctè, est idem atque non discretè, vel sine discretione, indiscretum pro indeterminato, tamen indiscretè *l. si quis §. Vbi autem C. de Episc. & cleric.* Sicut *cap. pastoralis de procur.* & *Indiscreta dignitas*, quod non considerata *l. in fine C. de priuil. cor. qui in sac. lib. 12.* & Indiscretum mandatum quod iniustum. *cap. solicitudinem de ap.*

ELVCIDATIO V.

De iustitia, & iure communissimè acceptis.

672 *ELucidata prudentia, consequens est vt aggrediamur multiplicem elucidationem iustitiæ, quæ est virtus latissimè patens, & per omnia ferè hominum negotia transcendens. Sic enim sectabimur vestigia S. Thomæ qui 2. 2. à q. 57. iustitiam late prosequitur. In præsenti elucidatione erit nobis sermo de iustitia, & iure communissimè acceptο, ita tamen vt primùm iustitiæ acceptionem, essentiam, & multiplicitatem; deinde iuris rationem, mox dominium, & vsumfructum, possessionem, & præscriptionem: tandem voces, & modos loquendi elucidemus.*

SECTIO I.

Iustitiæ acceptio, quidditas, & diuisio.

Iustitiæ acceptio. IVstitia multipliciter accipitur, 1. pro omni rectitudine voluntatis, seu omni recto ipsius affectu. In qua latissima acceptione S. Anselmus lib. de verit. cap. 12. Iustitia (inquit) est rectitudo voluntatis propter se seruata. 2. pro collectione omnium Virtutum: iustum enim dicitur, quod est adæquatum, & commensum suæ regulæ. proindeque iustitia est illa affectio, quæ talem adæquationem efficit. In hoc sensu dixit Christus Math. 3. *Sic decet nos implere omnem iustitiam*, idest virtutem. 3. pro quocunque actu exteriori virtutis, ac præsertim beneficentiæ in alios. Sic sumitur Math. 6. vbi Dominus ad Pharisæos dixit: *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.*

4. Pro charitate, quia charitas reddit voluntatem toti legi diuinæ conformem. Sic accepit iustitiam S. August. lib. de nat. & grat. cap. 38. charitas Dei, qua vnus iustus est, quicunque iustus est. Expressius cap. vlt. Charitas inchoata, iustitia inchoata est: charitas perfecta, perfecta iustitia est. Hinc etiam fit quod sumatur pro gratia iustificante, quam nonnulli à charitate non distingunt. 5. pro virtute, quæ est ad alterum, & hominem afficit, non vt persona particularis est, sed quatenus membrum Reipublicæ, dirigendo virtutum actus non ad bonum operantis, sed per se primò ad bonum multitudinis. Vltimò, & proprijssimè pro vna ex quatuor virtutibus cardinalibus, in appetitu residente, cuius officium est reddere vnicuique ad æqualitatem quod suum est. Ita ex Aristot. 5. Ethic. cap. 1. & 2. & S. Thoma 2. 2. q. 58. a. 5. & 6. Molin. de iustit. cap. 1. dub. 1. *Charitas pro iustitia.*

673 Quod attinet ad quidditatem, vt accepta apud Latinos, definitur à Tullio 5. de finibus in hunc modum: Est habitus animi communi vtilitate seruata, suum cuique tribuens, atque societatem coniunctionis humanæ munificè atque æquè tuens. In Calepino ex Hieronymo discriminatur iustitia à iudicio, & æquitate: quia *iustitia* est actio recta: *Iudicium* discretio boni & mali: *Aequitas* rectitudo mentis intelligitur. Iustitia est in his, quæ secundùm regulam veritatis benè operantur: iudicium in illis, quæ recta discretione cum proximis agimus: Aequitas in eo, cum syncera intentione Deo soli in his, quæ rectè gerimus, vel iudicamus, placere contendimus. *Iustitia quid sit. Iudicium & iustitia. Aequitas iustitia.*

Apud Philosophos duce Aristotele 5. Ethic. cap. 1. Sic definitur. Est habitus operatiuus iusti secundùm electionem. Scilicet est habitus quo homines apti sunt ad res iustas agendas. Apud iuristas ab Vlpian. *L. iustitia ff. de iustit. & iure*, & Iustiniano *Instit. eod. tit.* sic definitur: Est constans, & perpetua voluntas, ius suum vnicuique tribuens. Hæc definitio recipitur à Theologis duce S. Thoma 2. 2. q. 58. a. 1. explicaturque

ab Azotio tom. 3. lib. 1. cap. 8. q. 2. vt sensus sit, iustitia est quidam mentis habitus, quo voluntas redditur stabilis, firma, & valida ad perpetuò tribuendum cuique quod suum est. Vel est habitus, quo voluntas ex certo, firmo, & perpetuo iudicio rationis tribuit cuique ius suum.

674 Pro tertia sectionis parte, seu multiplicitate iustitiæ: hæc communissimè sumpta diuiditur in legalem, quæ dicitur generalis, & specialem, quæ vocatur particularis. *Legalis iustitia* est virtus, quæ hominem in habitudine ad rem publicam perficit: Seu quæ primo, ac per se circa bonum commune versatur, nempe spectans, & curans vt bonum commune seruetur. *Legalis* nuncupatur, quia curat præcipuè seruari omnia, quæ legibus statuta sunt, quatenus leges ad bonum commune diriguntur.

Iustitiæ diuisio. *Legalis iustitia.*

Specialis, seu particularis est quæ hominem in habitudine partis ad partem perficit, & se habet in ciue ad ciuem itaut versetur proximè ac per se circa bonum priuatum, quod cuique debetur, cum verò legalis iustitia specialis virtus sit, vt pote quæ differt specie ab alia iustitia, rectè ex Sancto Thoma notat Azor. to. 3. l. 1. cap. 10. q. 1. eam appellari generalem non communitate generis, quasi sit genus habens sub se reliquas virtutes: sed communitate causæ eo quòd tanquam causa superior singulas virtutes impellat, & moueat. Sic specialis virtus charitas est, & tamen generalis dici potest, quia imperat cæteris.

Specialis iustitia. *Virtus generalis, & specialis.*

675 Iustitia particularis rectè diuiditur in distributiuam, & commutatiuam. *Distributiua* potest secundùm Molinam tract. 1. disp. 12. sic definiri: Est iustitia specialis, quæ æqualitatem iuxta proportionem geometricam per se constituit. Hæc authore Philos. 5. Eth. c. versatur in distribuendis bonis communibus, scilicet officijs, muneribus, beneficijs, dignitatibus, præmijs: habet etiam pro munere imponere tributa, census, pensiones, & alia onera singulis ciuibus.

Distributiua iustitia.

Commutatiua est iustitia specialis, quæ æqualitatem iuxta proportionem arithmeticam per se constituit. Eiusdem munus est restituere quod cuique debetur, resarcire damnum illatum, compensare factam iniuriam, rei emptæ pretium, vel rei conductæ mercedem soluere. Inter æqualitatem, seu proportionem geometricam, & arithmeticam illud interest, quod *Geometrica* minùs rigorosa sit; inueniaturque inter duas proportiones, licèt in rebus inæqualibus, *Arithmetica* verò sit omninò rigorosa, solumq; inueniatur inter duos numeros, vel duas quantitates æquales.

Commutatiua iustitia. *Geometrica proportio.* *Arithmetica proportio.*

676 Ad aliquod ex prædictis membris spectat iustitia Vindicatiua, seu punitiua, quæ versatur in imponendo pœnam delictis, & coercendo sceleratos, potestque definiri Iustitia secundùm quam iusta vindicta sumitur de delinquentibus. Scotus in 4. dist. 14. q. vnica, docet vindicatiuam spectare ad distributiuam. Nam diuidit bona communia, nempe supplicia, quæ sunt medicamenta malorum, idque secundùm proportionem geometricam eo modo, quo præmia diuiduntur.

Vindicatiua iustitia. *Punitiua iustitia.*

Non placet: tum quia supplicia nunquam sunt bona respectu puniti: tum quia seruari debet æqualitas arithmetica inter pœnam, & delictum, propter rigorosum ius personæ offensæ. Verisimilius est iustitiam punitiuam, quatenus consideratur in principe, vel iudice sententiam ferente in ciuilibus, & criminalibus, esse formaliter commutatiuam, imperatiuè legalem: prout consideratur in persona priuata postulante vindictam, aliquando esse commutatiuam formaliter, aliquando potentialiter. Hæ tamen quæstiones non sunt nostri muneris.

677 *Iustitia originalis* præcedentibus annecti potest, vt hic explicetur. Fuit (inquit Azor. to. 1. lib. 3. cap. 31. q. 1.) iustitia totius hominis, qua scilicet corpus omni ex parte subditum, recto animæ nutu, & imperio regebatur: Sensus, & vires inferiores rationi, & menti: mens ipsa tota plenè, & perfectè pro huius vitæ statu, & conditione, Deo authori suo, & Domino subiectæ parebant.

Originalis iustitia.

Dicebatur iustitia vel quia Deo authori ius tribuebat, vel quia erat coaceruata virtutum omnium communitas peculiari Dei protectione munita, & ornata, vel quia erat gratia diuinitùs collata, quæ totum hominem in officio, & Dei amore continebat. *Originalis* dicta tum quia primo totius generis humani parenti fuit concessa, & cum ipsa natura in prima ipsius origine nata: tum quia transfundenda erat Dei munere in Adami posteros.

SECTIO II.

Iuris acceptio, ratio, & multiplicitas.

678 IVris nomen à quo descendit, satis exposuimus supra numer. 177. vbi illud accepimus pro iussu, scilicet præcepto, aut lege: in qua acceptione diuiditur ius in naturale, & positiuum: positiuum in diuinum, & humanum: humanum in canonicum, & ciuile, & sic de multiplici alia legis diuisione, quam tradidimus libr. 1. elucid. 9. sect. 3. Modò hac omissa, sectabimur alias iuris acceptiones, vt secundùm eam, quæ huius loci fuerit, ius definiamus.

Iuris multiplex.

Etenim ius accipi multipliciter constat ex S. Thoma 2. 2. q. 57. additis *l. ius pluribus*, & *l. nonnumquam ff. de iustit. & iure*. Nam sumitur imprimis pro authoritate, siue libertate quadam,

dam, & licentia: hinc di cuntur sui iuris homines liberi, & patria pot estate soluti: & dicitur quis suo iure facere, & uti. Deinde pro necessitudine: hinc modus loquendi. Est mihi cum illo ius cognationis, affinitatis, amicitiæ. Aliquando pro loco, in quo ius redditur: vnde in ius vocare, in ius sistere, in ius comparere. Aliquando pro sententia, quæ fertur à iudice: undeius dicere, ius reddere. Aliquando pro scientia iuris, seu iuris prudentia, iuxta quem sensum. *L. iuri ff. de iust. & iure*, dicitur ius est æqui, & boni ars. Nempe scientia: ibidem iuri operam daturum, id est iuris prudentiæ.

679 Verum ius prout attinet ad præsens institutum, accipitur pro legitima potestate, estque iustitiæ obiectum (formale cui). Patet, nam iustitiæ obiectum (formale quod) est illud quod intenditur per actum iustitiæ executioni mandatum, v. g. redditio debiti: obiectum materiale (cui) est ille, cui præstatur: ergo ius acceptum pro potestate est obiectum formale (cui) seu ratio obiectiua in obiecto materiali (cui): à qua tota iustitia pendet; siquidem est ratio cur aliquid alteri sit debitum. In hac acceptione, vt illius rationem, seu quidditatem elucidemus, apud Suar. lib. 1. de leg. c. 2. n. 5. iuris definitio sic habet: Ius est moralis facultas, quam vnusquisque habet circa rem suam, vel ad rem sibi debitam.

Ius obiectū iustitiæ.

Iuris definitio.

Apud Molinam tract. 2. de iust. disp. 1. init. habetur iuris definitio fusior, & explicatior: Est facultas aliquid faciendi, siue obtinendi, aut in eo insistendi, vel aliquo alio modo se habendi: cui si sine legitima causa contraueniatur, iniuria fit eam habenti. Apud Lessium lib. 2. de iust. c. 2. dub. 1. habetur nec nimis pressa, nec nimis fusa in hunc modum: Ius est potestas legitima ad rem aliquam obtinendam: vel ad aliquam functionem, aut quasi functionem: cuius violatio iniuriam constituit.

Ius quotuplex.

Dicitur (potestas) idest facultas moralis, nempe habitudo ad aliquid, quo dicamur moraliter posse. Et est triplex, alia actiua, qualis vt quis alatur, vel custodiatur: alia restitutiua, qualem habes, ne quis per tuam vineam transeat, ne ædificet tali loco, ne aperiat fenestram in tuum hortum, ne altiùs tollat murum, qui tuis oculis officiat. Dicitur (legitima) idest à lege concessa: quæ enim facultas à lege naturali, aut positiua non conuenit, non est ius, sed vis. Additur (ad rem aliquam obtinendam) scilicet per successionem, per testamentum, per donationem liberalem, per contractus, per occupationem. (Ad functionem) vt ad liberum vsum membrorum, vel rerum suarum. (Aut quasi functionem) vt ad possessionem ciuilem, & naturalem, ad retinendum dominium, statum, & conditionem.

Denique ponitur (cuius violatio iniuriam constituit) quia iniuria nihil aliud est quàm iuris alieni violatio. Et notetur discrimen inter priuationem, & violationem iuris: per illam enim non semper infertur iniuria, cum quis iustè possit priuari iure, v. g. officio: at per violationem iuris semper infertur iniuria, quia quando ius violatur, semper iure manente contra illud agitur.

Iniuria quid.

680 Quod attinet ad multiplicitatem iuris pro facultate nuper declarata accepti, Lessius lib. 2. cap. 2. dub. 2. duce Molina tract. 2. disp. 2. diuidit ius 1. ex parte principij, nempe legis naturalis, & positiuæ, à quibus oritur, in ius naturale, & positiuum: *naturale* est quod alicui per legem naturalem, seu ratione legis naturalis competit. *Positiuum* est, quod alicui per legem positiuam competit.

Iuris diuisio.

Naturale ius.

Positiuum ius.

2. Ex parte termini, quem respicit, in ius ad rem, & ius in re: *Ius ad rem* dicitur, quod non tribuit actionem in rem, sed tantum in personam, ideoque personale vocari potest, & non reale: habetur enim circa rem aliquam, ad quod res ipsa nondum est deuincta. Tale est ius, quod competit per stipulationem, vel donationem, vel emptionem, aliosue contractus, ante traditionem rei. Item tale est quod competit per electionem, postulationem, præsentationem ad beneficium. Tale etiam quod competit per collationem beneficij ante acceptionem.

Ius ad rem.

Ius in re dicitur quod tribuit actionem realem, seu quod rem obligatam habet. Est enim ius circa rem aliquam ad quod res ipsa deuincta est. Tale censetur quod habetur per emptionem, & alios contractus, secuta rei traditione: per collationem beneficij, secuta acceptatione: per testamentum, vel successionem ab intestato, secuta acceptatione: tale etiam dominium rei, & vsusfructus, nempe ius vtendi, & fruendi: item iura, quæ dicuntur seruitutis: nec non ius hypothecæ, & pignoris: denique omne ius quod nobis reddit obligatam rem aliquam, vt possimus ex ea capere fructus, vel emolumenta, vel securitatem creditorum, vel honorem, siue res illa sit corporalis, vt domus, supellex, ager: siue sit incorporalis, vt sunt officia, beneficia, reditus, seruitutes. Nam quocunque res illa transeat, potest vindicari, vt nobis obstricta: transit enim cum onere, quo affecta est.

Ius in re.

681 Ius ad rem subdiuiditur in proximum, & remotum: Proximum est inter quod, & ius in re non mediat ius aliud ad rem: tale est ius ad fructus percipiendos ex propria vinea quandiu non extant: nam si extent, terminabunt ius in re eo modo quo terminat ipsa vinea. *Remotum* dicitur inter quod & ius in re mediat aliud ius ad rem: tale est ius per solam oppositionem aquisitum ad Cathedram: nam ibi mediat aliud ad eandem Cathedram, scilicet post suffragationem Sub appositis diuisionibus continentur,

Proximum ius.

varia Iura, nempe reale, & personale, actiuum, & passiuum, priuatum, & publicum.

Reale ius. *Reale* est per quod confertur actio in rem, vtpote nobis obligatam. Personale ius. *Personale* est per quod confertur actio in personam quasi nobis debitam. Actiuum & passiuum ius. *Actiuum* est quod datur ad agendum v.g. in Principe ad imperandum, in praeceptore ad docendum. *Passiuum* est quod datur ad recipiendum, v.g. vt quis alimentetur, vel eligatur. Priuatum ius. *Priuatum* est quod principaliter ad singulorum vtilitatem spectat, vt quod resultat ex pactis, & conuentionibus singularium personarum. Publicum ius. *Publicum* est quod principaliter spectat ad publicam vtilitatem: v.g. ne in portis, vel muris ciuitatis, & alijs sacris iudicibus, vel sacerdotibus, vel magistratibus aliquid committatur, aut inferatur.

682 Deniq; vt planè intelligatur quid comprehendatur sub *Iuris appellatione*, notandum est, ius vel accipi pro lege, de qua egimus elucid. 9. lib. 1. vel pro facultate ad agendum, aut recipiendum, de qua in praesenti agimus. Quare in prima acceptione *Iuris* nomine venit municipale vt tenet Anchar. Regien. p. 2. q. 6. n. 11. Hinc rectè tradit Steph. Gratian. discept. forens. cap. 99. si aliquid ex partium conuentione fieri debet secundùm ius, intelligi secundùm leges municipales, non secundùm Imperiales. Etenim si testator se referat ad iuris dispositionem, intelligit dispositionem iuris municipalis, & non iuris communis, vt docent Fusar. de subst. q. 477. nu. 53. & Peregrin. de fideicom. ar. 25. n. 53. Iuris nomine etiam venit consuetudo, teste Menchaca vsu freq. cap. 3. n. 2. Nam dicitur de iure fieri quod fit per consuetudinem, annuente Tiraq. in tract. de mort. in praefat. declar. 7. n. 5.

Iuris appellatio.

Et iuxta Parlad. diff. 39. ex Isidoro. Consuetudo est ius quoddam moribus vtensium institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex *C. Consuetudo dist. 1.* Iuris communis appellatione venit propriè ius commune Romanorum, & non commune municipale, vt testatur Caualcan. de tutore num. 98. in fine.

Consuetudo.

683 In 2. acceptione, de qua nobis sermo est iuxta quam frequentius vsurpatur ius in numero plurali. *Iurium appellatione* venit facultas aliquid agendi, seu disponendi, vt ex *L. qui in potestate*, *& l. filius fam. ff. de testam.* & alijs, tradunt Menoch. cons. 210. n. 32. Ludoui. Gom. ad §. 1. num. 29. instit. de action. & Fusar. de substit. q. 550. num. 16. Item veniunt praedia, & possessiones, vt docet Simon. de Praetis de interp. vlt. volunta. lib. 2. solut. 4. numer. 39. fol. 84.

Iurium appellatio.

Iurium meorum appellatione in donatione non venit ius patronatus, teste Lambertin. de iure patr. 7. q. princ. 2. p. n. 5. quia dictio *meorum* est dominij significatiua *l. q. quintus §. argento ff. de aur. & arg. lege* at ius patronatus non dicitur vere meum, vel esse sub meo dominio. *Iurium suorum* appellatione, vbi quis illa cedit non comprehenduntur nisi ea quorum dies venit, non verò conditionalia, vel in diem, vt ex Bald. tradit Alex. cons. 106. n. 8. lib. 5.

Meorum appellatio.

SECTIO III.

De dominio quoad essentiam, & multiplicitatem.

684 Quod hodie apud Theologos, & Iuristas vocatur *dominium*, olim ab antiquis Latinis dicebatur *mancipium* ex eo praecipuè quòd apprehensione manuum hoc ius compararetur. Hinc modi illi loquendi, *Dari, & accipi mancipio*: nam apud Plaut. in Curcul. *Mancipio dare* est rem ita dare, vt euictionem se praestaturum donator spondeat. *Mancipio accipere* est ea lege emere, vt venditor praestet euictionem.

Dominium. Mancipium quod dominium. Mancipio dari, & accipi.

Esse sui mancipij idem valet atque esse sui iuris, & nullius dominio subiacere. Inde *Res mancupij*, seu iuxta alios, *Res mancupij* dicebantur quę in nostro dominio erant, scilicet nostro dominio, & potestati subiectae. Cum verò iam aboleuerit hoc vocabulum secundùm significationem explicatam frequentissimus vsus recepit illius loco dominium, cuius naturam, & multiplicitatem inuestigamus.

Mancipij sui esse. Res mancipij.

685 *Dominium* igitur definitur à Soto. 4. de iust. q. 1. a 1. in hunc modum: Est facultas propria in rem, qua quis liberè vti potest incommodum proprium, omni vsu iure permisso. Displicet ob illam particulam (in commodum proprium) nam verus dominus potest disponere de re sua etiam in commodum aliorum, vel nullum. Azor. tom. 3. lib. 1. cap. 12. q. 1. ex Bart. *l. si quis vi § differentia ff. de acquir. possess.* dominium sic definit: Est ius de re corporali perfectè disponendi, nisi lex obsistat, vel conuentio prohibeat.

Loco generis ponitur ius: Nam latiùs patet quàm dominium, vt constat ex dictis sec. 2. Particula (perfectè disponendi) ponitur loco differentiae, & duo significat, nempe propriam authoritatem disponentis: vnde excluditur procurator, curator, & tutor: deinde omnimodam perfectionē dispositionis, v.g. ad alienandum, vtendum euertendum. Haec definitio recipitur communiter à Iuristis cum admittant particulam illā (de re corporali) probantes ex *l. rectè dicimus ff. de verb. sign.* Nullum esse proprium dominium rerum incorporearum, nempe seruitutum, possessionis, vsusfructus, habitationis, actionis.

686 Cùm verò Theologi vereantur negare Deum esse verum ac proprium Dominum Angelorum, communiter reijciunt illam particulam (de re corporali) affirmantes dari verum dominium rerum incorporearum, imò spiritualium. Quare ut explicemus dominium genericè acceptum, & sub eo varias species,

seu,

seu partes, Lessius l. 2. c. 3. dub. 1. Sic illud definit: Est ius gubernandi vel disponendi de re aliqua tanquam sua. Nam teste eodem, Dominium in genere duo includit, scilicet moralem potentiam, seu authoritatem in rem, vel personam, & subiectionem rei, vel personæ talem, vt inde dicatur ipsa esse alterius.

Suum quid sit. Dicitur (tanquam sua) nam *suum* appellatur quod ita subiectum, & adstrictum est illi, cuius esse dicitur, vt possit de eo disponere proprio iure, non ex commissione alterius. *Suum & proprium* æquipollent in *Clemen. de foro compet. cap. 1.* Dicitur *suum negotium* quod filij sui: *l. si mater C. ad Velle.* Etenim *suum* dicitur illud in quo proprietas habetur, *Instit. de rer. diuis. §. fi.* Denotat enim dominium, vox (suum,) vt tenet Menoch. cons. 129. num. 7. imò possessionem importat, vt Bald. in *l. 1. circa princ. ff. de statu homin.* Dictio *suis* in testamento refertur ad testatorem, & non ad alium, vt per Seraph. decis. 553. num. 6. Instituens fratrem & suos censetur instituere fratrem pro dimidia, & filios eius natos pro alia dimidia, vt per Decium cons. 244. Incipit Proponitur. *Proprium, & suum. Negotium suum.*

687 Sumptum igitur dominium in hac generica acceptione diuiditur in dominium iurisdictionis, & proprietatis. *Dominium iurisdictionis* est potestas gubernandi suos subditos, atq; adeo exercendi circa illos actum præcipiendi, prohibendi, permittendi, dispensandi, iudicandi, puniendi, præmiandi. In genere duplex est, sicut potestas, seu iurisdictio ordinaria, a qua non distinguitur: aliud sæculare, quod in rebus sæcularibus publicam tranquillitatem intendit, qualis potestas Imperatoria, Regia, Ducalis, Marchionalis, Comitalis, & similes: aliud Ecclesiasticum, quod in rebus sacris cultum diuinum, & salutem animarum intendit, & est potestas Papalis, Patriarchalis, Archiepiscopalis, & aliæ inferiores. *Dominium multiplex. Iurisdictionis dominium.*

Dominium proprietatis, quod alio nomine dicitur Proprietas, vnde Proprietarius Dominus, est ius disponendi de re aliqua tanquam sua. Subdiuitur in perfectum, & imperfectum. *Perfectum* alio nomine *Plenum*, dicitur quod continet proprietatem rei, & commodorum eius, sicque definiri potest: Dominium plenum est ius in re extendens se ad omnem eius vsum, seu dispositionem, nisi lege prohibeatur. Loco generis ponitur (ius in re) nam hoc ius distinguitur à dominio tanquam genus à sua specie: nam omne dominium est ius in re: siquidem omnem rem obligatam habet: non è contra: quia hypotheca, pignus, vsusfructus, & similia sunt iura in re, & non dominia. *Proprietatis dominiũ. Proprietarius dominus. Plenum dominium.*

Particula (extendens se ad omnem eius vsum) ponitur loco differentiæ: nam dominij perfecti, ac pleni speciale est, vt dominus possit vti re sua pro arbitratu. Concluditur (nisi lege prohibeatur) ad comprehendendum dominium maioratus, cuius possessor (vt docet Molin. trac. 2. disp. 3. num. 4.) verè, & plenè dominus est, quamuis prohibitus lege liberè de illo disponere. Lex enim quando impedit dispositionem rei, non tollit dominium, sed ligat.

688 *Imperfectum dominium* est quod tantum habet vel proprietatem rei absque emolumentis, vel tantum emolumenta absque proprietate: quare est duplex, alterum vocatur *Directum* alio nomine *merum*, nempe quod continet solam rei proprietatem: proindeque illud habens, in rigore dicitur *Proprietarius*. Tale dominium est quod vendicat filiusfamilias in peculio aduentitio, Princeps in feudis, qui dedit agrum in emphyteusim, in agro: & omnis is, qui dicitur dominus eorum, quorum alteri concessus est vsusfructus. *Imperfectũ dominium. Directum dominium.*

Alterum appellatur *Vtile*, & continet solam rei commoditatem, & vtilitatem. Tale est quod quod habet emphyteuta, feudatarius, & vsufructuarius. *Dominij appellatione* propriè venit directum ex *l. 1. §. in perpetuum ff. si ager vectigalis*. Dyonis. Paul. de vera quatuor Patriar. erectione c. 17. num. 13. Sub tota verò dominij latitudine comprehenditur etiam vtile, vt tenent Surdus decis. 288. num. 28. & Menoch. cons. 226. n. 176. *Vtile dominium. Dominij appellatio.*

Imò quæcumq; perpetua vtilitas, etiam respectu vniuersalis iurisdictionis dominium appellatur, vt videre est apud Manticam decis. 59. num. 1. & 2. Quando igitur in libello fit simplex mentio de dominio, intelligi debere de directo, non de vtili, de dominio, & non de quasi dominio, tradidit Alex. cons. 83. viso themate n. 2. lib. 3. vide Card. Tusc. tom. 8. lit. V. concl. 101. n. 8. & 26. Quid veniat Domini appellatione, diximus n. 394.

689 *Meum* in rigore iuris est quod vendicari potest *L. quintus ff. de aur. & arg. leg.* quin etiam actiones meorum verbo continentur *L. meorum ff. de verb. sign.* Hinc est quòd mei appellatione veniat illud, cuius dominium habemus, vt docent Gillius lib. 1. cons. 87. & Rebuff. ad *L. meorum 91. ver. si vero ff. de verb. signif.* pagin. 399. Deinde in materia larga meum etiam dicitur quod mihi debetur: secus in materia stricta, quia debitum propriè dicitur id quod meum non est, vt ait Socinus cons. 8. num. 4. lib. 1. Vbi aduertit quod plus importat dicere rem esse meam, quàm ad me pertinere. *Meum.*

Mei appellatione venit id, quod commune est v. g. uia communis, aut prædium spectans ad plures, ut resoluit Lambertin. de iure patron. 15. a 7. quæst. princ. partis lib. 1. Limitatur uerò in materia statuti, uel odiosa: unde si statutum disponat quòd dominus possit accusare inferentes dampum, non potest habens rem communem solus accusare: *Mei appellatio.*

quia

quia non est dominus verè, sed per fictionem, vt docet Angel. Aretin. conf. 65. Hoc pronomen *Meum* est possessiuum restringens dispositionem ad tempus præsens, & bona præsentia, vt docet Menoch. de præsum. lib. 4. præsumpt. 127. in fine.

Donatio omnium bonorum. Vnde quando legato indefinito adijcitur pronomen *Meum* veluti *aurum meum* tale pronomen demonstrat tempus præsens, vt testator censeatur legare aurum quod habebat tempore testamenti, non postea quæsitum. Deinde siquis simpliciter donaret, dicens, Dono *bona mea*, imò si adderet, *omnia bona mea* valeret donatio, cum solum intelligantur præsentia. & non veniant postea acquisita, de quibus donator testari possit, vt cum multis citatis tenet Barb. tract. de diction. dic. 198. n. 5.

Sum. 690 Ad dominium etiam spectat (*sum*) quod verbum substantiuum est, & de præsenti effectiuum atq; productiuum, vt sumitur ex *L. his verbis in prin. ff. de hæredit. instituen.* Vnde importat substantiam, authoribus Gutier. pract. lib. 3. q. 17 num. 116. & Ioan. Garc. de nobil. glos. 1. num. 38. & denotat dominium, vt dicta *l. his verbis* docet Paulad. lib. 2. rerum quotidi. c. 5. num. 15. item proprietatem, & essentiam ex Ceual. comun. contra comun. tom. 4. quæst. 906. num. 25. Inter alia

Genitiuus ad dominiũ. quæ important dominium est *genitiuus* v. g. quando dicitur Socratis domus, Platonis ager, vt tenet Felin. in cap. quia v. de iudic. in princ. Aliquando ex communi vsu loquendi denotat nudam detentionem. Nam simplices detentores, depositarij, commodatarij, & coloni solent appellare suum quod colunt, aut detinent. Est gloss. in *l. 2. ff. de orig. iuris.* Cum verò Genitiuus ex propria, & stricta significatione denotet dominium, ideo positus in statutis debet intelligi de dominio verò, per Barth. in *l. 1. §. potestatis ff. de pecul.* & per Abbat. in *Cap. 1. de postul. prælat.*

SECTIO IV.

De vsufructu, & vsu: quidnam, & quotuplex sit?

691 Consentaneum est, vt qui exposuimus dominium, subnectamus expositionem vsus, & vsusfructus, qui dominij partes sunt *L. vsusfructus in multis ff. de vsuf.* Est

Vsusfructus quid. vox *Vsusfructus* Latina, & in vsu apud Ciceronem pro Cecinna, & Topicis. In illius acceptione, & significatione videntur consentire Latini, Theologi, ac Iurisprudentes. Definitio, quantum deprehenditur ex *l. 1. ff. de vsufr. & Instit.* eod. tit. ita habet: vsusfructus est ius vtendi, & fruendi aliena re, salua eius substantia.

Per *ius* à definitione excluditur vsus facti, vt manducatio cibi, & gestio pallij, qui est merus vsus actualis. Per (vtendi) reijcitur ius quod habet creditor in pignore, & depositarius in deposito. Per (fruendi) reijcitur nudum ius vtendi re aliqua, quod non se extendit ad eius fructus percipiendos. Nam vsusfructus affert ius percipiendi omnes fructus, & plenum dominium in fructibus perceptis, non tamen ante perceptionem: vnde si vsusfructuarius maturis fructibus, & nondum perceptis moriatur, non ad ipsius hæredes, sed ad proprietarium spectabunt: quia vnum cum proprietate componunt. *Instit. de rerum diuis. §. is verò.* At si vsufructuario viuente auferantur furto, ad eum pertinebit actio contra furem, quia eius referebat non esse furto ablatos *l. si fur. ff. de vsuf.*

692 *Fructus* censentur, in grege quidem lana, lac, fœtus: in prædio fœnum, segetes, virgulta, salices, & omnes arbores cæduæ dummodò non sint prægrandes: fructiferæ non computantur in fructu. Quando vsusfructus ancillæ alicui conceditur, proles non spectat ad vsufructuarium, sed ad proprietarium *L. vetus ff. de vsufr.* & *Instit. de rer. diuis. §. in pecudum*. Ratio optima à iure redditur, quia cum fructus omnes gratia hominis conditi sint, hominem recensere inter fructus, dissonum foret. Arbores prægrandes si ventorum vi euellantur, possunt vsufructuario præbere usum. *Lapides* inter fructus non computantur: quia excisi non renascuntur. Ad usufructuarium spectant fructus per alluuionem acquisiti. *Insula* in flumine emergens pertinet ad proprietarium, non ad usufructuarium ex *L. si fundus ff. de vsufr.* *Fructus qui. Arbores fructiferæ. Ancillæ proles.* *Insula an sit fructus.*

693 Per particulam (alienare) excluditur ius utendi, & fruendi re sua: seu dominium amplum, & directum: nam hic definitur solus usus fructus formalis, & non causalis: ille autem à dominio proprietatis resultat. Per particulam (salua rei substantia) intelligitur onus impositum vsufructuario conseruandi rem integram: ex quo, pro illius conseruatione licèt non teneatur ad expensas excessiuas, tenetur tamen ad eas, quas diligens paterfamilias, uel procurator pro negotijs benè tractandis facere debet.

Vnde tenetur in uilla propè flumen uallos reficere, & reparare: non autem de nouo erigere, si fluminis inundatione prorsus deijciantur. Tenetur in uinea loco uitium, & in horto, loco arborum demortuarum alia serere, nisi tempestate, aut incendio pereant: quia ad casum insolitum non obligatur. In domo tenetur ad moderatam reparationem, non ad magnam, ut si ædes ex magna parte corruant. In grege tenetur integrum numerum sibi traditum seruare: proindeq; ex fætibus loco demortuorum substituere, ut perseueret integer numerus *L. vetus ff. de vsufr.* si uerò subrogata pereant, non tenetur pro illis alia substituere.

Dicta

Dicta procedunt, quando vsusfructus pecorum gregatim concessus fuit: nam si singulorum capitum in particulari, loco mortuorum nihil tenetur sufficere. Ex dictis constat vsumfructum proprium solum dari circa res, quæ vsu non consumuntur, vt sunt domus, prædium, grex, Instit. de vsuf. §. Constituitur. Nam res vsu consumptibiles, vt sunt oleum, vinum, triticum, pecunia, & alia id genus solum possunt subire vsumfructum improprium, vt siquis leget alicui talium rerum vsumfructum, tradantur ei res æstimatæ, comparetque eo ipso eorum dominium præstita cautione, quòd transacto tempore vsusfructus, reddet illorum æstimationem.

Vsusfructus improprius.

694 Quod attinet ad multiplicitatem vsusfructus in genere duplex est alter legalis, alter conuentionalis habens nomen, & originem à duobus modis, quibus constituitur, scilicet lege, & conuentione. *Legalis* igitur est qui lege conceditur, qualis v.g. conceditur patri in bonis aduentitijs filijfamilias, non verò in bonis illius castrensibus, aut quasi castrensibus, vt patet *L. quacunq; & l. Cum oportet C. de bonis qua libens*. Ad differentiam huius dicitur alter *conuentionalis*, & non solum conuentione, hoc est pacto, sed etiam vltima voluntate, aut donatione constituitur. Est ergo omnis ille qui habet vim ex priuata hominis dispositione. Vide Molin. tom. 1. tract. 2. de iustit. à disp. 7. Azorium tom. 3. lib. c.25. & Lessium lib. 2. c.3. d.4.

Vsusfructus legalis.

Conuentionalis vsusfructus.

Vsusfructus appellatione venit quandoque proprietas, scilicet ex verisimili mente præcendentium, & sequentium, vt latè ostendunt Paris. cons. 71. n. 1. lib. 2. & Castrens. cons. 377. Licet iudex per totum lib. 1. Vsusfructus fundi appellatione venit vsus instrumentorum, & eorum, quæ sunt parata profundo, vt tradit Bald. cons. 485. qui legat in princ. lib. 4. apud Tuschum to. 8. lit. v. concl. 301. num. 9.

Vsusfructus appellatio.

695 *Meum* est cuius habeo vsumfructum, apud Alberic. V. eodem *Consolidatio* est proprietatis cum vsufructu coniunctio. Instit. de vsufr. §. 3. Et quidem non solum euenit quando proprietarius vsumfructum comparat, sed etiam quando vsusfructuarius proprietatem acquirit. Hinc vsusfructuarius proprietatem acquirens, consolidare dicitur l. 3. & 6. de vsufr. accres. Dicitur etiam solida proprietas, in qua vsusfructus inest. *L. Sempronius 26. §. 1. de vsufruct.*

Meum consolidatio.

Illud monuerim dari discrimen inter uti, & frui, proindeq; inter usum, & usumfructum, nam *vti* dicitur ille, qui ita utitur re ut fructus non percipiat: potest enim quis habere ad usum quotidianum alienam equam, ita ut non percipiat ex ea fructum, nempe partum. Similiter is qui alicuius fundi usum habet, pomis, & oleribus uti potest ad usum quotidianum, non tamen donare, aut uendere.

Vti, & frui. Vsus sine fructu.

Frui uerò dicitur ille qui fructus percipit, ita ut omnes fructus percipere possit, & in omnes perceptos habeat plenum dominium. Sic distinguitur vsus nemoris ab vsufructu ipsius. Nam qui vsum habet, solum potest accipere ligna, poma, flores, & alia ibi nascentia pro necessitate sua, & familiæ suæ: at qui habet vsumfructum, potest accipere, vendere, donare, & disponere de omnibus fructibus.

696 Ille qui habet usumfructum teste Molina tract. 2. disp. 7. init., appellatur tum *vsufructuarius*, tum *fructuarius*. Inter fructuarium, & bonæ fidei possessorem colligit discrimen Azor par. 3. lib. 1. c. 24. quæst. 5. ex *L. Si fur. ff. de vsufr.* & alijs, quòd fructus fiunt fructuarij statim ut à fructuario sunt percepti, uel ab alio, nomine ipsius: at bonæ fidei possessor eos facit suos, cum primum à solo sunt separati, siue per eum, siue per alium separati fuerint. *Instit. de rerum diuis. §. 15.* Intelligitur autem fructuarius percepisse, cum uel ipse, uel ipsius nomine alius eos collegerit, uel decerpserit, quamuis non dum sint in horreum reconditi *L. si vsufr. ff. de vsuf.* fructus qui casu sine adminiculo hominis in terram decidunt, fructuarij non sunt, nisi ipse decidentes amoueat, & recondat in horreum. Inter fructuarium, & emphyteuticarium hoc interest, quòd hic habeat dominium vtile integrum, ita ut possit rem vendicare, & repetere à quolibet possessore, & se defendere, ne ab ea deijciatur: at in fructuarium dominus non transfert huiusmodi vtiles actiones.

Vsufructuarius. Fructuarius.

Fructuarius, & emphyteuta.

697 Superest vt de vsu nudo, & alijs iuribus vtili dominio affinibus, scilicet habitatione, superficie, & seruitute, pauca subijciamus. Vsus qui alio nomine *Vsio* appellatur *L. Quintus §. si factum ff. de aur. & arg.* accipitur vel latè pro iure vtendi, siue coniunctum habeat ius fruendi, siue non: vel pressè pro iure duntaxat vtendi, proindeq; excludente ius fruendi, & sic vocatur *Vsus nudus L. 1. ff. de vsu, & habitat.* in qua acceptione, de illo nobis sermo est, & *Instit. de vsu & habit.*

Vsus, & vsio.

Vsus nudus.

Sic definitur: Est ius duntaxat vtendi aliena re, salua illius substantia. Ius ponitur loco generis, cum sit quid indifferens ad vsum nudum, vsumfructum, & alia iura. Reliqua ponuntur loco differentiæ, & per particulam *Vtendi* excluduntur iura, quæ non sunt ad vtendum, quale ius creditoris ad pignus, & depositarij ad depositum. Per particulam (duntaxat) excluditur usufructus, qui licèt sit ad utendum re aliena, est etiam ad fruendum. Cum uerò usus nudus sumatur tum pro iure utendi v.g. equitandi, quod perseuerat cessante actu, tum pro ipso actu utendi, v. g. equitatione, qui appellatur *vsus facti*, hic definitur ius utendi per habitudinem ad actum nempe usum facti.

Vsus facti.

In-

Iurisperiti ſicut agnoſcunt duplicem uſumfructum, ita duplicem uſum nudum, alterum cauſalem, & alterum formalem. *Cauſalis* dicitur ille qui à dominio rei, cuius eſt uſus, aut uſusfructus, cauſatur, quaſi ille, quem dominus habet in re, cuius eſt dominus: *Formalis* eſt ille qui ſubiecto eſt ſeparatus à dominio rei, qualis ille quem habet uſufructuarius, uel uſuarius. Ita Molin. tract. 2. diſp. 5. § ut autem.

Vſus cauſalis, & formalis.

698 *Vſuarius* eſt, qui alicuius rei nudum vſum habet: v. g. ille, cui dominus conceſſit vti ſua equa, non autem frui, ſcilicet vt in ea equitet, non verò ab ea fructum, ſeu partum percipiat. Dicuntur vſuarij clerici, qui non poſſunt vendere, vel donare, vel teſtari de bonis Eccleſiæ, ſed debent ſolo victu, & veſtitu eſſe contenti. 10. q. 2. Epiſcopus habeat. Competit enim vſuario ius, & vſus, ſed non poteſt vendere, locare, vel alienare: ſi igitur habeat tale ius in hortis, fundis, paſcuis, & ſimilibus, ſolum poterit vti huiuſmodi ſeruitute in quotidianum miniſterium ſuum, & ſuæ familiæ.

Vſuarius. Clerici. vſuarij.

Hinc rectè Leſſius lib. 2. cap. 2. dub. 6. ponit differentiam inter *vſuarium*, & *fructuarium*: quia vſuarius non poteſt rem ſibi ad vſum conceſſam alteri locare: vel gratis concedere. Secus de fructuario: hic enim poteſt rem, cuius habet vſum fructum, alteri locare, & percipere pretium elocationis, vel gratis concedere. *Inſtit. de vſu* §. 1. non tamen itaut alter fiat vſufructuarius: ſed vt habeat ius quoddam ad percipiendos fructus dependens à iure vſufructuarij.

Vſuarius, & fructuarius.

Aduerte in rebus, quæ vnico actu conſumuntur, dari duplicem vſum, alterum primarium, vt in pecunia quando expenditur, alterum ſecundarium, vt in eadem, quando exhibetur ad oſtenſionem diuitiarum. Huiuſmodi rerum vſus etiam primarius à dominio diſtinguitur: nam Minores fratres habent vſum earum rerum ſine dominio, vt conſtat ex *Cap. Exiit qui ſeminat, de verb. ſign. in 6.* Vide Sanch. 7. Dec. c. 18.

699 *Habitatio* apud Rebellum 5. p. lib. 1. quæſt. 7. ſect. 3. num. 29. ſic definitur: Eſt ius vtendi domo aliena cum facultate alienandi eius vſum. Ex qua infertur cum Molin. tract. 2. d. 5. §. vlt. habitationem diſtingui ab vſu nudo, quia vſuarius, cui vſus domus conceſſus eſt, non poteſt eam locare: is verò cui habitatio conceſſa eſt, eam locare poteſt, & acquirere ſibi pretium locationis.

Habitatio quod ius.

Vſus nudus & habitatio.

Item diſtingui ab vſufructu, quia vſusfructus multis modis extinguitur: habitatio verò ſolum extinguitur morte eius, cui conceſſa eſt *L. habitatio, & l. cum antiquitas C. de vſufrut. & habit.* Quod procedit niſi dominus tempus certum habitaturo præfixerit. *Superficies* quantum ex Molina diſp. 10. deprehenditur, accipitur tum pro iure quod quis vendicat in ſuperficiem ſoli alieni, tum pro ipſa ſuperficie, imò pro ijs, quæ in ea nituntur, vt domus, hortus: vinea: quamuis hæc propriè *ſuperficiaria* dicantur, ſicut dicitur *ſuperficiarius* qui tale ius habet.

Superficies.

Superficiarius.

Tunc datur contractus ſuperficiarius quando quis in perpetuum, uel in decennium, uel ultra pro certa penſione annua, uel menſtrua concedit ſuperficiem ſui ſoli ad ædificandam domum, uel plantandum uineam, & ſimilia. Differt adhuc huiuſmodi contractus ab emphyteuſi, quòd ſuperficiarius domo, uinea, uel horto ſemel extinctis, non habet iūs alia condendi, uel plantandi, ſed ſuperficies ad dominum ſoli tranſit: Emphyteuta uerò, quia utile dominium totius ſoli habet, deſtructa reparare poteſt. Aduerte dominum ſoli comparare dominium directum in domos, & arbores, licèt expenſis ſuperficiarij conditas, & plantatas, ex *l. 2. ff. de ſuperficiebus*.

700 *Seruitus* quoad præſens inſtitutum, ſumitur dupliciter à iuriſperitis, 1. pro iure quod quis uendicat ad utendum, & fruendum re aliena, uel in ea aliquid faciendum, aut impediendum: in qua acceptione eſt quid ualde latè patens, & tanquam genus ad nudum uſumfructum, & alias ſpecies ſeruitutum. 2. pro ſubiectione in re alterius, ut ipſa quodamodò ſeruiat alteri: v. g. in muro ne altiùs erigatur, aut in uinea, ut per eam fiat iter, & detur tranſitus.

Seruitus quid.

Hæc acceptio magis propria, & ſtricta eſt, in qua ſeruitus à Molina tract. 2. diſp. 11. §. *Ea ergo* ſic definitur: Eſt habitudo, paſſiuaue obligatio in re aliena, reſpondens iuri in eadem re ad aliquid circa illam faciendum, aut impediendum, ſalua illius ſubſtantia. Breuiùs definiri poterat: Eſt ſubiectio qua res aliena alicui ſeruit. Sic definita eſt triplex, ſcilicet perſonalis, realis, mixta: *Perſonalis* eſt quæ à perſona debetur perſonæ, ut ſi mihi ad tempus, vel ad uitam meam conceſſeris uſum ſerui tui.

Seruitus quotuplex.

Perſonalis ſeruitus.

Realis eſt quæ a re debetur immediatè rei, ut ſi mea uilla habet ius ut per tuum oliuetum poſſit iri: dixi *immediatè* quia talis res eſt mediatè ſubiecta perſonæ, nempe ex eo quòd alterius rei habentis illud ius fiat dominus, uel conductor. *Mixta* eſt quæ à perſona debetur immediatè alicui rei, & mediante re alicui perſonæ ſcilicet domino talis rei.

Realis ſeruitus.

701 *Seruitus realis* ſubdiuiditur in ruſticam, & vrbanam. *Vrbana* ſeruitus eſt quæ Vrbano prædio debetur, ſiue à ruſtico, ſiue ab vrbano prædio debeatur. *Prædium vrbanum* vocatur omne ædificium habitandi gratia confectum, ſiue in vrbe, ſiue in villa, ſiue alibi conſtructum ſit: horti etiam gratia domorum, ac recreationis conſiti, domibuſque annexi, inter prædia vrbana recenſentur. *L. vrbana prædia ff. de verb. ſign.* Tunc igitur datur

Vrbana ſeruitus.

Prædium vrbanum.

datur seruitus vrbana, quando v. g. ædes tuæ non possunt altiùs attolli ne obstent luminibus vicini, vel quando in tuum parietem potest immitti tignum à vicino.

Rustica seruitus. Prædium rusticum.

Rustica seruitus est quæ rustico prædio debetur. *Rusticum prædium* censetur quodcunq; vrbanum non est, v. g. horreum, ager, stabulum, quæ ab ædificijs causa habitandi constructis separata sunt. Tunc igitur datur seruitus rustica, quando v. g. tibi licitum est per fundum alterius in tuum, aquam ducere, iumentum agere, & similia, quæ habentur. *Instit. de seruit. & lib. 8. ff. tit. 1. 2. 3. 4.* Vide Molin. tom. 1. tract. 2. disp. 12. Vbi latè de prædictis seruitutib. & Parladorium diff. 79.

702 Ommitto alias diuisiones seruitutis, nempe in affirmatiuam, & negatiuam, in continuam, & discontinuam, quas affert, & exponit molina disp. 12. Item in diuiduam, & indiuiduam, quas cum alijs exponit latè Iurisconf. ad calcem *lib. 7. ff. de vsuf. vbi* arborum quandam seruitutem plantauit, & explicuit. Vide ibi plura, quæ hic desiderantur.

Iura prædiorum.

Illud obseruo ex *Instit. de rebus corpor. & incorp.* inter seruitutes computari *Iura prædiorum*, eaque seruitutes appellari. Cum autem quis prædia cum iuribus suis restituere promittit, intelligitur, vt restituat eiusdem bonitatis, salubritatis, & amplitudinis. *L. quid aliu ff. de verb. sign.* sub diuisionibus, quas tradimus continentur species seruitutum, quæ in iure dicuntur Haustus, Immissum, & Luminum seruitus.

Haustus. Immissum. Lumen vnicum.

Haustus, vt declarat Alex. Scot. v. eod. est ius hauriendi aquam de puteo Vicini, cui eo inuito iure seruitutis adscribitur. *Immissum*, à quo seruitus tigni immitendi nomen accepit *L. malum ff. de verb. sign.* dicitur quod ita immissum est vt in aliquo loco conquiescat veluti trabes, quæ in alienum parietem immittuntur. *Lumen vnicum* sumitur pro exiguo cubiculo, quod vnica fenestra tenuiter illustratur, quale tenues. & inopes homines habere solent. *L. 6. ff. de seruit. de offic. præf.* Luminum seruitus quid sit colligitur el *l. 4. ff. de seruit. vrb. præd.* Nam per luminum seruitutem constitutam id acquisitum videtur vt vicinium nostra lumina excipiat.

Cum autem imponitur seruitus, ne luminibus officiatur, illud comparatur, ne sit ius vicino inuitis nobis altiùs ædificare, atq; ita minuere lumina nostrorum ædificiorum. Quomodo prospectus, & lumen differant, habetur *l. lumen ff. de seru. vrb. præd.* Quid de acquisitione, & extinctione seruitutis? Contrahitur non solum lege, & vltimis voluntatibus, sed etiam donatione, & pactionibus. *Instit. de seruit. §. vlt.* Extinguitur peracto tempore pro quo fuerat constituta, vel remissione illius, qui ad eam ius habet, vel præscriptione. Ita Azor. tom. 3. lib. 1. cap. 37. q. 4. in dubio non præsumitur seruitus iuxta Menoch. conf. 75. in princip. Nam res ex se, & natura sua sunt liberæ: proindeq; in dubio pro illarum libertate præsumendum est.

SECTIO V.

De possessione, & ipsam concernentibus.

Possessio vnde dicatur.

703 Vnde dicatur, quid sit, & quotuplex possessio, nobis expediendum est. Putant aliqui possessionem dici à verbo *posse* quòd per eam possessor plurimum possit. Magis verò consentanea iuri est alia nominis deductio, vel confictio, vt scilicet possessio dicatur vel à pedibus, vel à sedibus ponendis, & sit quasi pedum, vel sedium positio. Nam *l. 1. ff. de acquir. rerum possess.* Sic habet Paulus: Possessio appellata est à pedibus, & (vt Labeo ait) pedum quasi positio: quia naturaliter tenetur ab eo, qui ei insistit.

Pedes ad possessionem

Pro illa particula (à pedibus) tenent alij codices (à sedibus.) Nam apud antiquos de more erat incipere possessionem rei immobilis v. g. fundi, agro figendo pedem, vel collocando sedem. Possessio igitur accipit nomen à rebus immobilibus vtpote præcipuis.

Possessionis acceptio.

Apud Latinos, & etiam Iuristas sumitur possessio 1. obiectiuè pro re possessa. In quo sensu prædia, domus, & alia huiuscemodi possessiones appellantur *L. interdum ff. de verb. signif.* 2. formaliter pro forma, à qua quis denominatur possessor, quæ vel est actus possidendi, & dicitur possessio facti, vel est ius possidendi, & dicitur possessio iuris: in qua acceptione loquimur, & naturam possessionis inuestigamus.

Possessio facti.

704 *Possessio facti* apud Syluest. V. dominium q. 2. sic definitur: Est detentio rei corporis, animi, & iuris adminiculo. Nomine detentionis, intelligitur etiam apprehensio prima: est enim hæc non solum possessionis inceptio, sed etiam acquisitio. Nomine *rei* venit non solum res corporalis, vt ager, sed etiam incorporea, ut census, beneficium, seruitus, & similia, quæ à Theologis dicuntur possideri, & à Iuristis dicuntur quasi possideri.

Per illud (corporis, & animi adminiculo) intelligitur vtrunq; requiri, nempe quòd res corporaliter aliquo modo apprehendatur, & animus, seu intentio possidendi detur. Ponitur illa particula *iuris adminiculo* non quod omnis possessio facti iusta sit, cum fur in re furtiua habeat iniustam possessionem facti: sed quia requiritur quòd ius non obstet impediens possessionem facti, sicut obstat *L. qui vniuersas ff. de acquir. poss.* impediens ne sit possessio facti detentio rei sacræ, vel loci religiosi facta per laicum.

Possessio iuris quod.

705 *Possessio iuris* sic definitur à Bartol. *L. 1. de acqu. possess.* Est ius insistendi alicui rei, tanquam suæ, non prohibitæ possideri. Particula

ticula (ius) excludit possessionem facti, quæ non est ius, sed est formaliter mera insistentia, detentio, occupatio. Per illam (insistendi rei) reijcitur dominium, quod est ius disponendi de re: possessiò autem est ius vt possessor rem pacificè teneat, & iuris remedijs, atq; interdum armis tueatur. Particula (tanquam suæ) satis indicat non sufficere ad huiusmodi possessionem quòd quis rem teneat nomine alterius, sicut tutor tenet bona pupillorum, quin possideat. Vltima (non prohibitæ possideri) significat neminem posse habere ius possidendi contra dispositionem iuris, seu resistente iure. Ex quo sequitur furem, quamuis in re furtiua habeat possessionem facti, non habere possessionem iuris.

Possessio multiplex. Vacua possessio. Plena possessio. Colorata possessio.

706 Quod attinet ad multiplicitatem, possessio diuiditur 1. in vacuam, & non vacuam. *Vacua* datur quando res nec animo, nec corpore alicuius tenetur. *Non vacua* sed plena est, cum quis animo, vel corpore rem habet. 2. in coloratam, & veram: *Colorata* est quæ habetur ex titulo colorato: *vera* est quæ habetur verè, & ex titulo verò: quos titulos inferiùs exponemus. 3. in possessionem cum bona, & possessionem cum mala fide. Illa datur cum quis iusto errore ductus rem habet existimans se dominum esse, cum dominus non sit: & talis appellatur *possessor bonæ fidei*. Possessio cum mala fide datur cum quis sciens se non esse dominum, petinde se gerit, ac si dominus rei esset: & talis dicitur *Possessor malæ fidei*.

Possessor bonæ fidei. Possessor malæ fidei. Violenta possessio. Clandestina possessio.

4. In violentam, & clandestinam: *Violenta* datur in eo qui vi possidet. *Clandestina* in eo qui clam possidet. 5. & præcipuè in ciuilem, & naturalem: *ciuilis* est quæ solo animo continuatur, licèt initio per corpus, & animum compararetur: talem habet qui rebus suis absens est, licèt eas animo retineat. Dicitur ciuilis, quia per ius parit vsucapionem rei, & dominium fructuum, qui effectus ciuiles sunt. *Naturalis* est quæ animi simul, & corporis opera acquiritur, & continuatur: vt quando quis occupat, & retinet rem vt suam. Potest quis per se ciuiliter, per alium naturaliter; vt per seruum, Colonum, depositarium, vel commodatarium possidere. *L. 3. §. Quod sit ff. de acq. possess.*

Ciuilissima possessio.

707 Ex naturali, & ciuili possessione potest vna coalescere, quam vocant mixtam Azor par. 3. lib. 1. cap. 31. quæst. 3. & Molina tract. 2. disp. 12. Additur alia quam Lessius lib. 2. cap. 3. num. 45. & 48. appellat *Ciuilissimam*, & est quæ fit sola legis ciuilis potestate, absq; vllo animi, vel corporis adminiculo, etiam nesciente eo qui incipit possidere. Cum enim modus acquirendæ possessionis iuri humano subiaceat, interdum, teste Couar. l. 3. Variar. c. 5. num. 6. transfertur possessio absq; vlla vera, vel ficta apprehensione, quando scilicet id leges decernunt. Sunt aliæ possessiones, quæ ad prædictas diuisiones reducuntur, quamuis alijs nominibus insigniantur, nempe possessio precaria, immemorialis, momentanea, lucratiua, pacifica, decretalis, edictalis, extraordinaria, ordinaria, Carboniana, fiduciaria, & Capellata.

Precaria possessio. Precario possidere. Immemorialis possessio.

Precaria possessio est quæ conceditur ad preces, vt tandiu duret, quandiu patitur qui concessit. Hinc *precariò possidere* est tandiu habere, quandiu patitur qui possessionem precariam concessit. Sumitur ex Azorio to. 1. lib. 1. cap. 4. lit. D. *Immemorialis possessio* authore Molina disp. 76. est illa cuius initium excedit memoriam senum, qui modò sunt etiam ex auditu, & traditione suorum antecessorum, quamuis constet eam cæpisse post longissima tempora, qualia fuère Regis Pelagij in Hispania. Nam post illa cæperunt maioratus, & tamen multi eorum dicuntur possessionis immemorialis.

Momentanea possessio.

708 *Momentanea possessio* de qua agitur *l. 1. C. si de momentanea possess. fuerit appell.* iuxta Iacobum Spielgel. in lexico v. eod. est ea, quæ breui tempore retenta est. Iuxta Alex. Scot. v. eod. dicitur, quia licèt obtineat aliquis in possessione, tamen continuò elapso momento succumbere poterit in iudicio proprietatis. Gloss. ad l. citat. sic habet: Dicitur momentanea possessio, quia apta est durare per momentum: & sic aptitudine, vt hic, & *Instit. de lege Aquil. §. his autem verbis*, vel ideo quia in ea tractatur de possessorio momento; vt quoto tempore anni possederit olim, hodie de tempore litis contestationis. *lucratiua possessio* habetur *l. 2. ff. siquis omissa causa*, & dicitur illa quam ex lucratiua causa quis adeptus est.

Lucratiua possessio. Causa lucratiuæ. Pacifica possessio.

Lucratiuæ causæ sunt hæreditas, legatum, fideicommissum, mortis causa donatio, & alia, quæ relinquuntur in vltima voluntate. *Pacifica possessio* est, quæ habetur sine vlla lite: vnde possidere pacificè beneficium iuxta regulam Cancellariæ de triennali possess. est idem atque illud possidere absq; vlla lite, vt colligitur ex Azorio par. 2. lib. 7. cap. 35. *Inconcusse* id est pacifice *cap. Cum venissent, de in integrum restit.* Vnde *inconcussum ius possessionis l. non ideo C. de libera causa*. Deinde non concussa, & continua possessio. *L. quicunq; C. de bo. quæ lib.*

Inconcusse. Incōcussum ius.

Decretalis possessio. Edictalis possessio.

709 *Decretalis possessio*, quæ facti est, & extraordinaria vulgo vocatur, ab eo nomen accepit, quòd potissimum à decreto pendeat, suamque substantiam accipiat, vt monet Alciat. ad *l. de lata ff. de verb. sign.* Apud eundem citato loco *Edictalis possessio* est illa, quam ordinariam vocamus, & quæ ius tribuit. Alex. Scot. V. Bonorum possessio extraor. dicit possessionem edictalem esse, quæ ex edicto

prætoris

prætoris mortui conſtituitur : decretalem eſſe quæ à viuo prætore decernitur . Vide Parlador.diff 23.

Extraordinaria poſſeſsio.

Extraordinaria poſſeſſio eſt quæ nomine careт, ius non tribuit inſtar Carbonariæ , datur ſine cauſæ cognitione, & competit his , qui ex lege , ſenatusconſulto , & conſtitutionibus principum , tam ex teſtamento , quàm ab inteſtato veniunt , ſcilicet vt cum aliqus vult ſuccedere patri ſuo , quem ab inteſtato deceſſiſſe inuenit , petit ſibi hanc bonorum poſſeſſionem concedi . *Ordinaria poſſeſſio* extraordinariæ opponitur , & ius tribuit , ſicut edictalis , ac non habetur per decretum viui prætoris, iudicis, aut principis.

Ordinaria poſſeſsio.

Carbonaria poſſeſsio.

710 *Carbonaria poſſeſſio* ſic appellata à Carbonio inuentore, eſt illa, per quam filius impubes volens ſuccedere in bonis patris ab inteſtato , tanquam proximior vel rumpere teſtamentum , aut dicere ipſum nullum ipſo iure , cum obijcitur ſibi controuerſia bonorum , & filiationis , vel mouetur quæſtio ſtatus putà quod ſit ſeruus , petit per Carbonianum poſſeſſor inſtitui : & controuerſiam motam de bonis, aut filiatione, & quæſtionem ſtatus vſq; ad tempora pubertatis ſuæ differri. *Fiduciaria* apud Bud. in l. Poſter. de orig. iur. dicitur à fiducia , & eſt quæ ſub manu regia poſſidetur : quaſi fide data, accepta ſit . *Caperlata* habetur *L. Aurelio ff. de liberatione legata* , eſt poſſeſſio (inquit Gloſſa) ſeu potius locus poſſeſſionis : ac proinde in illo textu nomen poſſeſſio ſumitur obiectiuè pro re poſſeſſa.

Fiduciaria poſſeſsio.

Caperlata .

Bonorum poſſeſsio.

Bonorum poſſeſſio accipitur pro iure hæreditario, quod cum prætoris decreto acquiritur : Vt tameſi res ipſas hæreditarias poſſideamus , bonorum tamen poſſeſſionem, id eſt ius ipſum à iudice impetrare nobis neceſſarium ſit: vnde nihil differt ab ea hæreditate niſi quod hæreditas ſolo animo aditur, at bonorum poſſeſſio vt acquiſita videatur, ius dicentis officium requirit. Vide Alciat. lib 4. Parad. Inter bonorum poſſeſſorem, & hæredem eſt differentia, quòd bonorum poſſeſſor de iure prætorio, hæres de iure ciuili ſuccedit . Imò eſt diſcrimen inter bonorum poſſeſſorem, & poſſeſſorem bonorum (ſola enim tranſpoſitio verborum ſignificationem variare poteſt) quia bonorum poſſeſſor eſt ille cui ad exemplum hæredis bona defuncti iure prætorio decernuntur. at poſſeſſor bonorum eſt qui rem aliquam poſſidet. Ita Spiegel. v. eod. Vide Parlad. diff. 21.

Bonorum poſſeſsio, & hæreſ.

Poſſeſſor bonorum.

Poſſeſsionis appel.

711 *Poſſeſſionis* ſimpliciter prolatæ appellatione venit propria, & vera poſſeſſio, quatenus importat ius detinendi, ſeu inſiſtendi rei , niſi obſtet materia ſubiecta , vel mens proferentis. Nam verba in dubio ſemper pro ſignificatu principaliori accipi debent *L. 1. §. qui in perpetuum ff. ſi ager. vectig. & cap. pen. de ſenten. excom.* Apud Manticam de coniect. vltim. Volunt. lib. 5. tit. 5. nu. 6. & Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 39. à nu. 8. Si autem teſtes (vt tenet Gloſſa in *L. Stipulatio iſta §. hæc quoq; ff. de verb. oblig.*) deponant ſimpliciter aliquem poſſidere, intelligitur de poſſeſſione facti, & ita de inſiſtentia ſimplici, ſeu nuda detentione.

Inſiſtentia. Detentio nuda.

Quia teſtes (vt docet Maſcar. de probat. concl. 1375. à nu. 3.) non poſſunt deponere niſi de illis, quæ corporeo ſenſu percipiuntur: qualis eſt poſſeſſio facti, non iuris. Quamuis nomē (poſseſsio) abſolutè prolatum ſignificet veram, & formalem, qualis eſt ius inſiſtendi rei, tamen ſi addatur nomen proprium vt poſſeſsio Socratis, aut pronomen poſſeſſiuum (meum, tuum, ſuum) intelligendum eſt de poſſeſsione obiectiua, ſeu de corporibus, & prædijs poſſeſſis. Sic enim vſus interpretatur, authore Barth. *L. vxorem 41. §. legauerat ff. de leg. 3.*

712 Sunt præterea apud iuriſtas voces aliæ, & modi loquendi ſpectantes ad poſſeſsionem, quæ luce indigent. *Synheſis* habetur *l. alumnæ §. Titia ff. de adimen. leg. &* iuxta Gloſſ. ibidem, idem valet apud Græcos, quod apud Latinos omnis poſſeſsio . *Obtinere* dicitur quis quod canonicè poſſidet, quando habet ius in re, vt notat Archid. *Cap. ſi gratioſe de reſcript. in 6.* Sumitur etiam obtinere pro retinere . *L. clam. poſſid. ff. de acqui. poſſeſ.* Modus hic loquendi *Poſſidere integro iure* , habetur apud Albericum v. eod. ex 2. *q.* 11. *Caſellas* , & idem valet atque non vendere, nec alienare per quoſcunq; contractus.

Synheſis.

Obtinere.

Poſſidere integro iure.

Poſſidere in creditum , vt habetur *L. à Diuo §. ſi pignora ff. de re iudic.* dicitur qui in poſſeſsionem pignorum debitoris ex decreto prætoris miſſus eſt. Sicut *In creditum ire* dicitur, non qui rem ſuam , ſeu certam ſpeciem vindicat , ſed qui in perſonam agit, vt ſibi ſatisfiat. *L. procuratoris §. pen. de trib.* Quamuis frequenter pro credere ſimpliciter accipiatur. *Poſſidere pro hærede* vt notat Gloſſ. in *l. pro hærede ff. de pet. hæred*, tribus modis dicitur : primò quando poſsidet procurator hæredis pro ipſo hærede ; ſecundò , quando poſſidet qui putat ſe eſſe hæredem verum, cum verus hæres non ſit . Tertiò quando etiam poſsidet qui verus eſt hæreſ. Poſsidere pro poſſeſſore apud Alex. Scot. v. eod dicitur ille qui ita poſsidet , vt ſciat ſe nullam cauſam iuſtam poſsidendi habere, atque adeo ſi interrogetur cur poſsideat , vel quomodo , nullam reddat rationem cur poſsideat, ſed reſpondeat, Poſsideo.

Poſſidere in creditum.

In creditum ire.

Poſſidere pro hærede.

Poſſidere pro poſſeſſore.

713 *Poſſidere pro indiuiſo* , vel aliter habere rem pro indiuiſo, eſt aliquam rem ita poſsidere , vt nullam partem in ea habeat ab alijs diuiſam, vel vt nulla ſit pars, quam poſsideat ſeparatim, ſiue diuiſim. Vnde quando duo homines poſsident rem vnam pro indiuiſo , neuter poſsidet partem aliquā ſeparatim ab alia, ſed vterq; poſsidet totum, quanuis non totaliter.

Poſſidere pro indiuiſo.

Indiuiſum dominium poſſidentiū.

Notat Molina to. 2. diſp. 371. §. *Duo hoc loco*, duobus modis poſſe duos condominos habere rem pro indiuiſo , 1. ſi dominia ſint diuerſæ rationis, qualia dantur in proprietario, &

S emphy-

emphyteuta, nempe dominium directum in illo, & dominium vtile in hoc; tunc enim vnusquisq; eorum est dominus totalitate rei, in quã totam habet suum dominium, sed partialitate dominij, quia ex illis duobus dominijs tanquã partibus coalescit vnum Dominium plenum.

2. Si dominia sint eiusdem rationis, ita vt res quoad partes integrantes, aut æstimationem sit inter vtrumque diuidenda, quo pacto hæredes, & socij sunt domini bonorum hæreditatis, aut qui societate possident, ante quam res inter eos diuidantur. Tunc etiam qui rei pro indiuiso sunt domini, totius rei domini sunt, tametsi non totaliter dominij totalitate. An verò partis appellatione res pro indiuiso significetur? Affirmatiue resoluitur. *L. recte §. vlt. ff. de verb. sign.*

Res pro indiuiso.

Possidere, & esse in possessione differunt, vt ex *l. si quis ante §. 1. ff. de acqu. possess.* tradunt Rebuff Regul. de public. resig. Gloss. 13. & Barbosa de appell. verb. 207. n. 1. nam verbum *Possidere* refertur ad solam veram, & propriam possessionem, at verò *Esse in possessione* ad tentionem simplicem. Sic colonus ex eo quód rem detineat, dicitur esse in possessione, licèt non possideat; item qui mittuntur in possessionem causa rei seruandæ, & quicunq; profitentur se alieno nomine possidere, dicuntur esse in possessione, quin verè possideat.

Possidere & esse in possessione.

Tentio enim, seu detentio differt à possessione. Nam apprehensio, & insistentia in re corporea (vt docet Molina trac. 2. disp. 12.) si alio animo fiat quàm habendi rem vt suam, non efficit possessionem, sed tentionem. Hinc *tenuta* (inquit Albericus diction. ead.) data per iudicem non facit possessorem, sed in possessione esse. Pro tentione dixit Tenutam.

Tentio, & possessio.

Tenuta.

Acceptores rerum habentur *collat. 6. tit. 48. Authen. contra*, & sumuntur pro possessoribus. *Honorarij successores* dicuntur qui & bonorum possessores. *Instit. §. 1. de bonor. possess. l. 9. §. 5. ff. de interd. act. & L. 1. §. non solum ff. vt legat. nom.* Inter hæc verba Custodire tenere, & possidere, dari discrimen constat ex dictis, & *l. 2. §. fin. ff. de acqu. possess.* Et quidem verbum *Tenere* videtur esse genus ad verba custodire, & possidere, cum latiùs patea vtroque *Custodire* enim est tenere ad conseruandum, *possidere* est tenere tanquam suum, & sic *Custoditio*, & *possessio sunt* species tentionis.

Acceptores rerum.

Honorarij successores.

Tenere. Custodire & possidere.

Custoditio.

SECTIO VI.

De præscriptione, vsucapione, & exceptione.

715 DE natura, & essentia tam præscriptionis, quàm vsucapionis satis diximus num. 246. 247. Et quomodo præscriptio distinguatur tum à consuetudine, tum ab vsucapione. Modò quædam ipsis cohærentia, & veluti accidentia prosequemur. Imprimis *Vsucapio* (vt notat Azor. to. 3. lib. 1. cap. 16. init.) dicta est, quia per vsum aliquid capiat, & auferat. Est enim acquisitio vel adiectio dominij per continuationem vsus. Nec abhorret hæc ciuilis vsurpatio à Latina: Cum apud Ciceronem 2. de leg. *Vsucapere* si idem atq; rem aliquam continuatione vsus, vel possessionis sibi vendicare, seu in proprium vsum conuertere.

Vsucapio.

Vnde *Diminutum* quod habetur *L. de perditum ff. de pet. hæred.* intelligitur quod vsucaptũ est. *Præscriptio* deriuatur à verbo *Præscribere* quod significat ante, seu prius scribere: solemus enim præscribere ijs, quibus negotia mandamus. Significat etiam præcipere, determinare, legem ponere: hinc accipitur *Præscriptum* pro lege, & præcepto. Et videtur tracta significatio à magistris ludi, qui scripta pueris dant, præcipiuntque imitari. Videtur igitur præscriptio in sensu Theologico, & iuridico sic appellari, quod dominium ab vno auferat, & in alium transferat, post certum temporis lapsum iure ciuili, præscriptum, seu determinatum.

Diminutũ. Præscriptio. Præscribere. Præscriptũ.

716 Sumitur præscriptio apud Iurisperitos tripliciter. 1. latè pro exceptione, quæ opponitur ad excludendam actionem intentam ab actore, siue ea exceptio sit dilatoria, siue peremptoria, de quibus statim. Sic accipitur in *l. qui aguitis ff. de except.* sic etiam à Tertull. inscribere librum de præscritionibus aduersus hæreticos: ibi enim tractat de ijs, quæ contra hæreticos per suam doctrinam quasi litem intentantis opponi possunt à Catholicis, ne in lite, seu controuersia succumbant.

Præscriptionis acceptio.

2. Minùs latè pro exceptione peremptoria, quæ proueniat (vt inquit Lessius lib. 2. cap. 6. dub. 1.) ex eo quòd tempore legibus definito rem aliquam possedimus, vel iure aliquo vsi sumus, vel quòd alius tali tempore ab vsu alicuis iuris cessauerit. 3. Strictè pro dominij acquisitione, vel iuris alieni elisione, quæ nascitur ex tempore legibus præscripto, seu determinato.

717 Pro explicatione primæ, & secundæ acceptionis declarandum nobis est quid sit exceptio, & quotuplex. *Exceptio* deriuatur à verbo *Excipere*, quod idem est atque demere, vel eximere numero, & vt sic idem valet atq; demptio, vel exemptio: in qua Latina significatione dicitur, Exceptio firmat regulã. Apud Iuridicos Exceptio latè accepta est defensio per quam se Reus defendit ab actore iuxta Azon. in summa *C. de except.* & diuiditur in exceptionem impropriam, & propriam.

Exceptio. Excipere.

Impropria quam alij vocant exceptionem facti, alij exceptionem intentionis, de qua *ff. eod. tit. l. 1. in princ. & l. 2. §. illud. Estq;* Reo competit quando nulla actori competit actio, vt quando sine actione calumniosè petit: cum enim tunc nulla vera sit actio, nulla potest dici actionis exclusio, proindeque exceptio im-

Impropria exceptio.

impropria est: & solum dici potest contra intentionem actoris defensio.

Propria exceptio.

Propria quæ appellatus exceptio iuris, est defensio, quæ competit Reo conrra actionem competentem in eum, & sic vocatur actionis exclusio: Vt si petis à me debitum, & ego excipio, quod remisisti mihi, vel quòd fecisti mecum pactum de non petendo, vel quòd non venit dies præfixus. Vtranque optimè exponit Molina tract.2.disp.60.init.his fere verbis. Exceptio (inquit) propriè loquendo est oppositio, quæ actionem, seu litem aliquam intentanti opponitur: Siue lis, & actio, ea omnino impediatur ac cesset, siuè non cesset, sed retardetur solum, dummodo tamen intentio, seu fundamentum, in quo actio, & lis fundatur, non negetur: tunc enim propriè non diceretur exceptio, sed generali vocabulo appellaretur *defensio*. Vt si Petrus actionem, seu litem aduersus Paulum intentet, petens sibi soluat centum aureos pro equo, quem illi vendidit: sanè intentio, & fundamentum huius actionis est venditio equi.

Defensio exceptio.

Si ergo Paulus reus Petro actori opponat se non emisse ab eo equum, non propriè dicetur excipere: eo quòd intentionem, ac fundamentum actionis neget, sed dicetur se defendere: probabatioq; eius quod opponit, & negat ad actorem pertinebit. Ad verò, si opponat se iam soluisse illi pretium, dicitur propriè excipere: quia non negat actionis intentionem ac fundamentum, sed excusationem objicit, nempe quòd soluerit pretium: & tunc probatio exceptionis oppositæ ad reum spectat.

Replicatio. *Duplicatio.* *Triplicatio.*

718 Sed ante quam propria exceptio diuidatur, exponēdū nobis est quid sit in lite replicatio, duplicatio, ac triplicatio, & quomodo ad exceptionē se habeant. *Replicatio* (vt declarat specul. tit. de except. §. multum) est exceptionis factæ exclusio, proindeque est quædam exceptio competens actori contra exceptionem Rei: illam enim semper opponit actor. Contra replicationem actoris datur *Duplicatio* Reo, sic videlicet dicta, quia Reus exceptionem duplicat. Iterum contra Duplicationem Rei datur actori *Triplicatio*, & sic in infinitum. *Instit.eod.tit. in princ. de Replic.* Igitur ita se habent ad exceptionem Replicatio, Duplicatio, & Triplicatio, vt omnes conueniant in ratione communi exceptionis, differant verò, quòd Replicatio, & Triplicatio competant actori, at prima exceptio, & Duplicatio competant Reo.

Exceptio multiplex.

719 Exceptio propriè accepta multiplex est; alia enim vocatur dilatoria, alia peremptopria, alia perpetua, alia temporalis, alia anomala. *Dilatoria* est quæ causam differt *Instit.eo.tit §. Appellantur.* Vt si opponas (inquit Lessius lib.2.cap.6.dub.1.) iudicem non esse competētem, testes infames, actorem excommunicatum. Vnde est triplex nam quædam est dilatoria solutionis, & sapit istam naturam, vt respiciat actionem nimis tempestiuè intentatam: & debet opponi ante litis, contestationem, sed probari post litis contestationem: proindeq; vocatur *Exceptio præfestinationis*.

Præfestinatio.

Quædam dilatoria iudicij, quæ opponitur propriè ad impediendum iudicium ante litis cōtestationem, & probatur tanquam præiudicialis: ex quo venit expedienda ante litis contestationem. Quædam est declinatoria fori, quando scilicet reus opponit iudicem non esse competentem. *Peremptoria* sic appellatur, quia actionem, vel intentionem agentis perimit, seu extinguit: vt siquis accusatori opponat se mandato Principis fecisse: vel ante soluisse quod petitur. Vnde sicut dicitur terminus peremptorius à perimendis dilationibus, teste Sanch.lib.10.disp.6.n 12. ita dicitur exceptio perēptoria à perimenda actione, vel dilatione.

Peremptoria exceptio

Perpetua exceptio.

720 *Perpetua* est quæ perpetuum habet effectum: hoc est ita semper locum habet, vt nulla litis parte euitari possit. Cum verò rem de qua agitur, seu rem principalem perimat, ad peremptoriam spectat, qualis exceptio doli mali, rei iudicatæ, iuris iurandi, pacti conuenti de non petendo in perpetuum. *Temporalis* dicitur omnis dilatoria, vt pote quæ ad tempus actionem differt proindeque solum ad tempus vtilis est: vt si conuenias me coram iudice non meo, & ego excipiam me non esse de eius iudicio, ac foro.

Temporalis exceptio.

Anomala exceptio.

Anomala dicitur quæ non sequitur normam aliarum: quia potest opponi ante litem contestatam, & post litis contestationem: qualis exceptio excommunicationis, exceptio matrimonij non numeratæ pecuniæ, non numeratæ dotis, & plures aliæ. *Instit.de except.§. appellantur*, vbi speculat. & Hostiens. *Præposterationis* exceptio datur quando opponitur aliud iudicium debere præcedere, vt quando causæ, vel actiones ita se contingunt, vt sequens iudicium prematur per sententiam prioris iudicij: v.g. si petam à te quod diuidas hæreditatem, & tu excipias quod non sim hæres. sunt enim ibi duo iudicia, nempe diuisorium hæreditatis, & an sim hæres.

Præposteratio.

721 *Exceptio pacti* habetur *l.3.ff. de rescin. vendit.* iuxta Glos.ibid. & idem est atque exceptio facti, seu intentionis, & non iuris. Vnde *pactum* ibi accipitur pro facto. Alex. Scot.v. eod. dixit ibi sumi exceptionem pro pactione. Sunt etiam exceptiones aliæ odiosæ, vt *Macedonianæ*: aliæ fauorabiles, vt *Velleianæ*, quæ videntur competere ex priuilegio Macedoniano, & Velleiano. Alia in rem, aliæ in personam, de quibus *ff. eod.tit.* Exceptio doli est quadruplex, vt notat Accurs.in Glos. *l. qui se debere ff.de condit.caus.da cau.non sec.*

Pactum pro facto.

Doli exceptio quotuplex.

Illud notabis exceptionem rei iudicatæ non posse opponi, nisi quando fit super vna, & eadem re, & quando est ex eadem re, & quando est ex eadē causa, & eadem persona. *Exceptor* dici potest, qui excipit, vel exceptionem facit.

Exceptor.

Verum apud Vlpian. *l. adder. §. fi. locati.* Sumitur pro librario, qui aliquid describit. Vulgus perperam dicit Scriptores, quos librarios dicere deberet, cum *Scriptores* sint authores, conditoresque librorum. *Librarios* pro custodibus librorum, & etiam ijs qui libros rationum curant, accipit Catanæus Comment. t t t t.

Scriptores Librarij.

722 De præscriptione 3. modo accepta egimus nu 246. & 247. Addemus modò nonnulla vel requisita, vel concernentia. Imprimis ad præscriptionem requiritur possessio, titulus probabiliter præsumptus, bona fides, & continuatio possessionis cum bona fide, per tempus lege præscriptum. Quid sit possessio, & quotuplex satis elucidauimus supra sect. 5. *Titulus* sumitur aliquando pro signo: interdum pro rubrica, vt *l. 1. ff. si cert. pet.* & videtur dici à tuendo, idest indicando vel nomen authoris, vel subsequentem textum, vt ait Festus. Tituli etiam dicuntur milites, quasi *Tutuli* quòd patriam tueantur: hinc Titi prænomen ortum est: quandoque appellatur titulus aliqua Ecclesia, vt *Titulus S. Petri*: quandoque clericatus, vel Canonicatus in Ecclesia: vnde dicitur quis *intitulari*, idest clericari, vel canonicari iuxta Bart. in *c. dudum de elect.* aduer. intitulatam, & *ff. se certum petat. in rub.* Titulus idem valet atque necessitas *l. 1. C. qui numero liberorum*. Similiter idem valet atque detentio possessionis *l. pen. C. locato*.

Titulus quid.

Tutuli milites.

Intitulari. Canonicari.

Verùm quoad rem præsentem *Titulus* est iusta causa possidendi quod nostrum est: seu est causa efficax ad dominij translationem, iuxta ea quæ tradit Paul. in *l. Celsus ff. de vsucap.* Radicem *igitur*, ac originem (teste Molina disp. 4.) vnde dominium, aut ius quod oritur, appellant iuris periti titulum dominij, aut iuris. Quod si metaphysice loquamur, ea ratio fundandi relationem dominij, ac iuris: v.g. emptio, permutatio, donatio, hæreditaria successio, & sic de alijs, est titulus dominij aut iuris rerum, quæ his vijs comparantur, quanuis alia etiam ad dominium requirantur.

723 Quod attinet ad multiplicitatem, *Titulus multiplex* multipliciter cognominatur, scilicet verus, præsumptus, putatiuus, coloratus, lucratiuus, onerosus, largitionalis, hæreditarius, honorarius. *Verus* (vt inquit Molina cit.) est quando scilicet est vera radix, & origo dominij, ac iuris, qualis v.g. vera emptio, quando verè emisti rem à vero domino. *Præsumptus* datur, quando præsumitur vera radix, & causa, & tamen re ipsa non est. Vt quando quis bona fide emit rem, aut dono accepit ab eo, cuius illa non est, credens eum esse legitimum illius dominum.

Titulus multiplex.

Verus titulus.

Præsumptus titulus.

Putatiuus est qui à multis putatur verus vtpote à verò superiore collatus, quanuis secundùm se ob vitium latens inualidus sit, qualem habere potest beneficiarius, vel iudex non legitimus. *Coloratus*, de quo Sanch. lib. 3. matr. disp. 22. est fucatus, & adulterinus, nempe habens colorem, seu prætextum, qui alio nomine dicitur *quæsitus* vt habetur *L. sulpitius ff. de donat. inter. vir. & vxor.* nam *color quæsitus* ad malam partem sonat, nempe pro prætextu apud Martian. l. 2. de inoffic. testam. Datur igitur *color quæsitus*, quando id quod verè agimus, simulatione aliqua obtegimus, siue fraudandæ legis gratia, siue alia ex causa id fiat.

Putatiuus titulus.

Coloratus titulus.

Quæsitus titulus.

724 *Lucratiuus titulus* est cum res ad aliquem peruenit sine onere, sine grauamine dandi, aut faciendi, ex mera liberalitate: qualis est titulus successionis hæreditatis, titulus legat, fideicommissi, donationis causa mortis, vel alterius cuiuslibet vltimæ voluntatis, nec non donationis simplicis inter viuos factæ. *L. vnic. C. de impon. lucrat. descrip. lib. 10.*

Lucratiuus titulus.

Ex opposito *Onerosus titulus* est quando res ad aliquem preuenit, cum onere aliquid dandi, aut faciendi: seu cum is qui rem accipit oneratus, & grauatus est aliquid vicissim dare, aut facere, sicut in omni contractu. *Largitionales tituli* vt habetur *C. de canone largition. tit. lib. 10.* & exponit ibid. Garcia Toletan. Sunt causæ ex quibus bona fisco acquiruntur, quales indictiones, vectigalia, aliaque ordinaria tributa, bona vacantia, pœnæ auferentes bona à sceleratis: dicuntur largitionales tituli, quia per illos bona Imperatori, aut Principi, eiusque fisco elargiuntur. Vnde citato loco. De canone largitionalium titulorum exponi debet, idest de regula, & ordine obseruando in titulis, & caussis expectantibus ad sacros, idest Imperatoris largitiones tributorum, quæ ei penduntur.

Onerosus titulus.

Largitionales titulus.

Hæreditarius, & *honorarius titulus* habentur l. 1. C. si quis ignorans rem min. his verbis: si ea, quæ in iura tutoris hæreditario, vel honorario titulo successit. Vbi videtur quòd succedere titulo hæditario, sit succedere per ius ciuile, & succedere titulo honorario, sit succedere per ius prætorium. Est igitur hæreditarius titulus ad succedendam iure ciuili: *Honorarius titulus* ad succedendum iure honorario, seu prætorio. *Diacathoche*, vt quidam legunt in *l. quicunque C. de omni agro desert.* Significat titulum possessorium prædlj.

Honorarius titulus.

Diacathoche.

Titulus nauium habetur *l. vnica C. de Alexandriæ primat. lib. 1 1.* & iuxta Glos. ibi idem valet atque *telonium*, seu *riuagium*, nempe ius vectigalis, seu tributi, quod ex nauibus percipitur. Sunt multi alij speciales tituli quales pro soluto, pro emptore, pro hærede, pro donato, pro derelicto, pro legato, pro dote, pro suo, pro socio, quos omnes seorsim exponit Azor. to. 3. lib. 1. toto c. 2 1.

Nauium titulus.

Telonium.

Riuagium.

725 Denique ad præscriptionem exigitur bona fides & continuata possessio. *Bona fides*, vt explicat Lessius lib. 2. cap. 6. num. 9. est credulitas, qua quis sibi prudenter persuadet rem esse suam, vel saltem nescit esse alienam.

Bona fides.

Dixi

Dixi (prudenter) quia bona fides non erit, si ex ignorantia crassa, vel inordinata cupiditate illa persuasio nascatur. Vnde *mala fide* dicitur quæ bonæ fidei opponitur. Vide Parlad. diff. 41. & 43. *Sincere* in iure idem sonat atque bona fide, *C. Sanctorum de præscript.* Sumitur pro non simulatè, sed firmiter. *C. 1. de sum. Trinit.* per Archid. in 6.

Sincere.

Pro explicatione continuatæ possessionis, notandum est ex Lessio citato n. 49. esse discrimen inter *Dormire*, & *Interrumpi*, seu inter *dormitionem*, & *interruptionem*. Nam præscriptio dicitur *Dormire* quando iam inchoata aliquando tempore cessat: ita tamen, vt illo exacto, rursus vim habeat, & continuetur cum tempore priore. Sic dicitur *Dormire* tempore belli, aut pestis: quando ius non dicitur: vel quando ius contra quem præscribitur, non potest agere: vt est filius familias, pupillus, & vxor viuente marito.

Dormire, & interrumpi. Dormitio & interruptio.

Dicitur verò *interrumpi* quando inchoata ita cessat vt si iterum reuiuiscat, non continuetur cum tempore priore, sed de nouo inchoetur. *Vsurpatio* sumitur in *l. 2. ff. de vsuc.* & *l. naturaliter eod. tit.* pro interruptione vsucapionis. Est *interruptio* præscriptionis duplex, altera naturalis, altera ciuilis. *Naturalis* datur quando incipit aliquid deesse, quod est necessarium ad naturam præscriptionis, qualis possessio, vel bona fides. *Ciuilis* datur quando per aliquem actum iuridicum interpellatur vt per citationem, vel litis contestationem.

Interruptio. Naturalis interruptio. Ciuilis interruptio.

SECTIO VII.

De alijs vocibus, & modis loquendi spectantibus ad iustitiam.

726 *Zelodicium* apud Albericum v. eodem sumitur pro iustitia, item pro quadam specie aromatis. Ad quod confirmandum citat *L. Iul. §. species ff. de publicanis*. At non inueni. Verùm vsurpari pro iusto, notat Gloss. *in §. Semel Iustit. ex quibus cau. manu. non lic.* sitne idem *Iustum* quod *contra passum*, ita vt iustum positum sit in *contra passione*, seu repassione, vt scilicet vnusquisque id patiatur quod intulit? Vide Molinam tract. 2. disp. 13. *Iustitiarij* vulgare Apuliæ, vt *Cap. ex literis de pign.* Sunt qui deputantur ad iustitiam faciendam. *Isostates* vel vt tenet Glos. *Igostates*, seu potiùs *Zygostates*, habetur *l. 2. C. de ponderator, & auri illatione lib. 10.* & iuxta Alex. Scot. v. eod interpretatur æqualitatis recognitor.

Zelodicium. Iustum. Contra passio. Iustitiarij. Isostates. Igostates. Zygostates.

Hoc aduerbium *Rectè* denotat iustitiam, sicut *Ritè* solemnitatem *l. 2. ff. de inoffic. testam.* Vbi Glos. & quidem potest stare aliquid actum esse *rite*, nempe iuxta ordinem, & solemnitatem iuris, quod tamen non sit actum rectè, scilicet secundùm iustitiam, & æquitatem. *Cessio* iuxta Isid. lib. 6. Etym. propriè est rei concessio: Nam *cedere* dicimus quasi concedere vtpote ea, quæ nostra sunt: aliena enim non concedimus, sed restituimus. Item dicitur propriè cedere qui contra veritatem alteri consentit. *Cessio* est iuris, & actionis translatio: nam per cessionem iura & actiones transferuntur in *Cessionarium*, nempe eum, cui cedens cessit. Igitur sicut in alienatione rei corporalis requiritur traditio ad dominij translationem, ita in alienatione rei incorporalis, nempe iuris, & actionis, necessaria est cessio, quæ in eisdem traditionis vim habet, seu pro traditione reputatur.

Rectè, & ritè. Cedere. Cessio. Cessionarius.

727 *Traditio* propriè dicta solum in rebus corporeis locum habet: & quidem non debet esse nuda, sed talis, vt per eam traditor velit in accipientem transferre dominium, vel possessionem. *Traditio* enim apud Syluest. v. eod. sumitur dupliciter, 1. pro translatione dominij in alterum: sicut habetur in instrumentis venditionis, per illum modum loquendi: *Iure proprio tradidit*. 2. pro inductione in possessionem, siue pro ipsa corporali præstatione rei, vt cum dicitur. *Possessionem tradidit*: vel ipsum equum per frænum. Quomodo, & per qualem traditionem possessio comparetur, disputant Molina tract. 2. disp. 13. & Azor. tom. 3. lib. 1. cap 14. *Tradere* igitur quod componitur ex Trans, & dare, non solum importat translationem dominij §. per traditionem *instit. de rer. diuis.* sed præcipuè corporalem translationem possessionis, nisi sit additum promissioni quantitatis, vt videre est apud Bertazol de claus. instrum. claus. 16. Glos. 3. num. 1.

Traditio. Iure proprio tradidit. Tradere.

Apprehendere est capere vel ad se trahere: In iure potest intelligi cum violentia, & sine illa prout materia exegerit, vt tradit Seraphin. de priuil. iuram. priuileg. 132. n. 73. Comparatur possessio per apprehensionem veram, vel fictam. *Apprehensio vera* datur quando quis vere tenet aliquam rem non solo animo, sed etiam corpore: & quidem sufficiet quod corpore apprehendat partem, dummodo animo apprehendat totum.

Apprehendere. Apprehensio.

Apprehensio ficta, datur quando deficit vera per animum, aut corpus, tamen fictione, seu decreto iuris censetur dari, vt transferatur possessio. Molin. disp. 13. *Abire in creditum* non omninò idem est quod credere, sed tantum eas res credere, quæ accipientis fiunt, hoc est, quæ functionem non in specie, sed in genere recipiunt veluti pecuniam, frumentum, oleum *ff. lib. 14. tit. 4. l. 5.*

Ficta apprehensio. Abire in creditum.

728 *Capere* apud Latinos, significat accipere: quamuis inter Verbum vtrumq; sit discrimen apud Iuristas: nam *capere* magis refertur ad effectum acquisitionis, quam *accipere*, quasi capere sit cum effectu: accipere, cum quis nō sic accipit, vt habeat. Nam plerunque accepisse dicitur, qui tamen adhuc non acquisiuit.

Capere. Accipere & capere.

L. naturalis §. 1. *de praescript. verb.* Vnde plus est capere, quàm accipere *L. aliud est capere ff. de verb. sign.* Sunt qui intelligant accipere de manu alterius, capere verò propria authoritate. Et quidem capere dicitur qui rapit, vel simpliciter aufert *l. 1. de fide tut.* sumitur *capere* praecisè, & sine vlla adiunctione pro acquirere *l. ei à quo, & l. cum qui 22. ff. de vsurpat.* A fortiori *capere vsucapere possessione.*

Capessere honorem.

Iniicere manum.

Dicuntur *cap.* virgines Vestales, Flamines, Pontifices, Augures, cum sacerdotes creantur, authore Gellio lib. 1. cap. 12. Vnde Vlpian. *Instit. cap.* 10. In potestate (inquit) parentum esse desinunt. Quae virgines vestae capiuntur. Dicimus *capessere honorem* l. 1. C. si ser. vel libert. ad dign. asper. lib. XI. pro capere honorem. *Iniicere manum* propriè est quoties nulla iudicis expectata authoritate rem nostram, aut nobis debitam vendicamus *L. sed sit ff. de in ius vocan.* & *l. pen. de seru. export.*

Vindiciae.

729 *Vindiciae*, erant ius possessionis, quo disceptabatur pendente iudicio, penes quem res quae vendicabatur, deberet remanere. Sic dictae quòd qui in his obtineret: *vindicem* idest *praedem* dare deberet, nil in re possessa deterius interim facturum. Hinc praetor dicitur *dare vindicias secundùm seruitutem*, quando pronuntiat eum serui loco habendum, donec dicta causa, de statu constiterit. Similiter, *dare vindicias secundùm libertatem*, quando pronuntiat. vt interim pendente lite sit in possessione libertatis ille, qui sui status quaestionem patitur. Quare *Vindiciarum lis* ea est, qua rei controuersae momentaneam, vt dicunt, possessionem petimus, interea dum de ipsa possessione disceptatur.

Vindicias dare.

Vindiciarum lis.

Conserere manus dicebantur in vindicijs, qui vim motibus, festucas inter se, quasi hastas ditis causa committentes, faciebant, iuxta lege duodecim tabularum, apud Gellium lib. 20. cap. 9. *Adeptus* in iure Canonico *Cap. Ne captandae de conces. praeb. in 6.* in idem valet atque assecutus eum omni iure. *Deiectio à possessione* duplex est, scilicet armata, & non armata: qui armata deijcitur, quamuis non possideat, restituitur *l. 14. ff. de vi & vi arm.* Qui non armata, nequaquam, nisi possideat.

Conserere manus.

Adeptus.

Deiectio à possessione.

730 *Mittere in possessionem*, & *Possessorem facere*, causa rei seruandae, parum differunt. Habent enim locum, quando quis ducitur in possessionem, vt rem custodiat: v.g Contendisti tale praedium esse tuum, & probasti: iudex per suum executorem mittit te in possessionem, & facit verum possessorem. Item volui agere cum Titio, qui citatus venire in iudicium contempsit, iudex debet me in possessionem mittere, non vt possideam, sed vt custodiam, donec Titius resipiscat, & velit contendere. Gloss. in cap. contigit de do. & contu.

Mittere in possessionē.

Possessorem facere.

Hinc dicimus *mittere in possessionem nomine ventris*, idest nomine eius, qui est in ventre. Sic mittitur mulier praegnans nomine prolis, quam gerit vtero, haeredem ex marito praemortuo. *Vti possidetis* teste Alex. Scot. v. eod. est quoddam interdictum cum possessor inquietatur à non possidente, vt iudex pro ipso det sententiam. Si vnus fuerit, pronunciare debet in singulari numero, *vt ita possideas vt possides*: Si autem sint plures, pronunciare debet in numero plurali. Vt *vti possidetis, ita possideatis.* Gloss. antep. in cap. licèt de probat.

Ventris nomine in possessionē mittere.

Vti possidetis.

Interdicta *vti possedistis*, & *vtrobi* (inquit Molin. disp. 16.) inseruiunt ad retinendam possessionem. Interdictum quidem, *vti possidesis*, in rebus immobilibus, interdictum verò *vtrobi* in rebus mobilibus. Etenim si duo, vel plures inter se contendant de re aliqua, ille horum interdictorum beneficio in possessione conseruatur, qui tempore litis possidere inuenitur: modò tamen non inueniatur possidere vi, aut clam, aut precario ab eo, qui cum eo contendit; esto ab aliquo alio possideat vi, clam, aut precario *l. 1. ff. vti possid.*

731 *Habere* verbum generale est, quod complectitur tam dominium, quàm possessionem, imò simplicem detentionem, quae possessio de facto appellatur: nam qui de facto detinet, vt seruus, habere dicitur *l. stipulatio ista §. hi qui ff. de verb. oblig.* ex Alciat. & alijs, quos referunt, ac sequuntur Farinac. decis. 369. n. 1. p. & Bertazol. de claus. instrum. claus. 26. Glos. 4. Si autem verbum *Habere* iungatur cum verbo *Possidere*, denotat ciuilem possessionem, vt tradit Farinac. in praxi crimin. par. 4. cons. 95. n. 6.

Habere.

Habere, & possidere.

Habere pro continere. *L. ait lex ff. ad leg. Aquil.* Quid innuatur per haec: *Habere licere*; notatur *L. habere licere ff. de euict.* & *l. stipulatio ista ff. de verb. oblig. L. traditionibus C. de pactis.* Sic autem exponit Alex. V. eod. Si (inquit) res tua est penes me, & promittis mihi stipulanti eandem *habere licere* significat quòd dominium istius rei transfertur in me absque traditione. Si autem res tua non est penes me, & promittis *habere licere* significat quod dominium transfere, per traditionem.

Habere licere.

Habere pro habere debet, interpretatur *l. is vxori §. Cum ita ff. de aur. & arg. leg.* Hinc est, quòd haberi dicatur, & quod peti potest *l. id de verb. sign.* Minus est habere actionum, quàm habere rem. Vnde *l. minus ff. de regul. iur.* dicitur melius esse pignori incumbere, quàm in personam agere. *Habere in sinu*, reperitur in *l. qui testa u. de probat.* & est idem, atque in arbitrio, & potestate habere. Haberi pro derelicto dicitur id quod Dominus ea mente abiecit vt amplius in numero rerum suarum esse nolit. Haec tria verba, *Habere, tenere, possidere* quando ponuntur in aliquo instrumento, sic debent interpretari, vt recipiens habeat de iure, teneat naturaliter, &

Habere actionem.

Habero in sinu.

de

de facto, possideat ciuiliter ac de iure.

Pertinere. 732 *Pertinere* ad nos dicuntur, quæ spectant ad nos aliquo titulo, & quæ nostra non sunt, sed esse possunt *L. verbum illud pertinere ff. de verb. sign.* habet enim hoc verbum latissimam significationem iuxta notata per Menoch. cons. 963. num. 20. Siue enim res aliqua ad me iure dominij, siue etiam iure possessionis tantum spectet, pertinere dicitur: ita enim importat dominium, vel possessionem, vt possit adaptari ad vtrunq; iuxta Caldas Pereyra de empt.& vend. c. 22. num. 22. Imò ita sumitur, vt comprehendat eum, cui debetur actione personali iuxta Hippol. cons.26.num.13. Vide Tusch.lit.P. concl.324.

Apud Vlpian. *L. prætor ait ff. de cloacis*, idem valet *Pertinet*, atq; dirigitur, extenditur, peruenit: Sic dicimus Mea domus pertinet ad tuam, idest pertingit. Videtur parum discriminis esse inter *Pertinet*, & *spectat*: dixit tamen Felin. ad reb. *de rescript.* col. 4. num. 7. quando dicitur *Spectat, & pertinet* intelligi ratione dominij, quia verbum *spectat* importat dominium *Vsurpare ius* teste Budæo est capere possessionem: *Vsurpare tinitatem* est dicere se ciuem, & agere. *Spectat & pertinet.*

Acquirere, & Acquisitio. 733 Inter *Acquirere*, & *vendicare* similiter inter *acquisitionem & vendicationem* datur differentia. Nam *acquirere* est denouo consequi, comparare. *Acquisitio* est huiusmodi consecutio, & comparatio. Verùm acquisitionis appellatione, quando addita sunt verba quædam generalia, continetur omnis acquisitionis species, licèt impropria, putà successio ab intestato, vt tradunt Menoch. cons. 1089. num.25. Surd. cons.313. num.72. & Tiraq. de retrac. lig.§. Glos. 9. num. 171.

Vendicare. *Vendicare* apud Latinos est sibi appropriare, nempe sibi proprium facere, & assumere. Apud Iuristas est in iudicio rem petere vt suam: seu intendere, vt res sua declaretur.

Vendicatio. Hinc *vendicatio rei* est actio quædam, quæ datur sola ratione dominij, & possessionis, vel quasi, vt in rem. *l.2.C. vbi in rem. act.* Quare vendicatio propriè non competit nisi habenti dominium verum, vt ex *L. in rem in princ. ff. de rei vendicat.* Optimè id probat Sanch. lib. 9. matr. disp. 4. num. 10. *Auctorizatur* pro acquiritur 15. q. 1. *c. non est*, & videndus Albericus ad *l.2. ff.de iur.iur.* Per mixtionem quandoque comparatur dominium, vt habetur §. *quod si frumentum Instit. de rer.diuis.* *Auctorizatur.*

Miscere, & confundere. Vbi notat Glos. differentiam inter *Miscere*, & *confundere*.

Commixtio & confusio. Eam verò sic rectè exponit Azor par. 3. lib. 1. cap. 14. *Commixtio* (inquit) differt à *confusione*: nam ea dicuntur confundi, quæ postquam confusa sunt, nouam pariunt speciem: vt vinum, & mel propriè confunduntur, quia aliam liquoris speciem gignunt, videlicet mulsum: ea verò dicuntur commisceri, quæ postquam admixta sunt, non transeunt in aliam speciem, sed priorem retinent. Hinc nascitur secunda differentia: vt quæ confusa sunt siue casu, siue voluntate dominorum, communia fiant: quæ verò commiscentur casu communia non fiant.

734 *Alienare* Apud Latinos idem valet atq; alienum, seu aduersarium facere, vel à proposito remouere. Apud Iuristas alienare propriè est rem aliquam in dominium alterius transferre. Qui igitur rem vendit antequam tradat, nullum ius dominij transfert, proindeque alienasse non dicitur. Traditionibus enim dominia rerum transferuntur, iuxta Alciat. de verb. sign. Nihilominus *alienatio* tripliciter sumitur 1. nimis strictè, pro solo contractu venditionis *l. 3. C. de prædijs decur. lib.* 10. ex opposito venditio vsurpatur latissimè, ita vt comprehendat quamcunq; alienationem *l. Statu liberi à cæteris §. Quintus ff de statu liberis.* *Alienare.* *Alienatio*

2. Nimis latè, pro translatione dominij tam directi, quàm vtilis, siue per venditionem, commutationem, & donationem, siue per traditionem in feudum, emphyteusim, locationem ad decennium, & vltra: imò in pignus, aut hypothecam. Vnde alienatione prohibita, intelligitur prohibita omnis alienatio, siue iuris directi siue vtilis, siue alterius cuiuslibet, per *l. fin. C. de reb. alien. non alienan.* Vide Molin. tom. 2. disp. 465. & Azorium p. 2. lib. 9. cap. 1. quibus locis agunt de alienatione rerum Ecclesiasticarum Sumitur 3. alienatio medio quodam modo ac propriè pro actu, quo transfertur dominium directum, qualis esse solet venditio, donatio, permutatio &c. *L. vnic. C. de fun. dotal.* *Alienationis acceptio.*

Vnde alienatū non propriè dicitur quod adhuc in dominio venditoris manet, venditum tamen rectè dicitur authore Vlpian. *de verb. sign.*

735 Rursus alienatio sumitur dupliciter, vno modo pro vocabulo, seu dictione significante translationem rei, vel iuris, vt in *l. alienationis ff. de verb. sign.* alio modo sumitur pro ipso facto, quo rei, vel iuris fit translatio: tale enim factum alienatio est: ipsumq; alienatio significat. Nam factis interdum, sicut verbis declaratur voluntas *l. de quibus ff. de legat.* Alienare causa mutandi iudicij dicitur qui credens se ab aliquo conueniendum rem dolo in alium transfert, vt iudicium mutet, & euitet; sic in tit. *de alien. iud. mut. cau. fact.* *Alienatio multiplex.*

Apud veteres iurisconsultos inter Romanos *Abalienare* significabat non qualemcumq; sed perfectam rei alienationem. *Abalienatum* (inquit Vlpian. l. 67. ff. de verb. sign.) non propriè dicitur quod adhuc in dominio venditoris manet: venditum tamen certè dicitur. Ex quo rectè infertur Abalienatum plus esse, quàm venditum. Apud Tullium in Topic. *abalienatio* est eius rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter *Abalienare.* *Abalienatio.*

ter quos ea iure ciuili fieri possunt.

Nexus. Per vocem (nexus) intelligitur formula, & ritus. *Nexus* etiam sumitur pro vinculo obligationis ab Vlpian. *l. 26. §. 7. de condic.* Ex dictis colligit Alex. Scot. v. *Abalienare*, duos tantum esse modos, quibus res à nostro dominio in alienum traducuntur, scilicet mancipationem, & in iure cessionem.

Mãcipatio. Translatio. Est autem hic *Mancipatio* rei corporalis traditio in dominium alterius. Alienatio, & translatio differunt Glos. *l. definimus C. de Agricu. lib. xi.*

Alienationis appellatio. 736 *Alienationis appellatione* continetur omnis actus per quem dominium transfertur, vt ex L. 1. C. *de fund. dotal.* & alijs docent Surd. decis. 102. num. 21. & Cald. Pereyra de extinc. Emphy. cap. 5. num. 37. Vnde venit donatio, iuxta Mascar. de probat. concl. 1236. num. 105. Venit translatio ex *L. non solum C. de prædij minor.* apud Molin. de primog. lib. 4. c. 9. num. 10. Venit permutatio ex *l. fin. C. de rebus alien.* apud Rebuff. ad l. alienationis verbum 27. ver. 12. ff. de verb. sign. quando verò permutatio fit cum re maiorem afferente vtilitatem, aut commoditatem, prohibita alienatione, permutatio non prohibetur, imò valet, vt latè probat Fusar. de substit. q. 530. Venit iurium, & actionum cessio: atq; adeo prohibitus alienare, non potest iura, actiones cedere, teste eod. Fusar. quæst. 697. siquis autem cederet rem suo aduersario ex sententia iudicis, non incurreret pœnam impositam alienanti: quia hæc alienatio necessaria est iuxta Alciatum cons. 777. num. 6.

Alienationis autem nomine intelligitur uoluntaria, & non necessaria, ut tradit Gama decis. Lusit. decis. 199. num. 2. Deniq; alienationis appellatione uenire diuisionem, pignus, hypothecam, seruitutis constiturionem, locationem ad longum tempus, v. g. decennium, aut alicuius uitam, item dationem in solutum, constitutionem hæredis, compromissum, & concessionem emphyteusis, latè probat cum multis Barbos. Appel. uerb. Ap. 14.

ELVCIDATIO VI.

De Bonis, seu fortunis.

Cum iustitia habeat pro materia, circa quam versatur, bona omnia temporalia, tum corporea, tum incorporea, siue mobilia, siue immobilia; post quam elucidauimus iustitiam, ius, dominium, ac possessionem veluti in genere, consequens est, vt eorum materiam, seu attributionis subiectum persequamur. Nobis igitur agendum imprimis est de bonis, ac fortunis communissimè acceptis: deinde de bonis immobilibus veluti in particulari: mox de vestibus, ornamentis, vniuersaq; supellectili: tandem de pecunia, fructibus, pecoribus, ac iumentis.

SECTIO I.

De bonis, ac fortunis communissimè acceptis.

737 DE bono accepto philosophicè, ac theologicè, egimus lib. 1. elucid. 4. sec. 1. modò bona vsurpamus iuridicè prout coincidunt cum diuitijs, fortunis, facultatibus, substantia, pertinentijs, rebus. *Bona* dicuntur à beando eo quòd beent possidentes, seu illis prosint. Nam *beare* est prodesse: siquidem quod prodest, beat: *L. bonorum ff. de verb. sign.* Bona in iure significant res nostras, quæ nempe sunt in nostro dominio, vel quasi. Ita sumitur ex l. proximè citata. Imò ipsas res nostras suo proprio significatu continent, deducto ære alieno. Vnde si testator legat alicui certam partem bonorum, ea bona intelliguntur, deducto ære alieno *l. Cum autem ff. de legat. 2.* *Bona. Beare i. prodesse.*

Bonorum simpliciter, seu *bonorum omnium appellatione* continentur mobilia, se mouentia, immobilia, nomina debitorum, iura, & actiones. Hæc varijs textibus cum multis latè probat Barb. de Appel. verb. appel. 35. à num. 1. Bonorum appellatione venit pecunia iuxta Farinac. decis. 467. p. 1. Veniunt emphyteutica apud Surd. decis. 11. n. 2. Veniunt ea, in quibus habet quis tantum vtile dominium *L. in venditione* vbi Barthol. *ff. de bonis author. iudic. possid.* Venit vsusfructus, authore Baldo cons. 163. Statuto cauetur in prin. lib. 1. At non venit hæreditas, vel successio, præsertim quando ad bona præsentia limitatur dispositio, vel conuentio. Ita Oldrad. cons. 139. Ad habendam, in prin. *Bonorum appellatio.*

Bonorum suorum appellatione solum veniunt præsentia, & non postea quæsita *L. si ita ff. de aur.* & arg. legat. Bonorum appellatione etiam cum signo vniuersali non continentur fructus. Vnde hæres grauatus restituere omnia bona testatoris quomodocunq; & qualitercunq; prouenientia, non restituit fructus perceptos, vt docet Tusch. tom. 4. lit. F. concl. 484. num. 47. Bonorum appellatione in generali sermone non venit feudum, vt tenet Surdus cons. 338. num. 8. At bonorum patrimonialium nomine comprehenduntur feuda hæreditaria, teste Menoch. consil. 1115. n. 10. *Suorum bonorum appellatio.*

738 *Diuitiæ* sunt amplæ fortunæ, & rerum abundantia. Inter diuitias, & opes M. Tullius apud Calep. v. eod. ponit discrimen: sunt (inquit) *diuitiæ* ad necessarium vsum: *Opes* verò ad magnificentiam. *Fortunæ* accipiuntur pro diuitijs, & felicitatibus, & quidem in numero singulari, *Fortuna* apud Iuristas sumitur pro facultatibus, & opibus *L. 50. §. 5. ff. de statu liber.* Etiam in plurali numero *Diuitiæ & opes. Fortunæ. Facultas.*

Facul-

Facultates dicuntur opes ex eo videlicet quòd diues qui existit, facultatem, seu facilitatem habet agendi quod vult. Pro eodem sumuntur in iure *L. 1. §. si magistratus ff. de magistr. conuent.* Vbi Vlpian. in hunc modum: Quod si (inquit) idoneum exegerit, quamuis postea facultatibus lapsi sunt tutores, nihil est quod ei qui dedit, imputetur. Non enim debet magistratus futuros casus, & fortunam pupillo præstare.

Labi facultatibus. *Labi mente.* *Labi in hæresim.* Nota modum loquendi *Labi facultatibus* pro destitui: sicut *labi mente* pro delirare, & mente destitui: *Labi in hæresim* pro deficere ab orthodoxa fide. *Facultates* magnæ dicuntur quinquaginta aurei *l. 1. C. de def. ci. vel* decem libræ auri, vt in *Authen. de appel. §. 2.* Vsque ad quingentos solidos dicuntur summæ paruæ: si vltra, summæ magnæ. *Instit. de anct. tut. in §. nos autem.* Appellatione facultatum comprehenduntur vniuersa, sicut vbi fit mentio de substantia, patrimonio, bonis, ac similibus. *L. cogi in princ. ff. ad Trebell.* Natt. conf. 48. per totum.

Substantia. 739 *Substantia* apud Philosophos definitur Ens per se existens, & denominatur ex eo quòd per se substet, & fundamentum sit accidentibus. In iure est per quam materia in speciem certam deducitur, vt in vasis, aut vestibus artificium: in emptionis contractu, pretium. Verum à Iuris peritis aptiùs definitur quæ ad rei essentiam necessariò requiritur: & sic materiam, formam, ac solemnitatem comprehendit. Sumitur etiam pro facultatibus, & patrimonio *L. vlt. C. de verbor. signif.* Vt sic diuiditur in *Fungibilem*, seu vsu consumptibilem, qualis est vinum, pecunia: & *non fungibilem*, qualis ager, flumen, arbor. *Fungibilis substancia.* *Substantiæ appel.* *Substantiæ sua appellatione*, vbi testator reliquerit, venit hæreditas ipsius testatoris, vt ex *l. Iulianus ff. qui & à quibus*, & *L. in testam. C. de testam.* docet Sim. de Prettis de interp. vlt. volunt. l. 3. inter. 1. dub. 2. n. 3. *Vsia* vox Græca est idem atq; substantia apud Vlpian. *l. in Vendit. ff. contr. empt.* *Vsia.*

Pertinentiæ appellatio. 740 *Pertinentiæ* appellantur ea bona, quæ ad aliud pertinent, & iuxta Alex. conf. 23. num. 6. lib. 5. sunt appendices, seu accessoriæ res ad castrum, vel aliud corpus: proindeq; in triplici differentia: nam quædam accedunt per viam necessitatis, quædam per viam naturalis inhærentiæ. Igitur *Pertinentiarum appellatione* veniunt illa, quæ rei principali sunt accessoria, siue affixa, aut ipsius rei proprio vsui destinata: proindeque veniunt ea, quæ statuto, vel consuetudine, vel communi vsu loquendi deputata sunt, vt accedant, teste Card. Tusch. lit. P. concl. 323.

Pertinentiæ castri. Vnde *Pertinentiarum castri* appellatione continentur Molendina, furni, prædia, soueæ, horti, viridaria, quæ erant domini castri. Cum verò castro non accedant de iure, nisi ea, quæ ab homine, vel consuetudine sunt destinata, ideo qui dicit aliquid de pertinentijs castri esse, probare debet iuxta Crauet. conf. 480. num. 3. & 5. Deniq; *pertinentiarum appellatione* veniunt non solum ea, quæ consistunt in possessione, sed etiam quæ consistunt in iure, & iurisdictione, iuxta Roman. conf. 444. num. 6. Veniunt etiam fructus, iuxta ea, quæ inculcat Deci. conf. 516. num. 25.

741 *Res* apud Latinos subit varias, & elegantes significationes, quas affert, & probat Calep. v. eod. Apud Iuristas *L. 1. ff. si cert. pet.* nomen generale est, & significat tum corporalia, tum incorporalia bona, præsertim acceptum pro diuitijs, & facultatibus. *Corporalia bona* sunt, quæ verè tangi possunt, vt ager, vestis: *Incorporalia*, quæ tangi nequeunt, vt ea quæ consistunt in iure, qualis hæreditas, vsusfructus, obligationes. *Instit. de reb. corpor. §. vnico*, apud Molin. tract. 2. disp. 2. Diuiditur res in publicam, communem, & priuatam. *Publicæ res* (vt exponit Azor tom. 2. lib. 11. cap. 4. q. 2.) dicuntur quæ tantum sunt propter publicum vsum: quales viæ publicæ, flumina, portus, & ripatica. *Res.* *Corporalia bona.* *Incorporalia bona.* *Publicæ res.*

Communis res propriè vocatur illa, in qua duo; vel plures communicant; qualis communis hæreditas. Verùm *res communes* naturali iure vocantur quarum vsus omnibus animalibus est communis, vt aer, aqua profluens, mare, & eius littora. *Instit. de rer. diuis. §. flumina autem*, & *L. 1. ff. de acquir. rer. domi.* Notat Salas disp. 1. de leg. sec. 8. n. 48. *Commune bonum* duplex esse, vnum commune secundùm se totum, & secundùm partes, cuiusmodi sunt templa, & viæ publicæ, in quarum partibus nemo priuatus dominium habet. Aliud secundùm se totum, sed non secundùm partes, vt prædia, & diuisiæ plurimorum, quorum vnus habet domium in vnam partem, & alius in aliam: at in totum cumulum sola communitas, & aggregatum illorum hominum. *Priuata res* dicitur quæ sub priuatæ personæ dominio continetur. *Communis res.* *Res communes.* *Commune bonum.* *Priuata res.*

742 *Rerum appellatione* veniunt tam mobiles, quàm immobiles iuxta Menoch. conf. 758. num. 14. Item ueniunt iura, & actiones, ut ex *L. rei appel. 23. l. Bonorum 49. ff. de verb. sign.* Surdus conf. 470. num. 4. Alex. conf. 185. Viso num. 26. & Pinel. in rub. C. de bonis mater. p. 1. num. 5. *Rerum monasterij* appellatione uenire etiam homines, seu personas monasterij ex l. 1. §. Quædam ff. de rer. diuis. tradunt Calderin. conf. 554. alias 9. de uerb. signif. & Tusch. lit. V. conclus. 104. n. 7. *Rerum appel.* *Monasterij res.*

Rei appellatione propriè uenit omnis res ut *L. de pupillo §. qui nunciat ff. de noui operis nunciat.* & *L. si defensor ff. de interrog. action.* tradunt Cæsar. Burz. Bononien. decis. 5. n. 36. & Tusch. tom. 8. lit. V. concl. 104. num. 1. Vnde siue sit fundus, siue domus, siue possessio, de tota intelligitur, iuxta Alex. conf. 195. Perspectis in princ. lib 6. Igitur rei appellatione uenit hæreditas, *Rei appellatio.*

reditas, pecunia, farina, vinum, thesaurus: item continentur facta, serui, imò & fructus, vt ex varijs legibus, & authoribus latè probat Barb. de Appellat. verb. Appel. 235.

Patrimonium.

743 Prædictis affinia sunt patrimonium, & poderium. *Patrimonium* in rigore Latini sermonis (vt benè exponit Garc. Toletan. ad rub. de muner. patrimon.) dicitur quod nobis à parentibus relictum est, vel à maioribus obuenit. Tullius pro domo sua: Liberis autem nostris satis amplum patrimonium paterni nominis, ac nostræ memoriæ relinquemus. Frequenter tamen pro quibuscunque facultatibus, & bonis accipitur, & pro quocunq; lucro, ad quod potest quis honestis rationibus anhelare *L. cura §. 1. ff. de muner. & hon.* Vnde in bonis esse, & in patrimonio esse idem valet *l. 1. ff. de vsuf. earum rer.*

In bonis & patrimonio esse.

Patrimonium sacrũ

Patrimonij appellatio.

Dicitur in iure *Patrimonium sacrum* quod vel est Ecclesiæ, uel Imperatoris l. 1. C. de indiction. lib. 10. iuxta Gloss. *Patrimonij appellatione* strictè uenit res patris, seu hæreditas, quæ à patre ob uenit filio *l. cogi ff. ad Trebell.* Socin. Iunior cons. 28. num. 2. & Ruin. cons. 120. num 10. lib. 3. generaliter uerò continentur omnes res, & bona, quæ obuenerunt alicui undecunq; ut cum multis probant Sim. de prættis de interp. ult. uolunt. lib. 1. interp. 1. dub. 3. solut. 4. num. 9. & Rebuff. ad l. Rei appellatio. pag. 45. Ex quibus patet *Bona patrimonialia* idem esse atque patrimonium.

Poderium.

74. *Poderium* quantum conijcio, Lusitana lingua uerti potest, *Poderio*, uel *Posses*: & quidem teste Alex. cons. 204. Perspectis n. 6. uers. Istud. uocabulum lib. 6. Poderium non est nomen iuris, sed nomen quod pendet à communi usu loquendi, & iuxta Castrens. cons. 149. tantum importat quantum fundus. In Lombardia, & Romandiola, ut obseruauit Tusch. lit. P. concl. 374. num. 7. loco poderij appellant vnam possessionem pro multitudine agrorum.

Poderij appellatio.

Poderij appellatione uenit uniuersitas agrorum, etiamsi sint separati quando destinatione patrisfamilias pro uno poderio reputantur. Ita Sthephan. Gratian. discept. forens. c. 337. n. 15. Menoc. cons. 409. n. 61. & Tusc. to. 6. lit. P. concl. 374. num. 1. Vbi subdit quòd si testator leget poderium suum & post testamentum emat agros, quos dicto poderio applicauit, & destinauit, ueniant omnia in legato. Poderij cum pertinentijs appellatione, uenite boues aratorios, sumitur ex *l. si cui fundum, & l. instrumenta ff. de fund.*

745 Explicato multiplici nomine communissimo bonorum, eorum præcipua, & adæquata diuisio fit in bona mobilia, & immobilia, sub quibus multa alia diuersis nominibus insignita continentur: scilicet caduca, superflua, uacantia, derelicta, regalia, allodialia, incerta, adespota, castrensia, aduentitia, profectitia, appannagium, & similia, quorum explicationem aggredimur. *Mobilia, & immobilia* bona, quamuis ad res incorporeas extendantur, tamen (ut notat Molin. tract. 2. disp. 68.) propriè dicuntur res corporeæ: itaut mobilia sint, quæ loco moueri possunt, ut animalia, uestes, pecunia, naues: *Immobilia*, quæ loco dimoueri nequeunt, ut prædia, domus, ager.

Mobilia, & immobilia.

Mobilium appellatio.

Mobilium appellatione ueniunt census redimibiles, quos proinde, attento futuro euentu, & redemptionis tempore, inter mobilia numerat Garcia de benef. p. 2. cap. 5. n. 95. Matien. lib. 2. Glos. 1. & Anton. Gom. de Cens. c. 3. num. 4. Veniunt naues, ut tenet Molina citato loco, & uidere est apud Tiraq. de retractu lig. §. 1. Glos. 7. n. 88. & Menoch. remed. 1. recuper. n. 42.

Immobiliũ appellatio.

Immobilium appellatione ueniunt annui redditus, ut tenent Gasp. Rhoder. de ann. red. lib. 1. q. 3. num. 7. & Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 3. collect. 668. Veniunt actiones ad immobilia iuxta Menoch. de præsump. lib. 1. præs. 142. n. 16. Venit pecunia destinata ad emptionem prædiorum iuxta Cald. Pereyr. de empt. & vendit. c. 13. num. 32. & quidem pecuniam in banchis campsorum positam inter immobilia recensent Tiraq. de retract. sign. §. 1. glos. 7. n. 114. & Ioseph. Ludou. concl. 48. num. 42. *Caduca bona* sunt quæ ad fiscum deferuntur, sic dicta quasi in fiscum cadentia *l. pen. ff. de ijs quæ in testam. deleu.* Sic dicitur *caduca glans*, quæ ex arbore cecidit *l. Sylua ff. de verb. sign.*

Caduca bona.

Superflua.

746 *Superflua* dicuntur super abundantia, quibus nemo indiget ad conseruationem vitæ, & status. Quæ autem, & quomodo censeri debeant superflua, vt quis ex illis teneatur succurrere egenis, docet Suar. disp. 3. de eleemos. sec. 3. num. 9. *Vacantia bona* (alij dicunt *vaga bona*) vt habentur *l. 1. & l. vacantia C. de bonis vacant lib. 10.*, sunt ea, quæ priuato domino carent: qualia eorum, qui ex hac vita ab intestato discedunt, neque hæredes relinquunt, qui illis, iuxta iuris ciuilis præscriptum, ab intestato succedant.

Vacantia bona.

Vaga bona.

Derelicta.

Quomodò verò ad fiscum deuoluantur, rectè docet Molin. tract. 2. disp. 53. *Derelicta*, seu *habita pro derelicto* de quibus est sermo *Instit. de rer. diuis. §. penul. & vlt.* Sunt quæ cum de proximo dominum habuerint, propterea domino vacant, quòd ab eo derelicta sint, vt sint primò occupantis. Hoc autem contingit, vel expressò actu prioris domini, vel præsumpto.

Habere pro derelicto.

Quando verò quis *aliquid pro derelicto habere* videatur? tradunt latè Molin. disp. 55. & Azor p. 3. lib. 1. c. 13. q. 5. *Derelictum* in iure Instit. de rer. diuis. §. hoc amplius ad finem dicitur illud, quod caret possessore, vel quod in nullius est possessione. Inter derelicta recensentur *Missilia bona*, quæ iactantur in populum, vulgo *Arrebatinhas*, cuius modi

Missilia bona.

sunt

ſunt nummi, & res aliæ, quæ in ſolemnitatibus ſolent conijci, vt fiant primò capientium. *L. qua ratione §. pen. ff. de acquir. rer. dom.*

Regalia iura. 747 *Regalia* ſunt quædam iura imperij, ſicut portus, flumina, & alia huiuſmodi, vt habetur in vſibus feud, & notatur *ad cap. Generali de elect. in 6.* per Innocen. & Card. *Regalium appellatione* venire ſalinas, & earum reditus, gabellas, vectigalia, & tributa, piſcationes, & venationes, metallorum venas, bona vacantia, bona condemnatorum, & alia, multis adductis probat Barb. de appell. *Allodialia Allodium.* verb. appel. 232. *Allodialia bona* ſic denominantur ab Allodio: *Allodium* verò à verbo *Lando* deducit Alciat.in Parerg. & dicit *Allandium fundum* illum eſſe, qui pleno iure ad poſſeſſionem pertinet: pro quo nullum alicui laudatiuum, ſeu laudemium præſtandum eſt. Id veteres proprium dixère.

Aliter *Allodium* ſumitur ex *L. at ſiquis §. interdum ff. de relig. & ſumpt. fun.* pro re libera, & propria alicuius ex qua tamen præſtatur tributum: ſumitur etiam pro hæreditate, quàm vendere, vel donare poſſunt. A Baldo *Allodium* id vocatur, quod alicui ſic eſt proprium, vt id à nemine, quàm à ſolo Deo recognoſcat. Ita Guido Papa q.112. num.2. Sumitur Deniq; pro liuellario *cap. 2. & 3. ſi de feu. contro. fuer. in vſibus feud.* Exiſtimat Hotomanus *Allodium* vocem eſſe Germanicam compoſitam ex ALS, & LL.VD: quaſi prædia illa non militibus, quorum opera duces vſi fuerant, attribuerentur: ſed relinquerentur *Optimum ius.* ipſis populis ſubactis, vt ea *optimo iure* ideſt eo quo antea poſſederunt, iure poſſiderent.

Incerta bona. 748 *Incerta bona* (vt rectè exponit Molina tom. 3. diſp. 744. acturus in ſequentibus de eorum reſtitutione) ſunt quæ habent quidem dominum, ſeu illum, ad quem pertinent, aut cui debentur: tamen ignoratur quis is ſit: *Inuenta bona.* qualia vt plurimum ſunt *inuenta* quæ Luſitani corrupto vocabulo lib.3. ordin. tit. 94. appellant *do vento*, & habet dominum, qui ignoratur. *Adeſpota bona.* *Adeſpota bona*, de quibus meminit Leſſius lib.2. c.14. dub.6. num.38. dicuntur à Budæo quæ cum iuſtum hæredem non inueniant, ad fiſcum deuoluuntur. *Adeſpotus* enim dicitur nullius dominio ſubiectus.

Adeſpoti libri. Appannagium. Vnde *libri Adeſpoti* ſunt qui nullum titulo nomen domini profitentur. *Appannagium* Gallicum vocabulum eſt ductum tamen (vt credit Hotom.) à Germanis: hi enim *Abbanem*, *Torbannem* pro excludere vſurpant. Igitur B. in P. mutato dictum eſt *Appannagium* quaſi pars excluſoria. In Gallia accipitur pro ea parte bonorum, quæ regis Franci liberis natu minoribus concedi ſolet, poſtquam natu maximus regnum patre mortuo adeptus eſt. Huiuſmodi autem pars bonorum ſubit eam conditionem, vt rex in ea directum dominium retineat: & ſi poſteri virilis ſexus deficiant, ad regem redeat. Ita ex Alexan. Scot. v. eodem.

749 Pro explicatione aliorum, quæ diximus bona caſtrenſia, aduentitia, profectitia, cum ſpectent ad filijfamilias peculium, monemus ex Azorio p.2. lib.2. c.22. initio *Peculium* *Peculium.* dictum eſſe quaſi puſillam pecuniam, ſeu puſillum patrimonium *L. depoſiti ff. de peculio.* Item peculium eſt, tum eorum qui ſui iuris ſunt, tum eorum qui alterius ſunt poteſtatis, ſiue ſint ſerui ſubditi ſuis dominis ſiue ſint filij ſubditi ſuis parentibus. Seruorum peculium vnius generis eſt: filiorum verò quadruplex, ſcilicet Caſtrenſe, quaſi caſtrenſe, aduentitiū, profectitiū. Singula paucis expediā ex doctrina Molinæ tract.2. diſp.230. & tribus ſequentibus, Azorij citati, & Leſſij lib.2. c.4. dub.3.

Caſtrenſe nomen habet à caſtris, & dicitur *Caſtrenſe peculium.* quod in militia, vel occaſione militiæ comparatur, qualia ſtipendia, ſpolia, donatiua ducum, vel commilitonum; hæreditas, & legatum occaſione militiæ. Vnde ſi conſanguineus cum alio verſetur in bello, & ei relinquat aliquid, præſumitur relictum cauſa militiæ *l. 4. C. de Caſtren. pecul. mil.* Item præſumitur datum cauſa, & intuitu militiæ omne genus armorum, & quidquid inſeruiens bello, vt ſubeat rationem peculij caſtrenſis. Sola mobilia quæ donantur filio eunti ad bellum, vel à Patre, vel à matre, vel à quacunq; perſona caſtrenſia eſſe poſſunt, immobilia nequaquam. Cum verò *Caſtrum* in iure etiam regis *Caſtrum. pro palatio* palatium ſignificet, bona caſtrenſia vocantur, quæ in regis palatio acquiruntur *L. vnica C. de Caſtrenſ. palat. pecul. lib. 12.* Deniq; quæ ex talibus bonis mediante aliquo contractu proueniunt, caſtrenſia reputantur.

750 *Quaſi Caſtrenſe* eſt quod habet priuilegium Caſtrenſis quale omne id quod ex bene- *Quaſi Caſtrenſe.* ficio Eccleſiaſtico comparatur: imò quidquid acquiritur poſt clericatum, etiam ſi aliàs eſſet aduentitium. Sic habetur expreſsè *Authen. præsbyteros C. de Epiſc. & cleric.* Sunt enim Clerici milites ſpirituales. Item quidquid acquiritur officio publico, non mechanico, ut Iudicis, Aduocati, Tabellionis, medici uel profeſſione alicuius artis liberalis, & munere docendi, concionandi, uel conſulendi in ſcientijs ſuperioribus, quales ſunt Theologia, ius canonicum, & ciuile *l. ſimiliter ff. de caſtrenſ. pecul.* Item quod datur intuitu talis functionis, ut ſi dentur libri, ut quis profiteatur artem liberalem: & quod liberalitate principis; deniq; quod ab aliquo confertur filiofamilias, ut ſit tanquam Caſtrenſe.

Aduētitiū. *Aduentitium* eſt quod non prouenit à patre, reſpectu cuius dicitur aduentitium: nec patris intuitu principaliter datur: ſed ſucceſſione, uel donatione alius intuitu facta, uel induſtria propria, uel furtuitò ei obuenit. Vnde aduentitia erit ſucceſſio in bonis maternis, inuentio theſauri, & lucratiua negotiatio. *Aduentitium* in iure dicitur quod fortuitò, & aliunde quàm *Dos aduentitia.* ex uſitata conſuetudine manat. Vnde *Aduentitiam*

titiam dotem dicimus, quæ aliunde, quàm à patre profecta est. Vide Parlador. diff r23.

Profectitiū peculium. 751 *Profectitium* peculium est quod de rebus paternis proficiscitur: seu quod prouenit à parente viuo, vel principaliter, & proximè eius intuitu confertur, ita ut nec sit castrense, nec quasi castrense. Huiusmodi sunt quæ à parentibus conceduntur filijs, vt ea administrent: & quæ dantur filio ab alijs ob amicitiam, & obsequium parentum: secus si ob amicitiam, vel obsequium filij. *L. 6. C. de bonis quæ lib.* Ab Alex. Scot. v. Peculium, *Paganicum.* vocatur *Paganicum profectitium*, quod de rebus paternis, vel dominicis proficiscitur, & filio, vel seruo datur, vt in eo negotietur, & istud est patris quòad proprietatem, sed filij quòad vsumfructum. Nam filius in profectitio ordinario nec habet dominium directum, nec vtile: in aduentitio habet directum, non vtile: in Castrensi, & quasi castrensi habet vtrumq; Citatus author v. *Paganicum* affirmat illud esse aduentitium peculium, quod ex prospera fortuna aduenit veluti ex testamento cognatorum, vel etiam agnatorum.

Peculij appellatio. *Peculij appellatione* in legatis continentur debitorum nomina, vt habetur ex *L. 3. ff. de peculio legato*. Apud Menoch. de præ. lib. 4. præsum. 155. num. 7. Vbi subdit hoc non procedere quando dominus debet seruo: tunc enim legato peculio non continetur debitum à domino, nisi de voluntate domini constet. *l. si peculium §. sicut ff. de pecul. leg.* Peculij legati appellatione venir illud quod reperitur tempore mortis testatoris: venit etiam id quod seruus dederat domino custodiæ, & depositi causa, donec ab ipso manumitteretur. Menoch. lib. 4. præs. 155. n. 9. & 14.

SECTIO II.

De nonnullis bonis immobilibus in particulari.

752 IN considerationem, vt explicentur, plura veniunt, scilicet prædium, fundus, terra, ager, rus, saltus, nouale, vinea, pratum, arbores, marmora, mo-*Prædium.* lendinum. *Prædium* dicunr aliqui à præda eo quòd capi olim ab hostibus agri militibus diuidebantur, alij à præstando, seu potius à *Possessio & prædium.* prius, & valde dando. Est autem *prædium* apud Iuristas rustica & vrbana possessio. Possessio latiùs pater, quàm prædium: cum etiam ad tabernas, & horrea in vrbe extendatur. De vrbano, & rustico, quæ includunt differentias interse oppositas, diximus supra n. 701.

Explicemus modo quædam alia sub illis duobus membris contenta. Sunt enim prædia anteurbana, dotalia, tamiaca, genearchica, ciuilia, fiscalia, tributaria, stipendiaria, donata, releuata, translata, & adærata. *Anteurbana* dicebantur quæ vrbi *Anteurbana.* erant propinqua. *Dotalia* censentur quando ista duo concurrunt, nempe quòd matri- *Dotalia prædia.* monium contractum est, & traditio prędij interuenit iuxta Azor. *C. de fun. dotali* in sum- *Tamiaca.* ma. *Tamiaca* seu vt legit Albericus v. eod. *Camiata.* *Camiata* prædia, de quibus *C. tit. 68. lib. 11.* iuxta Accurs. dicebantur in quibus erant cellulæ: vnde *Tamiacus*, seu *Camiatus* cellularius, seu Cellarius: Græci enim tameim cellarium uocant: erant huiusmodi prædia empta, vt inter cellulas canonem redderent.

Rectiùs tamen iuxta Alciatum, quem ad rub. citat. sequitur Toletan., prædia Tamiaca dici solebanr fundi qui dispensatori publico prętabanr annuos fructus uectigales, quibus *Tamias.* ille postea in domo Imperatoris cibaria, seu alimenta dispensabar. Nam *Tamias* est apud Gręcos, qui apud Latinos dispensator. Ille autem erat custos plenus in domo Imperatoris, quem vulgò *Dispensayro mor*, & *Guarda mangel do Principe* appellamus.

753 *Genearchica* prædia dicuntur in *No-* *Genearchica prædia.* *uella 21. qua* princeps atq; author generis reliquit sue familiæ, ea lege, ut in ea perpetuo manerent, neq; ad alios transire poss. sent: adeo ut etiam fęminæ ab ijs excluderentur. Armeniorum institutum ea nouella sustulit Iustinianus. *Ciuilia prædia* de qui- *Ciuilia prædia.* bus *C. tit. 7. lib. 11.* quę dicuntur alio nomine *prædia ciuitatum* tit. 69. eiusdem libri, appellantur à Toletano supra, in Luc. Rub. ea, quę non singulorum ciuium, sed ipsius uniuersæ ciuitatis, aut uniuersitatis sunt: uersantur autem in duplici differentia: nam quędam sunt communia, nempe communi usui ciuium, & incolarum deputata, proindeq; alienari nequeunt: quędam sunt propria talis ciuitatis, quæ alienari possunt.

Fiscalia de quibus *C. tit. 70. lib. 11.* Sunt quæ *Fiscalia prædia.* spectant ad Imperatoris, seu Principis fiscum, nempe saccum, seu patrimonium: quæ proinde duplicia sunt pro ratione duplicis patrimonij, scilicet publici quod Imperator tanquam persona publica, & priuati, quod ipse tanquam priuatus comparauit. *Priuata fiscalia* etiam vocantur prædia rei priuatæ, & rei do- *Priuata fiscalia.* minicæ eod. tit. *Tributaria* vt sumitur ex *l. 1.* *& 2. C. de annonis, & tributis*, sunt illa; qui- *Tributaria prædia.* bus census, vel aliquod tributum ab Imperatore, principe, vel superiore impositum *Stipendiaria prædia.* est. *Stipendiaria* sunt quæ militibus pro stipendijs dantur *l. item si verberatum §. 2. ff. de rei vendic.*

754 Pro explicatione reliquorum prædiorum, quæ proposuimus, aduerte esse titulum 28. *C. lib. 10.* Qui sic habet, *De collatione donatorum, vel releuatorum, aut translatorum, seu adæratorum*. Subintellige prædiorum. Ex Toletano super eandem Rub. exponi debet hoc modo. Cum imperatores probè noscetent

rent esse aliquot prædia tributaria alluuione, casuve alio ita deperdita, vel diminuta, vt ex eis professores prouinciales integrum tributum soluere non possent, quadruplici beneficio vsi fuerunt: nam vel illa prædia possessoribus donarunt eximendo ab omni tributo, & onere, & ideo *donata* vocantur, vel releuarunt eorum possessores, ita vt minus soluerent, quàm antea soluebant: ideoq; *releuata* dicuntur: vel trastulerunt in aliam functionem, seu in aliud ius, putà, ex vna tributi specie in aliam, vel ex antiquis possessoribus in nouos, ita vt minus aliquid tributi soluerent noui, quàm antiqui: & ideo *translata* appellantur: vel deniq; tributum quod prædijs erat impositum in annonis, & edulibus v.g. commutarunt in æs, nempe in ære, & pecunia æstimādum, atq; soluendum: ideoq; *adærata* vocātur.

Donata prædia. Releuata prædia. Translata prædia. Adærata prædia.

Prædij appellatio.

Prædij appellatione etiam pars continetur l. dotale init. ff. de fund. dotal. & ita docent Steph. Gratian. discept. forens. to.3.c.460.n.13. & Rebuff. ad l. appel. rei 72. init. ff. de verb. sign. pag. 350. Quod verò prædium sit nomen generale, & magis continens quàm fundus, tradit Mediolan. ad c. 433. n. 9. tom. 1. & quod trahat ad se nemora, & pascua sua, docet Menoch. cons. 36. n. 38.

Fundus, & prædium.

755 Vt reuertamur ad præposita initio sectionis, *Fundus* apud Latinos est quæuis possessio rustica, sic dicta quòd fundet quotannis multa: vel quòd sit fundamentum rei familiaris: nam pecuniarum ratio labilis est. Apud Iuristas nimis strictè acceptus tantum importat solum rusticum quod fundat tum ædificia, tum plantas: & vt sic minùs latè patet quàm prædium: nam hoc dicitur tum de rustico, tum de vrbano: imò non tantum de solo, sed etiam de ijs quæ solo adhærent.

Acceptus minùs pressè, & quidem propriè vt notat Toletan. ad rubr. *C. de fundis limit. lib.* 11. aliquid integrum est, agrumq; cum ædificio, & villa significat *l. 60. ff. de verb. sign.* Modicus locus (vt tradit Bris. lib. 6. de verb. sign. fol. 232.) fundus etiam dici potest, si eum fundi animo habuerimus: constitutione enim, & destinatione nostra fundus efficitur. Vnde etiam pars fundi rectè fundus appellatur *L. plane §. fin. de leg.* 1. Habet enim fundus partes homogeneas, in quarum singulis est idem prædicatum, quod in toto.

Limotrophus. Limitaneus. Trophos. Patrimonialis fundus.

756 Fundus multiplex est, scilicet limitrophus, limitaneus, patrimonialis, saltuensis, dotalis, quasi dotalis, instructus, iugeus, teleuatus, & agonotheticus. *Limitrophus*, qui & *limitaneus*, & *limitofus* dicitur à *trophos*, quod est descriptio, & limite, seu milite, quasi descriptus ad vsum militum, qui fines imperij Romani custodiūt. Est etiā fundus situs in finibus imperij Romani, qui assignatur militibus limitaneis ad eorū sustētatione. *Patrimonialis* de quo tit. 61. *C. lib.* 11 t. est qui spectat ad vtrūq; patrimoniū Imperatoris, siue fiscale, siue priuatū.

Saltuensis. Dotalis fundus. Quasi dotalis.

Saltuensis est fundus, in quo est saltus *l. fin. C. de fun. patri. lib.* 11. *Dotalis* est ille, qui matrimonio contracto datus est sponso. *Quasi dotalis* vocatur qui traditus est sponso nondum secuto matrimonio. Vtrumq; desumitur ex *l. 1. ff. de fundo dotali. Instructus fundus* est ædificatus vel cultus. *Iugeus fundus* est terra, quæ modò non aratur, licèt olim fuerit fertilis: aliàs quæ modò aratur, licèt olim fuerit sterilis. *Releuatus* dicitur qui olim erat palustris, nunc autem factus est terrenus *L. fin. C. de fund. patrim. lib.* 11. *Agonotheticus* fundus habetur *L. iubemus C. de fund. patrim. lib.* 11. & iuxta Glos. ibidem dicitur ille fundus qui in præmium datur certantibus in agone: vel dicitur ille, qui antea erat sterilis, sed perductus fuit ad fertilitatem agone, idest labore.

Fundi appellatio.

757 *Fundi appellatione* veniunt pascua, & aliæ terræ separatæ, quæ sunt deputatæ ad vsum fundi *l. Seia §. Tyrannus ff. de fundo instructo*, & Bertazol. de clausul. instru. clau. 20. Glos. 2. num. 4. Surdus decis. 241. num. 11. Item venit pratum quando est coniunctum fundo, & vno nomine vocatur, iuxta Steph. Gratian. discept. forens. cap. 126. num. 19. At non venit vinea vt docet Iason in *L. siquis legauerit a. 3. ff. de legat. 3.*

Fundi instructi appellatione veniunt omnia parata, & destinata perpetuò ad vsum fundi vt tenent Tusch. to. 4. lit. f. concl 534. & latè Menoch. de præs. lib. 4. præs. 153. Fundus in dubio non censetur venditus instructus, vt tradit Bertazol claus. 26. glos. 7. num. 10. Fundo vendito venire omnia, quæ sunt in fundo, nempe foueas, fossata, aggeres, riuos, canales, aquæductus, sterquilinium quo ager stercoratur, fructus extantes tam maturos, quàm crudos, columbos, cuniculos, & alia animalia ibi perpetuò mansura, latè cum multis tradit Barbos. de app. verb. ap. 106.

Terra.

758 *Terra* dicitur à tero, teris, quòd scilicet ab omnibus teratur: & apud Latinos, ac Philosophos est elementum graue, solidum, & globosum in media mundi sede constitutum Apud Barthol. in *L. 1. ff. de via publi.* Ex Cicerone, & alijs Latinis sumitur pro territorio, prouincia, seu regione. Accipitur à iurisstis frequenter pro possessione rurali, quam diuidunt in terram integram, & proscissam. *Terra integra* apud Caium. *L. Sylua ff. de verb. sign.* est in quam Dominus adhuc non immisit pecus pascendi gratia. *Terra proscissa* in eadem lege dicitur, quæ primum aratrum experta est grandioribus glebis relictis. *Terra conditum corpus* apud Modestin. in *L. diui fratres de relig.* videtur & si in arcula conditum sit hoc animo vt non alio transferatur.

Terra integra. Terra proscissa. Conditum terra corpus.

Terræ appellatio.

Terræ appellatione non venit terra vineata, nec plantata, vt probat L. nulla ubi Bald. C. de acq. poss. Auendan. de exeq. mand. p. 1. c. 12. nu. 23. & Collantes super prag. in fauor. rei frum.

lib. 1. cap. 4. Quid veniat terræ nomine, quando interdictum est generale terræ, exponit Suar. de censd. 32. sec. 2. nu. 8. Terrarum appellatione veniunt castra, cap. Cum in partib. de verb. sign. Alex. cons. 114. In causa num. 10. Guido Papa cons. 71. num. 4. & alij quos refert Tusch. pract. conclu. tom. 8. lit. T. concl. 46. num. 1.

Villa. 759 *Ager* iuxta Alciatum de verb. signific. dicitur ab agendo: sicut *villa* domus rustica, à vehendo: quod in eam fructus aruorum vehantur. Sicut in vrbe locus vacuus, & sine ædibus *area* dicitur, ita in rure locus vacuus, & sine ædificio *ager* est. *L.* 211. *ff. de verb.* & tradit Greg. de Syn. iuris lib. 18. cap. 23. num. 3. quamuis in titulo 58. C. lib. 11. Sumatur pro prædio aut fundo. *Aruum* ea pars agri, quæ sementi datur. *Agellus* paruus ager. *cap. vlt. Clem. de pecu.*

Area.

Ager. Aruum. Agellus.

Campus. Campus Martius. Ager multiplex. assignatus ager. Limitatus ager.

Est autem *Campus* grande, atq; *amplum* spatium terræ planæ. *Campus Martius*, de quo *L. sed & Celsus ff. de contr. empt.* dicebatur Tyberinus, antequam Marti, aquo accepit nomen, consecraretur. *Ager multiplex* est nempe assignatus, colonus, subsecîuus, tutelatus, desertus, dominicus, compascuus, alluuius. *Assignatus*, de quo *l. in agris ff. de ucq. rer. dom.* Qui alio nomine *limitatus*, est qui certis limitibus inter veteranos diuidebatur.

Colonus ager. Aruum. Subsecîuus ager. Tutelatus. ager.

Colonus ager videtur is propriè dici qui ad arandum accommodatus est, & *Aruum* etiam dicitur. *Subsecîuus* erat qui assignari propter incommoditatem non poterat. *Tutelatus ager* fuit vnde ligna in reparationem publicorum, vel mænium, vel balneorum distrahebantur. *Desertus* appellatur qui à nullo seritur, & à nemine colitur, & sic deseritur à possessore. Sic dicitur *Incultus l. 5. C. de omni agro lib.* 11. & destitutus cultore *l. qui agros eod. tit.* Item *despectus* l. 12. eod. tit. Inter desertum, & derelictum est differentia: nam qui agrum dereliquit, non recuperat illum ex pænitentia *l. 1. ff. pro de relicto*: at qui deserit, poterit, si velit intra tempus recuperare *l. qui agros.* cit.

Dominicus ager in *Clem. ne in agro de statu relig.* est ordo monachorum nigrorum. *Compascuus ager* dicitur in quo vicinis communiter compascendi ius est *L. peu. ff. si seruit. Alluuius ager* est ille, quem paulatim fluuius in agrum reddit: seu est ille qui ex alluuione factus est: quem acquirendi modum, quod *incrementum latens* verè definitur, Iurisperiti *Alluuionem* vocant.

Rus. 760 *Rus* (vt tenet Lucas de Pena in *L. rura C. de omni agro lib.* 11.) dicebant antiqui incultos agros nempe syluas, & pascua. At *tit.* 37. *C. lib.* 10. rus est omnis locus extra ciuitatem, vel populum, vbi sunt agri, villæ, & eremus. *Rurestre* quod est ruris: vt Rurestre opus *L. limites C. locuti*. A rure deriuantur *Rusticani*, de quibus tit. 53. c. lib. 11. & dicuntur etiam *Vicanei*, *vicani*, vel *vicarij* à vico

Rurestre. Rusticani. Vicanei.

tit. 56. *C. lib.* 11. qui frequentiùs in rure, in villis, vicis, vel pagis habitant: suntq; in solidum domini prædiorum suorum, & ex tramuros ciuitatis morantur.

Saltus. *Saltus* apud Latinos dicitur Sylua densior, & inuia, quòd ibi arbores in altum saliant. Dicunt alij ex opposito saltus esse loca arboribus expedita, vt facile in ijs saltetur. In iure veteres Græci saltus vocabant pascua, seu loca pastionibus accomodata *l. pen. §. ff. si seruitus vend.* Recentiores iuristæ nemora inculta dicunt, vt videre est apud Pet. Greg. de Syntagi. iuris lib. 4. c. 15. n. 3.

Saltuarius. *Saltuarius* est custos saltus, seu qui vel fructuum conseruandorum gratia, vel finium custodiendorum causa apud est *L. quæsitum ff. de fun. inst.* apud Spieg. in diction. *Daphne* est amænum, & ambitiosum suburbanum iuxta Antiochiam, Apud Toletan. tit. 77. C. lib. 11. num. 1. *Daphnensis lucu* erat suburbijs Antiochiæ cupressis obsitus, & abundans omnium, quæ sub cælo sunt, amænissimus, vt tradit Nicephorus lib. 10. c. 28.

Daphne. Daphnensis.

Nouale. 761 *Nouale*, seu *nouale ager* dicitur à nouando: & apud Seruium, aliosque grammaticos est aruum tunc primum ad sementem proscissum, seu sylua, quæ arboribus exstirpatis ad cultum apta redditur. Apud Iuristas vt sumitur *L. sylua §. nouale ff. de verb. sign.* est terra proscissa, quæ per annum cessat: seu est ager qui alternis annis seritur. Apud Canonistas, & notarios Romani Pontificis *Cap. quid per nouale, de verb. signi.* dicitur ager de nouo ad agriculturam redactus, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuisset.

Nouale, & veruactum. *Nouale*, & *Veruactum* pro eodem vsurpari solent: quamuis Budæus discriminet sentiens nouale tunc dici, cum ager post messem totus quiescit: tunc autem *Veruactum* cum verè terra proscissa est. Vnde *Veruactum* dicitur quòd verè aratum est, quasi verè actum aruum.

Veruactum.

Noualis appellatio. *Noualis appellatione* venit terra de nouo ad culturam redacta, cuius non extat memoria, quòd culta fuisset. Ita ex Cap. cit. Mascar. de probat. concl. 1106. Cauis. tract. de decimis c. 11. n. 1. Tamburin. de iur. Abb. disp. 15. q. 18. n. 6. & Tusch. to. 5. lit. N. concl. 114. n. 2. Vbi affirmat quòd si ager vnus pro parte fuit cultiuatus, & maximè pro maiori parte, non possit dici nouale licèt quoad partem non extet memoria hominum quòd fuerit cultus.

Vinea. Vineæ appellatio. 762 *Vinea* locus est vitibus consitus. Vide Bart. ad *L. certo generi ff. de seruit. rustic.* præd. Vbi Gloss. Quare *Vineæ appellatione* comprehenditur terrenum in quo sunt vites, non autem locus vbi illæ minimè sunt, etiamsi aliàs fuisset terrenum vinearum. Sic Baldus cons. 410. Verba dicuntur circa fin. Ver. quarto lib. 1. Vbi apud Tusch. to. 8. lit. V. concl. 211. n. 1. & 2. addit quòd è cõtrario locus non vineatus, si reducatur ad vineã, appellatur vinea. *Vineæ appellatione*

Arundinetum.

pellatione venire arundinetum, seu cannetum destinatum perpetuò vineæ, & ad vsum illius, *Cannetum.* tradunt Stephan. Grat. discept. foren. c. 126. n. 17. & Veralla dicis. 342. p. 3. limitatur tamen vbi cannetum esset separatum etiam per octauam partem milliaris, si aliqua bona sint intermedia, vt decisum refert Puteol. decis. 50. lib. 3. in correctis.

Nouellarũ vinea. Pedamẽtũ. *Nouellarum vinea* nouellis vitibus consita, vulgo *Bacelo L. veluti de impen. in reb. dot. fac.* Ad vineam spectat *Pedamentum*, de quo meminit Vlpian. *lib. 47. l. prima de tigno iniuncto*, & est vitis fulcimentum. Nam Varro lib. 1. de re rust. Quibus (inquit) stat rectè vinea dicuntur pedamenta, quæ transuersa iunguntur iuga. *Traducere. Traduces.* Hoc verbo *Traducere* vsus fuit Paulus in *l. si duo vti possid.* pro facere traducere. *Traduces* autem in vitibus dicuntur, qui aliunde tracti, & propagati sunt: vulgo *Mergulbia*.

Pratum. 763 *Pratum* dicitur quasi paratum ad fructum reddendum: *Nomen ei* (inquit Columel. lib. 2. c. 17.) *indiderunt ab eo quòd protinùs esset paratum, nec magnum laborem desideraret*. Consonat Vlpian. *l. pratum ff. de verb. sign.* Vbi asserit pratim esse locum, in quo ad fructum percipiendum duntaxat falce opus est, ex eo *Prati appellatione.* dictum quòd paratum sit ad fructum faciendum. Vnde *prati appellatione* non venit terra sterilis, & inculta, vt latè docet Rebuff. ad leg. cit. à pag. 192. Quòd verò pratum sit locus paratus ad vtilitatem reddendam domino in singulos annos, tradunt Rimin. Iun. Conf. 142. num. 33. & Bursat. cons. 330. num. 76. addit verò num. 135. prata dici etiam terras arabiles non incultas, seu steriles: adiungit syluas non iudicari incultas, cum aliquando fructus maiores offerant, quam terræ arabiles.

Arbor. *Arbor*, quam aliqui dicunt à robore, ex eo quòd inter alias plantas plus roboris vendicet, optimè definitur à Ruellio lib. 1. cap. 1. qui illam distinguit à frutice, & herba in hunc modum: arborem (inquit) solemus appellare quidquid à radice statim simplici caudice, brachiatum ramis, *Frutex. Herba.* surculosum, dissolutuq; contumax assurgit, sicut olea, & ficus. *Fruticem* verò, quod à radice, caudice multiplici, ramosumq; se profert, sicut rubus, hedera. *Herbam*, quod à radice foliarum, sine caudice proueniat, sæpiusque semen caule ferat, vt frumentum.

764 *Arbor cædua* dicitur quæ excisa repullulat, siue ab eodem stipite, siue ex stirpibus, vt *Arbor cædua.* salix, fraxinus, esculus, laurus, ornus, & simi*Prægrandes arbores.* les. Item arbor prægrandis, & grandis de quibus *L. sed si ff. de vsufr.* quænam sint, eleganter exponit Alciat. Ad *L. Sylua de verb.* *Arboris appellatio.* *sign.* Apud Iuristas sumitur arbor minùs rigorosè; quia *arboris appellatione* non solum continentur vites, vt ex *l. 1. & 2. ff. de arbor. fur. cæs.* tradunt Auendan. de exeq. mand. p. 1. c. 4. n. 2. 3. & Cæs. Veron. tract. de arbor. c. 81. to. 6. p. 2. fol. 209. Sed etiam veniunt hederæ, arundines, & salictum. *l. 3. ver. hedera ff. arb. fur. cæs.* Arboribus legatis ratione fructuum venit arbor, solum & via ad arbores iuxta Ias. in *L. si fundum, ff. de leg. 1.* Secus si arbores legatæ sint ad scindenda ligna, n. 16. & 17. Arbor vento deiecta non arboris nomen, sed ligni magis vendicat *L. ligni ff. de leg. 1.* vt enim arboris appellationem retineat, debet radices in terram ita egisse, vt terræ alimento vegetetur. Arborum verbo contineri etiam radices arborum, notat Glos. in l. obligationum ff. de action. & obligat.

Arborem furtim cædere est scindere inscio, & inuito domino, de arborum appellatione in ordine ad damnum accipiendum, vide Moli- *Arborem furtim cædere.* nam tract. d. 699. n. 1. & 11. *Arbustum* de quo *Arbustum.* Paulus l. impensæ necessariæ ff. de verb. sign. Quod aliqui *Arboretum* vocant, est locus, in *Arboretũ.* quo arbores sunt ad fructum consitæ: seu (vt exponit Spiegel v. eod.) est locus, quo certo ordine arbores vitium causa, scilicet ad vites sustentandas plantantur, qualis populus, vl- *Deglabare. Deglubere. Delibrare.* mus. *Deglabrare, Deglubere, Deliberare* est corticem arbori detrahere. *L. Cædere ff. de arbor. fur. cæs.*

Sycomorus in *L. facculariij ff. de extra. crim.* est *Sycomorus.* ficus Aegypti peculiaris, & interpretatur ficus fatua, producit enim ficus insulsas nostris non absimiles. Sumitur *Strobylus* apud Vlpian. *L. ligni appell. ff. de leg. 3. & L. Carbonum de ver. sign.* tum pro arbore ferente nuces pineas, tum pro ipsis nucibus pineis. *Gremia* surculi aridi, & minuti apud Vlpian. *L. 55. §. 2. de leg. & fideic.* vnde *Gremiales arbores*, quę surculos illos suppeditãt.

765 *Lignum* est nomen generale comprehendens omnem arboris materiam siue viri- *Lignum appellatio.* dem, siue aridam. Dicitur tamen, authore Varrone à legendo, quòd ligna fiaduca in agris legi soleant ad focum, Hinc Vlpian. *L. ligni verbo ff. de legat. 3.* lignum appellat quidquid comburendi causa comparatum est. Etenim latiùs patet quàm materia: hæc enim solum dicitur illa, quæ ad ædificandum, & fulciẽdum ædificium apta, & necessaria est. *Ligni* *Materia.* *appellatione* veniunt omnia, quæ comburendi *Ligni appellatio.* causa parata sunt, & quæ consuetudo regionis pro ligno habet: de quo latè Rebuff. ad *L. Carbonum* à ver. ex prædictis pag. 572.

Lignorum appellatione in legatis comprehenditur arbor vento deiecta, nisi aliud testator senserit. *l. ligni verbo ff. de leg. 3.* & Bertazol clauf. 20. Glos. 6. n. 3. At nec in legatis, nec in venditionibus continentur pali, & perticæ, quia in numerum materiæ redigendi sunt, vt tradunt idem Bertazol clauf. 26. Glos. 13. n. 6. & Rebuff. ad *L. Carbonorum* 167. vers. *3. ff. de leg. 3. pag. 173.* vbi subditi si pali præ vetustate seruire non possent nisi ad comburendum, ligni nomine venirent.

Tigna solent trabes appellari, quibus summa domus contegitur: à tegendo dicta. *Tignus*, *Tigna.*

vel *Tiguum* sumitur pro omni genere materię ligneę apud Azon. in sum. & Instit. de rer. diuis. *Tignarius faber* intelligitur non solum is qui dolat, sed etiam qui solaria lignea, hoc est qui trabes, cæteraque ad tabulata domus vtilia, & omnis qui ædificat *L. ferri ff. de verb. sign.* *Tignarius.*

Marmor. Marmori appellatio. Marmoris, & marmoratum. 766 *Marmor* est genus lapidis, qui pro diuersitate colorum & regionum multipliciter cognominatur. Quid verò *Marmoris appellatione* contineatur, docet Iurisc. *L. quæsitum §. illud. de leg. 3.* Illud tradunt Riminald. cons. 25. n. 31. & Natt. cons. 686. n. 1. lib. 4. Marmoris appellatione in legatis non contineri marmor sculptum. *Marmoreum* quod ex marmore, est *Marmoratum* quod superficiem tantum ex marmore habet. *Marmoraria laudes* apud Tullium pro Archid. dicuntur statuæ marmoreæ, quæ in alicuius honorem decreiæ, ponuntur. *Marmoreæ laudes.*

Molendinū. *Molendinum* est ædificium constructum cum molis, & alijs necessarijs ad molendum. Videtur idem quod *Moletrina* quæ etiam nomen habet à molendo. Olim dicebatur *pistrinum*, à pinsendo, quo tempore frumenta tundebantur, non molebantur. Nam authore Seruio, apud veteres molarum vsus non fuit. *Molendini appellatione* continetur perfectum, & cum omnibus necessarijs ad molendum: non verò destructum. *Molendini appellatio.*

Vnde Molendino vendito ius aquæ, & clusa molendini, ac fistulæ comprehenduntur, etiamsi propter siccitatem molere non possint, vt tenet Mantica de tacit. & ambig. conuenit. lib. 4. tit. 9. n. 17. Quòd verò molendinum sit prædium rusticum, docet Tiraq. de retractu lig. §. 1. Glos. 7. n. 92. Quamuis Molendini nomine propriè contineatur ædificium ad macinandum, seu molendum, tamen ex communi vsu loquendi potest contineri *fullonus* ad pannos fullandum, vulgo *Pisão* vt ex Aretino cons. 94. tradit Tusch pract. concl. to. 5. lit. M. conc. 303. n. 3. *Fullonus.*

SECTIO III.

De fluminibus, & alijs spectantibus ad aquam.

Flumen. Fluuius. Riuus. Torrens, & fluuius. Publicum flumen. Priuatum flumen. 767 FLumen alio nomine *Fluuius* sic dicitur ex eo quòd semper fluat, & maior est quàm *riuus*: In iure igitur flumen esse Cassius definit, quod perenne sit ex *L. 1. §. 1. ff. de flumin.* E contra *Torrens* non est semper, sed sola hyeme fluens. Vide Parlad. diff. 54. Flumen vel est publicum, vel priuatum: *Publicum*, vt docet Iustinian. tit. 1. lib. 2. Instit. dicitur quod in commune omnibus in eo ius piscandi pateat. Priuatum, vt ait Vlpian. *l. 1. §. hoc interdum ff. de flum.* est quod ex conuentione legem accipere solet: & nihil differt à cæteris locis priuatis.

Fluminis appellatio. *Fluminis appellatione* non contineri eius ripam, constat ex *l. 1. §. in flumine ff. de flum.* Vnde in flumine factum non dicitur id quod in ripa factum est, vt tenet Oldrad. cons. 121. n. 11. Deinde flumine concesso, non dici concessam ripam, tradit Menoch. cons. 395. num. 28. *Ripæ* enim dicuntur illi limites, quibus naturalis cursus fluminis continetur, & est quid proprium fluminis, sicut *littus* maris §. 1. *Instit. de rer. diuis.* Rectè igitur definitur id quod flumen continet, naturalem rigorem cursus sui tenens. *L. 1. §. ripa de flum.* Vide Socin. cons. 79. ante fin. lib. 3. & Farinac. decis. 108. n. 4. p. 2. *Ripæ. Littus.*

768 *Aqua* componitur ex *a* & *qua* quasi dicatur à qua viuamus. Est elementum frigidum, humidum, & liquidum inter terram, & aerem. *Aqua profluens*: id est de cælo cadens §. 1. *Instit. de rer. diuis.* Aqua pluuia, & cælestis pro eodem accipitur. Aqua diurna, quæ interdiu pluitur, nocturna, quæ noctu *l. si prius ff. de aqua, & aqua pluu.* Aqua perennis est quæ nunquam arescit *l. 1. §. loquitur ff. de aqua.* *Aqua. Aqua profluens. Pluuia aqua.*

Aquæ salientes, quæ ex fistulis erumpunt, & supernè desiliunt *l. 2. ff. de supell. leg. l. impensor ff. de verb. sign.* Aqua viua, de qua meminit Iurisc. *L. vnic. ff. de fonte*, dicitur illa, quæ de fonte exit, & manans excipitur. Illa enim quæ colligitur de pluuia in lacunas, aut cisternas: imò quæ de fonte manauit, sed interrupto meatu, tanquam à fontis tramite diuisa stetit, viua non dicitur. *Aqua viua.*

Fons appellatur à fluendo, ex eo quòd fundat aquas, quarum origo, & causa est: vnde translatitiè pro origine, & causa rei cuiuslibet sumitur. *Digitus aquæ*, de quo meminit Paul. *lib. 8. ff. de seruitut. rust. l. Lucius Titius*, apud Accursi. est quantum aquæ fluit per digitum statuæ. Apud Frontinum est modulus, vnde salientes aquæ tali mensuræ censentur. Est autem digitus sexta decima pars pedis, sicut vncia duodecima. *Aquam euocare. L. Proculus, de damn. inf.* est aquam abducere. *Fons. Digitus aquæ. Aquam euocare.*

769 Ab aqua deriuatur aquarius, aquagium, aquæductus, aquileges, aquilices, aquiminarium. *Aquarius* habetur *L. decernimus C. de aquæd. lib. 11.* & est aquæ custos, vel seruus aquæ gerulus. *Aquagium*, de quo *l. 3. §. 6. ff. de aqua quot.* à Festo dicitur quasi aquæ agium, & est aquæductus. *Aquæductus* habetur *Instit. de seruit. rust. præd. in* princ. & est ius ducendi aquam per fundum, vel agrum alienum ad irrigandum agrum meum, vel alterius iure seruitutis constitutæ. Sumitur etiam *l. 1. C. de aquæduct. lib. 11.* & *l. decernimus eod. tit.* pro priuilegio collato illis, qui præficiuntur ad custodiam formarum, per quas ducitur, vel per quorum fines formarum meatus transeunt. Sicut *aqua haustus* fit per animalia, ita aquæ ductus fit per fistulas subterraneas *l. si potius §. 1. de aqua pluu.* *Aquarius. Aquagium. Aquæductus. Aqua haustus.*

Aqui-

Aquileges. *Aquileges* sunt qui scientiam deducendæ aquæ habent: sunt enim artifices inueniendorum fontium, & colligendæ aquæ in aquæductus *l. 21. ff. de iure immun.* Prædicti à nonnullis vocantur *Aquilices* quasi aquæ elicien-dæ artifices, vt videre est apud Plin. lib. 26. c. 7. *Elices* apud Vlpian. *l. 5. ff. de aqua pluu. arcen.* dicuntur sulci aquarij, per quos aqua collecta elicitur è liris.

Aquilices. Elices.

Vrinatores. *Vrinatores* de quibus fit mentio *l. naui. ff. ad l. Rhod. de iact.* Sunt natatores subaquatiles, qui subtus aquam mergentes tempore multo continent spiritum. Nam *Vrinari* est aquæ mergi. *Hydraulus* habetur *l. 5. C. de excus. mun. lib.* x. est instrumentum idoneum extrahendæ aquæ à profundo. Hinc *Hydraula* fuere quibus cura aquæ domus Imperatoris incumbebat. *Hydrophycaces* alio nomine *Hydrophylatti* iuxta Ioan. Andr. *in cap. si iudex laicus de sentenc. excom. lib. 6.* Custodes sunt, & curatores aquarum.

Vrinari. Hydraulus. Hydrophylaces. Hydrophylatti.

770 *Muscularij* de quibus in *l. decernimus C. de aquæ duct. lib. XI.* sunt aquæ ductus ex musculis delabentes. *Musculi* autem fuere tubi instar musculorum, quibus teste Alciato, veteres vtebantur in bello ad aquandas fossas. *Tubus* siue sit fictilis, siue ex alia materia, est fistula, per quam aqua deducitur: imò aquæductus ipse tubis pyxidatis constat. *Tubuli* per diminutionem sunt canales fictiles, per quos fumus vltra parietem conducitur *l. Quidam Hiberus ff. de seruit. vrb. præd.* vbi statuitur non licere tubulos habere admotos ad parietem communem.

Muscularij. Musculi. Tubus. Tubuli.

Alueus fluminis vt habetur *l. adeo §. Insula ff. de acquir. dom.* Est fossa, nempe conceptaculum, & locus per quem fluuius labitur, dum intra ripas notas currit: nam si euagatur, alueum transcendit. *Circumluuio*, vt habetur lege proximè citata §. *Quod si*, est ius quoddam prædiorum, cum parte aliqua diuisum flumen agrum alicuius ita ambit, vt inferius vnitum in Insulæ formam redigat. *Fistulæ* sunt tubuli, per quos aqua ducitur Vlpian. *l. 15. ff. de act. empt.* Lines (inquit) & labra, salientes fistulæ quoque quæ salientibus iunguntur. Vbi *lines*, seu *leues*, vt aliqui legunt, videntur fuisse vasa ad fontes pertinentia. *Labra* crateres lapidei, quibus aqua saliens ex siphunculis concipitur. Vnde non rectè dixit Accurs. labra imagines, quæ per labra aquas distillant. Prædictis à Parlador diff. 54. adduntur *formæ*, & sunt minora receptacula, in quibus aqua recipitur, vt iterum fluat. ex *l. 1. §. fin. ff. ne quid in flum.*

Alueus fluminis. Circumluuio. Fistulæ. Lines, & leues. Labra. Formæ.

771 *Diacopi* apud Vlpian. *l. pen. ff. de extraor. cri.* interpretantur incisa, siue Incilia, nempe aditus in aggeribus Nili patefacti, per quos aqua influere possit in arua. *Incilia*, seu *Inciles* fossæ quæ à Græcis appellantur *Diotones* sunt per quas aquæ pluuiæ deducuntur ex satis. Apud Vlpian. l. 1. de riuis.

Diacopi. Incilia, & Inciles.

Incile est locus depressus ad lacus fluminis ex eo dictus, quòd incidatur. Inciditur enim vel lapis, vel terra, vnde primum aqua ex flumine agi possit. *Appulsus pecoris* ad aquam, est ius adducendi pecus, vel gregem ad aquam fontis alieni, vel riuum alienum ad aquandum: proindeque inter seruitutes merito recensetur.

Incile. Appulsus pecoris.

772 Præterea sunt varia interdicta spectātia ad fluuios, & aquas. Nam *l. 1. §. Quod autem ff. ne quid in flumine*, est interdictum ne quid fiat in flumine publico, vt aliter fluat quàm priori æstate fluxit, idest vt aqua fiat altior, depressior, & rapidior cum incommodo accolentium. Habetur aliud simile *l. 1. in fin. ff. de via publ.* ne quid fiat in mari, vel flumine publico, ripaue eius, quo peiùs nauigetur.

Interdicta de aquis.

Interdictum de ripa munienda *L. vnic. §. 1. de rip. muni.* meritò editum fuit: nam ripas fluminum publicorum reficere, & munire vtilissimum est, ne aliter nauigatio deterior fiat. Per interdictum de riuis permittit prætor aquæ deducendæ causa riuos, specus, & septa reficere, & purgare. *Riuus* est locus per longitudine depressus, quo aqua decurrat. *Specus* in l. 1. §. specus ff. de riuis. Est locus altus supra terram, per quem ducitur aqua dicitur locus à quo aliquid despicitur: vnde spectacula sunt dicta. Sumitur etiam *L. supra iter ff. de aqua pluu. arc.* pro fossa ampla, & rotunda, qua colligitur aqua.

Riuus. Specus.

Interdictum vt flumine publico nauigare liceat, de quo *L. vnica §. 1. ff. eo tit.* Est quo prospicitur ne quis prohibeatur nauim agere in flumine publico, vel in ripa onerare: & declaratur facultas, quam omnes habent nauigandi per lacum, stagnum, & fossam publicam. Subdit Vlpian. horum trium explicationem. *Lacus* (inquit) est qui perpetuam habet aquam. *Stagnum* est quod temporalem continet aquam ibidem stagnantem, quæ quidem aqua plerunq; hyeme colligitur. *Fossa* est receptaculum aquæ manu factum.

Lacus. Stagnum. Fossa.

773 Interdictum de aqua quotidiana, & æstiua, de quo *l. 1. ff. eo tit.* datur habenti ius aquæ quotidianæ, vel etiam æstiuæ ducendæ ad prædia sua, cum aliquis ducere prohibet. *Quotidiana aqua* non tantum illa est quæ quotidie ducitur, sed etiam illa, qua quis quotidie potest vti, si velit. *Aestiua* aqua est quæ æstate vti expedit. Interdictum de aqua de castello ducenda, conceditur à principe illi homini, qui habet ius ducendi aquam de canali, vel de castello, scilicet receptaculo, quod aquam publicam suscipit.

Quotidiana aqua. Aestiua aqua. Castellum.

Interdictū de aqua pluuiali arcenda, de quo *L. si vsusfructus ff. de aqua pluu.*, est per quod descendit actio ciuilis contra eos, qui faciunt opus, ex quo pluuialis aqua alijs noceat. Nā si facis aliquod opus in fundo tuo propter quod aqua pluuialis nocere potest fundo vicini tui datur contra te actio aquæ pluuiæ arcēdę, per

quam tuis expensis teneris opus destruere, & damnum contingens reparare. *Pluuialis aqua* dicitur quæ de cælo cadit, & quæ imbre excrescit, quamuis non tota de cælo ceciderit. *Irriguum* sumitur actiuè, & passiuè, scilicet & pro eo ex quo quid irrigari potest: vt irriguæ aquæ fontium *L. 1. C. de manc. & colo. patri*: & pro ipso quod irrigatur. *L. diuortio ff. solut. matr.*

Irriguum.

SECTIO IV.

De supellectili, & vasis.

774 DIximus hactenus pro nostro munere de bonis immobilibus in communi, & in particulari acceptis. Vt modo accedamus ad mobilia, occurrit *Supellex*, quæ nomen habet à pellibus *L. labeo ff. de supellect. legat.* juxta Parlad. diff. 76. num. 5. & quamuis propriè dicatur de stragula, siue lodice, eo quòd super lectum imponatur: tamen extenditur ad multa alia domus vtensilia: imò ad alias res, quæ sunt, aut possunt alicui ornamento esse.

Supellex.

Massaritia vocabulum vulgare est apud Bart. & idem valet atq; supellex, videlicet omne vtensile domus. *Vtensilia* autem in tota sua latitudine latiùs patent, quam supellectilia: sunt autem omnia quæ ad vsum hominum spectant, siue illis homines alantur, siue excolantur. *Friuola* in *l. solutum ff. de pign. acti.* sumitur pro vili, ac tenui supellectili, qualis esse solet inquilinorum, & eorum qui in cænaculis habitant, vel in foro friuolario eam venditant, quos Græci *Grytopolas*, Latini *Friuolarios* appellant.

Massaritia. *Vtensilia.* *Friuola.* *Grytopolæ.* *Friuolarij.*

Massaritiarum appellatione contineri omnia, quæ supellectilis appellatione continentur, & è contra: quasi *Massaritia* importent idem quod supellectilia, ac proinde dicant omnia parata mobilia ad vsum communem patris familias, tradunt ex *L. 3. ff. de supellect. leg.* Abb. consf. 88. num. 2. l. 2. & Menoch. de præs. lib. 4. præsum. 160. n. 2.

Massaritiarum appellatio.

775 *Supellectilis appellatione* veniunt mensæ, trapezophora, delphicæ, subsellia, scamna, lecti etiam inargentati, culcitræ, toralia, impilia, vasa aquaria, pelues, candelabra, lucernæ, trulla, capsæ, & armaria, nisi sint vestium, vel librorum *l. 3. ff. de supellect.* Item veniunt rhedæ, sedularia, tapeta, stragulæ, cathedræ, aulæa, vasa myrrhina, & crystallina, vt videre est apud Menoch. lib. 4. præsum. 160. num. 6. At nec veniunt animalia, nec vestes, nec lintea, quibus insternuntur vehicula, nec pelles, quibus inuoluuntur vestimenta, nec pugillares, & codices, nec argentum escarium, aut potorium, nec vasa ænea salientis aquę posita ad vsum, nec habitatio, in qua supellex ipsa est, nec baltheum argenteum, nec argentum infectum, vt cum varijs textibus, & authoribus latè probat Barb. de Appel. 253.

Supellectilis appellatio.

776 Exponamus modò quædam ex relatis nominibus, quædam alia, quæ ad supellectilem spectant. *Trapezophorum*, de quo *L. supellex ff. de supellect.* Est theca, in qua pretiosiores mensæ deferuntur: nam *trapeza* est mensa: *Phoreo*, vel *Phoresco* est fero. Sunt etiam *Trapezophoræ* mensę ornatu magno elaboratę, quæ effictis imaginibus sustinentur, quales cernuntur in vetustis marmoribus.

Trapezophorum. *Trapezaphoræ.*

Subsellia, de quibus *L. adeo de acquirer. dom.* dicuntur quasi non planę sellæ: fuere enim subsellia sellæ inferiores, in quibus tribuni, triumuiri, quæstores, & alij minora iudicia exercentes considebant. Nam senatores considebant in sellis altioribus. *Scamnum*, & *Scabellum* fuere teste Varrone, per quæ in lectum ascendebatur, hoc discrimine, quod in scamno per duplicem gradum, in scabello per vnicum fiebat ascensus: at postea scamna pro subsellijs vsurpari solita.

Subsellia. *Scamnum* *scabellum.*

Culcitra apud Paul. *L. 3. de supellect. leg.* generali nomine vocari possunt omne stragulum, in quo aliquid quiescendi gratia inculcatum sit. *Ceruical* quod ceruici supponitur, vel vitandi frigoris causa circundatur. *Toral* & *Mappa* habentur in *l. supellect. ff. de supellec.* & significant idem quod *Mantile* nempe stragulum quod mensæ, vel toro insternitur. Mappa, seu Mappula etiam sumitur pro ornamento ex lintea minibus albis, quo equi Cardinalium cooperiuntur. *Impilia* habentur apud Vlpian. *l. 25. §. 1. ff. de aur.*, & sunt *fasciolæ*, quibus fæminarum crines alligantur, & sic dicuntur, quasi ad pilos spectantes. *Candelabrum* est in quo candelæ figuntur vulgo *castiçal*.

Culcitra. *Ceruical.* *Toral.* *Mappa.* *Mantile.* *Impilia.* *Fasciola.*

777 *Capsa* dicta ex eo quòd res in ea conditas capiat: Lusitani dicimus *Cayxa*: ab ea per diminutionem fiunt *Capsula* & *Capsella*. *Rheda* habetur *L. cum in plures ff. locati, & cond.* & est genus vehiculi apud Gallos, quo ferebantur nobiliores in villas suas. *Sedularia* (vt tenet Anton. August. lib. 1. emendat. iuris c. 4.) sunt quæ in rheda sedenti subijciuntur. *Laterialia viatoria* apud Scæuolam *l. 102. ff. de leg. & fideic.* videntur esse capsulæ, in quibus ad ephippium vtrinq; suspensis, recondimus ea, quæ in itinere nobis necessaria sunt. *Dactylotheca* l. argent. ff. de leg. 3. est annulorum repositorium: seu vas, in quo annuli reponuntur. *Carruca*, & *Carrus*, seu *Carrum*, de quibus *L. si id de donat.* sunt plaustra oneraria, nempe comparata tantum ad ferendum onera. *Aulæa* Latinis, sunt Græcis *Peristromata*, scilicet uela picturata, quibus parietes obtenduntur. *Tapeta l. 5. de supellect. leg.* dicuntur etiam *Tapetes*, & *Tapetia*, & sunt aulæa, quibus subsellia, & cathedræ insterni solent.

Capsa. *Capsula.* *Capsella.* *Rheda.* *Sedularia.* *Laterialia.* *Dactylotheca.* *Carruca.* *Carrus.* *Aulæa.* *Peristromata.* *Tapeta.*

Auto-

Automata. Abacus. Abax.

Automate, siue *Automatoria* L. cætera § fin. de leg. 1. vocantur opera, quæ ex se mouentur, cuiusmodi sunt horologia. *Abacus*, seu *Abax* est tabula in qua collocantur vasa escaria, & potoria, quæ sunt mensæ ministerio parata, vulgo *Copeyra*. Habetur *l. hæres §. peu. ff. de leg. 3.* Citreæ mensæ, de quibus est mentio *L. si sterilis ff. de action. empt.* sunt ex citri arboris ligno confectæ: existimat Alex. Scot. v. eod. ibi citrum pro cedro accipi.

Vas, vasis. Vasum. Concinnatoria vasa.

778 Quod attinet ad aliam partem de vasis. *Vas, vasis*, seu apud antiquos, *Vasum*, 1. sumitur pro instrumento ad aliquid capiendum idoneo. *Vasa concinnatoria*, de quibus Paulus Iurisc. *L. instrum. de peu. leg.* Sunt accommoda ad aliquid concinnandum, seu aptè componendum. Vasorum appellatio generalis est: dicimus enim teste Vlpian. *L. si gemma ff. de aur. & arg. legat.* Vasa & vinaria, & naualia.

Vinaria vasa. Vasorum appellatio. Vasculum. Vasillum.

Vinaria propriè sunt torcularia, seu dolia, vel certa vasa vini, quæ etiam ad alium vsum transferri possunt, & tandiu vinaria dicuntur, quandiu vinum continent. *L. vinaria ff. de verb. sign.* Quid vasorum nomine veniat in legatis, fusè tractat Iurisc. l. & si §. sed si cui ff. de aur. & arg. leg. Vasis sunt diminutiua *Vasculum, & vasillum.*

Vasarium est vasorum supellex: & olim dicebatur quidquid magistratibus in prouincias euntibus publicè dari solebat, vt muli, equi, vasa, imò & pecunia, quæ viatici nomine numerabatur. *Vascularius* est, qui vasa conficit aurea, vel argentea. Sunt enim inter artifices cælatores, inauratores, & vascularij *L. apud Labeonem ff. de præscript.*

Vascularius.

Aenum. Aquiminarium. Peritanterion. Seriæ. Ancones.

779 Vt ad quædam in particulari vasa descendamus, *Aenum* iuxta Paul. in *L. cum de lanionis §. 2. ff. de Instr. leg.* est vas quando supra focum pendet, vt in eo aqua ad potandum calefiat. *Aquiminarium* de quo fit mentio *l. & si §. si cui de aur. & arg. leg.* & *l. in argento* eod. tit. Græcis *Peritanterion* quasi circum spargens, vel irrorans est uas, quod quoquo uersum fundit aquas *Seriæ* de quibus Vlpian. *L. vinaria ff. de verb. sign.* Sunt uasa fictilia oblonga. *Ancones* quamuis fuerint tela quædam familiaria priscorum francorum, tamen in iure dicuntur uasa cubitalia Paulus *L. tabernæ ff. de fund. instruct.* Sic habet: Doliaria (inquit) uasa ancones, calices, trullæ. *Ancon.* enim Græce, cubitus est Latine.

Ancon. Dolium. Doliarius.

Dolium est uas fictile, grande, uino præsertim, ac etiam rebus alijs condendis aptissimum, *L. dolia ff. de contr. empt.* Hinc *Doliarius* qui facit dolia, uel adiectiuè, quod ad dolia pertinet. Vino legato cum uasis, dolia legata non sunt, ut ait Spiegel. v. eod. Quia uinum (inquit) ea mente in dolia condimus, ut ex his postea in amphoras uel cados diffundamus. Mustum enim ueteres in dolia efferuescendi causa condebant, ut postquam deferbuisset, ac desecatum esset, in amphoras aut cados transfunderent *L. peu. in fin. de vi. legat.* apud Vlpian. *l. vinaria vasa ff. de verb. sign.* *Seria* est vas vinarium fictile, oblongum.

Seria. Cadus. Amphora.

780 *Cadus* vas est vinarium, dictum Græcis à capacitate, ob quam vinum in illud transfusum, seu diffusum seruamus *l. pen. de vino legato*: *Amphora* de qua fit mentio *L. vinaria de verb. sign.* est genus vasis vinarij duas ansas habentis: sic dicta quòd ex vtroque latere capta feratur. Continebat amphora (vt asserit Festus) *congios* octo: nempe *Sextarios* quadraginta octo. Illud verum esse putat Spiegel. v. *Cadus*. Cui vinum cum vasis legatum erit, ei amphoras, cados, in quibus uina diffusa seruamus, legatos esse.

Congius sextarius.

Matula. Matella. Matellio. Miliarium. Murrhina.

Matula alijs nominibus *Matella, & Matellio* apud Vlpian. *l. argumento §. mundus ff. de aur. & argen.* est genus vasis ad vrinam, & aquam tenendam. *Miliarium* iuxta Accurs. in *l. & si de aur. & arg.* Vas est quo panicum de milio coquitur. *Murrhina*, alias *Murusca* de quibus *l. & si non sunt §. perueniamus ff. de aur. & arg.* iuxta Glos. est pretiosa materia, ex qua fiunt uasa, quæ sic uocantur. *Chrysammos* seu iuxta alios *Chrysoma*, ut exponit Alciat in *L. 1. C. de metal.* Vas est, in quo aurum infundebatur.

Chrysamus. Chrysoma.

Cuppa. coppula.

Cuppa, & *Cuppula*, de quib. Iurisc. in *l. si cui ff. de trit. & vin. leg.* sunt uasa uinaria nimis ampla, quæ ex lignis constant. Vnde non benè Vlpian. *l. instrum. de fund. instr.* Cuppas exponit uasa uinaria lapidea, uel de terra facta, cum huiusmodi dolia censeantur. *Trulla* apud Iurisc. *ff. de aur. & arg. leg. l. & si non sunt*, est poculi genus, sicut Scyphus. Accipitur etiam pro uase, in quo uentris onus excipitur. Item pro uase in quo è culina in lauatrinam aquam fundunt. *Calix* de quo *l. taberna ff. de fund.* instr. est poculi genus sic dictum, quòd in eo calidam bibebant. Sumitur etiam pro capaciori uase apud Cicer. 1. Tuscul. *Paropsis*, de quo Pompon. *l. & si ff. de aur. & arg. legat.* est genus lancis grandioris.

Trulla. Calix. Paropsis.

Potorium. Butte. Cacabus.

781 *Potorium* apud Barth. ad *l. in argent. §. fin. ff. de aur. & arg. leg.* dicitur uas, quo aqua retinetur ad potandum, non uas quo aqua datur ad lauandum. Butte *l. 206. ff. de verb. sign.* est scyphi genus. *Cacabus* apud Pompon. *l. & si cui ff. aur. & arg. leg.* est olla grandior siue ex argilla, siue ex stanno, siue ex argento, aut alia metallica materia. Cacabos recenset Paulus *l. cum de lanionis ff. de fun. instruct.* inter instrumenta fundi: & quidem uasa sunt in quibus pulmentarium coquitur.

Cucuma. Cucumella. Escale. Escarium.

Cucuma est genus vasis, unde diminutiuum *Cucumella* de qua fit mensio *l. si quando §. 1. ff. si ser. ven.* Quamuis Martianus *l. 1. ad leg. corn. de sicar.* ponat pro genere uerberis iuxta Alex. Scot. v. eod. Sed Molina to. 4. tract. 3. disp. 21. meliùs interpretatur baculum serratum. *Escale*, seu *Escarium* argentum apud Modest. *l. 8.*

ff. de

ff. de supellect. leg. dicitur quod in vsu habetur ad epulandum, nempe ad esum, vel potum.

Conflatum vas. *Cymbium.*

Conflatum vas id est factum §. *Cum ex aliena Instit. de rer. diuis.* Habetur *Cymbium* apud Paul. l. pediculis de aur. & arg. leg. & est poculi genus ad similitudinem cymbæ factum: vnde nomen habet. *Magidem* accipit Budæus in *L. seruus de condict. indeb.* pro genere lancis orbiculatæ.

SECTIO V.

De vestibus, & ornamentis.

Vestis. *Inuestes.*

782 Vestis, quæ inter bona mobilia recensetur, nomen sortitur à velando, quòd corpus velet, seu à vellere, quod est vniuersa lana ouis. Apud Latinos sumitur pro barba; vnde Virg. 7. Aen. loquens de Gallis volentibus occupare Capitolium. *Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis.* Hinc imberbes appellant *inuestes*. Accepta tamen propriè est generale indumentum, tam virile, quam muliebre, comprehendens omnia lanea, linea, serica, bombycina, quæ induendi, præcingendi, tegendi, amiciendi, insternendiq; gratia comparantur. Apud Vlpian. *L. vestis ff. de aur. & arg. leg.*

Vestimentũ & vestes. *Interpolata vestimenta.*

Videtur coincidere cum Vestimento: Vestis (inquit) an vestimenta legantur, nihil refert. Verùm Alciat. de verb. sign. inuenit discrimen inter vestem, & vestimentum, quòd illa latiùs pateat, & vnico significatu dicat omnia indumenta, vt tragula, forensia muliebria: Vestimentum sit pars aliqua, vt pallium, tunica, vel penula. *Interpolata vestimenta* sunt veteres vestes iterum politæ.

Militaris vestis. *Instratum.* *Vestiarium.* *Vestiarius.*

Militaris vestis, de qua multa Barth. *l. 1. C. de milit. vest. lib. 12.* est qua indui debent milites mensibus Aprilis, & Septembris. *Instratum* vt habetur *l. instrato de verb. sign.* dicitur omne vestimentum, quod injcitur, & insternitur. *Vestiarium* est locus vbi vestes reponuntur, & sumitur frequenter pro ipsis vestibus *l. annua ff. de annuis leg.* & *l. in his ff. solut. matr.* *Vestiarius* dicitur qui vestiario præest, aut vestes vendit.

Stratum. *Stramentũ.*

783 *Stratum* dicitur generaliter omne genus vestis, vel omne indumentum l. stratum, aliàs, instratum de verb. sign. sed magis propriè vestes Cubiculares dicimus stratum à sternendo. *Stramenta* sunt quidquid solo quiescendi gratia insternitur, vt storeæ, paleæ, & mattæ vulgò Mataracia *l. quos §. vlt. apud* Alciat. de *verb. sign.* apud Vlpian. *l. fundi ff. empti* habentur hæc verba Fundo (inquit) vendito, vel legato sterquilinium, & stramenta emptoris, & legatarij sunt. Vbi stramenta dicuntur calami frumentacei spicis demissis, sic vocata quod substernantur pecori *Stratura* habetur in *Auth. de monachis §. cogitandum*, est locus vilis ad iacendum dispositus.

Vestium appellatione continentur tapeta, fasciæ, crurales, impilia, & ceruicalia, vt ex *l. argumento, §. tapetia ff. de aur. & arg. leg.* tenet Sim. de pretis de interp. ult. uolun. l. 4. interp. 1. dub. 11. num. 42. Continentur etiam culcitræ Menoch. de præsump. lib. 4. præs. 161. num. 17. Vbi ex *l. quamuis eod. tit.* subiungit contineri vestes, quæ deferuntur ornatus magis gratia, quàm quod corpus tegant.

Vestium nomine veniunt calceamenta, utpote quædam pedum vestes. Rolan. cons. 22. num. 5. lib. 1. ueniunt tegumenta capitis. Surd. de alim. tit. 4. 2. num. 9. Venit uestis scissa, & nondum consuta existens adhud apud sartorem: nam præsumitur legata nomine uestium legatorum dummodo testator habuerit animum eam domi reponendi, non autem uendendi. Ita Menoch. lib. 4. præs. 161. num. 20. qui etiam num. 22. docet uestium nomine uenire telam, quæ in pectine adhuc est dummodò iam prætexta sit, nempe telæ formam habeat: secus enim non tela, sed stamen dicitur. Idem num. 31. cum Surdo decis. 150. num. 9. affirmat uestium appellatione uenire etiam festiuas, si dignitas personæ, & mos regionis id postulet.

Pannorum appellatio.

Pannorum appellatione non ueniunt uestes: unde si testator legauit pannos qui domi erãt, non præsumitur legasse uestes, sed ipsos pannos, ut sunt in rudi materia. Ita Pech. de testam. coniug. lib. 5. c. 14. n. 2. quem citat Menoch. lib. 4. præs. 161. n. 21.

Allitulæ. *Alix.* *Chirodota.* *Mitræ.* *Chlamis.* *Collobium.* *Amphitapa.*

784 Prosequamur modò explicationem quarundam uestium in particulari. *Aliculæ*, seu *Allicula* apud Vlpian. *l. 23. §. 2. ff. de aur. & arg. leg.* numerantur inter pueriles uestes. Erant tunicæ manicatæ, quæ pueris decoræ, grandioribus autem minus honestæ apud Romanos erant. *Alix* (inquit Hesychius) tunica chirodota, id est manicata. *Mitræ* apud eundem Vlpian. *l. vestis eodem* tit. numerantur inter vestimenta, quibus mulieres tegendi capitis causa vtuntur. *Chlamis* l. vestis ff. de aur. & arg. leg. recensetur inter uestimenta puerilia. Et quidem apud Azonem in sum. Cod. de offic. præf. præt. transcendit per omnes fere hominum status, & conditiones: Est enim purpura regum, stola sacerdotum, toga aduocatorum, birrus rusticorum, uel custodum, cuculla monachorum. *Collobium* est toga, aut uestis sine manicis. *Amphitapa* apud Vlpian. *l. 23. §. 2. ff. de aur. & arg.* sunt uestimenta utrinq; uillosa: seu uestes utrinq; uillos habentes. *Calciarium* dicitur quantum satis est calceorum pro persona, de qua agitur, conditione. Vlpian. *l. 8. §. 7. ff. de transact.*

Holobrysæ. *Holobaræ.* *Oloberus.*

785 *Holobrysæ vestes*, quæ totæ sunt ex auro obryso. *Holobaræ vestes*, vel *Holoberæ*, seu *Holueræ* apud Alciat. in C. *de vest. holob. lib. 11.* vocantur quæ ob aurum intextum graues sunt. *Oloberus* est vestis totaliter deaura-

ta, di-

ta, diciturque ab *olon* ideſt totum, & *beris*, quod eſt aurum: & differt a veſtibus deauratis, quia eſt facta tota ex auro optimo, quod leges obrizatum appellant, non ſic deauratæ. Eſt & veſtis alia, quæ ſolum habet aurum in paragandis vt habetur *C. de veſtib. Olober. & aura, lib. xi.* in rub. apud Accurſ.

Beris

Præterea Vlpian. *l. veſtis ff. de aur. & arg. habet. hac.* verba: Puerillia autem ſunt, veluti togæ, prætextæ, aliculæ, chlamides, & pallia, quæ noſtris filijs comparamus. Fuit *toga* dicta à tegendo, veſtis Romanorum communitam maribus, quàm fœminis, ſicut *Pallium*, Græcorum, dictum à palam, quod palam geſtaretur longè, latèque diffuſum, viris, mulieribuſque conueniens. Ex quo Romani *togati*, Greci *palliati* dicebantur.

Toga *Pallium* *Togati* *Palliati*

Apud Romanos toga multiplex, vt picta, Regia, pulla, palmata, candida, pura, raſa, rara, puerilis, virilis, de quibus Calep. v. Toga. *Prætexta* fuit, qua vtebantur pueri vſque ad annum decimum octauum: ſic dicta quod veſti purpura intexeretur. Poſtea ſumebant *virilem*, quę & *Libera* dicebatur. *Virgata* veſtis fuit, cui intexebantur virgæ purpureæ, vel iuxta alios fuit diuerſorum colorum lineis veluti virgis diſtincta, & variegata. De illis, & caligis ſcalatis *Clem. 2. de vita, & hon. cleric.* compagis, ideſt ſandalijs, ſeu caligis epiſcopalibus 93. diſt. nonnulli §. compagis vbi Gloſ. & Archid.

Toga multiplex *Prætexta* *Virilis* *Tota* *Virgata* *Caligæ*

786 Quod attinet ad alteram ſectionis partem. *Ornamentum* dicitur ab ornando, hoc eſt pulchrum, & cultum reddendo: eſtque ornatus, cultus, & apparatus: quandoque etiam pro honore, ſeu decore ſumitur *Ornatus ciuitatis*, in quo conſiſtat, tradidit Paul. *l. Ciuitatibus ff. de leg. 1.* & ſimul quę ad honorem ciuitatis ſpectent. *Ornamentorum appellatione* non continentur lapilli, margaritæ, & Gemmæ adhuc rudes, niſi oppoſitum conſtet de voluntate teſtatoris: ait continetur Carruca dormitoria, ſi vxor, cui maritus eam legauit, illa vtebatur, vt videre eſt apud Menoch. l. 4. præſ. 163. n. 9. & 10. Erant autem Carrucæ parui carri, quos veteres habebat in delicijs, vt refert Carroſ. l. 3. Miſcel. cap. 20. n. 6.

Ornatus ciuitatis.

Ornamentorum nomine nec veſtis, nec annulus ſignatorius venit, *l. ornamentorum ff. de aur. & arg. & ſignatorius, de verb. ſign.* Item in legatis non veniunt ornamenta venalia, vt declarat Menoch. lib. 4. præſ. 137. Ornamentorum muliebrium appellalatione contineri omnia, quibus mulier ornatur, tenet Socin. Sen. conſ. 10. 6. vol. 1. ornamentorum vxoris appellatione in legato ei facto à marito teſtatore veniunt inaures, armillæ, viriolæ, annulli non ſignatorij, gemmæ, lapilli, vittæ, mitrę, ſemimitræ, calantica, acus cum margarita, reticola, crocuſantia, vt ſumit ex *l. argumentar. de aur. & arg.* Menoch. lib. 4. præſ. 163. n. 5.

Ornamentorum appellatio.

787 Inueſtigemus huiuſmodi ornamentorum, & quorundam aliorum explicatum. *Inauris* ornamentum eſt ex auribus fœminarum dependens, uulgo *Arre cadas* uocamus. *Armillæ*, quas Priſcianus *Brachialia* appellat, fuere ornamenta in modum circulorum, quæ militares uiri ab Imperatoribus donata in brachijs geſtare ſolebant: unde armillæ dictæ ab armis: nam ueteres humeros cum brachijs armos uocabant. Vlp. *l. argumento ff. de aur. & arg. leg.* armillas inter muliebria ornamenta recenſet.

Inauris *Armillæ* *Brachialia*

Viria, iæ & per diminutionem *Viriola*, ornamentum colli è gemmis uiridibus *l. medico ff. de aur. & arg. leg.* Dicunt alij uiriolas eſſe armillas ex gemmis, margaritiſque auro cælatis, quibus tuebantur Celtæ. *Annulus ſignatorius* eſt qui characterem, ſeu ſculpturam habet, quo utimur ad ſigillandum, ſeu imprimendum ſigna.

Viria, & viriola *Annulus ſignatorius.*

Annuli leues, de quibus L. *diuus ff. de bon. dam.* dicuntur qui non excedunt ualorem quinq; aureorum *Vittæ* ſignificant ligamentum capitis, ſeu faſciam, quæ uetere circa caput rigabant, uel crines, uel ſerta, uel flores. *Semimitræ* idem quaſi mitræ, ſeu dimidium mitræ. *Calantica*, ſeu *Calautica* tegmen muliebre quod capiti innectitur. *Scaphina* genus eſt cinguli *l. Quintus §. ſi ff. de aur. & arg. leg.* imo ibi legitur *Scaphia* in plurali, in ſingulari *ſcaphum*, quod ſignificat uas mulierum ad ſuſcipiendum uentris onus.

Annuli leues *Vittæ* *Semimitra* *Calantica* *Scaphina* *Scaphium*

Capitium de quo Vlpian., ſicut de alijs prædictis *l. veſtis ff. de aur. & arg.* eſt capitis indumentum, quod etiam ad pectus deſcendit. *Reticulum* eſt faſcia quædam lanea, uel linea ad modum retis facta, quam fœminæ admouent faciei, ne agnoſcantur *Crocoſantia*, ſeu *Crocuphantia* de quibus Vlpian. *l. 25. §. 4. ff. de auro & arg.* iuxta Hotom. ſunt ornamenta uilloſa, quæ ſub reticulis contexta per eorum plagulas apparent. *Decuſſatè* ideſt ornatè.

Capitium *Reticulum* *Crocoſantia* *Decuſſatè*

788 Spectant etiam ad ornamenta *Cylindri*, de quibus Paulus *l. 32. §. vl. ff. de aur. & arg.* ſic loquitur; Cum quædam ornamenta mamillarum ex cyrindris triginta quatuor legaſſet: ſunt lapilli teretes, & oblongi Cylindrorum inſtar. Eſt autem *Cylindrus* columna lapidea rotatilis, qua ſcriptores rei ruſticæ aream æquari iubent. *Emblemmata*, de quibus L. *ſi gemma ff. tit. citato*, ſunt quædam uaſorum ornamenta, quæ facilè addi & detrahi poſſunt: dicta ab *Emballo* quod eſt impono, ſeu interſero.

Cylindri *Emblemmata* *Emballo*

Auerta iuxta Budęum ſunt lora latiora, quę per terga equi iugalis excurrunt. At iuxta Alciat. in *l. quoniam de curſ. pub.* eſt pectorale equorum: & poteſt accipi pro capiti ornamento, quo habenæ figuntur: ſic dicta quod per eam auertantur equi, prout ſeſſori libuerit.

Auerta

rit. *Criaale* est ornamentum capitis ad colli-
Criniale. gendum crines, ne turbentur. Vnde *Crinales*
Fascia *fasciæ* apud Vlpian. *lib.34. de aur. & arg.l.arg.*
crinales. Sic habentur: Fasciæ (inquit) crinales, pe-
duleſque Beroal. non legit Crinales, ſed: Fa-
Pedules. ſciæ crurules, peduleſque, quaſi faſciæ ſint
Crurules. quædam crurum pedumque munimenta.
Mundus *Mundus muliebris* dicitur a munditia, ſicut
muliebris. *ornatus* quaſi ab ore natus, & eſt quiquid ad
ornandam mulierem aptatur. Seu teſte Vlp.
L.argum.ff.de aur. & arg eſt quo mulier mun-
Sigillum. dior fit. *Sigillum* eſt parua ſtatua ad ornatum
l.quæſitum ff.de fund. inſtr. Ponitur ab. Vlpian.
Riſcas. *l.25.§.4.ff.de aur. & arg. leg. Riſcas* in mundo
muliebri, & videtur capſula, in qua mulie-
res reponunt linteola munda, quibus totum
Torques corporis partem abſtergunt. Fuit in vſu tam
Torquati viris, tam fœminis *Torques*, nempe circulus
milites. aureus, flexilis, obtortus, colli ornamentum,
& ſummi pectoris.; Vnde *torquati milites*, qui-
bus torques virtutis præmium fuit, ab Italis
dicuntur equites aurati.
Stratum 789 Deniq; tū ad veſtes, tum ad ornamen-
ta ſpectant, quæ ſequuntur. *Stratum*, gene-
raliter appellatur omne genus veſtis, vel om-
Paragaudes ne indumentum *l.ſtratum ff.de verb. ſign.* Ve-
rùm *Cubiculares veſtes* magis propriè vocamus
ſtratum à ſternendo. *Paragaudes*, apud Alciat.
in *l.1. C. de veſt. holoberis* eſt genus indumenti
Penula. virilis, vt plurimùm linei quod ſub alia veſte
geſtatur. *Penula* de qua *Cap.ſi adiutorium diſt.*
x. Vbi Gloſ. fuit veſtis peculiari Romanorum,
qua vtebantur ad arcendam pluuiam, vulgo
capa de aguas. Eam conceſſere Romani patri
Sauli, quia cum illis ſocietatem inierat.
Pileus. *Pileus* iuxta Ioan. Andr. in *Clem. 2. de vita,*
Sericoblatæ *& hon. cleric.* vel dicitur a pilis,; quia de pi-
lis fiebat: vel quia pilos capitis tegit, ac
ſtringit. *Serico blatæ* appellantur veſtes, quæ
ſerico texuntur: *l.lotas.C.de murile lib.* 11. Eſt
Sericum. autem *Sericum* lanæ genus, quod apud Seras
Indos ex arboribus depectitur. Accurſ. putat
Blatta. legendum *Sericoblatta* duplici & quaſi ſint ve-
Sericobapte ſtes purpureæ ſerico intextæ. *Blattæ* enim
purpura dicitur. Legit Spiegel. v.eod. *Serico-
baptæ*, ideſt ſerici tincti: à *Bapto* quod eſt tin-
go: vnde *Baptæ* qui faciem fuco illinunt: *Ba-*
Bapto. *pheas*, ſeu *Baphius*, tinctor: & *Baphe* tintura:
Bapheus & *Baptoſerium*, ſeu *Blattoſericum* pallium ex
Baptoſericū ſerico tincto. *Sotulares* in *c.ne in agro, de ſtatu
monac.*, vel aliter *Subboti*, dicuntur quaſi ſub-
tularia, & eſt calceamenti genus.
Synthesis 790 *Synthaſis* apud Scæuolam. *L. Titia te-
ſtamento, de aur. & arg.leg.* Idem valet atque
ordo quidam, & conformis veſtium compo-
ſitio, quando vnica, ſagum, chalmys, caligæ
Epitogium: eiuſdem ſunt coloris, vulgo librè vocamus:
& ſæpè accidit, cum multi ſerui eodem ha-
bitu induti dominum comitantur. *Tabardam
in clem.fin.Ver.ſed & tales de vita, & honeſt.cler.*
Eſt genus veſtimenti, quod alio nomine *Epi-
togiam* appellatur: nam ſic habet Clem. ci-
tata: Quicunque clerici vtentes epitogio, ſeu
tabardo foderato vſque ad oram &c. Eſt Epi-
togium genus pallij quod ſupra togam geri-
tur: dictum ab *Epi* ideſt ſupra, & toga, vel
tego quaſi ſuperius tegens.
Stola apud veteres dicebatur quidquid cor- *Stola.*
pus tegeret, ſiue virorum, ſiue fœminarum.
Vlp. *L.veſtis de aur. & arg.leg.* inter muliebria
veſtimenta recenſet. Et quidem fuit veſtis
ad talos demiſſa matronarum inſigne. Vide
Bayfium de re veſtiaria. c.17. *Stragula* quan- *Stragula*
uis accipiatur *L.veſtis de aur. & arg.* pro gene-
re cuiuſdam veſtis muliebris, tamen apud
Alciat. de verbor. ſign. accipitur non ſolum
pro lecti operimento, ſed etiam generaliter
pro omni veſte, quæ in ſternitur, & idem
valet, atque *Periſtroma* apud Græcos. *Zona* *Periſtroma.*
apud Vlp. *L. Diuus de bonis dam.* eſt cingulum *Zona*
& ſumitur etiam pro marſupio. *Zonarius* eſt *Zonarius*
qui Zonas conficit. *Peplum* fuit veſtis eximij *Peplum*
candoris ſine manicis aureis diſtincta clauis.
Vide Alexandr. ab Alex.l.1.c.22. *Verſicoloria*
791 *Verſicolor* veſtis apud Latinos dicitur *veſtis*
quæ colore vario ſpectabilis eſt. Apud iuri-
ſtas aliter ſumitur. Nam Paul. *l. pediculis §.
Titia de aur.& arg.* Veſtem (inquit) tam colo-
rium, quàm verſicoloriam. Vbi veſtem co-
loriam opponit verſicoloriæ. Eſt autem *colo-
ria veſtis* ex lana non tincta, ſed quæ tantum
habet colorem natiuum, confecta. Quare
Vlpian. *L.ſi cui §.1.de legat.3.* lanas, quæ na-
tiuum colorem mutarunt, ſiue purpura, ſiue
cocco, ſiue alio colore inficerentur, verſico-
lores appellat.
Cum Babylon celebrauerit colores diuer-
ſos picturæ intexere, hinc *Babylonicæ veſtes*, *Babylonicæ*
ſeu pelles, de quibus meminere Martian. L. *veſtes*
interdum §.Diuiquoque de public. & Vlpian. *L.
argamento de auro, & arg.* pro veſtibus pictu-
ratis. Quanuis igitur Babylonæ veſtes conti-
neantur appellatione veſtimentorum, tamen *Stragulæ*
Stragulæ Babylonicæ, quæ equis inſterni ſolent, *babylonicæ*
non continentur. *Bombycinæ veſtes* de quibus
Vlpian. *L.veſtis, de auro & arg.* ſunt quæ fiunt
ex bombycino. *Bombycinum* autem eſt à *bom-* *Bombicinæ*
byce. Bombyx verò eſt vermiculus, ex cuius *veſtes.*
capillamento, ſeu potius folliculo depecti- *Bombyx.*
tur, quod Caſtellani vocant *Sergo*, Luſi-
tani *Seda*.
Byſſiæ ſeu *Byſſicæ veſtes* ſunt confectæ ex
byſſo. Eſt autem *Byſſus* genus lini candidiſ- *Byſſiæ ve-*
ſimi circa Elidem Achaia naſcens, vulgo di- *ſtes*
cimus *Olanda*: de byſſo meminit Martian. *Byſſus*
l.fin.de publican. Habetur *Laticlauiam*, ſeu *La- Laticlauiū.*
tus clauus in l.ſi Rufinus C.de teſtam.milit. inſi- *Lataſcla-*
gne fuit ordinis ſenatorij: vnde Tribunus la- *uus.*
ticlauius, ideſt ſenatorius. Quid ſit *Clauus* in
veſte, de quo Vlpian. l.3. 4. L. *Cum aurum de
aur.& arg.* Sumitur ex Quintil. l.8. Fuit igitur
Verruca ex auro, vel ex cocco, aut alijs
coloribus ueſti intertexta, ad ipſius ueſtis
ſplendorem adhibita. Hinc apud Roma-
nos

nos *Laticlauij*, & *augus ticlauij* dicebantur qui hoc genere vestium vti poterant.

Purpura. Porphyra. Purpureus. Porphyriacus. Purpuræ appellatio.

792 Denique spectant ad vestes nonnulli colores, quibus inficiuntur. *Purpura* Græcis *Porphyra*: vnde *Purpureus*, & *Porphyriacus*, est piscis ex concharum genere, qui nobilem succum ad tingendas vestes in medijs faucibus habet. Fuit olim insigne magistratuum, pro quibus interdum sumitur. Post amissam libertatem mansit penes Imperatores, & reges *L. 1. C. nulli lic. in fræn. lib. xi.* Quid veniat *purpuræ appellatione* declarat iurisconſ. *L. si cui lana §. vlt. de legat. 3.* Habentur *purpurarij L. negotiantes C. de excus. mun. lib. x.* & sunt qui purpuras capiunt, vel qui purpuram tingunt, aut negotiantur. *Murex* Latinis, quod Conchylium Græcis, est piscis ex genere purpuræ, cuius cruore vestes Imperiales tingebantur, ob idque vocatur sacer. *tit. 8. C. lib. xi.* Hinc *Murilegulus*, appellatur qui legit murices, seu conchylia. *Blatta* sumitur pro vermiculo, qui pannos corrodit, item pro conchylio, & est os naris anterioris purpuræ *l. 1. C. quæ res ven. non pos.* Vnde *Blattearius*, qui blattas colligit & conficit. *Buccinum* L. si cui §. fin. de leg. 3. Genus Conchyliorum, seu purpuræ est. Eadem lege habetur.

Murex. Murilegus. Cōchylegus. Blatta. Blattearius. Buccinum.

Coccum.

Coccum vulgò dicimus *Graam* & est granum purpureum, quod colligitur ex sumitatibus illius fruticis, quem cusculium vocant: hinc *vestis coccina*, quæ cocco infecta est. *Lintearij*, seu *Linifiarij*, vel *linifices* idest qui pannos linteos Imperiales conficiunt. l. 13. C. de murileg. Vbi Glos. *Bastagarij* fuere qui necessaria militibus portabant. Item qui vestes ad tincturam ferebant. Alciat. in C. de metall. lib. xi. *Nemasericum l. vltim. de public. §. species* (ab Schardio v. eodem dicitur Nemasentum) accipitur pro filo, quod apud seras conficitur.

SECTIO VI.

De fructibus, & concernentibus.

Fructus. Capere fructus.

793 Fructus dicuntur à fruendo, eo quòd illis fruamur. *Fructus* propriè est omne illud quod in fundo nascitur. Translatitiè sumitur pro commodo, & vtilitate. Dicimus enim *Capere fructum* ex aliquo, idest vtilitatem. Fructus sunt in triplici differentia: nam alij sunt purè reales, alij purè industriales, quidam mixti. *Reales*, qui alio nomine dicuntur *fructus rei*, sunt qui proueniunt ab ipsa re, quamuis intercedat modica industria: & sunt duplices, nempe alij *Naturales* qui nempe à re naturaliter, & sponte egrediuntur, vt fructus agrorum, poma arborum, & fœtus animaliū: alij *ciuiles* qui nēpe ciuiliter prodeunt à re, siue per legem, siue per contractum, vt pensio locationis, siue domorum, siue equorum, & omnium aliarum rerum, quæ vsum locabilem præstant.

Reales. Naturales fructus.

Industriales dicuntur qui ex mera industria proueniunt, vt quæstus ex negotiatione, aut ex vsu artificioso alieni instrumenti. *Mixti* sunt qui partim ex re, partim ex industria nascuntur: si autem præualeat industria in illis, *Industriales* censentur, sicut caseus, oleum, vinum, pannus, & segetes, licèt ex semine furtiuo L. *fructuum ff. de vsuris*. Quid si dubitetur, sint ne fructus magis naturales, an industriales? Respondetur in foro externo iudicis sententia, in interno prudentis iudicio standum esse. Vel dic in dubio fructus esse naturales: quia natura præualet industriæ *L. qui habent ff. de tutelis*. Vide Molin. tom. 3. disp. 719. & Lessium lib. 2. c. 12. dub. 17. Notat Molin. ibid. num. 3. partus ancillarum, quamuis à iuristis non computentur inter fructus, tamen à Theologis computari inter fructus reales in ordine ad restitutionem.

Industriales. Mixti fructus. Partus ancillæ.

794 Dicuntur etiam fructus extantes, siue percepti, siue percipiendi, & pendentes, fructus aridi, & fructus fructuum. *Extantes fructus* sunt qui existunt, & nondum sunt consumpti. In *L. si a domino § fructus ff. de petit. hæred.* fructus illi dicuntur qui supersunt, deductis expensis, quæ fiunt gratia fructuum acquirendorum, colligendorum, & conseruandorum. *Percepti* teste Azorio par. 3. lib. 4. cap. 2. q. 4. ex *L. si vsufructuar. ff. quibus modis vsusf. amit.* dicuntur qui simul collecti, & à solo separati sunt, licèt adhuc humi, & subdiu iaceant, nondum in horreum, vel cellam reconditi.

Extantes fructus. Percepti.

Percipiendi vocantur, qui immaturi sunt, quos vetus dominus possidet. Ita Azon. in sum. C. de rei vend. *Pendentes* sunt qui iam nati, & formati conspiciuntur, sed nondum collecti, ex arboribus adhuc pendent, & fundo, ac solo adhuc cohærent. Vnde Caius in *L. fructus ff. de rei vind.* scribit fructus pendentes quasi partem fundi esse. *Aridi fructus* explicantur *C. de vsur. Auth. adhæc.* & sunt quibus opponuntur fructus liquidi. *Fructus fructuum*, de quo *L. cum autem redhibitio §. cum redhibetur ff. de adilit.* est quod ex fructibus, seu fructuum nomine percipitur. *Nudum pretium* rei (vt inquit Lessius lib. 2. c. 12. n. 10.) non censetur fructus rei, sed succedit in locum rei tanquam res altera. *Fructuarius ager* idem qui vectigalis: vel si mauis, qui cultus, & fertilis.

Percipiēdi. Pendentes fructus. Aridi fructus.

795 *Fructuum appellatione* venit quod nascitur, & renascitur. Ita Tusch. tom. 4. lit. F. concl. 484. num. 3. Quod enim semel colligitur, & non renascitur, in fructu esse non dicitur. Igitur appellatione fructuum venit glans *l. 1. ff. de glande leg.* Venit palea, & fœnum *L. vsufructuar. messem ff. quib. mod. vsusf. amis.* Veniunt arundines, & sylua cædua

Fructuum appellatio.

L. qui

L. qui fundum §. Cum fundum ff. de contrah. empt. Veniunt fructus tum naturales, tum industriales, tum ciuiles, vt eum varijs tradit Barb. tract. de Appel. verb. appell. 103. Similiter quòd veniant aues, & feræ solitæ capi in fundo: veniat saccharum, veniant appendiciæ extraordinariæ vulgò *Pitaussas*, & quæ pro auantagijs prædiorum solent præstari. At nec veniunt, quæ cohærent personæ, vt in locatione fructuum Archidiaconatus, quæ solent præstari Archidiacono, si eius personam respiciant: nec venit pretium rei, quamuis veniat interesse lucri cessantis iuxta Menoch. cons. 1181. num. 12. nec veniunt distributiones quotidianæ: quia non sunt de corpore beneficij, sed dantur ratione seruitij personalis, laboris, & mercedis. De quo latè Barb. citatus à num. 12. *Fructuum* iurisdictionis appellatione continentur electio, collatio, & præsentatio beneficiorum, item condemnationes, & confiscationes. Fructuum iurium, & actionum appellatione continentur laudemia. Ita Barb. citat. Vbi plura.

Fructus multiplex.

796 Libet modò nonnullos fructus seorsim explorare, quales sunt triticum, frumentum, bladum, pomum, careum, carica, granum, glans, fruges, legumina, vuæ, vinum, oleum, & similia. *Triticum* dicitur à verbo *Trito as*, quod est frequentatiuum verbi *tero*. Et est optimi frumenti genus. *Tritici appellatione* strictè sumpta non veniunt aliæ species, quæ continentur sub arista, vt hordeum, siligo, & similia prout accipitur in *L. siquis vinum §. 5. ff. de tritico, & oleo leg.* Vnde legato tritico non hordeum, non siligo, non aliàque sub arista sunt, continentur: sed solum triticum iuxta communem loquendi vsum, quod omnes alias fruges excedit. Ita Menoch. lib. 4. præs. 151. num. 4. Vbi subdit in stipulationibus, & contractibus sic intelligendum esse, attento communi loquendi vsu.

Triticum. Tritare. Tritici appellatio.

Tritici appellatione generaliter, & latiori significatu continetur quidquid in area teritur, nempe hordeum, far, siligo, milium. Ex *L. triticum de verb. oblig.* Tusch tom. 8. lit. V. concl. 392. num. 1. *Frumentum* dicitur à fruendo, seu vescendo, & in iure latè patet, estque illud quod arista in se tenet *L. frugem de verb. sign.* Quamuis enim *Arista* propriè sit illa pars frumenti, quæ primo arescit, & in plures aculeos circum spicam diuiditur, ponitur quandoq; pro omni frumento. *Frumentum Alexandrinum* est quod largitur Imperator Alexandriæ ciuibus maximè egenis, pro eorum alimonia. De illo est. tit. 27. *Cod. lib. 11.*

Frumētum. Arista. Frumētum. Alexandrinum.

797 *Frumenti appellatione* si accipiatur generaliter, venit far, hordeum, spelta, auena, siligo, & similia, quæ aristam habent, ex *L. frugem 77. ff. de verb. signif.* Tusch. tom. 4. lit. G. concl. 49. nu. 2. Secus quando frumentum, & hordeum nominarentur: quia tunc expressum faciet cessare tacitum. In specie autem, & iuxta communem loquendi vsum, solum ipsum, nempe triticum continetur, non verò hordeum, nec alia, quæ aristam habent, iuxta Menoch. lib. 4. præs. 151. num. 4. Vnde si prohibeatur frumentum extrahi, solum triticum venit.

Frumenti appellatione non venit farina in legato facto de frumento, vt tenet Steph. Gratian. Marchiæ decis. 184. num. 5. Hinc debitor frumenti non satisfacit præstando farinam. Secus in prohibitione extractionis frumenti: quia tunc non sonus verborum, sed mens, & effectus attendi debet. Ita Surdus decis. 139. num. 6. Frumenti appellatione non venit panis: item non venit quod testator venale habebat: Secus quando testator nullum aliud domi habebat, quam illud venale: item si mentem explicuit his verbis: Lego frumentum quod domi quocumque modo habeo. Vide Menoch. lib. 4. præs. 137. à num. 9. *Buccellarius* iuxta Alciat. l. 1. C. est genus panis, quem vulgo appellant *Biscoctum*. *Pollis*, seu *Pollen* flos farinæ. *L. Maximarum C. de excus. mun.*

Buccellarius. Biscoctum.

798 *Bladum* est omne illud, quod in area trituratur iuxta Iacobum de Collantes super pragm. in fauorem rei frumen. lib. x. c. 10. n. 4. *Bladi appellatione* venit omne illud, quod in terra seritur, etiam semen lini. Bart. in *L. triticum ff. de verb. sign.* Excipiuntur legumina iuxta c. 3. de decim. Vide Rebuff. ad *l. 77. ff. de verb. sign.* pag. 460. *Pomum* nomen est generale omnium fructuum, qui ex arboribus proueniunt esui apti siue molles, vt pyra, siue duri vt nuces: has enim Plinius lib. 15. cap. 22. etiam pomorum genere comprehendit. Igitur *pomi appellatione* continetur omnis fructus edendi causa paratus, non ita si ad potum spectet *C. qui fundum*, vbi Alciat. *de verbor. sign.*

Bladum. Bladi appellatio. Pomum. Pomi appellatio.

Hinc *Pomarium* dicitur tum locus vbi poma reponuntur, tum locus pomiferis arboribus consitus. *Præmatura poma*, idest nondum matura, sicut præmatura mors, idest immatura. *Præmaturus*, idest festinantius. *L. liber homo ff. de stipul.* apud Græcos *Troximus* idem valet, atq; maturus, & comestibilis. Vnde à iuristis Troximus dicitur vua, quæ vino apta non est, sed esui asseruatur *L. qui fundum ff. de verb. sign.* Vbi sic: Qui fundum vendidit, pomum recepit. Nuces, ficus, & vuas, duntaxat duracinas, & purpureas, & quæ eiusdem generis essent, quas non vini causa haberemus, quas Græci *Troximos* appellarent, recepta videri. Vbi *recepit*, & recepta, pro excepit, excepta. *Duracinæ vuæ* ibi sunt vuæ duriores, quæ esus duntaxat causa, non etiam vini habentur.

Pomarium. Præmatura poma. Præmatura mors. Præmaturius. Troximus.

799 *Careum* habetur *L. non omne ff. de peuu legata*, est seminis species, seu genus aromatis myropolis cognitum. *Carica* apud Iuristas *L. qui fundum de verb. sign.* & *L. qui vinum §. 5. ff. de*

Careum. Carica.

ff. de tric. vin. & oleo, ficus est ficca. Granum est semen omnium fere frugum, vt tritici, hordei, & similium. Dicitur à gerendo, teste Varrone 1. de re rustic. c. 48. quasi feratur vt spica gerat fructum. *Grani appellatione venit* frumentum, apud Card. Tusch. to. 4. lit. G. concl. 49. num. 3. & 4. Vbi post Simon. De Prettis concl. 82. num. 2. addit grani boni, & nitidi appellatione venire frumentum cribratum, licèt sit tactum à tineis.

Granum.

Grani appellatio.

Granarium dicitur repositorium frumenti, vel alterius grani *L. quæsitum §. conseruandi ff. de fundo instructo*: Vt tenet Rebuff. ad *L. impensæ* ver. *& horreum ff. de verb. sign.* pag. 370. *Glans* apud Latinos sumitur pro fructu arboris quercus, roboris, esculi, cerri, illicis, fagi, suberis, & siquæ sint similes. In Hispania, & Gallia communis vsus loquendi accipit glandem solum pro fructu quereuum. In iure latiùs patet huius vocis significatio, & extenditur ad significandos omnes fructus. Nam *glandis appellatione* omnes fructus continentur *L. vnica ff. de gland. leg. l. qui venenum ff. de verb. sign.* Vbi latè Rebuff. pag. 744. & Gloss. verbo tertio in fine. Addit Boeron. decis. 451. n. 6. non solum omnes fructus, sed etiam omnes arbores contineri sub hoc appellatiuo. Rip. in tit. de sent. & re iud. resp. 2. alias 197. n. 7. tenet sub appellatione arborum glandi ferarum contineri fructiferam, non autem sterilem. *Glandaria sylua* est quæ seruatur glandis ferendæ causa. *Balanus* habetur *L. Carbonum ff. de verb. sign.* genus est glandis quamuis Acron scribat esse herbam vnguentariam ab Horatio pro vnguento Myrobolano positam.

Granarium.

Glans.

Glandis appellatio.

Glandiaria sylua.

Balanus.

800 *Fruges* vt videre est apud Alciat. de verb. sign. dicuntur à fruendo, vel potiùs à *frumine*, quod summa pars gulæ est per quam cibus in ventrem demittitur. *Fruges* generaliter sunt quidquid ex fructu terræ in alimoniã vertimus: aut sunt quibus homo vescitur, præter carnes & poma. Frugum duplex genus, vnum quod aristam habet, vt frumenta: aliud quod siliquam, vt legumina: proindeq; fruges latiùs patent leguminibus.

Fruges.

Frumen.

Igitur *frugum appellatione* venit omne illud, quod est ad victum humanum, vt sumitur ex *L. frugem 77. in fine ff. de verb. sign.* Vbi quòd lupini, & fabæ dicantur fruges. Quod sub eadem significatione importetur fructus substantia, imò & res fructifera, tradit Tusch. tom. 8. lit. T. concl. 392. num. 6. *Legumen* teste Varrone lib. 1. de rust. dicitur à legendo, quod manibus legatur: & est quidquid ex terræ satis in siliquis nascitur: vt sunt fabæ, pisa, cicer, lupinum, lentes, & similia. Igitur *leguminum appellatione* veniunt omnia, quæ manibus leguntur, & siliquam habent: vt videre est apud Tusch. tom. 8. lit. T. concl. 392. & Rebuff. ad L. frugem, de verb. sign. pag. 358. Vbi subdit quòd venit etiam canapis.

Frugum appellatio.

Legumen.

Leguminũ appellatio.

801 *Lupinum*, seu *Lupinus* de quo Plin. 18. & Dioscor. lib. 2. habetur in iure *l. frugem ff. de verb. sign.* genus leguminis est, quod à Lupo nomen accepit; non enim minus terram appetit, quàm lupus pecudes: sic enim tellurem ex innata propensione quærit, vt quamuis inter folia, & vepres conijciatur, radice tamen ad terram perueniat. *Fœnum* dictum, quod sine cura fœnus præstet, vel quod herbæ eædem manentes quotannis nouas pariant. Habetur *Cap. vnum orarium §. pen. 25. dist.* Vbi ab Archidiac. octo modis accipitur. Venit appellatione fructuum *L. pratum ff. de verb. sign.* & *L. si vsufructuarius ff. quib. mod. vsusf.* an veniat appellatione frugum notatur *L. 1. §. Labeo ff. de aqua pluu. ar.* Quid sit *stipula illecta* prout habetur in *L. sylua ff. de verb. sign.* vt intelligatur, aduerte stipulam dici à stipa, seu stupa, quod stupæ instar vratur, & est calamus frumenti continens spicam, cuius internodia *genicula* vocantur. Igitur in L. citata *stipula illecta* dicitur culmus cum spica non collectus, sed in metendo derelictus, quem postea rustici, cum superest otium, colligere solent. *Zizania*, æ. Seu *Zizanium*, ij, est idem Græcis, quod Latinis lolium, & accipitur pro omni adulterino semine, quod frugibus sæpe miscetur.

Lupinum.

Fœnum.

Stipula illecta.

Zizania.

Lolium.

802 Inter liquidos fructus præcipuum locum obtinent vinum, & oleum. *Vinum* dicitur à vi, nempe quòd vim menti inferat, & propriè est quod in vinea nascitur, & ex vuis exprimitur. *Tortiuum* uinum quod nouissimè expressum est. *Doliare* ad differentiam uini pendentis, & quod iam in dolia reconditum est. *Vetus vinum* dicitur anno lapso. *Amphorarium* quod edolio in amphoras est transfusum *L. vlt. ff. de trit. vin. & oleo.* Vbi fit mentio de Amineo: est autem *Amineum* uinum idem quod Falernum, & Cæcubum, teste Galeno in 6. Decamer. & denominatur à regione eiusdem nominis.

Vinum.

Tortiuum.

Doliare.

Vetus vinum.

Amphorarium.

Amineum.

Vini appellatione in legato continetur omne quod ex vinea natum vinum permanet L. *Si quis vinum init. de trit. vin. oleoq;* leg. Vbi Menoch. lib. 4. præs. 152. num. 2. Igitur uini appellatione continentur Oenomeli, Acinaticium, Passum, Mustum, Aquaticium: at non continentur Mulsum, Zythum, Ceruisia, Defrutum, Cydoneum & Acetum, ut cum multis probat Barb. Appel. 274. Singula nomina expediamus, *Cenomeli* teste Cuiacio lib. 24. obseru. cap. 1. est uinum solum ex vuis certo modo ita expressum, ut ad mellis dulcedinem proximè accedat. *Acinaticium*, *Acinaceum* alio nomine *Lora*, alio *vinum secundarium* L. *Si quis ff. de vino & trit. leg.* ut tenet Menoch. lib. 4. præs. 152. n. 18. est uinum quod longè post uindemiam hyemali tempore, ex vuis diu suspensis, & rugosis conficitur.

Vini appellatio.

Oenomeli.

Acinaticũ.

Lora.

803 *Passum* est uinum quod ex vuis passis sole siccatis ante uindemiam certa quadam ratione

Passum.

V

Mustum.

ratione exprimitur. Ita Forcatul. in penu iuris cap.8.& Cujat.lib.24.obseru.cap. 39. *Mustum*, de quo Marius Anton. var.resolut.lib.2. resol. 33. affirmans contineri in statuto imponente gabellam ementibus, & reuendentibus vinum, est vinum nouum, & vulgo reputarur illud, antequam planè deferueat Mustus,a,um, quod recens. *Aquaticium* de quo Stephanus Gratian.decis.184.n. 18. viderur esse quod ex vuis jam expressis, admissa aqua conficitur, vulgo *azoapte*.

Aquaticũ.

Mulsum nec est vinum, nec est mel, sed tertium quid ex vino,& melle confectum. *Zythũ* & vinum(vt inquit Cujac.vtat cap.39.) ex tritico, vel hordeo confectum. *Ceruisia* de qua Menoch. d.præs.152. n. 10. est liquor ex hordeo,& alijs rebus calidis expressus. *Defrutum*, vulgo *Arrobe* est mustum(ait Menoch.d. præs. 152. n. 14.) quod ex duabus partibus in tertiam deferuefaciendo redigitur. *Cydoneum* est vinum, quod ex pomis Cydoneis conficitur. *Acetum* dicitur quasi acre vinum, seu quasi aquatum: nam vinum admixta aqua breui vertitur in acetum, vulgo *Vinagre*.

Zythum. Ceruisia. Defrutum. Cydoneum. Acetum.

Oleum. Oliuum. Olea. Olei appellatio.

804 *Oleum*, seu *Oliuum* est humor ille magis pinguis qui ex olea, seu oliua exprimitur. *Olea* enim seu *oliua* tum pro arbore, tum pro fructu accipitur. *Olei appellatione* in legato venit oleum cibarium, non autem quod voluptatis, & deliciarum causa seruatur *L. si cui lanæ ff. de legat. 3.* nec etiam quod valetudinis gratia habetur *L. non omne ff. de penu. leg.* Quia hujusmodi oleum ex olea non est: item quod ex nucibus, atq; adeo impropriè oleum vocatur, ideoque in legato olei non comprehenditur, nisi aliud suadeat vsus, & mos regionis. Ita Forcatul. in penu juris cap. 12.& Menoch.lib.14.præs:153.n. 4. & 5. *Amurca*, de qua meminit jurisc. *L. qui penum ff. de penu leg.* nisi ibi legendum sit *Muria* pro amurca: Est sanies, siue succus ille niger, qui ex oliua simul cum oleo exprimitur, atq; subsedit: nam oliua constat ex quinq; substantijs scilicet osse, nucleo, censa, oleo, amurca. Quod autem post oleum in dolia conditum superest quasi secundum purgamentum, *Faces*, seu *Fraces* vocantur.

Amurca. Muria. Faces. Fraces.

SECTIO VII.

De pecoribus, & brutis alijs.

805 INter bona mobilia, vel se mouentia recensetur *Pecus* siue sit generis fæminini,& declinetur *Pecus udis*: Siue sit neutrius, *Pecus oris*. Apud Latinos vox hæc accepta in tota sua latitudine significat omne animal, quod ratione, atq; effigie humana caret, atq; adeo cõprehẽdit etiã volatilia, & aquatilia. Accepta magis strictè significat omne animal quod sub hominis imperio e pabulo terræ pascitur, vt oues boues, capræ, asini, equi, cameli.

Pecus.

Apud Iuristas *Pecoris appellatione* veniunt jumenta. *L. 2. ff. ad l. Aquil.* Item & armenta vt docet Barth. ad *L. fin. C. de milit. verb. lib. x.* Cum verò nomen siue pecudis, siue pecoris generale sit ad omnia animalia, quæ gregatim pascuntur, pecorum appellatione in legatis veniunt quadrupedes, quæ solent gregatim pasci, vt oues, boues, capræ, & similes, vt habetur *l. legatis seruis §. pecoribus ff. de legat. 3.* & tenent Rebuff. ad *L. boues ff. de verb. sign.* pag.388.& Tusch.to. 6. lit. P. concl. 195. Ouium appellatione non continentur agni, nisi consuetudo esset in contrarium *L. legatis §. Ouium, vbi Bart. ff. de legat. 3.* & Bertach. tract. de gabellis par. 8. *Agnus* Græcis significat purum, & castum, Latinis, & juristis fætum ouis, qui minor est anno. *L. cum quæreretur in princip. ff. de leg. 3.* Vnde *Agninæ pelles* apud Vlpian. *l. vestis ff. de aur. & arg. legat.*

Pecoris appellatio. Ouium appellatio. Agnus. Agninæ pelles.

806 *Grex* est animalium pascentium congregatio *l. 2. ff. ad legem Aquileam*. Vbi Iurisc. ait, oues, capras, boues, equos, mulos, asinos gregatim posse pasci. Gregem faciunt decem oues,& quinq; vel quatuor porci *l. 2. ff. de abigeis*,& *Instit. de rer. diuis. §. Sed si gregis*. Habetur *Grex dominicus* in tit.75.C.lib. xI. & iuxta Toletan. ibidem dicitur grex equorum, vel equarum Domini Imperatoris, vel principis, qui est in eius priuato dominio, vel patrimonio, non publico, vel fiscali.

Grex. Dominicus grex.

Grex, vt tradit Spiegel. v. eodem, latius patet, quam armentum: siquidem grex tam maiorum quam minorum est animalium: armentum maiorum tantum. At juxta Vallam lib.4. cap. 42. grex minorum animalium est congregatio, vt ouium, porcorum, caprorum: Armentum maiorum, vt camelorum, boum, equorum. Vnde equos de armentis, oues de gregibus dixit Rebuf. ad *L. Neratius ver. quinq. ff. de verb. sign.* pag. 381. & tetigit Gloss. v. gregibus in Clem. 1. de decimis, vbi subdit quod grex largè accipitur pro maioribus, & minoribus quæ gregantur.

Grex & armentum. Armentum & grex.

Gregis appellatione in legatis, vt pertineat ad legatarium, comprehenduntur etiam, quæ postea accedunt. L. *grege ff. de leg. 1. Instit. de leg. §. si grex*. In obligationibus etiam continentur ea, quæ postea nata sunt *l. grege ff. de pign.* Veniunt quoque aliena capita, quæ sunt de numero gregis: nam hoc nomen *Grex* est vniuersale, vt notat Mantica de tacit. & ambig. conuent.lib.13.tit.23.n.29. Gregis ouius appellatione in legaris veniunt agni,& arietes. L. *seruis legatis ingne* vbi Glos. *ff. de legat. 3.* *Armentorum appellatione* in legatis continentur boues, non autem greges ouium, vel caprarum *l. boues ff. de verb. sign.* & Bart. in L. 4. *C. de militari veste*, ubi notat quod armentum in dubio intelligitur de animalibus magnis, grex uerò de inferioribus.

Gregis appellatio. Armenti appellatio.

807 *Bubalus* est Syluestris bos, colore niger, for-

Bubalus.

fortissimis cruribus, & breuibus respectu sui corporis. Hinc *Bubalinæ stragulæ*, de quibus *L. argumento ff. de aur. & ag.* Stramenta ex bubalorum pellibus confecta, quæ equis insterni solebant. *Bubulcus* est custos boum, aut qui bobus vtitur. Vnde *bubulcicus, a, um*, res ad bubulcum pertinens. *l. cum de lanionis ff. de fun. instr. & l. sed & stragulas cod. tit. lana* & lac inter fructus industriales recensentur à Barth. in *L. ex diuerso ff. de rei vend.* Dicitur *Lana* à laniando siquidem laniatur, seu scinditur, cum de ouibus detondetur. Est lana solum in oue: nam cæteræ quadrupedes pilos, aut setas habent.

Bubalinæ stragula. *Bubulcus.* *Bubulcicus.*

Lanitium idem est quod lana, sicut effugium quod fuga. *Lanæ appellatione* venit etiam lana filata antequam sit contexta. Menoch. lib. 4. præs. 151. n. 6. Venit quod tinctum non est *l. si cui ff. de leg. 3.* Vbi Glos. v. non est. Quando adijcitur signum vniuersale, venit lana cuiuscunq; generis, vt sumitur ex *L. pediculis §. Labeo de aur. & arg.* leg. *Contexta lana* dicitur, cui tantum deest prætextura, quam vulgo dicunt eicimosiam, vt à textrinis instrumentis detrahi possit *l. vestimentum ff. de aur. & leg.* E contra *detexta lana* dicitur, cum perfecta est, & à textrinis instrumentis detrahi potest. *Fucare* est tingere *l. 1. C. quæ res ven. poss.* & quidem refertur æque ad artificiosum, & adulterinum colorem.

Lanaria. *Latinum.* *Lanæ appellatio.* *Contexta lana.* *Detexta lana.* *Fucare.*

808 *Animal* definiunt Philosophi substantiam animatam, sensibilem. Iuristæ definiunt id, quod per se mouetur, & vno spiritu continetur. Pro quo Alberic. citat. *L. monieutum ff. de verb. sign. & L. rerum mixtura* de vsucap. proindeq; est indifferens ad rationale. Apud Glos. §. *pauonum Instit. de rerum diuis.* animalia sunt in triplici differentia: quædam enim sunt mansueta, vt gallinæ: quædam fera prorsus, vt lupi: quædam vero fera naturaliter sed accidentaliter mansueta, vt cerui, pauones, *Brutus* apud Isidorum dicitur quasi obrutus, quia sensu caret, & est rationis, ac prudentiæ expers: vnde brutum quasi stupidum, tardum, hebes. *Bestias* inquit Vlpian. *l. 1. de postul. accipere* debemus magis ex feritate, quam ex animalis genere. Apud eundem bestia videtur crudelitatem exprimere: bellua magnitudinem, & quasi monstrositatem: fera opponitur cicuri.

Animal. *Brutus.* *Bestia, & bellua.* *Fera.*

Bestiarij dicebantur qui in ludis publicis cũ bestijs pugnabant. Aliud est *damnari ad bestias*, aliud *obijci bestijs*. Nam damnati ad bestias dicebantur, qui in exercitationem depugnandi cum feris in theatro addicti erant: qui verò obijciebantur bestijs, quos interdum *bestijs subiectos* iurisconsulti vocant, protinus laniabantur *l. pæna ad legem. Pompe. Bu.* Bestiæ appellatione regulariter non venit animal mansuetum, quamuis attenta consuetudine veniant boues, pecudes, & similia, vt tenet Ferrat. caut. 52. num. 3. Quod statutum loquens de bestijs, intelligatur de bobus, vaccis, & similibus, docent Surdus cons. 297. num. 2. & Natta cons. 347. num. 2. Bestiæ appellatione, si attendatur proprietas sermonis, non venire mortuam, docet idem Surdus citato cons. n. 5. addit tamen secus esse, iuxta communem vsum loquendi.

Bestiarij. *Damnari ad bestias.*

809 *Iumentum* acceptum latè dicitur à iuuando, & est omne animal, quod vel sarcinas gerit, vel currus trahit, vel terram excolit. Acceptum strictè dicitur à iungendo, & est solum illud, quod currui iungitur. Igitur iumentorum appellatione, latè accepto vocabulo continentur equi, muli, mulæ, & asini: elephantes autem, & cameli iumentorum operam præstant *l. 2. ff. ad leg. Aquil.* Rebuff. ad l. boues 89. ver. iumentorum ff. de verb. sign. pag. 387. Iumentorum appellatione, accepto strictè vocabulo, non continentur boues, nec e contra: ob quam rationem facta fuit pecoris mentio in edicto ædilium *L. ædiles 2. §. Iumentor. ff. de ædil. edict.* Vbi Glos. verbo Appellatione dicit nomen pecus latius patere quàm iumentum: nam omne iumentum est pecus, at non omne pecus est iumentum: Siquidem legatis iumentis non debentur boues. *L. legatis seruis §. Iumentis ff. de leg. 3.*

Iumentum. *Iumentorũ appellatio.* *Pecus, & iumentum.*

Iumentorum medicus, vulgo *Alueitar* appellatur *Veterinarius* apud Accurs. *L. quibusdam de iure immunit.* Nam iumentum *veterina* dicitur aut à vehendo, aut quasi Vterina quod ad ventrem onus religatum gerat. Hinc *Veterinaria* medicinalis iumentorum ars. *Bruprestis* habetur *l. 3. ff. ad leg. Corn. de sicar.* est animal valde noxium, nempe bestiola rara in Italia, simillima scarabio longipedi, *Burdo* partus est ex equo, & asina, sicut ex opposito *mulus* ex asino, & equa. *L. item legato ff. de leg. 3.* Pytyocampæ sunt erucæ in pinu nascentes: numerantur à Iurisc. Marcello inter animantes venenatas *l. 3. ad leg. Corn. de sicar.* Raucæ vocantur vermes qui in radice quercus nascuntur, & transeunt *l. conduct. §. 1. ff. locati*, quamuis Gloss. intelligat de spinis.

Veterinarius. *Veterina.* *Veterinaria* *Bruprestis.* *Burdo.* *Mulus.*

810 *Equus*, alio nomine *Cabaldus* animal quadrupes nomini ignotum. *Cabaldus* tamen ab equo distat, quia ignauus est vel annosus, vulgo dicimus *Sendeyro*. Vnde *l. si ita ff. de fund. instr.* Caballi ad vilia ministeria abijciuntur, *Caballos* (inquit Pomponius) qui in pistinis essent. *Caballatio* apud Alciat. in constit. est munus alendi equos publicos. *Equuli* instit. de rer. diuis. §. in pecudum fructus, sunt parui equi. *Equitium* iuxta Accurs. *L. quid ergo ff. de vsus.* est equorum armentum.

Equus acabalus. *Caballatio.* *Equuli.* *Equitium.*

Equitius custos equorum. *Equitiarius* moderatur equorum. *Polia* apud Vlpian. in fin. *l. ædiles aiunt. de ædil. edict.* est idem quod Equitium nempe equorum mandra, seu armentum. *Equorum appellatione* in legatis veniunt etiam equæ: cum ibi masculinum concipiat femininum *l. legatis §. iumentis ff. de legatis 3.* nisi

Equitius. *Equitiarius* *Polia.*

(vt tenet Rebuff.ad leg.1. de verb.sign.pag.9.) testator ex coniecturis aliud sensisse videatur. *Equi appellatione* non continetur pullus *l. sed addes §. Siquis mulierem ff. locati*.

Mandra. Equorum appellatio. Equi appellatio. Equorum suorum appellatione non veniunt equi venales, sed quos testator habebat perpetui vsus causa, nisi de voluntate ipsius aliud constet. Castrensl.l. num.2.C. de verb. sign. Equo vendito veniunt sella, frænum, & alia ornamenta, quæ venditionis tempore equus habebat. Ita ex L. ædiles aiunt.Bertaz. clausl.26. glos.13. num.52. & Surd. decis.134. num. 8. *Equa nomine* in venditione venit pullus. Ita Ias. in *L. huiusmodi §. legatum est ita* n. 21. *ff.legat.*1. Vbi citat Bald. in Cap. translato, de constit. Vbi affirmat quòd qui vendit vaccam prægnantem, vendit & fœtum, item & vitulum lactentem, qui nondum pascitur herbam. Notat Bertaz. cit.num.53. debere pullum ita esse, vt sine matre ali non possit, nisi cum periculo interitus. *Portari & ferri. Duci & ferri.* *Ferri* propriè dicuntur ea, quæ quis in corpore baiulat: *portari* ea, quæ quis iumento secum ducit: *agi* vero, & *duci* dicuntur animalia *l. ferri de verb. sign.*

SECTIO VIII.

De pecunia, monetis, & ære.

811 TRia hæc, Pecunia, Moneta, & Aes habent inter se magnam connexionem. *Pecunia.* *Pecunia* nomen traxit à pecore, siue à pecu: cum vniuersa antiquorum facultas in pecorum fructu esset: strictè accipitur pecunia pro numerata, seu numerabili 14. q. 3.c.1 & iuxta S.Thomam 2.2. q.100 formaliter & propriè est mensura rerum vænaliũ improprie,ac virtualiter est omne cuius pretium pecunia æstimari potest. *Vacna pecunia. Pecuniæ appellatio.* *Vacua pecunia* apud Iurisc.*l.quintus ff. depositi*,est pecunia reposita, & otiosa, ex qua quis lucrum non facit.

Pecuniæ appellatione apud Iuristas continetur omne illud, quod pecunia mensurari potest *L.pecunia ff. de verb. sign.* ac proinde venit omne *bursale commodum* quocunq; modo comparetur, & sic omnia quæ ad pecuniam reduci possunt. *L. nam quod ff. ad Trebel.* Gigas in tract. de crimine læsæ maiestatis lib.1. q.34. num. 14. Sanch.lib.2. Decal. cap. 20. num. 9. & Barb. de verbor. appel. Appel. 199. Vbi probat cum varijs quòd veniant frumentum, oleum, & omne id quod pondere, numero, & mensura constat; quòd veniat quælibet satisfactio data creditori; quòd veniant iura, & actiones ad pecunias competentia: quòd veniat omnis res, & totum patrimonium: quòd veniat tam aurum, quàm argentum.

Pecunia numerata. *Pecuniæ numeratæ* nomine (vt inquit Alciat. in comment.) non alia venit intelligenda, etiamsi latissimè pateat eius appellatio. Pecunia nautica illa est, quæ periculo creditoris in nauem recepta, traijcienda committitur. *Pecunia nautica.*

812 *Moneta* dicta est quòd nos signi impressione, vel authoris, vel pretij moneat. *Moneta.* Valorem accipit à principe, à quo solo reprobari potest. *L. eleganter ff. de pign. act.* Ponitur Moneta *adulterina* pro falsa *l. 2. C. de falsis*, dicuntur *Monetarij*, qui monetam cudunt: quamuis apud Alciat. in Rub. *C. de Gynæc.* sint viles homines texendis vestibus idonei, quiq; lanam ducunt, & textricium faciunt. *Adulterina moneta. Monetarij.* *Moneta appellatione* continetur tam moneta aurea, quàm argentea; sicut appellatione pecuniæ tam aurum, quàm argentum venit. *l. pecunia 2. ff. de verb. sign.* & notat Guido Papa, decis.492. num 1. Siquis ex contractu teneatur monetam soluere in certa specie, nempe auri, non satisfacit soluendo in specie argenti, vt latè probant Gratian. discep. forens. cap.55. à num.26 Surd. cons.405. n. 32. & Menoch.cons.49. à num.12.

Monetæ appellatione in statutis contra cudentes, vel radentes monetam, non venit *Monetæ appellatio.* Moneta falsa, vt tenent Decian. tract. de crimin.lib.7.cap.27.à num.2. Menoch.de arbitr. cas.316.à num.19. & Surdus decis. 282. n.18. Quare si loquatur statutum in Moneta, seu denario, non habet locum in falso, vt docet Alex. cons. 104. statutum loquens num.3.lib. 1. Vbi subdit quòd si fiat ludus ad diuinandum paria, vel imparia nummorum, non computari falsos in numero. Vnde ille obtinebit, qui extractis nummis falsis diuinauerit. Monetæ appellatione in statutis contra cudentes monetam, non uenire minimam, putant Tiraq. de iudicio in rebus exig. vers. 80. fol.46. Boss in sua praxi crimin. rit. de falsa moneta n. 4. & Farin.in prax.crimin.quæst.115.n.90.

813 *Aes* apud Latinos sumitur tum pro omni metallo, tum pro omni pecunia. *Aes. Aes pro pecunia.* Apud Iuristas est species ab auro, argento, ferro, & reliquis metallis distincta. *L.in vendition. ff. de contr.empt.& Iustit. de rer. diu.§.Cum ex aliena.* Accipitur tamen pro auro *L. etiam aureos de verb. sign.* Cum uerò Romani primis temporibus æreis nummis usi fuerint, deductum est ut quæuis pecunia æris nomine significetur. *L. etiam. ff. de verb. sign.* *Aes alienũ.* Apud veteres *Aes nexum* dicebatur pecunia, quæ per nexum obligatur.

Aeris appellatione venit qualiscunque pecunia, etiam formata ex auro, vel argento, imò ex corio *L.siquis in pignore §.fin.ff. de pignor. act.* & docet Rebuff. ad L.159.ff.de verb.sign.pag. 551. *Aes suum. Aes nexũ. Aeris appellatio.* *Aerarium* populi Romani dictum ab ære, fuit repositorium pecuniæ in æde Saturni, vbi & quæ signata in vrbe, & quæ ex vectigalibus deportata condebatur. Quamuis fiscus, & ærarium pro eodem vsurpentur *l.1.§.5. ff. ad leg. Corn. de fal.* tamen ærarium differt à Fisco sic, vt illud populi, hic principis dicatur. *Fiscus, & ærarium.*

Vide

Vide hoc discrimē latè apud Parlador. diff. 111.

Aeris appellatione veniunt etiā omnes facultates, patrimonium, & omnia bona, vt tradit Alciat. in proœm. rub. de verb. sign. pag. 2. Vnde quando lex noxium puniri in ære iubet, in bonis, & patrimonio intelligitur exercenda vltio. Addit Bertazol. clauf. 4. Glof. 10. nu. 4. quando quis promittit non offendere in ære, vel in persona, incidere in pœnam, si parti furtum fecerit. *Aerosa pecunia* apud Scæuolam *l. 102. ff. de solut.* idem valet atq; ære mixta. *Adæratio* dicitur quasi æris præstatio: *Adærare* est ad pretium redigere: vel pretio æstimare. *Adærata prædia* ex quibus æs soluebatur *L. vni C. de Collat. do. lib. x.*

Aerosa pecunia. Adæratio. Adærare.

814 Vt ad singulas monetas, quæ in corpore iuris sunt, exponendas seorsim descendamus, *Numisma*, vel iuxta alios *Nomisma*, quod idem omninò valet atq; *nummus* apud Latinos sumitur vel generaliter pro qualibet pecunia, & moneta, siue aurea, siue argentea, siue etiam ærea: vel specialiter pro illa moneta ærea quæ alio nomine *Sestertius* vocatur: & sic valet æstimatione Gallicæ monetæ, decem denarios Turonenses, & *Semissem*; hoc est quartam partem denarij argentei.

Numisma. Nomisma. Numus. Sestertius. Semisses.

Apud Iuristas *Nummi appellatio* strictior est quàm pecuniæ, *L. ligatores §. quod ait prætor ff. de arbitr.* Nummi valorem expendit Alciat. in *l. lecta est ff. si certum peta.* Et ex vulgari doctrina idem arbitratur denarium, & nummum esse. *Nummos aureos* æs dicit Vlpian. in l. æs, de verb. sign. *Nummus aureus* (inquit Alciatus in Coment.) valebat sestertios æris centum, hoc est denarios argenteos xxv. Apud Vlpian. *L. Elleganter ff. de pign. act.* ijdem sunt *Reprobi numi* atq; damnati per ius, proindeq; nullius authoritatis. Apud eundem *L. 3. §. plane de statu liq.* *Corrasi nummi* videntur esse circum rasi.

Nummi appellatio. Nummus aureus. Reprobi nummi. Corrasi nummi.

815 *Denarius* nomen sumpsit à numero decem, *de consecr. dist. v. ieiunium* Nam (vt videre est apud Georg. Agric. lib. 4.) denarius ab initio valebat quatuor sestertios, scilicet decem asses quoad perpetuis bellis exhausto ærario placuit denarium sexdecim assibus permutari. Pendebat Denarius argenti siliquas xxiiii. *Siliquæ* autem duodeuiginti conficiebant *drachmam*. Tres itaq; denarij pendebant drachmas quatuor: octo drachmæ conficiunt vnciam *vncia* autem sex constabat denarijs. Quamuis enim *Siliqua L. frugem §. fin. ff. de verb. sign.* sumatur pro cortice, seu pelle fabæ ac ciceris: tamen *L. libertos §. filium ff. de annuis leg.* iuxta Isid. est vigesima quarta pars solidi: ab alijs dicitur octaua, ab alijs quarta pars vnciæ. Quòd sit vigesima pars solidi, idest aurei Castellani, nempe aureæ monetæ, quæ viginti æreis marauedinis nostri temporis æstimatur, tradit Garcia Toletan. in Lucerna Rubr. tit. 35. C. lib. 10. vbi carpit Accursium, quòd dixerit siliquam tanti valere, quanti solidus valet.

Denarius. Siliqua. Drachma. Vncia.

Drachma genus numismatis valens denarium Romanum, nempe solidos Turonenses tres cum semisse: est etiam genus ponderis constans ex decem & octo siliquis, idest tribus scrupulis. *Didrachma* est numus valens duos denarios, vt notat Archidiacon. ad 2. q. q. 1. Magnum, iuxta quem ibid. *Stater* valet duo didrachmata. *Drachma auri* olim sex oboli, hodie octo oboli. Vide Parlad. diff. 140. exponentem denarium, dragma, obolum, sextarium & alia, & diff. 141. de libra, selibra, vncia, & similibus: & de varijs alijs monetis diff. 143. & 144.

Drachma. Scrupulus. Didrachma. Stater.

816 *Aureus*, & *solidus* in iure sunt idem omnino. *Instit. de pæn. temere litig. §. fin.* libram auri faciunt solidi LXXII. C. de suscept. & arca. l. quoties. Decem aurei faciunt libram argenti Cod. de arg. pret. l. vni lib. x. Vide Panorm. in *Cap. conquerente, de offic. ord.* *Obrizati solidi* dicuntur de bono auro multipliciter excocto *l. vniuersos C. de veter. numism. potest. lib. x.* Adud Toler. ad Rub. lib. xi. C. *Follis* est numus idem valens, quod aureus, vel solidus. *Tremis* species erat pecuniæ signatæ, sic dictæ à tertia parte aurei, quam pendebat, vt tenet Budæus in L. qua vulgo de ædil. edict. *Marabutini* genus Monetæ aureæ *Cap. cum olim 2. de priuil.*

Aureus & solidus. Obrizati solidi. Follis. Tremis. Marabutini

Est etiam genus monetæ *Sterlingonus* cap. Constitutus de procura. Item aliud monetæ genus est *Turenus* cap. ad nostram, de empt. & vend. Hæc præcisa locutio, *Centies aureorum* ponitur pro centies centena millia aureorum apud Celsum *L. 88. ff. de verb. signif.* Sic apud Tullium in Verrem *Decies sestertium* pro *Decies centena* millia H. S. *Eranica pecunia*, seu vt alij legunt, *Herosa* habetur in *L. creditor ff. de soluto.* Quid sit, require ab Alciato lib. 2. dipunct. cap. 25. Videtur interpretari exacta. Nam Catanæus apud Plinium secundum hanc vocem *Eraneos* interpretatur exactores collationum. *Inueterales numi* habentur in *L. Diuus ff. de bonis dam.* & iuxta Glos. ibi sunt viles, & non apti ad veterandum: quia non sunt ex toto aurei, vel argentei. *Mulleatores adulterinæ monetæ* sunt qui falsam monetam malleant.

Sterlingonus. Turenus. Centies aureorum. Decies sestertium.

SECTIO IX.

De vocibus alijs, & modis loquendi spectantibus ad bona.

817 Rarum idem est atq; magnum 2. q. 7. *sancta*, & 59. *dist. cap.* 1. Vnde raritas inducit pretiositatem 7. *dist. cap. si officium.* *Quæ sint pretiosa mobilia*, quæ seruando seruari possunt, atq; adeo alienari nequeunt ab Ecclesiasticis, exponit Molina tom. 2. disp. 465. vt intelligantur vasa aurea, & argentea, vestes pretiosæ, quæ longè ab interitu distant, & commodè seruari possunt, gēmę & his similia:

Rarum. Pretiosa mobilia.

item grex ouium, aut caprarum, de cuius fructibus percipiuntur redditus ab Ecclesia vel monasterio; e contra mobilia, quæ feruando feruari non poffunt, cenfentur fructus, vt triticum, vinum, oleum, lana, agni: item veftes, quæ quotidie magis ac magis veterafcunt, & his fimilia. Item iumenta, & mancipia: non tamen ea, quæ dicebantur ruftica, & more antiquo erant prædijs quafi affixa.

Ruta cæfa. Eruta cæfa. *Ruta cæfa* potiùs quam *Eruta cæfa* dicuntur *L. fundi §. fi recta ff. de act. empt.* & funt quæ cæduntur, vel eruuntur. Erafmus in chiliadibus: cum fignificabimus (inquit) inclementiùs tolli omnia, neque quicquam fieri reliqui, venuftè dicemus: Nec rutis quidem, ac cæfis receptis. *Ruder*, *eris* feu *Rudus*, *eris* apud Vlp. *L. prætor ait ff. de damn. infe.* eft purgamentum domus fiue putei, cuiufcunq; rei, quæ fordibus purgari folet. *Ruder. Rudus.*

Modica fumma. Quantitas modica. 818 *Modica fumma*, feu *quantitas* multifariam accipitur in iure: nam quandoq; eft quod decem libras non excedit. *l. fedet fi §. 2. de indic.* quandoq; dicuntur decem aurei, *Authen. de Appel. §. 2. Interdum duo aurei L. idem ff. de dolo.* Interdum quarta pars eius, de quo agitur *l. fi quis in fuo 1. ff. de inoffic. teft.* Imò quod intra fextam eft. *L. focietatem §. arbitrorum ff. pro focio.* Aliquando quod minus centum aureis eft: Et quidem attendi debet qualitas perfonæ: nam pauperi viro maximum erit quod locupleti, & affiduo modicum *l. legitimos. ff. de legit tut* Eft in bonis acceffio, additamentum, incrementum, augmentum, melioratio: quæ omnia dilucidè exponam.

Acceffio. *Acceffio* propriè dicitur, quod capiti, nempe principali, vt vulgo loquimur, accedit: & eft aliquid adiacens alteri, vt capiftrum equo, veftis feruo, vt habetur *l. 1. §. quæ depofitis. ff. de po.* Vnde fi feruum emas, acquiris veftem, qua indutus traditur, etiamfi de ea mentio facta non fuerit *Accefforium* idem valet quod acceffio, in qua non debet plus effe quàm in principali, vt ait Iuftinian. *Inftit. de fideiuff. §. fideiuffores ita.* Et naturam fui principalis fequi debet *L. fi eum §. qui iniuriarum ff. fi quis caut.* *Accefforiũ.*

Additamẽtum. 819 *Additamentum* eft, quod priftinis bonis poftea accedit *l. fin. C. in quibus caf. tut. hab.* & *L. quoties §. conftat. ff. de admin. tut.* A verbo *Increfcere* quod eft valde crefcere *l. 1. ff. de aqu. plu. arc.* deriuatur *Incrementum* quod fumitur pro augmento. *Inftit. de rer. diuif. §. præterea*: Item pro fructu *L. Si mancipium C. de rei vend.* & 10. *q. 2. hoc ius.* Præterea *augmentum* eft præexiftenti magnitudini additamentum: & dicitur in iure v. g. eum oues ex ouibus nafcuntur *L. quod oues ff. de petit. hæred.* Quomodo augmenta medij temporis contineantur in fideicommiffo, deciditur *L. 3. ff. de fund. inftruc.* *Increfcere. Incremẽtũ. Augmentum.*

Ampliare augere. Inter *Ampliare* & *Augere* datur difcrimẽ: quia *Augere* fpectat ad quantitatem: *Ampliare* verò ad pretium, quod fit diligenti rerum cultura. *L. iubemus nulli C. facris. Ecclef.* & *l. non intelligitur §. diui ff. de iure fifci* Deniq; *Melioratio*, feu *Meliorамentum* quamuis apud Latinos in vfu non fit: accipitur tamen à Iuriftis pro eo quod vulgo dicimus *Bemfeytoria*. Apud Salas de legib. difp. 15. fect. 5. num. 71. repe riuntur *Meliorationes intrinfecæ*, & funt quæ fundo ab intrinfeco proueniunt, vt fi erat confitus exiguis arboribus, & hæ creuerunt. *Melioratio & melioramentum. Intrinfecæ meliorationes.*

Meliorationum appellatione propriè veniunt ea, per quæ res efficitur melior, dummodo ita fint affixa rei, vt fiant pars illius, qualia funt ædificia, tuguria, reparationes neceffariæ, disbofcationes agrorum, & fyluarum, plantationes oliuetorum, vinearum, & aliarum, arborum. Ea verò quæ non funt affixa, quales perticæ, farculi, & fimilia, potius vocantur inftrumenta rei quam melioramenta Ita Barb. de Appell. ver. Ap. 145. *Meliorationum appellatio.*

820 *Incorporatio bonorum*, de qua eft titulus x. Codicis lib. 10. videtur idem quod coadunatio, & coniunctio bonorum in idem corpus v. g. Vt exponit Toletanus fupra citatum titulum, cum fint plures, varijq; cafus, in quibus bona fifco deferuntur, tunc *incorporari* cum bonis fifci cenfentur, quando eius rationibus adfcribi, ac burfæ fifcali ingeri, & patrimonio fifci adiungi, & acquiri cenfentur. *Incorporatio bonorũ.*

Occupatio bonorum, tefte Azorio tom. 3. lib. 1. c. 13. eft modus acquirendi: nam res, quæ fecundùm naturam relictæ funt communes omnium hominum, fiunt propriæ occupantis, feu capientis, vt feræ in terra, volucres in aere, pifces in aqua *L. 1. ff. de acquir. rer. dom.*, ex quo fequitur nomine occupationis, intelligi venationem, aucupium, pifcationem. *Occupatio bonorum.*

Adminiftratio libera bonorum, quæ habetur *l. filiusfam. ff. de donat.* & quam habet v. g. filiusfamilias in peculio caftrenfi, eft ius ad difponendum de bonis liberum, & expeditum. *Adminiftratio* fumitur pro gubernatione, & exponitur pro dignitate feculari *Auth. quomodo oportet Epifcopos §. fiquis autem. Adminiftrationis appellatione* apud Canoniftas veniunt folum Ecclefiaftica officia: nimirum exemplo tutoris, qui in iure ciuili vocatur adminiftrator, diciturque habere officium *L. alienum C. de procur.* *Adminiftratio libera. Adminiftrationis appellatio.*

821 *Impenfæ* alio nomine *expenfæ* (vt exponit Azor tom. 3. lib. cap. 5. q. 1.) dicuntur fumptus, quos facit quis in re quam poffidet: & fecundùm iura numerantur triplices, fcilicet neceffariæ, utiles, & uoluptariæ, feu uoluntariæ. *L. impenfæ ff. de verb. fign.* & *Impenfarum fi. de impenfis.* Neceffariæ impenfæ funt, quæ fi non fiant, res aut peritura, aut deterior futura eft. Sic inter neceffarias impenfas computatur, domum reficere, iumenta pafcere. *Vtiles* dicuntur quæ rem meliorem faciunt, vel deteriorem effe non finunt: vt fiquis domui adijciat piftrinum vel tabernam: vel feruum alienum doceat artem aliquam. *Impenfæ, & expenfæ. Vtiles impenfæ.*

Volu-

Voluptariæ impensæ. *Voluptariæ impensæ* sunt, quæ in speciem dumtaxat & formam, vel ornatus gratia fiunt, etiam si fructus augeant, vt viridaria, quæ salientes, incrustationes, picturæ, balnea.

Expensarũ appellatio. *Expensarum appellatione* in diuisione non veniunt voluptariæ. *l. si seruus ff. de pignor. act.* ideo non petuntur per modum æstimationis, sed per abrasionem, vt tradunt Gutier. pract. lib. 3. q. 69. num. 4. Galdas Pereyra de empt. cap. 27. n. 6. & Cardosus v. expensæ n. 5. Item nec venit pretium, nec res principalis: vnde absolutio generalis ab omnibus expensis, damnis, & interesse non liberat à re, quæ potest vendicari, vt docet Alex. cons. 168. n. 4. ver. non etiam obstat. lib. 2. Expensarum omnium, & quarumque appellatione damna, & interesse continentur: at solum veniunt expensæ legitimæ, iustæ, & moderatæ, vt videre est apud Tusch. lit. E. conclus 637. n. 7. & 8. Expensæ ministrantur, & deducuntur iuxta qualitatem personæ, vt tradit surdus de alim. tit. 4. q. 21. n. 9.

Penus. Penuariũ. 822 *Penus, us, Penus, i, & Penus, oris*, inde nomen habet apud Latinos quod ea, quæ longæ visionis gratia contrahuntur, & reconduntur, non in promptu sint, sed intus, penitus seruentur Apud Iuristas in tit. *ff. de penu legata*, est omne id quo vescuntur homines, & intus reconditur. *Prõptuariũ et penuariũ* Hinc *Penuarium* locus est, in quo penus reconditur: in hoc distans à promptuario, quod seruet res, quæ longioris vsus sint: *Promptuarium* enim est cella, in quam reponuntur edulia, quæ ad vsus quotidianos, comparantur: inde appellatum, quod in promptu sit.

Penoris appellatio. *Penoris appellatione* venit id quod esui, potuique destinatum est, iuxta Vlpian. *l. 3. ff. de penu legata*, Vbi addit Sabinum scripsisse contineri omnia parata causa patrisfamilias, vxoris, ac liberorum, seu familiæ, ac etiam iumentorum, quibus ipse paterfam. vti solet: addit ex propria sententia in citata lege, contineri etiam oleum, garum, muriam, mel, vinum, acetum, frumentum, hordeum, & similia, ita ligna, carbones, vasa non tamen dolia. Vide Menoch. lib. 4. præs. 156. a n. 1. vsque ad 6. ex cuius notatione, *& L. non omne §. vls. ff. de penu leg.* continetur piper, ligusticum, careum, & laser. Non ita acetum quod paratum est causa extinguendi ignem: nec thecæ, arculæ, vel sportæ, quibus in penuario seruantur legumina, & quæuis edulia: nec antidota, & medicamenta: nec illa, quæ promercij causa habebant testator. Vide hæc, & plura apud Barb. de appel. verbo appel. 195.

Lectum. Cubicularis lectus. Tricliniaris lectus. 823 Inter bona mobilia numeratur *lectum*, seu *lectus* super quo quiescimus, quem Tullius vocat cubicularem ad differentiam tricliniaris lecti, super quod veteres sedebant ad mensam. De illo Vlpian. *§. fin. l. librorum de legat. 3.* Lectum (inquit) legatum continet, & fulcra Et quidem ipsum cõtineri appellatione alimentorum constat. *L. legatis ff. de alim. & cib. legat.* Habetur etiam L. 1. *C. quæres pig. oblig.* possunt, Lectum non venire in hypotheca bonorum generali. *Lecti appellatione* in legato vxori facto venit etiam lectus festinus, ac proinde culcitra ex serico, & omnia ornamenta, vt videre est apud Surdum de alim. tit. 3. q. 7. n. 5. Rebuff. ad *L. Statum 45. de verb. sign.* pag. 241. & Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 138. n. 24. secus erit quando testator legauerit lectum vxori suæ viduæ, quia tunc præsumetur reliquisse lectum viduale nisi legatum fuerit lectum testatoris, aut eius ornamenta. Surd. de alim. tit. 9. q. 30. n. 24. & tit. 4. q. 7. n. 5. *Lecti appellatio.*

824 *Cuma* habetur *l. 1. C. nemini licere vel in frænis equestribus lib. xj.* & interpretatur, morsus ferri. *Qualli* apud Vlpian. *l. instrumenta ff. de fundo instr.* sunt canistra vindimiæ apta, siue ad comportandas vuas, siue ad colandum mustum. *Cuma.* *Specularia*, de quibus meminit Iurisc. *l. Quæsitum §. itaque ff. de fun. instr.* sunt quæ lusitani dicimus *Vidraças*: & olim fiebant ex lapide speculari, vulgo *Taleo* in tenuissimas crustas secto. *Specularia.* *Tomensum* reperitur *L. si cui lana ff. de leg. 3.* Vbi Vlpian. Lanæ (inquit) appellatione tomentum non continebitur. Est tomentum quid quid puluillo, aut culcitræ infercitur, siue illud sit lana, siue pluma, siue strumentum, siue Carices, & iunci concisi. *Tomentum.* *Tomentum Circense* dictum à circo Romano, vbi vendebatur, erat e iuncis concisis vulgare, triuiale, & pauperibus commune. *Tomentum Circense.* Est discrimen inter hos loquendi modos: *In bonis esse*, & *ex bonis esse*. Nam in bonis nostris esse dicitur cuius dominium ad nos pertinet, ex bonis verò esse dicitur id in quod quodpiam aliud ius habemus *Instit. Vi bon. rapt. §. pen.* Quid autem sit *In fructu esse* declarat eleganter Iurisc. *l. in fructu ff. vsufr* & facile intelligetur per ea quæ diximus supra num. 793. & seqq. *In bonis esse, & ex bonis esse. In fructu esse.*

ELVCIDATIO VII.

De seruis.

Peculiarem elucidationem hoc loco instituimus de seruis, tum quia serui vberem iustitiæ materiam suppeditant, tum quia computantur inter bona mobilia, de quibus proxima elucidatione tractauimus. Erit imprimis nobis sermo de seruorum multiplicitate: deinde de libertate, & manumissione: tandem de vocibus alijs, & modis loquendi spectantibus ad seruos. Si quæ desiderentur, videri possunt libro 1. elucid. 13. sect. vbi de famulis, & lib. 2. elucid. 5. sect. 5. vbi de seruitutibus egimus.

SECTIO I.

Seruus quis dicatur, & quotuplex.

825 Aristoteles 5. Polit. c. 3. & 4. agnoscit, & explicat seruitutem duplicem, alteram naturalem, alteram ciuilem.

Seruitus naturalis.

Naturalis seruitus est qua hebetiores, rudiores, & corpore robustiores suapte natura, eaque id postulante in ipsorum commodum, aptiores sunt ad parendum, quam ad gubernandum: hæc tamen seruitus impropria est, præsertim quia *l. manumissiones ff. de inst. & iure*, asseritur omnes homines iure naturali nascituros fuisse liberos.

Seruitus ciuilis.

Seruitus ciuilis, seu legalis est per legem ciuilem introducta quatuor modis seu titulis, vt notat Syluest. v. seruitus q. 3. nempe iure belli, natiuitate, iusta condemnatione, & emptione. Hæc est in rigore seruitus, ratione cuius *seruus* est ille, qui alieno dominio subijcitur: & id quod est, domini est, ad operas, & vtilitates, quæ ex eo percipi possunt.

Seruus.

Serui dicuntur, vt ex *Instit. de iure patronatus §. serui* tradit Molina tract. 2. disp. 32. & Lessius lib. 2. cap. 5. dub. 4. a seruando: imperatores enim quos hostes bello captos occidere poterant, ex quadam æquitate, & commiseratione seruabant commutata eorum morte in seruitutem perpetuam. Vnde *mancipia* dicebantur, quasi manu capta.

Mancipia.

Quamuis enim mancipium dici valeat, quod manu capi potest, siue homo, siue equus, & quodlibet aliud brutum, tamen specialiter significat hominem bello captum. Mancipio, vel mancupio dare, est rem ita dare, vt euictionem præstaturos non spondeamus. Quid autem fuerit apud antiquos Romanos, *Mancipi*, & *Nec mancipi*, seu nec mancipi, vt habetur *L. 1. C. de vsucap. transf.* exponit Alberic. V. mancipi & fusius Parlador diff. 69.

Mancipi. Nec mancipi.

826 Seruorum multiplicitatem prosequamur. Imprimis serui sunt in duplici genere (vt notat Aegidius Bellanus disp. 31. de matr. dub. 2.) Quidam enim propiè reputantur serui, quia mancipia vocantur, in quos dominus plenum ius habet eos vendendi, & quibusuis operibus occupandi. Quidam dicuntur *Adscriptitij* & teste Azorio tom. 2. lib. 32. q. 3. fuere rusticis operibus mancipati, & agris obnoxij, ita vt terræ alicui perpetuo colendæ in libro censuali, vel publico iudicio adscriberentur. His enim seruis domini certa prædia assignabant colenda, quibus perpetuò adhærescebant, ita vt nulla priuata dominorum pactione diuelli possent ab agro, prædio, vel fundo, cui erant addicti *l. Cum satis, & l. colonus C. de agricol. & censit. lib. 11.* Hi tenebantur terram illam colere in commodum dominorum, solum deducentes ea, quæ vitæ suæ sustentandæ necessaria videbantur & præter hanc obligationem, quam perpetuam habent, aliàs liberi censentur, nec à domino vendi possunt: nec ipsum, sed agrum, ad quemcumq; veniat, sequuntur. *Originarij* dicebantur qui ex adscriptitijs seruis nati erant in ipso fundo, vel agro, cui eorum parentes erant abnoxij.

Adscriptitij serui.

Originarij serui.

827 Præterea exponendum est, qui fuerint serui ordinarij, Vicarij, Atrienses, Insulani, Mediastini. *Ordinarij*, quorum meminit Vlpian. *L. 1. item apud Labeon. §. Prætor ff. de iniur.* erant consuetis ministerijs dominorum adstricti, proindeque solita officia obibant. *Vicarij* erant suffecti, & subrogati ordinarijs, quibus parebant, & subministrabant. Vnde Alex. Scot. v. seruus, dixit seruum ordinarium esse qui seruis alijs præpositus est: Vicarium autem qui seruo ordinario subministrat. *Atrienses*, de quibus Vlpian. *L. instrumenta ff. de fundo instr.* dicti sunt, qui supellectilem dominorum curabant, & emundabant: nam moris fuit in atrijs ædium, vel villarum instrumenta, & copiosam supellectilem habere. *Insulani* dicebantur serui, non qui deportati erant in maris insulam, sed qui domus curam commissam hăbebant, quasi insularum custodes *L. vlt. ff. de offic. præf. vigilum.* Est enim *Insula* domus, quæ vicinorum parietibus non coniungitur, quales Romæ fuere innumeræ, quas teste Tacito lib. 15. Nero decreuit, vt vnaquæq; proprijs parietibus tanquam muris ambiretur, & sic ab igne tutior maneret. Alex. v. seruus credit omnem domum vocari insulam, quòd ei insint habitatores. *Mediastini*, seu *Mediani*, de quibus meminit Vlpian. *L. 1. §. Cæterum ff. naut. cap. pon. stabul.* (vt inquit Azor tom. 2. lib. 2. c. 32. q. 8.) fuere abiectissimi, & vilissimi, quorum erat domi exercere vilissima, & abiectissima ministeria, scilicet, domum verrere, purgamenta efferre, ligna congerere, & similia. Dicebantur Mediastini, vel quòd in media domo ad imperia, nutusq; omnium excubabant, vel quod in medio balnei stare cogebantur, vt lauantibus ministrarent, vel teste Alex. cit. quod medium gerebant actum inter seruos ordinarios, & vicarios.

Ordinarij serui.

Vicarij serui.

Atrienses.

Insulani serui. Insula.

Mediastini. Mediani.

828 Præter hos numerantur varij scilicet *Litterati*, illi nempe quorum frons, aut facies punctis, & characteribus fuit inscripta ex antiquo more Atheniensium, & Romanorum, quamuis decursu temporis Imperatores legibus sancirent, ne facies hominis sic notata fœdaretur, sed vel manus, vel aliud corporis membrum. *Serui pœnæ* apud Martianum *l. quidem ff. de pœnis*, fuere qui vltimo supplicio damnabantur, vel ciuitatem, & libertatem amittebant, vel ad bestias, aut metalla, eorumq; ministeria destinari, vel ad insulas deportari solebant.

Litterati serui.

Serui pœnæ.

Publici serui de quibus meminit Vlpian. *L. si pupillus ff. rem pupillo saluam fore.* Et haben-

Publici serui.

habentur *L. non aliter ff. de adopt.* Non tam dicuntur serui pænæ ad publicum opus damnati, quàm tabelliones. Romani enim (vt inquit Azor citat.q.5.) vtebantur seruorum opera, & ministerio ad tabulas publicas scribendas: cui proinde functioni destinabant seruum non vnius, vel alterius proprium, sed omnium communem, qui pro absentibus, pupillis, aut Reipublicæ nomine stipulari, transigere, & contrahere posset. *Addictus seruus* dicebatur ille qui authoritate prætoris debitor creditori tradebatur, vt in eum, & vitæ & necis potestatem haberet, cum soluendo non esset, quantum addictus differat à rigoroso seruo, ostendit Quintilian. lib. 7. cap. 3. de quo multa Azor citatus q. 1.

Addictus seruus.

829 Latini, & Dedititij serui, qui iam in desuetudinem abierunt, habent inter se oppositionem, vt videre est *Instit. de libert. §. libertinorum.* Nam Latini dicebantur qui ita à dominis erant manumissi, vt quandiu viuerent, plenaria gauderent libertate in bonis suis: at in morte serui fierent ad eum finem, vt ipsorum bona ad dominos deuoluerentur, proindeque eorum hæredes nihil post mortem consequi possunt. *Latini liberti* apud Caium *lib. 1. tit. 1. Instit.* Sunt qui aut per epistolam, aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione manumittuntur *Dedititij serui* ex eo sunt nuncupati, quòd in obsidione nolentes, aut non valentes resistere se dediderunt in potestatem victoris eiusq; voluntati se permiserunt. Horum conditio fuit, vt quandiu viuerent, seruili iugo detinerentur, in morte verò manerent liberi, gauderent quæ libertatis functionibus, *Fiduciarius seruus,* quod oppigneratus, apud Paul. lib. 2. sent. c. 12. *Fiduciariam operam* (inquit Alex. Scot. v. eod.) legatus Imperatori suo præstare dicitur à C. Cæsare; cui imperium ad tempus commissum est, vt eo ex acto imperatori suo illud restituat. *Victores serui* sunt, quos quis habet victus præparandi causa. *Villici* serui sunt, qui ad villam mittuntur. *Seruus librarius* est à libra dictus, qui scilicet ponderibus, & libræ præest, numerorum, & permutatorum custodiam habens in domo domini sui. *Corruptus seruus* dicitur qui per alieuius inductionem factus est de bono malus, vel de malo deterior.

Latini serui. *Liberti latini. Dedititii. Latini.* *Fiduciarius seruus. Fiduciaria opera.* *Victores serui. Villici serui.*

830 *Verna* est seruus ex ancilla in domo natus: & per diminuriuum appellatur *Vernaculus* qui est paruus seruus *L. seruis §. fi. C. de rei vendic.* Est autem *Ancilla* mulier serua apud Modestinum de *leg. 3.* Vbi sic: seruis legatis, etiam ancillas deberi quidam rectè putant: quasi commune nomen vtrunq; sexum contineat: ancillis verò legatis masculos non deberi, nemo dubitat. Inter seruum pileatum, & coronatum est differentia. Quia apud Budæum in annot. *Seruus Pileatus,* is veteribus dicebatur, qui pileo tectus demonstrabat se vænumdari, expositum quidem, sed cuius nomine emptori venditor nihil præstaret.

Verna. Vernaculus. Ancilla. *Pileatus seruus.*

Coronati serui fuere qui sub corona vænibant, & ideo coronis insigniti, postquam bello captiui fuerant, ad discrimen pilatorum. *Receptitius seruus* dicitur qui vxoris prius est, neq; dixerat doti, sed sibi retinuerat. *Fornacarius* seruus est qui fornaci calcariæ, vel ferrariæ seruit, & inuigilat. *Hæreditarius seruus* (vt exponit Azor tom. 2. lib. 2. cap. 36. q. 5.) dicitur is, quem testator vna cum hæreditate reliquit, interim dum iacet hæreditas, eam hærede non adunte v. g. Titius habet seruum Stichum, decedit, & instituit hæredem Caium, Sricus seruus Titij defuncti dicitur seruus hæreditarius roto eo tempore, quo Caius hæreditatem non adit.

Coronatus seruus. Receptitius seruus. Fornacarius. Hæreditarius seruus.

831 *Castaldus,* seu *Castaldio* apud Gloss. §. *pœna Instit. de Iniur.* idem valet atq; actor, vel villicus. *Lecticarius seruus* L. item de leg. 3. dicebatur qui lecticam ferebat: & *C. de exeus. art. lib. x.* dicitur artifex, qui lecticam fabricat. Est autem *lectica* vehiculum, quo quis portatur ab hominibus: & quidem *Tetraphorum* dicitur, si à quatuor vehitur: *Hexaphorum* si à sex: *Octophorum,* si ab octo. *Volones serui,* dicti à volo, uis: de quibus meminit Liuius l. 3. bel. pen. fuere illi serui, qui bello Punico post Cannensem cladem eum de essent liberi, qui militiæ nomina darent usq; ad octo millia, uoluntariè se pro dominis suis pugnaturos obtulerunt, & sic libertatem compararunt. Vide Sypontinum in Cornuc. col. 204. n. 20.

Castaldus. Lecticarius seruus. Lectica. Tetraphorum. Hexaphorũ. Octophorũ. Volones. Nouitius. Scoparius.

Mesonauta seruus est abiectissimæ conditionis: ex eo dictus quod in media naui residens omnibus præsto sit, sicut Mediastinus domi. *Nouitius* seruus ut sumitur ex *L. fin. §. quoties ff. de public.* est qui minùs uno anno seruiuit: quamuis aliquando dicatur habita ratione ætatis *L. præcipiunt ff. de ædil. edic.* quandoq; ex qualitate seruiendi *L. gn. eo tit.* Scoparius seruus est qui scopis domum uertit, ac purgat *L. instrumenta ff. de fun. instr.* Item apud Vlpian. *L. sed & si quid ff. de vsuf.* reperiuntur *Symphoniaci serui,* & fuere in classe qui solebant classicum canere pugnantibus. *Serui Dominici,* seu mancipia dominica de quibus est titulus 67. *Codicis lib. 11.* Coincidunt cum fiscalibus rei priuatæ, & iuxta Toletanum in citat. Rub. sunt serui, seu mancipia fundorum, qui tantum sunt in priuato, peculiarique Imperatoris patrimonio, fisco, & dominio.

Symphoniaci. Dominici serui.

SE-

SECTIO II.

De libertate, & manumissione.

832 DE libertate prout opponitur necessitati, coactioni, & violentiæ, *Libertas.* egimus lib. 1. elucid. 3. sect. 1. *Libertas* prout modò nobis sermo est, illa dicitur, quæ seruituti ita opponitur, vt conuenire non possint *L. ergo C. de Latin. liber. toll.* & iuxta *Liber qui.* Florent. Iurisconſ. in *l. libertas de statu hom.* sic definitur: Est naturalis facultas eius, quod cuiq; facere libet: nisi si quid iure, aut vi prohibeatur. Apud Syluestr. v. liber ex *l. non dubito ff. de cap. & postlim. reuer.* liber: dicitur is, qui nullius subest potestati siue *Ingenuus.* Liber est qui ex ingenuis nascitur. *Ingenuus* autem est, cui ex natiuitate competit libertas, qui non est factus liber, sed natus. *Instit. de ingen.* init.

Ingenuitas. Vnde *ingenuitas*, sumitur pro libertate *cap. 1. de purg. canon.* Vbi Gloss. Liberum agere nihil aliud est (inquit Azius) quàm *Caput liberum.* nullum habere dominum, cui subiectum esse oporteat. *Caput. liberum* dixere veteres pro homine libero: vnde *l. 1. ff. de tut.* illa definitio: Tutela est ius, ac potestas in capite libero. Item ille modus loquendi: *Caput liberum facere.* *Caput liberum facere*, pro manumittere: quem vsurpat Iulian. in *L. seruus* 40. *ff. pro empt. & L. eo tempore* 50. §. *vlt. de pecul.* Qui sint liberi populi, exponit Iurisc. in *L. non dubito ff. de capt. & postlim. reuers.* his verbis: liber populus est is qui nullius alterius populi potestati subiectus est.

Statuta libertas. Apud Alex. Scot. v. statuta, *Statuta libertas* est libertas concessa sub conditione, vt *Fideicomissaria libertas.* dicendo: Lego seruo meo libertatem, si nauis ex Asia venerit. *Fideicommissaria libertas* est illa quam testator non directè impertit, sed per manumissionem alterius, vel hæredis, vel legatarij, vel donatarij causa mortis, cuius fidei hoc committit. Quid sit Latina, & dedititia libertas, constabit ex ijs quæ diximus num. 829. de Latino, & de- *Libertatis appellatio.* ditio seruo. *Libertatis appellatione* venit omnimoda, & plena *L. Cum venderet ff. de action. empt.*, & Rolando. Valle conſ. 2. num. 34. tom. 1. & conſ. 85. num. 31. tom. 4.

Manumissio 833 *Manumissio* est datio libertatis *Instit. de libert.* init. Dicta, quòd Dominus caput, vel aliud quid serui quem in libertatem asserere volebat, manutenens dicebat. Hunc hominem liberum esse volo: & ita è manu, idest potestate sua mittebat: sic manumissio in seruis est egressio à potestate dominorum, sicut emancipatio in filijsfamilias est egressio à potestate patris. Hinc *Manumittere seruū.* *Manumittere seruum* pro libertatem ei dare, nam quandiu quis in seruitute est, manui, seu potestati subiectus est *Manumissio* in genere triplex est: Nam teste Azorio tom. 2. lib. 2. cap. 33. tripliciter fiebat liber, qui consentiente populo, vel iubente domino, nomen dedisset in censum. Sic enim fiebat ciuis Romanus, & exuebat seruitutem: non enim censebantur olim nisi Romani ciues. Censu obsoleto, hæc libertas, & ciuitas Romana seruis dari cæpit in æde sacra, coram antistite, spectante plebe per scripturam, in qua subscribebant ij, qui libertatem dabant. De quo est tit. 16. Codicis lib. 7. *Vindicta* fiebat quis liber per tactum solemnem virgæ, quæ *vindicta* *Vindicta pro virga.* dicebatur: quando scilicet Prætor, Præses, Consul, Præfectus Aegypti, Proconsul, vel legatus, aut eius iussu lictor capiti raso serui virgam imponens, eundem in libertatem asserebat, his verbis, *Aio te liberum more Quiritum*. Huiusmodi manumissio, & virga Vindicta appellatur à Vindicio seruo Vitelliorum, qui anno primo post reges exactos, cum detegeret coniurationem suorum dominorum contra Rempublicam, primus fuit virga tactus, seruitute exutus, & in ciuitatem receptus.

834 Testamento, aut codicillis testamento firmatis fiebat quis liber directè, vel indire- *Directè liber fieri.* ctè, purè, vel conditionaliter. *Directè* quando testator per se ipsum manumittebat, vt si *Indirectè liber.* scriberet: Pamphilus seruus meus liber esto. *Indirectè* quando relinquebat libertatem, ut per hæredem, uel legatarium seruo daretur: v.g. scribens. Volo ut Titius hæres meus Pāphilo seruo meo libertatem concedat. *Purè*, *Purè & conditionaliter.* quando testator absq; ulla conditione seruum manumittebat.

Conditionaliter, quando libertas relinquebatur sub conditione, v.g. si dicat testator Stichus seruus meus liber sit, si Titius hæres meus factus fuerit consul: uel quando relinquebatur in diem; ut si diceret testator, uolo ut Stichus seruus meus sit liber duodecimo anno adie mei obitus: uel si diceret: liber sit, post quàm Caio seruierit triennio. Hi autem serui quibus testator libertatē relinquebat, vel in diē uel sub conditione, dicebantur apud ipsos Romanos.

Statuliberi, donec dies ueniret, uel condi- *Statuliberi.* tio impleretur. Ita Sanches lib. 7. Mat. disp. 24. num. 18. apud quem ancilla statulibera dicitur quæ statutam, & destinatam habet libertatem in tempus, uel in conditionem: v. g. post annum, aut si hoc euenerit *l. 1. ff. de statu liber.* Item si libertas per fideicommissum relinquatur sic; Volo ut Titius hæres meus manumittat Stichum seruum meum: uel sic, rogo ut Caius, cui certum legatum relinquo, emat Pamphilum seruum Sempronij, & eum manumittat: huiusmodi serui dicuntur statuliberi, donec per hæredem, uel legatarium manumittantur. Capillos demere solebant serui libertate donati, & raso capiti pileum imponere *l. 1. § 5. ff. de Latina liber.*

835 Tribus alijs modis quos Iuristæ uocant

cant naturales, fiebat manumiſſio, vt habetur *Inſtit. de libertin. §. multis autem*, videlicet inter amicos, per menſam, & per epiſtolam. Inter amicos, cum quiſpiam à domino præſentibus amicis manumittebatur. Per menſam, quando ſeruus libertatis accipiendæ gratia à domino in conuiuium adhibebatur. Per epiſtolam quando ſeruo abſente, dominus miſſis literis permittebat, vt liber viueret.

Libertus. Libertinus.

Libertus idem valet atq; manumiſſus, & à libertate dicitur is, qui cum eſſet ſeruus, factus eſt liber. *Libertinus* apud Latinos præſertim Sueton. in Claud. vocatur filius liberti.

Verùm apud Iuriſtas *Inſtit. de libertin.* idem omninò ſignificat Libertinus, quod libertus: ita tamen vt ſola relatione diſcriminentur: nam libertus ſemper intelligitur cum reſpectu ad patronum, nempe eum, cuius eſt libertus: ſic dicitur libertus Ciceronis, libertus Cæſaris. Libertinus verò ſolum dicit conditionem nempe tertium illud genus hominum, qui nec ſunt ſerui, nec ingenui, ſed medij inter vtroſq;

Nouus homo.

Nouus homo dicitur ſeruus manumiſſus poſtea in ſeruitutem redactus. *L. ſi ſeruus in fin. ff. de adimen. leg.* Vide Parlad. diff. 93.

Libertus triplex.

836 Triplicem ſtatum, ſeu tria genera libertorum ex *Inſtit. de libert.* tradit Azor to. 2. lib. 2. c. 33. q. 5. ita vt pro comparata maiori libertate fierent ciues Romani, pro minori fierent ex lege Iunia Norbana Latini, pro infima fierent ex lege Aelia ſentia, Dedititij.

Romani ciues. Latini liberti.

Romani ciues fiebant liberti, qui quatuor ſupradictis modis, nempe teſtamento, aut cenſu, aut in æde ſacra, vt vindicta erant manumiſſi. *Latini* fiebant, qui inter amicos, aut per epiſtolam, aut per menſam manumittebantur.

Dedititij liberti.

Dedititij erant, qui ante manumiſſionem fuerant ſerui publicè vincti, aut notis inuſti, aut publicè verberati. Inter hæc tria genera (vt inquit Azor citatus) diſcrimen fuit, quòd Romani teſtamenta facere poterant, & ex teſtamento quibuslibet perſonis ſuccedere: at Latini, & Dedititij, nec teſtamenta condere, nec ſibi ex aliorum teſtamento relictum quidquam vendicarè poterant: vnde eorum iam defunctorum bona iterum ad patronos deueniebant. Inter Latinos, & Dedititios fuit differentia, quod Latini, ſi iterum teſtamento, aut cenſu, aut vindicta, aut in æde ſacra manumitterentur, plenè ciues Romani fierent: at Dedititij nulla vnquam ratione poterant in ciues Romanos plenè euehi, vt eorum priuilegijs gauderent. Iuſtinianus aboleuit Dedititiam, & Latinam libertatem, & voluit, vt ſola libertas, ac ciuitas Romana locum haberet *L. 1. dedit lib. toll. & l. 1. C. de Lat. lib. toll.*

Abortiuus libertus.

837 Præterea ſunt liberti, quos vocant abortiuos, orcinios, & orcinos, & quos dicunt aſſignatitios. *Abortiuus libertus* dicitur qui in teſtamento eius, qui abortus eſt, ideſt mortuus, manumittitur. Videtur coincidere cum Orcino, ſeu orcinio: nam *Orcinus libertus* dicitur ab Orco Inferorum, atque mortis Deo, quaſi manumiſſus ab eo qui tendit in Orcum Vel dicitur ab *Orthos*, ideſt directus, quaſi directe manumiſſus. Vlpianus *L. ergo ff. de fideicom.* Qui directam (inquit) libertatem acceperunt, orcinij erunt liberti. Quæ nam fuerit directa manumiſſio, diximus ſupra num. 834.

Orcinus libertus. Orthos.

Aſſignatitius libertus. Patronus. Libertorum appellatio.

Aſſiguutitius libertus (vt tradit Alex. Scot. v. libertus) eſt, quem patronus eius, cuius ex liberis ſuis eſſe velit, ei aſſignauit. *Patronus* autem (vt inquit Molina tom. 1. diſp. 160.) dicitur tum is qui liberaliter, hoc eſt abſque pretio, & recompenſatione libertatem conceſſit, eſto grauamen aliquod impoſuerit: tum etiam is, qui in tali iure primo concedenti libertatem poſtea ſucceſſit.

Liberta. Libertus. Liberti.

Libertorum appellatione, teſte Barboſ. tract. de verb. appell. Appel. 132. continetur etiam libertas L. *liberti ff. de verb. ſign. l. Cum pater §. cum inter ff. de leg. 2.* & venit communis: ideo non poteſt vocare in ius alterum ex patronis ſine venia L. *communis ff. de in ius vocand.* at non continetur libertus liberti L. *præter filium §. duabus ff. de leg. 3.* Vide Parlad. diff. 93.

SECTIO III.

De vocibus alijs, & modis loquendi ſpectantibus ad ſeruos.

838 INter ſeruos errones, & fugitiuos eſt illud diſcrimen, habita proportione, quod datur inter milites emanſores, & deſertores, vt notatur L. *qui cum ff. de re milit.* & nos expoſuimus ſupra elucid. 3. ſect. 4.

Errones ſerui.

Errones dicuntur ſerui, qui vagantur huc, & illuc ſine cauſa, cum tamen habeant animum redeundi ad dominos: *Fugitiui* ſunt qui ea mente recedunt, ne redeant ad Dominos, licèt poſtea redeant. L. *quis ſit fugitiuus ff. de ædil. edict.* Vide Azon in ſumma C. de ſeruis fugit.

Fugitiui ſerui. Fugitiuarij.

Fugitiuarij fuere olim ſeruorum comprehenſores, qui idem munus profitebantur, vt inueſtigarent fugitiuos, & reducerent. L. *ſi apud ff. de præſcriptis verb.* Eſt magna affinitas, ſi non identitas in ſignificatu horum trium nominum, Clarius, Mango, venalitiarius.

Clarius.

Quamuis enim *Clarius* apud Alberic. v. eodem, ſit idem quod actor, vel Caſtaldus ex L. *quæſitum §. ſi aliquem ff. de fundo inſtructo*, quam citat, ſed vt puto, non fideliter; tamen in proſodia ſecundo edita, ſumitur pro venditore ſeruorum & dicitur eſſe in vſu apud Iuriſtas.

Mers, & loco mercis.

De mangonibus, & venalitiarijs in L. *mercis appell. ff. de verb. ſign.* ſic habetur: *Mercis appellatione, homines non contineri Mela ait, & ob eam rem mangones, non mercatores, ſed venalitiarios appellari ait*: & rectè: Vbi notat

Gloſ.

Glos. aliud videri mercem esse, & aliud esse loco mercis: quamuis igitur serui merces non sint, sunt loco mercis.

Venalitiarij. Reuenditore. Mangones.

Venalitiarij apud Latinos sunt qui venalitiam negotiationem exercent, quos vulgus appellat *reuendiores*. In iure intelliguntur ferè semper Mangones, eo quòd venalitia, nempe seruos vænales expositos anticipatè emunt, vt charius vendant. *Mangones* sunt qui in seruis emendis, & vendendis negotiationem exercent. Et quidem fuere mentiendi coloris artifices gnari: nam solebant pueris, puellisq; inducere colorem adulterinum, ac verum robur inani sagina mentiri, vt chariùs venderent. Vnde *Mangonium* est artificium quod ad res faciliùs vendendas adhibetur. *Mangonizare* est componere, & ornare rem ad alliciendos emptores.

Mangonium. Manganilare.

Plagiarius.

839 *Plagiarius* de quo *l.fin.C.ad leg. Flau.de plagiarijs* dicitur vel à plaga maris, vbi quis seruos, vel liberos furtim subreptos vendit piratis, vel à plaga, nempe dolore, quo ille afficitur qui subreptus est: vel à *plagos* Græca dictione, quæ sonat *dolosè*. Est autem *Plagiarius* propriè non tantum, qui surripit seruos alienos, sed qui liberum hominem in seruitutem trahit: quique hominem emit quē scit esse liberum, & qui liberum esse sciens vendit, aut eo vtitur quasi seruo. *Plagium* est plaga, seu dolor, qui infligitur parentibus, vel dominis ob surreptionem suorum filiorum, vel seruorum: & accipitur pro crimine quod. Plagiarius committit.

Plagos. Plagium.

Stigma.

Stigma apud Latinos est nota, siue signum quod inuritur tum seruis, tum facinorosis Apud Iuristas *L. si quis C. de pæn.* est signum vel instrumentum quo brachia fabricentium figurabantur, cui nomen Imperatoris impressum erat. *Stigmatici* sunt qui stigmate notantur. *Veterana mancipia*, prout habentur *L. vltima ff. de public.* sunt quæ anno seruierunt. Veterator, & Nouitius seruus differunt apud Vlpian. *L. præcipiunt ff. de ædil.edict. Præcipiunt* (inquit) *ædiles, ne Veterator pro nouitio veneat.*

Stigmatici. Noui.

Nam *veterator* seruus is vocatur, qui diu seruiuit, & qui ex vetustate callidus est, sicut e conuerso Nouitius, qui nouus adhuc in seruitio est. *Vrbana mancipia* quæ sunt, exponit Iurisc. *L. seruis ff. de leg. 3.* his verbis, *Seruis vrbanis legatis, quidam vrbana mancipia non loco, sed opere separant, vt licèt in prædijs rusticis sint, tamen si opus rusticum non faciant, vrbana videantur.* Dicendum est autem quòd vrbani intelligendi sunt, quos pater familias inter vrbanos adnumerare solitus sit: quod maximè ex libellis familiæ, item cibarijs deprehendi poterit. Pro *libellis* panes albos intelligit Gloss. ibidem.

Veterator. Vrbana mancipia. Libelli idest panes albi.

Manumissor Manumissus emãcipatus.

840 *Manumissor* idest emancipator *l. 2. C. ad Tortul.* Item *Manumissus* quod emancipatus. *Instit. quibus mod. ius patron. potest. sol. §. præterea & de tutelis* in princ. quid importet hæc dictio *Inseruiens*, habetur *Cap. 1. de fideiuss.* addita Glos. quæ docet importare frequentiā, quasi *inseruire* sit plurimum, & frequenter seruire. *In seruitutem petere* pro exigere *L. in seruitutem ff. de bonis liber.* Quid sit in *L. fin. C. an serui pro.* hic modus loquendi, seruum domi conuenire, declarat Gloss. idest verberare. *Facere alicui statum controuersiam*, apud Glossam. *L. si fiscus ff. de iure fisci.* Est mouere litem de statu, seu conditione seruili, inquirendo an quis seruus existat? *Ducere seruos* dicuntur domini qui sua mancipia abducunt. *Abducere* est à loco ducere, siue per vim, siue absque vi, & iuxta Paulum in *L. Imperator ff. qui sine manu ad libert. peru.* dicimus Abducere de hominibus, sicut Abigere de pecoribus. Quare in causis liberalibus serui dicebantur duci, contra quos indicia in seruitutem data fuerant *L. duobus 30. ff. de liber. caus.* Obærati dicebantur duci qui addicti creditoribus in seruitutem fuerant. Ducere pugnum cum seruo *L. 4 ff. de iniur.* est seruum pugno cædere. Seruum restituere natalibus, vt habetur *l. 2. ff. de nata. restit.* est idem atq; restituere libertati, quam habet iure naturali.

Inseruiens. Inseruitutem petere. Conuenire domi. Controuersiam statui facere. Ducere seruos. Abducere. Abigere & abducere. Asserere in seruitutem.

Interpolare seruos vt habetur *L. præcipiunt ff. de ædilit. edict.* est eos curare (vt inquit Glossa) tondendo, balneando, impinguando, vt iuuenes appareant. Et quidem interpolare pro renouare sumitur. *Proclamare in ingenuitatem*, vt habetur l. t. ff. de collusione deteg. videtur exponi per modum alium loquēdi, qui habetur l. 2. eod. tit. nempe ex libertinitate se in ingenuitatem petere. Ille enim dicitur in iudicio proclamare qui aliquid petens palam, & valdè clamat, seu vociferatur.

Asserere manu.

841 *Asserere in seruitutem* apud Spiegel v. eodem est ex libero seruum facere. *Asserere manum* apud Alex. Scot. v. eod. ex Terent. est manum admouere. *Asserere manu*, & *Asserere* sine vllo addito est in libertatem vindicare. Hinc Assertores dicuntur vindices alienæ libertatis. *Assertio* iuxta Azon in summa de assertione tollenda, erat quoddam vanum, & friuolum iudicium quorundam, qui dicebantur assertores, eo quòd asserebant eum liberum, qui tamen erat seruus. *Liberalis causa* illa dicitur, quæ actionem in se continet libertatis.

Liberalis causa.

Edere nomē.

Edere nomen, in manumissione, quid sit, desumitur ex Vlpian. *l. 1. ff. de offic. cons.* Consules (inquit) & seorsum singuli manumittant, sed non potest is qui apud alterum nomina ediderit, apud alterum manumittere: Separatæ enim sunt manumissiones. Vbi edere nomen est profiteri nomen, seu dare nomen, vt in numerum referatur. *Edere nomen* (inquit Budæus hoc loco) est curare nomen inscribendum, & veluti eius nomen profiteri in actis, quem manumissuri sumus: id quod fiebat

bat

Nomina.

bat ante cognitionem consulis. Gloss. ibidem. *Nomina*, intelligit probationes causarum, quæ sunt *Instit. qui ma. non pos. §. eadem.*

In fraudem manumittere. Fraus pro damno. Intricare peculium.

842 *In fraudem creditorum manumittere* quid sit, declarat Imperator *Instit. quib. ex cau. manum, non lice. §. In fraudem creditorum manumittere videtur, qui vel iam eo tempore, quo manumittit solvendo non est: vel qui datis libertatibus desiturus est solvendo esse.* Vbi fraus sumitur pro damno fraudulenter inferendo. *Intricare peculium* apud Vlpian. *l. 1. §. 4. de seruo corrupt.* & *L. 21. ff. de poenl.* dicitur seruus qui in ære alieno est, & res quasdam pignori opposuit. *Ius aureorum annullorum* impetratum à liberto quid sit exponit Sebastian. Brant. in Digest. lib. 40. tit. de iur. aureor. annul. Olim (inquit) liberti non poterant deferre annulos, nisi hoc à principe impetraretur: fuit enim delatio annulorum signum libertatis, & ingenuitatis, & ob hoc solis liberis hominibus concessum. Qui ergo liberti ius annullorum ex patronorum consensu impetrabant, reputabantur pro ingenuis quoad multa, 1. ut haberent tutorem ingenuum, quem alias non haberent. 2. quoad honores. 3. ut contraherent matrimonia cum nobilibus. In multis tamen reputabantur ut liberti: de quibus Glossa in L. pen. eod. tit.

Annulorũ aureorum ius.

Actus appellatio.

Hodie de iure nouissimo omnes liberti sunt fere ingenui. *Auth. vt lib. de cat. aur. non egeau §. 1. collat. 5.* Actum reipublicæ gerere quid sit in *C. lib. xt. tit. 36.* exponunt Sebastianus Brant. & Garcia Toletan ut ibidem *Actus appellatione* contineantur officia seruilia sordida, uilia seruis non liberis hominibus deputata, qualia sunt v.g. latrinas, & cloacas publicas mundare, plateas, ac uias publicas uerrere, purgare, & similia, quæ uideri possunt tit. de excusat. muner. lib. 10. Sunt qui interpretentur Actum idest *tabulariam* ad quam serui publici, idest notarij tantum coguntur *L. qui manumittitur ff. de oper. liber.*

Tabulariã.

ELVCIDATIO VIII.

De bonis Clericorum, siue Ecclesiasticis.

843 *QVandiu immoramur circa materiam iustitiæ, non erit absere explicare bona Ecclesiastica, seu clericorum, eo præsertim loco, quem proximè antecedunt elucidationes bonorum, quæ laicis, & clericis communia sunt. Missa igitur explicatione beneficiorum ad peculiarem, & præcipuum elucidationem, præsens sermo erit de bonis clericorum generaliter, & specialiter acceptis, ac tandem de ipsorum vestibus, & sacra supellectili.*

SECTIO I.

De bonis, & spolijs clericorum quasi in genere acceptis.

Bona Ecclesiastica.

BOna Ecclesiastica, quæ scilicet ad Ecclesiam, vel personas Ecclesiasticas spectant (vt notat Mol. to. 1. de iustit. disp. 142.) sunt in triplici differentia: nam quædam sunt, quæ non tatinne Ecclesiæ, ministerijve Ecclesiastici, sed aliunde ad clericos pertinent, nempe hæreditario iure, contractu, donatione, opificio, aliaue ratione simili, & dicuntur *patrimonialia bona* clericorum, quædam sunt quasi patrimonialia, quæ spectant ad clericos ratione ministerij Ecclesiastici, ita tamen vt non sint fructus beneficij, præstimonij, & pensionis. Huiusmodi sunt, quæ comparant ministrando funeralia officia, confessiones audiendo, missas celebrando, iudicem Ecclesiasticum agendo, concionando, canendo, organa pulsando, agendo Capellanum, ac Vicarium temporarium. Item quæ summus Pontifex confert quibusdam Cardinalibus per singulos annos in subsidium decentis sustentationis: vel Episcopo, quem aliquo mittit, in expensas itineris.

Patrimonialia bona.

Alia sunt bona, quæ pertinent ad Ecclesias, aut hospitalia, aut alia pia loca, siue mobilia sint, siue immobilia, & siue immobilium fructus annexi sint beneficio, ad beneficiatumq; proinde spectent, aut non: sed vel ad fabricam, vel ad infirmos curandos, vel ad aliquid aliud deputati sint. In bona primæ, & secundæ differentiæ habent clerici dominium: in bona tertiæ differentiæ habent solam administrationem: estque illorum dominium penes Ecclesiam particularem, v.g. Eborensem, aut Toletanam, in qua reperiuntur. Ita Molin. citat.

844 Azor to. 2 lib. 6. c. 1. q. 3. bona Ecclesiasticorum ita diuidit, vt quædam temporalia, quædam verò spiritualia, diuina, & sacra reputentur. *Temporalia* sunt prædia, domus, oppida, Castella, Villæ, & quælibet aliæ possessiones ex liberalitate Regum, & Principum, & aliorum insignium virorum donata, quæ ad splendorem & decorem, & potentiam potiùs clericorum, quàm ad necessarium vitæ præsidium, & cultum spectant: vt in quibus ipsi clerici quibus donantur, iurisdictionem temporalem habent, cuiusmodi sunt castra, oppida, & vrbes, quæ vnà cum iurisdictione temporali dantur Episcopis & alijs Ecclesiastica dignitate præditis.

Temporalia clericorum.

Sacra verò bona, & diuina censentur ea, quæ ad clericos commodè sustentandos sunt destinata. Quamuis enim omnia, & quæcunque bona prout deputantur sacris vsibus, & ministerijs, sacra, ac diuina appellari possint: at peculialiter, & iure potiori vocantur sacra bona tum decimæ, & primitiæ, tum alia hominum munera, quæ Ecclesijs offeruntur; vt

Sacra bona.

sint alimenta, vitæ subsidia, & quasi laboris stipendium,ac merces eorum qui Ecclesijs inseruiunt, ac ministrant. Bona de mensa Ecclesiæ,de quibus fit mentio *cap. vt super de rebus Eccles.* non alien. iuxta Menoch. de arbit. cas. 433. n.2.sunt quæ perpetuò vnita fuerunt Ecclesiæ, atq; ita quæ nunquam alteri ab Ecclesia, post à se quæsitum dominium, concessa, fuerunt.Item censentur de mensa Ecclesiæ illa esse,quę & si semel,vel pluries fuerint cōcessa attamen sunt tandem in ipsam Ecclesiam reuersa, & ipsius patrimonio in corporata. Præsumuntur (teste Guidone Papa q 153.num.3.) de mensa Ecclesiæ esse ea,quorum dominium directum & vtile penes ipsam Ecclesiam est. Vide Mascard. de probat. concl.203. n.2.

Spolia clericorum.

845 *Spolia clericorum* quæ sint, vt intelligatur, prænotandum est *spolium* apud Latinos propriè appellari quidquid hosti detrahitur Plin.lib.7.tit.26. Apud Legistas *L.vlt.§.panicularia ff. de bonis dam.* Vestes illæ,quibus fuit indutus condemnatus, cum ad supplicium duceretur, spolia vocantur. Item à Menoch. tract.de recup. possess.init.n.3. Spolium dicitur ea res, qua spoliatus possessor fuit. Apud Canonistas Spolia clericorum (vt testatur Azor.tom.2.lib.8.cap.1.q.1.& 2.) dicuntur ea bona, quæ clericis vita functis, Romani Pontificis authoritate, Fiscus Apostolicus accipit, ne ad eorum hæredes, futurosve in beneficio successores transmittantur: & sic possunt definiri, seu potiùs describi, vt sint ea bona à clericis quibuslibet, etiam religiosis, ratione, & iure Ecclesiæ acquisita, vel ex negotiatione contra Canones comparata, & post obitum relicta. Sic Redoan. quæst. 1.de spol.Eccles.n.7.

Spoliorum appellatio.

Spoliorum ad R. Cameram Apostol. spectantium nomine (vt ex varijs constit.& text. probat August. Barb. tract. de appell. verb. appel. 247.) continentur bona Ecclesiasticarum personarum, sine licentia Sedis Apostolicæ de eis disponentium: Item acquisita ob illicitam negotiationem: deinde relicta illegitimis: necnon bona vacantia:fructus similiter ante literarum Apostolicarum expeditionem, aut aliàs malè percepti:item bona regulatium decedentium extra claustra: bona clericorum morientium extra residentiam, deniq; fructus beneficiorum Italiæ Sedi Apostolicæ reseruatorum, vel affectorum, dum vacant. At non continentur ornamenta, & paramenta Ecclesiarum, nec supellectilia domestica, nec bona clericorum, qui beneficia, aut pensiones non excedentes summam ducatorum triginta habuerunt.

Cleronomia. *Prouentus Ecclesiastici.* *Prouenio.* *Prouentuū appellatio.*

846 *Cleronomia* apud Alex. Scot. v.eodem interpretatur hæreditas diuina. *Prouentus Ecclesiastici* idem sunt, atque reditus Ecclesiæ: & dicuntur à verbo: *Prouenio* quod est producor, fructifico. *Prouentuum Ecclesiasticorum* nomine non contineri quotidianas distributiones, sumitur ex cap. licèt de præbend. Quid verò præciso nomine prouentuum comprehendatur, sumunt aliqui ex *l. vsuf. legat. §. 1. ff. de vsufr.* Videatur Innocent. in cap. Pastoralis de donation. Apud Molin. to. 2. de iust. disp. 501. habetur lata, & dilucida explicatio bonorum Ecclesiasticorum, quæ sunt Episcopatus Conchensis: vbi, quæ dicuntur vulgo *Refitores* nempe decimæ ad mensam capitularem spectantes, quod nomen ex refectione videtur desumptum: & quæ dicuntur *vestuaria* nempe spectantia ad vnumquemque canonicum, quotannis, quasi ad vestitum, ornatum, & ampliorem familiam. *Refitores.*

SECTIO II.

De bonis clericorum quasi in specie.

847 PRimum, ac præcipuum bonum Ecclesiarum, & clericorum est *Immunitas*, quæ alio nomine dicitur *Emunitas*, ita vt sit quasi non munitas, importetque negationem munium, scilicet officiorum vel onerum: vel sit quasi extra munia, aut munera libertas. Quare immunitas indefinitè loquendo est libertas, vel exemptio cuiuscunque muneris personalis, & mixti. In *tit. 25. Codicis lib. 10.* Sumitur immunitas pro exemptione tributorum, quæ Imperatori, regi, vel principi, vel pro publica vtilitate,aut vrgente necessitate præstantur. *Immunitas.* *Munium libertas.*

Immunitas Ecclesiastica teste Syluestro v. eodem est libertas concessa Ecclesijs, vel Ecclesiasticis personis, & rebus ad eas sperantibus:vel est priuilegium Ecclesiasticę libertatis, vel personarum, aut rerum ad eam pertinentium: proindeque videtur Immunitas cum libertate coincidere. Suarius lib. 4. contra errores Angl. cap.1. pro explicandis nominibus Ecclesiasticæ immunitatis, libertatis, & exemptionis, notat immunitatem in genere sic describi: Est priuilegium, quo res aliqua vel persona à communi aliqua obligatione, seu onere eximitur. Habetur ex *L. munus 18. ff. de verb. sign.* & ex parte subiecti triplex est, nempe immunitas locorum, personarum, & bonorum. Immunitas, & libertas solo nomine diffident. *Ecclesiastica immunitas.*

Exemptio quamuis immunitatem, & libertatem significet, tamen videtur esse magis facti, quam iuris, & magis effectum priuilegij, quàm ipsum priuilegium significare. Quamuis exemptio (teste eod. Suar. cit.) concessa Ecclesiæ, vel personis Ecclesiasticis, qua tales sunt, ad immunitatem Ecclesiasticam ita spectat,vt illius violator, huius etiam violator sit: tamen nō censetur violare Immunitatem Ecclesiasticam, qui violat priuilegium particulare datum tali Ecclesiæ,ex peculiari illius consideratione *Violator Ecclesiæ* dicitur quicūq; ipsam Ecclesiā,frāgēdo ostia,capiēdo res sacras, & in- *Exemptio.* *Violator Ecclesiæ.*

& inuadendo, priuilegia sua non custodiendo offendit. Quæ nam sint priuilegia, quibus fruuntur res, & personæ Ecclesiasticæ optimè recenset Azor to.2.2.lib.9.c.10.& 11.

848 Vt prosequamur explicationem aliorum bonorum, nobis sese offerunt Canonica portio, siue Episcopalis, siue Parochialis, charitatiuum, Cathedraticum, Mansus, Emphanastica, & similia. *Canonica portio* est illa, quæ approbatur per canones, & per eosdem debetur Ecclesiæ. Talis habetur *Clemen. dudum, de sepult. cap.* de *his & Cap. decernimus* 10.q. 1. & *Cap. Conslituatum* 16. q. 1. est duplex altera Episcopalis, altera Parochialis. *Episcopalis portio* quæ frequentiùs *quarta Episcopalis* appellari solet, est illa, quam Episcopo debent omnes Ecclesiæ, quæ sunt in ipsius diæcesi constitutæ, ex omnibus bonis, quæ ipsius relinquuntur, & obueniunt: Estque tertia vel quarta pars.

Episcopalis portio. Quarta. Episcopalis.

Parrochialis, quæ similiter *Quarta Parochialis*, & alio nomine *Quarta funeralis* dicitur, est illa, quam habet Ecclesia parochialis ex his bonis, quæ parochiani legant, siue relinquunt, vel offerunt ratione funeris, cum quis alicubi extra parochialem eligit sepulturam: Estque dimidia, vel tertia, vel quarta pars iuxta diuersas Ecclesiarum consuetudines, *Cap. certificari de sepult.* Debet quartam funeralem omnis Ecclesia, in qua quis sepelitur, vel ad quam se transfert, etiamsi alioqui sit exempta: Debetur autem ex omnibus, quæ obueniunt ratione funeris, nimirum in die, quo quis sepelitur, & ex omnibus, quæ legantur Ecclesiæ, in qua quis sibi eligit sepulturam, siue res mobiles sint, siue imobiles. Non autem debetur, si legatum sit personæ, non loco. Vide multa de vtraq; quarta apud Azor to.2.lib.9 c.12.& 13.

Parochialis portio. Quarta. parochialis. Funeralis quarta.

Faneralia prout habentur in *Clem. dudum. de sepult.* sunt quæ cum funere deferuntur, ita vt vel funus comitentur, vel causa funeris offerantur: cuiusmodi reputantur candelæ, quas manu gestant comitantes funus: item quæ leguntur pro faciendis sacrificijs Missarum: imò quæcunq; obueniunt Ecclesiæ ratione funeris, siue antequam corpus terræ mandetur, siue post, vsq; ad diem trigesimam.

Faneralia.

849 *Charitatiuum* est subsidium Episcopis dari solitum, quando redditus propriæ Ecclesiæ satis non sunt ad onera sustinenda. Habetur C. *Cum Apostolus §. prohibemus, de censibus*. Quinam possint exigere huiusmodi subsidium, & à quibus personis exigendum est, & similes alias quæstiones resoluit Azor to.2.lib.9.c.14. *Cathedraticum*, de quo fit mentio x.q.111. *Placuit*, & sic appellatur, quia soluitur in honorem Cathedræ Episcopalis iuxta Alex. Scot. v. eod. est quod soluitur annuatim Episcopo à suis clericis suæ diæcesis in signum subiectionis, vel obedientiæ, vel etiam sustentationis, & est duorum solidorum.

Charitatiuum. Cathedraticum.

Mansus apud Suar. de error. Angl. lib. 4. c. 19. n. 2. dicitur fundus vbi Ecclesiæ ædificata est, imò & horti iuxta Ecclesiam positi, & prædia in dotem Ecclesiæ peculiariter collata: quæ omnia (vt inquit) à tributis eximuntur. De manso fit mensio Cap. Sancitum est 23.q.8.& L. feudorum 1.lib.4.§.4. Baldus ibi definit mansum, in quo homines commorantur, & manet. Cuiacius sic, agrum, siue fundum, vnde quis se, & familiam tueri commodè, & domino vectigal, siue censum referre potest. Aluarottus definit fundum, siue agrum, qui duobus bobus ad laborandum sufficit. Alex. Scot. v. eod. Mansus (inquit) secundùm vulgare Italorum, dicitur quantitas terræ, quæ duobus bobus sufficit in anno ad laborandum, Azor to.2. lib.6. c.1.q.2. verius credit quod alij tradunt, nempe mansum, neque esse domum neq; hortum, sed agrum certi modij, ac mensuræ, qui propterea *Metatus* dicebatur. Agros enim antiqui funibus, vel perticis demetiebantur, & deinde limitibus distinguebant, qui *agrorum mensores* vocabantur: ager verò, quem quis dimetiebatur, & limitibus suis diuidebat, Mansus appellabatur.

Mansus. Metatus.

850 *Emphanastica*, de quibus fit mentio *Nouella* LVI. à verbo *Emphanastichi*, quod est profiteri, & publicare, dicuntur illa bona, quæ clerici dare solebant, cum in numerum, & ordinem clericorum magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ coaptabantur. Denique spectat ad elucidationem bonorum Ecclesiæ, quæ solemnitas in bonis Ecclesiasticis alienandis.

Emphanastica.

Dilapidator bonorum Ecclesiæ (teste Syluestro v. eod.) censetur Prælatus res Ecclesiasticas alienans, & malè expendens: qui & deponi debet XII. q.2. Apostolicos XVII. q.4. nullus res, suspenso huiusmodi dari debet coadiutor *cap. venerabili de officio de legati*, & *Cap. licet Heli § quia verò, de simon.* Est autem dilapidare bona, uel res, prodigaliter, & indifferenter erogare, vt notat Archidiac. Ad *Cap. statum, de rescript. in 6.* & apud Legistas sic accipitur *l. verum in fine ff. de minor.* Et *L. si pro ea C. mandari.* *Mendicitas clericorum* nempe talis egestas, quæ cogat clericos ostiatum emendicare *in 93. dist. Diaconi*, dicitur ignominia Episcoporum quasi horum tantum creuerit malitia, ut omnia occupantes cogerent clericos mendicare.

Dilapidator. Dilapidare. Mendicitas clericorum.

Fabrica Ecclesiæ sumitur pro ædificio Ecclesiæ, & videtur extendi ad omnia, quæ cultui, & ornatui Ecclesiæ in seruire possunt. Debet habere quartam decimæ XXV. causa in princ. & statuta fuit XII. q.1. *futura, & de consec. dist.* 1. Vide Archid. *cap. Vnico de reliq. & ven. Sanct. in 6. fabrica*. Qualis esse debeat solemnitas in rebus Ecclesiasticis alienandis: quid ibi sit *authoritas*, quid *tractatus*, optimè explicat Molin. to.2. de iustit. disp.468.

Ecclesiæ. Fabrica. Solemnitas alienationis.

SECTIO III.

De vestibus clericalibus, sacris ornamentis, & sacra supellectili.

Sacra vestis. 851 Sacra vestis in iure ciuili *L. 3. C. de Castrens. l. 12.* est eadem atq; vestis Imperatoris: in iure canonico est vestis sacerdotalis, pro qua describenda, vt altius sumamus exordium,& cum Bened. Aria Montano in Appar. sac. Bibliæ sacerdotem legis veteris ornatum sacris vestibus intueamur, prætet *Fæminalia* quæ vulgo *Bragas* dicimus, & fuere communia Pontifici maximo, ac minoribus sacerdotibus ad vsum operiendi turpitudinem carnis, earum, quæ ad ornatum,& decorem inseruiebant, prima fuit *Linea stricta*, seu *Tunica byssina* forma instat talaris Romanorum stolæ: erat vestis longa, manicara, qua totum corpus,excepto capite, & collo, operiebatur: ita tamen texra, vt oculorum figuras continuis,contiguisq; ordinibus referret:sic Hebræi *ocellatam vestem* dicere poterant, sicut Romani *scutulatam*.

Fæminalia. *Linea stricta.* *Tunica byssina.* *Ocellata vestis.* *Scutulata vestis.* *Supparum.* *Meghil.*

Huic superinduebatur tunica, quam possumus vocare *Supparum* & erat vestis duplicis formæ,altera *Meghil* simpliciter, altera *Meghil Ephod*: nuncupata. Prior solura, ac fine manicis, qua totum corpus tegebatur, sicut Romanis toga, Græcis pallium fuit, & quidem cōmunis tū sacerdotibus,tum laicis, siue uiris, siue fœminis.Posterior vndiq;clausa,formæ integra, nulloq; latere aperta nisi quantum brachia, caputq; admitteret. Ab huius vestis inferioribus fimbrijs pendebant malogranatorum figuræ ex hyacinto,purpura,& ostro constructæ.

Ephod. *Superhumerale.* *Scapulare.* 852 Tertium indumentum fuit *Ephod*: Latini vertunt *superhumerale*, seu *scapulare*, dictum à præcingendo, seu potiùs ambiendo: nam tergum, pectus, humerosq; ambibat. Ex materia varia, & multicolore, auro impr imis ductili, hyacinto, ac purpura,& cocco bis tincto constabat: Huius duæ partes fuere, anterior,& posterior ad humerosq; coniunctæ,quę vt corpori hærerent,baltheo cingebantur,atq; in vtroq; humero fuere duæ gemmæ auro inclusæ continentes duodecim nomina filiorum Israel, vnaquæq; sex.

Logion. *Rationale.* Quartum ornamentum,quod Græci *Logion*, Latini *Rationale* vocant, fuit ex auro,hyacinto, purpura, & murice dibapho, summi sacerdotis pectori imponendum: proindeq; quadratæ figuræ,hoc est quatuor lateribus æqualibus ad angulos rectos coniunctis: huic gemmæ duodecim auro inclusæ hætebant, in quibus duodecim filiorum Israel nomina incisa fuere. *Baltheus* ex eadem materia,& artificio Ephod cum omnibus inferioribus vestibus coercebat. *Cidaris* ornamentum fuit quod ambiebat, operiebatque caput, eo fere modo, quo orientalium incolarum tiara, quam Turcico vocabulo *Turbante* dicimus. Ea omnis linea, aut byssina, erat eximij candoris, cui ad frontem alligabatur aurea lamina hoc inciso elogio. *Sanctus Domino*: Minoribus sacerdotibus vna simplex tunica, siue linea stola præscripta fuit, cum duobus ornamentis cingulo, & cidari ex lino etiam candidissimo confecta.

Baltheus. *Cidaris.* *Turbante.* *Sanctus. Domino.*

Clericalis habitus. 853 De clericis, & sacerdotibus legis gratiæ vt sermonem habeamus, disquirendum imprimis est, quinam censeatur *Clericalis habitus*? Nec inutilis, sed necessaria erit inquisitio, vt intelligatur quinam clericus fori priuilegio gaudeat, iuxta Trident. sess. 23. cap. 6. Quare Albertus Trotius de perfecto clerico cap. 38. notat ex Panorm. *ad cap. pen. de vita,& honest. cleric.* num. 18. habitum clericalem esse vestes honestas. Cæpol. cons. 11. n. 30. dixit Clericos sæculares debere vestes vsq; ad talos portare, sicut hodie portant clerici in sacris ordinibus constituti. Et quidem vestium honestas præcipuè petenda est ex forma, & materia, ira vt vestes secundum formam sint desuper clausæ, neq; nimis longæ, neq; nimis breues, sed talares, seu demissæ vsq; ad talos pedis: secundùm materiam nec sint virides, nec rubeæ, nec virgatæ, seu uersicolores, nec nimis fulgidæ, seu pretiosæ, ut ex uarijs textibus probat Reginald. in praxi lib. 30. tract. 3. c. 2. num. 14.

Verùm communis Theologorum,& iuristarum consensus est, multos citantibus, & sequentibus Couar. pract. c. 31. num. 7. ver. 4. Farinac. in praxi crimin. q. 8. num. 69. & Sanch. lib. 7. matr. disp. 46. num. 6. certis limitibus præscribi non posse quinam sit clericalis habitus: sed id relinquendum esse communi consuetudini regionis, dummodo ea talis sit, quæ ab honestate non abhorreat. Ille igitur dicetur gestare clericalem habitum,qui fuerit indutus quibuscunq; uestibus,quas communis usus talis prouinciæ ranquam clericis honestas admittit, ita ut ex earum aspectu à quocunque clericus iudicetur.

854 Vt uerò seorsim exponamus sacras uestes, seu ornamenta, quibus induitur sacerdos celebraturus, rectè notant Suar. tom. de sacram. disp. 82. sect. 2. & Azor tom. 1. lib. 10. cap. 28. q. 9. Sex esse huiusmodi uestes præcipuas, scilicet Amictum, Albam, Cingulum, Manipulum, Stollam,& Casulam:quas omnes numerat Concil. Rhem. cap. 4. *Amictus* dicitur ab amiciendo,& alijs nominibus uocatur *Anabolagium*, *Ambolagium*, & *Anagolagium*. Illum dixit *Superhumerale* Alcuinus ad cap. qui signif. uestimenta.

Amictus. *Anabolagium.* *Ambolagium.*

Humerale. Honorius in gemma lib. 1. cap. 201. *Humerale* uocauit, quia humeros tegit. Ab eo cingi collum, dorsum, & pectus tradit Innocent. III. lib. 1. cap. 50. Vbi rectè distinguit *Orale* ab *Amictu*: nam *Amictus* ante Albam, *Orale* post Albam

Orale, & amictus.

Albam induitur, & diuersa vtriusq; forma est. Deinde *Orale* quod hodie dicitur *Taaon* à Marcello in Cærem. Pap. lib. 2 cap. 14. peculiaris Summi Pontificis vestis est. *Alba* vestis est linea, quæ totum sacerdotem induit, & vsq; ad talos extenditur. Eadem *Poderis* appellatur à Nazian. orat. 3. *Camisia* ab Amalar. cap. 18. *Tunica linea* ab Iuone ferm. 3. *Linea Dalmatica* in ordine Romano n. 2. & *Supparus* ab Alcuino.

Taaon. Alba. Camisia. Poderis.

855 *Cingulum* est Zona iuxta Alcuinum, seu Baltheus iuxta Ioan. Diacon. in vita S. Gregor. lib. 4. cap. 80. quo Alba restringitur, ne supra pedes defluat, & gressum impediat. *Manipulus* est quædam mappula, quæ in sinistro brachio appensa gestatur, & decem nominibus, vt tradit Concil. Rhem. apud Burchardum lib. 2. c. 50. insignitur. Quidam enim dixere manipulum, mappulam sudarium, cingulum, brachiale, Fauonem, & Phanonem: alij mantile, mappam paruam, linteum, cincticulum, & aerem. Vide Gauantum p. 2. tit. 1. n. 3.

Cingulum. Manipulus.

Fuit *Manipula* ornamentum, quod Constantinus Imperator Cardinalibus concessit, vt videre est apud Specul. in rationali diuinarum lib. 3. Sub Rub. de manipu. *Stola* dicitur à voce Græca *Stoli* idest indumentum, vel à verbo *Stello* idest orno. Fuit olim vestis muliebris ad talos vsq; demissa, sicut toga virilis. Modò ad genua tendit, vt ait Amald. lib. 2. c. 20. & quamuis ab initio (vt tenet author gemmæ lib. 1. cap. 20.) vestis foret candida, & patula, atq; pertingeret vsq; ad talos, tamen introducta Alba, seu Camisia sacerdotali, mutata est stola in torquem cum fimbrijs, vt eam describit Rubert. lib. 1. cap. 33.

Manipula. Stola. Stoli. Stello.

Eandem appellant *Orarium* antiqui patres, & Concilia, quos latè recenset Suar. tom. de Sacram. disp. 82. sec. 2. Vbi exponit mysticam significationem illius, & reliqui ornamenti sacri. Dixère igitur illi stolam Orarium, teste Alcuino, quia oratorum, hoc est prædicatorum habitus est: datur enim presbyteris, & diaconibus, quorum munus concionandi peculiare est. Beda in collect. cap. de sept. ord. vocabulum deducit ab oratione: quia in oratione, & ministerio sacramentorum frequens est stolæ vsus.

Orarium.

856 *Casula* multipliciter nominatur, scilicet *Penula* à Baronio anno 58. n. 69. *Infula* ab Hugone vict. in specul. Eccles. cap. 6. *Taaica* à Seuero Alexandrino de ord. oblat. *Cappa* ab Isidoro lib. 15. orig. cap. 12. *Phelonium* in actis Ecclesiæ Mediolan. p. 4. lib. 2. & *Planeta* à Græcis. Dicitur *Casula* teste Azorio tom. 1. lib. 10. cap. 28. q. 9. quia instar exiguæ casæ totum hominem contegit. Dicitur *Planeta* Græcè ab errore: propterea quod vestis erat sine manicis omni ex parte errabunda, & totum hominem circuibat. Erat item consuta, vndique clausa, & ad talos vsq; demissa, ita vt sacerdos ex vtraque parte sinistra, & dextera ipsam complicaret, manusque & brachia extenderet, cum opus esset. At post tempora Ruperti diuisa fuit, vt indicat Innoc. lib. 1. cap. 41. olim cum cruce etiam in parte posteriori, nunc cum columnæ potiùs specie, recentiori vsu, vt passionem domini significet, & videatur constituere sacerdotem inter columnam, & crucem Christi.

Casula. Penula. Infula. Cappa. Phelonium. Planeta.

857 Sunt & alia paramenta, quæ specialiter ornant Episcopum: nempe Caligæ, Sandalia, Tunicellæ, Dalmaticæ, Chirothecæ, Mitra, Gremiale, Pluuiale. Apud S. Hieronym. in Isai. lib. 5. cap. 20. *Caligæ*, & *Sandalia* pro eodem reputantur, dicunturq; soleæ ab Alcuino in Cap. Quid sig. vestim. Verùm distinguntur in habitu Episcopali iuxta Innocen. 3. lib. 2. cap. 48. nam *Caligæ* primùm induuntur vsq; ad genua, at Sandalia pedes tantum contegunt. Dictæ caligæ quia ligantur ex Isid. lib. 19. orig. cap. 34. Eædem dicuntur *Cambagi*, *Pedules*, *Compagi*, & Campobi.

Caligæ Sandalia. Cambagi.

Dalmatica fuit olim sine manicis sic dicta à Dalmatia, vbi primùm reperta: quam Ammian. Marcel. lib. 14. *Pectoralem tunicam* vocat. Pertusas habet alas, item duas lineas ante, & retro: deniq; formam crucis. A temporibus Syluestri initium ducit. Olim soli Episcopi, & quidem non sine Papæ facultate, Dalmatica vtebantur: modò illa tam Diaconi quàm subdiaconi vtuntur. *Tunicella* ideo sic dicta. quia minor est Dalmatica. Ad vsum Pontificis aliquando dictæ fuerunt Dalmatica maior, & minor: quia altera latior, altera strictior.

Dalmatica. Pectoralis tunica. Tunicella.

Chirothecæ vulgo *lauas* in ordine Romano vocantur *Maaica*, quia manus contegunt, & ornant. *Mitra* seu *Apex* iuxta August. 2. Ciuit. 15. nuncupatur multiplici nomine, scilicet corona sacerdotalis, sertum cum gemmis, Pileum, tiara, Cidaris, Phrygium, Lorum, Auriphrygium circulare, Infula, Diadema, vitta, vt cum varijs authoribus probat Gauantus p. 2. tit. 1. num. 6. Est ornamentum capitis habens duo redimicula per maxillas fluentia: item duo cornua accepta, ni fallor, à Cidari Hibræorum referente quasi cornua Moysis ex consortio Dei.

Chirothecæ. Maaica. Mitra. Apex. Tiara. Cidaris. Infula. Diadema.

858 *Gremiale* sic dicitur quòd ad Episcopi gremium ponatur: & quidem ei tantum deseruit super femora, cum Planetam indutus sedet. *Succinctorium* vocari arbitratur Vicecomes lib. 3. cap. 15. *Pluuiale* est etiam vestis Episcopi ad horam tertiam, vesperas, Laudes, & Processiones. Pluuiale, & Cappa sunt idem apud Durand. lib. 2. cap. 1. sic describitur ab Honorio in Gemma lib. 1. cap. 227. Habet, (inquit) in supremo caputium, ad pedes pertingit, fimbrias habet, ante aperta manet. Pluuialis nomen adepta est, quod in processionibus adhibita, extra Ecclesiam caputio tegeret sacerdotem, cum plueret.

Gremiale. Succinctorium. Pluuiale.

Pallium Archiepiscopale sic discribitur à Sanches to.2.opusc.lib.7.c.1.dub.16.n.1. Est ornamẽtum ad modum stolæ sacerdotalis crucibus nigris in textum, super alia ornamenta delatum, humeros ad instar coronæ, pectusque circundans, ante dependens. Successit loco ratiolis, quo summus sacerdos in lege veteri ornabatur, vt docet S. Thomas in 4. dist. 24. q.3. ad 5. vbi addit datum esse pallium Archiepiscopis pro torque victoribus dari solito.

Pallium Archiepiscopale.

Birrum, à quo deriuatur *birretum*, quod sumitur pro pileo, paruo capitis indumento, fuit teste Penotto cap.22. num.4. Vestis ampla, & longa, quæ totum corpus ita contegebat, vt etiam caput posset operire, proindeque fungi officio nostrorum pileorum, & Capparum. Baron. tom. 2. anno Domini 261. à num. 90. credit *Birrum Augustinianum* esse Mozzetam, siue Mursam, qua Episcopi, & Canonici vtuntur. *Lacerna* erat longus amictus correspondens Muzzetæ, longior tamen, & amplior ad terram fluens. Apud Romanos togæ superindici solebat ad repellendas temporum iniuria. Vide D. Rothericum de Acunha ad initium Dist. 100.

Birrum. Birrettum. Mozeta. Mursa. Lacerna.

859 *Superpelliceum* Ecclesiastica vestis est communis Episcopo, Presbytero, Diacono, & reliquis Ecclesiasticis in administratione sacramentorum. Sic dicta, teste Duran. l. 3. cap. 1. quòd olim induetur super tunicas pilliceas de pellibus animalium confectas, ad indicandam innocentiam supra peccatum Adæ, quem vestiuit Deus tunica pellicea. Idcirco albi coloris est. Item laxa, clericalis vita in eleemosynis larga esse debet, vt notat Honorius l. 1. Gemma cap. 232. Eadem appellatur *Cotta* à Cottis, quod apud Doctores caput significat, ex Rodigin. l. 7. cap. 23. nam in ea caput primo inseritur, mox reliquo corpore velato, solum caput in eo conspicitur exertum. *Ornamentorum Ecclesiasticorum* appellatione venit liber, calix, & similia. *Cap. degradatio ver. clericus igitur de pæn. in 6.* Vbi Philipp. Franc. in ver. Secundo nota, & sylu. V. degradatio num.2. notant legata facta pro ornamentis Ecclesiasticis posse in illa conuerti. De his tamen, & alijs para. mentis altaris nobis erit sermo, cum sacrificium Missæ exposueri- mus.

Superpelliceum. Cotta. Ornamenti ecclesiastici appellatio.

ELVCIDATIO IX.

De bonis comparatis per venationem, aucupium, piscationem, fodinarum, & thesaurorum inuentionem.

860 *DVm præmanibus habemus obiectum materiale iustitiæ, quod præcipuè in bonis temporalibus consistit, perscrutari debemus bona quæ per venationem, aucupium, piscationem, fodinarum, & thesaurorum inuentionem comparari solent. Vnde præter explicationem venationis, aucupij, piscationis, fodinarum, & thesaurorum, præcipuus nobis labor erit tractare de feris, metallis, & nonnullis alijs ad prædicta concernentibus.*

SECTIO I.

De venatione, aucupio, & piscatione.

VEnatio est quædam vestigatio, seu potiùs exercitium ordinatum ad insidiosam captionem animalium terrestrium, quorum natura fera est. Vnde *Vestigatores* dicti sunt venatores à vestigijs ferarum sequendis *l. quæsitum ff. de fun. instr.* si accipiatur Venatio in tota sua latitudine, prout abstrahit à propria, & impropria, iuxta Syluestr.v. eod. num. 1. ex Glos. *ad c. qui venatoribus dist. 86.* est triplex, nempe oppressiua, arenaria, & saltuosa. *Oppressiua* est hominum qualem exercuit Nembroth, de quo dicitur: Erat robustus venator coram Domino Genes.10. idest oppressor hominum: nam venator vt sic, accipitur pro exactore, & oppressore, qui homines venator opprimit.

Venatio venator. Vestigatores. Oppressiue venatio.

Arenaria est quæ exercetur in arena, quando quis locat suas operas, vt cum belluis pugnet. Est illicita, & iuxta Syluest. citatum, qui eam exercet, grauiter peccat, & infamis manet, nisi id faciat gratia virium experiendarum *l. 1. §. item senatus ff. de postu.* Denique *Saltuosa* est propria venatio, quæ fit in syluis, & saltibus ad capiendas feras: Hæc natura sua licita est: redditur tamen ab extrinseco illicita per humanam prohibitionem 1. ratione status personæ: sic *venatio clamorosa*, quæ scilicet fit magno strepitu canum, & armorum, prohibetur clericis *cap. 5. de clerico venatore*: vnde iuxta Lessium l. 2. c. 5. dub. 9. num. 42. eiusdem frequentatio erit peccatum lethale. Secus de venatione quieta cum retibus, laqueis, paucisque canibus, modo raró fiat 2. ratione temporis, vt diebus festis, & ieiunij uidetur prohibita ex *Cap. An putatis d. 16.* sed hoc intelligitur quando ratione uenationis omitteretur sacrum, aut uiolaretur ieiunium. 3. ratione

Arenaria venatio. Saltuosa. Clamorosa venatio.

ratione publicæ vtilitatis ne videlicet soboles ferina extinguatur. 4. ratione loci, vel quia locus alienus est, vel quia habet huiusmodi immunitatem à principe.

861 Venationes aucupia, & piscationes, quomodò sint in fructu, & spectent ad vsufructuarium, tradit Azor tom. 3. lib. 1. cap. 25. q. 4. Venatio & aucupatio quomodò differant, videre est apud Panorm. in Clem. 1. de statu mon. Et quidem *Aucupatio*, seu *Aucupium* est quædam captatio auium; ita vt sicut venatio ad animalia terrestria, ita aucupatio ad volatilia refertur. *Aucupium* in iure dicitur etiam locus aprus ad capiendum aues, vel rete, vel virga viscata, vel tugurium ad hoc præparatum, ut ex *L. Diuus ff. de seru. rust. præd. & Instit. de rer. diuis. §. feræ.* Alex. Scot. v. eod.

Venatio & aucupatio. *Aucupium.*

Panthera numero plurali posuit Vlpian. *l. emptorem §. vlt. ff. de act. empt.* pro auium captura, vt Budæus ibi interpretatur. *Plaga* apud Vlpian. *l. quæsitum §. si nantam de fundo instr.* vbi sic: *Aucupes, & plaga huiusmodi instrumento continebuntur.* Sunt retia maculas rariores habentia: Quamuis Accursius plagas palos esse putauit, quibus retia fulciuntur. Neq; Venationem, neq; aucupium esse opus seruile, ex Nauar. c. 13. n. 11. docet Lessius l. 2. c. 5. n. 42.

Panthera pro captura. *Plaga.*

862 *Piscatio* est captura piscium: unde piscari est pisces capere. An Piscatio liceat, & quomodo? tradit Lessius citatus c. 5. dub. 6. Piscationes, & venationes esse regalia, ueniréque regalium appellatione, tradunt Menoc. consf. 302. n. 31. ver. 18. Cabed. Lusit. decis. 54. & Surd. conf. 240. n. 10. *Euerriculum* ut sumitur ex *L. iniuriarum ff. de iniurijs*, est rete piscatorium sic dictum à uerrenda aqua. *Retiarius* quamuis dicatur alter ex gladiatoribus qui fugientem, vel fugam simulantem sequebatur, ut rete immitterer, tamen in *L. si iactum ff. de action. empt.* ille dici potest, qui iacit rete ad pisces capiendos.

Piscatio. *Euerriculū.* *Retiarius.*

Dicunt alij fauente Scæuo. in *L. periculi pretium ff. de Nau. fæn.* potius dicendum esse Ratiarium à rate, sicut dicitur *nauicularius* à nauem: cum piscatores communiter ratem habeant. Ad piscatores spectant Murilegulus, & Conchylegulus. Nam *murices* pisces sunt, ex quorum sanguine fit atramentum Imperiale, in quo purpura tingebatur, iuxta Accursium in *l. 1. C. quæ res ven. poss.* Vnde Murilegulus dicitur qui colligit murices, ex quibus purpuraceus color inducitur.

Nauicularius. *Murilegulus.* *Conchylegulus.* *Murices.*

Cum vero in *l. si cui lana §. vlt. de leg. 3.* declaret iurisc. quid contineatur sub purpuræ appellatione, dicatq; purpurarum genera esse complura, scilicet succinum, ianthynum, & muricem, purpurarum conquisitores omnes uocantur murileguli à Iustin. *lib. 11. C. tit. de monetar. & murileg.* Conchylegulus idem ualet atq; Murilegulus: seu legens Conchas, & conchylia. Nam *Conchyle* teste Plin. lib. 9. cap. 25. piscis est ex concharum genere in mari Assyrico, & Medico, quem Muricem, & *sarram*, & *Ostrum* appellant: ex cuius incisa concha elicitur succus tingendis uestibus expetitus.

Purpura. *Ianthynum.* *Conchyle.* *Sarra.* *Ostrum.*

SECTIO II.

De Feris.

863 Feræ dicuntur à ferendo, eo quòd cum impetu, & sine ratione ferantur: uel potius (ut notat Pennensis ad tit. 44. lib. 11. C.) quod naturali utantur liberrate, & pro desiderio ferantur. Ex quo si uelimus in tota sua latitudine feram definire: Est omne illud brutum animal cui immensa, atq; infinita, liberè uagandi uis à natura insita est. Comprehendit tum feras, quæ natura feroces sunt, quales Vrsi, tygres, leones, & propriè *Bestiæ* appellantur *l. 1. §. bestias ff. de postul. & l. 2. C. ad l. Aquil.* tum alias, quæ feroces non sunt, quales lepores, damæ, cerui, de quibus *l. 5. ff. de acqu. rer. dom. & l. 3. §. item feras, de acqu. poss.* ex prædicti feris aliæ sunt indomabiles, ut lupi, & mures, aliæ usu mansuefiunt, & cicurantur, ut cuniculi, ceiui, pauones, columba. *Genitalis feritas* habetur Instit. si quadr. paup. fecis. dicatur §. 1. & Est illa, quæ à genere prouenit.

Feræ quid, a quotuplex. *Genitalis feritas.*

864 *Ferarum appellatione* contineri apes, decernunt Iurisconsulti, ut testatur Azor tom. 3. lib. 1. c. 13. q. 2. Vnde Iustinian. *Instit. de rer. diuis. §. apum* & Caius Iurisc. docent apum naturam esse feram, & ideo apes iure gentium fieri capientium. Quidquid alij existimauerint apes feras non dici, quia insectæ animalia sunt, vt vespæ, formicæ, & reliquæ animantes huius generis, quæ nec feræ, nec mansuetæ dici possunt, sed mediæ cuiusdam naturæ. *Ferarum animantium appellatione* veniunt terrestres bestiæ, quæ naturali libertate fruuntur, vt lepores, cuniculi, cerui, & volucres in aere, ac pisces in mari *l. 1. & l. naturalem ff. de acq. rer. dom.* Pauones, & columbæ inter feras numerantur *§. pauonum Instit. de rer. diuis. & l. naturalem ff. de aeq. rer. dom.*

Iustinian. citat. §. duo constituit gallinarum genera, vt aliæ mansuetæ sint, aliæ natura feræ. Varro lib. 3. cap. 9. ponit tria genera Villaticas, rusticas, & Africanas. Columella lib. 8. cap. 2. cohortales, seu Chortales, rusticas, & Africanas. Sunt autem *cohortales*, seu chortales gallinæ in cohorte, seu cotte nutritæ. Cohors, seu *Chors* est locus cinctus parietibus, quo gallinas, anates, & id genus reliqua in Villa alere solemus. *Leo* est fera bestia, quæ non continetur appellatione pecoris *l. 2. ff. ad l. Aquil.* Sunt *Cerui* animalia de numero habentium feram naturam licèt humana industria ita mansuefiant, vt in syluam ire, & redire soleant. *Instit. de rer. diuis. §. ceruos quoq;*

Gallinæ quotuplex. *Cohortales.* *Chortales.* *Chors.* *Leo.* *Cerui.*

Quid-

Quidnam sit pecus, quid bestia, quid bellua, vide supra n.808.

Columba. Colũbariæ.

865 *Columba* quamuis natura feræ sint, vsu tamen fiunt domesticæ. *Columbaria* sunt loca vbi aluntur columbæ, & iuxta Sotum l. 4. iust.q.6. a.4. & Molin. tom.1. iustit.disp.48. licita sunt nisi lege aliqua prohibeantur. Omnes feræ, quamdiu naturali libertate fruuntur, possunt licitè à quocunque capi. Vnde authore Lessio lib. 2. cap. 5. num. 43. qui venatur in alieno fundo, vel prædio inuito domino non tenetur ad restitutionem illius quod cepit. Quia animal syluestre non erat alicuius, proindeque fit capientis. Non enim animalia sunt fructus agrorum, vel syluarum, vel fluuiorum, sicuti arbores, quæ solo hærent.

Libertas ferarum.

Quomodò verò feræ semel captæ, vel cicuratæ libertatem recuperare, & ab alio occupari possint, exprimitur *L. naturalem §. Ceruos ff. de acq.rer. diuis.* his verbis *Naturalem libertatem recipere intelligitur, cum vel oculos nostros effugerit, vel ita sit in conspectu nostro, vt difficilis sit eius persecutio.* In ijs autem animalibus, quæ è consuetudine abire, & redire solent (inquit Iurisc. leg. cit.) talis regula comprobata est, vt eo vsque nostra esse intelligantur, donec reuertendi animum habeant: quòd si desierint reuertendi animum habere, desinant nostra esse, & fiant occupantium. Intelliguntur autem reuertendi animum desijsse habere tunc, cum reuertendi consuetudinem deseruerint.

SECTIO III.

De thesauro, fodinis, & gemmis.

Thesaurus.

866 Thesaurus definitur à Paul. Iurisc. *l. nunquam ff. de acq. rer. dom.* in hunc modum: Est vetus quædam depositio pecuniæ, cuius non extat memoria, vt iam dominum non habeat. *Nomen pecuniæ* ibi ita latè sumitur, vt complectatur qua suis res mobiles, v. g. vasa, gemmas, catennas. Nam ex *L. vnica C. de thesaur. lib. 10.* habetur, nomen thesauri intelligi non solum pecuniam, sed etiam quæcunque alia mobilia. Vt sit thesaurus, debet illa depositio pecuniæ, vel rerum aliarum mobilium esse ita vetus, vt careat domino. Vnde si quis causa lucri, metus, vel custodiæ pecuniam sub terra condiderit, non est propriè thesaurus *l. peregre ff. de acq. rer. poss.* atque adeo furtum committet, si quis talem pecuniam vsurpauerit.

Pecuniæ nomen. Thesauri appellatio.

Cum igitur thesaurus non habeat dominum, iure naturali, & gentium transit in dominium inuentoris. Dispofuit tamen ius positiuum *Instit. de rer. diuis. §. Thesauros*, inuentum thesaurum in proprio fundo totum esse inuentoris: secus si inueniatur in fundo alieno: tunc enim diuidetur inter inuentórem, & dominum fundi: Vide Molin. tom. 1. disp. 53. Less. lib.2.cap.5. dub. 15. & Azor tom. 3. lib. 1. cap. 13. q. 5. *Flamissæ* apud Gellium lib. 10. vocabantur olim, quos modò Græci dicunt thesauros quasi in eis non rude æs, argentumque sed pecunia signata conderetur. *Flamissa.*

867 *Fodina* dict. 21. *e. cleros* est idem quod cuniculus, vulgo *minu* nempe locus vbi aliquid foditur. Vnde *Aurifodina* alio nomine *Arrugia* est locus vbi foditur aurũ. *Argẽtefodina*, locus vbi effoditur argentũ. *Ferrifodina* alio nomen *ferrariu*, locus vbi foditur ferrum. Similiter *Aerariu* locus est à quo æs eruitur. *Nitraria* locus vbi foditur nitrum, vulgo *saline*: & *Sulphuraria* locus vbi foditur, & eruitur sulphur. *Cretæ fodinu* habetur *l. sed si ff. de reb. eorum qui.* & locus est vbi creta effoditur. *Creta* est terræ species qua figuli præcipuè vtuntur *l. si creta ff. de furtis.* & *L. sed & si ff. de public. & vectig.* Est autem creta multiplex, sarda, vmbrica, saxea argentaria, figula, & Cymolia. *Creta Cymolia* est qua pannarij vtuntur in lanificio ad lanæ duritiem molliendam. *Cotoria* habetur *L. Cæsar ff. de publ. & vect.* & vena, seu fodina est vnde *cotes* excinduntur. *Stypteria* iuxta Alex. Scot. v. Cotoria, est etiam locus vnde effoditur alumen. Rectius tamen dixeris stypteriam esse alumen, sic dictam à verbo *Stypto* quod est stringo: habet enim vim stringendi. De hac voce fit mentio *l. sed si ff. de reb. eor. qui sub tutela.*

Fodina. Aurifodina Arrugia. Argenti fodina. Ferri fodina. Ferraria. Aerariu. Nitraria.

868 Quod attinet ad lapillos, gemmas, & margaritas, videndum est quid sint, & quomodò inter se differant. *Lapillus*, & *Gemma* significant lapidem pretiosum, hoc discrimine (vt ex Pomponio *l. & si non sint. §. fin. ff. de aur. & arg. legat.* deducit Scot.) quod gemma sit omnis lapis preciosus habens pellucidam materiam, lapillus è contra sit lapis pretiosus non pellucidus, *Margarita* medium tenet *L. cum aurum §. fin. eod.* tit. *lapidum appellatione* non veniunt lapilli iuxta Barth. in *l. fin. §. species ff. de publ.*

Lapillus & gemma. Margarita. Lapidum appellatio.

Margarita, seu Margaritum vulgo *Perola* iuxta Plin.lib.9. cap.35. est lapillus in conchis, nascens, quem Latini vnionem appellant ex eo quod nulli duo reperiantur indiscreti. *L. seia ff. de aur. & arg. leg.* Sic habetur: ligauit vnionem hyacinthis, & postea vnionem soluit. Ponitur *margaritu* pro gemma *L. vnu C. nulli lice. vel in fræn equest. lib. 11.* Habetur *Linea margaritarum*, hoc est series margaritarum pertusarum, quæ sunt filo insertæ apud Scæuolam lib. 35. *L. lineum ad leg. falcid.* & Vlpian. *L. si quis vxori, de furtis*. *Tympanium* margaritæ genus ex altera parte sphæricum, ex altera planum *L. pediculis ad fin. ff. de aur. & arg. leg.* Budæus in *L. si seruus ad leg. Aquil.* interpretatur *Extricatas margaritas*, quæ ex rudi natiuoque habituante gemmarij expolitæ sunt.

Margarita. Tympaniũ.

869 Vt

Obsidianus. 869 Vt nonnullos lapillos, vel gemmas in iure frequentes sequamur, *Obsidianus* dictus ab Obsidio inuentore, non gemma, sed lapillus est apud Pompon. *l. & si §. peruenianıus ff. de aur. & arg. legat.* Vbi sic Gemmæ (inquit) sunt perlucidæ materiæ velut Smaragdi, lapilli contrariæ superioribus naturæ, vt obsidiani. Sic describitur à Plinio l.36.c.26. in genere vitri (inquit) & obsidiana numerantur ad similitudinem lapidis, quem in Aethyopia inuenit Obsidius, nigerrimi coloris aliquando, & translucidi, crassiore visu, atque in speculis reddente pro imagine vmbras.

Hyacinthus. *Amethystus.* Inter gemmas meritò recensetur *Hyacinthus*, seu Iacinthus, & habetur *l. vnica C. nulli liceat in fran. lib.* xj. & iuxta Plin. lib.37. cap.9. habet colorem amethysto non absimilem, sed deluciorem. *Amethystus* habetur apud Vlpian. *l.19. ff. de aur. & arg. leg.* & iuxta Plin. lib.27. cap.9. Gemma purpurea est violæ similis: fulgor enim in ea purpuræ est non ex toto igneus, sed ex parte violaceus. Dicitur quasi minimè ebria: nam cum ad vini colorem accedat priùs tamen quàm id degustet in violam desinit.

Beryllus. 870 *Beryllus*, de quo fit mentio *L. vlt. ff. de pubiic.* vt testatur Plin. lib.27. cap.5. Gemma est similis Smaragdo, sed dissimili colore, vtpote pallido, qui ne habescat, artificium ingenijs in eam formam ita poliri solet, vt semper sexangulam figuram recipiat, & sic languidus ille color angulorum repercussu excitetur.

Smaragdus. *Smaragdus* habetur *L. fin. §. species ff. de public. & l.1. C. nulli licere in fran. l.11.* Gemma viridis est, qua oculorum acies mirificè recreatur. Smaragdi (inquit Plinio lib.37. cap.5.) soli gemmarum contuitu oculos implent, nec satiant.

Chrysolithus. *Chrysolithus*, de quo meminit Vlpian. *l.19. §.6. ff. de aur. & arg. leg.* dicitur quasi lapis aureus: Est enim (teste Plinio lib.37. cap.9) gemma aureo colore translucida. *Sardonyx* apud Vlpian. *L. si diuus ff. de bonis damn.* dicitur quasi

Sardonyx. *Onyx. Sardius.* *Sardius Onyx*, ac si ex vtroque hoc lapide pretioso componeretur. *Sardius* enim lapis est coloris rubei, sic dictus quod primùm à Sardibus fuerit repertus. *Onyx* est gemma, cuius candor subcandidus vnguis humani similitudine, quasi colorem vtriusque obtineat.

Elenchus. *Elenchus* habetur apud Paul. *L. pediculis ff. de aur. & arg. leg.* per hæc verba: Item cum inaures, in quibus duæ margaritæ, & elenchi, & smaragdi duo, legasset, & postea elenchos detraxisset. Est de genere margaritarum, & à Plinio lib.9. numeratur inter grandiores vniones.

Electrum. *Succinum.* *Electrum* Græcis est id, quod Latinis *succinum* vulgo *Alambre*. Ab Alex. Scot. v. eodem numeratur inter gemmas, non quòd in fodinis reperiatur, sed quòd lacryma, succus ve ab arboribus pinei generis profluat, ac gelata, au-

Electrum pro auro. reoque colore translucida berryllis, alijsque gemmis pallidi coloris assimiletur. *Electrum* quoque à Plin. lib.33. cap.4. aurum in quo quinta argenti portio est, appellatur. In quo significatu forte accipitur *Instit. de rer. diuis. §. si duorum & l. pediculis §. Neratius ff. de aur. & arg.* Vbi vel pro vase, vel pro quadam metalli specie à nonnullis accipitur.

SECTIO IV.

De Metallis.

871 Metallum, & *Aes* iuxta vulgatem significationem parum, aut nihil differre videntur. Nam *æs*, vt diximus supra n.813. quamuis sumatur pro quadam metalli specie à reliquis distincta, tamen generaliter acceptum omnes comprehendit. *Metallum* dicitur à Græco verbo *Metallo*, seu *Metalleo* scilicet ab effodiendo, & perscrutando. Est metallum quæuis materia dura non lapidea, vel saxea, & terræ visceribus effodi solita vt plumbum, stannum, cuprum, argentum, aurum. Vnde in tit.6. *Codicis de metallarijs, & metallis lib.11.* vt exponit Tolletanus, & Lucas de Penna ibid. Metallum latissimè accipitur, nempe comprehendens omnes metallicas species, scilicet aurum, argentum, plumbum, stannum, electrum, ferrum, & æs, imò etiam saxa, quæ sub metalli significatione latissima venire, sumitur ex *l.3. & l.6. eiusdem tit.* Metalla (vt existimat Alex. Scot v. eodem) dicuntur venæ, vnde eruitur argentum, æs, & cetera, quæ vulgus indoctum appellat metalla. Et quidem iuxta Plin. lib.33. cap.7. *Metallum & æs.*

Metallum miniarium vocatur ex quo effoditur minium sicut argentarium, ex quo argentum, & plumbarium, ex quo plumbum effoditur Metallorum venas esse de Regalibus, & venire appellatione Regalium, tradunt Peregrinus de iure fisci lib.4. tit.2. Cabed. Lusit. decis.55. p.2. & Cald. Pereyr. de extinct. Emphyt. cap.3. n.13. Vbi ampliat etiamsi in fundo priuatorum reperiantur. Vide Molin. tom.1. d.54. & Less. lib. cap.5. d.12. *Miniarium metallum.*

872 *Metallarij* prout accipiuntur tit. 6. *Codicis lib.11.* & explicantur à Garcia Toletan ibidem dicuntur qui laboriosis, ingeniosis, & licitis artibus venas metallorum inquirunt, & inquisitas effodiunt, metallaque visceribus terræ deducunt, & ea fundunt, atque in materiam lucidam redigunt. Sunt etiam metallarij, seu metallici homines damnati ad metalla, hoc est ad effodiendam terram ex metallis, seu venis metallicis. De qua pœna Alex. ab Alex. lib.3. dier. genial. cap.5. *Metallarij.* *Metallici homines.*

Est discrimen inter damnatos ad metalla, & damnatos ad opus metalli, vt notauit Glos. *Instit. quib. mod. ius patr. pote solui §. pœnæ seruit.* nam damnatus ad metallum ligatur ferro, adeoque huiusmodi seruituti addicitur, vt non liceat ei facilè abire. Damnatus ad opus metalli est qui liberas ibidem habet habenas, & alijs

alijs metallum fodientibus ministrat: ac proinde huius leuior, illius grauior pœna est. Vide Menoch. de arbitr. q. 80. n. 42.

Aurum. *Orin.* 873 Persequamur metallorum species. *Aurum* inter omnes præcipua, & notissima dicitur vel ab inuentore sic appellato, vel a Græco verbo *Orin*, quod est custodire: nam præ omnibus custodire. Multiplex est nempe balucum, infectum, factum, signatum, coronarium, obryzum, publicum, & negotiarum. *Balucum* seu *Baluca* aut *Balux*, de quo meminit Iustin. L. *ob metallum C. de metal. & metal.* est aurum nondum purgatum, neque adhuc redactum in massam, quod dicitur a Græcis *chrysammos*, quasi aurea arena. Vox Latinorum non est, sed Hispanorum vt testatur Plin. lib. 33. cap. 4. Hispani (inquit) aurum, quod minutum est, Balucem vocant. In Lege proximè citata sic habetur: Quatuordecim vncias in baluca: quorum verborum, & legis sensum sic interpretamur, vt si metallarij conduxerunt à pincipe aurifodinam, aliquot auris libris, debeant soluere in auro purgato: at si velint soluere in baluca, debeant pendere pro singulis libris quatuordecim vncias, hoc est pro interrimento, & spurcitia duas vltra duodecim.

Balucum seu balux. *Chrysammos.*

874 *Infectum aurum*, seu argentum, de quo *l. & si. §. infecti de aur. & arg. leg.* est iam redactum in massam, sed adhuc rudem & nondum cælatam, vel aptam. *Factum aurum* apud Paul. *l. pediculis, &* Vlpian. *L. quintus de aur. & arg. leg.* est quod iam elaboratum est, & aptatum ad vsus. *Auri facti appellatione*, vt ad L. pediculis, notat Glos. Veniunt in legato annuli aurei, & gemmæ eisdem inclusæ: item cymbia argentea alligata crustis aureis & ornamenta aurea muliebria, & margaritæ illis contextæ: an veniant emblemata aurea, quæ sunt in lapidibus? Dubium est quod ibid. Gallus affirmatiuè, Labeo negatiuè, Tubero cum distintione resoluit.

Infectum aurum. *Factum aurum.* *Auri facti appellatio.*

Signatum aurum quid sit, exponitur *l. Quintus ff. de aur. & arg. legat.* & est illud, cui signum, seu figura alicuius impressa est. *Coronarium aurum* quid sit tit. 74. de auro Coronario lib. 10. Ex varijs explicat Toletan. ibid. Nam Petr. Greg. de Syntag. iur. 1. par. lib. 3. c. 7. n. 5. putat esse quod ad coronam Imperatoris, vel statuam faciendam subditi prouinciales conferebant: item quod ad coronas eorum, qui publicè certabant: de quibus est tit. *de athletis in Cod. lib. 10.* Accurs. existimat esse quod ad principis coronationem soluebant prouinciales. Bapt. Egnat. in adnot. ad Capitol. dicit esse quod ciuitates Imperatoribus sub coronarum specie offerebant. Gellius lib. 5. cap. 6. affirmat illud esse coronas aureas, quæ mittebant prouinciales imperatoribus ob honorem alicuius triumphi, & ob rem prosperè gestam: Hæc sententia magis placet, vtpote accommodatior ad exponendas leges contentas sub illo tit. Codic. de auro coronario.

Signatum aurum. *Coronarium aurum.*

875 *Obryzum*, à quo denominantur *Obryzati solidi* in L. vniuersos C. de vet. numism. potest defæcatissimum, purgatissimum, & excoctissimum, quod sæpe igne calefactum, & exustum est, ita tamen vt ipsa coactione non minuatur. *Publicum* de quo extat *tit. 72. Codicis l. 10.* est quod ad publicũ Imperatoris, vel fisci ærarium pertinet. Huic colligendo deputati erant exactores qui illud à debitoribus prouincialibus exigebant. *Negotiatorium* dictum à negotiatoribus, quod illi principibus penderent.

Obryzum *Obryzati solidi.* *Publicum aurum.* *Negotiatorium aurum.*

Auri appellatione in legato non venit pecunia; venit tamẽ aureus annulus *L. & si inprinc. de aur. & arg. leg.* *Auri pigmentum* apud Plin. lib. 33. cap. 4. in Syria foditur ad pictorum vsum auri colore, sed fragili lapidum specularium modo. *Aurichalcum* est metalli genus, quod splendorem habet auri, & duritiem æris. De hoc meminit Vlpian. *l. 1. de leg. 3. & tit. de action. empt. & vend.* Verùm pro Aurichalco legi debet *Orichalcũ*, tum quia id suadet prima syllaba, quæ semper reperitur breuis apud poetas primarios Virg. 12. Aen. Horat. in Poetica, & Statium. 1. Theb. tum quia non solet fieri compositio ex Græco, & Latino, quale est Aurum, & Chalcos: rectè igitur legitur orichalcum, & interpretatur *Montanum æs*, nam *Ors* Græcè est mons, *Chalcos æs*.

Auri pigmentum. *Aurichalcum.* *Orichalchũ.*

876 *Argentum* metallum est auro nobilitate proximum, quod ex argento viuo, & sulphure albo gignitur. *Argentum viuum* vulgo azougue: a Latinis dicitur viuum ex motu: à Græcis *Hydrargyrum* quasi aqueum argentum. Habet argentum præter triplicem illam rationem infecti, facti & signati communem cum auro, quam expoluimus n. 874. eam multiplicitatem, vt dicatur escarium, postulatum, collisum, sublimatum. De escario diximus num. 781.

Argentum. *Argentum viuum.* *Hydrargyrum.*

Pustulatum apud Alphenum *L. in naue saufphei ff. locati*, sumitur pro excoctissimo, & purgatissimo, itaut sicut dicimus aurum obryzum, ita dicamus argentum postulatum. Dictum à pustulis, quæ in argento cælato in asperdinem quandam excisæ visuntur. *Pustula* verò, ipsa argenti puri massa vocatur. Ex quo colligitur perperam legi.

Pustulatũ argentum. *Pustula.*

Pastillatum pro pustulato. *Collisum* simul, & fractum, habetur L. *quintus 2. §. argento omni ff. de auro, & arg.* & est argentum ita vitiatum vulgo *Amolgado*, ou *quebrado*, vt eo nullo modo vti possimus. *Sublimatum* (teste Spiegel v. argentum.) nusquam apud veteres reperiri traditur. Certè venenum est, quod semihora, & minori spatio exedendo interficit.

Pastillatũ. *Collisum.* *Sublimatũ argentum.*

Argenti seu Auri omnis appellatione in legato venit omne argentum, & aurum tam factum, quam infectum. Ita ex *L. cum aurum init. ff. de aur. & arg. leg.* Deducit Menoch. de præs. lib. 4. præs. 162. n. 2. & lib. 3. extendit vt pro-

Argenti appellatio.

procedat etiam quoad gemmas auro, vel argento inclusas. Limitatur 1. vt nec procedat de applumbatura, nec de auro, vel argento, quibus res alterius materiæ ornata est, & potiùs argentata, vel aurata, quàm argentea, vel aurea vocatur. Limitatur 2. in pecunia numerata: hæc enim non venit etiam totius auri, vel argenti nomine, nisi obstet communis vsus loquendi. Limitatur 3. quando adijcitur qualitas quæ conuenit vni speciei auri, vel argenti: vt si dicat testator Lego decem pondus argenti, intelligitur de argento in massa, & non de vasis: Secus si dicat, Lego decem pondus argenti facti. Menoch. citat. num.4.

Argenti facti appellatio. *Argenti facti appellatione* continentur vasa omnia, vt pelues, trullæ, acetabula, paropsidæ: imò vasa cæpta fabricari, sed nondum perfecta: item pediculi argentei, & gemmæ auro inclusæ, emblemmata aurea, & similia, vt tradit idem author à num. 13. At vasa fracta, & collisa non veniunt nomine argenti facti, sed infecti: cum eis tanquam vasis vti non possimus. *L. quintus 1. §. Cui aurum, & §. argento legato,* vbi habetur non venire scaphia, nempe vasa, in quibus ventris onus deponitur iuxta Alciat. lib. 6.

Scaphia. Pareg. cap. 26. *Argenti potorij appellatione* *Argenti. potorij appellatio.* venit tum omne illud, in quo bibi potest, tum omne id, quod ad præparationem bibendi comparatum est, vt *colum niuarium*, nempe *Columniuarium.* vas in quo reponuntur niues ad vinum refrigerandum.

Argenti escarij appellatio. *Argenti escarij nomine* non veniunt cacabi argentei, miliarium, vel sartago: cum hæc sint potiùs instrumenta coquinaria. *L. & si §. si cui escurium de auro, & argento.* Argenti sui appellatione in legatis, venit illud tantum, cuius dominium habebat testator: atq; adeo quod ab eo vindicari poterat, non autem quod ipsi testatori debebatur, ita vt solum haberet ad illud actionem. Menoch. cit. num.28. argenti legati appellatione quod sui vsus causa testator habebat, venit argentum, quo ipse testator quotidie vtebatur, non autem quod commodare ad vsus, & cæteras apparitiones solebat. Vide Barb. de Appel. ver. Appel.23.

Corinthium æs. *Vasa corinthia.* 878 *Corinthium æs*, à quo dicuntur *Corinthia vasa*, erat tanti pretij, vt vna libra permutaretur aliquando quingentis. Sumitur ex *L. hæres §. pen. de leg. 3.* Vbi sic. Proculus rectè ait, si æneæ quidem sint abaces, si autem Corinthiæ, non deberi. Aequitas legis consistit in hoc, quod abaces ex viliori materia debentur, ex pretiosiori tamen non debentur. Corinthium æs dictum fuit à Corintho vrbe Achaiæ, qua per Romanos euersa, & incensa, ex varijs metallis conflatum est.

Plumbum. Stannum. *Plumbum* iuxta Plin. lib. 25. cap. 13. duplex est, album, & nigrum: album *stannum* vocatur. Nigrum habet duplicem originem. Aut enim sua sponte nascitur vena, nec quicquam aliud ex se parit: aut nascitur cum argento, mixtisque venis conflatur. *Plumbi appellatione* (inquit Alberic. v. eod.) omne ad tegendum paratum, uel *Plumbi appellatio.* aptum continetur *L. malum §. Plumbum ff. de verb. sign.* Cuius ratio est fortè, quia in cuiusque arbitrio est facere quod instituit. Arc. *C. de donati l. siquis argentum §. sin autem.*

879 *Plumbago* Græcè *Molybdæna*, quæ *Plumbago. Molybdæna.* etiam à Plinio Galena dicitur, est communis uena plumbi, & argenti. *Plumbare*, & *Applumbare* sunt idem atque ferruminare *Plumbare. Applumbare.* seu plumbo conglutinare, ut sumitur ex *L. 2. ff. de sepult. violat.* Ex opposito *Replumbare* *Replumbare.* ut habetur ex *L. cum aurum ff. de aur. & argent. leg.* est plumbatum dissoluere, seu plumbum plumbationis auellere.

Quamuis apud Latinos *ferruminare* pro *Ferruminare.* applumbare, & ferruminatio pro applumbatione, seu applumbatura frequenter usurpetur, *Plumbatura, & ferruminatio.* tamen apud Iuristas subeunt discrimen, ut habetur *l. in rem §. item quæcunque ff. de rei vendicat.* Vbi sic: Ferruminatio per eandem materiam facit confusionem: plumbatura uerò non idem efficit. Gloss. ibidem sic exponit, ut detur ferruminatio quando ferrum ferro mediante, ferro, uel argentum argento, mediante argento conglutinatur: detur uerò applumbatura quando aliquod istorum defuerit. Ferruminatio igitur, & applumbatura differunt, quòd illa per eandem materiam facit confusionem: hæc non idem efficit, sed diuersarum materiarum consolidatio est.

ELVCIDATIO X.

De iniurijs, & damnis in omnibus bonorum humanorum generibus.

Explicuimus iustitiam, & ius communissimè acceptu: deinde tradidimus iustitiæ, & iuris materiale obiectum, exponendo præcipua bonu fortunæ, siue laica, siue Ecclesiastica, circa quæ ipsa iustitia, & ius versantur: sequitur modò vt explicemus ea, quibus vtrumq; frangitur, nempe iniustitium, & iniurium tam in genere, quam in specie acceptam: necnon debitam pro illis restitutionem, satisfactionem, & compensationem.

SECTIO.

SECTIO I.

De iniuria, damno, & restitutione.

880 IN exponenda iniuria, & iniustitia non multum dissident Theologi à Iuristis: quid verò vtrique sentiant, perspicuitatis gratia seorsim expediemus. Apud Theologos sicut iustitia accipitur dupliciter, 1. in communi pro omni virtute, quatenus est quædam legis obedientia, proindeque iustitia legalis appellari potest: 2. in particulari pro virtute, quæ constituit æqualitatem in commutationibus, & distributionibus, ita *Iniustitia* teste Aristot. 5. Ethic. cap. 1. dupliciter sumitur, 1. pro omni legis transgressione, quæ *Anomia* Græcè vocatur, Latinè *iniquitas*: & sic omne peccatum dicitur iniustitia, quatenus per illud conformitas legi debita violatur.

Iniustitiæ acceptio. Anomia. Iniquitas.

2. Prout opponitur virtuti illi particulari, quæ constituit æqualitatem, & vt sic non distinguitur ab iniuria & definitur: Alieni iuris violatio. Sicut enim iustitia, cuique ius suum tribuit, ita hoc ius iniustitia violat, & in huiusmodi violatione ratio iniuriæ sita est, siue dicatur iniuria actualis consistens in actu violationis, siue habitualis consistens in praua dispositione, quæ post actum moraliter manet secundum æstimationem, & imputatur. Denique iniuria sumitur magis presse, quatenus violat ius præcisè circa bona honoris, & famæ. Ita Molin. tract. 1. disp. 9. & to. 5. disp. 12. & Lessius lib. 2. cap. 7. dub. 1.

881 Apud Iuristas accipitur iniuria quadrupliciter, vt ex Vlpi. *L. 1. ff. de iniurijs*, & Iustiniano *Inst. t. cod. tit.* initio, manifestum est, 1. generaliter prout opponitur iuri siue priuatiuè, siue contradictoriè, & dicitur quidquid non fit iure. 2. specialiter pro culpa, vt in *L. Aquilea*, & est quiquid opponitur iuri contrario. 3. pro iniquitate iudicantis, & sic iniuria dicitur quasi iniqua iura, consistitque in iuris abusu. 4. pro contumelia, seu læsione honoris: & fit tribus modis 1. re, vt cum manus iniijciuntur. 2. verbis, vt cum iacitur conuicium. 3. scriptis, vt cū quis ad infamiam alicuius conscribit famosum libellum, vel carmen, vel historiam. Diuiditur iniuria in leuem, & atrocem: *Leuis* est, vt si modico ictu quis à patre, vel superiori percutiatur: *atrox*, quæ grauis, & grauissima dici solet, est cum quis à minori se verberatur, aut membro priuatur *l. sed si hac §. Prætor ff. de in ius vocan.* Iniuria grauis videtur Imperatoribus, quæ inani honestatis colore velatur *L. penult. C. de contrah. empt.* Iniuriæ scriptæ, vel pictæ dicuntur perpetuæ: quia in eis annus non transit. Zozyus in *L. Cum lex ff. de legib.* Habetur Omissa iniuria pro remissa. *L. si cum §. qui iniuriarum ff. si quis cau.*

Iniuriæ acceptio.

Contumelia pro iniuria.

Leuis iniuria.

Atrox iniuria.

Omissa iniuria.

Iniuriæ, & violentiæ manifestæ, de quibus solum ratione officij, quo fungitur, potest cognoscere conseruator iuxta *Cap. 1. & vlt. de offic. iud. de leg. in 6.* ex intelliguntur, quæ ita notoriæ sunt, vt nulla probabili tergiuersatione celari queant. *Cap. ex parte de verb. signif.* Ita Azor. p. 2. lib. 5. cap. 35. q. 7. *Iniuriosa vita* pro plena sceleribus, & iniquitatibus, nempe alijs noxia, ponitur à Cicero. lib. 1. de fin.

Iniuriosa vita.

882 Vt explicemus offensam, eiusque distinctionem ab iniuria, necnon acceptionem apud Theologos, & Iuristas *Offendere* a quo deriuatur propriè est læsionem, & offensionem accipere ex aliqua re in aliquam corporis partem. Sumitur interdum pro inuenire, sed præter opinionem. Item qui committit, vnde pœna irrogatur, offendere dicitur *L. testamento ff. de testam. mil.* Quanuis offensa, & offensio sæpe pro eodem accipiantur, tamen *offensa* frequentiùs sumitur actiuè, & est ius, qui offendit. *Offensio* vt plurimum passiuè accipitur. *Offensa* iuxta Bart in *L. quidam ff. de hæred. instit.* definitur quidquid alium ad turbationem iniustè adducit. Iuxta Quintilianum lib. 4. cap. 2. Offensa opponitur gratiæ: & quidem apud Theologos in hoc distinguitur ab iniuria, quòd hæc violet ius alterius, atque adeo rigorosam iustitiam: offensa autem sine violatione iuris reddat alium rationabiliter auersum, & opponatur virtuti, quæ est *pax* quædam tollens querelas, & offensiones rationabiles aliorum. Exponit hoc discrimen Lugo de poen. disp. 2. sect. 4. n. 50. his verbis: Aliud est offendere aliquem, aliud inferre iniuriam: iniuria quippe est contra ius strictum, & proprium, quod alius habet: offensa verò contingit sæpe sine iniuria v. g. si amicus à me petat librum commodatum, quo ipse valde indiget, & quem ego sine incommodo possum commodare: & tamen nolo id facere, proculdubio offendo amicum, & reddo auersum à me rationabiliter, licèt re vera nullam irrogem ei iniuriam contra iustitiam.

Offendere.

Offensa.

Offensa, & iniuria.

Pax.

883 *Offensæ appellatione* non venit leuis, sed grauis teste Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 90. n. 30. quare promittens non offendere sub pœna, non illam incurrit ob offensam modicam, vt testantur Bald. conf. 58. vol. 1. Moron. de tregua, & pace q. 172. Vulpec. aliquantulum dubius conf. 51. in fine, quos allegat Card. Tusch. to. 5. lit. O. conclus. 69. n. 9. Hippol. Rimінald. conf. 61. a n. 10. vbi n. 12. subdit quod si in promissione essent verba: Non offendere, damnificare, nec offendi, aut damnificari facere, quomodo cumque qualitercumque, & ex quacumque causa, tunc per hæc verba sic vniuersalia, intelligeretur de omni offensa, etiam leui.

Offensæ appellatio.

Offensator est qui sæpe excidit ab eo quod suscepit, & quod efficere contendit: item qui legendo identidem subsistit. *Offendimentum* est ligaturæ nodus, quo apex retinetur, cum peruenit ad mentum. *offendiculum*, vt habetur *cap. prudentiam de offic. de legat. & cap. accusatus,*

Offensator.

Offendimentum.

Offendiculum.

cusatus, de haret. in 6. est impedimentum, seu obstaculum. *Officere* pro nocere luminibus ponitur *L. 1. C. de serait. & aqua.* Quandoq; officere luminibus & altiùs tollere pro eodem accipiuntur *l. 1. ff. de fera. vrb. prad.*

Offendiculum. Officere.

Damnum. Iactura. Detrimentum. 884 *Damnum* sortitur nomen à demendo: nam acceptum in tota sua latitudine definiri potest, Ademptio, & diminutio patrimonij *L. 3. ff. de damn. infec.* Sumitur pro pœna *l. si pro fure C. de condit. furt.* Videtur discriminari à iactura, detrimento, intertritura, dispendio, pauperie, districtione, discrimine, periculo. *Iactura*, vt notat Io. Andr. & Innoc. de sect. quia sæpe in 6. dicitur à iactu, seu iaciendo merces in mare, proindeq; datur propriè quando quis scienter, & vltro damnum patitur.

Intertritura. Intertrimentum. *Detrimentum, Intertritura*, seu *Intertrimentum* conueniunt in hoc quòd sint damnum rei detritæ *l. vlt. ff. de pign. act.* dicuntur enim à deterendo, & eueniunt nummis, vestibus, alijsq; rebus quæ vsu deteruntur. Pædianus inter detrimentum, & intertrimentum ponit differentiam, quòd detrimentum, vel vnius partis dici potest, Intertrimentum verò ad vtriusq; partis spectat, dantis, accipientisque

Dispendiũ. incommodum. *Dispendium* est damnum quod in dispendendo contingit. Aliter dicitur longum, & inutile sicut ex opposito *Compendium* breue, & vtile *Cap. dispendia de rescrip. in 6.* Vbi Glossa & ibidem Dispendium est idem quod tædiosum absq; vtilitate.

Pauperies. 885 *Pauperies* in L. 1. ff. si quad. paup. feci. dic. sic definitur: Est damnum sine iniuria facientis datum: nec enim dici potest animal iniuriam fecisse, quod sensu caret. Ex quo

Districtio. videtur damnum esse quid indifferens ad iniuriam, & pauperiem. *Districtio* quamuis sit difficultas, anxietas, & impeditio *l. 16. ff. de recept. arbit.* tamen eadem L. §. *arbiter, & Cap. vbi periculum* §. *porro de elect. in 6.* sumitur pro damno, & incommodo, forte quod ex illis nascitur.

Discrimen. *Discrimen* licèt vsurpetur pro differentia *Instit. de liber.* §. *fin.* & interdum pro periculo. *L. prator edixit ff. de iniur.* tamen accipitur pro damno *l. 2. C. de fide instrum.* & extra de *elect. vt quis daas in 6.* & pro certamine apud Virg. 5. Aen. & fortasse damnum est,

Periculum. quod ex illo contingit. *Periculum* quamuis multa significet vt in *L. stipulatio ff. de damno infecto.* Et in tit. *ff. & C. de periculo & commod. rei vendit.* tamen in tit. *61. Codicis lib. 10.* Sumitur pro sumptu, damno, & dispendio, quod resultat ex electione filijfamilias in sacerdotem, ad quod Pater ipsius in vita, ac eo mortuo hæredes ipsius tenentur. Si-

Damnum & periculum. militer tit. 33. C. lib. 11. Periculum idem est atque damnum, seu dispendium, quod imminet, & pendet ex nominatione, & electione munerum publicorum. Accursius damnum ad res, seu pecuniam; periculum verò ad personam refert.

886 Diuiditur damnum sicut actio, quia alia est de damno dato, alia de damno infecto. *Damnum datum* est, quod iam de facto illatum est. *Damnum infectum*, vt habetur *l. 2. ff. de damno infecto*, est nondum factum, quod futurum veremur: seu quod pendet in futurum. Damnum infectum (explicat Molin. to. 3. disp. 703.) dicitur quod imminet domui vnius, ac rebus in ea contentis, vel plantis, aut cuicunq; alteri ædificio, putà parieti, aquæducto, aggeri, aut alij simili, & deniq; cuicunq; prædio ex domo, aut ex pariete ruinosis alterius, quacunq; de causa ruinam minentur: aut ex quocunq; opere alterius, vt ex machina, vel alio opificio, siue sint in prædio vrbano, siue in rustico, in loco priuato, vel publico. *Damnum datum. Damnum infectum.*

Cauma est damnum ex incendio, seu potiùs incendium *l. Cum res ff. de leg. 1.* Vbi perperam legitur *Chasma* pro *caumate*: Est enim chasma apud Senecam in 1. natur. quæst. & Plin. in 2. nat. hist. cæli hiatus, seu recessus. *Deperditum* iuxta *L. deperditum ff. de petit. hared.* dicitur quod desijt esse in rerum natura. *Perditum* iuxta Bart. in *L. siquis argen. ff. de eden.* dicitur aliquid si facta diligenti inquisitione non reperitur. *Ruptum* est illud damnificatum quod quoquomodo corruptum est Hinc *rupti appellatione* continentur non solum fracta, sed etiam vsta, scissa, collisa, effusa, & quouis modo perempta, aut deteriora facta, §. *Capit. Instit. de lege Aquil.* est discrimen inter innocuum, & innoxium, quòd *Innocuus* est ille, cui nocitum non est: *Innoxius* ille qui non nocet, sicut *Noxius* qui nocet. *Cauma. Chasma. Deperditũ. Perditum. Raptum. Rupti appellatio. Innocuus. Innoxius. Noxius. Damni appellatione.*

887 *Damni appellatione* loquendo propriè, ac strictè venit diminutio patrimonij *l. 3. l. Proculus ff. de damno infec.* Socin. Iun. consi. 78. n. 1. 14. & 22. lib. 2. Tuschus tom. 2. lit. D. conclus. 4. num. 1. Vbi num. 4. subdit quòd inferens alicui diminutionem patrimonij, dicitur dare damnum, & num. 5. post Castrens. cons. 339. ante num. 2. lib. 2. affirmat filium dici pati damnum, si priuetur hæreditate paterna, vel materna.

Damni appellatione veniunt fructus, & expensæ litis, vt ex *cap. in nostra* 8. *de iniur. & damno dato*, sumunt Montaleg. in praxi l. 1. cap. 11. n. 104. Surd. decis. 261. a n. 4. & Alex. consi. 34. in fin. lib. 3. in contractibus verò damnorum appellatione non continentur expensæ, vt ex citato cap. tradunt Surd. decis. eadem num. 4. & Tusch. tom. 3. lit. E conc. 637. num. 3. Damni appellatione venit lucrum cessans iuxta Surd. consi. 383. num. 23. & damnum emergens, vt tenet Pyrr. Maur. de fideicom. sec. 3. cap. 3. n. 14. strictè verò amissio lucri nondum acquisiti non computatur in damno, *L. Proculus 26. ff. de damno infec.* amittens enim spem lucri non dicitur propriè damnum pati, iuxta Bald. consi. 182. n. 4. & 7. lib. 1.

888 *Praeiudicium*, de cuius propria significa- *Praeiudiciũ.*

Y tione

tione alibi agemus, sumptum in tota sua latitudine, accipitur pro omni grauamine quod afferre possit præcedens iudicium *l. sæpe ff. de re iudic.* Vnde *præiudicari* dicimus pro damno affici *Præiudicij appellatione* venit lucrum cessans iuxta Glos. v. præiudicium, vbi Abbas in Cap. cum olim de consuet. & Surdus cons.321.n.8. *Amissum* in lata significatione dicitur quod potest acquiri, & non acquiritur. *L.3. ff. quæ in fraudem credit*: secus in significatione stricta: & quidem amissum non dicitur quod non durat amissum *l. pro parte §. versum ff. de in rem verso*, Menoch. illustr. cap.32. num.3.

Præiudicare. *Præiudicij appellatio.* *Amissum.*

Amissi appellatione vt sumitur ex *L. prætor §. loquitur & §. Amissa ff. vi bona rapt.* venit corruptum, scissum, fractum, non autem raptum. *Illibatum* apud Glos. *§. fin. Instit. de ijs, qui sunt vel alien. iur.* idem valer atq; non diminutum. *Inutile* quod perniciosum, & ab vtilirate communi alienum. Vlpian. *l. 1. §. 3. ff. depos.* Inter verba damnum significantia *Demoliri* seu *Demolire* apud Vlpian. *l. hæres de vsuf.* est dissipare, & quod extructum est, diruere. Vnde *Demolitio* in *L. stipulatio ff. de operis nou. nunciat.* idem est atq; destructio. *Deprimere nanim* est demergere *L. cum depressa ad L. Rho.* Deprimere vitem apud Venuleium *L. si uitem 22. ff. quod vi aut elam.* vt sumitur ex Catone de re rustica cap. 32. dicitur qui eam in terram deductam defodit, vt anno sequenti renouetur: vulgo *lauear de mergulbia.*

Illibatum. *Inutile.* *Demoliri.* *Demolitio.* *Deprimere.*

889 Damnum emergens, & lucrum cessans (vt inquit Less. lib.2, cap.20. dub. 10. init.) communiter vocantur Interesse. Est autem *Interesse* apud Iuristas damnum emergens, vel lucrum cessans super eo quod dari, vel fieri omissum est v. g. in Papia dari mihi pecuniam promisisti tali die, & non dedisti: tunc damni, & lucri ratio habenda est. Damni, quia ex illa mora, in qua fruisti, non habui, vt soluerem, & pœnam incurri, quam non incurrissem, si loco, & termino præfixis soluisses. Lucri, quia si mihi loco, & tempore debitis soluisses, mercimonia comparassem, & multa lucratus fuissem.

Interesse.

Damnum emergens dicitur quando quis detrimentum patitur in rebus, quas habet, vel ipsi debentur: vt cum quis ratione mutui, quod alteri præstitit, cogitur ipse pecuniam fænori accipere, & vsuram soluere: aut res suas minoris iusto vendere. *Lucrum cessans* dicitur, quando quis impeditur ab aliquo bono consequendo, seu à lucro, quod illi non erat debitum.

Damnum emergens. *Lucrum cessans.*

Interesse appellatione venit damnum emergens, & lucrum cessans, vt tenent Montaleg. in praxi lib. 1. cap. 11. n. 109. Ioan. de Anan. cons. 76. & alij cum Tuscho to. 4. lit. I. conc. 296. n. 4. Item veniunt fructus iuxta Bald. cons. 182. in fine vbi docet quod fructus qui percipi potuissent ex agro, si cultus fuisset, appellatione interesse veniunt, prout etiam fructus non sati nomine illius veniunt. Interesse appellatione in materia emptionis, & venditionis, venit recuperatio pretij, vt per tex. *in L. Lucius de action. empt.* tradit Ruin. cons. 141. n. 6. lib. 1.

Interesse appellatio.

Emolumentum dicitur à molimine, & apud Latinos propriè est vtilitas, quam ex opera, industria, & labore comparamus. Iuristæ ad *L. Imperator de leg. 2. l. Iudices de Ann. & trib. l. 1. C. de offic. præf. Aphr.* modò pro bonis, modò pro salarijs, modò pro lucro vsurpant. *Emolumenti appellatione* venit omnis vtilitas. Ita Cuman. cons. 162. Visa copia n. 2. apud Tuschum to. 3. lit. E concl. 230. Emolumentorum appellatione veniunt etiam mulctæ, & pœnæ iuxta Farinac. dec. 230. in fin. p. 2. recent Emolumenti beneficiorum, seu præbendarum appellatione veniunt distributiones quotidianæ, iuxta Put. decis. 375. n. 2. & Monet. de distrib. quotid. p. 1. quæst. 7. n. 15.

Emolumentum. *Emolumentorum appellatio.*

890 *Restitutio* quamuis idem sit in re apud Theologos, & Iuristas, tamen aliter atq; aliter ab vtrisque explicatur. Nam apud Iuristas dicitur quasi iterata statutio, & est in pristinum statum repositio *L. restituere ff. de verb. signif.* Restituere enim is intelligitur, qui simul rem, & causam actori reddit quam is habiturus esset, si statim iudicij accepti tempore res ei reddita fuisset, idest vsucapionis causam, & quodcumq; aliud, quod habiturus esset actor, si controuersia ei facta non fuisset. *L. præterea ff. de rei vindic.*

Restitutio. *Restituere.*

Hinc iuxta Alciat. de verb. sign. *Restituere* est retrò statuere idest in eum casum rem constituere, in quem fuisset, si nihil aduersus quod facienda esset res constitutio, euenisset. Sic restituere est in pristinum statum reponere, vt vnusquisq; ius suum recipiat ita vt si in vendendo fundo restitutionem fieri iusserit prætor, emptor fundum cum fructibus reddat, at pretium recipiat *l. quod si minor ff. de minorib.* sic restitui dicuntur in bona, dignitates, officia & ciuitatem, qui ea amiserant deportati, vel aliàs damnati tit. *C. & ff. de sententiam passis, & restitutis.* Restitui natalibus dicuntur qui serui nati sunt, & ingenuitatis iura acquirunt *l. 2. ff. de natal. restit.*

Restitui natalibus.

Deniq; *Restituere tutelam*, curationemq; est reddere rationes tutelæ, & curationis gestæ, atq; administratæ. *L. si mulier ff. de minor.* Apud Iuristas, vt constat ex *L. plus est de verb. sign.* & notat Azor tom. 3. lib. 3. cap. 1. q. 1. plus est restituere, quàm exhibere, atq; adeo plus datur in restitutione quàm exhibitione, cum ad exhibitionem præsentiam corporis præbere sufficiat: ad restitutionem verò possessionem facere, & causam omnem præstare oporteat.

Restituere tutelam. *Exhibere & restituere.*

891 *Restitutio* apud Theologos explicatur in ordine ad debitum ex iustitia, & iuxta Molin. tom. 3. disp. 714. tripliciter sumitur 1. latè pro omni exhibitione eius quod quis ex iustitia siue comutatiua, siue distributiua præsta-

Restitutionis acceptio.

præstare tenetur. Et sic comprehendit non solum compensationem eius, in quo quis est defraudatus, sed etiam solutionem pretij pro re empta, vel locata, redditionem depositi, commodati, mutui, pignoris, & similium, quamuis nulla iniustitia præcesserit.

2. Presse pro exhibitione eius, quod quis ex iustitia siue commutatiua, siue distributiua præstare tenetur, præcedente iam iniusta illius retentione saltem materialiter. 3. pressius, & in toto rigore pro exhibitione eius, quod id circo aliquis ex iustitia reddere tenetur, quod alius iniustæ acceptionis, aut materialiter, idest ratione rei acceptæ, fuerit in aliquo defraudatus, aut læsus. In qua acceptione sic definitur: Est actus, quo ex iustitia commutatiua redditur, seu exhibetur aliquid in recompensationem eius, in quo aliquis formaliter, aut materialiter defraudatus, aut læsus est.

892 Sic explicatam restitutionem Lessius lib. 2. cap. 7. num. 17. distinguit à solutione, quod non omnis solutio propriè sit restitutio, nec contra. Dicimur enim soluere, non verò restituere quod ex voto, iuramento, charitate, aut misericordia debitum est. E contra qui reddit depositum, restituit, non tamen soluit. Nam *restitutio* postulat vt res quodammodo sit eadem vel in se, vel in æquiualenti: *Solutio* vt sit diuersa. *Solutio, & restitutio.*

Apud Iuristas *Solutio*, vt tenet Syluester v. eodem propriè est eius quod debetur, redditio. *Instit. quibus mod. toll. oblig. init.* Accepta largè est ab obligatione liberatio quocumq; modo *L. solutionis ff. de solut.* Nam qualitercunq; satisfactum sit creditori ad voluntatem suam pro soluto habetur: licèt solutum non sit *L. si rem alien. §. omnis ff. de pignor. act.* Iuxta Molin. tom. 2. disp. 562. initio solutio presse est exhibitio eius quod debetur, aut rei alterius loco illius, quando illa solui non potest, aut de voluntate creditoris.

Naturalis solutio. Ciuilis solutio. Duplex est solutio, altera naturalis, idest vera, quæ fit per veram redditionem eius quòd debetur: altera ciuilis, seu imaginaria, quæ fit multipliciter 1. nouatione, quando extinguitur obligatio prior, & in aliam ciuilem, aut naturalem transfertur *L. 1. ff. de nouat.* 2. delegatione quando scilicet vice sua datur alius creditori, vel cui ipse iusserit. *L. obligatione C. de sol.*

Satisfactio restituti. 893 *Satisfatio* iuxta Syluest. v. eod. Est iniuriæ illatæ recompensatio secundùm æqualitatem iustitiæ. Per Lessium citatum num. 18. multipliciter distinguitur restitutio à satisfactione 1. quòd satisfactio sit quid generalius: omnis enim restitutio est satisfactio, non contra. 2. quòd satisfactio respiciat personam, dum præstat id quod alteri satis est, & si non sit æquiualens debito: restitutio autem respicit rem, dum præstat æquiualens, vel rem ipsam exhibet.

3. Satisfactio propriè fit pro iniuria illata, & honore violato, quamuis nullum detur damnum: vt siquis alium aggrediens recedat vulneratus, quin percutiat, satisfactionem debet pro iniuria, quam irrogauit sine damno: restitutio verò propriè est, vbi damnum illatum, vel res alterius est ablata.

4. Satisfactio fit etiam pro damno irreparabili: restitutio solum pro reparabili. Quidquid in oppositum videatur sentire Vasq. to. 1. in 3. p. disp. 8. c. 4. n. 47. Vbi nullum inter satisfactionem & restitutionem discrimen ponit. In iure habent differentiam hæc verba Reddere, Restituere, Redhibere, soluere, satisfacere, vt notat Azor to. 3. lib. 4. c. 1. q. 2. *Reddere, & restituere.*

Reddere est rem acceptam, vel fideicommisso, vel iussu alterius debitam tradere, *Restituere* est rem ablatam petiùs quam acceptam soluere. *Redhibere* est facere vt rursus venditor habeat, quod vitio corruptum vendiderat, & dicitur quasi à faciendo rehabere iterum quod prius habuit Hinc *Redhibitio* est venditionis resolutio *l. 11. §. redhibitionem ff. de action. empt.* Soluere dicitur is qui fecit quod facere promisit *l. 176. ff. de verb. sign.* Item qui rei acceptæ pretium, vel rei conductæ mercedem tradit: aut acceptam ab aliquo pecuniam eidem numerat. *Satisfacere* est tantum facere quantum satis sit iniuria, vel damno affecto ad compensationem. Iuxta Vlpian. *l. 1. ff. qui satiad. cogar.* Satisfacere dicimus ei, cuius desiderium implemus. *Reddere & restituere. Redhibere. Satisfacere.*

894 *Restitutio* in integrum est reductio in eum statum, in quo quis prius erat, quàm læderetur. Seu est prioris status, aut prioris iuris redintegratio. Nam restitutio id reparat, quod læsio abstulit *l. videamus §. in fanian. ff. de vsur.* Est etiam audientiæ redintegratio secundùm Specul. eo. tit. & *l. quod si minor §. restitutio ff. de minor.* Restituere in integrum (inquit Spiegel. v. eod.) si rectè consideres nihil aliud est, quàm laxare scripti iuris rigorem. Iuxta Alex. Scot. v. eod. est reducere in eum statum, in quo erat ante læsionem *Cap. auditis de in integ. restit.* in Glos. fin. Et per hunc modum subuenitur minoribus, & Ecclesijs: & quandoq; ex legitima, & iuxta causa subuenitur etiam maioribus *vt ff. ex quibus caus. maior.* per totum. *Restitutio in integrum*

Integrè restituere importat restitutionem vsque ad vltimum quadrantem, vt notat Cald. Pereyra de empt. cap. 9. num. 7. In integrum restituitur minor quando totum ius suum recuperat *L. quod si minor §. restitutio ff. de minor.* Nam *Integrè habere* dicitur qui totum habet sine vlla penitus diminutione, vt docet Menoch. cons. 687. num. 43. *Integrum* enim vocatur, cui nulla pars deest, vel quod sine diminutione ex omnibus suis partibus constat *L. nomen filiorum §. fin. ff. de leg. 3.* apud Rolan. cons. 27. n. 3. to. 4. & Pereg. de fideicom. a n. 3. n. 90. *Integrè restituere. Integrè habere. Integrum.*

Y 2 Inte-

Integrum dominium. Fructus integri. Integrum animal. *Integrum dominium* est continuum, & incorruptum *L. Pomponius ff. de acq. rer. poss.* Integri fructus dicuntur non deductis expensis. Alex. cons. 133. n. 4. *Integrum animal* est habens omnia corporis membra integrè formata *L. quod dicitur ff. de liber. & posthum.* Integra domus dicitur antequam ruat, demoliaturue *l. hoc amplius ff. de damno infec.* Integra facultas, idest plena non dissipata, nec obligata *l. 2. C. de debit. ciuit. lib. 11.*

Compēsatio. Recompensatio. 895 *Compensatio* seu alia voce quamuis minùs Latina *Recompensatio*, iuxta Modestinum *l. 1. ff. de compen.* est debiti, & crediti inter se contributio. Hoc est (exponit Molina tom. 2. disp. 560. init.) collatio quantitatum; in quibus duo sibi inuicem sunt debitores, & creditores, vt id detrahatur de eo, quod reus, debet, minimèque debitum censeatur, ac pronuncietur quod vicissim ei actor debet: vulgo dicimus *Descontar a diuida*. Iuxta Zazium *ad §. in bonæ fidei Instit. de action.* est debiti in debitum hinc inde in vim solutionis facta comparatio. Iuxta Alex. Scot. v. eod. dicitur quasi communis pensatio, & est debiti, ad debitum hinc inde facta deductio: vt debeo tibi quadraginta, tu mihi centum, dum peto à te centum, tu deducis quadraginta.

Cmpēsatio & deductio. At *deductio, & compensatio*, vt tenet Cuiacius lib. 8. obseru. cap. 3. differunt 1. quòd compensatio ipso iure fiat, deductio vi exceptionis *l. 15. ff. ratamum.* 2. quia deductio est partis, compensatio totius, interdum & partis *L. siquis C. deposit.* ver. Con. Compensatio vel est directa, vel indirecta: illa fit absolutè sine ex-

Indirecta Compēsatio. plicatione alicuius solutionis. *Indirecta* (vt exponit Lessius lib. 2. cap. 27. num. 16.) dicitur qua res detinetur donec solutio fiat, & locum habet etiam in deposito, & commodato.

Repudiare. 896 Quamuis *Repudiare* sit respuere, & ad quærenda non ad quæsita propriè spectet §. *Decretai, Instit. de hær. quali*: tamen accipitur

Pensare. Computare. pro compensare *L. nescius ff. de negot. gestis*. Item *Pensare* pro compensare *l. & hæc. distinctio §. fin. ff. locat.* Deniq; computare pro compensare *l. minor §. prædia C. de minor.* similiter ex opposito compensare pro computare, seu compensationes pro computationibus *l. Caius ff. de vsuris*.

Resarcire. *Resarcire* est restaurare: vnde dicitur, compelli debes mihi damnum resarcire, id est restituere. Repetere propriè est restituendum petere. Interdum significat iterare vt *L. repeti de quæst.* Interdum recordari *l. quidam de iur. codici* quid in ordine ad restitutionem, vel satis-

Recursus. factionem præstandam sit. *Recursus* optimè declarat Azor. to. 3. lib. 4. c. 14. vt nomine Recursus intelligantur homines quicunq; qui refugium vel securitatem malefactori præstant, ex quo ad maleficium perpetrandum moueatur: item omnes qui pollicendo verbo, vel signis, vel nutibus securitatem præbent, vt malefactor liber euadat, ne in manus iudicum incidat. *Probibere iniuria tenuiores* est cauere ne iniuria afficiantur *l. ne quicquam §. iniuria. fin. de offic. proc.* *Probibere iniuria.*

SECTIO II.

De iniuria, & damno per homicidium.

897 INiuria, & damnum prohibita, per quintum Decalogi præceptum *non occides*, censetur ea quibus proximus in propria persona læditur, qualia sunt occisio, vulneratio, mutilatio, verberatio, percussio. Singula explicemus. *Occisio hominis* si fiat ab homine dicitur *Homicidium* quasi hominis cædium, & hoc iuxta S. Thom. 1. 2. q. 100. a. 8. si largè sumatur, est omnis hominis necatio etiam iusta, qualis inferri solet per iudicem, vel in bello iusto, vel in defensionem propriam, ac iustam cum moderamine inculpatæ tutelæ. Si propriè, ac strictè accipiatur, est omnis hominis necatio iniusta atq; ita *homicidium* in rigore semper est peccatum. *Occisio hominis. Homicidiū.*

Hominis appellatione continetur tam masculus, quam fæmina Vnde lex de homibus loquens comprehendit vtrunq; sexum *l. 1. ff. de verb. sign.* Fit homicidium octo modis iuxta Syluest. v. eod. 1. num. 1. scilicet facto, præcepto, consilio, defensione, permissione, cooperatione, animatione, auxiliatione. *Homicidium* apud Canonistas in ordine ad pœnas incurrendas est duplex, vnum voluntarium, alterum casuale. *Voluntarium* dicitur à Molin. tom. 4. disp. 3. num. 4. quod est intentum, aut perinde reputatur, ac si esset intentum. Vnde fit duplicitur 1. quando quis exequitur actionem occisiuam eo animo & intentione vt mors alicuius sequatur, & est voluntarium directum. 2. quando facit opus, quod ex sua natura ordinatur ad mortem alterius v. g. propinat venenum lethiferum, vel infligit vulnus lethale, sed non animo accidendi. Hoc tamen perinde est ac si intendat occidere, & dicitur voluntarium indirectum. *Hominis appellatio. Voluntariū homicidiū. Homidium voluntariū. Homicidiū casuale.*

Casuale dicitur ab Azorio tom. 3. lib. 2. cap. 14. quod contingit præter intentionem agentis, aut ommittentis opus aliquod, vnde mors alterius consequitur, ac proinde non est intentum in se, aut in aliqua causa, ex qua solitum est accidere homicidium semper, aut frequenter: quamuis ex ea raro, & in pauciorbus eueniat. *Casuale.*

898 Similiter apud Legistas in ordine ad punitionem, est homicidium, duplex, alterum casu factum, culpa tamen interficientis pressè sumpta, vt à dolo distinguitur: alterum dolo factum. *Homicidium* casu factum est idem prorsus quod casuale à nobis explicatum n. 897. & punitur arbitrio iudicis pœna maiori vel minori *Casu factū. Dolo factū.*

minori prout maior, vel minor culpa iuridica interuenit.

Homicidiū volūtarium triplex. Homicidium dolo factum idem reputatur atque intentum, ac scienter factum, & coincidit cum voluntario, quod explicuimus eodem n.897. puniturque pœna homicidij ordinaria. Ita Molin.tract. 3. disp.21.nu.1.ex *l.* 1.§. *Diuus ff.ad leg.Cornel. de Sicar.* & *l.*1 .& *l.eum C. eodem tit.* idem disp. 23.per totam rectè exponit triplex homicidium voluntarium, nempe ex proposito, ex insidijs, ac præditoriè commissum.

Ex proposito. Ex proposito commissum dicitur quando homicida præuia animi deliberatione, præcedente ex interuallo occisionem, quempiam interficit. Vnde non dicitur ex proposito occidere, qui oborta rixa antiquum aduersarium animo interficiendi, atque adeo dolo occidit: si nulla deliberatio occidendi rixam

Ex insidijs. præcessit. *Ex insidijs* dicitur commissum quando aliquis expecta alium in loco, in quo ab eo verisimiliter prouideri non poterat; illumque ex improuiso venientem aggreditur, & occidet.

Proditoriè. *Proditorie* vulgo *Aleyuosamente*, ea *treiçam* commissum dicitur quando cum nulla esset causa rixæ inter aliquos vnus eorum interficit alterum securum, nihilque tale timentem.

Qualificatum homicidium. Hæc tria videntur collocari sub *Homicido qualificato*, scilicet qualitate affecto, quale Lessius lib.2.cap.34.nu. 187. affirmat esse factum per sicarium pretio conductum, quod ipso facto

Qualitas. tollit beneficium *cap. 1. de homicid.* de quo Alex.conf.166. *Qualitas* enim in iure ciuili sumitur etiam pro differentijs facientibus rem certam, ac determinatam, & contrahentibus rem ad indiuiduum; vt probat Zasius per *L. stipulatio uum quædam ff. de verb. oblig.*

Homicidij appellatio. 899 *Homicidij appellatione* non venit parricidium, vt tradunt Carr.in pract.crim.§.homicidium li.4.n 148. & Surd.conf.33.nu.16.sub nu.23. post Bologn. conf.63. dicit quod parricidium veniat in statuto loquente de homicidio, quando dicitur omnis homicida vel nullus homicida: quia generalis loquutio nihil relinquit intactum: & natura generalis sermonis est concludere omnes casus, & personas etiamsi maior esset ratio in vno casu, vel in vna persona quam in alijs, iuxta Barbol.appel.114.& axiom.106.n.2.

Peremptio & necatio. *Perimere & necare.* Inter occisionem, necationem, & peremptionem parum discriminis est, nisi quod ex vi verborum *Peremptio*, & *Perimere* denotent quandam in totum extenuationem, seu extinctionem *L.qui hominem ff.de adim.leg.* differant verò occisus, & necatus, quòd occisus vulnere, necatus etiam sine ictu dicatur: vnde veneno necatos, non occisos appellamus.

Necare videtur (inquit tex.*l.necare ff.de lib. agnosc.*) non tantum is qui partum præfocat, sed & is qui abijt, & qui alimoniam denegat, *Occidisse* dicitur qui mortis causam præbuit *l.ita ff. ad leg. Aquil.* Idem est *Macellare* atque mactare, vel trucidare. Hinc *Macellarij* dicuntur qui pecora vel quadrupedia mactant. Ita Gloss.in *Clem. 1.de vita, & honest.cleric.* *Occidere. Macellare. Macellarij.*

900 *Commissum* sumitur pro homicidio L. *is qui C. de sicar.* Quanuis *cædere* sumatur pro percutere, & excidere, tamen sumitur frequenter pro occidere: & quidem *cædes* est grauis occisio, sumiturque pro graui crimine *L.1.de his qui accus. poss. C. cædis authores l. si ideo, de his, quibus vt indig.hæred. C.cædem mandare.* *Sicarij* apud Canonistas dicuntur qui alicuius vitæ armis insidiatur *Cap.sicut dignum, de homic.& Cap.is qui cum telo de pæn.dist.1.* Apud Legistas sunt homicidæ, & interfectores §.*Sicarij Inst.de pub.iud.* *Commissum. Cædere. Cædes. Sicarij.*

Dicuntur *Pugiles* homicidæ *cap. 2. de cleric. pugn.induell.* In iure Canonico *Assassini*, vt tradunt Nauar.cap.27.nu 13.& Azor. to.3.lib.2. cap. 17. accipiuntur dupliciter 1. latè & sunt serui sub domino aliquo existentes, qui occidunt aliquos conducti pretio.2.Strictè ac propriè, & sunt serui quidam infideles, sub ditione alicuius domini ita persuasi, vt credant honestum, & licitum esse accidere, quem dominus suus iusserit, quomodocunq; & quacunque causa iubeat, & non esse id omittendum, quanuis ob id eosmet occidi oporteat. *Pugiles. Assassini.*

Communis tamen sententia est Bart. Bald. Antonij Gomez, Gregorij Lopez, & aliorum apud Molin.tract.3.disp.25.nu.2. *Assassinorum nomine* intelligi quoscunque siue Christiani illi sint, siue non, qui pretio alios proditoriè occidunt. Quin.Carrer.in pract.de homic. §.1.nu. 13.&§.5.n.5.addit Assasinos dici, si de mandato alterius aliquem interimunt, nullo eis præmio proposito, sed solum vt mandanti placeant. *Assassinorum appellatio.*

901 *Abortus* & alio nomine *Aborsus* est eiectio fœtus immaturi. Vnde procurare abortum idem est atq; studiosè quærere, siue per se, siue per alium, vt fœtus immatura ex vtero matris eijciatur. Dupliciter fieri contigit nempe ante fœtus animationem, & post: Qui fuit in causa vt fœtus animatus immaturè eijceretur, manet obnoxius pœnis homicidatum, tam iuris ciuilis, quàm canonici. Qui nondum animatum eijcit, licèt non committat homicidium, tamen per ius ciuile punitur exilio, & amissione partis bonorum, si sit honestæ conditionis: si verò humilioris damnatur ad metallum *L.si quis aliquid §. qui abortionis ff.de pœnis.* Vide Dianam p 7.tr.5.resol. 1.& 3. *Abortus seu Aborsus.*

Abactus venter sumitur pro fætu venenis, & medicamentis eiecto, apud Paul.lib.4.sent.c. 9.Nam *Abigere partum*, L. Cicero. de pœn. imò *Abigere* simpliciter *l. 4. ff. de extraor. crim.* est per abortionem eijcere. *Abortiuus* dicitur puer, vel alter fætus ante tempus *Abactus venter. Abigere. Abortiuus*

 præ-

præfinitum natus: & sic appellatur iuxta Isidor. lib. 10. Etymol. Quòd non oriatur, sed aboriatur, & excidatur. Quid *abortus* C. lib. 6. tit. 29. l. 2. Quod Abortio ff. lib. 48. tit. 29. lib. 38 *Eijcere* est verbum quod spectat ad immaturum partum *l. fi. mulier ff. ad leg. Aquil.* Vnde partus eiecti, & eiectitij pro abortiuis.

Eijcere.

902 Vt prosequamur reliqua conducentia ad homicidium, *Vulneratio* est fauciatio, seu inflictio vulneris. *Vulnus* est hians, patensq; apertura corporis, ictu aliquo inflicta. Vide Bart. ad *L. si seruus §. si factum ff. ad leg. Aquil. & l. 1. C. de ponderat.* Vbi explicat quid sit vulnus mortale. Et quidem per Bald. in *Cap. 1. quibus modis feu. amit.* dicitur Vulneratus ad mortem, qui nullo modo, vel de facili non potest euadere.

Vulneratio.
Vulnus.

Vulnus intestinum vt habetur *l. ita vulneratus ff. ad leg. Aquil. & L. lege C. de legi. hære.* est idem atq; vulnus incognitum, seu non apparens. Vlcus, & vulnus differunt ex l. ob quæ vitia §. fin. ff. de ædil. edict. quòd *Vlcus* dicitur innatum, *Vulnus* illatum. *Vulnusculum* vt habetur *L. 1. §. proinde de ædil. edict.* est paruum vulnus. *Cicatrix* apud Bart. ad *l. si quis ad metallum C. de pæn.* dicitur, quæ vultum deturpat, & post vulnus remanet.

Vulnus intestinum.
Vlcus, & vulnus.
Vulnusculum.
Cicatrix.

Vulneris appellatione non continetur leuis ruptura cutis: quia hæc non appellatur vulnus iuxta Socin. reg 274. ver. tertio fallit, & Hortens. Caualc. de brachio regio p. 4. num. 151. Verba enim disponentia de vulnere, sicut de febre, & similibus debent intelligi simpliciter, & non de modica, vt tenent Steph. Gratian. discept. forens. c. 200. num. 19. & Tusch. lit. V. tom. 8. concl. 101. num. 19. *Vulneris lethalis appellatione* quid veniat, medicorum prudenti arbitrio committitur, vt resoluunt Mascard. de probat. concl. 1034. num. 11. Menoch. remed. 5. adipiscendæ num. 162 & Farin. in prax. crim. q. 127. à num. 101. vbi num. 109. addit si dubitetur an vulnus lethale fuerit, posse vulneratum exhumari, vt cernatur vulnus.

Vulneris appellatio.
Vulnus lethale.

903 *Mutilatio* vt habetur *L. errore C. de test. & c. pen. de corpore vitiat.* Est amputatio membri. *Mutilare* enim est aliquod animal integrum detruncare, ei amputando membrum, vt homini manum, vel pedem. *Mutilatio* sumitur latè prout iniuria est, & crimen in ordine ad punitionem ciuilem, vt notat Molin. tract. 3. disp. 19. num. 3. nam vt sic comprehendit non solum abscissionem, seu detruncationem membri, quæ propria mutilatio est, sed etiam debilitationem, quæ ita reddat membrum ineptum, vt suam functionem exercere nequeat.

Mutilatio.
Mutilare.

Sumitur autem propriè, & strictè in ordine ad contrahendam irregularitatem teste eod. Molin. tract. 3. disp. 68. num. 1. ita ut solum intelligatur nomine mutilationis illa detruncatio, & abscissio membri, quæ omnimoda sit, nec sufficiat aliquem claudum, vel mancum efficere absq; membri detruncatione: nec cæcum, si oculus non eruatur. *Membrum* est omne id quod in corpore nostro distinctam habet operationem, vt oculus, auris, nasus, lingua, manus, spes. Ita Cou. in *Clem. si furiosus p. 3. init. num. 3.* Iacob. de Graff. in aureis decis. lib. 2. cap. 26. num. 4. & Henriq. in sum. lib. 4. c. 8. §. 1.

Membrum.

Membri igitur appellatione venire mamillam fœminæ, at nec venire digitum, nec dentes, nec auriculam, scilicet cartilaginem auris, nec barbam, siue accipiatur pro capillis, siue pro mento, tradit cum multis Barbos. de appell. verborum appel. 146. Vnde abscindens fœminæ mamillam fit irregularis teste Molina to. 4. tract. 3. d. 69. num. 6. At irregularis teste non fit abscindens digitum etiam pollicem, vt ait Bonaci. de cens. disp. 7. q 4. punct. 8. n. 3. nec abscindens auriculam, ut tenet Auila de cens. p. 7. d. 5. sect. 1. dub. 1.

Membri appellatio.

904 Deniq; prædictis non dissonat explicare quid sit *defensio moderata*, seu *moderamen inculpatæ tutelæ*, quid agressor, & aggredi, quid enormis læsio, quid actio proxima, ex qua proximè mors sequatur. *Defensio moderata*, seu inculpata, quæ ab Alex. 3. *Cap. si verò 1. de sent. excom. & l. 1. C.* Vnde vi, appellatur moderamen inculpatæ tutelæ iuxta Syluest. v. Bellum 2. n. 1. tunc datur quando id fit, quo omisso, iniuria repelli non poterat. Quia (ut exponit Lessius lib. 2. cap. 9. num. 43.) in defensione non potest uti maiori ui, quàm sit necesse ad iniuriam arcendam: alioqui non est defensio, sed ultio: unde si sufficiat mutilare, uel fauciare, occisio esset immoderata, & culpata defensio. Hoc in particulari iudicare, prudentis arbitrij est, ut docet Suar. de cens. disp. 46. sect. 1. num. 7.

Moderamen inculpatæ tutelæ.
Defensio moderata.

Aggressor est idem atq; inuasor: & *aggredi* quod inuadere, adoriri. *l. 2. C. ad leg. Cornel. de sicar.* iuxta Glos. pro agressore intelligunt aliqui eũ, qui uel nocturnus depopulator est, uel die itinera frequentata insidijs obsidet. Notat Suar. cit. num. 7. non esse aggressorem eum, qui desperãs se posse aliter resistere inimicum præueniendo inuadit: tunc enim huiusmodi præuentio aggressio non est, sed pura defensio. *Enormis læsio*, & enorme damnum pro immodico, & prægrandi vsurpatur. Quale uerò in particulari id fit, relinquitur prudentis arbitrio iuxta Gloss. ad *Cap cum illorum de sent. excom.* Quæ autem sit *læsio enormissima*: apud Molinam de primog. lib. 2. c. 3. n. 18. aliqui putant esse læsionem ultra quadruplum, uel saltem triplum iusti pretij: ipse uerò arbitrio iudicis relinquit. Vide Parlad. diff. 114. ubi explicat, & distinguit utranq;

Aggressor. aggredi.
Enormis læsio.
Enormissima.
Damnum enorme.

Enormitatem stipendiorum dixit Spartianus pro nimia largitate apud Spiegel v. eodem. Actio proxima ex qua proximè mors sequitur, iuxta Suar. de cens. disp. 44. sec. 1. num. 4. est illa ex qua moraliter mors sequi solet:

Enormitas stipendiorũ.

hæc

hæc autem ex circunſtantijs, nempe inſtrumento, loco, modo & occaſione in particulari definienda eſt. *Percuſſio leuis, grauis, & enormis*, quæ ſit exponit Suar. de cenſ. diſp. 22. ſect. 1. à num. 88. Leuis non dicitur ex leuitate culpæ, ſed reſpectiuè ad grauem, de quibus latè Suar. hoc loco.

Percuſſio leuis, grauis enormis.

SECTIO III.

De iniurijs per ſtuprum, raptum, & adulterium.

Stuprum.

905 Stuprum apud Latinos ſumitur pro omni damnato concubitu, præſertim adulterio, & inceſtu. Tullius in Tuſc. Stupra dico, & corruptelas, & adulteria, inceſta denique Apud Legiſtas latè accipitur, & comprehendit omnem coitum vetitum, ſiue cum virgine, quod ſtuprum propriè dicitur, ſiue cum vidua, & quauis corrupta, quæ eſt *fornicatio*, ſiue cum nupta, quod eſt *adulterium*, ſiue cum conſanguinea, qui eſt *inceſtus*, ſiue cum puero, quæ eſt *pædicatio l. inter liberas §. lex Iulia, & l. ſtuprum ff. ad leg. Iuliam de adult.*

Fornicatio. Adulteriũ. Inceſtus. Pædicatio.

Apud Theologos duce S. Thom. 2. 2. q. 154. a. 6. ſumitur preſsè, ac propriè, & vt ſic definitur in hunc modum: Eſt concubitus viri cum fæmina virgine, quo virginalis carnis integritas corrumpitur: hoc eſt quo virginis fæminæ ſignaculum violatur. Apud Canoniſtas ſumitur pari modo pro illicita defloratione Virginis non præcedente matrimonio, ſiue ipſa conſentiat in tali defloratione, ſiue non. Hinc illud definit Gratian. 36. q. 1. cap. lex.

Defloratio:

Stuprum propriè eſt illicita Virginum defloratio, non præcedente coniugali pactione. Si committatur per vim illatam fæminæ, addit malitiam mortiferam, proindeq; in confeſſione neceſſariò aperiendam: Secus ſi in defloratione nulla vis fæminæ inferatur. Vide Molin. to. 4. tract. 3. diſp. 104. num. 1. Sanch. de matr. lib. 7. diſp. 14. num. 5. Azorium to. 3. lib. 3. c. 11. & Leſſium lib. 4. c. 3. dub. 9.

Raptus.

906 *Raptus*, vt Theologi proximè citati, nempe Molin. diſp. 105. num. 1. Sanch. diſp. 12. Azor. cap. 14. & Leſſ. num. 66. colligunt ex iure ciuili *l. 1. C. de rap. virg.* & *l. raptores ff. de Epiſc. & cleric.* & Canonico *36. q. 1. Cap. lex illa*, tunc committitur quando aliqua perſona cauſa contrahendi matrimonij, vel cauſa libidinis abducitur ab aliquo loco, ſiue ipſa renuat, ſiue renuant illius parentes, aut illi ſub quorum cura eſt. Vnde raptus locum habet tum in maſculo, tum in fæmina, ſiue nupta, ſiue non nupta, dummodo tria illa concurrant, nempe vis illata, abductio de loco, & animus concubitus, vel alterius libidinis: non igitur dicetur raptus, ſi vidua, vel innupta ſui iuris conſentiat, quamuis fratres, & alij coniuncti reſiſtant.

Item ſi inuita in eodem loco violetur, non erit raptus, ſed ſtuprum: deniq; ſi inuita abducatur, non cauſa libidinis, ſed vt vendatur, vel captiuetur, non erit raptus, ſed plagium. Quare rectè notat Azor. cap. 16. eſſe diſcrimen inter raptorem, & oppreſſorem: nam *oppreſſor* eſt mulieris qui eius pudicitiæ vim infert, illa abutendo ad turpitudinem: & talis ſtuprator dici poteſt.

Raptor oppreſſor.

Opprimere enim quamuis ſit grauare, & offendere *l. 1. C. de priuat. carc.* tamen eſt violare virginem *q. 27. q. 2. cap. ſiquis ſponſam.* Deinde raptor eſt qui mulierem abducit à domo parentum, vel loco ubi eſt, vt vel cum ea matrimonium ineat, vel copulam fornicariam habeat. *Corumpere* vt habetur in *L. ſiquis aliquid ff. de pœnis.* idem valet atq; ſtuprare. Similiter *Deflorare* eſt florem virginitatis auferre, iuxta Archid. *Cap. vnico de deſp. imp. in 6.*

Opprimere. Corrumpere. Stuprare. Deflorare:

907 *Adulterium* dicitur quaſi ad alterum, vel alteram: iuxta S. Thomam 2. 2. q. 154. a. 8. dicitur quaſi ad alienum torum acceſſio: eſt enim teſte Valla lib. 6. propter partum ex altero conceptum compoſitum nomen. Definitur à Gelaſio Pap. *Cap. lex illa ad finem 36. q. 1.* in hunc modum: Eſt alieni tori violatio: Ex quo rectè deducit Sanch. lib. 1. matr. diſp. 2. num. 2. non committere adulterium qui violat alterius ſponſam de futuro: quia ſponſis de futuro non conceditur torus. Accedit ius ciuile *l. inter ff. ad leg. Iul. de adult.* Vbi ſic habetur: *Propriè adulterium in nuptam committitur.* Iuxta quem textum videntur Legiſtæ ſentire, vt innuit Alex. Scot. v. eod. non eſſe adulteriũ illud, quo vir vxoratus fæminam ſolutam cognouit. Verùm Theologi, vt videre eſt apud Molin. tom. 4. diſp. 89. Azorium tom. 3. lib. 3. cap. 7. & Leſſ. lib. 4 cap. num. 74. rectè docent tripliciter committi adulterium 1. eſt parte ſolius viri, ſi coniugatus cognoſcat ſolutam. 2. ex parte ſolius fæminæ, ſi vir ſolutus cognoſcat fæminam coniugatam. 3. ex parte vtriuſq; ſi vir coniugatus cognoſcat alienam fæminam coniugatam, & hoc à quibuſdam vocatur duplex adulterium. *Dormire* pro adulterium committere, habetur 27. q. 2. *cap. qui dormierit & 32. q. 5. cap. quodam.*

Adulteriũ. Dormire.

908 *Lenocinium* crimen eſt adulterio affine, & certè grauiſſimum, dictum vel ab alliciendo, uel à leniendo eo quòd lenones adoleſcẽtulos leniant, & alliciant. *Lenocinium* eſt actus lenocinandi, ſeu exercitium lenonis *l. palam ff. de ritu nuptiarum* Sunt autem *Lenones* (vt rectè explicat Toletan. ad tit. 40. Codic. lib. 11.) in duplici differentia apud legiſtas: nam *Leno* cenſetur maritus, qui vxorem in adulterio deprehenſam retinet, quæſtumue aut lucrum ex adulterio uxoris ſuæ facit *l. 29. in prin.* & *§. qui quæſtum ff. ad legem Iuli. de adult.*

Lenociniũ. Leno.

In

In secunda differentia collocantur, qui prostitutas habent ancillas, vel filias, vel fœminas alias *l. in fin. ff. de extra. Crim.* & *l. 4. §. 1. ff. de his qui notantur infam.* Vt lenocinium exponat, & lenonum, ac lenarum pœnas scrutetur Molin. tom. 4. tract. 3. disp 97. num. 1. quinque lenonum genera distinguit. In primo (inquit) sunt qui circa suas proprias vxores lenocinium exercent. In secundo qui lenocinium exercent circa fæminas, quæ in loco publico degunt, participando de illarum lucro, *Rafiaens* vulgo dicimus. In tertio, qui lenocinium exercent circa eas, quæ in domibus priuatis sunt. In quarto, qui lenocinium exercent circa eas, quas ipsi in ipsorum domibus habent, siue eorum ancillas, siue liberas. In quinto, qui domum ipsi exhibent fornicari ibi volentibus, vulgo: *Alcouce*.

Rafiaens. *Alcouce.*

SECTIO IV.

De iniurijs infamia, & honore per detractionem, & contumeliam.

Detractio.

909 Detractio iuxta S. Thomam 2. 2. q. 73. a. 1. quem sequuntur Molina to. 5. tract. 4. disp. 23. Lessius lib. 2. cap. 11. dub. 2. & Azor. to. 3. lib. 13. cap. 6. definitur in hunc modum: est alienæ famæ occulta, & iniusta denigratio, seu violatio: Similiter *Contumelia*, quæ dicitur à *Contumeo* quasi tota verbis tumens ex spiritu superbiæ, definiri potest. Est manifesta, & iniusta alieni honoris violatio, quæ verbis potissimum fieri solet. Hinc Lessius citatus notat dupliciter differre detractionem a contumelia, 1. quod detractio directè lædat famam: contumelia verò honorem.

Contumelia. *Contumeo.*

2. Quod detractio fiat occultè, seu in absentia sicut furtum: contumelia autem potissimum fiat in coram. Sicut enim honor non exhibetur nisi præsenti, vel absenti tanquam præsenti, sic contumelia non infertur nisi præsenti, vel absenti tanquam præsenti. Detractio committitur quatuor modis directè, & totidem indirectè. Directè 1. imponendo falsum crimen. 2. ampliando crimen verum. 3. pandendo crimen occultum 4. sinistrè interpretando alterius factum, & hoc est *Vituperium*, nam *vituperare* est vitio aliquid dare, quasi vitium parare. Indirectè 1. negando rectè facta, vel dotes alterius 2. ea extenuando 3. tacendo bona eo tempore quo silentium videatur tacita vituperatio. 4 Simulatè, & frigidè laudando.

Detractionis commissio. *Vituperiū.* *Vituperare.*

910 *Murmuratio* est quid diuersum à detractione, & iuxta Syluester. v. eodem dicitur à *Mutire* quod est propriè mutorum, & loqui non audentium. Potest in genere definiri. Est locutio submissa secretè & clanculo facta. In qua acceptione indifferens est, ut cum peccato, & sine peccato stare possit. Strictiùs accepta pro peccaminosa duplex est.

Mutire.

Prior in hunc modum definitur. *Est submissa & clanculosa locutio querelantis de re iusta.* Qualis v. g. fiebat frequenter à populo Israelitico contra Deum. Debet fieri clam: si enim quis queratur iniustè coram iudice, non dicetur murmurare.

Posterior sic definitur, *Est submissa, & clanculosa locutio de re iniusta iniustè*, scilicet modo indebito, id est non vbi, quando, & quomodo oportet. Sic dicitur Religiosus murmurare, etiam quando aliquid iniustum patitur, sed id non exponit prælato: dicit tamen alijs, quorum non est ei prouidere. *Susurratio* species detractionis est: indeq; habet nomen quòd sit sonus tenuis aquarum decurrentium, aut foliorum leni vento crepitantium, & detractores soleant loqui submissè murmurando.

Susurratio.

Vnde Isidor. 10. Ethy. 27. *Susurro* de sono locutionis appellatur, qui non in facie alicuius, sed in aure loquitur detrahendo. Latè accepta non distinguitur à detractione: Secus si accipiatur pressè: nam vt sic definitur à S. Thoma 2. 2. q. 74. Est obloquutio mala de proximo facta occultè ad diuidendam aliquorum amicitiam.

Susurro & detractor.

Vnde (vt notat Syluest. v. eod.) susurro, & detractor conueniunt in hoc, quòd vterq; dicit mala de proximo in eius absentia: sed differunt in intentione: quia susurro intendit amicorum discordiam: detractor verò famæ læsionem. Vnde susurro *Seminator discordiarum* verè appellatur. Notat Molin. to. 5. tract. 4. disp. 25. num. 3. posse stare susurrationem sine detractione, si susurro quæ vnus de alio dixit, aut quæ in offensionem illius fecit, illi ipsi detegat, proindeque inter illos duos charitatem, & amicitiam dissoluat.

Seminator discordiarū.

911 Hæc tria contumelia, conuitium, & improperium, quæ sunt iniuriæ consistentes in verbo, differunt inter se (vt docet Azor tom. 3. lib. 13. cap. 5. init) quòd *contumelia* sit iniuria, qua in præsentia obijcitur alicui crimen, vel peccatum ipsius: vt si illum voces furem, aut hæreticum. *Conuitium* sit iniuria, qua verbis obijcitur alteri malum eius, siue culpæ siue pœnæ, siue naturæ, vt si illum dicas stultum, gibbosum, excommunicatum, vitiosum.

Contumelia & conuitiū

Improperium est iniuria qua alteri obijcitur beneficium in ipsum antea collatum, & est quædam ingratitudinis exprobatio. *Opprobrium* videtur latiùs patere: est enim in iure idem quod probrum *L. probrum ff. de verb. sign.* & apud Latinos; est idem atque infamia, dedecus, quasi obiectum probrum. Est autem *probrum* maledictum, & dedecus, quę ex scelere sequi solent.

Improperium. *Opprobriū.* *Probrum.*

Cucurbita cum apud Latinos idem sit quod Lusitani appellamus *Cabaça*, tamen in iure verbum iniuriosum est, vt tenet Glossa *L. si inimi-*

Cucurbita.

inimicitiæ ff. de ijs quib. vt indi. Ex quo verbum *Cucurbitare* in *Cap. 1. quibus modis feu ami. de vsib. feud.* Reperitur hæc vox *Cegoza* quæ iuxta Alberic. v. eodem est vulgaris Lombardorum, in Glossa ad *L. si inimicitiæ ff. de his qui vt indig.* & est verbum iniutiosum sicut cucurbita. Eodem textu habetur hic modus loquendi: *In faustas voces iactare* pro maledicere, seu maledicta imprecari, seu conuitiari. Est etiam contumeliosa vox hæc *Racha* quæ habetur Math. 5. & ab Vgone lib. deriu. interpretatur vanè, vel sine cerebro.

Cucurbitare. Cegoza. Infaustas voces iactare.

912 Contumeliæ, & conuitium sunt valde affinia Irrisio, derisio, subsannatio, Ironia, maledictum, imprecatio, quibus possumus addere bilinguem. *Irrisio*, & *Derisio* idem valent, & deriuantur à verbis *Irridere*, & *Deridere*, quæ significant cum alterius contemptu ridere. *Derisio* iuxta S. Thomam 2. 2. q. 65. datur cum quis malum, vel defectum alterius in ludum, & risum vertit, vt alter erubescat. Vnde sicut intenditur læsio honoris in contumelia, famæ in detractione, & amicitiæ in susurratione, ita per derisionem intenditur proximi erubescentia.

Irrisio. Derisio. Irridere. Derridere. Subsannatio.

Dicitur propriè derisio quando verbis additur risus, & cachinnus: dicitur *subsannatio* quando fit nasi, vel capitis motu tanquam signo manifestante aliquem defectum proximi, vt rubore afficiatur: dicitur *illusio* quando fit factis quibuscumq; ad eundem finem erubescentiæ alterius ordinatis. *Ironia* Græca vox est, quæ Latinè interpretatur simulatio, seu Illusio: fit cum quid per derisionem, id est per contrarium dicitur. Ita ad *cap. forus, de verb. signif.* bona Gloss.

Illusio. Ironia.

Maledictum (vt ex S. Thom. 2. 2. quæst. 76. tradit Azor tom. 3. lib. 13. cap. 10.) sumitur dupliciter 1. vt est conuitium iactum in alterum, & vt sic non distinguitur à contumelia: quamuis *Maledicus* latiùs pateat, & sit qui obloquitur de proximo, ei detrahendo, & eum obloquijs deprimendo, vt *cap. 1. de cleric. maled.* 2. pressiùs vt est maledicentia, qua quis alteri imprecatur malum culpæ, pœnæ, vel naturæ, & ab *Imprecatione* non distinguitur, Estq; peculiare vitium mulierculatum, & mulionum.

Maledictũ. Maledicus.

Bilinguis iuxta Molin. tom. 5. trac. 4. disp. 25. num. 5. Is dicitur, qui circa eandem rem duplici vtitur lingua, contrario modo vitiosè de eadem re loquens. Si enim non loquatur uitiosà, sed ex causa iusta mutans sententiam de eadem re contrario modo loquatur, ac antea fuerat locutus, non dicetur bilinguis, ut vitium denotat.

Bilinguis.

913 Cum detractio sit læsio famæ, contumelia honoris, pro maiori utriusq; explicatione declarare oportet quid sit fama, & honor. *Fama* nomen sortitur à fando. Est enim aliquid quod fando de re aliqua diuulgatur. Partitur in famam hominis, & famam de aliquo negotio: hæc iuxta Specul. tit. de not. crim. sic describitur vt comprehendat bonam, & malam: Est uehemens vulgi, & maioris partis populi opinio, rei, de qua quæritur, consentiens vel consonans.

Fama.

Sanches lib. 1. Mar. disp. 71. num. 18. illud inter famam, & rumorem ponit discrimen, quod *fama* detur, quando maior pars uiciniæ acclamat: *rumor*, quando aliqua pars, ut tertia, uel quarta. *Fama hominis* apud Iuristas *l. cognitionum 5. ff. de extraor. cognit.* sic definitur: Est illæsæ dignitatis status legibus, & moribus comprobatus, & in nullo diminutus. Sic etiam definitur *existimatio*, quæ proinde cum fama coincidit. Apud Theologos teste Lessio lib. 2. cap. 11. n. 1. describi solet: Fama est multorum existimatio de uita, & moribus alterius.

Fama, & rumor. Fama hominis. Existimatio.

Vnde consistit primariò in opinione uirtutis, & sapientiæ, quæ duo sunt propria hominis ob quæ sola est laude dignus. Secundariò in opinione ingenij, eloquentiæ, nobilitatis, roboris, pulchritudinis, opulentiæ, & similium. Fama, opinio, & existimatio idem sunt iuxta Glos. ad L. 1. C. ex quib. caus. infam. irrog. quamuis oppositum teneat Gloss., quæ est in corpore *Auth. de testa. §. Sancimus.*

914 *Opinio communis* iuxta Panorm. in *Cap. prudentiam* in princip. *de offic. deleg.* illa dicitur, quam plures, & grauioresq; amplectuntur. Est aliud quàm fama (teste Alex. Scot. v. eod.) nam opinio communis facit ius *L. 1. C. de re iud.* fama non facit ius. Item opinio communis probat, fama non probat. Ex quibus patet discrimen inter famam, & gloriam: quòd *gloria* addat ad famam, esse bonam, & quoad multos, & cum laude.

Opinio communis.

Gloria enim definitur ab Augustino lib 83. quæst. 31. Est clara cum laude notitia. Iuxta Tellium lib. 2. de inuent. Est frequens de aliquo fama cum laude. Et iuxta eundem 3. Tuscul. Est consentiens laus bonorum, & incorrupta uox benè iudicantium, uel ut ait orat. pro Marcello: Est illustris, ac peruagata multorum, & magnorum, uel in suos ciues, uel in patriam, uel in omne genus hominum fama meritorum. *Pudor* pro fama sumitur *in l. sed si hac §. Prætor ff. de in ius vocan.* Vbi Glossa apud quam in eadem lege idem ualet *sugillare pudore*, atq; infamare. Sicut *decolorari* pro infamari, seu infamia notari *l. eum qui C. de Episc. & cler.*

Fama gloria. Pudor. Sugillare pudore. Decolorari.

915 *Honor* apud Iurisconsultos multiplicem acceptionem subit: nam accipitur pro salatio *l. 1. §. proinde ff. de var. & extraor. cogo.* Pro dono *l. si remunerandi ff. mandati*: Pro magistratu *§. Prætorum Instit. de iure nat. gen. & ciu.* Pro dignitate *l. inper de donat. inter vir. & vxor.* Deniq; pro administratione reipublicæ, quæ cum dignitate adiuncta est *l. honor 14. ff. de muner. & honor.* Hinc *Honorati*, de quorum ue-

Honor. Honorati.

hiculis

hiculis agitur *tit.* 19. *Codicis lib.* 11. appellantur qui in aliqua dignitate ciuili, vel militari constituti, vel ea functi sunt, vt præfectus prætorio, præfectus vrbi, prætores, senatores, consules.

Honor apud Theologos, vt definit S. Thomas 2. 2. q. 103. a. 1. Est testificatio quædam excellentiæ alterius. Quam definitionem sic exponit Lessius lib. 2. cap. 11. n. 2. vt honor immediatè sit testificatio nostræ opinionis, de excellentia alterius, cum quadam nostri submissione: & mediatè ipsius excellentiæ: nam signa externa immediatè significant nostros conceptus, & affectus: mediatè res ipsas.

Azor tom. 3. lib. 5. cap. 10. breuiùs explicat dicens honorem esse reuerentiam quæ impenditur alicui in testimonium virtutis, vel dignitatis, vel potestatis, vel alicuius alterius excellentiæ, *Reuerentia* iuxta Archid. *in Cap. decet. de immunit. Eccles.* & *Cap.* 2. *de offic. de leg. in* 6. est honor qui exhibetur cum pauore: nam deriuatur a *Revereor* quod significat honorando vereor, seu verendo honoro. *Reuerentia. Reuereor.*

Excellentia est quædam præstantia, seu magnitudo eminens, quæ (vt ait Less. lib. 2. c. 11. n. 3.) consistit potissimum in virtute, & sapientia, deinde in alijs perfectionibus moralibus, & physicis à Deo communicatis naturaliter, vel supernaturaliter. *Excellētia.*

SECTIO V.

De alijs concernentibus ad famam, & honorem.

916 INfamia ex diametro famæ opponitur, & idem valet, atque non fama, vel sine fama. Apud Latinos est macula, probrum. Apud iuristas est idem atque notæ. *l.* 1. *ff. de his qui notan. infam.* Hinc *notabilis* pro infami *Cap. ex parte, de testib.* & *notare* pro infamare *Cap. Accidens de purgat. Canon.* Qui in iure dicantur infames, & quibus subiaceant, petendum est ex tit. *C. ex quibus caus. infam. irrog.* & *tit. ff. de his qui notan. infam.* in exponenda, & diuidenda Infamia, cum Iurisperitis consentiunt Theologi, Syluest. v. eod. num. 1. Azor to. 2. lib. 6. cap. 7. q. 3. Molin. to. 5 tract. 4. disp. 7. & Suar. de Censur. disp. 48. sect. 1. *Infamia. Nota. Notabilis. Notare. Infamia.*

Infamia igitur per contrapositionem ad famam definiri potest: Læsæ dignitatis qualitas, vita & moribus reprobata. Seu Imminutio illius status qui vita, & moribus comprobatus est. Nam consistit in sinistra, seu mala opinione publica. Diuiditur in infamiam popularem, & legalem. *Popularis* alio nomine *Communis*, dicitur sinistra opinio, quæ obscurat personæ æstimationem, non ex vi alicuius legis, sed ex communi hominum iudicio: ac proinde Infamia facti dici solet: quali ab ipso facto, non a iure nascatur. *Infamia. Popularis infamia. Facti infamia.*

Infamia legalis alio nomine *infamia iuris*, est illa, quæ ex alicuius legis humanæ habet aliquos morales effectus, ratione quorum specialis quædam moralis macula reputatur. Hæc subdiuiditur in ciuilem, quæ per ius ciuile, & Canonicam, quæ per ius Canonicum inducitur. Omnis infamia ciuilis (vt tenet Suar. citat. num. 4.) per ius canonicum non reuocata, censetur acceptata, atque adeo canonica est. Item omnis ille, qui suis culpis exigentibus, ad sacerdotium promoueri nequit, canonicè infamis est. Rursus vtraque legalis infamia diuiditur in illatam per actum iuridicum, quæ appellatur iuris tantum, & illatam per facti manifestationem, quæ vocatur legalis facti, & est quædam applicatio iuris ad talem personam non requirens sententiam iudicis. *Legalis infamia. Iuris infamia.*

917 *Ignominia* apud Latinos est nominis nota, infamia, dedecus. Apud Legistas (vt notat Alex. Scot. v. eod.) est verbalis læsio contra honorem alicuius, & vt sic, non distinguitur à contumelia: est item turpitudo. Vnde in *Auth. de sanct. Episc.* §. *damus*, dicitur esse ignominiosum Episcopo, si quærat ab alijs doceri, cum ipse alios docere debeat. Dicitur etiam *Ignominiosus* vir notatus infamia. *Ignominia. Ignominiosus.*

Dedecus est ignominia ex re turpiter gesta. Quando aliquid dicatur fieri cum dedecore, vide Barthol. ad *l.* 2. *si emancipatus ff. de bonor. possess.* contra tab. *Diffamatio* apud Syluest. v. eod. idem valet atq; detractio, cum opponatur famæ: contra eam implorari potest iudicis officium, vt diffamantem coerceat. *Cap. conquerente de offic. ordin.* & *l. diffamari C. de ingen. mat. not.* Est autem *diffamare* famam per diuersas partes diuulgare, & sumitur tam in bonam, quàm in malam partem. *Diffamator* quis sit, & quis dicatur diffamare, Vide Barth. in *L. turpia ff. de leg.* 1. In qua lege *Turpia legata* iuxta Gloss. sunt relicta animo infamandi legatarium: sicut turpia verba apud Alex. Scot. sunt verba diffamatoria, quia scilicet notam turpitudinis inurunt. *Dedecus. Diffamatio. Diffamare. Diffamator. Turpia legata. Verba turpia.*

918 *Libellus famosus* definiri potest. Paruus liber conscriptus ob alicuius, infamiam *L. lex* §. *si eius librum, ff. de iniur.* A Molina tom. 5. tract. 4. disp. 35. num. 2. sic describitur: Libellus famosus est scriptura siue carmine, siue soluta oratione scripta, quæ infamiam alicuius continet nondum antea publicam: si enim iam publica erat libelli famosi rationem non habet. Vide quæ de libello diximus n. 508. *Famosum Carmen* iuxta Azon in sum. C. de iniur. est dictamen, vel historia composita ad alicuius infamiam. *Libellus famosus. Famosum carmen.*

Publicum in iure opponitur priuato, & idem est, atque commune populo. Syluest. v. eodem affirmat publicum differre à communi, quòd hoc competat & brutis: publicum *Publicum quid. Commune & publicū.*

verò

verò dicatur, quod est in vsu hominum tantum. Iuxta *L. bona ff. de verb. sign.* Publica propriè dicuntur quæ populi Romani sunt: nam bona ciuitatum abusiuè publica dicta fuere.

Publici acceptio. *Publicum* quibus modis dicatur, exponit Barth. in *L. 1. ff. de public. iudic.* Differentiam inter palam, publicum & notorium affert Felin. in Cap. exceptionem col. pen. in prin. de exception. *Publicè* accipitur multifariam in iure vt sumitur *ex 5. responsa prudentum Instit. de iure nat. & cap. tuas de probat. & cap. ad probandum de re iudic.* Dicunt aliqui accipi pro Notoriè, & quasi publice, vt contra Barth. credit Salycet. in *L. ea quidem C. de accusat.* volens differre ab Aduerbio Palam, & potentiorem habere significationem, vt palam dicatur factum, & si ab vno coram aliquibus *l. palam ff. de verb. signif.* Publicè verò coram maiori parte, & per maiorem partem populi. Ita Bertazol. clauf. 31. Glof. n. 17. & 18. *Palam, & publicè.*

Famosum. 919 Publicum, famosum, manifestum, & notorium quamuis pro eodem sæpe vsurpentur, tamen suas habent peculiares differentias, si presfsè, ac propriè loquamur. *Famosum* (vt inquit Lessius lib. 2. cap. 11. num. 73.) dicitur cuius fama ex sufficientibus indicijs orta ad multos peruenit, ita vt maior pars ciuitatis, vel pagi, vel paræciæ, vel viciniæ illud norit. Addit Nauar. in manual. c. 25. n. 73. etiam dici notorium, seu publicum respectiuè, quod euidenter notum est maiori parti alicuius congregationis, vel collegij, vbi non sint pauciores, quàm decem. Dixi (respectiuè) quia publica absolutè illa solum dicuntur, quæ eo loco, & cum illis circunstantijs sunt gesta, vel propalata, vt cuiuis innotescere potuerint.

Manifestũ. Manus. *Manifestum* vt testatur Nonius componitur ab adiectiuo antiquo *Manus*, quod clarum significabat, & *facio*, vnde apud Latinos dicitur quod est clarum, & apertum. Apud Iuridicos quid sit, & quomodo differat à notorio, exponit Barth. in L. hæredes palam de testam. Iuxta Specul. tit. de noto. crimin. §. sequitur; *Manifestum* est, quod patet pluribus, sed non omnibus: at *notorium* omnibus patet; ut habetur ex *L. ciuis de appell.* per Bald. Manifestum iuxta Innoc. ad *Cap. vlt. de cohab. cleric. & mulier.* dicitur quod liquidatur per confessionem, probationem, facti euidentium, vel per sententiam. *Notorium & manifestum.*

Iuxta Abb. *cap. 1. notab. 2. de cler. non resid.* manifestum dicitur quod ex coniecturis apparet iuxta Syluest. v. eod. Vt species contradiuisa a notorio, dicitur quod semper ex scientia, & certo authore procedit possibile probari sufficienter: sed non per omnes, aut partem maiorem: quia iam esset notorium. Vnde iuxta aliquos dicitur quod probari potest de facili per multos testes, vel authores, sed non per tot, quòd fiat notorium, quod probatione non indiget. Manifestum etiam (vt tenet Alex. Scot. v. eod.) est publica, vel famosa proclamatio ex certa scientia, & certis authoribus proueniens. *Manifestum proclamatio*

920 *Notorium* (teste Sylvest. v. eod. deducitur à verbo *Noto* quod est signo, vel demostro, & importat euidentiam rei alicuius talem, quòd sine tergiuersatione notari possit. Vnde accipitur Notorium pro indubitato *Cap. 2. §. nostra Clem. de sententia, & re iudic.* Apud Spiegel. v. eod. ponitur differentia inter notorium, manifestum, liquidum, clarum, & notum. Quia *Notorium* est quod omnibus constare potest, & colore nullo offuscatur, nec probatione indiget: vt palatium in vrbe esse. *Notorium.*

Manifestum quod allegari, probarique oportet: Vt Titium coram populo occisum esse. *Liquidum* quod iudici ex actis liquet *l. ciues de appell.* & quod sine morosa difficultate iudici probatur. *Clarum* generaliter accipi potest, vt supradicta comprehendat *l. postrema de trans. Alciat.* de verb. sign. *Notum* est iuxta Gloss. *L. quinquaginta C. de excus. tut.* quod cuiq; vel coram, vel ad domum nunciatur. *Notorium* est triplex nempe præsumptionis, iuris, & facti. *Liquidum. Clarum. Notum.*

Notorium præsumptionis dicitur quod est euidentia iuris vehementis præsumptum, & non potest ad plenum probari, nisi ex præsumptionibus, & coniecturis: vt paternitas, & filiatio. Nam filius est, quem nuptiæ demonstrant *L. quia semper ff. de in ius vocan.* Vnde si vir, & vxor infantem à se nutritum dicant esse eorum filium, talis præsumitur. Est ergo notorium præsumptionis euidentia rei euidenter à iure præsumpta. *Notorium triplex.*

921 *Notorium iuris* dicitur illud, de quo constat vel per inconuincibilem probationem ex legitima testium depositione; vel per iudicialem confessionem, nempe ipsius rei in iudicio per iuridicam sententiam *Cap. vestra, de cohab. cleric. & mul. cap. fin. de probat.* Notorium facti quod commissum, vel factum non dubitatur à populo, vel maiori populi parte, & per euidentiam rei nulla tergiuersatione celari potest. *Iuris notorium. Facti notorium.*

Hoc iuxta triplicem distinctionem facti, triplex est, nempe facti permanentis, vt palatium esse in platea: facti transeuntis, & non redeuntis, vt si coram populo sit aliquis occisus: & facti interpellati, seu interrupti, vt cernitur in meretrice, & vsurario: quia nec hic semper mutuat ad vsuram, nec illa semper peccat. *Notorij appellatione* comprehenditur omne illud, quod aliqua tergiuersatione celari nequit. Ita Menoch. de arbitr. cas. 166. n. 4. & Card. Tusch. to. 5. lit. N. concl 104. n. 2. Item quod nulla probatione indiget, vt docent Farinac. in praxi crim. p. 1. q. 21. a n. 80. Surd. decis. 159. n. 14. & Mendez à Castro in praxi Lusit. lib. 3. c. 3. n. 33. Venit insuper omne illud, quod ex actis *Notorij appellatio.*

actis iudicij constat, iuxta Mascard. de probat. concl. 1101. num. 13. & Tiraq. de retract. lig. §. 36. Glos. 2. num. 44. Notorij appellatione in dubio intelligitur notorium facti, non iuris, vt tradit Philip. Franc. in *Cap. Romana §. siue autem*, de appel. in 6.

Delictum publicum.

922 *Publicum delictum* quale censeatur ad inducendam infamiam?, ex qua contrahatur irregularitas, exponit Suar. de cens. disp. 42. sect. 1. num. 20. & 21. affirmans id relinqui arbitrio prudentis, ita vt tria considerari debeant, scilicet qualitas personatum scientium delictum: nam personæ leues, & si plures, non sufficiunt: numerus personarum vt v.g. in tota vel maiori parte communitatis proximæ, in qua quis degit, res euulgata sit: & modus cognitionis: non enim requiritur euidentia delicti apud omnes, ad quos fama peruenit: in hoc enim differunt notorium, & famosum, quòd ad illud requiratur euidentia apud omnes, vel plures, ad hoc sufficiat opinio publica orta ex indicijs probabilibus.

Famosum & notoriũ.

De publico crimine in alio sensu egimus n. 141. Quando lex (docet idem Suarius n. 22. & 25.) infert infamiam ipso facto, sufficit confessio Rei, etiam falsa, in legitimo iudicio, vt statim contrahatur: quando non infert ipso facto, sed contrahendam, non sufficit confessio Rei, etiam falsa, in legitimo iudicio, vt statim contrahatur: quando non infert ipso facto, sed contrahendam, non sufficit confessio Rei, donec sententia feratur. *Publicus peccator* teste Aegidio Bellano de Sacram. q. 80. a. 6. num. 28. sumitur absolutè pro eo, cuius peccata maiori parti ciuitatis innotescunt: & tali in ea ciuitate neganda est Eucharistia etiam coram ijs, qui eius crimen ignorant. Sumitur respectiuè quando eius crimen notum est præsentibus omnibus, vel saltem maiori parti, si plures sint, quàm decem: & coram his peccatori eiusmodi neganda est Eucharistia, non coram alijs *Clamor* sonat notorium *Cap. Inuidens de accusat.* Edere sumitur pro publicare: nam est idem atq; extra dare. Vnde partus editur, cum nascitur *L. Arethusa de statu homin.*

Peccator publicus. *Clamor.* *Edere propublicare.*

923 *Occultum* sicut & publicum multis modis accipitur, tum à iuristis, tum à Theologis, vt videre est apud Menoch. de arbitr. cas. 166. Mascard. de probat. concl. 1107. à num. 13. & Farin. in praxi crimin. q. 21. n. 1. Occultum est idem quod latens, ab *occulere* quod est celare, tegere. Triplex est, primum est *occultum per se* hoc est simpliciter & absolutè, quod nihil habet vnde ab hominibus cognosci possit: quale est secretum cordis, quamdiu nullo signo externo foras prodit. De quo Banh. & Aragon. ad 2.2. q. 11. a. 3. & 4. secundum dicitur *occultum per accidens*, cum foras procedat, & cognitum ab hominibus fieri possit: sed quia desunt qui percipiant, & euulgent, secretum remanet.

Occultum. *Occulere.* *Occultum per se.* *Occultum per accidẽs.*

Vnde teste Simanch. de Cathol. instit. tit. 42. & Alphon. de Castro, de iusta hæret. punit. l. 2. c. 18. si quis in solitudine, vbi nemo adsit, proferat hæresim, hæc occulta per accidens dicetur, vt tradidimus num. 542. Tertium est quod planè probari non potest, vel quia scitur ab vno tantum, vel ab aliquibus, qui singulares testes sunt. Hoc opponitur manifesto *Cap. vestra de cohab. cler.* Vbi DD. communiter, quibus accedit Turrecrem. in *cap. si peccauerit 2. q. 1.*

Occultum ad hoc vt Episcopus possit absoluere à casibus sibi concessis per Trid. sess. 24. de refor. cap. 6. sumitur (teste Sanch. lib. 2. Decal. cap. 11. num. 19.) prout opponitur publico: quamuis enim ab aliquibus sciatur, & probari possit, tamen occultum censetur, quandiu non est publicum, scilicet non cognoscitur à maiori parte viciniæ, collegij, monasterij, vel parochiæ constantium saltem decem personis.

Occultum pro non publico.

Quid si alibi sit publicum, & vbi petitur absolutio occultum? Censet Suar. tom. 4. in 3. p. disp. 30. sect. 2. num. 2. nec esse occultum, nec posse absolui ex vi Tridentini. At probabile, est esse occultum, & posse absolui, dummodò non sit spes fore, vt deferatur ad locum, vbi absolutio, vel dispensatio petitur. Ita Sanch. citat. Eodem modo accipi debet occultum quoad effectum Ecclesiæ pollutæ, de quo latè Barbos. de potest. Episc. part. 2. alleg. 28. num. 39. *occultè fieri*, hoc est clam fieri aliquid dicitur, quod sine authoritate principis fit *l. vlt. C. de his qui ex public. ration.* Differunt occultator, & receptator in eo quod occultator ad personam, Receptator ad locum referatur *l. vnic. C. de his, qui se deferunt.*

Occultè fieri. *Occultator & receptator.*

SECTIO VI.

De iniuria, & damno in bonis fortunæ per furtum, & rapinam.

Furtum.

924 FVrtum, vt placet Isidoro lib. 5. Etym. cap. 26. ex *l. 1. init. ff. de furtis & §. furtũ Instit. de obligat. quæ ex delict.* nomen vendicat à furuo, idest nigro, quod clam, & obscurè fiat, & frequentiùs nocte. Putant alij dictum à ferendo, idest auferendo, quia fur aufert ab alijs, vt sibi afferat. Dictum alij credunt à fraude: quia fur vt auferat, fraudem plerumq; molitur. Apud Iurisperitos vt habetur ex text. proximè citatis, definiri solet: Furtum est contrectatio rei fraudulẽta lucrifaciẽdi gratia, uel ipsius rei, vel etiam vsus, aut possessionis. Molin. to. 3. tract. 2. disp. 685. n. 2. dicit ibi poni contrectationem potiùs quàm vsurpationẽ, vt vsum rei alienę inuito domino comprehendat.

Vox

Vox (fraudulenta) duo innuit, nempe talem contrectationem debere esse occultam, & rei alienæ inuito domino. Apud Theologos duce S. Thoma 2. 2. q. 66. art. 3. breuiùs, & clariùs definitur. Furtum est occulta rei alienæ acceptio inuito domino. Dicitur (occulta) idest quam quis intendit facere domino nesciente: & sic excludit rapinam, & alias iniustas acceptiones per iniquos contractus. Dicitur (rei alienæ) quia non est materia furti res sua quà sua: secus quæ alteri commodata, vel oppignorata. Deinde per (rem) intelligitur tam res ipsa: quàm vsus eius, vel vsusfructus, vel possessio, vel quodcunq; ius in re. Dicitur (inuito domino) ita vt intelligatur rationabiliter inuitus: nam qui inuito domino accipit vel in extrema necessitate, vel compensandi gratia, quando aliter suum recuperare nequit, furtum non committit.

Deniq; supponitur rem habere dominum. Vnde qui accipit hominem liberum, non est fur: sed vel committit *plagium* si accipiat ad vendendum, aut retinendum in mancipium: vel raptum, si ad fruendum. Erit tamen furtum acceptio alieni mancipij ad vtilitatem, non ad abusum. Acceptio debet esse talis, qua quis rem sibi vendicet etiam ad breue tempus: nam si alienam segetem incendat, non erit furtum sed damnificatio.

925 *Rapina* apud Molin. tract. 2. disp. 683. triplicitèr sumitur 1. latissimè pro vsurpatione eius, quod sibi non debetur, aut retentione eius, quod alteri debetur. 2. latè prout comprehendit furtum, & quancumq; iniustam acceptionem. 3. pressè, ac propriè vt distinguitur contra furtum, & alios iniustitiæ modos. In qua acceptione sic definiri potest. Est violenta receptio rerum *l. 1. C. de vi bon. rap.*

Rapina.

Expressiùs in hunc modum. Est iniusta acceptio boni externi per vim eius, cuius est. Intellige per vim siue publicam, siue priuatam, Quæ nam sit vis publica, & priuata, exposuimus n. 55. Per particulam (boni externi) excluditur raptus mulieris: quia tunc non committitur iniustitia respectu bonorum externorum, sed respectu personæ. Rapinam, & furtum differre specie in ratione iniuriæ bene ex S. Tho. 2. 2. q. 66. a. 4. tradit Lessius lib. 2. c. 12. n. 8. quia rapina est peccatum grauius furto: cum illi addat violentiam, proindeq; nouam rationem iniuriæ.

926 Furtum à iurisperitis ex *L. furtorum l. fur. l. quo destinauerit. l. siue igitur ff. de furtis*, diuiditur immanifestum, & non manifestum. *Manifestum furtum* vt exponit Molina tract. 2. disp. 684. n. 2. appellatur non solum quando fur deprehenditur in ipso actu furandi, sed etiam quando vel à domino rei, vel ab aliquo alio deprehenditur cum re furtiua, aut conspicitur, antequam illam detulerit, aut apposuerit in loco, in quo illam reponere destinabat. Furtum non manifestum appellatur in reliquis euentibus.

Furtum quotuplex. Manifestum furtum.

Autophorus fur manifestus dicitur *l. 3. ff. de furtis*. Sunt & alia furta, quæ ex parte rei ablatæ subeunt diuersitatem, & nomina, scilicet Peculatus, Abigeatus, & Plagium, quę latè explicant Molina cit. & Azor to. 3. lib. 5. cap. 17. *Peculatus* est furtum rerum publicarum, dictum à pecore, eo tempore, quo Romani nihil in bonis habebant præter pecudes. Tunc datur quando furto accipitur publica res, quæ nempe ad fiscum regis, aut ad bona illius attinet, aut ad ciuitatem Romanam. Nam si aliquid vsurpetur de bonis aliarum ciuitatum priuatarum, vel cæterorum oppidorum non erit peculatus, sed furtum simplex, licet grauius.

Autophorus. Peculatus.

Hinc *Depeculari* propriè est furari ea quæ ad quæ ad rem publicam, siue principem, siue ad sacra pertinent Peculatui est valde affine crimen legis Iuliæ, de residuis *L. 2. & 4. §. lege Iulia ff. ad leg. Iul. pecul.* quod committitur quando aliquis pecuniam publicam apud se habet, nec illam in eo expendit ad quod destinata est, sed eam conuertit in proprium commodum, non quidem animo nunquam soluendi (iam enim esset peculatus) sed defraudans illius vsu, ac emolumento principem aut communitatem, cuius est, aut alios, quibus ex præscripto principis, aut communitatis tradenda fuerat.

Depeculari.

927 *Abigeatus* crimen abigendo committitur *l. 5. §. qui desertionis ff. de re milit.* & specialiter punitur. Censentur autem *Abigere* & *abigei*, seu *abactores* vocantur, quibus cura est alienis insidiari animalibus, aut iumentis, & ea alibi transponere. Vt quis pœnas abigeatus contrahat, furari debet oues decem aut plures (quod procedit de arietibus, capris, agnis, & hædis) aut quinq; vel quatuor porcos, aut vnum equum, aut vnum siue bouem, siue mulum, siue asinum, siue camelum. *Plagium* quid sit, exponit latè Molin. tract. 2. disp. 684. a n. 7. & nos exposuimus n. 839. & 924. *Furtum sacrilegum*, seu quod est sacrilegium in iure canonico tripliciter euenit, 1. quando res sacra e loco sacro surripitur. 2. quando res sacra e loco non sacro 3. quando res non sacra e loco sacro. *Cap. quisquis 17. q. 4.* *Furta domestica* apud Molin. disp. 686. n. 1. sunt quæ committuntur de bonis mariti ab vxore, de bonis parentum ac filijs, de bonis dominorum à seruis & famulis, de bonis patronorum à libertis.

Abigeatus. Abigere & Abigei. Abactores.

Plagium. Sacrilegiū furtum. Domestica furta.

Furtum de bonis Monasterij, quod est casus reseruatus iuxta decretum Clementis 8. an incurratur à furante res peculiares concessas vsui particulari alicuius religiosi? Affirmat Coriolanus de casib. reser. p. 2. cas. 8. dub. 5. n. 13. Negat tamen Ledesma additio. ad summam to. 2. c. 4. dub. 12. Quia res peculiarium fratrum non dicuntur directè res monasterij.

Furtum de bonis monasterij.

Conceptum furtum, oblatum furtum, & prohibitum furtum quid sit, rectè exponitur §. 4. Instit. de oblig. quæ ex delict. & nos exponemus, cum de actionibus egerimus.

Fur, & latro. 928 Explicatis furti speciebus, explicemus discrimen inter furem, latronem, & grassatorem, quos ex varijs textibus citatis sic distinguit in ordine ad pœnas Molin. tract. 2. disp. 695. num. 8. vt fures illi soli appellentur qui occultè, & sine armis hoc est sine animo vim inferendi furantur: *Grassatores.* Grassatores vulgo salteadores, qui inuadendo, cum violentia, extra occisionem tamen spoliant, ac diripiunt. *Grassari.* *Grassari* enim vulgo saltear, est cum impetu, & concitatione ad aliquid incedere: Latrones verò qui aggrediuntur ad prædandum interficiendo. Iuxta Alex. Scot. v. eod. *Latro* dicitur qui per vim, & de die furatur. *Auth. sed nouo C. de ser. fug.* & distinguitur à fure, quia fur est qui clam aufert. In *l. congruit ff. de offic. præsid.* habetur latronem die, furem noctu furari. Apud Molin. tract. 2. disp. 684. num. 1. ratione temporis diuiditur fur in diurnum, & nocturnum. *Diurnus fur.* *Diurnus* est, qui orto iam sole, aut tanta existente illius luce, vt agnosci possit, aliquid surripit.

Nocturnus fur. *Nocturnus* est qui alio tempore furatur: & sic impunè occidetur. Vide quæ dicemus nu. 1141. Diurnus non, nisi telo, hoc est quibuscunque armis se defendit. *Telum.* Quamuis enim *telum*, de quo num. 620. propriè intelligatur, quidquid iaci potest, & eminus ferire, siue lapis, siue ferrum, aut quoduis aliud: at in præposito sumitur latè pro omni armorum offensiuorum genere.

Latro publicus. 929 *Latro publicus* iuxta Syluest. & Alex. v. eod. est ille qui palam, & publicè furatur: quales piratæ: & qui publicè stant in stratis, & qui habent castrum, & arcem, quo se recipiunt, postquam homines spoliant. *Depopulator.* *Depopulator agrorum nocturnus*, dicitur qui viam publicam obsidet dispoliando viatores, & differt à publico latrone, quia clandestinè rapit, & occultatur in loco. Vnde quia in nocte segetes destruit dum ibi se abscondit, iacet, & latet, nomen positum sortitur. Esse discrimen inter latrunculos, & hostes clarè innuitur *l. si pater §. siquis ff. de donat.* & expressè declaratur *L. hostes. ff. de capti.* Vbi sic. *Hostes sunt quibus bellum publicè populus Romanus decreuit: Cæteri latrunculi, vel prædones appellantur.* *Latrunculi, & hostes.*

Prædones. Prædo. Ex quibus etiam constat quis sit prædo, qui a Syluest. v. eod. absolutè vocatur, qui aspoliat iniustè, scilicet violenter. Et dicitur 1. qui viatores spoliat, & excommunicatus est 24. q. 3. cap. si quis Romipetas. 2. miles extorquens à personis vltra stipendia sibi taxata 23. q. 1. cap. militare 3. prælatus qui vt seruitium impendat legato vel alij, plus exigit à subditis, quàm exoluat *cap. quia plerique de immu. Eccles.* 4. Iudex qui alienum iurgium existimat suam prædam: aut officialis indebitè pecuniam accipiens *l. omnis C. ad leg. Iul. repe.* Hæc vox *Latrunculator* habetur *l. solemus ff. de iudic.* Vbi Vlpian. dicit eum de re pecuniaria iudicare non posse. Est autem quæstor, siue iudex rerum capitalium, & vulgo dicitur iudex maleficiorum. *Expilatores* iuxta Azor in sum. *C. & ff. de crim. expi. hær.* sunt qui ex rebus vacantis hæreditatis aliquid surripiunt, & expilant *de pœnit. dist. 1.* sunt etiam qui pallia, & vestes viatoribus diripiunt. *l. 1. de effract.* *Expilatores.*

930 Persequamur fures alios in iure frequentes. *Balnearij* de quibus est specialis rubrica, in qua contra illos statuitur pœna grauior, dicuntur qui in balneis, huiusmodique locis publicis furantur. *Balnearij.* *Bucellarij*, de quibus fit mentio *l. vlt. C. ad leg. Iul. de vi.* Sunt latrones, qui immittunt lignum in ora captiuorum ne clament. Dicebantur etiam equites cataphracti per orientem, qui fuberant magistro militum, vt ad *L. 1. C. de ero. mil. ann.* Author. est Alciat. *Bucellarij.* *Derectarij*, seu potiùs Directarij apud Vlpian. *l. 7. de extraor. crim. & l. 1. ff. de effract.* sunt qui furandi animo alienas domos ingrediuntur. *Diatarij* nomen habent à Diæta id est cænaculo, & quamuis *L. quæsitum §. ostiarij ff. de fun. instr.* sint ministri deseruientes in diæta, tamen *l. saccularij ff. de extraor. crim.* vocantur qui animo surripiendi in cænacula aliena se dirigunt, proindeq; à Directarijs non differunt. *Directarij.*

Effractores vocantur illi latrones qui siue diu, siue noctu furandi causa domos effringũt. *l. 1. & 2. ff. de effract. & expil.* Item qui carcerem effringunt, vt euadant, effractores appellantur. Nam effringere est furandi causa ianuas frangere. *Effractura* habetur *l. 1. C. locati. & l. 3. de offic. præf. vigil.* est violenta disruptio. *Saccularius* videtur *l. 1. ff. de effract.* accipi pro fure qui in saccum res furto ablatas inijcit. Verùm apud Vlpian. *L. saccularij ff. de extraord. crim.* Saccularius dicitur, qui saccis hoc est loculis quibusdam præstigias quasdam exercet, vt aliud fiat, aliud videatur fieri vulgo dicimus *trigeytos*. *Effractores. Effringere. Effractura. Sacculanius.*

SECTIO VII.

De verbis alijs, & modis loquendi spectantibus ad furtum.

931 Brocolita habetur & exponitur *Aut. vt nulli iudic. §. 1.* Estque latronum persecutor: seu iuxta Gloss. ibid. dicitur violentijs cohibendis præfectus sicuti, & *Irenarcha* pacis conciliator: Legunt aliqui *Locolyta*, quasi sit persecutor eorum qui loculos habent, vel emungunt. *Loculus* enim est bursa, vel marsupium, *c. 1. de depos.* Ad furtum datur cooperatio per iussionem, suasionem, consilium, participationẽ. Cooperatio est simultanea operatio, *Byocolita. Irenarcha. Locolytæ. Loculus. Cooperatio.*

Iussio. tio, siue concursus, siue influxus. *Iussio* est actio qua superior animum inferioris mouet, siue directè, vt si dicat, Fac hoc: siue indirectè, vt si dicat coram famulo, vtinam quis mihi præstaret hoc obsequium.

Suasio. *Suadere.* *Suasio* accipitur in bonam, & malam partem *l.1.§.persuadere ff. de ser.corrupt.* & *L. si quis C. de fur. & ser. corrup.* est actus suadendi. *Suadere* autem est suauibus verbis hortari ad id quod intendimus, Seu verbis accommodatis aliquem in sententiam nostram conari inducere. *Consilium.* *Consilium* sumitur pro authoritate *l.1.ff. de offic. consu.* Pro arbitrio, & deliberatione *l.1. C. & aduersus quos in integ.restit.* Pro loco, quo plures consultandi gratia conueniunt. Gloss.§.*Eadem Instit. quibus ex caus. ma. non lic.* & pro hominis intentione, & proposito *L. si quid fur.* §. 1. *ff. de furtis.* Est autem de re aliqua facienda, vel non facienda excogitata ratio, vt definit Tullius lib.2. de inuent.

Participatio criminis. In proposito de furto videtur non differre à suasione: differt tamen ab assensu *Cap.cum olim de arbitr.* differ. etiam ab ope *L. in furtis §. ope ff. de furtis.* Datur participatio, & particeps criminis, quando quis vel participat de præda, vel de iniqua operatione præstando auxilium, & iuuando ad executionem, siue vt mediator, siue vt explorator, siue in præbendis instrumentis adiutor.

Lance, & Licio. 932 *Lance*, & *Licio* apud Alex. Scot.v.eod. inquit Festus, dicebatur apud antiquos, quia qui furatum hoc est rem sibi furto ablatam ibat quærere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancemq; ante oculos tenebat, propter matrum familias, aut virginum præsentiam. Abruptum habetur *L.1. §. si manumisero ff.quare rer. act. non da.* & interpretatur turpiter acquisitum. *Obductas. Abducere furto.* *Obductas* habetur *C. de emendat.Cod. Iustin. §. supradictis*, & iuxta Gloss. & Albericum interpretari oportet subductas, vel sublatas. *Abducere furto* pro furari *lib.6. C.tit 2.l.6. C.tit. 2. lib.10.* & quidem de hominibus dicimus abducere, sicut de pecoribus abigere. *L. Imperator ff. qui sine manu.ad lib. perueni.* Abduxisse non solum is dicitur, qui per vim abstraxit, sed etiam qui persuasit alicui, vt ab alio discederet *L. item apud §. abduxisse de iniur.*

Abduci in fœmina. Exutum bonis. Spoliare se. Abduci fœmina dicitur à viro, cum fit diuortium. *Spoliare se* proxuere bonis quod dixit Imp. §. *fin. Instit. de acti.* Et Exutum bonis quod dixit iurisc. *l. fin. C. de his, quæ in fraud.* paria sunt. Vnde expoliari bonis & exui bonis videntur sinonyma. Spoliare pupillum dicitur tutor, qui malè administrat *L. qui fundum §. tutor ff.* pro empto. *Spoliatio* apud Goffre. in summa de restit. spol. est à possessione rei immobilis violenta, & iniuriosa deiectio.

Vsurpare. 933 *Vsurpare* apud Latinos teste Valla Eleg. lib.5. est in frequenti vsu habere, siue verbis, siue factis id fiat. Apud Iuristas aliquando sumitur in bonam partem *L. si constiterit C. fin. regund.* Item est aliquid contra rationem, ius, vsum, & consuetudinem inuadere, capere, præsumere *L. quemadmodum C. de agric. & censit. lib.11. Dist.73. cap. Illud.* Apud Budæum *Vsurpare ius* pro capere possessionem, & vsurpare ciuitatem pro dicere, & agere se ciuem.

Vsurpatio Apud Latinos est frequens vsus. *Vsurpare ius.* Apud Iuristas est idem quod vsucapio *l.2. ff.de iniur.* Item vsucapionis interruptio *l.2. ff. de vsucap.* item per vsum abrogatio *l. constante §. quoties ff. soluto matr.* Deniq; vsucapionis *Vsurpatio.* intentio 16. q. 4. *lectio §. pen.* Dicitur *Inuadere* pro rapere, & occupare *L. instrum. ff. ad exhib.* *Inuadere. Inuasio immobiliũ. Apprehẽsio mobilium.* Dicitur inuasio immobilium, sicut apprehensio mobilium *Auth. de mandat. princ. §. homicidia.*

Amouere, & rapere. Rapere, & Amouere ita differre Vlpian. ait *L.3.de incen.rui.nauf.* vt amoueri aliquid etiam sine vi, possit, rapi autem non nisi cum vi. Imò *L.Marcellus ff. de verb. sign.* Vbi Alciat. qui vi adhibita aliquid scidit, aut fregit alicui, rapuisse dici potest. *Eximere* est generalius quàm rapere. *Eximere. Raptor. Fur & raptor.* *L. sed ex nundinis ff. ne quis eum qui in ius* Hinc raptor rerum dicitur ille qui bona aliena vi, & aperte rapit. *L. sed eximendi ff. nequis eum qui in ius.* Raptor & fur ex animo dicuntur. *Instit. vi bonor.* Vbi quomodo distinguantur.

Receptores. Receptores. Recipere. 934 *Receptores* sunt qui fures, raptores, & cæteros malefactores recipiunt, vt lateant *l.1. C. de his qui latron.* At *Receptores* iuxta Innocent. dicuntur aduocati *cap. ex parte, de postul.* Nam *Recipere* quamuis summatur pro excipere *L. qui fundum, de verb. signif.* tamen significat approbare, & aliquando promittere se præstiturum. *Compilare* est furari *L. sacrilegi ff. ad leg. Iul. pecul.* Vbi Paulus Iurisc. sunt sacrilegi qui publica sacra compilauerint. Et quidem *Compilare.* propriè est facto impetu in quempiam grassari, quod peculiare latronum est.

Compilare leges. *Compilare leges* est leges ab alijs scriptas in vnum volumen redigere. Et dicitur à compilando, seu furando aliorum scripta, & inuenta. Vnde compilator iuxta Isidor. lib. 10. est ille qui aliena dicta suis permiscet. *Eripere* est e manibus auferre rapiendo. *Eximere* est quomodocunq; auferre *L. sed eximendi ff. nequis eum qui.* *Eripere. Eximere.* Habetur *Blotare* pro spoliare, vel denudare in Lombar. L.1.de seditiosis. Sumitur Clepo, & Clepto pro furari.

Oppressio mobilium dicitur,
sicut Inuasio immobilium. Ita Alberic.
ver. homicidia
§. deinde
competens, *Authen.de man.*
Prin.

ELVCIDATIO XI.

De contractibus in genere.

935 *EXposuimus iniustitiam, seu iniuriam, quæ committi solet in bonis animi, & corporis, atq; in bonis externis scilicet per homicidium stuprum, adulterium, detractionem, contumelium, furtum, & rapinum: quia verò in contractibus speciales modi iniustitiæ contingunt, nobis consentaneum visum est hoc loco elucidare contractus in genere, ita vt remissis ad sequentes elucidationes varijs speciebus contractuum, in præsenti explicemus quid sit pactum, contractus, acceptilatio, & quotuplex, qui sint quasi contractus, quis ex contractu insurgat creditor, & debitor: quæ conditiones, & cautiones apponi soleant in contractibus: quænam voces, & modi loquendi in materia contractuum vsurpentur.*

SECTIO I.

Quid sit pactum, contractus, acceptilatio, retractus, & stipulatio.

Pactum. Paciscor. Pactio.

936 PActum rectè deriuant Grammatici à *Paciscor*, quod significat conuenio *L. Pacisci ff. de pactis*. Vnde sic definitur à M. Tullio lib. 2. de Inuent. Pactum est quod inter duos conuenit, quod iam ita iustum putatur, vt iure præstare dicatur. Canonistæ apud Isidor. lib. 5. Ethym. deducunt pactum à pace: nam *Cap. pactum de verb. sign.* sic habetur: Pactum dicitur inter partes, ex pace conueniens scriptura legibus, ac moribus comprobata: dictum pactum, quasi ex pace factum. Legistæ apud Molin. to. 2. disp. 252. contendunt à pactione dictum esse pactum, & a pacto nomen pacis fuisse deductum, quasi effectus à causa nomen sumpserit. Vlpian. duobus locis pactum, seu pactionem definit, consentientibus tamen in eundem sensum definitionibus: nam *L. 1. ff. de pactis* sic: Pactum est duorum aut plurium in idem placitum, & consensus & *L. 3. ff. de pollicit.* in hunc modum. Pactum est duorum consensus, atq; conuentio.

Ex quibus constat non sufficere ad pactum multorum assensum intellectus circa verum, vt si multi assentiantur huic præpositioni (omnis homo est risibilis) sed requiri consensum voluntatis. Non igitur est pactum pollicitatio, seu promissio non acceptata: secus post acceptationem vtpote cōsensus multorum circa eandem rem.

Conuentio. Hinc constat non differre pactum à conuentione: *Conuentio* enim est nomen generale spectans ad omnia, de quibus negotij contrahendi, transigendi, quæ causa consentiunt, qui inter se agunt. Siquidem *conuenire* inter aliquos est complacere inter eos, vt conuenit inter me, & te, vt des mihi hoc. *Conuenire.* Differt tamen pactum à contractu tanquam genus ab specie, vtpote latiùs patens. Quamuis enim omnis contractus sit pactum: omnis enim dicit mutuum consensum: non e contra, omne pactum, est contractus. Promissio enim acceptata est pactum non verò contractus ex defectu mutuæ obligationis. *Pactum, & contractus.* Promittens enim obligationem contrahit, non ita acceptans.

937 *Contractus* apud Latinos (vt notat Azor tom. 3. lib. 6. cap. 1.) dicitur à contrahendo, quia duo, vel plures simul ad vnam obligationem secum consensum trahunt. *Contractus.* Vnde apud Theologos, & Iuristas (vt notat Molin. tom. 2. disp. 252. ad finem (contractus dicitur, quasi tractus voluntatum diuersarum in idem, ad dominium transferendum, aliquamue obligationem efficiendam, aut dissoluendam: nomine contractus latissimè accepto.

Nam contractus (teste Syluestr. v. eod. q. 1.) tripliciter sumitur 1. latissimè, & impropriè pro quocumque pacto, siue ex eo nascatur obligatio vtriusque partis, siue alterius tantum, siue nullius. *Contractus acceptio.* In qua acceptione donatio incipiens à traditione, eo ipso, quòd acceptata est, vocatur contractus, vt deducitur ex *L. si donationis C. quod motus causa*, & tamen ibi solum datur vtriusque partis consensus, & neutrius obligatio. Sumitur 2. latè & minus propriè pro omni pacto, ex quo resultat obligatio, saltem ex altera parte, vt colligitur ex *L. siquis emptionis C. de præscr. trig. anno.* Sic est contractus donatio acceptata quæ incipit à promissione. Sumitur 3. pressè, ac propriè pro omni pacto, in quo oritur obligatio ex vtraq; parte.

In qua acceptione à Iuristis *L. Labeo 2. ff. de verb. sign.* sic definitur: Est vltro, citroque obligatio. Vbi definitio habetur per causam efficientem, non formalem: non enim facit hunc sensum; contractus est formaliter obligatio; sed facit hunc: contractus est pactum, ex quo vltro, citroque oritur obligatio. A Theologis per genus, & differentiam formaliter sic definitur: Est actus inter duos vel plures ex consensu ipsorum vltro, citroq; hinc & inde obligationem producens. Loco generis ponitur actus, reliqua ponuntur loco differentiæ. Ita Azor. to. 3. lib. 6. cap. 5.

938 *Acceptilatio* est contractus latissimè acceptus, seu potiùs distractus, scilicet liberatio per mutuam interrogationem, qua vtriusq; contingit ab eodem nexu absolutio, idest dissolutio *L. 1. ff. eod. tit.* *Acceptilatio. Distractus.* Est enim imaginaria solutio, qua simulatur debitorem soluisse quod non soluit, idque animo remittendi: vt si alter dicat: (quidquid tibi per stipulationē promisi, vel ex stipulatu debui, habesne acceptū?) & alter respondeat (Habeo, acceptūq;

lero)

fero) quasi dicat: perinde habeo, ac si accepissem à te per veram solutionem.

Et sic sicut vera solutio, ita acceptilatio verè liberat. Sicut enim (inquit Molina to. 2. disp. 254.) iure ciuili introductum fuit, vt stipulatio, quæ verbis perficitur, ciuilem induceret obligationem: ita consentaneum rationi fuit iudicatum, vt obligatio illa alijs quoq; verbis, scilicet acceptilationis dissolueretur. Duplex est acceptilatio, altera vulgaris, altera Aquiliana dicitur. *Vulgaris* habetur *L. an inutilis ff. de acceptil. & est* quæ vna stipulatione constat: neq; ad aliam, quam aduerborum obligationem referri potest: cum v.g. is qui verbis obligatus est à suo creditore stipulatur sic: (quod tibi debeo habes ne acceptum?) *Aquiliana* L. 1. ff. eod. mutua, & reciproca stipulatione constat: & ad omnes omnium generum obligationes extinguendas excogitata est. Quomodo differat ab apocha, & antapocha, diximus n. 500.

Acceptilatio duplex. *Vulgaris acceptilatio.* *Aquiliana acceptilatio.*

939 *Retractus* deriuatur à *Retraho* quod significat retro, siue incontrariam patrem traho. Vnde apud Latinos Retractus propriè dicitur, qui inter fugiendum captus reducitur eò vnde fugerat. Apud Theologos, & Iuristas *Retractus* (vt exponit Molin. tract. 2. disp. 370. init.) dicitur quando quis priuilegio, lege, aut alia ratione rite concesso, extrahit rem v.g. alteri venditam eodem pretio, quo illam emerat, quia exttahens ius habet, vt pro eodem pretio in emptione rei illius præferatur, nihil impediente, quòd alteri sit iam vendita, & tradita, ac solueritis iam pretium.

Retractus.

Similiter esse potest retractus in locationis, ac conductionis contractu, & in alijs similibus, quando aliquis ius habet, vt illo eodem modo præferatur cæteris in conductione rei alicuius, aut in eo quòd illam accipiat in emphyteusim pro eadem pensione: & sic de reliquis *Defunctio* acceptilationi, & retractui non dissonat: nam apud Alex. Scot. v. eod. definitur à debito liberatio. Quia *defungi* est explicari negotio aliquo, finemq; ei imponere. Ita Vlpian. de action. empti.

Defunctio. *Defungi.*

940 *Stipulatio* in iure ciuili adeo frequens est, vt teste Azor. to. 3. lib. 11. init. in Instit. extent quinq; tituli de stipulationibus, nempe à titulo 16. vsq; ad 20. & in C. extent tres tituli a tit. 38. vsq; ad 40. & in Digestis totus lib. 45. tribus titulis. Dicitur vel à stipite, seu trunco, nempe ob firmitatem, & robur: nam veteres stipulum firmum appellabant: vel dicitur à stipe, hoc est pecunia: nam qui pecuniam obligat, stipulari dicitur.

Stipulatio quid.

Et quidem nomen est deriuatum à verbo *Stipulor, aris* quod significat promittenti assentite. Item postulare sibi promitti aliquid solemnibus verbis: & est verbum commune, quod tam in actiua, quam passiua significatione, ablatiuo iungitur. Dicimus enim *Stipulor abs te* pro rogo te: & *Stipulor abs te* pro rogor à te. In explicanda stipulatione consentiunt cum Gomezio tom. 2. c. 9. a n. 1. & alijs iuristis Theologi Mol. to. 2. disp. 254. Lessius l. 2. c. 18. n. 16 & Azor. to. 3. lib. 11. init.

Sic definitur: Est firma verborum conceptio, qua quis aliquid se facturum, daturumue promittit in contenti alteri super hoc ipsum interroganti: Vt si dicatur: Spondes dare tantum? Spondeo. Promittis centum? promitto. Facie? faciam. Fide iubes? fide iubeo. Dicitur (conceptio verborum) quia hic contractus non oritur, nisi interueniat solemnitas verborum. Ponitur (facturum, daturumue) vt intelligatur semper fieri per verba futuri temporis, & comprehendere stipulationes tam faciendi, quam dandi. Additur (in continenti) quia responsio promittentis debet statim proximè subsequi interrogationem stipulantis, nullo actu extraneo interueniente. *L. continuus ff. de verbor. oblig.*

941 Diuiditur stipulatio in puram, conditionalem, & in diem: rursus in Aquilianam, Prætoriam, iudicialem, cautionalem, & communem. *Pura* est quæ nec fit sub conditione, nec in diem, sed absolutè, vt si dicatur: Promittis hoc? promitto. *Conditionalis* est quæ fit interueniente conditione: vt sic: Spondes mihi centum, si Lusitanus Castellanos superet? Spondeo.

Pura stipulatio. *Conditionalis stipulatio.*

Stipulatio in diem est quando assignatur dies pro termino impletionis: vt si dicatur: Promittis mihi decem ad Calendas Augusti? Promitto. *Aquiliana* sic dicitur vtpote à Gallo Aquilio inuenta, & est, quæ nouat omnem contractum: vt si quidquid mihi debes ex quacunq; causa, idem mihi promittis ijs verbis per quæ stipulatio fiat. *Prætoria* est quæ solius prætoris iurisdictioni relinquitur, proindeq; a mero prætoris officio proficiscitur. *Iudicialis* est quæ propter iudicium interponitur vt ratum fiat iudicatum solui: & hæc non coram prætore, sed coram alijs iudicibus expeditionem consequitur. *Communis* sic dicitur, quia tam apud prætorem, quam coram alijs iudicibus cognoscitur, & est, quæ fit iudicio sistendi causa. *Cautionalis* est quæ instar actionis habet, & vt fiat nouatio, intercedit: vt stipulatio delegato, de tutela, & alijs. Et quidem omnis stipulatio natura sua cautionalis est: generaliter enim fit, vt quis cautior, & securior reddatur. *Stipulator* est qui per interrogationem promissorem obligat. *Commissa stipulatio* dicitur, cum id quod per eam promissum est, debetur *ff. de verb. oblig.* passim.

In diem stipulatio. *Aquiliana stipulatio.* *Prætoria stipulatio.* *Iudicialis stipulatio.* *Communis stipulatio.*

SECTIO II.

Quotuplex sit pactum, & contractus.

942 ANtequam elucidemus ea, quæ pertinent ad singulas species contractuum, ipsum contractum genericè acceptum in subiectas partes diuidere cum Mol.citato à disp.255. Lessio l.2.c.17. dub.3.& Azor to.3. l.6.c.2. æquum est. Diuiditur contractus 1. in explicitum, & implicitum. *Explicitus*, qui etiam formalis dicitur, est cum expresse duo in idem conueniunt cum obligatione reciproca, vel saltem alterius erga alterum. *Implicitus*, qui & virtualis, & tacitus, & alio nomine commonitorium *L. vnic. C. de Suffrag.* nuncupatur, est cum solum implicite conueniunt absq; expressa pactione: Vt quando datur, vel accipitur officium, vel mandatum: tunc enim tacita manet obligatio vnius erga alterum, iuxta leges, vel receptam consuetudinem.

Contractus multiplex.

Cómonitorium.

Diuiditur 2. in Lucratiuum, & onerosum: *Lucratiuus* est in quo nihil rependitur, vt promissio, donatio, commodatum, precarium. *Onerosus* est in quo aliquid loco eius, quod datur, præstari debet: siue conferatur dominium integrum: vt in mutuo, & emptione; siue vtile tantum, vt in feudo, & emphyteusi; siue vsus, vt in locatione, & conductione; siue securitas, vt in pignore, hypotheca, fideiussione. Diuiditur 3. in contractum bonæ fidei, & stricti iuris. *Contractus bonæ fidei* sunt in quibus bona fides spectatur, & iudex multa potest ex bono, & æquo arbitrari ad reficiendum, tales sunt emptio, locatio, societas, commodatum, depositum, pignus, permutatio, & similes. *Contractus stricti iuris* sunt in quibus iudex ad verba adstringitur: tales censentur stipulatio, mutuum, feudum, emphyteusis, libetalis promissio, & donatio. Vnde fit vt *actiones bonæ fidei* dicantur quæ ex contractibus bonæ fidei, & *actiones stricti iuris* quæ ex contractibus stricti iuris nascuntur. Vide de hoc latè Parlad. diff.42.

Lucratiuus contractus. Onerosus contractus.

Contractus bonæ fidei.

Contractus stricti iuris.

943 Diuiditur 4. in contractum nominatum, & innominatum *Nominatus* est qui sortitur speciale nomen, quo ab alijs discriminatur, vt emptio, locatio. *Innominatus* est qui non habet speciale nomen, sed genericum: & explicatur per hos quatuor modos: Do vt des; do vt facias: facio vt des; facio vt facias. Videtur esse genus ad contractus nominatos, per quos transcendit.

Nominatus contractus.

Diuiditur 5. in quatuor genera contractuũ, scilicet qui perficiuntur re, scriptura, verbis, consensu. Re perficiuntur qui in sola conuentione non consistunt, sed exigunt vlterius rei traditionem, vt pignus, depositum, mutuum, commodatum, permutatio, donatio. Scriptura perficiuntur, qui ante scripturam rati non habentur, vt emphyteusis, & similes, qui ad sui vigorem scripturam postulant. Verbis dicuntur perfici, qui requirunt certam verborum formam, quales sunt omnes stipulationes. Cõsensu perficiuntur qui nec requirunt scripturã, nec certam verborum formam, sed solum cõsensum quouis signo externo vtrinq; explicatum, vt emptio, locatio. Diuiditur 6. in pactum nudum, & vestitum. *Nudum pactum* dicitur quod in meris finibus conuentionis consistit, omni alio firmamento carens: vel aliter dicitur quod destitutũ est omnibus iuris solemnitatibus, siue verborum quæ solent concipi, & attendi in stipulationibus, siue literarum, quando scilicet nec interuenit chirographum, nec aliud instrumentum super hoc confectum, quo pactum roboretur. *Vestitum pactum*, alio nomine *conuentum pactum*, est quod habet aliquid amplius, vnde iure ciuili firmitatem vendicet, & quasi vestiatur.

Innominatus.

Verbis perfici.

Vestitur autem sex modis, 1. re ipsa, vt si impleatur ex altera parte. 2. verbis, vt si forma stipulationis accedat. 3. literis, vt si dato chirographo fatearis ibi esse satisfactum. 4. ipso nomine specifico contractus, quale habent omnes nominati, qui consensu perficiuntur. 5. Cohærentia cum pacto vestito, cui nempe accessorium sit pactum ex se nudum: tunc enim per talem accessum, & cohærentiam vestitur v. g. si uendam tibi domum mille aureis cum pacto ut illam adhuc inhabitem, & pro inhabitatione dem hunc equum: hoc pactum ex se nudum, uestitur per cohærentiam cum priori uestito, nempe uenditione. 6. iuramento.

Consensu perfici. Nudum pactum. Vestitum pactum. Conuentum pactum.

944 Sub prædictis membris continentur pacta alia, quorum explicationem persequor. *Pactum personale* est quod non fit generaliter, sed pro una tantum, uel duabus personis, quas ita respicit, ut alijs prodesse non possit: ut si paciscar pecuniam a te mihi debitam non petiturum à te, sed à tuo hærede. *Pactum reale*, seu *Pactum in rem* datur quoties generaliter paciscor ne rem petam *L. iuris gent. §. pactorum ff. de pactis*: Ibi enim *In rem* idem ualet, atq; siue præfinitione personæ. *L. cum vnus de bonis aut. vid. pos.* unde huiusmodi pactum de non petendo rem, liberat omnes etiam hæredes, & fideiussores. *Pactum immissionis*, seu *iniectionis* initur zelo pudoris: v. g. quando quis uendit ancillam sub ea conditione ne prostituatur, & si contra fiat manus injciatur, aut libera fiat. *L. vlt. C. Si mancip. ita ven. ne prost.* Per hoc igitur potest uenditor manus injicere, & prostitutam abducere. *Complacita pactio*, & *molesta pactio* habentur *L. donatio C. de donat.* & ita explicantur à glossa, ut complacita sit, quæ iuri consonat, & partibus complacet. Molesta quæ iuri dissonat, & partibus displicet. *Incertus contractus* dicitur qui proprium nomen non habet *L. 9. ff. si certum petatur*. *Priuatus contractus*, de quo *L. omnes profugi C. de agricol. & censi*

Personale pactum. Reale pactũ. Immissio manus.

Iniectio manus.

Complacita pactio. Molesta pactio.

Incertus contractus.

censi lib. 11. dicitur qui non respicit vtilitatem publicam. *Simulatus contractus*, quibus modis eueniat, tradit Azor.to.3.lib.6.cap.12. apud Less.lib. cap.20.n.48. *Pactum iustitiæ est* quo quis intendit alteri vinculum, & obligationem iustitiæ inijcere. *Pactum amicitiæ*, est quo solum intendit eam obligationem, quam amicitia inducit.

Priuatus contractus.

945 Sunt alij, qui appellantur *quasi contractus*, & teste Azorio to.3.l.6.cap.3. in eo a contractibus distinguuntur, quod contractus pariant obligationem, saltem ex altera parte, & vtriusq; partis consensum requirant: at quasi contractus licèt producant obligationem vel mutuam, vel solum in vna parte, tamen non exigunt consensum vtriusq; partis, cum possint fieri nobis inscijs, & inuitis, vt patet ingestione negotiorum Titij, quam quis obiuit eo inscio: & in tutela, quam quis suscepit coactus á iudice. *In Instituta de obligatione, quæ ex quasi contr.orim.* Quinq;genera quasi contractuum recensentur: primum dicitur *negotiorum gestorum*, & datur quando vnus absq;mandato formali, aut virtuali negotium alterius viriliter egit Postulante enim id (inquit Molin. to. 2.disp. 553.) tum etiam communi bono, ne res & negotia absentium, & minorum detrimentum patiantur, constitutum fuit, vt vtrinq; nascatur obligatio. Secundùm est *Administratæ tutelæ*, vel *cura*. Tertium *communionis rerum, sine bonorum*: vt quando duo habeant eandem rem communem, siue ex legato, siue ex donatione, siue vnus eorum fructus ex ea percipiat, tenetur alteri actione directa ad dimidium deductis expensis, non ex contractu. Quartum *hæreditatis aditæ*: nam hæres, eo ipso, quod hæreditatem adit, tenetur legatarij ad legata, & debitoribus ad debita, non ex contractu, sed ex quasi contractu: cum ipse nullum contractum cum prædictis inierit. Quintum *indebiti soluti* quando scilicet quis per errorem soluit quando non debeat. Tunc enim ei condictio, & repetitio soluti conceditur ex quasi contractu.

Quasi contractus.

Negotiorũ gestorum pactum.

Administratæ tutelæ.

Communio rerum.

Indebiti solutio.

Contractus appellatio.

946 *Contractus appellatione* venit distractus: quia eiusdem naturæ sunt, & à pari procedunt *L.Pomponius §.Præterea ff.de acquir.possess.* apud Steph. Gratian.discep. for.c. 168.n.7.Mantic. de tacit. & ambig. conuen. l. 1. tit. 2. n. 15.& Cald.Per. de potest.elig.c.7.n.15. Ex quo, fit, vt quando contractus celebratur per scripturam, non possit probari solutio, seu distractio, nisi, per aliam æquiualentem L. *nihil naturale ff.de re iur.* Apud Azeued.l.1.n.17.tit.4.l.5.nouæ recopilat.& Alex. cons. 209. n. 23. lib. 2. contractus nomine venit quasi contractus: nam dispositio de contractibus ad quasi contractus trahitur *L. apud Iulianum.ff. quibus ex causis in poss.eatur.* & latè Rebusus ad L.19. *de verb.sign.*pag.126.Vbi intelligit quando dispositio loquitur de quolibet, vel quocunq; contractu: aut quando eadem ratio, & æquitas esset in contractu, & quasi contractu.

Denique contractus appellatione venit validus: vnde si gabella soluenda sit de omni cõtractu, non soluitur de inualido, & nullo. Ita Alex. cons.104. n 5. vers. facit in simili lib.1. apud Tusch.to.8 lit.V. concl.100. n.14. *Pacti appellatio* (inquit Iacobus Spiegel in Diction. v.eod.)in dubio, vt de nudo potius intelligatur, receptius est, quòd in dubio specialior significatio semper recipienda est, vt Baldus docuit, itemque alij.Alciatus tamen in Rubrica de pactis ad rationem legis aduertendum arbitratur, nec tantum perpendi, quo nomine contractum suum partes appellauerint, quantũ quid vel ab eis actum sit, vel à Legislatore verisimili mente constitutũ *L.Insulã ff. de præse. verb.*

Pacti appellatio.

SECTIO III.

De creditore, & debitore per contractum.

947 Creditor dicitur à credendo, ex eo nempe quòd debitori credat: & propriè ac strictè est qui numerando pecuniã, alienam fidem sequitur. Credere enim sumitur pro mutuo dare: & *credita pecunia* potiùs datur quam debita. *Credere* propriè is dicitur, qui ita rem alienat, vt dominium trasferat: qui enim dominium retinet, fidem alterius non sequitur. Hinc dicitur. *In creditum ire*, non qui rem suam, seu certam speciem vindicat, sed qui in personam agit, vt sibi satisfiat, Vlpian. *L.procuratoris ff.de tributaria act.* dixit *In creditũ abire* pro sequi fidem emptoris, quando scilicet venditor ipsius nuda promissione est contentus, perinde ac si pretium soluisset. Quod Pomponius *L. quod vendidi ff. de contrab. empt.* Exposuit hoc loquendi modo. Fidem habere emptori sine vlla satisdatione. Si autem creditor magis latè accipiatur, omnis dicitur qui ex causa quacunq; alienam fidem sequitur. *L.creditorem ff.de verb.sign.* Creditor vt quis dicatur, satis est quòd fidem alterius sequatur, vel verè, vel legis interpretatione *L. qui in fraudem §.ex omni ff.qui & à quibus manum.* Et quidem (vt latè explicat Garcia Toletan.tit. *ff.de rebus creditis* n.3.& *in tit.Codicis si aduersus creditorẽ.*) Creditores sunt omnes, quibus ex quacunque causa siue actione debetur. *Creditum* strictè acceptum sumitur pro mutuo: vnde ff. ponitur Rubrica *de rebus* creditis, & subiungitur, *si certum petatur*, hoc est mutuum petatur condictione. Verùm Iurisc. *L.2.§.fin.si certum petatur* probat crediti significationem latiorem esse quàm mutui: diuidiq; in mutuum, & creditum. Mutuum est, cum tantundem redditur, hoc est idem in sua functione: creditum cum eadem res restituitur. Apud Senecam de benef. lib.2. & Quintil. lib.5.cap. 10. creditum appellatur id quod nobis debetur.

Creditor.

Credere.

Credita pecunia.

In creditum abire.

Creditum.

948 Creditor diuiditur in hypothecarium, & chirographarium. *Chirographarius* qui & per-

Dimittere creditores.

Chirographarius. Creditor. Hypothecarius. Crediti appellatio. Creditoris appellatio.

personalis vocatur, est qui solum chirographum loco cautionis vendicat: proindeq; in solam personam agere potest: *Hypothecarius*, qui & recalis vocari debet, est qui habet hypothecam in bonis debitoris. *Crediti appellatione* venit omne creditum, siue constet ex instrumento publico, siue non: siue consistat in quacunq; re, aut specie, siue in pecunia, vt videre est apud Tusch. to.2.lit. C. concl.1055.a n 2. *Creditoris appellatione* venit purus, & ille qui potest conueniri, iuxta Alex. conf. 106. visis n.4.versi. sed præmissis lib. 5. Vnde creditorem propriè non esse, qui exceptione repelli potest: & verba legis ac statuti in dubio debere intelligi de creditore efficaci, qui exceptione legitima repelli nequeat, docet Roman. conf. 102. super eo n. 3. & 4. & pleniùs conf.204. n. 13. Creditoris appellatione nec venire futurum, nec conditionalem, proindeq; creditorem in diem, vel conditione non esse propriè creditorem, nec cadere in dispositione statuti loquentis de creditore, sumitur ex *L. Fulcinius §. si in diem ff. quibus ex caus.* apud Riminald. sen.conf 79. n. 13.lib. 1. Creditoris ex contractu appellatione in materia statuti non venit donatarius, maximè quando donatio incepit à traditione. Ita Tusch. to.2. lit.C. concl.1055. n.9. Vbi n.12. post Fulgos. conf. 122.ver. circa secundum, subdit quòd hæres creditoris ante aditam hæreditatem non dicitur creditor, & n.27. legatarium non esse propriè creditorem.

Dimittere creditores. Dequoquere creditoribus. Decoctores. Asoti, & asotia.

949 *Creditores dimittere* vt habetur *L.à diuo §.quod si ff. de re iud.* ex Alciat. est soluere quod illis debetur. *Dequoquere creditoribus* vt videre est apud Alciat.in *L.si aliquid C. de suscep. præp.* & Arcar.l.10. est consumpto patrimonio creditores ære credito fraudare, seu fidem fallere, aut certè fidem suam per inopiam non liberare, vulgo dicimus *quebrar*. Hinc *Decoctores* Græce *Asoti* ab *Asotia*, idest popinatione dicuntur tum qui cum non sint soluendo aufugiunt, tum qui pecuniam publicam depeculantur. Iustinian. *L. quilibet ff. de decurion.* Sic habet. Quilibet principalium, vel decuriorum, siue decoctor pecuniæ publicæ fraudulentus. Hic modus loquendi: *Bonum nomen facere* apud Alex.Scot.& Spiegel.v.eod. citata *L. inter causas §. Abesse ff. mandati*, idem valet, atque idoneum, & soluendo reputare eum quem quis admisit sibi debitorem delegari. Talis enim dicitur creditor, qui debitorem delegatum admittit, existimans soluendo esse.

Alienare in fraudem creditorum dicitur debitor (inquit Molin.to.2.disp.328.init.) quando alienat videns per eam alienationem non remanere sibi sufficientia bona ad soluenda debita: talis enim alienatio quoad quantitatem iuxta quam debitor factus est impotens ad soluendum, censetur facta in fraudem creditoris. *Dies interpellat pro creditore cap. posuit in fine de locat. & cond.* hoc est monet, postulat. *Interpellare* enim ponitur pro postulare iustitiam, & inuocare officium iudicis *L. diffamari C. de ingen. manum.*

Nam apud Budæum *Interpellare debitorem* est in iudicium vocare. Id autem proprium est creditoris, qui sua nomina exigit, præsertim cum debitor in mora est. Nam dantur quædam nomina, quæ non ante dissolui debent, quàm creditor debitorem interpellet: quædam, in quibus dies ipsa (scilicet temporis lapsus) pro creditore interpellat: adeo, vt in mora esse debitor videatur, si vltrò debitum non obtulerit. Vide Molinam tom. 2. disp. 564. *Debitorem interpellare.*

950 *Debitor* quamuis iuxta Accurs. *L. Marcellus ff. de reg. iur.* is dicatur, qui nactus est exceptionem iustam, nec a naturali ratione discrepantem: tamen iuxta Toletan. tit. 2. Cod. lib. 10. num.4. debitor propriè ille vocatur, à quo inuito pecunia exigi potest. *L. 108. ff. de verb. sign.* Item ille qui ex quacunq; causa, siue ex contractu, siue ex delicto obnoxius est, & obligatus *L. 14. ff. de priuileg. credito.* Deniq; ille, cui nulla competit exceptio, seu defensio, *L. debitor ff. de verb. sign.* Vbi Accurs. *Debitor putatiuus* qui putat se debitorem, & vero debitori opponitur. Vide *L. qui se debere ff. de cond. caus.* *Debitor tuus* qui tibi non reddit, quod est tuum. *Debitor in diem* est debitor de condictione in diem. *In diem* hoc est ex die. Debitor improbus non videtur qui ignorat quantum debet *L. non potest ff. de regulis iuris.* Vt verò perspicuè intelligatur quantum se extendat significatio huiusmodi, *Debitoris appellatione* continetur verus debitor, proindeq; liquidus, clarus; item delegatus, vel promittens dare tot debitores, nempe veros. Bald. conf. 442. *Verba ita dicunt* lib. 1. Vnde iuxta eundem conf. 133. Mandatum dicitur lib. 2. statutum disponens, quod bona debitoris possint dari in solutum creditori, procedit si debitum est liquidum, aliàs non. *Debitoris appellatione* veniunt illi etiam, qui inter se beneficium diuisionis habent, prout sunt tutores; nam quoad totum debitores vocantur. Cuman. conf.24. in fine, in statuto etiam debitoris nomine venit fideiussor. Iaf. in *L. si creditores* num.2. *C. de pactis*. At licèt largè veniat debitor sub conditione iuxta Surd.conf. 113. num. 26. propriè tamen, & verè non venit, iuxta Alex. conf. 2. ex narratis num. 14. lib.4. Item nec ille qui reali obligatione conueniri nequit. Vide Tusc. tom.2. lit.D. concl. 35. obligatus naturaliter abusiuè dicitur debitor L. fide iubere §. fideiuss.

Debitor qui. Putatiuus debitor. Debitor tuus. Debitor in diem. Debitoris appellatio.

951 *Debitum* apud Latinos duce Tullio in orat. ad popul. dicitur æs alienum quod debetur. Apud Iuristas est in quod aliquis alteri naturali, vel ciuili obligatione tenetur. Item quod exigitur ab inuito *l. debitor ff. de* *Debitum.*

ff. de verb. sign. Vbi Gloss. *Debitum deficiens*, vt habetur in *Authen. de exhib. reis* §. *optimum*, dicitur cum debitor non habet vnde satisfaciat. *Debitum solutum* dicitur cum res est perfectè creditoris facta. *L. si nomen meum ff. de solut.* Intelligitur remitti in redditione chirographi, vel instrumenti, non verò in redditione pignoris.

Debitum deficiens. *Solutum debitum.*

Debiti facere gratiam pro remittere *Debiti instar* habet id, quod officio iudicis assequi possum ab inuito aduersario. *Debitum ciuile* dupliciter accipitur, vno modo efficaciter & propriè prout est in chirographo post bienniū, vel obligatione ciuili resultante ex sententia *L. Iulianus ff. de condict. indeb.* secundo modo impropriè, & inefficaciter prout est in omni debito regulariter, cui obstat exceptio. *Debitum grauius* quod dicatur, Vide Barth. in *L. si quid ex famosis ff. de solut.* Magnum, & modicum debitum quod sit, vide Albericum v. eod. *Nomen* accipitur pro causa *l. 4. ff. de re milit.* Pro contractu *L. vit prætor ff. de priu. cred.* Pro mandato *Cap. Innotuit de elect.* Pro vtilitate *l. non tantum ff. de appel.* Pro obligatione debitoris. *l. pen. & fin. C. de conuen. fisc. deb.* Pro debitoris iure *L. à Diuo pio ff. de re iudic.* Pro cautione fœneratoria *l. solutum* §. 1. *ff. de pign. act.* Pro ipso debitore, maximè in re fœnatoria *l. si quis vxori ff. de furt.* Vnde *nomen bonum* est debitor bonus.

Debiti facere gratiam. *Debiti instar.* *Debitum ciuile.* *Debitum grauius.* *Nomen multipliciter accipi.*

952 Elucidemus voces, & modos loquendi spectantes ad debitorem: imprimis *Debere*, verbum ad omnes omnino actiones referendum est *L. pecuniæ* §. *hoc verbum ff. de verb. sign.* Debet sumitur pro potest *l. 3. ff. de pign.* Pro solet *l. 3. ff. de offic. proconf. & leg.* Pro expedit *l. non solum ff. de oper. no. nun.* Idem valet *debitum naturale persoluere*, vt sumitur *Cap. vlt. de donat. int. vir. & vxor.* atque decedere, seu mori. *soluendo esse*, est habere vnde soluat, vel soluere possit insolidum per se, vel per alium *l. soluendo ff. de verb. sign.* e contra *non soluendo esse* dicitur ille qui soluere non potest. Quid sit solutio, quid liberatio, & quomodo differant inter se, latè exponit Toletan. in tit. ff. de solution. *Debiti diem venire* est posse petere. *Dependere* habetur l. 3. §. in ijs ff. de vsuris, pro soluere, & præstare. *Conturbare* apud Latinos est confundere res aliquas & inter se commiscere. Apud Iuristas est fidem frangere, nec velle, aut posse creditoribus satisfacere, quod idem valet, atque decoquere *l. quidam fundum ff. de in rem verso*. Propriè dicitur de seruis, qui cum rationibus dominicis paria non faciunt: sic plena locutio est conturbare rationes, conturbare fortunas *Latitare* est malitiosè se occultari animo fraudandi creditores suos agere volentes. *L. Fulcinius* §. *quid sit ff. quibus ex cau. in poss.* & dicitur de ijs, qui ad iudicium vocati ludificantur. *Latitatio turpis* est occultatio sui, ead. l. Vnde *vespertiliones* apud Alc. appellantur in iure qui rationes conturbant latitantes, & vespere tantum exeuntes, ne creditoribus satisfaciant. *Pater ciuitatis* apud Toletan. *tit. 39. Cod. lib. 11.* erat Curator reipublicæ, penes quem cura, ius, & potestas fuit exigendi debita ipsius reipublicæ, eiusq; ratiocinia tractandi, ac bona publica administrandi: quæ omnia gerebat per seruos actores *l. 1. C. eod. tit. cit.*

Debere. *Debitum naturale persoluere.* *Soluendo esse.* *Solutio, & liberatio.* *Debiti diem venire.* *Latitatio turpis.* *Vespertiliones.* *Pater ciuitatis.*

SECTIO IV.

De conditionibus, & cautionibus in contractu.

953 *Conditio* apud Latinos deriuatur a condo, is, & pro fortuna, ac forte fortunarum, temporum, ac rerum accipi solet. Apud Iuristas sumitur multifariam: pro qualitate, qua aliquid condi, idest fieri actum est *l. debitori C. de pactis*, vbi Alciat. pro statu, & fortuna: vnde conditio seruitutis *L. vltim.* §. *fin. de edict.* & *Colonaria*; idest serui coloni *L. Sancimus C. de infant.* Pro remuneratione *L. sed & locis* §. 1. *ff. fin. regun.* Pro stipulatione sub conditione facta *L. sufficit ff. eod. tit.* Pro modo *Cap. verum, de condit. appos.* Pro demonstratione *L. si finita ff. de damn. infec.* Pro statu iuris *L. cum quis ff. de do. præde.* Pro tenore *L. societatem ff. pro socio*. Pro pactione nuptiarum *l. vlt. ff. de sponsal.* Vnde *conditionibus stare* est tenere pacta: cui oppositum est: *A conditionibus fugere*. Deinde hæc phrasis: *conditione tua non vtor:* formula erat renunciandi sponsalibus *L. 1. ff. de spons.* At si spectemus conditionem in ordine ad donationes, promissiones, contractus, & alias dispositiones, accipitur duobus modis: Vno presse, pro sola conditione de futuro contingenti, quæ proinde in vtranuis partem euenire potest. Sic definitur à Iuristis ex *L. itaq; ff. si cert. pet.* in hunc modum. Est dispositionis suspensio ex euentu incerto futuro ei opposito, in quem euentum eius facta est collatio.

Conditionis acceptio. *Colonaria.* *Conditionibus stare.* *Conditione tua non vtor.* *Conditio quid sit.*

Similiter à Theologis, Soto in 4. dist. 29. q. 2. a. 1. & Molin. tom. 2. disp. 206. Est dispositionis (idest actus, quo quis legando, promittendo, contrahendo, & cætera, disponit) suspensio ex incerto futuro euentu opposito. Vt siquis dicat lego, aut dono tibi centum, si nauis ex India hoc anno venerit. Altero modo latè, & complectitur conditiones omnes etiam de præterito, & præsenti tam contingentes, quàm necessarias, siue possibiles, siue impossibiles: in qua vsurpatione, quæ propria est, definitur à Molin. citato. Est adiectio dispositioni dependentiæ, vt sit, obligare ve incipiar, ex aliquo præsenti, præterito, aut futuro. Vt siquis dicat. Dono tibi centum, si rex modò viuit, aut si nauis ex India anno præterito venit.

954 Di-

954 Discriminatur conditio à modo, causa, & demonstratione. *Modus* enim (vt exponit Syluest.v. conditio n.3.) generaliter est omnis qualitas adiecta dispositioni *L.obligationem ff. de action. oblig.* specialiter est moderamen dispositionis per oneris appositionem tanquam causæ finalis: Vt lego vel dono Petro fundum meum, vt mihi ædificet sepulchrum. Sic definitur à Molin. tr.2. disp.208. *Modus* est veluti lex quædam, seu grauamen dispositioni in futurum appositum, minimè eam suspendens. Quare promissum sub modo potest statim peti, cautione exhibita de modo seruando. Sanches lib.7. Matr. disp. 24. n.18. illud agnoscit discrimen inter modum, & conditionem, quòd libertas v. g. legata sub modo, statim comparetur: legata verò sub conditione, non nisi post impletam conditionem. Quia modus adijcitur actui perfecto: vt lego libertatem ancillæ meæ, dumodò seruiat decem annis: conditio autem additur actui perfecto: vt iubeo vt ancilla sit libera, si seruierit, vel cum seruierit decem annis: Modus deniq; vt habetur *L.maiorem ff. de pactis*, idem valet quod quantitas. *Causa* in præsenti quanuis dicatur modus disponendi, & contrahendi: potiùs dicitur finis dispositionis, sicut finis legis, & ratio legis, hoc discrimine inter rationem, & causam, quia *ratio* est lumen discernens quid iuris, *causa* est id, per quod ratio discernit: & explicatur per dictiones causales, & illatiuas, vt quia Titius mea negotia gessit, ideo illi lego illi pro alimentis: item per *nomine*, vt lego Bertæ nomine dotis. *Demonstratio*, quæ alio nomine dicitur *significatio* est idem quod ostensio. Nam omne verbum, vel factum, per quod aliquid ostenditur, demonstratio dicitur. Sic definitur à Barth. ad *L.demonstratio ff. de cond. & demonst.* est quædam ex instantibus, vel præteritis accidentibus notitia, qua magis dispositio fit liquida, adhibita rei, quæ est in facto, & non quæ est in fieri. A Syluestro v. conditio n 5. sic describitur: Est ex aliquo prætetito, vel præsenti accidente, vel qualitate rei, quæ geritur, certificatio, vel liquidatio: seu est verbum, vel factum, quo aliquid ostenditur: vt si dicas, Lego vxori meæ vestem, quæ causa eius parata est: particula (causa eius parata) ostensiua est, & demonstrationem continet. Vnde demonstratio plerumque rem factam, conditio futuram ostendit. *L.r. de donat.* Vbi Glos. Vide Parlad. diff. 147. de discrimine inter conditionem, modum, & demonstrationem.

Modus quid sit. — *Modus, & conditio.* — *Causa.* — *Ratio, & causa* — *Demonstratio*

955 *Conditio* latè accepta, authore Mol. to. 2. disp.206. diuiditur 1. in conditionem de præterito, de præsenti, & futuro: duæ priores dispositionem non suspendunt: tertia suspendit. Diuiditur 2. in impossibilem, & possibilem. *Impossibilis* quædam est talis, quia re ipsa esse non potest, & dicitur Impossibilis de facto, vt si digito cælum tetigeris: quædam verò quia licèt existere possit, ius tamen illam non permittit, & dicitur impossibilis de iure: dicitur etiam turpis: vt si armis prohibitis vtatis. Conditio possibilis subdiuiditur in necessariam, & contingentem: *necessaria*, quæ à iuristis vocatur *certa*, est quæ omnimodò existet, vt si sol cras oriatur *Contingens*, quæ à iuristis dicitur incerta, est quæ an impleatur, incertum est, vt si nauis ex India venerit Contingens rursus partitur in potestatiuam, casualem, & mixtam.

Conditio multiplex. — *Impossibilis conditio.* — *Necessaria conditio.* — *Incerta conditio.*

Potestatiua est illa, cuius implerio est in voluntate, & potestate eius solius, cui imponitur, vt si tutelam susceperis, si seruum tuum manumiseris. *Casualis* dicitur cuius impletio nullo modo est in potestate eius, cui imponitur, sed pendet à futuro euentu: vt si nauis ex India venerit. *Mixta* est quæ partim aliunde, partim verò à potestate eius, cui imponitur, pendet: Vt si dicas, instituo Petrum, si Bertam duxerit, aut si ex India nauis venerit.

Potestatiua conditio. — *Casualis conditio.*

Diuiditur vltimò conditio in expressam, & tacitam: *expressa* est quæ clarè, & expressè ponitur. *Tacita* est quæ a iure subintelligitur: Vt quando fructus rei alicui relinquuntur, tacita conditio inest, si nascantur. Quando filius grauatur aliquid restituere, intelligitur si sine liberis decesserit. Expressa conditio à Theologis vocatur *extrinseca*, tacita dicitur *intrinseca*.

Expressa conditio. — *Tacita conditio.*

956 Sunt aliæ conditiones, quæ sub prædictis membris continentur, licèt diuersimodè exponantur, videlicet ambulatoria, diuidua, resolutiua, promiscua, captatoria. *Ambulatoria* apud Papinian. *l.seruus ff. de testatu liber.* significatur, quæ non in vnius tantum, sed etiam in plurium hæredum persona rectè impleri potest: quasi per plures deambulet. *Diuidua conditio* habetur *L. si legato seruo ff. de ma. test.* & est quæ diuiditur implenda per plures: Vt si Petrus, & Paulus decem dederint, nempe eorum alter quinque.

Intrinseca conditio. — *Ambulatoria conditio.* — *Diuidua conditio.*

Resolutiua, seu *Resolutoria*, de qua Basilius Pontius lib. 3. Mat. cap. 9. n.14. est per quam impletam dissoluitur, seu resoluitur dispositio: vt si dicas, contraho tecum ita tamen, vt si hoc non feceris, contractus dissoluatur, seu habeatur pro infecto. *Promiscua* habetur *l. si iam facta ff. de cond. & dem.* & iuxta Gloss. ibid. est quam facilè, & frequenter adimpleri contingit: seu quam iterari sæpe contingit: vt si Capitolium ascenderit. *Captatoria*, quæ à nonnullis *Captiosa* vocatur, (vt explicat Basilius cit. cap.5. n.11.) est quæ facit institutionem captatoriam, seu captiosam.

Resolutoria conditio. — *Promiscua conditio.* — *Captatoria conditio.*

Captatoria institutio, quæ habetur *L. captatorius ff. de hæred. institu.* Est qua quis hæredem instituit in hunc modum: Titius mihi hæres esto, si ille me hæredem instituat. Dicitur etiam *purificata conditio* illa quæ vel impleta est, vel habetur pro impleta: de qua Barbos. de verb. appell. app. 99. n.9. vnde *Purificari conditionem* est eam impleri, vel pro impleta haberi. Nam *Purè* idem valet atque absolutè, simpliciter, & sine cōditione L. purè ff. de doli excep.

Captatoria institutio. — *Purificata constitutio.*

957 Con-

Conditionaliter. Dicere legem. Deficere conditio.

957 *Conditionaliter* idest sub conditione L. quæ res ff. de verb. oblig. In contractu idem valet *Dicere legem* atq; apponere conditionem. *Deficere conditio* dicitur, cum non existit l.2.& passim ff.de cond.instit. Ponitur Implementum simpliciter pro implemento conditionis, & hoc modo significatur actum esse purificatum *L.ante pen.ff.de condit.instit.* Quando importent conditionem, & quid significent hæ voces *Quatenus, si, Dum tamen,* exponit Barbos. tract. de diction. iuris, in iisdem. *Aliàs* significat conditionaliter, & interdum alternationem *L. aliàs ff. de in lit. iur.* Vt promittis dare fundum, aliàs decem nomine pœnæ Item *l. 1. §. illud tamen ff. de aqua quot. & æstiu.* idem valet aliàs itaq; alio modo.

Quatenus, Dum tamẽ. Aliàs.

Alioquin, Saluo. Modum importãtes voces.

Alioquin conditionalis dictio est. *L. si finita §. ex hoc edicto ff. de damn. infect.* quam latè explicat Bart.in Alberic. v. eod. Vt condemno te in centum, saluo quòd si solues. Excommunico saluo, si venias meis obedire mandatis. Voces importantes modum, quales sunt omnimodo, quodammodo, quomodocunque, quomodolibet, quouis modo, Breuiter, & lenter, exponit Barbos.tract.de diction.in iisd. *Enpate* vox Græca habetur l. si arbiter ff. de probat Et significat largo quodam modo. *Multifariam* idest multis modis *l.ne quid ff. de incend. rui.& nauf.* Sicut *plurifarium* idest pluribus modis l.1.ff.de in integ.restit.& *omnifariam* omnibus modis *l.ne in arbitris* §.1. C.de arbi.

Plurifariã.

Cautio. Cautionis acceptio.

958 Quod attinet ad aliam sectionis partem, *Cautio* apud Latinos duce Tullio 3. Tusc. est quædam prudentia, qua auertimus, & vitamus ne quid mali nobis accidat. Apud Iurisconsultos, sumitur multipliciter, nempe pro actione *l.1.§.si quis ff.de cloacis.* Pro satisdatione *l.1. C.de procur.* Pro instrumento *L.lecta ff.si cert.petat.* Pro dilatione *Authen. de litigan. §.si verò* Pro cautela *l.quoniam liber. C. de testi.* Et pro securitate *Auth. de mandatis princ. nequeuntem.*

Cautio multiplex.

Cautio autem in proprietate sermonis, & vt regulariter accipitur, est nuda promissio ex qua inducitur firma obligatio, & securitas *L.suncimus C. de verb.signi.* quando v.g. quis tenetur cauere de euictione, de vitijs,& morbis. Intellige *nudam* à fideiussoribus,& pignoribus, sed non à stipulatione: nam obligatus cauere, debet stipulatione cauere, vt obligatio sit firma *L. pen. §. docere ff. ne quis eum qui in ius voc.* Sic notauit Alex.Scot.v.cautio. Est igitur cautio generaliter accepta omnis securitas, qua quis securus redditur de eo quod sibi promittitur.& diuiditur in Prætoriam, Idoneam, Chirographicam, hypothecariam, Pignoratitiam, Fideiussoriam, Iuratoriam,& Fidei propriæ.

Prætoria cautio. Idonea cautio.

959 *Prætoria* est quæ fit iussu Prætoris: quando scilicet Prætor iubet, pro collatione bonorum facienda rectè caueri *l.1.§. iubet ff. de collat.bon.*& debet fieri cum fideiussoribus, vel pignoribus. *Idonea* quæ etiam sufficiens appellatur ab Alberico v.eod.vbi de significatu huius verbi, sufficit, est fortior nuda cautione, proindeque fideiussoria, vel pignoratitia esse debet: vt quando creditor mandauit procuratori vt reciperet idoneam cautionem à debitore, aliàs non daret dilationem, intelligitur cum fideiussoribus, vel pignoribus *L. si mandato §. fin. ff. mandati*: nam vox *idonea* apponitur, vt cautioni nudæ firmitatem addat.

Chirographica cautio. Hypothecaria cautio. Satisdationes. Iuratoria cautio.

Chirographica est quæ fit accepto chirographo, vel charta: nam charta, in qua scribitur computatio, vocatur cautio Luc.16. Accipe cautionem tuam. *Hypothecaria* datur quando hypotheca supportatur, sicut *Pignoratitia*, cum pignus datur. *Fideiussoria* est quando principali obligationi interuenit Fideiussor. Hæ tres vocantur satisdationes. *Iuratoria* quæ etiam adiuratoria appellatur *l.4.de Castrensian.lib.12.* est quando promissio roboratur iuramento: vt si iures solemniter te debere aliquid, vel impleturum. Cautio fidei propriæ interuentu dicitur, quæ fit per fidem præstitam sine solemnitate iuramenti. Sunt,& cautiones quæ nomen habent vel ab authore vel à materia, in qua versantur.

Mutiana cautio.

Mutiana habetur *L.hæres meus §.qui potest.de condi.& demon.* introducta fuit à Mutio Iurisconsulto, vt testatur Molin.tr.2. disp.206. locũ vendicat in vltimis voluntatibus potiùs quàm in contractibus: traditur per conditiones negatiuas, puta: si Stichum non manumiserit: si Capitolium non ascenderit. Item si Legatarius contra conditionem facturus sit, restituet rem legatam cum fructibus. *Moratoria* est quæ datur, vt quis differat, & expectet. *Cautio nullo peccato* est cum quis tantam fidem tibi habet, vt contentus sit nuda promissione tua.

Moratoria cautio. Cautio nullo peccato.

Cautio de euictione dicitur quando præstatur securitas emptori à venditore, vt si ab eo euincatur, venditor ei restituat æstimationem rei in duplum, vel simplum, prout conuenerint *Cautio de vsufructu* est in qua de duobus cauetur, nempe quòd vsufructuarius re non malè vtatur,& quòd vsufructu finito restituat quod ex re ipsa superextat. Sic de alijs. Vide apud Parlad.diff.61. discrimen inter cautionem, satisdationem & repromissionem.

Cautio de vsufructu.

Cautionis appellatio.

960 *Cautionis appellatione* venit sola promissio, seu obligatio sine fideiussore, vt videre est apud Bald. cons.410. in princ. lib.3. Oldr. cons.68. & Dec. cons.1. n.4. Quod limitat Card. Tusch. to.1. lit. C. concl.167. n.4. Vbi contrarium disponeretur:& n.13. si in loco vigeret consuetudo, vt cautio intelligeretur cum fideiussore.& n.14. in cautione prolata à prætore: quia hæc debet intelligi cum fideiussore, vel pignore:& n.15.in cautione Mutiana. Felinus in Cap.Ad nostra n.6.& 7.recenset varios casus, in quibus obligatio sine fideiussore non sufficit: nempe si dicatur, quòd causa cognita, si dicatur Caueat, vel satisdet: seu caueat vt potest.

Cau-

Cautionis idoneæ appellatione venit pignoratitia, & fideiussoria, & non nuda, vt tradunt Molina tr. 2. d.334. n.4. & Sanch.lib. 10. Mat. d.18. n.35. Vbi addit idem procedere si cautioni adijciatur particula plenà, competens, vel diligens. Hoc tamen limitat Alex. cons. 35. n.11. lib. 4. vt procedat nisi materia repugnet: quia iuxta subiectam materiam intelligi debet.

Cautela.

961 *Cautela* diminutiuum est à cautione,& pro cautione vsurpatur. *L. si defunctus §. qui ad comun. ff. de prouer.* & *L. quamuis conuenit ff. de pign. act.* cautela illa laudabilis est in qua non furor, sed ratio totum agit. 11.*q.3. cap. illa propositio.* Abundans non nocet *L. testamentum in fin. C. de testam.* A cautela dicitur *Cautelosus* idest prouidus, circunspectus, plenus cautelis. *Cauere* apud Latinos est diligentiam adhibere, prouidere, consulere, prospicere ne aliquid præter spem accidat. Apud Iuristas aliquãdo significat disponere, ordinare *L. Epistola ff. de pactis.* Interdum securum reddere. *Securus* autem quis redditur tum fideiussione, & hypotheca *L. habere ff. de verb. signi.* tum etiam nuda promissione.

Cautelosus. Cauere. Securus.

Cauere ab aliquo est cautionem exigere *l. si sciente ff. ad leg. Pom. de parricid.* Dicuntur cauti, qui vident ne à recto delabantur, neue ab alijs decipiantur. *Cautum* idest expressum *l. 1. ff. de condit. ex leg.* *Conscriptio* idest cautio *Authen. l. quidem de probat.* Sumitur *solertia* pro cautela *l. 1. C. si maior fac. l. 1. §. non fuit ff. de dolo & C. vnico de iur. patron. in 6.*

Cauere ab aliquo. Cauti qui.

SECTIO V.

De vocibus alijs, & modis loquendi spectantibus ad contractum.

Duplæ stipulatio.

962 Duplæ *stipulatio*, de qua in *L. si mancipium & L. Lucius ff. de euict.* quando committi dicatur habetur *l. euicta, eod. tit.* in hunc modum. *Duplæ stipulatio* committi dicitur tunc, cum res restituta est petitori, vel damnatus est in litis æstimationem, vel possessor ab emptore conuentus absolutus est. Quid verò sit *stipulatio duplæ*, & *stipulatio simplæ*, de quibus *L. Lucius* citata, commodiùs exponemus, cum egerimus de venditione simplaria. *Duplari* idem est quod est duplicari *L. qui tabulas ff. de fur.* similiter *Duplum* quod duplicatum *L. fin. C. de Episc. Cler.* Dupli appellatione interdum quadruplum continetur *L. inter eos §. quod diximus ff. de fur.* Est autem Duplum bis tantum, sicut *Triplum* ter tantum, & *quadruplum* quater tantum: quæ voces substantiuè à iurisconsultis vsurpantur.

Duplari. Duplum. Dupli appellatio. Triplum Quadruplum.

Duplio verbum XII. tabularum quo duplex, vel pecuniæ, vel capitis mulcta iniungitur alicui. Quid sit *Vmbratilis suffragiorum pactio*, Albericus, & Spiegel. v. eod. dicunt esse verba apud Iustinianum: neuter verò citat locum, vel saltem verba ipsa exponit. Forte est conuentio secreta, aut fraudulenta inter suffragantes. *Depacisci* est turpiter pacisci: & *Depectus* quod turpiter pactus *L. 3. ff. de calum.* Hinc apud Apuleium orat. pro magia *Depector* est omnium falsorum commentator. *Excipere* fuit olim in vsu pro pacisci *L. in except. ff. de pactis*, & *L. si tibi ff. de præsc. verb.* Vnde *Exceptio* quod pactio. *L. 3. ff. de rescin. vend.*

Duplio. Vmbratilis. Suffragiorum appellatio. Depacisci. Depectus. Depector. Excipere. Exceptio

963 *Ratiocinium* (vt definit Syluest. v. eod. n. 1.) est redditio rationis ex administratione, vel publicæ, vel priuatæ rei. Sunt igitur in duplici genere ratiocinia, nempe alia publica, quibus obligantur officiales Curiæ ex administratione rerum pertinentium ad rempublicã L. officiales *C. de Episc. & cler.* alia priuata quibus obligantur homines ex administratione rerum priuatorum, vt tutores, actores, procuratores, executores. *Cap. vno de oblig. ad ratiocin.* Quamuis enim *Ratio* sumatur pro cautione *Auth. de nupt. §. sic itaq;* Pro causa L. *eas obligationes ff. de capit. dimin.* Pro respectu proposito, seu consilio *l. clam. possidere ff. de acq. possess.* Pro mente legis *l. cum mulier ff. solut. matr.* tamen sumitur aliquando pro supputatione, vel calculo, seu expensa: & quidem ab Azone in summa §. est autem de edendo, definitur scriptura causa negotiationis mutuæ edita de datis, & acceptis.

Ratiocinium. Ratio quod cautio. Ratio pro calculo.

Est discrimen inter *Reddere rationem, & edere*: nam *edere*, est rationes exhibere, & copiam describendi facere: *reddere* autem est computare, & quod reliquum est restituere, *l. boues ff. de verb. sign.* Vnde apud Spiegel. v. eod. Rationes reddere plus est quàm edere: tutor reddit: argentarius plerumque tantum edit. *Rationes calendarum recognoscere* est per singulos menses præscripta nomina recensere, vt sciatur quid nominum quoque mense factum sit.

Reddere rationem. Eddere, & reddere. Rationes calendarum recognoscere.

Rationibus inferre est eam summam, quæ impenditur in rationarium perscribere. *Rationibus referre* est inter recepta computare. *Rationes referre* est computum reddere. *Rationes dispungere* est computum examinare. Budæus in l. si prior de pignor. *Rationarius codex*, est in quo rationes rerum gestarum continentur: vulgo *registrum* vocat. *Ratione bona dicere* idest bona fide.

Rationibus inferre. Rationes referre. Rationes dispungere. Rationarius codex. Ratione bona dicere.

964 *Rationum appellatione* vt tradit Alciat. in L. 1. *C. de edend.* ex *l. Cartæ, de bono poss.* non instrumenta tantum, aut codices rationarij continentur L. *cum seruus de condi. & demon.* sed etiam Calendaria, Diaria, seu Ephemerides, vulgo *memoriaes*, & aduersaria: itemque si qua in palimpsesto, seu deletitia charta, aut epistographo scripta sunt. *Rationalis* idem est quod *Logista*, nempe qui reddendis rationibus præest L. *Curator. de modo multar. Item Logographus* scriptor publicæ rationis *C. de tabul. scrin. & logog. lib. x.*

Rationum appellatio. Ephemerides. Palimpsestus. Opistographum.

Conficere rationes vt habetur *l. 1. §. officio ff. de tutel.*

tutel. & ration. Est librum rationum facere, vt reddi possint. *Distrahere rationes*, vt habetur eod. tit. est rationes a tutore non benè redditas dissoluere, dilaniare, incidere. Vnde actio de rationibus distrahendis datur pupillo ad impugnandam rationem à tutore redditam, qui forte res aliquas abstulit, nec in librum rationum retulit.

Boethi logistarum, vt videre est apud Accurs. *C. de tabul. scrib. & log. lib. x.* sunt adiutores eorum, qui rationes publicas conficiunt. Nam *Boethes* Græcè, Latinè adiutor est. *Computatio* est rationis redditio L. instar C. de iure fisci lib. x. *Calculator* vt habetur *l. spadonem ff. de excusat. tutor.* est computator per lapillos, vulgo Rationarius. *Calculus* est computus *l. vnica de error. calcu.* Sumitur pro causæ cognitione, & enumeratione *l. rem non nouam C. de iudic.* item pro sententia definitiua *l. actor. C. de appel.*

Agnoscere. Acceptare. Acceptores rerum.

965 *Agnoscere* sumitur pro reddere *l. 2. §. si quid publici ff. de hared. vendit.* Interdum pro acceptare: vnde *agnoscere bonorum possessionem* est acceptare. Acceptare idem valet atq; frequenter accipere, vel per acceptilationem liberare *l. tales §. post diuisionem ff. de pactis.* Dicuntur *acceptores rerum* possessores *C. lib. 6. tit.* 48. Auth. contra *Accepto ferri* idest approbari. L. securitates C. de suf. & arc. Deinde *Accepto* vel *Acceptum rogare* dicitur qui stipulatur an id quod promisit, creditor acceptum habeat.

Accepto ferri. Acceptum rogare. Acceptum ferre.

Acceptum ferre est scribere se ab aliquo accepisse. *Acceptum facere* quod acceptum habere. Alex. Scot. v. eod. *Aufert*, id est accipit, siue petit *l. si pau. ff. de iur.* dot. Item *Auferre* dicitur qui rem alienam obligat. *Authen. de nupt. §. soluto.* Aliquando significat accipere *L. duobus ff. de leg.* 1. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 132. num. 73. docet posse intelligi cum violentia, & sine illa. Apud Cuiac. lib. 18. obser. 19. *Auferre*, & *mouere* differunt: nam dicuntur auferri quæ detrahuntur, & transferuntur: mouentur autem, quæ eruuntur ex officinis.

Expensum.

Expensum ferre sumitur pro adscribere, & imputare *L. mulier ad trebel.* sicut Expendere pro imputare *L. quæ in vxor. C. de negot. gest.* Quamuis *expensum ferre* propriè est scribere se pecuniam dedisse. *Deducere expensas* l. 1 ff. arbo. fur. cæsa idest extrahere. *Conuenit* vt notat Ceual. comm. contra com. q. 114. redactum in scripturam significat pactum nudum: & quamuis in scripturam redactum non sit, importat stipulationem, vt dicit Suar. iurist. to. 2. comun. opin. lib. 9. tit. 34. n. 363.

Deducere expensas. Conuenit.

Tacitè actum. Aduersio. Periculo suo.

966 *Tacitè actum* (intellige, intentione contrahentium) pro cautò, idest pro expresso habetur, vt traditur in *l. cum qui ff. si cert. petat.* Præterea *aduersio*, vt habetur *l. 1. §. si particulares ff. locati* est idem atq; periculi in se susceptio. *Suo periculo* idest suis sumptibus. *l. si vt cætero §. si duobus ff. commo.* Habetur etiam *Variationibus* pro solutionibus *l. fin. §. idem quæsiui ff. de condict. indeb.* Legitur *Damnare* frequenter pro obligare *L. filius ff. diuortijs L. cum filio ff. de leg.* 1. Item *Concipere* pro exprimere *l. quidquid ff. de verb. oblig.* & accommodatur propriè ad certam formulam.

Variatio i. solutio. Damnare. Concipere.

Vnde *concipere iusiurandum* est iuraturo certam iuramēti formulam præscribere. Quāuis iuxta Gloss. §. *quod si frumentum Instit. de rer. diuis* Contundere, & commiscere non nihil differant, tamen §. *si duorum eod.* tit. pro eod. accipiuntur. Et quidem *confundi obligatio* dicitur, cum debitor in creditoris ius succedit *L. debitori L. grauius ff. de fideiuss.* Confundi seruitutes, cum prædium quod seruit, & cui seruitus debetur, eiusdem domini efficitur *l. 1. & 10. ff. quemad. serui amit.* Confundi vsusfructus, cum proprietatem vsufructuarius comparat. *l. 4. vsufruct.* quemad. cau. Quod hæc verba *Dissimulare, & remittere* differant, sumitur ex L. 2. ff. de sepul. viol. quid autem sit *Remissio* in contractibus, an, quomodo, & quando fiat, latè tradunt Bart. Bald. & Castrens. ad l. bætes absens ff de iudic.

Iniurandum concipere. Confundi seruitutes. Confundi vsusfructus.

967 *Firmum, & ratum esse* differunt teste Bart. ad *l. id quod pauperibus*, vbi Gloss. *C. de episc. & cler.* quia firmum dicitur esse de facto, ratum de iure. Ratum, & irritum sunt contraria: sicut ratum, & ruptum: *ruptum* enim coincidit cum irrito. *Ratum habere* pro approbare, confirmare. Bart. *l. 1. ff. de vi arm.* Hic loquendi modus, Pactum immutilatum permanere, qui reperitur *l. vlt. C. de pactis inter empt. & vend.* idem valet atque pactum integrum quoad valorem perseuerare.

Firmum, & ratum. Ruptum, & ratum. Ratum habere. Pactum immutilatum.

Quamuis *reformare* propriè significet in aliam formam ponere L. *vectigalia ff. de public. & vect.* Sumitur tamen pro rescindere L. *interpositar C. de transact.* Vbi iurisconsulti latè de significatione huius verbi. Solemnitas in contractu, dicitur certa obseruatio verborum, personarum, vel temporis: ex eo appellata, quòd sola seruetur sine qualibet addititia mutatione. Sumitur etiam pro actu reali, vt solemnitas stipulationis, dum quis fideiubendo se obligat, interrogatione præcedente, & responsione sequenti. *Solemne* vocatur quod certa obseruatione constitutum est; & à solo vel solito dicitur.

Reformare. Solemne.

Solemniter idest rite L. *non putauit ff. de bon. pos.* contra tabu. Quid dicatur *versum in rem alicuius* constat ex *l. 3. de in rem verso*, & *§. præterea Instit.* quod cum eo, vbi sic: In rem autem domini versum intelligitur, quidquid necessariò in rem eius impenderit seruus: veluti si mutuatus pecuniam creditoribus eius soluerit, aut ædificia ruentia fulserit, aut familiæ frumentum emerit, vel etiam fundum, aut quamlibet aliam rem necessariam mercatus erit.

Solemniter. Versum in rē alicuius.

Aa Deniq;

Supergressi. Circumuentio.

Denique in contractibus (vt notat Molin. to.3. disp. 680. n.1.) committi solent vitia circumuentionis, & supergressionis, de quibus Apost. 1. ad Thess. 4. *Ne quis supergrediatur, neq; circumveniat in negotio fratrem suum.* Videtur enim committi vitium *supergressionis*, quando frater sciens & prudens, tamen pressus necessitate patitur iniustitiam contractus v.g. vsurarij: *Circumuentionis* autem quando ignorans sustinet iniustitiam: quia tunc circumuenitur, hoc est decipitur.

ELVCIDATIO XII.

De promissione, & donatione, mutuo, & vsura.

968 **E***Lucidatis contractibus genericè acceptis, postulat doctrina ratio, vt ad singulas contractuum species explicandas descendamus. Imprimis obuiam veniunt, qua ante omnes solent ab authoribus tractari, promissio, donatio, mutuum, & vsura. Dicemus igitur de vnaquaq; quid sit, & quotuplex: & quidquid cum ea conuexum pro vberiori ipsius declaratione elucidabimus.*

SECTIO I.

De promissione, & concernentibus.

Promissio.

PRomissio si accipiatur largè (vt docet Syluest. v. Pactum n.1.) est affirmatio, vel negatio, qua quis se aliquid facturum affirmat, aut negat: in hac latitudine videtur comprehendere non solum promissionem rigorosam, ex qua oritur obligatio, sed etiam propositum, à quo nulla obligatio nascitur. Est autem discrimen, teste Molin. tr.2. dis. 262. inter propositum, & promissionem: nam *Propositum* est firma, & deliberata voluntas faciendi aliquid in gratiam alicuius, quod declaratur uerbo futuri temporis: Vt si dicas, faciam tibi hoc, uel dabo tibi hoc.

Propositũ, & promissio.

Promissio est actus, quo quis se ad stringit ad faciendum aliquid: & declaratur explicata obligatione de præsenti in ordine ad impletionem de futuro, vt si dicas: Promitto me facturum, uel daturum tibi hoc. Promissio hæc rigorosa est, & diuiditur in onerosam, & gratuitam. *Promissio onerosa* datur quando quis promittit alicui rem aliquam sub onere, ut scilicet detur pretium, aut res alia, aut præstetur obsequium.

Promissio onerosa.

Promissio gratuita, quæ etiam *simplex* vocari solet, sic describitur à Lessio lib.2. cap.18. n.2. est deliberata, & spontanea fidei obligatio, facta alteri de re qua piam bona, & possibile; unde non erit promissio, si metu, aut fraude extorqueatur, uel fidem non obliget, uel fiat de re mala. In dubio, an promissor se obligauerit, liber erit.

Gratuita, & simplex. Promissio.

969 Apud Iuristas, vt tradit Alex. Scot. v. eod. Promissio, & repromissio sic differunt, quia promittendo negotium inchoamus, sed promittendo adimpletum consolidamus. Repromissio enim dicitur quasi iterata promissio, vt res securior reddatur: sicut in facto vbi fideiussio inter venit. Nam debitor promittit, & fideiussor repromittit. Apud Theologos (vt tenet Sanches lib.5. Matr. disp.5.) repromissio cernitur in contractu exigente mutuam promissionem v.g. in sponsalibus, & est idem atq; promissio facta promittenti: sic *repromittere*, est promittenti promittere.

Promissio, & repromissio.

Indemnitatem alicui repromittere, vt habetur *l.14. & 16. ff. ad Trebell.* est cauere indemnem ex eo negotio, de quo agitur futurum. *Expromittere* quamuis dicatur etiam is qui pro se promittit *L. hoc iure §. Siquis seruo ff. de donat.* propriè tamen est pro alio promittere. Vnde Vlp. de iure dot. Debitor (inquit) mulieris, iussu eius pecuniam viro suo expromisit. Hinc *Expromissor* accipitur pro fideiussore, qui nempe pro alio promittit. *l.1. §. Satis acceptio, de verb. oblig.* Accurs. tamen ex *Authen. de fideiuss.* in princ. Expromissorem à Mandatore, Fideiussore, Sponsore, Constitutore, & principaliter obligato distinguit. *Promissio fide vallata* apud Sanch. 7. matr. disp.59. num.28. 29. est promissio iuramento firmata. *Deserta promissio* apud Vlpian. *l. sed & siquis §. Quæsitum siquis caut.* Est illa (inquit Alciat.) quæ non obseruatur, & rectiùs contempta dici poterat. Spiegel. v. promissio ait forte *&* loco legendum, Diserta, vt pro expressa, & speciali sumatur.

Repromittere. Indemnitatem repromittere. Expromittere. Expromissor. Promissio fide vallata. Promissio deserta.

970 *Pollicitatio* apud Iuristas vocatur nuda promissio *L. Pollicitatione C. de donat. ante nupt.* & quidem est solius offerentis promissum *l. pactum ff. de public.* apud Theologos authore Lessio lib.2.2. cap.17. num.15. sic explicatur, vt sit nuda promissio nondum sequuta acceptatione. Hinc Sanches lib.7. matr. disp. 79. num. 19. illud ponit discrimen inter strictam promissionem, & pollicitationem, quod illa exigat duorum consensum: non ita pollicitatio: hæc enim est solius offerentis promissio, & dari potest altero nec acceptante, nec recusante.

Pollicitatio & promissio.

An ex pollicitatione quis obligetur. Syluest. v. eod. respondet affirmatiuè, si ille polliceatur ciuitati, vniuersitati, clero, ecclesiæ, vel pauperibus, alicuius loci, & ex causa: putà ad honorem Dei, & huiusmodi: Secus si polliceatur prædictis sine causa, vel alijs à prædictis etiam cum causa: quia non obligatur, nisi prætextu promissionis aliquid ceperit. *l. 1. §. 1. ff. de pollic.* Præterea *Indicatio* apud Iurisc. *l. Iulianus §. quod autem de action. empt.* est promissio, vel addictio. *Committi promissio* dicitur (inquit Scot. v. promissio) quando peruenit ad eum casum, vt ex ea aliquid possit: v.g. promisi tibi equum, & si non darem ea die promisi me

Indicatio. Committi promissionẽ

tibi daturum centum aureos: si igitur ea die non darem tibi equum, committitur promissio, & poteris petere centum aureos.

Promittere. 971 *Promittere* importat stipulationem, si ponatur in instrumento: puta si Titius promisit Seio, intelligitur per stipulationem, vt præsumatur solemnitas, & detur actio. Sic *ex §. si ita scriptum Instit. de verb. stipul.* deducunt Ioan. de Imol. conf. 86. n. 3. Socin. conf. 157. lib. 2. & Anton. Gomes to. 2. var. c. 11. n. 17. & sic importat partes fuisse præsentes, vt tradit Bertazol. 17. glos. 3. n. 5. si proferatur viua voce importat pactum iuxta Menoch. conf. 705. n. 2. Vnde si testes deponant, Titium promisisse, non præsumetur interuenisse stipulationem, sed de nuda promissione intelligetur, nisi addant præcessisse interrogationem, vt videre est apud Tusch. lit. D. concl. 344. n. 3.

Promittere rem habere licere. *Promittere rem habere licere*, vt desumitur ex *L. stipulatio ista in princ. & §. si quis forte ff. de verbor. obligat.* idem valet atq; promittere non mouere, vel facere controuersiam, *Dicere doti*, & *Promittere dotem* differunt apud Vlpian. c. 6. *Instit. & Caium* 2. Instit. c. 9. Dicere enim est certis, ac solemnibus verbis sine stipulatione polliceri. Promittere verò cum stipulatione. Hinc *L. 3. C. th. iner.* nec. *Dectio doctis* à promissione, ac stipulatione distinguitur. *Homologare* reperitur in *L. ne in arbitris §. fin. C. de Rec. arbit.* Et est roganti promittere authorem fieri, & assentiri. Nam *Homologia* vox græca significat pactum, assensum, & confessionem.

Promittere dotem. Dictio dotis. Homologare

Receptum. Recipere. i. promittere. *Receptum* id est promissum apud glos. in Rubrica *ff. de arbitr.* Recipere enim significat promittere aliquid facturum se, aut daturum. Sic, vicinus recipit, se non altiùs ædificaturum. Budæus exponit pro nominatim cauere, in *L. emptorem ff. de act. emp.* Quemadmodum (inquit) recipitur, vt nummos venditor accipiat. Nec abhorret verbi vsurpatio à Cicerone in Bruto: in me (inquit) recipio, fore eum tibi & voluptati & vsui. Vbi recipere ponitur pro cum obligatione promittere. *Repræsentare diem promissorum;* id est præstare promissum.

SECTIO II.

De donatione, & concernentibus.

Donatio. 972 **D**Onatio iuxta Paulum *L. senatus ff. mortis causa donat.* dicitur à dono, quasi doni datio: & à Iurisconsultis sic definitur: Est rei licitæ nullo iure cogente, mera liberalitate facta collatio. Nam Iulianus *l. 1. ff. de donat.* Dat aliquis (inquit) ea mente, vt statim velit accipientis fieri, nec vllo casu ad se reuerti; & propter nullam aliam causam facit, quam vt liberalitatem, & magnificentiam exerceat.

Non dissimiliter à Theologis duce S. Thoma in 1. d. q. 1. art. 2. sic definitur: Est datio liberalis, incredibilis: idest (exponit Molin. tract. 2. disp. 273.) non in commutationem pro re alia, quæ retribuatur. Inter promissionem & donationem est discrimen, quod promissio natura sua, & præciso iure positiuo non habet vim transferendi dominij: at donatio ex vi propria dominium solis verbis transferret, nisi obstaret ius positiuum requirens traditionem. Ille cui fit donatio, *Donatarius* appellatur. *Donatarius.*

973 Donatio in genere duplex est, alia quæ dicitur donatio causa mortis, & alia quæ dicitur donatio inter viuos. *Donatio causa mortis* de qua latè in iure *l. 1. & l. Senatus ff. de mortis caus. donat. & Instit. donat.* Sic describitur à Molina tract. 2. disp. 287. Donatio causa mortis est, quando gratis aliquid traditur, aut promittitur, vt donantis morte absolute, aut ea sola morte, quæ de proximo, quando donatio fit, timetur, sequuta ante donatarij mortem, res irreuocabiliter donatarij fiat cum deambulatoria donantis vsque ad ipsius mortem facultate reuocandi omninò eandem donationem. *Donatio causa mortis.*

Donatio inter viuos dicitur, quæ fit inter eosdem absque vlla mortis causa: & diuiditur 1. in absolutam, conditionalem, modalem, & causalem. *Absoluta* quæ & *pura* dicitur, est quæ fit simpliciter, ita vt res donata statim fiat accipientis. *Conditionalis* fit sub conditione, vt cum mihi donas equum, si Titius ex Asia venerit. *Modalis*, quæ donatio sub modo appellari solet, est quæ modum adiectum habet: Vt si dicas, dono Petro fundum meum, vt Paulo alimenta præstet. Hæc statim valet, quamuis modo deficiente, reuocari queat *l. 1. C. de donat. sub modo*: at illa nempe conditionalis suspenditur vsq; ad impletam conditionem. *Donatio inter viuos. Absoluta donatio. Modalis donatio. Donatio ob causam.*

Causalis seu ob causam fit quando res donatur ad aliquem destinatum finem: vt si dones Petro equum ad bellum, vel librum ad studium, vel pecuniam ad spectacula populo exhibenda. Si dones aliquid ad nuptias, vel ad susceptionem ordinis, vel ingressum religionis. Diuiditur 2. in remuneratoriam & simplicem. *Remuneratoria* est quæ fit alicui pro obsequio, & industria in eorum remunerationem. *Simplex* habetur, quando aliquid liberaliter donatur ita, vt præcipua causa motiua sit exercere liberalitatem, quamuis interueniat peculiaris affectio, & amor erga donatarium. *Remuneratoria. Donatio. Simplex donatio. Diacathoratia.*

974 Sub prædictis membris continentur *Diacathoratia*, largitio sacra, datio in solutum, donatio precaria, colorata, inofficiosa *Diacathoratia* habetur *l. quicunq; C. de omni agro deser.* & iuxta Alciat. ibi est id munus, cum imperator priuatis fundos concedit, vt purgentur. *Largitio sacra*, de qua fit mentio in 1. *Largitio sacra.*

conſtit. C. §. 2. Vbi de comite ſacrorum largitionum, eſt idem atq; donatio facta in aula regia. *Datio in ſolutum* (vt exponit Alex. Scot. v. eod.) eſt datio pro ſolutione, & ſatisfactione: v.g. cum Petrus deberet Ioanni centum, agitur inter ipſos, vt Petrus det ei in ſolutum, id eſt pro ſolutione, & ſatisfactione eiuſdem vnam domum: *Donatio precaria* vt habetur xII. *q.* II. *ſæpe*, dicitur donatio ad preces facta vſq; ad mortem recipientis. Item x. *q.* II. *precariæ*, vocantur *Precariæ præſtationes* quædam, ſeu conceſſiones vſusfructus ad preces factæ in recompenſationem eius proprietatis, quæ datur Eccleſiæ.

Datio in ſolutum. — *Donatio precaria.* — *Precariæ præſtationes.* — *Precariæ preſtatione.*

Colorata donatio habetur *l. ab Anaſtaſio* § 1. *C. mandati*; Vbi alio nomine *Figurata* dicitur: & eſt idem atq; ſimulata, occulta, clandeſtina, & non ſyncera. *Inofficioſa donatio* eſt quæ fit contra officium, nempe obſequium pietatis: v. g. quia filij, vel parentes excluduntur à bonorum ſubſidio ſiue ex intentione donantis, ſiue re ipſa. *l. 1. C. de inoff. donat.* quod ſufficit ad reuocationem *l. ſi liqueat. C. eodem.*

Inofficioſa donatio.

975 *Donationis appellatione* in materia ſtatuti venit rigoroſa, ac propria donatio, quę nempe fit ex liberalitate, non autem quæ fit ex cauſa, vt tenent Sim. de Prætis de inter. Vlt. Volun. lib. 2. ſol. 109. n. 1. & Alex. conſ. 167. Viſis c. 10. & ſeq. verſ. non obſtat octauũ lib. 7. vbi ait quòd ſi ſtatutum mandat inſinuari donationem à centum ſupra, quia eſt contra ius commune, intelligi debet de propria, & vera donatione quæ eſt ex liberalitate. Tuſch. pract. concl. to. 2. lit. D. conſ. 621. num. 20. poſt Bald. conſ. 341. num. 3. lib. 1. addit renunciationem pignoris non eſſe donationem & num. 23. illud quod donat pater filio vſq; ad legitimam, non eſſe donationem. & nu. 24. cum Bald. conſ. 371. in princ. ver. deinde, lib. 3. repudiationem hæreditatis donationem non eſt.

Donationis appellatio.

Donationis appellatione, quando prohibetur, non venit donatio cauſa mortis, vt ex *L. filius fam.* §. *ſed eum ff. de donat.* tradit. Natt. conſ. 645. num. 3. lib. 4. Quod verò ſtatutum vel conſtitutio prohibens minorem donare ſub quacumq; forma vel alienare niſi ſeruata certa ſolemnitate, non comprehendat donationem cauſa mortis, docet Bald. conſ. 169. Iuncto caſu lib. 4. refert. Tuſch. cit. conc. 622. num. 21. Obligationis nomine, quam irritat Trident. ſeſſ. 25. de reg. cap. 16. venire donatioem, quæ proinde non valet ſine ſolemnitatibus ibi requiſitis, docet Sanch. lib. 7. Decal. cap. 5. num. 20. Renunciationem non eſſe propriè donationem, tradit Salas de leg. diſp. 15. num. 75. quia donatio eſt de re propria, renunciatio verò tantum de approprianda per acceptationem. Vnde Tellius Fernandez abſolute, & ſine vlla limitatione dixit hæreditatem aut legatum renunciatum in fraudem fiſci, non reuocari.

Renunciatio pro donatione.

976 *Donarium* apud Paulum *L. qui excubias ff. de re militari* ponitur pro donatiuo: & eſt largitio imperatoris in milites: quæ eadem in populum collata, *Congiarium* appellatur, iuxta Budæum ad *L. pen. de re mil.* eadem alio nomine dicitur *Periſſeuma*, & habetur *L. centum periſſeumatis C. de annon. ciuil. lib.* 11. Differt donum à munere tanquam genus à ſpecie; *donum* enim eſt generalius *munus* verò ſpecialius, vt quod eſt neceſſitate officij, iuſta vel alia cauſa præſtatur *L. inter donum ff. de verb. ſignu.* Vbi Alciatus. *Xenium* à quo fit diminutiuum, *Xeniolum* propriè eſt munus quod hoſpitibus datur: à *Xenos* ideſt hoſpes. Vlpian. *l. ſolent. ff. de offic. procon.* Non (inquit) in totum à Xenijs abſtinere debet proconſul. Vbi munuſcula ſunt Xenia conſtantia ex exculentis, & poculentis, quæ vulgo *Appenſationes* vocantur: cæterarum verò rerum, quæ uſum edulium excedunt, magis propriè dicuntur munera.

Donarium. — *Cõgiarium.* — *Periſſeuma.* — *Donum, & munus.* — *Xenium.* — *Xeniolum.* — *Xenos.*

Munuſculum quantum ſit, exponit Bart. in *L. ſiquis C. de inoffic. teſtam.* Verbum *Dare* in iure multipliciter accipitur: pro commodare *L. ſi vt certo ff. commod.* Pro delegare *L. ſi ita ff. de offic. præſid.* Pro concedere in *Authen. de æqualit. dit.* §. *pen.* Pro aſſignare *L. qua pater. ff. famil. herc.* Pro ſoluere *L. Creditor ff. de ſolut.* Pro reddere *L. hæres ius ff. de leg. 3.* Differunt Dare & donare, quia hoc ſemper ex liberalitate procedit, non illud. Vnde Epiſcopus non dicitur donare præbendam, ſed dare 13. *q.* 6. *iam verò* Vide Galganet. de differ indiuit. lit. C. num. 6. Dare eſt accipientis facere. *Inſtit de action.* §. *ſicut itaq;* ſumitur quandoq; Factum pro donatione apud Alber. v. eodem.

Dare. — *Donare, & dare.*

977 *Remittere* Pro donare accipitur *L. 1. ff. quib. mo. pag. & hypot. ſol.* an remiſſio ſit ſpecies donationis? Vide Bart. in *l. ſiquis ff. de donat.* Pro dare *L. peculium ff. de peculi.* & pro Concedere *L. Marcellus de donat. cau. mor.* Eſt autem *Dilapidare* res & bona prodigaliter, & indifferenter erogare, iuxta Archid. de reſer. ſtatum in 6. *Concedere* verbum eſt quod vt plurimum importat donationem, & dominij translationem, vt tenent Farinac. in pæni. crim. p. 4. conſ. 95. num. 6. & Steph. Gratian. diſcept. foren. c. 8. num. 15. Eſt tamen generale verbum accipiens vim à natura rei, cui addijcitur iuſta Flamin. Pariſ. de confiden. beneſ. q. 34. num. 50.

Remittere. — *Dilapidare.* — *Concedere.*

Concedere, & *cedere* differunt: quia *concedere* eſt temporarium, *cedere* verò perpetuum, vt notauit Galganet. de different. indiu. lit. C. num. 32. *Annuo* ſumitur pro concedo *L. ea quæ ff. de don. inter vir. & vxor.* Dicere vindicias pro dare vel addicere *L. 2.* §. *initium ff. de origine iuris.* Vniuerſa prætoris iuriſdictio continebatur his tribus verbis *Do*, *Dico*, *Addico*: vnde Ouid. 2. Faſt. Ille ne faſtus erit per quem tria verba ſilentur. In l. 1. ad l. Falc. *Do lego*, perin-

Cedere, & concedere. — *Annuere.* — *Vindicias dicere.*

Charisticō. Missilia.

perinde significat ac solum lego, & solum do. *Charisticon* aliàs *Careiaticon* habetur *l. pen. de bonis damn.* & idem est atq; remuneratio. *Missilia* aliàs *Missalia* apud Gloss. in §. hoc amplius *Instit. de rer. diuis.* dicebantur donaria, vel quædam præstationes, quas nouus prætor creatus mittebat, seu spargebat in vulgus, vt quo quisq; apprehenderet, eius fieret.

Omnia continent singula.

978 Particula (omnia) in donationibus complectitur singula. Vnde si dicat Episcopus: Do tibi talem villam, & omnia iura, quæ habeo ibi: hac donatione comprehenduntur singula iura: non tamen ius percipiendi decimas, vtpote spirituale, & alterius ordinis. Si tamen eadem formula, seu æquipollenti daret præbendam constantem possessionibus, & decimis v.g. dicens do tibi talem præbendam cum omnibus suis pertinentijs, tunc omnia transferentur simul iuxta Hostien. *in Cap. literas de iure patron.*

Insinuatio.

Sunt donationes ad quas requiritur *Insinuatio*: hæc vt sumitur à *L. lata C. de donat.* definitur à iuristis apud Alex. Scot. v. eod. Est scriptura facta in præsentia publicatum personarum, & in actis: Vbi superfluum est testes adhiberi, cum publica monumenta sufficiant. A Theologis duce Molin. tom. 2. disp. 278. & Lessio lib. 2. cap. 18. num. 97. sic describitur. Est simplex suæ mentis declaratio, qua quis declarat iudici, se liberè donare huic tantum vel tantum, atq; tabellione redigente id in actis. Ad quam non opus est causæ cognitio, vel facultas à iudice, vel quod in loco iudicij fiat: sed sufficit iudicis præsentia, & quod donato per suum procuratorem præsens sit.

Antidorū.

Antidorum est contraria donatio iuxta gloss. ad *L. sed & si §. consuluit ff. de pet. hær.* & interpretatur remuneratio, seu retributio. Hinc *Antidoralis obligatio* apud Sanch. lib. 2. Decal. c. 23. n. 30. non est de rigore iustitiæ, sed politica ex gratitudine, & vrbanitate, quæ correspondet beneficijs: proindeque (vt habetur §. Consuluit legis citatæ) dicitur obligatio non efficax ad agendum, sed æquitate subnixa ad excipiendum.

Antidoralis obligatio.

SECTIO III.

De mutuo, & vsura.

Mutuum.

979 MVtuum vt videre est in *L. mutuum §. appellata ff. de rebus creditis* & *Instit. quib. mod. contra oblig. §. 1.* dicitur quia ita à me tibi datur, vt ex meo tuum fiat. Apud Iuristas duce Bart. ad *l. 2. ff. de reb. cred.* sic definitur: Est contractus celebratus ab aliquo vera vel ficta datione rei consistentis in pondere, numero, & mensura, spe recipiendi tantundem in genere suo. Eandem definitionem Theologi Molin. to. 2. disp. 299. Azor. to. 3. l. 7. c. 1. & Lessius l. 2. c. 22. dub. 1. tradunt explicatiùs in hunc modum. Est traditio rei numero pondere, & mensura constantis facta eo animo, vt statim fiat accipientis cum obligatione, vt similis specie, & bonitate restituatur Dicitur (traditio) quia perficitur traditione sicut donatio, commodatum, depositum. Vnde excluduntur contractus, qui perficiuntur verbis vt emptio, venditio, locatio, conductio; Est obligatio mutui in rebus numero pondere, vel mensura constantibus, vt in vino, oleo, frumento, pecunia, ære, auro, argento. Dicitur (facta eo animo vt statim fiat accipientis) quia mutuum (vt diximus) vocatur quasi ex meo tuum Per particulam (cum obligatione) excluditur donatio simplex, à qua nulla rigorosa obligatio resultat. Per particulam (vt similis in specie) excluditur permutatio, quia hæc fit in rebus diuersæ speciei: & excluduntur commodatum, ac depositum, vtpote quæ fiunt in eadem re numero.

Mutuum naturale.

980 *Mutuum* teste Azorio citato cap. 2. diuiditur 1. in naturale & ciuile. *Naturale* datur cum quis re ipsa numerat alteri pecuniam suam, vel tradit aliquid pondere, & mensura. *Ciuile* est duplex alterum purum, & simpliciter ciuile, quod ex sola iuris ciuilis potestate vim habet: vt si deposui centum aureos apud te & postea permisi, vt illis vtaris, depositum transit in mutuum. *L. Certi conditio §. deposui ff. de rebus creditis.* Alterum ciuile, cui natura suffragatur, vt quando quis promittit alteri dare mutua centum per stipulationem & statim ipsam stipulationem consequitur numeratio, vel præcessit proxime. *L. si ita stipulatus §. Chrysogonus ff. de verb. oblig.*

Ciuile mutuum.

Diuiditur 2. in mutuum expressum, & tacitum. *Expressum* est cum tibi expresse mutuum do, & numero v. g. centum. *Tacitum*, seu implicitum est quod in alijs contractibus virtute continetur: v. g. vendit Titius Caio merces credito pretio: id perinde est, acsi Titius dixisset Caio mutua centum quibus merces æstimantur. Diuiditur 3. ratione temporis, ratione rei quia alia res consistit in numero, vt pecunia, alia in pondere vt massa argenti, alia in mensura, vt vinum, & triticum. Ratione temporis: quia mutuum vel datur ad certum tempus, vel ad incertum, quamuis non perpetuum. *Promutuum* iuxta Vlpian. *ff. locati* est pecunia prænumerata, seu repræsentata.

Expressū mutuum. Tacitum mutuum.

Promutuū.

981 *Vsura* dicitur ab Hebræis morsus: est enim veluti quidam morsus in bonis alterius. A Græcis vocatur *Tocon* à partu: est enim veluti quidam partus, & fructus pecuniæ. Vnde etiam à Latinis appellatur *fænus*, quod sit veluti quidam pecuniæ fœtus. Hinc apud Iurisconsl. *Instit. quod cum eo §. penul.* dicitur *Fænebris pecunia*, quæ fænori pecuniam accipit.

Vsura. Tacon. Fænus. Fænebris pecunia. Fænerare.

Vsura apud Latinos propriè significat vsum, vt

Vsura acceptio.

vt ſicut à cultu cultura appellata eſt, ita ab vſu appelletur vſura. M. Tullius 1. Tuſcul. *Natura* (inquit) dedit *Vſuram vitæ, ſicut pecuniæ:* nempe vſum ſignificat etiam id quod vſu rei alicuius tanquam fructus accreſcit. Tullius de ſeneſt. *Terra nunquam ſine vſura reddit, quod accipit*. Vbi vſura eſt incrementum fructus ſupra ſemen quod terra mandetur.

Apud Theologos, & Iuriſtas vſura ſumitur tripliciter, 1. pro lucro vſurario, & definitur ab Azorio tom. 3. lib. 5. cap. 1. ſic: eſt lucrum pecunia æſtimabile, quæſitum ex mutuo vi mutui 2. pro contractu vſurario, & definitur à Leſſio lib. 2. cap. 20. dub. 3. n. 22. Eſt mutuatio expreſſa, vel implicita cum pacto reddendi aliquid ſupra ſortem ratione mutui.

Sors in mutuo.

Sort appellatur id quod mutuo datur, ſeu æquale quod ratione mutui debetur. 3. pro vitio, ſeu peccato vſurario, & definitur à Molina tom. 2. diſp. 303. eſt acceptio, aut voluntas accipiendi lucrum ex mutuo.

Vſura multiplex. Realis vſura.

982 Vſura diuiditur 1. in realem, & mentalem. *Realis* datur quando interuenit pactum expreſſum, vel tacitum de lucro ex mutuo. Non enim requiritur quòd quis apertè paciſcatur de lucro, ſed ſatis eſt quòd id inſinuet: vt ſi dicat, quando mutuat, noſti meam conſuetudinem, vel memineris me priuari vſu meæ pecuniæ.

Mentalis.

Mentalis eſt quando neq; tacitum, neq; expreſſum (vt declarat Molin. citat.) interuenit pactum de lucro ex mutuo, attamen qui mutuo dat, ea intentione, & ſpedat, vt lucrum ex mutuo recipiat: quia ſcit mutuatarium id daturum, non quidem ex liberalitate, & gratitudine, ſed timore ne v. g. alia die mutuum ei denegetur. Diuiditur 2. in apertam, & palliatam.

Aperta vſura.

Aperta ſeu expreſſa datur, quando mutuum eſt formale, & lucrum ex eo accipitur, ac intenditur.

Palliata vſura. Virtuale mutuum. Lucratoria vſura. Punitoria vſura.

Palliata, ſeu tacita eſt quando *mutuum eſt virtuale*, vt quando quis creditò vendit aut emit anticipata pecunia: & lucrum inde intenditur, aut accipitur. Diuiditur 3. à iuriſperitis in lucratoriam, punitoriam, & reſtauratoriam. *Lucratoria* dicitur quæ ſola eſt propter lucrum ex mutuo. *Punitoria* eſt in qua interuenit pactum de pœna aliqua ſoluenda, ſi mutuatarius fuerit in mora reddendi mutuum tempore præfixo. *Reſtauratoria* quæ etiam compenſatoria vocatur, cenſetur in qua pactum eſt de ſoluendo aliquid ex mutuo ratione periculi, laboris, aut expenſarum, quæ probabiliter ereduntur futuræ in recuperando mutuo.

Fiſcales vſuræ.

983 Subdictis membris continentur vſuræ Fiſcales, Semides, Trientariæ, ſexcuplæ, Centeſimæ, Maritimæ, Nauticæ. *Fiſcales vſuræ* de quibus eſt tit. 8. *Cod. lib.* x. vt ibi tradit Garc. Tole an. n. 1. dupliciter conſiderantur: 1. actiuè vt cum fiſcus eas ab alijs petit, & exigit, ſiue ex ſua perſona, ſiue tanquam ſucceſſor creditoris *L. cum quidam ff. de vſur.* 2. paſſiuè, vt cum fiſcus conuenitur ab alijs pro vſuris, quas debet, non tanquam fiſcus (quia regulariter fiſcus ex ſuis contractibus vſuras non præſtat) ſed vt hæres, vel ſucceſſor perſonæ priuatæ.

Semiſſes vſuræ. Semiſſarius.

Semiſſes vſuræ ſunt iuxta aliquos, in quibus ſoluitur quotannis dimidium ſortis v. g. pro centum ſoluuntur quinquaginta: nam *ſemis ſemiſſis* accipitur pro Aſſis dimidio: vt ſiquis ex ſemiſſe relictus ſit hæres qui *Semiſſarius* dicitur ab Hotomano citata *L. 116. ff de legat. & fidei com. 1.* intelligatur hęres pro parte dimidia hæreditatis.

Trientariæ vſuræ. Quadrantariæ vſuræ.

Verùm Alex. Scot. v. eodem ex *L. ſi hæres ff. ad L. falc.* & Columela lib. 4. de re ruſt. rectè probat *Semiſſes vſuras* eas eſſe, in quibus quotannis non ſoluuntur ex centenis quinquageni, ſed ſeni duntaxat: ibi enim non habetur ratio ad centum, ſed ad duodecim vnicas, quæ aſſem conſtituunt. Sic *Trientariæ vſuræ* ſunt, quæ ex centenis nummis reddunt quaternos: *Quadrantariæ*, quæ ex centenis, ternos. Nam ſicut *Semis* continet ſex vncias, ita *triens* continet quatuor, & quadrans tres.

Sexcuplæ vſuræ. Hemiolon. Holon. Embola embolia. Emboliſmus. Bes vſura.

984 *Sexcuplæ* aliàs *Sextuplæ* ſunt uſuræ quę continent totum, ſcilicet pretium æquipollens ſorti, & inſuper medietatem totius: ut ſi de quatuor ſolidis accipiantur in fine anni ſex. Vnde à Græcis dicitur hæc uſura *Hemiolon* ab *Hemi* quod eſt medium, & *Holon* quod eſt totum. Vocatur & *Embola*, ſeu *Embolia* iuxta Alberic. v. eod. ex 47. *diſt. cap. quemadmodum.* Quamuis *Embola* ſit felix militum ſuper creſcentia *L. iubemus C. de ſacr. Eccl.* & *Emboliſmus* ſeu *Emboliſmalis annus* ſit biſſextilis, quia creſcit in vno die. *Bes* uſura eſt, quæ præſtatur ad duas partes ſortis: nam *Bes* continet octo uncias, nempe duas partes aſſis.

Centeſima vſura. Quæſtus cētiſimus. Maritimæ vſuræ.

Centeſima uſura, de qua Paul. Iuriſc. meminit. *L. lecta ff. ſi cert. petat.* dicitur quæ centeſimo quoq; menſe ſortem æquat: proindeq; illa eſt, cum ob centum aureos pro toto anno ſoluuntur aurei duodecim, nempe propter centum aureos uno quoque menſe aureus unus. Fuit hæc uſura apud ueteres maxima, & legitima, quæ ab illis *centeſimus quæſtus* dicebatur. *Maritimæ vſuræ*, de quibus ſit mentio *L. fænerator ff. de naut. fæn.* Sunt eædem, quæ centeſimæ, & iuxta Gloſ. dicuntur ſic, quia in locis maritimis præcipuè frequentantur.

Nauticæ vſuræ. Fænus nauticum. Nautica pecunia.

Nauticæ vſuræ alio nomine *Nauticum fænus* uidentur coincidere cum maritimis, & centeſimis. Vnde Gloſ. ad lib. 4. Codic. tit. 33. exponens *Nauticam* ſeu *Traiectitiam pecuniam* ſic habet. Nautica (inquit) uel traiectitia dicitur pecunia, quæ tranſitur uel traijciatur, & cuius creditor ſuſcipit periculum, & eius centeſimam uſuram creditori ſtipulari permittitur: eam quæ præſtabit debitor quoad periculum quod ſuſcipit creditor, &

ex

ex quo nauem nauigare conuenit *l. 1. & pen. ff. de naut. fœn.*

985 *Anatocismus* Græcis est idem, quod Latinis renouatio, seu regeneratio. M. Tullius ad Attic. 6. posuit pro fructibus vsuræ in sortem redactæ. Inter vsuram, & fœnus, similiter inter vsuram, & rem ipsius, Alex. Scot. V. vsura sic distinguit: Quædam vsura (inquit) est fœnus sortis, & quædam fœnus fœnoris. Nam vsura dicitur, quæ vltra sortem recipitur: sed fœnus dicitur lucrum de vsura sumptum; vel vsura vbi ad mutuum restituendum non fit certum tempus determinatum, & fœnus vbi determinatum fuit. Vide discrimen inter vsuram & fœnus apud Parlad. diff. 53. Vsura est lucrum quod extra sortem exigitur: res vsuræ est mutuum, ex quo lucrum illud gignitur. *Pestis barbarica* est vsura vt habetur in *Authen. vt nullum credentem init. coll. 3.* Vorago vsurarum dicitur *Cap. t. de vsuris in 6.* Vbi Archid. quia vsura vorat patrimonium. Est item Vorax propositum *l. 1. C. ne numera actuar. lib. 12.* idem quod fraudulentum, *Competentes vsuræ* afferuntur, & non explicantur ab Alex. Scot. v. eod. vbi citatur *l. t. C. si maior factus*, sed ibi nihil de illis. Apud Schardium v. eod. sunt congruæ, & legitimæ, legeque definitæ.

Pestis barbarica. *Vorago vsurarum.* *Vorax propositum.* *Competentes vsuræ.*

Vsurarius est ille qui Vsuras exigit, nempe de mutuo qua tali lucrum reportat. *Vsurarius manifestus*, seu notorius (vt exponit Molin. to. 2. disp. 333.) talis dicitur notorietate facti, qualis est qui in conspectu populi vsuras exercet, tot id conspicientibus, vt nulla possit tergiuersatione celari. Ad quod non requiritur vt multos actus exerceat, sed sufficit vnus actus dicto modo exercitus. *Collocata pecunia* L. si benè collatæ ff. de vsuris dicitur, quæ datur fœnori pro lucrandis vsuris.

Vsurarius Manifestus.

ELVCIDATIO XIII.

De deposito, & commodato, emphyteusi, & feudo: ludo, & sponsione.

Persequimur quam præ manibus habemus, explicationem contractuum in specie: & qui inter alios nuper mutuum declarauimus, modò commodatum, & quosdam non dissimiles contractus opportunè expediemus. Habet enim magnam affinitatem mutuum cum commodato, sicut Emphyteusis cum feudo, & ludus cum sponsione. Hos igitur omnes præsenti elucidatione complectemur.

SECTIO I.

De deposito, & commodato.

986 Deponere apud Latinos, duce M. Tullio act. 3. in Verrem significat abijcere, remque pro derelicta, & desperata habere. Non multum discrepant Iurisperiti, apud quos *deponere* sumitur pro demoliri, & diruere *l. 3. § sed & si ff. fin. regum.* Est etiam deponere deorsum ponere: vt Sarcinam deponere. Item transfertur, vt significet committere, siue credere rem alicui. Deriuatur ab hoc verbo sit accepto *Depositum*, quod ab Vlpian. *l. 1. ff. depositi*, annuentibus Theologis, Molin. to. 2. disp. 522. Less. l. 2. c. 27. dub. 1. & Azor. to. 3. l. 7. c. 1. Sic definitur: Est quod alicui custodiendum datur. Seu, Est contractus, quo aliquid alicui custodiendum traditur, vt illud integrum restituat. Præpositio (De) vt notat idem Vlpian. vim auget, vt ostendat totum fidei eius commissum, quod ad custodiam rei pertinet. Hic contractus re ipsa perficitur, nempe dū res a deponēte traditur, & a depositario suscipitur. Non enim sufficit tradere, & deponere in domo, nisi alter ostendat se eius custodiam suscipere: Notat verò Gomezius to. 2. c. 7. n. 2. quando quis ex officio tenetur rem custodire, quales sunt caupones, stabularij, nautæ, & aurigæ, sufficere illis videntibus rem deponi in domo vel naui, vel curru. *Depositarius* est ille apud quem res aliqua custodienda deponitur.

Deponere. *Depositum.* *Depositarius.*

987 *Sequestratio* differt à deposito tanquam species à suo genere: quamuis enim depositum regulariter sit rerum mobilium: immobilia vero deponi soleant apud sequestrum, quo vsq; decernatur ad quem pertineant: tamen sequestratio vera, ac propria depositio est *l. propria ff. depositi*. Nam sic definitur: Est rei, de qua agitur, vel controuersia est, separatio, vel depositio, vel possessionis interdictio. *Sequestrum* est illud scriptum, quod de sequestratione conficitur: & si fit ex causa necessaria L. *interesse. puto ff. de acq. possess.* Nam *Sequester* vt exponunt Azor. to. 2. l. 6. c. 25. q. 27. & Castr. Palaus de benef. disp. 2. pun. 28. n. 5. Est ille, apud quem res litigiosa deponitur, seruanda ei, qui lite vicerit. *L. sequester de verb. sign.* Vbi à Modestino sic dicitur, quasi sequatur litigantes, vt ei depositum tribuat qui vicerit. Ex opposito Gellius l. 20. c. 10. Quasi (inquit) litigantes fidem illius sequantur. Duplex est sequester, alter voluntarius, alter necessarius. *Voluntarius* est qui ex voluntate litigantium à iudice designatur. *necessarius*, qui contra voluntatem litigantium à iudice constituitur. Ex quibus colligitur depositum esse duplex, scilicet iudiciale, & priuatum. *Iudiciale* est cum res aliqua litigiosa committitur alteri, vt eam retineat, & custodiat, donec causa, & lite cognita, & dirempta plane constet, cui debeatur. *Priuatum* est, cum res apud priuatum aliquem de cuius fide, & cura confidimus, deponitur, vt eam cura sua, & diligentia custodiat.

Sequestratio. *Sequestrum.* *Sequester.* *Voluntarius sequester.* *Necessarius sequester.*

988 *Librarij depositorum* (vt ex Vegetio tradit Spiegel v. eod.) ij erant, qui perscribebant, quid quisq; apud signa deposuisset. Nam olim institutum fuit, vt ex donatiuo quod milites consequebautur, dimidia pars seque-

Librarij depositorū.

sequestraretur: ne rerum inanium comparatione, vel per luxum a contubernalibus ab sumi posset. *Arrestare*, vt sumitur ex *l. relegatorum ff. de interdictis, & relegatis*, & *cap. 2. de crimine falsi*, est aliquem, vel bona sua per mandatum judicis impedire, ne moueantur à loco, donec conquerenti respondeat.

Arrestare

Inter verte

Inter vertere quanuis accipiatur pro evertere, & subvertere *C. de Iustinià. Cod. cōfir. & l. tutelas. & l. amissione ff. de cap. dimin.* propriè tamen idem valet, atq; callidè surripere: quod plerumq; fit cum rem commodatam, depositam aut aliter nobis creditam, dolo malo, ne restituatur domino, efficimus *l. fin. ff. de seru. fug.* Ad materiam depositi, & commodati spectat explicare casū fortuitū, si eo rse deposita vel cōmodata pereat.

Casus fortuitus

Casus fortuitus (vt tenent Panor. in *cap. vnic. de commod.* & Menoch. consf. 33. n. 9.) est inopinatæ rei eventus, qui providentia humana præviderí non potest. Addunt Mantic. de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 8. a. 3. & Molin. to. 2. d. 293. fine, licet vt plurimum soleant contingere. *Casuum furtuitorum* appellatione venit factum Principis non speratum iuxta Cabed. Lusit. decis. 1 14. n. 5. p. 2. Venit incendium, iuxta Surdum decis. 198. n. 5. Venit pestis iuxta Flamin. Paris. de resign. benef. l. 1 1. q. 1 3. n. 63. Venit caristia immodica, vt tenet Aloys. Ricc. de collect. 1085. vers. 4. item bellum, seu incursus hostium, vt docet Rebell. de oblig. iust. tit. par. 2. lib. 14. q. 8. n. 16. Casus fortuiti appellatione, vbi quis eum suscipit, vel ei renunciat, non veniunt insoliti, vt cum multis tradit Barb. de verb. app. ap. 42. n. 7. Rario discrimi nis est differentia inter casum fortuitum, & insolitum: nam fortuitus dicitur qui vt plurimum solet evenire, sed providentia humana præcaueri non potest: *Insolitus* dicitur qui contingit præter omnem verisimilitudinem, & prudentis viri cogitationem, licet forte a prudentissimo, & cautissimo cogitari poterat.

Casuū fortuitorum appellatio

Insolitus

989 Veniamus ad alteram lectionis partem. *Commodatum*, de quo est titulus *lib. 13. ff. & l. 13. ff. & l. 4. c. & lib. 3. decretal.* dicitur quasi commodo gratis datum, vel quasi commodo accipientis, sive vtentis datum. sumitur tum pro re ipsa cujus vsus alteri conceditur: tū pro contractu qui *Inst. quib. mod. §. item is*, sic definitur: Est rei alicujus quoad solum vsum gratuita concessio. A Molina to. 2. disp. 294. init. & Lessio l. 2. c. 27. n. 4. Sic explicatur, vt per particulam (quoad solum vsum) differentia à mutuo, in quo rei dominium transfertur; per particulam (gratuita) differentia à locato, pro quo interesse conceditur. Sic definitum commodatum est veluti genus ad duas species, nempe commodatum presè, & precarium. *Commodatum presse* datur quando quis aliquid commodat ad certum, & designatum tempus, ante quod repeti non possit: idq; sive expresse, sive tacite: expresse, vt si commodet librum ad mensem: tacitè, vt si commodet librum, vt transcribatur: tunc enim tantum temporis tacitè conceditur, quantum necessarium est ad transcribendum. Si ante hoc tempus repetatur, *Commodatarius*, nempe qui commodatum accepit, non tenetur reddere: si dominus vi extorqueat. tenebitur de damno sequuto. *Precarium* sic apellatur, quod ad preces eius qui id perit, concedi soleat, & est commodatum revocabile ad nutum concedentis: non enim conceditur ad certum tempus, sed solum vsq; ad beneplacitum concedentis, vel quia id expressum fuit in contractu, vel quia neq; expressum fuit tempus, neq; expressus fuit talis vsus, unde tacitè colligeretur ad certum tempus fuisse commodatum.

Comodatum

Commodarius

Precarium

Commodare Effectu

990 *Commodare* est rem ad usum alicujus quandiu uelit, concedere: & quidem *l. jubemus C. de sacros. eccles.* commodare potest, qui contrahere potest. *Effectu commodare* idem ualet, atq; de facto, seu re ipsa commodare *l. 5. in fin. ff. commodati.* & *l. si habitatio 10. ff. de vsu, & habit.* Verbum *Acommodare* quanuis ponatur à Gordiano in *L. si qua C. fami herci*, pro impartiri, atq; interponere: tamen à Iustiniano *Inst. §. peu. proam.* ponitur pro tribuere. Et quidem uerbo accommodandi utuntur jurisperiti, cum quid benignè ex æquo, & bono contra summi juris regulas concessum significant; ueluti cum utiles actiones acommodari *L. vxor ff. de donat. int. vir. & vxor.*

commodare

Accommodare

Item præbere

Idem ualet *Præbere* atq; commodari *L. vi vt certo §. si de me petijsses ff. commod.* Similiter *dare* pro commodare habetur eadem lege *§. nunc videndum* Spectat etiam ad depositum, & commodatum, scire quid sit periculum uulgo risco, & an sub eo contineatur casus fortuitus, de quo supra num. 988. *Periculi appellatione* non uenire casum fortuitum, proindeq; eum qui suscipit periculum, seu resigum, non teneri de casu fortuito, docent Castrensf. consf. 123. n. 3. uol. 4. & Roman. sing. 437. & quòdem *l. 1. §. sæpe venit ff. depositi*, dicitur quod suscipiens periculum tenetur de lata, & leui culpa, non autem de casu fortuito. Addit Soein. consf. 122. n. 10 vol. 4. quòd conductor molendini, qui suo resigo, & periculo promisit clusam manu tenere, non tenetur de ruina, quæ contigit ui fluminis, & aquarum insolito impetu. Fauent Surd. consf. 61. n. 62. Boss. de remiss. merced. n. 57. & Ripa in tract. de priuil. contra cauf. pest n. 72. addentes id procedere, & si omne periculum suscepisset.

Dare

Periculi appellatio

SECTIO II.

De emphyteusi, & feudo.

991 Frequens mentio fit de emphyteusi in jure ciuili, ubi de hujusmodi contractu est titulus *66. libri 4. Codicis, tit. 3. lib. 6 ff.* & meminit Iustin. *Instit. de locat. §. adeo.* Dicitur *Emphyteusis* & uerbo Græco

Emphyteusis.

Em-

Emphyteuso *Emponema* *Emphyteuo*, quod est infero, planto, quasi implantatio, in sitio. Nam in Emphyteusim accipit quis rem, vt ex sterili fertilem quasi plantando efficiat, ac proinde melioret. Vnde Accursius in *Authen. de non alienan. §. scire autem*, affirmat emphyteusim dictam ab Emponemate, quasi contractum meliorationis: *Emponema* enim Græce idem valet atq; Latinè melioratio, vulgo *bemfeytoria*. Molina to. 2. disp. 445.

Emphyteusis, quæ apud Lusitanos vulgo, dicitur *Prazo* sic definitur: Est contractus, quo res immobilis quoad vtile dominium conceditur sub reali pensione statutis temporibus domino proprietatis ea de causa soluenda. Ponitur contractus pro genere: additur particula (res immobilis) quia vt colligitur ex *l. 2. C. de jure emphyt.* Contractus hic esse non potest, nisi de re immobili. Consulto non posuit Molina expressionem temporis, ad vitandas opiniones de perpetuitate, & longitudine temporis ad emphyteusim requisita.

Emphyteusis, & locatio 992 Lessius tamen lib. 2. cap. 24. n. 3. exactè emphyteusim huiusmodi descriptione complectitur. Est (inquit) concessio rei immobilis cum translatione dominij vtilis, retento directo, sub onere certæ pensionis proprietario solvendæ: idq; vel in perpetuum, vel ad vnius, vel plurium vitam, ad certum tempus, quod decennio non sit minus. Vnde differt Emphyteusis a locatione 1. quòd illa solum possit constitui in re immobili, quæ possit cultura efficî melior 2. quòd per eandem transferatur dominium vtile 3. quòd non fiat ad brevius tempus, quam decennij: quotum nullum reperitur in locatione strictè accepta.

Emphyteuta. *Emphyteusis multiplex* *Emphyteuta* dicitur qui rem in Emphyteusim à domino directo, proindeq; dominium vtile rei immobilis prædicto modo accipit. In tit. 61. Codicis lib. 11. conductores accipiuntur pro emphyteutis, qui fundos vtriusq; patrimonij Principis in emphyteusim accipiunt, siue saltuenses sint, siue non. Apud Azorium to. 3. l. 10. cap. 4. Emphyteusis dividitur 1. in Ecclesiasticam, & sæcularem: *Ecclesiastica* est constituta in rè, cujus proprietatem seu dominium directum habet aliqua Ecclesia, monasterium, collegium canonicorum, hospitalis domus, quæ sit religiosus locus, dominium verò vtile habeat si ve laicus, sive clericus. *Saecularis* quæ etiam laica, & profana dicitur, est constituta in re, cujus dominium directum habet laicus, vtile, verò habet sive laicus, sive cleticus. Solum enim habetur ratio proprietarij, seu habentis dominium directum. Dividitur 2. in nouam, & veterem: *Noua* est, quæ per venit ad primum emphyteuticarium, quanuis detur ea conditione, vt ad hæredes transeratur. *Vetus* est quæ post finitum tempus primæ emphyteusis, pervenit ad secundum emphyteuticarium. Diuiditur 3. in hæreditariam, & non hæreditariam.

Ecclesiastica emphyteusis *Hereditaria emphyteusis* *Perpetuarium* *Hæreditaria* dicitur, quæ ad hæredes sive extraneos, & voluntarios, siue necessarios, & naturales transfertur. Non hæreditaria dicitur, quæ habetur vel donatione, uel uenditione, uel permutatione, uel præscriptione, uel nominatione: non autem ex ui hæreditatis. Potest do uidi 4. in emphyteusim ex pacto, & prouidentia, & in emphyteusim liberæ nominationis; illa etiam uocatur ex familia, & apud Fragos. p. 3. lib. d. 9. §. 7. n. 1. dicitur in cuius in uestitura, & concessione nulla fit mentio hæredum, & acquiritur pro se & filijs, uel pro se & descenribus. Emphyteusis liberæ nominationis est illa in quam potest nominari quicunq; Ibi enim idem ualet *Libera nominatio* atq; non necessaria. Necessaria enim est per quam nominator cogitur ad nominandum certum uel aliquem ex certis. *Perpetuarium* est idem atq; emphyteuticarium *l. 2. C. de offic. comit. re. pri. & l. vlt. de loco prædior. vel aliarum rerum fiscal. lib.* 10.

Hæreditaria emphyteusis *Perpetuarium*

Feudum 993 *Feudum* teste Molina to. 1. disp. 10. dicitur a fide, seu fidelitate, quam feudatarius domino seruare debet, uel à fædere, quod inter utrunq; iniri solet. Verùm Azor to. 3. lib. 10. c. 1. magis probat sententiam eorum, qui dicunt feudum esse uocabulum Goticum, uel Longobardicum, quod forte deducitur à Germanica uoce, *Fedi*, quæ significat bellum seu militiam. Prædia enim bello occupata uictor suis militibus fruenda tradebat ea lege, ut eum dominum agnoscerent, seque clientes præstito aliquo personali obsequio profiterentur. Less. lib. 2. c. 24. n. 5. ex Iulio claro de feudo q. 4. sic feudum definit: Est concessio rei immobilis, uel æquipollentis, cum translatione utilis dominij, proprietate retenta sub onere fidelitatis, & obsequij personalis exhibendi. Vnde ex eo præcipuè differt ab Emphyteusi, quod in hac soluatur pensio, in puro feudo, solum obsequium personale: si uerò aliquando soluatur aliquid in recognitionem dominij directi, ex hæc parte declinabit ad emphyteusim. *Feudatarius* (ut exponit Molin. to. 1. disp. 10.) est ille, cui feudum conceditur, qui alio nomine *Vassalus* nuncupatur: de quo uide supra n. 334. *Vassallagium* (speculat. in tit. de Feud. est apud Italos, quod *Homagium* apud Gallos. Differunt tamen quia homagium dicitur quando iuratur alicui fidelitas nemine excepto, proindeq; datur in *feudo ligio*, de quo infra: *Vassallagium* dicitur, quando juratur alicui fidelitas, superiore excepto, nempe imperatore. Ita Gloss. ad *ad Clem. pastora §. dicine de re iudicata*.

Feudatarius. *Vassallus* *Vassalla. gium* *Homagium, & vassallagium.*

Castaldiæ feudum 994 Ex uarijs textibus citatis per Azorium t. 3. l. 10. c. 1. feudum diuiditur 1. in proprium, & improprium: proprium est quod conceditur simpliciter nulla certi temporis, aut certi, obsequij determinatione. Improprium est, quando certis temporibus, & certis locis certum obsequium, uel officium designatur. Si igitur officium quod feudatario imponitur, sit procurare res principis, dicitur feudum *Castaldiæ* idest procu-

Guardiæ feudum. procurationis. Si officium fit certam aliquam arcem custodire, dicitur feudum *Guardiæ*, idest custodiæ.

Guarentare. Guarentizare. *Guardio* dicitur ille, cui talis custodia committitur. Nam *Guarentare*, vel *guarentizare* reperitur in *vſ. feud. de leg. Corra. cap. vnic. §. ſi autem inter pares*, & eſt defendere. Diuiditur 2. in regale, & non regale: *Regale feudum* eſt quod conceditur ab Imperatore, vel Pontifice Romano, vel Rege, vel ſaltem à Principe non recognoſcente ſuperiorem: & ſemper annexam habet dignitatem Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, & ſimiles. *Non regale* conceditur à Rege, vel quocunq; alio ita tamen vt nullam ex prædictis dignitatibus annexam habeat. Diuiditur 3. in nobile, & ignobile. *Nobile* dicitur quod ſuum poſſeſſorem nobilem facit, aut oſtendit, & ſolum ab imperatore, vel à rege conceditur. *Ignobile* alio nomine. *Regale feudum.*

Burgenſe feudum. *Burgenſe* eſt quod à plebe, vel priuatis hominibus concedi ſolet. Diuiditur 4. in eccleſiaſticum, & ſæculare: Eccleſiaſticum eſt, quod Eccleſia dat alteri, vel ipſa accipit ab alio: vel quod in clericum confertur, vel quod clericus vt talis accipit. Sæculare eſt quod à ciuili Principe, vel quocunq; alio laico accipitur. Diuiditur 5. in reale, & perſonale: *Reale* dicitur quod perpetuum &, nec ad hæredes tranſmittitur. *Perſonale* extinguitur cum perſona, & ad hæredes non tranſit.

Feudum fæmininum. 995 Diuiditur 6. in maſculinum, & fæmininum: *Maſculinum* eſt quod ſolum ad mares tranſit. *Fæmininum* eſt quod etiam ad fæminas ex pacto tranſire poteſt. Fæmina enim in feudum non ſuccedit, niſi id per pactum exprimatur. Diuiditur 7. in antiquum, paternum, & nouum. *Antiquum* eſt quod maiores communis agnationis ſupra quartum gradum habuerunt, quales tritauus, & alij ſuperiores.

Paternum feudum. Nouum feudum. Maternum feudum. *Paternum* eſt quod parentes, ſeu progenitores vſq; ad quartum gradum habuerunt, quales auus, abauus, atauus. *Nouum* eſt quod habet initium in perſona inueſtiti; nec a progenitorum ſucceſſione traſmiſſum fuit. Maternum illud vocatur quod à fæmina cognationis capite deſcendit: & iuxta Bald. iiſdem regulis tractatur, quibus antiquum & Paternum. Diuiditur 8. indiuiduum, & indiuiduum.

Indiuiduū feudum. Ligium feudum. *Diuiduum* eſt quod admittit diuiſionem qualia eaquæ dignitatem non habent. *Indiuiduum* eſt quod diuiſionem non admittit, qualia Ducatus, Marchionatus, comitatus, & reliqua, quæ dignitatem habent. Diuiditur 9 in ligium, & non ligium: *ligium* eſt, cum quis iurat domino ſe fidelem futurum contra omnē hominem, nullo excepto: vnde videtur ſortiri nomen à ligatione ſeu legalitate. *Non ligium* eſt quando in iuramento fidelitatis excipitur aliquis: vt qui iurat ſe duci futurum fidelem, & excipit Imperatorem vel regem.

996 Sunt alia feuda ſingularia, quale eſt francum, ſoldatæ, quibus adiungimus emptitium, annuale, conditionatum, degenerans. *Francum feudum* idem valet atq; liberum, ita vt nihil pro eo ſeruitij præſtetur. *Francum* enim pro libero ſumitur *cap. ex literis 1. de ſponſal.* In Gallia (inquit Gregor. Toloſan. de Rep. lib. 3. c. 2. num. 17. omnes poſſeſſiones nobiles, ſiue ſint feudales, ſiue allodiales, vocantur franca feuda: quia per leges, ſtatuta, & conſtitutiones Galliæ omnia feuda, aut bona nobilia ſita in Gallia, poſſideri non poſſunt, præterquam per homines francos, idest per nobiles ex genere, aut nobilitatos per regem, proindeque liberos, & exemptos ab omni genere tallearum, indictionum, auxiliorum, & ſimilium onerum, quibus obnoxij ſunt ignobiles, & plebei. *Francum feudum.*

Soldatæ feudum (teſte Spiegel v. feudum) vt per ſe ignobile eſt, ita nec propriam habet feudi naturam: quum vel dantis vel accipientis morte finiatur. Eſt autem, ſicut habetur *tit. 10. l. 2. feud.* Quædam annua gratuita præſtatio. Forte ex hoc Luſitani vocant *Soldada* illud ſtipendium, quod ſingulis annis confertur famulis. *Soldatæ feudum.*

Ortum traxit vox à militia, in qua olim miles, cui ab imperatore ſtipendia promiſſa erāt, *Solidatus* quaſi ſolido donatus appellabatur: & Luſitani vulgo dicimus *ſoldado*. Cum enim populus Romanus ſupra ducentos annos proprijs impendijs militaſſet, Anxuro capto, decreuerunt Patres, vt ſtipendium miles acciperet. Qui igitur milites erant ſtipendiarij, delecti, & authorati vocabantur: temporis decurſu matriculati, & ſolidati. *Solidatus 1. miles.*

997 *Emptitium*, ſeu emptum eſt illud quod à domino pretio comparari poteſt. Hoc à ratione feudi recti, & ſimplicis non deficit, niſi in eo quòd gratuitum non eſt: emptio tamen feudi ſubſtantiam non mutat *Annale* eſt illud quod conceditur ſub pacto, vt ad annum duret. *Conditionatum* authore Zaſio idem eſt atq; ad certum ſeruitium adſtrictum. *Degenerans* eſt non rectum, ſed id quod à vera ratione legitimi, ac recti feudi degenerat, ſeu deficit. Vera autem, & compendioſa ratio, ſeu natura recti feudi, hæc eſt: quòd ex gratuito beneficio domini originem ducat: quòd ad hæredes tranſire poſtulat: quòd conſtituatur in re immobili: quòd vaſſallus ad incerta ſeruitia fidelitatis ſacramento obſtringatur: quòd ſine culpa amitti non debeat; quòd ſine Domini, vel agnatorum conſenſu alienari non poſſit. *Emptitium feudum. Annale feudum. Conditionatum feudum. Degenerans feudum.*

Marggraphij, ſeu Marchiones, quia à limitaneis præpoſitis origine traxerunt, feudum accipiunt dicuntur *Valuaſores* quaſi ad regni valuas ſtantes. Rurſus qui à valuaſoribus feudum accipiunt, minores valuaſores vocant: qui deniq; ab his, *Valuaſini*, idest minorum valuaſorum vaſalli. *Ligius homo* & *non ligius* quis ſit, plane conſtat ex num. 995. & Guidone Papa quæſt. 390. & 311. qui eſt q. 312. *Marggraphij. Valuaſores. Valuaſini. Ligius homo.*

aduertit

aduertit ligios homines alios dici francos, & alios talliabiles: vtrosq; q.313. & 314. distringuit, & exponit.

Franci homines. *Talliabiles homines.* *Parescuriæ.*

Franci dicuntur liberi à præstatione alicuius homagij, siue huic nunquam fuerint adstricti siue si fuerunt adstricti pacto, vel remissione, aut principis rescripto, vel præscriptione, à tali conditione sunt liberati. *Talliabiles* dicuntur, qui ita se recognouerunt, quibus preterea imponi posset tallia eo quoad diceam se adstrinxerunt. *Pares curiæ* dicuntur vasalli, qui habent consimilia feuda à Dominio illius feudi, de quo agitur *c.cæterum, de iudic.*

Liuellus. *Libellaticus.* *Subfeudum* *Subemphyteusis.* *Liuellare.*

998 Quamuis *liuellus*, seu *Libellus*, seu contractus libellaticus, (vt notat Lessius lib. 2. c. 24.n.6.) passim accipiatur tum pro emphyteusi, tum pro feudo: vnde communiter id, quod datur in emphyteusim, vel feudum, dicitur date in Liuellum: tamen annuente Molina to. 2.disp.471. *Liuellus*, seu contractus Liuellaticus dicitur propriè quando Emphyteuta, vel feudatarius rem eam, quam in feudum, vel emphyteusim accepit, scilicet contractu, tradit tertio vt sit veluti *subfeudum*, vel subemphyteusis. Lusitani dicunt *Prazo de prazo: Fendo de fendo.*

Vnde *Liuellare* est idem atq; subinfeudare, hoc est primum feudum acceptum dare in feudum: vel subemphyteuticare, hoc est primam emphyteusim acceptam dare in emphyteusim. Lusitani dicunt *Emprazar a face do seu prazo, oua sombrado seu prazo*: Vnde verò dicatur Liuellaticus contractus: & an potius Libellaticus dici debeat: tradit Valasc. de emphyteus. p.1. q.35. num.11.

Canon emphyteuticus *Canon glebæ.* *Canon telonei.*

Canon Emphyteuticus vt habetur *l. vlt. C. de iure emphyt.* est certa pensio, quæ in singulos annos soluitur ex re accepta in emphyteusim, vt emphyteuta dominum semper recognoscat. *Canon* enim in iure ciuili dicitur anniuersaria pensitatio, seu præstatio, quæ à prouincialibus quotannis populo vel Romano, vel Constantinopolitano gratis mittebatur. Dicitur *Canon glebæ* qui ratione glebæ præstabatur: *Canon telonei* qui ratione mensæ publicanorum pendebatur. Vide multas alias canonis species apud Azorium to.3.lib.10.cap.6. & quæ de canone diximus n.184.

Laudemiũ.

999 *Laudemium* est certa pars pretij, seu æstimonis rei venditæ, quæ (vt inquit Less. citatus n. 57. iure communi est quinquagesima, consuetudine verò trigesima, quam emphyteuta soluit domino, quando ex ipsius consensu rem emphyteuticam vendit, donat, permutat, seu alienat: apud Lusitanos est quadragesima pars: vnde dicitur *quarentena*: a Transtaganis *Terradego*. Iuxta Axorium to.3.lib.10.c.15. ille primus emphyteuta qui alienat, tenetur soluere laudemium. Quod conforme est iuri Lusitano Ord. lib.4.tit.38. E contra Lessius cit. n.57. quoties (inquit) res emphyteutica venditur, vel donatione aut permutatione alienatur, is qui eam accipit. soluat domino directo laudemium, idq; pro inuestitura, seu possessione, quam ab ipso accipit. Quod conforme est iuri communi l.3.C.de iure Emphyt. Hoc non soluitur, quando heres necessarius accipit rem illam titulo hæreditatis, vel filia titulo dotis, vel quando res redit ad venditorem resoluto contracta, ex pacto de redimendo, velquando plures hæredes eam inter se diuidunt.

Laudare i. approbare. *Collaudatio.* *In vestitura.*

Dicitur *Laudemium* quasi laudatiuum, hoc est approbatiuum alienationis emphyteuticæ, quam dominus directus petente emphyteuta laudat, hoc est approbat. Vnde *Collaudatio* est multorum approbatio, seu consensus multorum expressè approbantium, vt tradit Palaus to.2.de reuer. Eccel. disp. vnica pun.15. §.2. n. 10. *In vestitura* barbarum vocabulum est & significat introductionem alicuius in suum ius, & est qua quis in nouæ acquisitionis monumentum ornatur. In feudo (vt docet Molin.to. 1.disp.10.ex lib 2.feud.tit.2.) duplex est. quædam propria realis, & corporalis nempe quando dominus eum, cui feudum concedit, inducit in corporalem possessionem eius rei, quam illi infeudum concedit: eoque ipso vassallus comparat ius in re, vtileque dominium illius.

Abusiua. *Instituere & in vestire.* *Assalierint* *Concurbitauerint.* *Concurbita.*

Alia dicitur *abusiua*, nempe quando dominus eum, cui feudum concedit, inuestit per traditionem hastæ, annuli, pilei, aut alterius rei. Ita Iulius Clarus 4.sent.§.feudum q.l.26. *Instituere*, & *in vestire* videntur idem sonare: differunt tamen, quia *instituere* est specialis iuris, vel dignitatis corporalem tradere possessionem, dicitur enim quasi intus statuere, & in possessionem ponere. *Inuestire* autem est ius canonicæ, vel dignitatis tribuere. Vnde institui dicitur quis præsentialiter, inuestiri autem in absentia. *Assalierint* habetur *lib.1.feud.tit.19.pr.* Assiluerint, hoc est per saltum inuaserint. *Concurbitauerit* affertur, sed non exponitur ab Alberico affirmante reperiri in loco feud. citato: at non reperitur: videtur autem *Concurbitare* idem esse atq; iacere concurbitam, scilicet verbum iniuriosum. Quid sit *cadere in commissum*, de quo l.fin.ff.de publi.& vecte. Vide n.170. varios loquendi modos de feudis quære apud Iacobum Spieg. V. subinuestitus.

SECTIO III.

De ludo, & sponsione.

Ludus, & iocus. *Lusus, & ludus.*

1000 Ludus apud Latinos propriè dicitur in factis, sicut *Iocus* in verbis: est autem quoduis ludricum ad animi recreationem, vel corporis exercitationem fieri solitum, proposita tamen quadam lucrispe, & damni periculo. Nam si ad solam voluptatem fiunt, *Lusus, & Lusiones* propriè vocantur. Apud Theologos, Molin.to.2. disp.510. Azor. to.3. lib.cap.24. & Lessium lib.2.cap.26.n.1. sumitur dupliciter, 1, latè pro dictis, vel factis ad oble-

oble-

Rationem animi,ordinatis: in qua acceptione indifferens est,vt sit actus cupiditatis,nimirum si fiat gratia lucri, & quæstus comparandi, vel sit actus virtutis,nempe si fiat consentaneè ad rectam rationem,seruatisq; debitis circunstantijs,quam virtutem Aristot.4.Eth.t.cap.8. vocat *Eutrapeliam* hoc est vrbanitatem:& S.Thomas 2.2.q.168.a.2.appellat iucunditatem, cui opponitur scurrilitas, vitium nempe illius qui risum ab audientibus captat non habita ratione verecundiæ,aut dignitatis.2. pressiùs prout habet conuentionem, qua ludentes, successiui ludi interesse aliquod exponunt:& vt sic ludus definiri,potest, contractus, quo ludentes inter se paciscuntur, vt victori cedat, quod vterq; deposuit,Seu est pactum,vt victori certaminis, res ab vtroq;exposita tribuatur,*Sponsio*,seu *Vadiatio*,Lusitanè *Aposta* maguam similitudinem habet cum ludo,& a Molina to.2 disp.508,cui consentit Lessius lib.2.cap.26.n.2.sic describitur ; Est contractus quo in re dubia vnus pro vna parte,& alius pro alia spondent,siue pecuniam, siue quod vis aliud, vt is lucretur, qui euentum , aut rei veritatem attigerit. *Sortes* apud S.Thom.2 2. q.95.art. vlt. Sunt in duplici genere: aliæ enim sunt *diuinatoriæ*, & *consultoriæ*, quarum tractatio spectat ad virtutem religionis:aliæ *diuisoriæ*,quia per illas diuiditur quod ad multos pertinet:& possunt definiri:contractus, quo ius habentes ad aliquam rem, vel in aliqua re, conueniunt, vt sortes mittantur, qui illam,aut quis,quam partem illius,obtinere debeat.

Eutrapelia. Ludus prout contractus. Sponsio, Vadiatio. Sortes. Diuinatoria sortes. Consultoria sortes.

1001 Quod attinet ad ludorum multiplicitatem,ludus apud Syluestr. v. eod.n.1.triplex est in genere,scilicet *turpis*,vt theatralis ad luxuriam prouocans : *recreatiuus*, qui honestè ad recreationem fit:& *deuotus* qui venit ex vbertate deuotionis. Sub prædictis continentur tum ludi prohibiti,tum & permissi in iure, de quibus Lessius citatus n. 4. Prohibiti sunt omnes ludi, qui magis fortuna, quam arte teguntur : & omnes *alearum appellatione* veniunt *l.1. & 3.ff. de aleator*. Et quidem alea etiam apud Latinos dicitur omnis ludus in varietate fortunæ consistens.

Diuisoria sortes. Ludus multiplex. Alearum appellatio.

Aleator est qui ludit alea , & præsertim ille qui huiusmodi ludum , quasi artem quandam apud se causa sui emolumenti exercet. *Aleæ emptio* dicitur,cum incertus euentus emitur:vt si piscator iactum retis vendat. Tunc autem *Alea emi* species emptionis est , qua sine re venditio intelligitur *l. nec emptis ff. de contract. empt.* empio enim contrahitur etiam si nihil inciderit ; quia spei emptio est. *Iactus aleæ* est ludus magis fortunæ,quàm artis: quamuis absolutè iactus pro iactu retis sumatur.Ludi permissi sunt quinq;duntaxat,*Cursus,Saltus,Vibratio quintiana, seu Hastiludium sine spiculo, lucta, Hyppodromus*,nempe ludus,vbi equi ad cursum incitantur.

Aleator. Aleæ emptio. Alea emi. Iactus aleæ. Vibratio. Quintiana, Hastiludiũ. Hippodromus.

1002 Sunt etiam ludi publici,seu spectacula,. de quibus extat titulus 40. & 41. Codicis lib. xi. *Spectacula* quæ nomen habent ab spectando eoquòd in publico spectentur, iuxta Gartiam Toletan. ibid. Sunt publici ludi, seu publici actus , qui ob lætitiæ, & delectationis causam celebrantur , & exercentur ab histrionibus ludionibus,mimis, ioculatoribus, & alijs similibus lucri sui gratia , ac mercede eis constituta , in quibus sanguis humanus non effunditur , nec mortis periculum vertitur , quales comædiæ tragediæ,saltationes,choreæ, cursus equorum, repræsentationes, & similia . Ludi huiusmodi permittebantur ad lætitiam populi *l.2. & 3. C. de spectac.*

Spectacula.

Dicti *Histriones* vel ab Histro flumine, quasi huius fluminis accolæ histrionicam facerent: vel potius ab Hetruria, à qua cum Ludiones primùm accirentur,& Thusco vocabulo *Hister* ludio dicatur, hinc histriones appellari cæpti, qui in fabulis personam agunt,& fuere Romæ homines deploratæ nequitiæ, & moribus perditissimis. *Ludia* mulier est gesticulatrix , quæ saltu , & gesticulatione spectatores oblectat. Viri qui eam artem exercent,*Ludiones* vocantur. Hi omnes,vel similes *personati*,quos vulgo dicimus *farcistas* in iure Canonico.*Cap.1.de vita & honest.cler.in 6* appellantur *Ioculatores, Goliardi, & Bufones*. Vbi interdicitur clericis,ne eorum personas agant *Thymelici* habentur *cap.non oportet de consec.dist.5.& l.atheletas ff. de his qui notantur in fam.*& interpretantur histriones:nam *thymele* idem valet atq;pulpitum,siue scena.

Histriones. Ludiones. Personati. Ioculatores. Goliardi. Bufones. Thymelici. Thymele.

1003 Est autem *Scena* locus ad exhibenda spectacula destinatus, in quo sedilia sunt apta ad spectandum tragædias, Comædias , & reliqua id genus , quæ histriones in scenam prodeuntes agunt *l.2.§. ait prætor. ff. de his qui not. inf.* Vnde quamuis *Scenica* in Authen. coll.5. idem valeat atq; meretrix, tamen *Scenici* prout de illis agitur tit. 40. *Cod. lib. 11.* sunt histriones, & ludiones ipsi, qui prodeuntes in Scenam ludos exercent.

Scena. Scenica. Scenici.

Pantomimus habetur *l.patronus ff.eo.tit.* & *l.si libertus ff.de oper.liber.* & dicitur quasi omnium imitator, & effictor : tantum enim ea arte pollet,vt omnia imitari valeat. In eadem lege tepetitur *Archimimus*, hoc est mimorum princeps. Sunt autem *Mimi* non ioculatores , sed effictores,qui vel intra , vel extra Scenam gesticulationes exercent imitantes aliorum dicta, factaque: quod si mores imitentur, *Ethologi*, & *Ethopæi* vocantur ,

Pantomimus. Archimimus. Mimi. Ethologi. Ethopæi.

Xystici nomen habent à *Xysto* , qui est porticus ampla , vel est hasta , & sunt athletæ, seu pugiles qui, hasta pugnabant in porticu amplissima.Vnde *Xystarchus* qui Xysticis in gymnasio præest.*Athletæ*,de quibus est titulus 53. *Codicis lib.*x.Sunt qui in certaminibus,ludis, & spectaculis publicis sine vlla mercede , sed solũ virtutis gratia,&pro ostẽdẽdis viribu sdecertant.*l.2.ff.de aleator& l. athetas ff.de his qui notat.*

Xystici. Xystus. Xystarchus.

Ho-

Gladiatores. Pugiles. Arenarij. Arena.

Horum multiplex est discrimen: alij enim sunt *gladiatores*, de quibus tollendis est titulus 43. *Codic.* lib. 11. & dicuntur qui gladijs decertant, etiam discendi causa: alij luctatores, qui luctando contendunt, *L. qua actione §. Siquis ff. ad leg. Aquil.* Alij *pugiles* qui pugnis congrediuntur, vel dicti à pugnando, quasi pugnandi artem probè noscant. *l. qua actione §. siquis ff. ad leg. Aquil.* est autem *Pugil.* Latinis quod Athleta Græcis. Alij *arenarij*, qui in arenam descendunt, vt cum bestijs pugnent. *Arena* enim apud Vlpian. *l. qui iudicio ff. de accusat.* sumitur pro amphiteatro, vbi ferarum, & hominum fiebat congressus, quem locum spargebant arena, vt vel ferarum, vel gladiatorum sanguinem ebiberet.

Agitator. Desultor. Agonothetica præmia.

1004 Sunt præterea in ludis agitator, desultor, agonotheta, mastigophorus, brabeuta, designator, & circulator. *Agitator* apud Vlp. lib. 4. *ff. de his qui notan. infam.* vt exponit Alciat. in l. 2. C. de spect. lib. 11. erat auriga qui in ludis Circensibus curuli certamine exercebatur. *Desultor l. apud ff. de præsc. verb.* fuit qui in dictis ludis ex vno equo in alterum mira pernicitate desiliebat. *Agonotheta* interpretatur certaminis dispositor: fuitque decemuir, qui sacris certaminibus præerat, & proponebat præmia victoribus. *L. septitia ff. de pollicit.*

Agonothesia.

Hinc dicebantur *Agonothetica præmia* quæ vel ipsis iam emeritis distribuebantur, vel ipsi Agonothetæ athletis adiudicabant. *Agonothetia* est Agonothetæ munus, seu officium. *Agon* Græcè est labor Latinè: & *L. vnica C. de expens. lud. lib.* 11. sumitur pro certamine: & *Agonista* pro eo qui certat. *Mastigophorus* iuxta Bud. *l. vlt. de muner. & honor.* est qui Agonothetas comitatur in certaminibus *Brabeuta* Græcè interpretatur Designator *L. Athletas de ijs qui not.* & apud Romanos fuit magistratus cæremoniarum, qui pompis constituendis præerat, vnicuiq; incedendi locum, & ordinem præscribens.

Agon. Mastigophorus. Brabeuta.

Designatores. Designare. Circulatores.

Designatores iuxta Donatum in Adelph. Terent. ludis funebribus præerant; forte (inquit) quòd in ipsis ludis multa fierent noua, & spectanda: *Designare* enim est rem nouam facere: vel potius dicti, quòd præmia victoribus designarent, hoc est decernerent. *Circulatores* apud Paul. *l. vlt. ff. de extraord. crim.* dicuntur circunforanei, qui publicè officias quasdam, & præstigia faciunt, vt videantur gladios deuorare, serpentes gestare, circunferre, & proponere, & alia huiuscemodi mirabilia exhibere. *Circulator* qui feram in circum ioci gratia exhibuit, quæ alicui nocuit, iudicis arbitrio punitur. Ita Camill. Gallin. lib. 5. c. 20. n. 90. de verb. sign. & Men. cons. 364. n. 14.

Circulator.

Certamen.

1005 *Certamen* apud Scæuolam *l. liberto ff. de ann. legat.* Sumitur pro ludo, in quo est contentio: Vbi etiam victori proponitur præmium ab Agonotheta. *Certare* est pugnare quasi certum se dicens habere: quod etiam fit disputando *l. quod certum C. de posthum. her. instit.* *Certatores* dicuntur Monachi in Authen. de Monach. §. cogitandum. Apud Latinos *Pancratium* à Græcis deducitur, & gymnicum certamen est quòd *Quinquertium* dicitur, nempe a quinque certandi generibus, quibus constat, cursu, disco, saltu, lucta, & pugilatu. Qui in omnibus his victor euadit, *Pancratiastes:* qui omnia obit, *Penthatlus* appellatur. *Periodo victor* est qui quatuor Græciæ certamina, Isthmia, Nemeæa, Pythia, & olympia obiuit, & in omnibus superauit. Apud Iuristas *Pancratium* est colluctatio cum fustibus, vel genus certaminis quod omnium virium, & neruorum contentione peragitur: vel est locus vndiq; vallatus, in quo certo ordine stant pugnantes. Budæus ad *l. qua act. ff. ad leg.* Aquil. *Maiuma* fuit ludus, qui mense Maio, à quo nomen sumpsit, fieri solebat.

Certare.

Certatores. Pancratiũ. Quinquertium. Pancratiastes. Penthatlus. periodo victor.

Maima. Chorea.

Chorea est ludus, qui saltatione exercetur de quo quando, & vbi liceat, Syluest. v. eod. n. 1. & 2. *Pagma* habetur *L. quæsitam ff. de fundo instru.* interpretatur ludus: erat autem Machina in sublime tendens, in qua puerorum cãtantium fuere nidi. Describitur à Seneca lib. 13. Epist. *Proscenium* Apud Iustinian. *l. si qua C. de spectac. lib.* 12. & Vlpian. *l. de pollicit. ff. de pollicit.* Locus fuit ante Scenam ludicris exercendis paratus, nempe pulpitum ante Scenam in quo iudicia exerceri solebant.

Prosceniũ.

1006 *Pantherium* vt videre est apud Alberic. v. eod. vbi citat *l. si libertus artem ff. de operis libert.* est ars histrionum. *Ludicrus* nomen adiectiuum dicitur quod ad ludum pertinet *L. qui iudicio ff. de accusatoribus habetur:* Qui artem ludicram fecerit: hoc est Scenicam, aut theatralem, aut circensem, vbi ludi fiunt. *Circenses ludi*, de quibus meminit Paulus *l. ciuitatibus ff. de legatis* 1. & Hermog. l. 1. de muner. appellabantur, qui in Circo magno Romæ fiebant. *Circus* enim & si absolutè dicatur omnis in gyrum ambitus: est etiam locus muris septus, in quo qui, & pugiles exercentur.

Pantheriũ. Ludicrus. Circenses ludi.

Fuere Romæ tres, *Circus maximus* inter Palatium, & Auentinum: *Circus Flaminius*, qui & Apollinaris, *Circus Neronis* in Vaticano. *Commissio* in ludo erat exhibitio binorum poetarum, vel oratorum ad ingenij ostentationem. Has commissiones, nempe Scenicas, & poeticas, & etiam ludicras prætores ludis præsidentes faciebant. *Brabium* seu (vt alij malunt) *Brauium* est victoriæ præmium. An & id debeatur domino equi, qui primus metam attigit, excusso tamen prius insessore? Videatur *l. 1. §. quæsitum ff. de aqu. quot. & æst.* & Bart. *l. 1. §. item acquirimus. de acq. poss.* Hic loquendi modus: *Ludere credito*, seu *Ludere pecunia credita*, vulgò iulgar sobre palaura, ou iugar fiado. Reperitur in Molina to. 2. disp. 515. & Sancio lib. 3. Dec. c. 21. n. 10.

Circus. Comissio in ludo. Brauium. Ludere credito.

ELVCIDATIO XIV.

De emptione, & venditione, locatione, & conductione, fideiussione, pignore, hypotheca, & reliquis contractibus.

ANtequam vberrimam de testamentis, & maioratibus elucidationem aggrediar, ab instituto munere elucidandi contractuum species me feliciter expediam, si hac præsenti elucidatione complectar præter contractus titulo proposito enumeratos, assecurationem, censum, cambium, mandatum, societatem, nouationem, transactionem, compromissum, & quosdam alios non dissimiles.

SECTIO I.

Quid, & quotuplex sit emptio, & venditio?

1007 COnstat ex *L. 1. ff. de contrah. empt.* ab initio solum fuisse inter veteres vsum permutationis, qua v. g. triticum pro vino, equum pro boue, & sic de alijs, pro cuiusq; indigentia commutabant: donec cœpit vsus pecuniæ, quæ rebus omnibus commune pretium est, proindeq; data fuit integra materia emptionis, & venditionis. Præterea cum Romani olim vt habetur ex *l. veteres ff. de action. empt.* permiscerent emptionem cum venditione, eo quod neq; venditio sine emptione, neq; emptio sine venditione dari possint, hinc Azor to. 2. lib. 8. c. 1. eam tradidit emptionis definitionem, quæ venditioni accommodari queat; Est contractus bona fide vltro, citroq; emptorem, & venditorem obligans, qui consensu, re, & pretio perficitur. Per particulam (consensu) reijciuntur contractus, qui non perficiuntur consensu, vt commodatum, mutuum permutatio. Per illam (pretio) reijciuntur permutatio, & locatio, quia neutra requirit pretium; in permutatione enim datur res, & non pretium pro re: in locatione non pretium, sed merces, seu pensio interuenit. Particula (re) non denotat necessariam esse traditionem rei: sed solum, vt venditio subsistat, necessariam esse rem, quæ vel actu, vel virtute existat: quamuis enim hic contractus perficiatur consensu, res dari debet. *Emptio venditio.*

1008 Explicatiùs tamen, ac seorsim definitiones venditionis, & emptionis tradunt Molina to. 2. disp. 336. & Lessi. lib. 2. cap. 21. num. 1. *Venditio* sic definitur: Est contractus, qui consensu perficitur mercis pro pretio. *Emptio* sic, Est contractus, qui consensu perficitur pretij pro merce. Debet igitur in hoc contractu præter mutuum, & reciprocum consensum dari merx, & pretium. *Merx* dicitur quælibet res vendibilis, quales sunt omnes mobiles, & immobiles, actiones, & iura, quæ pecunia æstimari possunt: item omnia bona præsentia, & futura, quæ etiam simul sumpta vendi possunt, quamuis donari nequeant. Vendibilis est hæreditas iam delata, non tamen quæ nondum delata est. *Venditio. Emptio. Merx.*

Mercis appellatio in iure angusta est *l. 1. §. de exercit.* sub ea non continentur annuli, nec margaritæ *l. 3. ff. ad leg. Rhod. de iactu*, vbi Glos. item non continentur homines *ff. eo tit. l. mercis*: imò iuxta Alciat. non veniunt res immobiles. Vnde si lex municipalis à Socio initum mercatum ratum haberi mandet, de re tantum mobili intelligitur. Aliquando tamen omnis negotiatio mercis appellatione comprehenditur *l. purator §. merces ff. de tributo* Peculiaris mercis appellatio pertinet ad omnes negotiationes, quæ in rebus mobilibus peculiaribus etiam hominibus exercentur *l. 5. de Trib. actio.* Vbi Gloss. *Peculiariter* idest specialiter *l. 2. C. de comi. rei mil. lib. 10.* Sumuntur sæpe merx, mercatus, & mercimonium pro eodem: *Mercimonium* propriè est contrectatio quædam mercium. *Mercis appellatio. Peculiariter. Mercimonium.*

Pretium est nummus prout, teste Philos. 5. Ethic. c. est mensura omnium quæ veniunt in humanos contractus, & per se vendi nequit, nisi ratione materiæ, vel alicuius circunstantiæ extrinsecæ. Pretium iustum, seu æquale est quod à publica potestate in bonum commune taxatur, vel communi hominum æstimatione determinatur. Vnde duplex est, alterum dicitur *legitimum* quasi iuxta leges, illud nempe quod magistratus taxauit ob bonum commune, ne pro libidine venditorum decipiantur emptores: & hoc ita consistit in indiuisibili, vt non liceat venditori aliquid amplius accipere. *Pretium. Legitimum pretium.*

Alterum dicitur *vulgare* alio nomine *Naturale*, & communi hominum intelligentium æstimatione imponitur, habetque suam latitudinem intra quam vel est infimum, vel medium, vel summum. Explicatur: Si medium sit 10. infimum erit 9. plusminus, summum 11. si medium sit 100. infimum erit 95. summum 105. quodlibet suam etiam latitudinem vendicat. *Pretij appellatione* accepto latè vocabulo venit quidquid pro re datur, licèt pecunia non sit. Ita Tiraq. de retractu lig. §. 1. Glos. 14. n. 41. At si vocabulum propriè accipiatur, venit quidquid in pecunia numerata consistit *L. quod seruus §. fin.* & L. si res *ff. de in rem verso.* Vnde dispositio odiosa loquens de pretio solum intelligitur de pecunia numerata. Bald. apud Tusch. to. 6 lit p. con. 485. n. 1. *Vulgare pretium. Pretij appellatio.*

1009 Explicatis venditione, & emptione, sequitur explicare negotiationem, & permutationem. *Negotium* iuxta Isidorum de Ethym. vt refertur C. forus, de verb. sign. dicitur sine otio, quasi negans otium: & apud Bart. in *L. si pecuniam C. de negot.* plura significat, nempe laborem, occupationem, curam, molestiam, solici- *Negotium.*

sollicitudinem, causam, potestatem, litem, contractum. Apud Molin. tom. 2. disp. 329. init. dupliciter sumitur, 1. latè & generaliter prout dicit omnem actum circa externa, & agibilia, impedientem otium: in qua acceptione est triplex, commune, publicum, & priuatum. *Commune* est quod spectat ad dispositionem alicuius regionis: *Publicum* quod spectat ad regimen alicuius ciuitatis: *Priuatum* quod pertinet ad priuatam personam.

Commune negotium. Publicum negotium. Priuatum negotium.

2. Presse, & adhuc duobus modis accipitur, uno pro causa, seu lite, & sic ad omnem causam extenditur, ciuilem, criminalem, priuatā, & publicam. *L. 1. §. primum ff. de calum.* altero pro commutatione ad lucrum comparādum; emendo scilicet, aut alio permutationis genere rem aliquam acquirendo, & uendendo chariùs, aut aliter lucrando, & sic uidetur coincidere cum negotiatione. Quamuis dicat Alex. Scot. v. eod. negotiationem propriè esse in re, negotium in dispensatione. *Negotiatio* simpliciter mercaturā significat apud Bart. ad *l. legatum de legat. 3.* Explicatiùs uerò & prout clericis prohibetur *Cap. consequens dist.* 88. ex mente Lessij lib. 2. c. 21. n. 4. Azorij to. 2. lib. 7. c. 14. q. 1. & Molin. tom. 2. disp. 339. datur quando quis rem emit, uel comparat, ut charius uendat integram, & immutatam ad lucrū faciendum. Vnde non prohibetur clericis rem mutatam uendere lucri causa: ut si ex lana, auro, argento, uel alia materia empta aliquid elaboratum uendant.

Negotium, & negotiatio. Negotiatio quid.

1010 *Negotiatores* prout habentur *tit. 35. Codicis lib. XII.* & exponit Garcia Toletan. ibid. Sunt qui ergasterijs, hoc est officinis, & tabernis præsunt. *l. vnica eod. tit.* Dicuntur igitur negotiatores qui artem merci monię, uel mercantiæ, uel alterius contractationis exercent: vulgò *Tratantesque tem tendas de mercancia, ou de outros tratos.* Distinguitur mercator à negotiatore, quòd *mercator* solam mercaturam, seu artem mercantiæ exercet: at *negotiator* latiùs patet, cum non solam mercaturam, sed omni genere lucri laboriosè uitam exerceat, siue emendo, & uendendo, siue locando, & conducendo, aut aliter contrahendo *L. legatis seruis ff. de legatis 3.* Vide Petr. Greg. de Syntag. iuris lib. 25. c. 2. à n. 6.

Negotiatores. Mercator & negotiator.

Negotiatoris appellatione non uenit qui uendit oleum, uinum, & similia collecta de rebus suis, ut tradunt Valasc. consl. 131. n. 6. Roland. consil. 71. à n. 11. & Barb. de potest. Episcop. p. 2. alleg. 11. n. 11. Quare non dicetur negotiator clericus qui uendit oleum, uinum, & granum, de reditibus sui beneficij, ut docent Martha de iurisd. p. 4. casu 3. num. 25. Secus dicit, si uendat fructus ex alieno agro conducto, quāuis suo semine suaque industria collectos, Aloys. Ric. in praxi rerum fori eccles. decis. 275. num. 1. edit. alias resolut. 317. num. 10. in 2. edit. Vbi affirmat non censeri clericum negotiatorem, & mercatorem, qui residuum de eo quod emit uilius ad sui, & suorum sustentationem, uendat charius. *Negotiatoris appellatione* non continetur qui semel tantum emeret, uel uenderet. Grassis de effect. eff. 6. num. 19.

Negotiatoris appellatio.

1011 *Mercatoris appellatione* Veniunt usitati, publici, & qui matriculati exercent mercaturam, ut Signorol. de Homod. consl. 246. uers. item est, tradit Tusch. lit M. conc. 208. n. 1. Vnde statutum puniens illum qui causa mercaturæ conducit uinum extra territorium non intelligitur de eo qui unica uice conduxit modicum uinum ad uendendum iuxta Baldum consl. 495. & Marant. de ordine iudic. p. 4. dist. 9. n. 62. *Mercatoris appellatione* uenire eum qui locat equos, tenet Cassanc, in consuet. Burgun. rubr. 4. §. 2. uerbo se elle non est marchande n. 7. & curi. Philip. tom. 2 lib. 1. cap. 1. num. 10. At non uenire, qui rem emit, ut suo labore, & industria in aliam formam redigat, rectè docet Surdus decis. 313. nu. 1. quia ille dicitur artifex, & non mercator.

Mercatoris appellatio.

Idem decis. 35 num. 5. & Rebuf. *ad l. Mercis appel. 207. ver. Muliones ff. de verb. sign.* pag. 663. affirmans pistores, muliones, fullones, sarcinatores, textores, & illos qui numerantur *l. in principio ff de tribut. act.* dici negotiatores, & non mercatores. Idem affirmat Rebuff. de mensulario. *Venalitiarij* dicuntur qui quæstus gratia uenalitiarum rerum negotiationem exercent, quos vulgo dicimus Reuenditores: in Iure tamen fere semper sunt mangones, qui *venalitia* idest seruos expositos emere præoccupant, ut chariùs uendant *l. mercis, de verb. sign.* ubi Alciat.

Venalitiarij. Reuenditores. Venalitia.

1012 *Vendere* quamuis iuxta Caldas Pereyr. de emption. & uendit. cap 7. num. 7 explicetur aliquando pro locare: tamen sumptum propriè, & naturaliter interpretari debet de uera uenditione, non autem de ficta, & simulata, ut tenet Bertazol de clausl. instru. clausl. 16. glos. 2. num. 1. Vbi subdit *Venditionis appellatione propriè* loquendo uenire uenditionem, & non alium contractum. *Venditionis appellatione* simpliciter, & absolutè continetur cessio, datio in solutum, & omnis contractus, per quem transfertur dominium. Sic ex *L. Sicut §. venditionis ff. quibus modis p gn.* Roman. consl. 86. Tiraq. de retract lignag. §. 1. glos. 2. & Rebuff. ad L. 28. uer. generaliter *ff. de verb. sign.* pag. 163. Vbi cum Surdo consl. 394. n. 26. intelligit quando est eadem ratio in alijs contractibus, & alienationibus.

Vendere. Venditionis appellatio

Nam uenditionis uerbū complectitur omnē alienationem: ita ut si cui ne uendat quid, prohibitum sit, is nec donare, nec permutare possit *L. statuliberi § fin. ff. de statulib.* Ex quo Felin. in Cap. fine num. 5 t. de accusat. infert prohibita uenditione, prohiberi dationem in solutum, permutationē, ac donationē, ni hec uox *vēditio* proferatur in materia strictā, seu in

materia in qua datur certa forma. Accedit quòd prohibitus uendere prohibeatur diuidere iuxta Tiraq. ad leges Connub. Glos. 5. num. 216. Si autem fiat mentio de pretio, nomen venditio ita strictè debet intelligi, ut nõ ueniat alius contractus. Sic dationem in solutum certo pretio esse propriè uenditionem, in eaque habere locum L. curabit C. de action. empt. tradit Ruin. cons. 66 n. 6. lib. 4. & refert Thusc. lit. V. concl. 42. n. 8. & 12. Accedit Roman. cons. 86. n. 5. affirmans uenditionem in dubio iudicari, ubi de pretio facta fuerit mentio.

Venditionis appellatione in materia statuti de illa loquentis, ut uicinus possit rem uenditam retrahere, uenit uenditio ualida, in qua uerè dominium transferatur, nõ simulata, iuxta Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Glos. 2. n. 5. Gratian. discept. forens. c. 526. n. 15. & Tusch. v. concl. 100. n. 2. quãdo prohibetur uenditio sine licentia tutoris, nomine uenditionis non continentur aliæ alienationes, ut docet Surd. cons. 394. n. 20. *Emptionis, & venditionis* nomine relatiue continetur omnis alienationis, species, vt latè probant Francisc. Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. q. 71. n. 21. & Rebuff. sign. col. 1. ver. in 1. par. pag. in statutis verò, & contractibus nomine emptionis venit tantum contractus proprius emptionis iuxta citatum Franc. Molin. q. 71. n. 21. In statutis nomine emptionis venire permutationem, docet Syluester v. permutatio num. 3.

Emptionis, & venditionis appellatio.

1013 Quod attinet ad multiplicitatem, constat ex Molin. to. 2. disp. 339. & Azorio to. 3. lib. 8. cap. 2. emptionem quadrifariam diuidi. Diuiditur 1. in puram, & conditionatam. *Pura* datur quando ei neq; dies, neq; conditio, neq; pactum vllum apponitur. *Conditionata* est quæ contrahitur cum pacto adiecto, vel conditione: & sic multipliciter: aut enim contrahitur pacto retrouendendi: Vt vendo tibi tanti domum meam: quòd si intra annum pretium tibi reddidero, eam mihi restituas.

Emptio pura.

Retrouenditio autem datur, quando quis rem quam priùs vendiderat, oblato pretio eodem redimit. Aut cum pacto *legis commissoriæ*, vt vendo tibi vineam meam tanti, ea conditione, vt si pretium intra mensem mihi non solueris, pro non vendita habeatur *l. cum venditor ff. de lege commissor.* aut cum pacto addictionis in diem: vt vendo tibi prædium meum nisi intra calẽdas Ianuarij proximas alius meliorem conditionem obtulerit *l. in diem ff. de in diem addict.* Aut aliter vt vendo tibi, vt dum pretium non accepero, soluas mihi quatannis decem: vendo tibi domum, vt statim eam mihi loces; vendo tibi vt si postea velis vendere, non nisi mihi, aut fratri meo vendas. Diuiditur 2. in factam palam, & non palam, hæc datur cum priuatim aliquid emitur. Illa fit in loco publico, voce præconis, & dicitur *subhastatio*, hoc est venditio subhasta: vulgo *Almoeda*. Veteres enim rectitudinem venditionis indicare volentes ex rectitudine hastæ, huic simul, & præconis voci res venales subijciebãt. Hinc *subhastatæ* res vocantur quæ subhasta venales proponuntur. *l. 3. de exerc. rei iudic.* & *Hasta fiscalis* tit. 3. Cod. lib. x. dicitur sub qua res ad fiscum spectantes venduntur.

Retrouenditio. Commissoriæ legis pactũ.

Subhastatio

Subhastatos. Hasta fiscales.

In subhas tatione differunt licitatio, adiectio, & addictio: nam *licitatio* alio nomine *Auctio* est venditio, quæ pretio ementis augetur: vt cum aliquis emptor in re ab altero volente emere v.g. decem, pretium auget v.g. offerendo quindecim. Hinc *Liceri*, seu *Licitari* est pretium deferre, seu augere in publica vẽditione. *Licitator* qui pretium in illa augendo offert. *Adiectio* est illud pretij augmentum, seu additio, Castellani vocant *Puja*, Lusitani *o lançar mays.* Vnde adijcere, seu addere aliquid ad pretium, vulgo *Lançar mays. Addictio* vulgo dicitur *Remate*; est adiudicatio rei venalis factæ emptori, qui meliorem attulit conditionem, vt tenet Parlador. lib. 2. rerum quotid. c. fin. 4. p. §. 13.

Licitatio. Auctio. Licere, & licitari. Licitator. Adiectio. Adijcere. Addictio.

1014 Diuiditur 3. in eam, quæ fit gratia quæstus, quæ est duplex, altera datur cum res emitur, vt eadem prorsus absq; vlla sui mutatione iterum vendatur, & dicitur negotiatio, de qua supra n. 1009. altera cum res emitur, vt iterum vendatur effecta melior per ingenium, & industriam artificis. Diuiditur 4. ex parte pretij in emptionem quæ fit, cũ res emitur dilata ad tempus pretij solutione, & tunc res dicitur *Creditò vendi*: & quæ fit præsenti pecunia, seu pretio statim soluto, & quæ fit anticipata solutione, nempe cum emitur res futura soluto statim pretio. Sub prædictis membris continetur venditio reciproca, fiduciaria, Alli sconti, simplaria, venditio ad corpus, ad mensuram, in assem. *Reciproca venditio* est eiusdem rei diuerso pretio, quam Castellani vulgo dicunt *Barata*, & *Moathra*. Eam Lessius l. 2. c. 2. dub. 16. sic exponit. Petit (inqui) quis centum aureos mutuos: mercator non vult mutuare, sed paratus est vendere illi merces credito, summo pretio, v.g. 105. aureis, vt eas vendat pecunia numerata cui voluerit: ille emptas offert mercatori qui easdem emit, vt potiùs redimit pecunia numerata, sed pretio infimo, v.g. 100. aureis & ille manet debitor 105. Hanc venditionem nullam continere iniustitiam, docet idem n. 130. *Fiduciaria venditio* est, quæ fit fiducia, seu potiùs lege redimẽdi, & redhibendi, seu iuxta Alex. Scot. est illa in qua pactum redimendi interponitur.

Creditò vendi. Venditio multiplex.

Reciproca venditio.

Fiduciaria venditio.

1015 Venditio, quam Itali vocant *Alli Sconti* datur (vt tenet Azor tom. 3. l. 8. c. 9. q. 5.) quando quis vendit merces credito exigendo vltra pretium iustum, talem, vel talem quantitatem pro dilatione solutionis, habita ratione decem vel octo, quæ ex centum quotannis lucrifacere posset. *Simplaria venditio* est (vt definit Caldas Pereyr. tract. de empt. c. 31. n. 39.) pro qua venditor repromittere de dupla

Alli sconti venditio.

non

non tenetur. Repromissio de dupla, seu duplæ stipulatio fit quando venditor se obligat emptori, vt si res vendita euincatur, ei reddat prætium rei in duplo, seu duplicatum. Vide quæ diximus n.962. Hinc dicebantur actiones *Simplariæ duplariæ*, & *quaduplariæ*, quæ in simplum, quadruplum, dabantur. Notat verò Molin.to.2.disp.380. §.penult.ex *l.emptorē* §.*Cassius ff.de act.emp.* quando ageretur ad duplam, non posse simul agi ad interesse, & ad damna subsequuta, sed emptorē debere eligere ad quod illorum duorum velit potius agere.

Venditio ad corpus. *Venditio ad corpus* (& idem procedit de quacunque alienatione, vel etiam legato ad corpus) iuxta Molin.to.2. disp. 367. tunc datur, quando fit simul mentio de re, quæ venditur, vel alienatur, & de quantitate illius, tanquam rei ipsius demonstratione, signo, & nota: vt si dicas, vendo, alieno, aut lego tale prædium meum, quod est decem iugerum *Venditio ad mensuram* fit quando quantitas non exprimitur tanquam nota, & demonstratio, sed tanquam restrictio venditionis, vel alienationis, ita vt hæc solum intelligatur quoad illam quātitatem: vt si dicas vendo, aut lego tibi ex tali meo agro decem iugera. *Venditio in assem* apud Modestinum *L. Titius ff. quib. modis pig.* Vt exponit Alciat. in Parerg. l.12. c.33.est datio in solutum, cum quis tanti rem pignorauit, quanti vendi poterat: & ideo eam dat creditori in solutum, imaginaria venditione, quæ fiebat per æs seu assem, & libram. *Emptio mancipi* quid sit, latè exponit Calepinus v. Mancipium, & nos infra n.1017. *Manceps* in *l.qui fideiussor ff. locati* est qui à populo, vel fisco aliquid emit, aut conducit.

Venditio ad mensuram.

Venditio inassem. *Emptio mancipi.* *Manceps.*

1016 *Permutatio* iuxta Syluestr. v.eod.1.n.1.est commune contractibus nominatis, & innominatis. Definitur, vnius rei pro alia vicaria præstatio, vel vicaria præstatione mutatio. Nā teste Azorio to.3.l.7. de permutatione c.1. sumitur dupliciter, 1. latè prout comprehendit omnes contractus qui fiunt mercede, vel pretio, siue dominium transferatur, siue vsusfructus, vel possessio 2. presse quatenus est specialis contractus, quo vna res certæ speciei cum alia certæ, & determinatæ species cōmumutatur. Debent igitur hæc obseruari, vt semper ex vtraque parte detur res certa specie, & ex neutra detur pecunia: nam si ex aliqua parte detur res incerta, seu indeterminata, fiet contractus innominatus: si ex vtraque parte detur pecunia fiet Cambium:

Permutatio.

Permutatio & emptio. Si ex altera tantum, fiet emptio: inter quā, & permutationem datur multiplex similitudo, 1. quia vtraq; est contractus bonæ fidei, 2. ex vtraque oritur conditio vsucapiendi 3, ex vtraque præstatur euictio. 4. ex vtraque datur actio redhibitoria 5. in vtraq; potest euenire deceptio vltra dimidium iusti pretij. Differunt tamen 1. quia emptio perficitur solo consensu, aut permutatio non nisi interuentu rei traditæ. 2. quia in emptione res datur pro pretio, at in permutatione datur res pro re. 3. quia in permutatione datur actio, quæ condictio ob causam, uel actio, quæ in iure uocatur Præscriptis uerbis: at non in emptione.

SECTIO II.

De alijs spectantibus ad emptionem, & venditionem.

1017 **M**ancipatio genus est imaginariæ uenditionis, quam describit Boetius 3.Cōm.in Top.Cic. Mancipatio (inquit) est imaginaria quædam uenditio. Ea res sic agitur: adhibitis non minùs, quàm quinq; testibus ciuibus Romanis puberibus, & eo qui Lib.ipēs dicitur, is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit: Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aliosq; mihi emptus est hoc ære, eneaq; Libra: deinde ære percutit libram: idque æs dat ei, à quo mancipium accipit, quasi pretij loco. *Monopolium*, de quo est titulus 59. Codicis l.4. propriè dicitur, cum penes unum aliquē tantum uendendi potestas existit, vulgo appellamus *Estanque*. Nomen habet (teste Molin.to. 2.disp.345.) à *Monos* quod unus, & *Poliū* quod est uenditio. Qui monopolium exercet, *Monopola* uocatur. Est monopolium (ut explicat Lessius l.2 Iustit.c.21.num.144.) cum unus, uel pauci efficiunt, ut ipsi soli aliquod mercium genus uendant eo pretio, quo ipsis libuerit. Theologi id accipiunt pro omni machinatione, & industria mercatorum, qua efficiunt ut ipsi soli aliquid uendant, uel certo pretio uendant. Hoc autem contingit tripliciter, 1. Si conspirent inter se de pretio, ut nemo uendat minoris 2. Si agant ut ipsi soli certas quasdam merces uendant: idq; uel priuilegio principis, uel industria coemendo, & supprimēdo omnes merces, vulgo dicimus *Atrauessar*, *Abarcar* 3. impediendo ne aliunde merces ab alijs importentur. *Metaxarij* sunt negotiatores, qui sericū emunt, & uendunt. Ita Alciat.in *l.balluca C.de metall.l.* 11. *Metaxa* enim sericum est, seu potiùs illa congeries pensorum ex lino, aut lana, quam Castellani uocant *Medaxa*.

Mancipatio quid sit. *Monopoliū.* *Monos. Polium.* *Metaxarij. Metaxa.*

1018 *Proxeneta* Latinè mediator, & conciliator à uerbo *Proxeneo* nempe Concilio, ad aliquid faciendū induco: significat eum qui Interemptor seu quasi medius est, & Cōciliator inter ementes, & uendentes aut aliter contrahentes, per quem aliquis contractus ineundus procuratur, & uoluntas hominum exploratur, nempe qui, & cum quibus uelint contrahere, uulgo dicimus *Corretor*. De eo fit mentio *c.1.de testibus in 6.* Vbi glossa & *l. 1. & 2. de proxen.* Dicitur etiam *Proxeneticum*, uulgo corretagem, salarium quod datur proxenetis.

Proxeneta. Proxeneo. *Proxeneticum.*

Institor non solum est qui per urbem merces uenales circumfert, quem uulgo dicimus *Bofarinheyro*, sed ille præsertim qui à mercatore proponitur

Institor.

ponitut tabernæ: loco ve ad emendum, & vendendum: & iuxta Vlpian. *l.3.ff. de Institor. act.* dicitur ab insistendo, eo quòd negotio procurando insistat. *Dardanarius* habetur *l. in Dardanarios ff de pœnis*, & *L. anno nam ff. de extraor. crim.* à Græcis vocatur *Propola*, quia omnia premit, vt postea chariùs vendat: interpretari potest reuenditor, vulgo dicimus *Regatom*. Dicuntur *Parthiarij* apud Alciat. *L. negotiatores C. de excus. mun.* Parthicarum pellium negotiatores. Hoc etiam vocabulo appellari possunt qui negotiabantur ex celeberrimo Carrarum emperio, quod in Parthis vicus est.

Dardanarius. Tropola. Reuenditor. Parthiarij.

1019 *Commercium* iuxta Isidor. lib. 5. Etym. dicitur à mercibus quasi comutatio mercium. Definiri potest, libera commeandi, contrahendi que facultas, ab ijs qui merces vltro, citroq; conuehunt. Apud Vlpian. *Inst. c. 19.* vt sumitur ex *l. 5. ff. de iust. & iure*; Est emendi, vendédiq; inuicem ius; id est rerum, legitimè aliquo modo acquirendarum. Vnde non dicitur esse commercium earum rerum quarum dominium comparari nequit, quales sunt sanctæ, & religiosæ *l. 6. & 34. §. omnium ff. de contrah. emp.* nec dicitur quis habere commercium certæ alicuius rei, quam sibi acquirere non potest *L. multum interest. 34. ff. de verb. oblig.* At sub commercio omnes contractus comprehendi, tradit Spiegel. v. eod. ex glos. ad §. *Idem iuris est instit. de inutil. stipulat.* Dicitur *Promercium* apud Paulum *l. 4. §. 1. ff. de pen le.* & Vlpiã. 41. §. 4. *ff. de leg. & fidei com.* est mercimonium quodcunq; quod vendendi causa seponitur. *Promercale*, authore Budæo est illud quod pater familias venale habet extra ea quæ Vsui suo seruat *l. quod si de impen. in reb. dot. fac.* Dicunt aliqui promercalia esse, quæ vt diuendantur pluris, fuerunt empta. *Promercales vestes* illæ peculiariter sunt, quæ in vsu fuerunt, veneuntque post primam gratiam attritu deperditam. *Venire* enim est vendi *L. Fulcinius §. si in diem ff. qui ex cau. in poss.* Venalitiæ res, & venales res, quæ vendi solent. *Distraher:* sumitur pro vendere *l. si ita ff. de contr. ept.* absolutè tamen significat dissoluere & *distractio* ponitur pro diuortio. *Authen. de nup. §. nuptias*, vbi glos. In quo differant *comparare*, & *emere* vide *l. 1. §. pen. ff. de contr. empt.*

Cõmercium. Promerciũ. Promercale. Promercales vestes. Venire. Venalis. Venalitius. Distrahere.

1020 *Euictio* deducitur ab *euincere* quod apud Latinos est non solum vincere, & conuincere, sed etiam vincendo extorquere. *Euictio* igitur à Theologis, & Iurisconsultis, vt tradit Azor. to. 3. l. 8. c. 30. Sic definitur: est rei emptæ, alia ve causa receptæ, interposito iudicis decreto ablatio, abductio, vel amissio *l. exicta §. 1. ff. de ciu.* Vel aliter sic describitur: Est alicuius rei in causam alterius abductæ per iudicem acquisitio: *Euincere* est rem meam, iure dominij, ab aliquo, cuius non erat, alteri aut datam, aut venditam repetere in iudicio, & ab emptore per iudicis sententiam ad eamdem rem mihi restituendam condemnato auferre v. g si meum agrum Titius vendat, aut donet Sempronio, & ego in iudicio probem esse meum, dicor illum euincere.

Euictio. Euincere.

Teneri de euictione dicitur venditor (teste Molin. to. 2. disp. 380.) quatenus emptori competit aduersus illum non solum actio ad pretium, quantum res æstimabitur tempore, quo euincitur, sed etiam ad interesse, vt ei soluat, quantum sua intererat eam rem non esse euictam, atq; ad damna subsequuta. *Arrha* in contractu emptionis, & venditionis (vt ex *l. quod sæpe ff. de contr. empt.* tradit Molin. tom. 2. disp. 338. init.) est id quod datur in signum & argumentum contractus celebrati, & quasi pignus, quod stabitur contractui.

Teneri de euictione. Arrha emptione.

1021 *Eleamporia* vt habetur *l. vlt. §. patrimoniorum ff. de mun. & hon.* est olei publicè emendi cura *Interpolare* habetur *in l. præcipuum ff. de edil. edict.* Vbi Vlpian. sic. Interpolant (inquit) veteratores, & pro nouitijs vendunt: hoc est in aliam formam mutando mangonizant. Tractum à fullonibus, qui poliendo, curandoque vetera vestimenta quasi nouam formam inducunt, & e veteribus noua effingunt. *Interpolum* apud Marc. *l. 45. ff. de contr. empt.* est renouatum, seu in alteram speciem e vetere immutatum. Iure proprio vendi instrumento venditionis dicitur res aliqua, quando proprietas transfertur in ementem. *In solutum* id est in solutionem. *Indicare* (vt tenet Alex. Scot. v. eod.) significat estimare, & pretium rei venalis statuere, pertinetq; ad venditorem; sicut liceri, & mercari ad emptorem. *Aestimatio* autem rei, teste, Syluestr. v. eod. n. 1. est taxatio, seu definitio pretij eius *Aestimare*, legunt alij *Extimare*, est taxare, vel certum pretium determinare. *Aestimatio litis* de qua late Parlador. diff. 44. loco emptionis est *l. si propter ff. re amo.* & quidem æstimatio pro arbitrio sumitur l. tam dementis C. de Episc. audient. In venditione hoc verbum *Transcribere* idem valet atq; cesso iure tradere: item *l. aliquando ad senatus cons. Vellian.* transcribere est transferre, vt in rationibus fit, cum id quod mihi expensum latum est, in aliud nomen tranfertur, & nomen meum à rationibus eximitur. *Librancia* nempe chirogropha, seu credita possunt vendi iuxta Less. l. 2. c. 21. n. 74.

Eleamporia. Interpolare. Interpolum. In solutum. Indicare. Aestimatio. Aestimare. Transcribere.

1022 *Nundinæ* vulgo *Feyras*, nomen acceperunt à nono die, quasi dictæ *Nouendinæ*. Moris enim fuit apud Romanos vt Rustici octo diebus in agris essent, & nono die vrbem repeterent tum ad mercatum, tum pro legibus accipiendis: Si quid autem suffragijs populi Rom. ferendum erat, id per ternas nundinas recitabatur, & promulgabatur; quod tempus *Trinundinum*, & Trinum nundinum vocabatur. *Nundinari* iuxta Budæum, est pretio addicere, institorio more aliquid ad quæstum exercere.

Nundinæ. Nonẽdinæ. Trinũdinũ. Nũdinari.

Apothecam posuit Vlpian. *l. vulgaris de furt.* pro cella vinaria. Verùm Alex Scot. v. eod. dicit esse locũ, in quo merces vedũtur, qui locus

Apotheca.

alio

alio nomine statio appellatur, inde *Apotheca-rius* idest *Stationarius*, qui stat ad vendendum. *Pergula* vt habetur *cap. 1. de foro compet. in 6.* Vbi gloss. §. *contrahentes* est tugurium vel obumbratio frondola, vulgo *Ramada*: At iuxta Vlpian. *l. hæres* §. *1.* de iudic. accipi debet pro loco accommodato rebus venalibus exponendis. *Taberna* sic dicta quòd tabulis claudatur, sumitur absolutè pro omni ædificio ad habitandum idoneo *l. tabernæ appellatio ff. de verb. sign.* Aliquando idem valet atque statio *L. 2. C. de Episc. & cleric.* Strictè verò appellatur domus, in qua vinum venditur. *l. palam in prin. de ritu nup.* Inter tabernam, & cauponam discrimen est. Nam *taberna* est locus paratus ad vinum vendendum, licèt non vendatur, *caupona* vero vbi venditur. Vide Parlad. diff. 133. *Meritoria taberna* est idem atque diuersorium, seu stabulum, vulgo Estalagem. *Instructa taberna* Vlpiano est, quæ rebus, & hominibus ad negotiationem parata constat. *Accedere rei emptæ* videtur id sine quo res empta foret inutilis *l. fistulas ff. de contrah. empt.*

Apothecarius. *Pergula.* *Taberna.* *Caupona, & taberna.* *Instructa taberna.* *Accedere rei empta.*

1023 *Vilitas* vulgò *Barateza* opponitur *caritati l. 2. c. de iur. hast. fisc. lib. 12.* Hin. vile dicitur, quod paruo pretio emitur. Legistæ rem vilem dicunt, quæ non excedit valorem quinque aureorum *l. si oleum ff. de dolo.* Idem valet depretiatus apud Paul. l. 22. ff. ad leg. Aquil. atque vilior factus, cuius pretium imminutum est. *Abiuratum pretium* habetur *l. 4. c. de vest. holob. lib. 11.* Vbi sic: Nec est vt quisquam de abiurato pretio conqueratur: quia sufficit calcaltæ legis impunitas. Sermo est de pretio quod quis dedit pro veste prohibita: Vbi gloss. sic exponit. Pretium quod pro ea dederat priuatus, amittit: licèt iuret, se dedisse: quia satis est quòd non punitur sciens illicitum commercium. *Repræsentare pecuniam. l. Cum ij* §. *eam detransa.* est illam statim, & in præsens numerare *Remansisset venditio* apud Alberic. v. eod. id est facta non fuisset *L. cum autem* §. *fin. de ædil. edict.* Inter has clausulas, *Quanti ea res erit*, *Quanti ea res esse apparet.* Nullum est discrimen, & vtraque ad veram rei æstimationem refertur *L. inter hæc ff. de verb. sign.* Quid sit, *Resoluto iuris emptoris per pactum addictionis in diem, resoluitur ius eius qui ab eo recepit*, constat ex superiùs dictis. Vide *L. si ex duobus* §. *sed & ff. de in diem addict.* & Sanch. lib. 4. Matr. d. 8. n. 21.

Vilitas. *Caritas.* *Abiuratū pretium.* *Repræsentare pecuniam.* *Remansisse venditio.* *Resoluto iure.*

Pretium succedit loco rei, hoc est subrogatur in loco rei, ita vt induat naturam, vel potius subeat qualitates, & conditiones ipsius rei: v. g. si res erat vinculata, aut patrimonialis, pretium etiam vinculatum, aut patrimoniale maneat. Et habet locum modus hic loquendi in quæstione quam excitat Molina Iurista lib. 4. de primog. cap. 4. num. 24. Vtrum concessa facultate ad vendendam rem maioratus, vt ex pretio alia subrogetur, pretium ipsum, seu res quæ ex illo empta fuit, censeatur in locum rei venditæ subrogata, eidemque Primogenio subiecta. *Cohærentium appellatione* in venditione (vt tenet Angel. in *l. qui tabulas ff. de furtis*) veniunt omnia, quæ rebus principaliter venditis adhærent, siue cohæreant corpori, siue iuribus incorporalibus. Quare ædificium dicitur *solo cohærere*, non ita aceruus in eo existens *l. quia acernus ff. quod vi aut clam.* Dicitur etiam seruitus cohærere rei, vt docent Alex. cons. 211. n. 5. vol. 6. & Berthazol. clausf. 26. gloss. 3.

Pretium succedit loco rei. *Cohærentiū appellatione.* *Cohærere solo.*

SECTIO III.

De ponderibus, & mensuris.

1024 POst explicatam rationem emptionis, & venditionis, in quibus frequentissimè pondera & mensuræ interueniunt, non erit abs re explicare pondera, & mensuras, quæ in iure frequentius reperiuntur. Cum enim iuxta S. Thom. l. 2. de regim. princ. c. 14. pondera, & mensuræ à natura trahere originem videantur. Deus enim optimus omnia ab initio disposuit in pondere, & mensura. Sapien. 11. hinc positiuo iure sancitum fuit, ut in omnibus ciuitatibus, & municipijs essent mensuræ, & pondera publica, ad quæ recursus haberi posset *l. modios tit. 1. Codicis l. x.* & tradit Bobadilha in polit. lib. 3. c. 4 n 8. & l. 1. c. 1. vbi refert quis primus pondera, & mensuras inuenerit.

Pondera explicātur.

Ponderator auri, de quo est tit. 71. Codic. l. x. dicitur homo in cognitione auri, & metallorū sapiens, expertus, & qui ponderum, ac staterarum rationem probè nouerit, quem Græci appellant *Zygostatem*, Castellani *Constraste*, vt videre est apud Couar. tract. de veter. numism. collation. c. 3. §. 1. num. 5. *Pondus* vox generalis significans quod graue est, & à Latinis tum pro numero, tum pro onere accipi solet. *Pondo* nomen indeclinabile, & neutrius generis significat libram, nempe pondus duodecim vnciarum. Rectè enim docuit Accursius Assem, Libram, & pondo idem significare: quamuis Assis appellatio interdum pro hæreditate, interdum pro numero vsurpetur.

Ponderator auri. *Zygostates.* *Constraste.* *Pondo.*

1025 Apud Alciatum, vt refert Spiegel v. Pondo, sic se habet poderum ratio. *Scrupuli* octoni, sunt duæ *Sextulæ*, quæ etiam *Duellæ* vocantur. Lentis enim duo semina, granum frumenti faciunt: grana quatuor, *Siliquam*: siliquæ sex, scrupulum: tres scrupuli, drahmam, quod est argenti pondus: duplex drachma *Sicilicum* creat. Drachmę additus scrupulus sextulam facit; *Sextula* vncias sex habet: *Drachmæ* octo vnciam faciunt. At vncijs duodecim constat Romana Libra, hoc est drachmis LXXXXVI; *Attica* verò *Libra* LXXVII. drachmas continet, sicut *Mina*, seu *Mna* 100. Nam Romana libra maior est hac quatuor drachmis.

Scrupuli. *Sextulæ.* *Siliqua.* *Drachma.* *Sicilium.* *Attica libra.* *Mina seu Mna.*

Talentum. mis. *Talentum minus* Atticum minas Lx. hoc est drachmas DC. continet *Talentum maius* Lxxxiii. habet minas, & vncias insuper quatuor. Inseruiunt hæc ad intelligentiam multarum legum *l. 1. C. de ratio. oper. Auth. adhæc C. de vsur. Auth. sed hodie C. de episc. & cler.*

Libra auri. 1026 *Libra auri* iuxta Spiegel v. eod. constituitur septuaginta duobus aureis. *l. quotiescunq; C. de suscep. præpos. & arch. lib. 11.* Iuxta Alex. Scot. v. eod. ex Bart. in Auth. sed nouo iure *C. si certum petatur.* Constat interdum ex centum aureis. Hodie verò constat ex nonaginta sex ducatis. *Libra argenti* constituitur ex quinq; solidis *l. vnica C. de argen. pretio lib. x.* Vbi sic: Iubemus vt pro argenti summa, quam quis thesauris fuerat illaturus, inferendi auri accipiat facultatem, itaut pro singulis libris argenti, quinos solidos inferat. Vbi glos. perperam interpretatur pro quinos solidos, bis quinq; aureos: cum statim addat solidum, & aureum idem esse.

Libra argenti.

Libella. *Libella* diminutiuum est à libra: & fuit apud Athenienses dimidia pars Chænicis: apud eosdem *Cheuix*, de qua fit mentio *l. iudices C. de Episc. audien.* dicebatur maior libra, & erat mensura tritici, quantum quisq; vno die comederet: pendebat corum drachmas CL. hoc est vii. & xx. vncias Græcas, nostra autem mensura sesquilibram, hoc est libram cum dimidia. *Sescuncia* apud Vlpian. *l. filium ff. de leg. præst.* est vncia cum dimidia. *Sescunx* apud Iustinian. *Inst. de hæred. instit. §. hæreditas*, est octaua pars assis, constatq; ex vncia, & dimidia. *Quadripendium* est as quadruplicatus *l. cum quæstis C. de leg.* & *Inst. de hæred. instit. §. si plures.* *Tripondium* est pondus trium assium. *Inst. loco citato* Ibid. *Dipondium* est as duplicatus, seu pondus constans ex duobus assibus. *Centussis* idem valet, atq; decem *Decusses*, nempe centum asses, seu centum libræ: *Decussis* enim ex decem assibus constat. *Obolus* ponderis genus est, quod ex sex siliquis componitur. *Libripens* ponderator est, qui dicitur à libra, & pendendo: alio nomine *Librarius* vocatur, Instit. de testam. init. Est etiam libripens apud Budæum pensator stipis, seu stipendiorum militum.

Chænix. *Sescuncia.* *Sescunx.* *Quadripendium.* *Tripondiũ.* *Centussis.* *Decussis.* *Obolus.* *Libripens.* *Librarius.*

Mensura. 1027 Quod attinet ad mensuras in genere, *Mensura* instrumentum est quo metimur, & rei alicuius quantitatem deprehendimus. Vt verò perscrutemur seorsim mensurarum nomina, quæ refert Spieg. v. eod. & à minoribus ad maiores ascendamus, imprimis *Digitus* minima mensurarum est: Digiti quatuor *Palmum* efficiunt: sexdecim, pedem: Pes autem habetur tanquam as in numeris: atq; adeo dimidius pes, *Semis* vulgo appellatur, quanto scilicet pugno, extensoq; pollice metemur. Sicut *Spithama*, vox Græca, quantum extensis articulis, à minimo ad pollicem amplecti possumus; Latinè *Dodrans* vocatur, & Palmus maior, quibusdam. *Cubitus* sesquipedalis est continens nempe sesquipedem hoc est vnum pedem, & semis. *Gressus* duos pedes, & semissem continent. *Passus* quinq; pedes, sic dictus, quòd passis, idest dilatatis brachijs, & manibus hanc dimensionem conficiamus. *Vlna* sex pedibus constat. *Pertica* duos passus habet, hoc est pedes decem: vnde & decempeda vocatur. *Plethrum* pedes centum. *Iugerum* longitudine pedibus CCL. in latitudinem dimidio minus conficitur. *Stadium* continet passus Cxxv. qui sunt plus paulo pedes DC. *Diaulus* sunt duo stadia. *Milliarium*, seu *Milliare* sunt mille passus, hoc est stadia octo. *Dolichus* constat stadijs duodecim. *Leuca* vox Gallica est, & habet mille, & quingentos passus. *Parasanga* vox Persica, constat triginta stadijs, & paulo minor est Germanico milliario. *Schænus* apud Aegyptios continet sexaginta stadia; *Stathmus* idest mansio: habet milliaria viginti duo semis. Vide Budæũ l. vlt. si mens. fal. mod. dix. Alciatum a d *L. mille passus*, de *verb. sign.* & Alex. ab. Alex. gen. dier. lib. 11. c. xix. Vide apud Parlad. diff. 115. discrimen inter cubitum, vlnam, & palmum.

Digitus. *Palmus.* *Semis.* *Sipthama.* *Dodrans.* *Cubitus.* *Sesquipes.* *Gressus.* *Passus.* *Vlna.* *Pertica.* *Decempeda.* *Plethrum.* *Iugerum.* *Stadium.* *Corus.*

1028 Præterea discrimen est inter Corum, Medimnum, Modium, Sextarium, Congium. *Corus* iuxta Calepinum v. eod. quadraginta quinq; modios capit. *Medimnus*, sexmodios habet. *Modius* duos semodios, seu semimodios, hoc est sexdecim sextarios continet. *Sextarius* capit vncias quinas denas: & sic dicitur quòd sit sexta pars congij. *Congium* enim vini mensura est quæ sextarios sex capit.

Medimnus. *Modius.*

Congiarium. *Congiarium* apud Paulum *l. tabernæ ff. de fundo instr.* pro eadem mensura videtur sumi, Olim erat sportula, quam potentiores Romani nomine diurni cibi solebant distribuere suis comitibus, asseclis, & stipatoribus. *Moduli* apud Alex. Scot. v. eod. dicuntur quædam formulæ, & mensuræ cæmentariorum, per quas modi, & quantitates lapidum comprehenduntur. *Mensor* apud Alciat. lib. 3. dispunct. cap. 15. est ille qui agros metitur, & etiam qui prænuntiat tum de mensuris, tum de seruitutibus. Iuxta Accurs. *C. de meu. in reb. lib. 12.* dicitur mensor qui metitur agros, columnas, homines, frumentum, vel menia iuxta castrum, vel hospitia, imò qui omnia officia assignat. *Libratores* idest mensores *l. 1. C. de excus. artif. lib. x.*

Moduli. *Mensor.* *Libratores.* *Genus in iure.* *Species in iure.*

Illud notabis in iure diuersimodè accipi genus, & speciem: nam in *l. 2. & ff. 2. de rebus creditis*, vbi gloss. ea est differentia inter genus & speciem, quòd *genus* accipiatur pro quantitate, idest pro his rebus, quæ pondere, numero, aut mensura constant, vt sunt pecunia, vinum, oleum, frumentum: *Species* autem sumatur pro singulis corporibus, quæ neq; numero neq; pondere, neque mensura constant, quales Stichus, equus, lignum.

Verùm Imperatores frequenter in suis constitutionibus species vocant, quod Iurisconsulti genus appellant. v. g. in *tit. 27. Codicis lib. x.* Vt nemini liceat in emptione specierum se excusare, vox (species) significat quantitates anno-

Annonariæ quantitates. annonarias, idest omnia edulia, quæ pondere, numero, vel mensura constant, & pro vsu publico deputantur, qualia v.g. sunt frumentum, vinum, & oleum. Parlad. diff. 31. Apud Dialecticos (inquit) genus dicitur quod prædicatur de plurimus differentibus specie, vt animal; species autem quæ prædicatur de pluribus differentibus numero, vt homo. Iurisperiti semper genus accipiunt pro specie, & speciem pro indiuiduo.

SECTIO IV.

De locatione, & conductione.

1029 Locationem, & conductionem definiunt Theologi, Molin. to. 2. disp. 486. Azor. to. 3. lib. 8. de locato c. 1. & Lessius l. 2. c. 24. n. 1. item iuristæ ad rubricam *ff. locati.* Sic definitur locatio: Est contractus, quo res immobilis ad minus tempus quàm ad decennium, aut mobilis ad quodcunq; tempus, aut vsum aut etiam ad fructus, pro pretio suscipitur. *Locatio.* *Conductio.*

Sunt contractus mutui, qui sibi inuicem respondent, sicut venditio, & emptio: nam sicut in his ex parte concedentis mercem pro pretio, datur venditio, & ex parte accipientis mercem pro pretio datur emptio, ita in illis ex parte concedentis rem ad vsum, aut fructus pro pretio datur locatio, ex parte verò illam accipientis datur conductio. Per particulam (ad minus tempus quàm decennium) distinguitur locatio ab Emphyteusi, hæc enim potest consistere, si res immobilis concedatur quoad vsumfructum pro pretio ad decennium.

Vox (res) Latè accipitur prout extenditur ad personas, nempe operarios, & significat tum immobilia, tum mobilia. Additur (ad vsum, aut fructum) nam quædam locantur solum ad vsum, vt domus, equus, seruus, & similia, quorum fructus ab vsu non differt: quædam ad fructum, vt agri, vineæ: item iura, vt reditus, & vectigalia. Est igitur Locator, qui pretium accipit: *Conductor* qui dat: ita ut locator sit dominus, conductor inquilinus. Interdum uice uersa euenit, ut locator pretium det, & conductor accipiat, iuxta Budæum in *l. 2. ad l. Rhod.* de iactu. Ex quo apparet quid sit locare, quid conducere. *Conductor.*

1030 Quotuplex sit locatio, constabit ex multiplici ipsius diuisione, quam refert Azor. citatus cap. 2. Diuiditur 1. ratione rei locatæ: nam hæc uel est mobilis, ut bos, equus, mensa, liber: uel est immobilis, ut domus, fundus, prædium urbanum, & rusticum *l. qui pignoris ff. de acq.* Deinde uel locantur operæ alicuius ad aliquid faciendum, aut custodiendum, uel res aliæ *l. qui operas ff. locati*: uel locat quis operas simul & res *l. emptorem C. de locato.* Vbi gloss. Deniq. aut locatur res, ut eadem in specie, ut *Locator.* cum Iuristis loquamur, hoc est eadem numero, ut loquuntur Dialectici, reddatur u.g. cum qui uestes fulloni curandas locauit. aut locatur res, ut alia eiusdem generis reddatur: ueluti cum argentum pustulatum fabro datur. ut uasa conflet. *l. in nouem Sauphei ff. locati.* Diuiditur 2. ratione vsus: nam vel res locatur ad certum vsum vt equus ad iter faciendum, bos ad arandum: vel ad vsum incertum, vt si locetur tibi equus, per triduum eo vtaris sine determinatione vsus. Item locatur res, vel ad habitandum vt domus, vel ad fructus percipiendum, vt hortus. Diuiditur 3. ratione temporis: nam vel res locatur ad tempus incertum, vt ad vitam alicuius, vel ad tempus certum, putà ad duos annos. Deniq; iuxta Garciã Toleran. ad tit. Codicis lib. 11. num. 5. locatio vel est temporalis, vel perpetua: vbi disputat, an perpetua necessariò coincidat cum emphyteusi? Et negatiuè rosoluit.

1031 Pro varijs conductorum generibus exponendis, illud ex Azorio to. 3. lib. 8. de locato cap. 2. aduerte, dari discrimen inter colonum, & inquilinum. Nam qui prædium vrbanum conducit, *Inquilinus* vocatur: qui prædium rusticum, *colonus* dicitur. Iurisconsulti, *coloniam* vocant agrum colono locatum; Sicut *colonatum*, munus coloni, & *colonarium ius*, conditionem, & statum coloni. Hæc tria Agricola, Rusticus, & Colonus, in genere accepti [illegible] vsurp[illegible]tur, quatenus nempe in eo conueniunt, quod terram colant, & exerceant. Attenta verò speciali proprietate semper *Agricola* latius patet quàm *Colonus* ille enim indifferens est ad colendum agrum proprium, & alienum *Colonus*: verò solum alienum colit. *Inquilinus.* *Locare, & conducere.* *Locatio multiplex.* *Colonus, inquilinus.* *Colonia.* *Colonatus.* *Colonarium ius.*

Garcia Toletan: ad tit. 47. Codicis lib. 11. luculenta eruditione distinguit multiplicem colonorum varietatem, & exponit qui sint coloni adscriptitij, censiti, perpetui, conditionales, inquilini, originarij, & simplices. *Adscriptitij*, de quibus egimus. n. 826. dicuntur quasi adscripti, seu obligati: sunt enim qui per scripturam promittunt, seu obligantur domino alicuius agri, se talem agrum semper colere, & in eo semper manere, nec ullo modo inde discedere, aut eius agriculturam deserere. *Censiti* dicuntur à censu, ac censere, & sunt qui obligantur domino agrum eius perpetuò colere ipsiq; domino certum censum, & pensionem annuatim soluere: in quo differunt ab adscriptijs: hi enim tenentur ad pensionem incertam: u.g. ad tertiam, aut quartam partem fructum illius agri, cui adcripti sunt. *Agricola, & colonus.* *Adscriptitij.* *Censiti.* *Perpetui coloni.*

1032 *Perpetui* dicuntur, qui cum validi sint, mendicant fingentes se infirmos: quo casu si quis eos prodiderit, & eorum dolum detexerit, faciet suos perpetuos colonos, ut ipsius agros perpetuo colere teneantur *L. vnic. C. de mend. valid.* Hi differunt à prædictis quòd habeant seruitutem personalem, quæ in filios non deriuatur. Secus de adscriptitijs, & censiagrum, *Conditionales coloni.*

tis. *Conditionales* dicuntur à conditione, & statu, & sunt qui per triginta annos coluerunt agrum, alicuius domini se sponte adstringentes huiusmodi conditioni, ita vt per tale temris spatitum ipsi, eiusque filij agrum colere tenerentur.

Inquilini.

Inquilini sunt qui perpetua obligatione ad agros domini colendos adstringuntur; differunt tamen a prædictis, quod alibi habitare possint, & exinde colere vel per se, vel per alios: prædicti verò à solo agri recedere nequeant. *Originarij* sunt qui nascuntur ex adscriptitijs, censitis, & alijs, exceptis perpetuis; hi enim non generant alios colonos. *Simplices coloni* sunt qui sub certa annua mercede in pecunia numerata, prædia colenda suscipiunt *l. 1. & l. Colonos C. de agric. lib. 15.* Huiusmodi homines liberi sunt, nec perpetuò glebæ adstricti.

Originarij coloni.

Simplices coloni.

1033 Numeratis colonis addimus Partiarios, Dominicos, Palatinos, Palæstinos, Thracenses, Illyricanos, Saltuenses, & Superficiatios. *Partiarij coloni* iuxta Zasium *ad §. item Seruiana Instit. de act.* dicuntur à partiendo, & sunt qui colunt agros, ita vt dent pro pensione partem fructuum non verò pecuniam numeratam: ac proinde subijciuntur communi damno, & commodo.

Partiarij coloni.

Dominici coloni, vt sumitur ex *C. de præd. & omnibus rebus lib. 11.* dicebantur qui colebant agros Imperatoris. *Palatini coloni* afferuntur ab Alex. Scot. v. Colonus, qui citat *l. vnic. C. de colon. Palatin. lib. 11.* sed nec à dicto authore explicantur, nec ego inueni citatam legem. Forte erant Coloni Palatinorum, seu eorum, qui in palatio versabantur. *Palæstini*, de quibus est titulus 50. *Cod. lib. 11.* colunt agros in Palæstina, quæ Asiæ prouincia est, ita vt nequeant ab illis recedere: si autem recedant, datur dominis plena potestas reuocandi.

Dominici coloni. *Palatini coloni.* *Palæstini.*

Thracenses, de quibus est titulus 51. Cod. lib. 11. sunt coloni in Thracia, quæ prouincia Græciæ est, & quamuis sint exempti à tributo capitis, non tamen eximuntur à censu, quem per singulos annos dominis agrorum præstare tenentur. *Illyricani* coloni sunt in prouincia, quæ Illyris appellatur, vulgo Sclauonia: de his est titulus 52. *Cod. lib. 11.* sub quo sunt leges, quæ præcipiunt ne illi à Gleba recedant: quod si recedant, reuocentur, & vinculis custodiantur, punitis ijs qui eos receperint. *Saltuenses* habentur *l. 3. C. qui mili. non poss. & l. 3. §. saltus ff. de acq. possess.* dicuntur Conductores pratorum, coloni verò prædiorum *Superficiarij coloni* sunt qui aream conducunt sub ea conditione, vt sibi liceat in ea ædificare, & domum erigere, quando ipsis libuerit.

Thracenses. *Illyricani.* *Saltuenses.*

1034 *Perpetuarius* dicitur conductor, qui in perpetuum aliquid conduxit *L. vlt. C. de locat. præd. ciuil.* Videntur spectare ad conductores *Bastagiarij* dicti quasi *bestiæ angariæ* eo quod rusticos angariabant, id est angebant, seu cogebant ad quintam bestiam præstandam, vt habetur *l. quod ad præfeus C. de muril. lib. 11.* iuxta Alciat. ibid. erant qui vestes ferebant ad tincturam. *Bastagarij* dicti à *baston* quod Italicè sonat *clitellam* Lusitani dicimus albarda, fuere qui res necessarias portabant ad exercitum: à *bastazo*, porto.

Perpetuarius. *Bastagiarij.* *Angariæ bestiæ.* *Clitellam.* *Bastazo.*

Horrearius aliquando ponitur pro domino horreorum, aliquando pro conductore. *L. Cum in plures §. vlt. ff. locati.* Dicitur etiam ille qui recipit merces in horreis, vt custodiat. *Horreum* enim vocatur non solum repositorium frugum, frumenti, & vini, sed etiam rerum aliarum, quæ adseruari consueuerunt. *L. tabernam ff. de fund. instr.* Hinc *Horrearicæ species*, de quibus *L. vlt. C. de conditis in publ. horr.* illæ sunt res mensura, ponderéue constantes, quæ in horreis seruantur. Ad locatores spectant Nauta, stabularius, Caupo, de quibus *l. 1 ff. naup, sta.*

Horreum. *Horreaticæ species.*

Nauta alio nomine *Nauita* est qui ministrat in naui, vel se in ea ducenda exercet, accipiens mercedem locationis. *Stabularius* dicitur qui mercede in tabernam meritoriam viatores excipit: & *hospes* etiam vocatur. *Caupo* alio nomine *Ganeo*, & alio *Tabernarius*, dicitur propriè, qui vinum vendit: quamuis etiam cibos vendat præstando hospitia. In eo distinguitur caupo a stabulario quod ille solas personas viatorum excipiat: *Stabularius* verò personas simul & equos, vt notat Syluester v. nauta n. 1.

Nauta, & nauita. *Stabularius & caupo.*

1035 Ad locationem, & conductionem spectat *Salarium* dictum quasi *Solarium* à solo: nam redditur, & impenditur pro solo conducto nomine pensionis. Accipitur pro remuneratione, & mercede laboris: Vt salarium aduocatorum *L. salarium ff. mandati* sumitur pro solatio *l. iubemus C. de erog. mili. ann.* Interdum pro expensis *l. si cum dotem ff. solut. matr.* item pro honore ex parte eius cui debetur *l. si remunerandi ff. mandati.* Accipitur *tit. 36. Cod. lib. 10.* apud Toletan. ibid. n. 1. pro stipendio, quod de publico datur. Idem valet *Honorarium* in L. 3. C. de postul quod salarium, vt ait Gloss.

Ganeo. *Tabernarius.* *Salarium.* *Honorariũ.*

Philautropium apud Alex. Scot. v. eod. est id quod salarium *Quæstus* est qui ex opera, solertia, uel diligentia alicuius prouenit. Igitur *quæstus appellatione* non continetur hæreditas, legatum, donatio *l. Coram, & l. quæstus ff. pro soc.* Quid sit *Turpe lucrum* exponit Syluester v. eod. dicens esse quod fit ex aliquo opere diuina, uel humana lege prohibito, quamuis datio, & acceptio non vetetur: quale prouenit ex concubitu meretricio, histrionatu turpi, & torneamento.

Philantropium. *Quæstus appellatio.* *Turpe lucrũ.*

Gunathetici Saltus, vt exponit Alciat. *in l. vlt. C. de præd. tam.* Sunt ij quos homines quasi adscriptitij incolunt, nullam ulterius expectantes mer-

Gunathetici.

mercedem, quam quæ ex ipsis saltibus colligitur. *Redimere* in *l. pleuum* §. *operas ff. de vsu. & hab.* idem valet, atq; conducere, ita tamen vt conducere sit accepto pretio aliquid faciendum suscipere. Hinc *redemptor* l. Cæsar de public. sumitur pro conductore, illo nempe qui certo pretio aliquid faciendum suscipit.

Redimere. *Redemptor.*

1036 *Auersioue locare, aut vendere* vt habetur ex *l. qui officij ff. de cont. emp. & l. 1. §. exercitorem ff. de exercit. act.* est cum periculum locator aut venditor à se auertunt in conductorem, aut emptorem. *Inuecta illata* coniunctim dicuntur ea quæ ab inquilinis in ædes conductas, vt ea secum habeant, importata sunt. *L. 1. ff. de pign. l. 4. ff. de pact.* Apud Alex. Scot. ex tit. *Codic. 41. lib. 12. de metatis, & epidemiticis* est hæc vox *Metata* significans diuersoria, seu hospitia, quæ prouinciales assignare solebant militibus ad bellum tendentibus.

Inuecta illata. *Metata.*

Epidemitici dicuntur qui pro assignandis hospitijs supra milites constituuntur. *Sua domus* intelligitur siue sit propria, siue conducta, siue gratis concessa; siue quis in eam vt hospes recipiatur *Instit. de iniur. §. domus*, & *l. 1 ff. de iniur.* Quid sit in campo, vel domo locata, *labes* exponit Alex. Scot. v. eod. affirmans dici à lapsu, & accipi prohiatu terræ *l. ex conducto §. 1. ff. locatur* iuxta Budæum ibid.

Epidemitici. *Sua domus.* *Labes.*

SECTIO V.

De Fideiussione.

1037 TOto iure ciuili frequens mentio est de fideiussione, & fideiussoribus, de his enim est titulus 41. *Codicis lib. 8. tit. 21. Instit. lib. 3. tit. 7. ff. lib. 27. & tit. 1. l. 48. Fedeiussio* dicitur à fide, & iubeo: vt enim constat ex *l. vbi autem ff. de verb. oblig.* fiebat hac stipulatione. Fide tua id esse iubes, hoc est suscipis, & esse vis, ad quod se Titius mihi adstrinxit Respondebat alter, *Fide iubeo*. Sic igitur definitur à Lessio lib 2. cap. 28. n. 1. est *alienæ obligationis in se susceptio, qua se quis obligat ad eam implendam, si debitor principalis non soluerit.*

Fideiussio.

Iuxta ius ciuile perficitur verbis, & sine forma stipulationis non parit actionem in foro externo, tanquam pactum nudum. Iuxta ius canonicum, & in foro conscientiæ sufficit consensus verbis expressus. Quatuor exigit conditiones, 1. vt sit contractus accessorius supponens alium debitorem, & aliam obligationem principalem vel præsentem, vel futuram. 2. vt fideiussor non possit in plus obligari quàm principalis debitor: potest tamen obligari arctius, vt iuramento, hypotheca, vel *Guarantigio* Idest instrumento publico, quod habet paratam executionem. 3. est vt si principalis obligatio debitoris est inualida, etiã fideiussoria inualida sit: vt siquis fideiussit pro solutione vsurarum. 4. vt fideiussor non possit conueniri, nisi facta excussione principalis debitoris, constiterit ipsum non esse soluendo.

Guarantigium.

1038 *Fideiussor*, vt exponit Azor. to. 3. lib. 11. de fideiuss. cap. 1. est qui pro alio fidem suam obligat, & fide sua, hoc est periculo suo esse iubet id, quod alius creditori debet. Fideiussor latè acceptus sub se continet mandatorem, constitutorem, promissorem, sponsorem, prædem, vadem. Hi tamen differunt inter se: nam *mandator* nunquam sequitur sed semper præcedit obligationem *l. si verò ff. de mand.* est enim ille cuius mandato contrahitur obligatio: vt si mandem Titio vt tibi det mutuos centum nummos.

Fideiussor.

Constitutor non obligatur nisi præcedat obligatio quæ in iuribus data est: nam dicitur qui pro alio se soluturum, vel aliqua facturum promittit: & alterius in se transfert, ac suscipit obligationem. Sic constituere potest quilibet qui pro alio se obligaturum promittit, vel obligat. *Promissor* est qui ex toto in se alienam obligationem transfert. Adpromissor vt habetur *l. quinto §. Satis acceptio ff. de verbor. oblig.* dicitur qui promissioni alterius accedit tanquam fideiussor. *Sponsor* iuxta gloss. in Author. de fideiuss. ille propriè vocatur qui sponte, & à nemine rogatus pro alio se obligat. *Præs* dicitur à præstando, quasi sit locuples, & præstare possit. Est autem sponsor qui se populo obligat, interrogatus à magistratu, an præstare velit ac proinde reipublicæ vel principis sponsor vocatur.

Constitutor. *Promissor, & Adpromissor.* *Sponsor.* *Præs.*

Suppræder dici debent, quos contra plegios vocant. *Vas*, vadis: seu vadis Vadis, dicitur sponsor alterius in re capitali; sicut præs, est Sponsor in lite nummaria: & dicitur Vas à vadere: nam qui vadem dederit ei licet uadere, hoc est interim discedere. *Vadimonium* est sponsio standi in iudicio. *Vadari* est uadimonio obstringere. Propriè autem *Reus vadari* dicitur cum uadimonio obstringitur, præstituta die se in iudicio affuturum. Nam iuxta Budæum ad *L. poster. de origine iuris*, uadimonio illo sunt obstricti, qui ob crimina in iudicium uocati à iudice impetrant, ut aut sua, aut Sponsorum fide dimittantur ea lege, ut in diem certum ad iudicium sistant. *Vadimonium missum facere* est uadimonij obligationem remittere. *Habere vadimonium* cum alio dicitur tam qui uadatus est, quàm qui est obligatus. *Concipere vadimonium* apud Tullium ad Q. fratrem est dictare formulam uadimonij.

Suppræder. *Vas vadis & præs.* *Vadimonium.* *Vadari.* *Vadimonium missum facere.* *Habere vadimonium.*

1039 *Plegiarius*, seu aliter *Plegiarius* in cap. Venientes de iure iur. est idem quod fideiussor. Similiter *Confirmator* l. illud. ff. de euict. pro fideiussore accipitur. *Intercessio mulieris* idest fideiussio *L. quamuis ff. ad velleianum.* Nam aliquando *Intercessor* est idem atq; Sponsor, & mandator. *Auth. de fideiuss. §. 1.* Multiplex est fideiussor: nam alius dicitur *extra iudicialis* cum scilicet quis fidem suam obligat se creditori soluturum, si principalis debitor non soluerit.

Plegiarius. *Intercessio mulieris.*

alius

Inter cessor. Fideiussor multiplex. alius *iudicialis* seu in iudicio, qui iuxta Molinam to.2.disp.539.est duplex, alter qui se obligat non solum sistere Reum, aut debitorem in iudicio, quando opus fuerit, aut fuerit requisitus, sed etiam quod soluatur quod fuerit iudicatum, Castellani dicunt: *Fiador de saniamento*: alter qui non se adstringit vt iudicatum soluat, sed solum quòd Reum sistat in iudicio ad litis exercitationem: & hoc sub tali, vel tali pœna: Castellani dicunt *Fiador de la baz*.

Sub his continentur Fideiussor in rem suam, conditionalis, Assiduus, & Personalis. *Fideiussor in rem suam* dicitur qui fide iubet pro aliqua re in causa, quæ res eius futura est: v.g. dedi procuratorem ad defendendum in causa mea, & fideiussi pro eo quod iudicatum soluetur, tunc ex *L.si defunctus ff.de procur.* appellor Fideiussor in rem meam. *Conditionalis* iuxta Bart.in *l.1. ff. si.certum petatur*, est qui sub conditione promittit, & nomine debitoris continetur. *Assiduus fideiussor* est idem atq; locuples. *Personalis fideiussio*. de qua in *Auth. de exhib. reis §. Saucimus*, est cautio sistendi Reum in iudicio, & ideo dicti, quia est de præsentatione personæ.

Fideiussor in rem suã.

Conditionalis fideiussor. Assiduus fideiussor. Personalis fideiussio. Fideiussor idoneus.

1040 *Fideiussor idoneus* quis sit, & Fideiussoris idonei appellatione quis veniat, exponunt Iasonia *L.2.in priu.ff. qui satisdare cogan.* Tusch. pract. concl. to.3.lit. F.concl.331. & to.7. lit.S. concl.41.n.1. & Surd.decis.295.n.11. asserentes illum esse, qui habet stabilia, vel multa mobilia, quæ æquiualeant valori litis, de qua agitur; & quod sit facilis ad conueniendum. Surd. cit. n.12. Subdit quod debet illa bona possidere in loco iudicij. Farinacius in praxi crimin. q.33.n. 80. quem citat Maur.tract.de Fidess.p.2.sect.2. cap.2. docet non sufficere possidere mobilia: quia cum hæc facilè asportari possint, pro idoneo non habetur.

Astipulator. Indemnitatis fideiussor. *Astipulator* apud Tull. pro Quinto accipitur pro eo qui vadimonij testis adhibetur. *Fideiussor indemnitatis* (teste Lessio lib.2. cap.27. n. 8.) est ille qui spondet pro fideiussoribus prioribus, quando creditor non putat se satis tutum varijs fideiubentibus, eo quòd nesciat, an satis habeant in bonis: & ille non potest conueniri nisi post factam excussionem priorum. *Excussio* est diligens inquisitio, ac detentio rerum, bonorumq; principalis debitoris, facta per iudicem vsq; ad purum. (vt dicunt) idest nouissimũ quadrantem. De hac latè Molin.to.2.disp.545. *Excutere debitorem* est auctionem bonorum eius facere, & experiri, an sit soluendo. *Excutere* enim præter vulgatam significationem accipitur pro scrutari, diligenter inquirere, & exactè expendere. *L.cum proles §.mandat: ff.locati* sumitur interdum pro exigere nomen, & debitorem appellare *L. Lucius, de admin.tuto.*

Excussio.

Excutere debitorem.

Satis dare. 1041 *Satisdare*, & *Satisaccipere* correlatinè opponuntur, & significant, nam *Satisdare* est securitatem per fideiussores dare. *Satisaccipere* est eandem securitatem per eosdem accipere *l.1.ff.quod satisd. cog.* Vnde *Satisdatio* est cautio fideiussoria, vel etiam *iuratoria*, si fideiussorem quis dare non possit. *Satisacceptio* est stipulatio, quæ ita obligat promittentem, vt expromissores quoq; ab eo accipiantur, idest qui idem promittant *l.5.ff. de verb. oblig.* Recipere in se periculum, fideiubere, & nominare, parum refert, vt habetur ex *L.1. init. ff. de magist. conuen.*

Satisdatio.

Satis acceptio. Expromissores.

Quid sit *Cedendarum actionum beneficium* Exponit Alex.x.eod. Est (inquit) per quod postulare possunt fideiussores, & alij qui obligati alioquin nisi cedatur eis, possunt recusare confideiussores, & alios, qui sunt obligati in vna obligatione, sibi cedi in alia contra solutiones. *Inst.de Sadisdat.§.sin autem & L.Stichum §.pen. ff. de solution.* Apud Parl.diff.59. vide discrimen inter fideiussorem, mandatorem, expromissorem, reum debendi, sponsorem, prædem, vadem, obsidem.

Cedendarum actionum beneficium.

SECTIO VI.

De pignore, & hypotheca.

1042 *Pignus* dicitur à pugno, quasi pugno capiatur ea res, quæ pignori datur *L. plebs §. pignus ff.de verb.signi.* Est vox Latina, cui respondet *Hypotheca* vox Græca: vnde dixit Iurisconf. *Lares hypothecariæ §.inter pignus ff.de pignor.* inter pignus, & hypothecam solum differre nominis sonum. Si igitur latè accipiatur pignus, cum hypotheca coincidit, & vtrumq; dupliciter sumi potest, 1. pro re subiecta pignori. 2 pro contractu pignoratitio.

Pignus, & hypotheca.

In prima acceptione sic definitur à Molina to.2. disp. 528. Est res subiecta obligatæue pro debito, vt nisi impleatur, inde satisfiat. In secunda acceptione, sic: Est contractus, quo aliquid creditori in debiti solutionem obligatur, vt inde satisfiat, si aliter non sit satisfactum. Si verò pignus, & hypotheca strictè sumantur, definitionibus traditis aliquid addendum est, nempe definitioni pignoris strictè accepti hæc particula: *Facta traditione creditori, aut alteri loco illius, rei ita obligatæ.* Definitioni hypothecæ strictè acceptæ hæc particula: Non facta traditione rei ita obligatæ.

Nam *hypotheca* propriè fit per rem obligationi subiectam, quamuis non sit creditori tradita possessio: pignus verò fit per rem non solum obligatam, sed & creditori traditam: proindeq; *pignus* consistit in rebus mobilibus, quæ manent penes debitorem. Vide Parlad.diff.58.

Pignus quadruplex.

1043 Pignus est quadruplex, vt tradit Garcia Tolet.ad tit. *ff.de pignor.* nempe conuentionale, Prætorium, Iudiciale, Legale. *Conuentionale* est quod sola conuentione partium nempe inter creditorem, & debitorem statuitur. Ita Zasius ad *Instit.de action.§.item Seruiana.* *Prætorium* est quando à prætore seu prætoris decreto mittitur. Autor in possessionem propter contumaciam Rei in non comparendo ante litem

Pratorium pignus.

litem conteſtatam, vel poſt: nam per talem immiſſionem (vt inquit Molin. diſp. 528. comparat ille ius in rem, & ea res ſubit rationem pignoris prætorij.

Iudiciale pignus. *Iudiciale pignus* eſt quando vnus contendentium, in executionem ſententiæ (ſic loquitur Molin. cit.) prius latæ, aut in executionem obligationis Guarentigiæ, vel alterius, quod ſecum pararam affert executionem, non expectata iudicis ſententia, mittitur in poſſeſſionem, ſeu tenentiam rei alterius, vt inde ſatisfiat. *Legale pignus.* *Legale* eſt quod ab ipſa lege inducitur, & tacitum appellatur: cuiuſmodi ſunt bona debitorum fiſci *l. 1. C. in quibus cauſ.*

Hypotheca multiplex. Diuiditur hypotheca 1. in expreſſam, & tacitam. Expreſſa eſt quæ verbis, aut ſignis alijs explicitis contrahitur, ſiue conuentione partium, ſiue authoritate, & decreto iudicis. *Tacita* eſt quæ cenſetur conſtituta diſpoſitione legis, atque adeo multipliciter, vt videre eſt apud Molin. tom. 2. diſp. 526. & Leſſ. lib. 2. cap. dub. 6. Diuiditur 2. vtraq; tam expreſſa, quam tacita in vniuerſalem, & particularem. *Vniuerſalis* eſt in qua omnia bona præſentia, & futura obligantur: & non impedit quod res liberè vendi poſſit: nam loco illius ſuccedit pretium nempe hypothecatum. *Particularis* eſt quando res certa obligatur, & ſemper afficit rem ad quemcunq; perueniat, donec debitum extinguatur.

Pignus quod vadimonium. 1044 Corporale pignus accipitur pro ſpeciali in *Authen. de non alien.* Quæ verò ſint corporalia, & quæ incorporalia, habetur *L. Seruus §. in corporalis ff. de acquir. rer. dom.* & *Inſtit. de reb. corpor. & incorpor.* Pignus appellatur vadimonium *cap. 1. de pignor.* Et contra vadimonium etiam vocatur pignus *l. vlt. C. de Caſtren. & miniſt. lib. 12.* *Suum pignus. Antichreſis.* Suum pignus ideſt ſibi obligatum *L. Sæpe C. ne rei dominicæ.* Quid ſit *Antichreſis* pen. longa, videre eſt Apud Alciat. lib. 2. diſpunct. cap. 3. Eſt autem pignus quod ad hoc datur creditori, vt inde fructus percipiat, donec as ſuum receperit *L. ſi pecuniam ff. de pign. ac.* Vt ſi tibi vineam impignorem, vt eius fructus colligas, donec tibi centum ſoluerim *Pignora iniuriæ.* *Pignora iniuriæ* appellauit Tullius in Philipp. vitam, & fortunas iniuriæ obnoxias. *Homereuma.* *Homereuma* (vt tenet Ioſephus in Amalthea) eſt pignus quod datur in ſubſidium.

Antiphona. Repreſalia. *Antiphona* Græca vox eſt, quæ Latinè interpretatur vox reciproca, *L. ſi is qui ff. de pignor.* accipitur tamen pro pignore ibid. iuxta gloſſ. *Repreſalia* eſt poteſtas impignorandi contra quemlibet de terra debitoris, data creditori pro iniurijs, & damnis *L. ſi pignorationes ff. de iniurijs, & dam.* *Impignoratio. Marchas.* Molin. to. 1. diſp. 121. docet licitas eſſe Repreſalias, alio nomine *impignorationes*, alio *Marchas* quando aliquis (inquit) aut aliqui de aliena republica damnum intulerūt, & neq; ipſi volunt ſatisfacere, neq; princeps, ſupremiue moderatores Reipublicæ admoniti cogunt illos ſatisfacere: nam eo ipſo Reſpublica in ſuo principe, aut moderatoribus culpam contrahit, ſiſq; proinde eſt principi, cui ſubditus eſt is, qui iniuriam eſt paſſus, concedere illi, aut alijs ſuis ſubditis, vt faciant repreſalias in bonis ſubditorum alterius reipublicæ vſq; ad debitam compenſationem, eſto illi, quorum bona occupantur, in culpa non fuerint.

1045 Quod attinet ad modos loquendi: *Repreſalijs capere.* *Repreſalijs capere* eſt aliquem ob alterius delictū damno grauare. *Repignorare.* *Repignorare* apud Vlpian. *l. ſi vt certo loco §. nunc videndum ff. commodati*, eſt pignus recipere ſoluto pretio. *Luere pignus.* *Luere pignus* eſt idem quod liberare, ſeu repignorare *Iuſt. de leg. §. ſed etſi rem.* Vnde *Luitio pignoris.* *Luitio pignoris* tit. 31. Codicis lib. 8. eſt idem atq; pignoris liberatio. *Abſoluere pignus.* *Abſoluere pignus* apud Paulum lib. ſent. 2. c. 5. eſt idem atq; luere, ſeu liberare. *Diſtrahere pignus.* *Diſtrahere pignus*, vt habetur tit. 21. *C. de capiendis, & diſtrahendis pign. lib. 10.* & explicat ibid. Garcia Tolet. eſt pignus publicè vendere, ſeu auctioni exponere, vt ex pretio ſatisfiat creditori: *Diſtractio pignoris.* Vnde *diſtractio pignoris* eſt huiuſmodi venditio. *Diſtrahere lites, ſeu controuerſias* eſt componere, dirimere. *Cedere pignora.* *Cædere pignora* apud M. Tull. in proœm. lib. 3. de orat. ſumitur pro vendere, ſeu auctione diſtrahere.

Pignerare. *Pignerare*, ſeu *pignorare* vulgo dicimus *Pe-nhorar* ſcilicet per excutionem capere in pignus. *Pignerare* etiam eſt rem aliquam pro debito obligare creditori, vt ſecurior ſit de ſolutione debiti: ſeu eſt facere contractum pigneratitium. *Pigneratitia res.* *Pigneratitia res* dicitur quæ pignore data eſt. *Pigneratitius vir.* *Pignoratitius vir*, eſt cui pignus capere licet. *Pignerator.* *Pignerator* eſt qui pignus accipit. *Nexa res.* *Nexa res*, & *nexa pignori*, vt ſumitur ex *l. 2. & 7. C. de diſt. pig.* & *l. 1. §. ſiquis ff. de ne vis fiat*, dicitur quæ pignoris nomine obligata eſt. *Supponere. Suppoſitū.* *Supponere* eſt pignore obligare: & *ſuppoſitum* eſt pignore obligatum, vt habetur *Auth, vt immobilia ante nuptiales donationes §. 1.*

Dare. 1046 *Dare* prout habetur *l. fin. C. de pign.* idem ſignificat, atq; pignori obligare *Redimere pignus* eſt oblato pretio recuperare, liberare: Sicut redimere hæreditatem eſt venditam hæreditatem iterum recipere: & *redimere maieſtatem* vel ius ſuum, eſt conſeruare. *Recolligere* vt habetur *Cap. ſignificare de pign.* eſt *redimere*.

Durare vincula pignoris lege 2. *C. de luition. pig.* eſt permanere perſeuerare. *Pignus committi* idem valet atq; pignus amitti per commiſſum aliquod: ſeu pignus deuenire ad eum ſtatum, vt debitor dominium pignoris amittat v. g. Mutuauit Titius pecuniam Sempronio ſub pignoris conditione, vt niſi præfixo die pignus lueret, vel redimeret, debitum ſoluendo, pignus committeretur, id eſt amitteretur.

SECTIO VII.

De censibus, & reditibus.

Census.

1047 Census dicitur à censendo, hoc est æstimando, atq; adeo in proprietate Latini sermonis idem valet atq; æstimatio bonorum cuiusq; quæ olim fiebat, vt pro æstimatis facultatibus vnusquisq; tributum sol-ueret *l. 2. & 3. C. de Censibus lib. 11.* & videre est apud Molin. to. 2. disp. 381. Azorium to. 3. lib. 10. c. 1. & Lessium lib. 2. c. 22. dub. 1. ex quo multipliciter census accipitur 1. pro ipsis bonis, & fortunis *l. cogi 16. ff. ad trebell.* Vnde illud Ouidij 1. Fastor. *Dat census honores*; 2. pro ipso tributo siue per capita, siue per fortunas æstimatas imposito *L. 2. C. sine censu.*

Censualis forma. Professio censualis. Tabulæ censuales. Reditus annuus.

Hinc *Censualis forma* apud Vlpian. l. 4. & passim *ff. censibus.* Censualis professio *l. 7. C. de donat.* Censuales tabulæ, ac libri *l. 4. de agricol.* & censuale officium *L. 18. C. de testib.* 3. pro omni eo quod annuatim præstatur alicui etiam non principi, in recognitionem subiectionis, fundationis, aut alterius iustæ causæ. Sic accipiunt canonistæ, & appellant *Reditum annuum* siue fructuarius sit, siue pecuniarius. 4. magis strictè ac propriè, non pro eo corporali quod annuatim præstatur, sed pro spirituali, seu incorporeo, nempe pro iure quodam in re alterius, vt ex ea quotannis soluatur; in qua acceptione definiri solet: Census est ius percipiendi annuam pensionem ex re, vel persona alterius.

Dicitur (ius) vt denotetur esse quid permanens, & incorruptum, quale non est pensio soluendo: tali autem iuri respondet in altero obligatio soluendi. Qui igitur vendit censum, non vendit pecuniam, vel fructus annuos, sed vendit ius ad illam, vel illos exigendum. Particula (ex re, vel persona alterius) denotat censum posse esse tam realem, quam personalem, dummodo res vel persona aliena sit.

Reseruatiuus census.

1048 Census prout à nobis in genere definitus, diuiditur in *Reseruatiuum & consignatiuum. Reseruatiuus* datur quando quis transfert rem suam in alterum quoad dominium directum, & vtile, siue per commutationem, siue per donationem, vel aliter, siue per venditionem, siue per donationem, vel aliter, reseruando sibi pensionem annuam super eadem re. Vnde distinguitur ab Emphyteusi 1. quia in hac non transfertur nisi dominium vtile, in illo vtrunque scilicet directum, & vtile. 2. quia in emphyteusi si non soluatur pensio intra biennium, dum est Ecclesiæ, vel intra triennium, dum est sæcularis, dominium vtile cadit in commissum, & ipso iure consolidatur cum dominio directo 3. quia emphyteuta non potest rem vendere, domino directo irrequisito: aliàs cadit in commissum: tenetur deinde illi soluere laudemium: ad neutrum debitor census tenetur. *Consignatiuus* datur quando quis super bonis suis, quorum dominium directum, & vtile habet, vel etiam super persona sua, alteri ius pensionis annuæ consignat. Hic diuiditur 1. ratione materiæ in realem, personalem, & mixtum. *Realis* fundatur in re, quam obligatio ita perpetuo comitatur, & immediatè afficit, vt etiam redundet in personam. *Personalis* est qui cadit immediatè super personam, quæ obligatur ad pensionem. Nec illi obstat, si superueniat alter contractus hypothecæ. Mixtus est qui constituitur immediatè super rem, & super personam, ita vt si res pereat, maneat obligata persona.

Consignatiuus census. Realis census.

1049 Diuiditur 2. ratione pensionis in *fructuarium* ex quo scilicet debentur fructus, & *pecuniarium*, ex quo debetur pecunia. Diuiditur 3. ratione temporis in perpetuum, & temporalem: ille in redimibilem, & irredimibilem: temporalis in eum qui fit ad certum tempus v. g. 10. annorum, & in eum qui fit ad tempus incertum, v. g. ad vitam vnius vel duorum, & dicitur *Vitalitius*, Lusitanè *Tença*. Diuiditur 4. in censum certum, & incertum: *certus* est, cum determinata pecuniæ summa vel fructuum mensura constituitur in pensionem *Incertus* cum indeterminata, v. g. tertia, vel quinta pars fructuum constituitur soluenda, hic autem modus non est licitus nisi in sensu reseruatiuo. Hæc ex Lessio citato dubio 2.

Fructuarius census. Pecuniarius census. Vitalitius census.

Sub prædictis continentur Affictus, Fictus, Albergaria, & census ignorantiæ. *Affictus* alio nomine *Fictus* habetur *Cap. Pisanis de restit. spol.* & vt videre est apud Bald. in *tit. de pace Constan.* & *Cap. ad audientiam de præscript.* & specul. de loca. & conduc. §. sequitur, in princ. vulgaris vox est Lombardorum, & significat censum, qui soluitur ratione prædiorum conductorum. Vnde *Affictare* est locare ad fictum, & ad firmum.

Affictus. Affictare.

Albergariæ vt habetur *Ad audientiam de rescript.* sunt procurationes, quas certæ villæ debent dominis suis ad eas venientibus: Seu iuxta glossam *ad Cap. præterea de iure patron.* Sunt census qui debentur pro comestionibus, *Census ignorantiæ* est ille cuius causa ignoratur: de quo Syluester v. gabella 2. num. 15. Vbi quærenti an solui debeat? Respondet negatiuè *Censualis contractus* est ille, ex quo nascitur census. *Censuarius* est ille qui censum soluit.

Albergaria Census ignorantiæ.

Reditus.

1050 *Reditus* potiùs quam *Redditus*, quia non à reddendo, sed à redeundo appellatur, quasi singulis annis redeat: Est omnis prouentus qui ex rebus immobilibus percipitur. Videtur nomen magis generale quã fructus. Nã iuxta Glos. v. reditus *c. generali 13. de elect. in 6.* quamuis omnis fructus cõsistat in reditu, non è conuerso omnis reditus consistit in fructu,

fructu, atq; adeo includit omnes prouentus iuxta Gaspar Baeza de inope debitore *cap.23. num.2.* quem refert Gonzal.ad reg.8. Cancell. §.7. proœm.n.194 & Surd.conf.262.n.1.

Regulariter dicuntur reditus qui ex rebus immobilibus percipiuntur, teste Federico de Senis conf.12 quem citat.Tusch. tom.6. lit. R. conc.66.n.1.imò ipsi reditus inter immobilia computantur. *L. Iubemus nulli §. 1. C. de sacrosf. Eccles. & Autheu. vt hi oblig. se habet. §. licebit autem.* Quamuis Spiegel v. eod.ex c.querelam de elect. ita distinguat, vt reditus annui, si perpetuo debeantur immobilibus æquiparentur: Si verò breui tempore sint duraturi, mobilibus.

Redituum appellatione. *Redituum appellatione* veniunt omnes species fructuum, vt tenet Menoch.de arbit. casu 66.n.10.& Rebuff.in concord.tit.de Collation. §.volumus lit. P. pag.659. siue sint maturi, siue immaturi. Mastril.Sicilia decif.58. à n.8. venit etiam præstatio annua iuxta Tusch.to.6. lit. R. concl 66.n.2. Vbi n.3.limitat in legato annuo, quod relinquitur conuentui,vel fratri ad tempus, v.g. intuitu eleemosynæ: non enim est reditus: Sicut nec iura, nec actiones nomine redituum continentur iuxta eundem citat. n.4.

1051 *Prouentus* deriuatur à *proueniendo* quasi porro veniendo, scilicet crescendo, fructificando: estq; reditus tam bonatum, quàm malarum rerum, vide *L. vsufructu legato §.1 ff. de vsufr.* Vnde nomen hoc complectitur omnes fructus naturales, industriales, & artificiales, quales sunt pensiones, vt tenet Gonzal. ad reg.8. concl.§.7.proœm.num.197. imò extenditur plusquam ad fructus iuxta Monet.de destrib.p.1.q.7.n.7. *Prouentus.*

Prouentuū appellatio. *Prouentuum appellatione* continentur omnia, quæ ex facto hominis proueniunt quales sunt oblationes, funeralia, vel quæ ex sigillo, aut alio emolumento beneficij, aut reditu magno, vel paruo. Ita Guterr. conf.8. num.3. ante fin. & Pute. decif. 478. lib.2. in correct.at non continentur distributiones quotidianæ, ex Cap. licèt de præben.apud Monet.cit.q.7.n 7. Introitus appellatione comprehenduntur reditus, prouentus, & obuentiones, quasi sint synonyma iuxta Glos. ad L. Thaif. §. libertatem ff. de fidei com.Hippol. Riminal.conf.19. num. 8. & Surd. conf. 319. num.9. qui nu.n. 12. obseruat verbum *reditus* plus importare. Ad reditus spectat annona, quæ iuxta Spiegel v. eod. sumitur pro pane, sicut panis pro annona: præsertim apud Imperatores qui non tam emunctæ naris sunt, vt Iurisconsulti.

Annonæ ciuiles. Panes ciuiles. *Annonæ ciuiles*, de quibus Iustin. in *Authen. de non alien. §. hæc ergo*, quas idem Imperator *L.vlt.C.de iure dot.*& in *l.hac edictali §.his illud c. de secun. nupt.* appellat. *Panes ciuiles* iuxta glos. ibidem fuere annui reditus, quos fiscus impendebat: dabantur enim annuatim de publico. Alex.Scot.v.eod.citato *sit C.de ann.& tribut.lib.11.* dicit annonas ciuiles esse quæ publicè dabantur iudicantibus, ciuitatibus vel omnibus tempore necessitatis, per singulos dies.

Ad plurimos ex contractibus hactenus explicatis spectant hæc verba *Ampliare*, & *Augere*, quæ licèt videantur coincidere. differunt tamen, quia *Augere* pertinet ad quantitatem, *Ampliare* verò ad pretium, quod fit diligenti rerum cultura *l.non intelligitur §.Diui ff. de iure fisci*, & *L. iubemus C. de sanct. Eccles.* *Augere, & ampliare.*

SECTIO VIII.

De cambijs.

1052 *Cambium* vox barbara est,& eadem, quæ apud Græcos *Collybus*, apud alios *Lagium*: deducitur à verbo *Cambire*, quod significat permutare. Vnde *Cambium* absolutè permutatio est: ex vulgato tamen vsu accipitur solum pro permutatione numismatum, & sic iuxta Lessium lib.2.cap.23. d.1. & Azor. to.3.lib.10.de Camb. c.1 definitur hoc modo. Cambium est permutatio pecuniæ pro pecunia. Permutatio habet locum generis, & est quid indifferens ad cambium, & permutationem rerum: Vnde per hanc particulam excluditur mutuum: hoc enim non est permutatio: Cum non sit vltro citroq; traditio. Mutuum enim perficitur traditione solius rei, & non includit redditionem æquiualentis, sed solum vt post temporis interuallum reddatur æquiualens eiusdem speciei: permutatio verò non censetur perfecta, nisi detur vtrinq; traditio. Si verò permutetur res præsens cum absente, vel existens cum futura,solum dabitur inchoata permutatio. De hac supra n.1016. *Permutationis appellatione* non venit vniuersalis, & generica, sed propria, ac specifica, vt ex Castrenf.conf.160.n.2.lib.1.refert Tulch.to.8.lit. 8.conc.101. *Cambium. Collybus. Lagium.*

1053 Cambium absolutè diuiditur in reale, & siccum. *Siccum* appellatur sic quia caret humore, seu iusto titulo ad lucrum producendum: est enim Cambium nomine tenus, & re vera mutuum vsurarium vtpote ex quo accipiatur aliquid vltra sortem. Nam datur pecunia, vt accipiatur lucrum ob dilationem temporis,expectatamue solutionem, vel quia fingitur solutio alibi facienda. *Siccum cambium.*

Reale est permutatio legitima pecuniarum, ex qua iustum lucrum accipitur. Hoc rursus partitur in minutum, & locale. *Minutum* quod alio nomine appellatur *Manuale* quasi de manu ad manum in eodem loco fiat, est permutatio numismatum diuersæ speciei, & rationis,vt aureorum cum argenteis, arrosorum cum integris, patriorum cum externis, veterum cum nouis, prohibitorum cum legitimis. *Locale* quod etiam dicitur *Cambium per literas*, & à nonnullis *Cambium ad nundinas*, est per- *Reale. cambium. Minutum cambium. Manuale cambium. Locale cambium. Cambium per literas. Cambium ad nūdinas.*

permutatio pecuniæ præsentis cum absente.

Præterea Medina q. 2 de Cambijs diuidit Cambium in purum, & impurum: *purum* vocat simplex, in quo non admiscetur alius contractus: impurum dicit mixtum, in quo nempe alius contractus v. g. mutui, aut locati admiscetur. Sot. 6. de iust. q. 8. a. 2. iustum cambium vocat purum, iniustum impurum.

Purum cambium.

Recambiũ. *Recambium* est cambium cambij, scilicet cambium constitutum in lucro, seu pretio cambij prioris. Sumitur ex Lessio lib. 2. c. 23. num. 82. Vbi sic: Campsor (inquit) non potest pasciscí cum Campsario, vt si elapso termino non soluerit, teneatur eandem summam accipere ad recambium: nisi certo constet tantum lucri illum ex illa mora amissurum, quantum ex recambio perciperet. Idem à n. 47. exponit praxim cambiorum, vbi aliter explicatur Recambium, & Recambire.

Campsor. 1054 Hæ voces *Campsor*, & *Campsarius* exponuntur à Molin. tom. 2. disp. 398. Vt *Campsor* propriè dicatur qui publicum cambiendi munus exercet, vulgo *Bamqueyro*. is nempe à quo

Cãpsarius. cambium petitur, quiq; ad alterius petitionem suam operam, ac industriam apponit. *Campsarius* verò is qui cambium petit: sicut dicitur legatarius qui legatum accipit, donatarius qui donumm, ut uatarius, qui mutuum. *Collectarij* in *l. quisquis C. si cert. petat.* iuxta Alciat. lib. 4. dispunc. c. 22 appellantur campsores.

Pro *campsore* vsurpantur *Collybista*, *Trapezita*, Mensarius, Nummularius, & Argentarius. *Collybista* dicitur à Collybo, seu Cãbio obeundo. *Trapezita* dicitur à Trapeza, quæ Græcis mensa est, sicut *mensarius* à mensa, & *Bancarius* à banco. Inter nummularium, & argentarium est discrimen teste Garcia Toletan. ad tit. 17 C. lib. 11. Nam *Argentarius* qui alio nomine Argentariæ mensæ exercitor dicitur, est qui pecunias publicas exigit, aut pecunias sub fide publica permutat. *Nummularius* inferioris conditionis est quàm Argentarius: quamuis enim pecuniam tractet permutando, & fœnori dando, at non publica authoritate: ideoque eiusdem rationes non faciunt tantam fidem: edendæ tamen ad postulatum illius cuius causa scriptæ fuerunt *L. quædam ff. de edendo.*

Collybista col. ybum. Trapezita. Mensarius. Bancarius. Argẽtarius.

Nummularius.

Prouisiones. Quæ sint in Campsoria arte *Prouisiones* exponit Lessius lib. 2. c. 23. n. 73. affirmans prouisionum nomen significari mercedem, & lucrum, quod Campsores detrahunt pecuniæ numerandæ, ratione operæ, quam præstant scribendo, numerando pecuniam, soluendo pro alio, literas mittendo, pecuniam depositam custodiendo, pro alio se obligando, alterius negotia expediendo. *Traiectitia pecunia* dicitur à traijciendo, hoc est transeundo mare: est enim illa quæ locatur vel permittitur alicui per mare de portanda, seu transuehenda. *L. traiectitia ff. de action. & oblig.* Venit etiam nomine traiectitiæ ea quæ permutatur.

Traiectitia pecunia.

SECTIO IX.

De societatis contractu, & reliquis.

1055 Societas iuris ciuilis est, si non inuentione, saltem approbatione: quid- *Societas.* quid refragetur Bart. in *l. si is qui; de vsucap.* Sic definitur à Molina tom. 2. disp. 411. Est contractus, seu conuentio duorum, aut plurium, contribuendi ad commune lucrum, vel ad vsum Iuxta Gomezium to. 2. c. 5. n. 1. perficitur solo consensu exteriùs manifestato, absq; vlla alia iuris solemnitate: neq; enim collatio bonorum, vel operarum in commune, contractus huiusmodi est, sed eiusdem effectus. Postulat quatuor, primum, vt singuli *Socij*, nempe qui *Socij.* societatem ineunt, aliquid in commune conferant, siue pecuniam, siue operam, & industriam, siue instrumenta, vt nauem, & equos, siue alia bona, prout conuentum fuerit: aliter titulo carent. Secundum, vt id quod à singulis socijs collatum fuerit, eo animo vt sit commune, statim cedat in dominium singulorum, ita vt singuli efficiantur domini totius sortis partialiter. Idem procedit de ijs quæ socius nomine communi comparat: non autem quæ nomine proprio.

Dixi (eo animo vt sit commune) quia aliter non cedet in dominium sociorum: Vt constat quando non fit communio in Capitali, sed solum in lucro: v. g. si alter pecuniam, & alter industriam conferat. 3. vt lucrum, & damnum sit commune. 4. vt fiat diuisio lucri secundùm proportionem sortis à singulis collatæ. Posteriora duo procedunt, nisi aliter expressè conuentum fuerit, & onus quod alteri parti imponitur, iuste compensetur.

1056 Societatis multiplicitas optimè de- *Societas multiplex.* sumitur ex varijs modis, quibus initur. 1. ex parte finis aliquãdo enim contrahitur ad vsum tantum, vt quando libri, vel alia supellex vel pecunia ad vsum, communem victum conferuntur: aliquando ad lucrum tantum vt in negotiatione: aliquando ad vtrunq; vt in matrimonio, vbi vir, & vxor bona conferunt ad vsum simul, & lucrum. 2. ex parte materiæ: vel enim initur societas omnium bonorum per contractum medietatis, v. g. in matrimo- *Cænopraxia.* nio, quam Græci uocant *Cænopraxian*. Instit. de Societ. init. uel initur societas lucrorum tantum: Vt quando bona hæredum manent indiuisa: vel contrahitur societas certæ alicuius partis bonorum, aut certæ negotiationis: vel deniq; ita contrahitur, ut alter conferat pecuniam, alter industriam, aut partim pecuniam, partim industriam.

3. Ex parte temporis: alia enim contrahitur ad vitam, alia ad certum tempus, alia usq; ad finem certi negotij. Hæc ex Lessio lib. 2. c. 25. num. 5. Vbi ex *l. adeo*, & *L. verum §. hæredem ff. pro socio*, affirmat hunc cõtractum non transire

ad

ad hæredes etiam si expresſè conuentum ſit, vt hæres in ſocietatem ſuccedat: ſecus ſi contrahentes iuramento promiſerunt ſe eundem continuaturos cum hærede. *Cætus* conuentus eſt à coeundo dictus. *Coire* ſumitur tam in bonam partem, vt coire ſocietatem: quam in malam vt coire pro conſpirare *l. 2. de concuſſ.*

Cætus. Coire.

1057 Cum ſocietate habent aliquam connexionem ſodalitas, contubernium, conuenticulum, conſpiratio. *Sodalitas*, quam Græci *Phratrian* vocant, eſt communio, ſeu conuictus ſodalium, præcipuè ad epulandum: quæ ferme inhoneſta cenſetur apud Ariſt. in Polit. & Gellium lib. 19. ſodales enim dicuntur conuiuiorũ participes: item *l. vlt. ff. de colleg. illicit.* qui ſunt eiuſdem collegij. Inter commitem, & ſocium eſt diſcrimen, quod *comes* refeſatur plerumq; ad maiorem, quem ſequitur, *Socius* ad æqualem: item differentia eſt inter Socium, & ſodalem: nam *Socius* verſatur frequenter in negotijs, ſerijſq; rebus fortunæ arbitrio ſubiectis: *Sodalis* verò in leuioribus, ac ſæpe voluptuoſis. *Contubernium* ſumitur pro conuictu, & ſodalitate: Eſt tamen cætus decem militum ſub vno papilione: & apud Legiſtas *l. liberorum de verb. ſign.* appellatur in ſeruis, quod in Quiritibus matrimonium eſt.

Sodalitas. Phratria. Comes & Socius. Socius, & ſodalis. Contubernium.

Contubernales in re militari *l. rem §. 1. ff. commodati*, dicuntur qui iiſdem tentorijs militant: item *L. quæſitum ff. de fund. inſtruct.* accipiuntur pro ſeruorum coniugibus. *Conuenticulum* quamuis aliquando ſumatur in bonam partem, apud Tull. pro Seſtio: tamen frequentiùs in malam accipitur, præſertim à Iuriſperitis, ſcilicet pro conuentu ſeditioſorum, & ſceleratorum.

Contubernales. Conuenticulum.

Conſpiratio quandoq; licita eſt, vt ſi Canonici conſpirent de non eligendo indignum, vel de non obediendo prælato ex communicato: tamen in dubio præſumitur illicita 2. q. 3. *cap. coniurationem*. Dicitur enim à ſpirando, ſeu flando in vnum, ſpiritu ſuperbiæ, & elationis, & eſt propriè quædam fraudulenta confœderatio facta in præiudicium alicuius perſonę vel dignitatis. *Partiarius* quaſi dominus eſt *L. ſi apes §. fin. de frut. & L. ſi merces §. vis maior ff. locati*.

Conſpiratio. Partiarius.

1058 *Mandatum* dicitur quaſi manu datum: ſolebant enim veteres in mandatis dandis ſibi inuicem manus dare. A Molina tom. 2. diſp. 548. & Azorio tom. 3. lib. 9. de mandato cap. 1. ſic definitur. Eſt contractus, quo quis officium honeſtum, & lege permiſſum gratuitò exequendum ſuſcipit, expreſsè vel tacitè. Dicitur (officium honeſtum) quia iuxta *Inſtit. de mandato §. Illud quoque* mandatum de re mala nec dari, nec accipi poteſt: nec ſi detur, obligat accipientem. Additur (lege permiſſum) quia corruit, ſi opponatur legi naturali, vel poſitiuæ.

Mandatum.

Particula (gratuitò exequendum) denotat hunc contractum ex amicitia origenem trahere: ſi autem negotium gerendum pacta mercede quis ſuſcipiat, erit locatio operarum, non mandatum. Per particulas (expreſsè, vel tacitè) innuitur mandatum dupliciter contrahi, nempe expreſsè, vt ſi tibi mandauero, vt mihi librum emas: & tacitè vt ſi ſciens & tacens patiar, vt meum negotium geras. Ex quo patet 1. diuiſio mandati in tacitum, & expreſſum 2. diuiſio fit in mandatum voluntatis, & neceſſitatis: voluntatis dicitur illud quod pendet à voluntate mandatoris, neceſſitis eſt quod lege conſtituitur: quale habent tutor, curator, procurator, ſyndicus.

Mandatum multiplex.

3. Diuiſio fit in mandatum generale, & ſpeciale. *Generale* eſt cum quis mandat alicui, vt ſua omnia negotia gerat, vel ſua omnia bona adminiſtret, & curet. *Speciale* eſt cum datur alicui mandatum ad certam litem, vel negotium 4. diuiſio eſt in mandatum purum hoc eſt abſolutum, & in conditionale, quod nempe pro non dato habetur, ſi conditio non impleatur 5. diuiſio fit in mandatum in *diem*: Vt ſi tibi mandem quod ſatiſfacias creditori meo ad diem Paſchatis: & *ad diem*, vt ſi tibi mandem vt pro me fideiubeas vſq; ad certum diem 6. diuiſio eſt in mandatum quod vel fit in commodum ſolius mandantis, vel ſolius mandatarij, vel vtriuſq; vel alterius tertij.

Generale mandatum. Speciale mandatum.

1059 *Mandare* quatenus procedit à ſuperiore, accipitur pro præcipere, & importat coactionem, vt docet Seraphin. deciſ. 1212. n. 3. abſolutè tamen ſumitur pro committere, vt notat Hieron. Fern. de Oteto in repet. c. gratũ de offic. de leg. n. 44. & interdum pro delegare *L. 1 §. damus ff. de ſuſpect. tutor.* in præſenti idem valet atq; mandatum dare. *Commandare* etiam mandatum inducit, vt ex *L. ſi non remunerandi §. cum quidam ff. mandati* notat Nicolaus Martin. de contract. tit. mandati c. de ſubſtit. mand. num. 9.

Mandare. Cõmandare

Mandator, *& mandans* eſt ille qui mandat, ſeu mandatum tradit. *Mandatarius* eſt qui mandatum acceptat, & ſuſcipit. Inter mandatarium, Procuratorem, & negotiorum geſtorem eſt diſcrimen: quamuis enim Mandatarius, & Procurator in eo conueniant, quòd vterq; aliena negotia mandato ſibi à domino facto gerenda gratuitè ſuſcipiat *L. 3. §. negotia ff. de negot. geſt.* tamen iuxta Molin. tom. 2. diſp. 551. Procurator eſt veluti pars ſubiecta mandatario, vtpote latius patenti. *Procurator* enim preſsè, ac propriè dicitur qui inſtrumentum à mandante accipit ad aliquid, loco, & nomine ipſius in iudicio, aut extra iudicium agendum.

Mandator. Mandans. Procurator.

Negotiorum geſtor iuxta Molin. diſp. 553. eſt ille qui negotium alterius abſq; mãdato ipſius tam formali, quam virtuali vtiliter agit. Nam exigente id natura rei, & cõmuni bono, ne res abſentium, & minorum perirẽt, decretũ eſt, vt vtrinq; naſceretur obligatio, nẽpe ex parte ge-

Negotiorũ geſtor.

storis, & illius, cuius negotium ageretur. *Clarius* apud Alberic. v.eod. pro actore, seu Castaldo, & citat. *l. quæstium ff. de fund.instr.* § *si aliquem:* at non inueni.

Nuncius. *Nuncius* est qui vicem gerit epistolæ,& censetur quasi organum, & vox domini mittentis *Nuncius communis*, vt habetur ex L. quasi organum 2 C. de sportul. & Auth. de iudic.§ de

Nunciator. vnoquoque est viator, seu præco. *Nunciator* de quo est tit.64. Cod. lib.12. dicitur Nuncius qui specialiter certi negotij causa ad aliquem absentem destinatur, absentibusque ministerium præbet, vulgo *Mensageyro L. 2. ff. de pact.*

Procuratoris appellatio. 1060 *Procuratoris appellatione* apud Bald. cons.353. Non procurator n.2. ver. Porro nomen lib.5.quem refert.Tusch.to.6.lit.P.concl. 809.n.6.] Venit quilibet mandatarius,siue nuncius. Item qui omni meliori modo vt procurator egit,censetur egisse latissimè,vt alterius minister,& nuncius. Procuratoris appellatione,præsertim in materia statuti non venit procurator in rem suam, vt notat idem Tusch. ad lit.P.concl.809. n.6. ille enim propriè in rebus

Cautum pro mandato. alienis datur. *Cautum* idest mandatum *l.prælatus ff. de procur.* similiter *cautum* idest expressum

Nomen pro mandato. *L. 1. ff. de condit. ex lege.* Item *Nomen* pro mandato *cap. innotuit de elect.* Vbi nomine capituli pro mandato. Quomodo Ratihabitio æquiparetur mandato, exponit Sanch. l.7. matr. d. 78. num.6. Quid importet vox *Libera* in mandato, latè tradit Alex.Scot.v.eod.vt intelligas

Libera. Procuratorium mandatum. discrimen inter Procuratorium,& Mandatum, vide Gloss. 1.de offic. de leg. c.coram, & cum dilectus, de relig. dom. Illud moneo *Procuratorium mandatum* debere fieri legaliter, ac proinde exigere quatuor 1. vt dirigatur aduersario, cui etiam mandati reuocatio insinuanda est, vel saltem iudici 2. vt contineat nomina instituentis & instituti 3. nomen iudicis,coram quo procurator debet expetiri 4. vt contineat causam agendam.

Assecuratio 1061 In explicando contractu *Assecurationis* qui nomen habet ex eo quòd reddat rem securam illi in cuius gratiam initur,parum dissident Molina to.2.disd.507.Lessius lib.2.c.28. dub.4.& Azor.to.3.lib.11.de eod.cap.1.

Nam apud Molin. sic definitur: Est contractus quo suscipitur periculum rei alicuius pro pretio, aut interesse alio.

Apud Lessium dicitur periculi alieni præstatio, & definitur: Est eontractus quo quis alienæ rei periculum in se suscipit: obligando se vel gratis, vel certo pretio ad eam compensandam, si perierit. Apud Azorium Assecuratio est cum quis alteri rem eius in tuto futuram esse eerto sibi pretio assignato promittit v.g.Caius pro pretio statuto se obligat Sempronio, vt ipsius Sempronij nauis in Indiam salua perueniat.

Securus. *Securus* est ille, qui nihil timet *l. si mandato ff. mandati* item cui non imminet periculum *l. 1. ff.de ven.in poss. mitt.* apud Alciat. *L. habere* §. *Cautum ff. de verb. sign.* dicitur ille cui vel pignore, vel fideiussione cautum est. Sumitur etiam in malam partem. *L. plurimum de iur. & fac. ignor.* pro socordi, & supino. *Securitatiue L. 1. C. de Crimine Stellion.* pro securè, & optimè. *Securitatiue.*

Securitas pro instrumento *l.2.C.de defenso lib. 10.* Item pro satisdatione *l. 1. ff. qui satisd.cog.* Deniq; pro saluo conductu. Vide Bart. in appar. l.1.ad leg. Iul. maiest. *Securitatis appellatione* quæ contineantur, tradunt Steph.Gratian. discept. foren. tom.1. cap.54. n.12. Surd. decis.320.num. 10.& Tusch.lit.S.tom.7. conc. 95. *Saluagardia* de qua Guido Papa quæst. 42. fol. 235. ver. Est securitas, quam præstat alicui Princeps ne ab inimicis lædatur; Vulgo dicimus *Seguro real.* *Securitas. Securitatis appellatio.*

1062 *Guarentigius contractus* dicitur qui secum habet paratam executionem, & iuxta Molin. tom. 1. disp.71. init. datur quando vltra actionem personalem instrumento publico conceditur ius exequendi, nulla expectata iudicis sententia. *Nouatio*, de qua Molin. to. 2. 559. dicitur à verbo *Nouare* id est de nouo facere: & à noua obligatione, quæ prioris loco succedit: *L. 1. ff. de nouat.* sic definitur ab Vlpian. Est prioris debiti, seu obligationis in aliam obligationem vel ciuilem, vel naturalem transfusio atq; translatio, ita vt prior perimatur. v.g. debebat Caius Sempronio decem aureos sub conditione, si nauis ex India veniret: placuit inter ipsos nouarè obligationem, vt purè ac sine conditione Caius deberet. *Guarentigius contractus. Nouatio. Nouare.*

Delegatio est mutatio vnius debitoris in alium, ex consensu creditoris, siue talis debitor, aut Reus subrogatus sit prioris debitoris debitor, siue non. Nam *Delegare* apud Vlpian. *L. delegare ff. de nouat.* est vice sua alium dare reum creditori, vel creditor iusserit. Vnde patet discrimen inter Nouationem, & delegationem: *Delegatio* est, cum mutatur persona: *Nouatio*, cum vel conditio, vel dies, vel fideiussor innouatur. *Delegatio. Nouatio,& delegatio.*

1063 *Fiducia*, seu *Fiduciarius contractus* est qui non iure nititur, sed fiducia contrahentis: Vt si fidem sequaris illius qui tibi obligari non potest. Igitur *Fiducia* contrahitur, si ita te hæredem instituam, vt nutrias filiam,aut amicum;item si tibi conferam præbendam,vt eam alteri resignes. Apud Alex. Scot. v. eod. sic exponitur. Fiducia (inquit) est contractus, quo fidem alterius secuti, rem ei aliquam simulandi tantum causa mancipamus. Vbi latè exponit quomodo differant *Fiduciam contrahere*, & *Fiduciam interponere*. *Fiduciarius contractus. Fiducia. Contrahere fiduciam. Interponere fiduciam.*

Deniq; vt innotescat contractus, qui interuenit in Montibus, quos vocant pietatis, eos ex Molin.tom.6.disp.325. & Azor.tom.3. lib. 5.cap.8. paucis exponit Lessius lib. 2. cap.20. dub.23. num.189. *Montes pietatis* (inquit) solent *Montes pietatis.*

lent vocari ingentes pecuniarum summæ à viris pijs destinatæ ad mutuandum pauperibus sub hisce conditionibus 1. est vt ex illis detur mutuum ad certam summam pauperibus loci, non exteris, aut diuitibus 2. vt ad certum tempus v. g. ad annum id eis permittatur 3. Vt mutuatarij dent pignus idoneum 4. vt singulis mensibus aliquid minutum soluant pro sumptibus necessarijs ad montis conseruationem, v. g. pro ministrorum stipendio, pro conductione domus, & similibus 5. vt si tempore statuto non soluerint, vendatur pignus, & quod ex pretio, detracta sorte, & menstruis detrimentis, superfuerit, illis restituatur.

Caietan. 2. to. opusc. 6. hos montes damnat, & hanc rationem mutuandi illicitam esse dicit. Oppositum tamen certum est de fide. Nam Leo x. in Concil. Lateran. to. eos approbat, & cupit erigi cum assignatis conditionibus, concedens indulgentias erigentibus, & adiuuantibus, simulque excommunicans omnes qui contrarium docere, vel concionari præsumpserint. Deinde Trident. dictos montes recenset inter loca pia sess. 22. c. 8. 9. r 1.

Mons pietatis non solum constituitur in pecunia, sed etiam in frumento, & alijs quæ in horreo recondi solent. *Horrea* de quibus est tit. 26. *Cod. lib* x. sunt loca repositoria, in quibus frumentum, vinum, aliæve fruges & merces reconduntur, siue sint priuata, quibus priuatus, siue publica, quibus Princeps, aut respublica ad prædicta recondenda, & seruanda vtitur. *Hor. ea.*

ELVCIDATIO XV.

De vltimis voluntatibus.

1064 *Solent authores in materia Iustitiæ tractare de vltimis voluntatibus. Nos igitur cum pro eadem iustitia elucidanda exposuerimus contractus, quibus dominium plerumque transfertur, consequens est vt exponamus vltimas voluntates, quæ in eodem transferendo non minorem efficaciam vendicant. Erit imprimis nobis sermo de vltima voluntate, & testamento: mox de testatore: deinde de hæredibus, & hæreditate: insuper de legatis, fideicommissis, & maioratibus: tandem de defunctis, & funeribus.*

SECTIO I.

Quid sit vltima voluntas? Quid testamentum, & quotuplex?

Vltima voluntas teste Molin. to. 1. disp. 124. ideo vltima appellatur non respectiuè ad aliam priorem, sed quia firma est, suumque sortitur effectum, irreuocata persistens vsque ad vltimum terminum vitæ disponentis, atque adeo non dantur aliæ posteriores voluntates, per quas sua vi priuetur. Ab eodem authore ibid. Sic definitur: Est gratuita dispositio de bonis in tempus post mortem disponentis. Habet se per modum generis continens sub se quinque species, seu dispositiones, vt notat Glos. ad authen. de hæred. & Falcid. §. quia vero, scilicet testamentum, codicillum, legatum, fideicommissum, & donationem causa mortis: de quibus in sequentibus nobis agendum est. *Vltima voluntas.*

1065 *Testamentum*, vt habetur *Instit. de testam.* initio, dicitur quasi mentis testatio, vel (vt placet Couar. in rub. de testam. part. 1.) dicitur quasi testamen, vt sit testatoris de sua vltima voluntate testimonium. Apud Vlpian. *l. 1. ff. qui test. fac. poss.* Sic definitur: Testamentum est voluntatis nostræ iusta sententia de eo quod quis post mortem suam fieri vult. Cui definitioni quamuis Gaspar Pegadus in repetit. ad *l. inter cæteras ff. de lib. & post.* in præf. 1. par. nu. 7. contendat nihil addendum esse per quod à codicillo, & reliquis vltimis voluntatibus discernatur: quasi in illa particula (iusta sententia) quæ intelligitur plena, perfecta, & solemnis, contineatur institutio hæredis, per quam discernitur, tamen cautius videtur ex Glossa Accurtij, Molina disp. 124 & Lessio lib. 2. c. 19. dub. 1. addere particulam (cum directa hæredis institutione.) *Testamentum.*

Loco generis ponitur (sententia) hoc est decretum exterius prolatum. Additur (voluntatis) ad differentiam sententiæ iudicis, quæ non debet iuxta voluntatem proferre sententiam, sed iuxta allegata, & probata. Dicitur (iusta) hoc est legitima, & iuris dispositioni ita conformis, vt valorem habeat. Particula (de eo quod quis post mortem suam fieri vult) distinguit testamentum à donatione inter viuos, & reliquis contractibus. Postrema (cum directa hæredis institutione) distinguit illud à reliquis vltimis voluntatibus: quia nulla ex illis continet hæredis institutionem.

1066 *Codicillus* dicitur quasi paruus Codex: & iuxta Guill. de Cuiac. & Gloss. ad l fin. *C. de codic.* Est scriptura vel litera, in qua testator suam voluntatem figurat, nulla indigens solemnitate. Iuxta Spiegel v. eodem. Est voluntatis nostræ sententia, de eo quòd post mortē fieri volumus, absque hęredis institutione. *Codicillus.*

Hinc

Hinc codicilus differt a testamento 1. quòd codicillus non fiat ad instituendum hæredem, nisi aliquando ex priuilegio,quale conceditur militi l.36. ff. de milit. test. sed fiat ad aliquid in testamento explicandum , vel mutandum, addendum, vel detrahendum.2. quòd secundùm ius commune in codicillo sufficiant quinq;testes, etiamsi nec sint rogati ,nec masculi : at in testamento requirantur septem, rogati,masculi,& puberes.

Codicillaris clausula. *Codicillaris* clausula est illa , qua significat testator se velle suam dispositionem valere per modum vel testamenti, vel codicilli, vel meliori modo,quo potest, Habet eam vim, vt si testamentum non valeat, quà testamentum, nempe quoad institutionem hæredis, ex defectu solemnitatis, valeat quà codicillus. Ex quo fit 1. vt legata tali testamento relicta solui debeant.2. Si testator habens liberos instituat extraneum hæredem , institutio illa directa habeat vim substitutionis fide commissariæ : nam frater vel alius qui succedet ab intestato, tenebitur illi tradere hæreditatem , retenta solum quarta eius parte , quam vocant Trebellianicam 3. Si verè habeat liberos, illi habeant solum legitimam , extraneus autem sic institutus habeat reliqua. Hæc ex Lessio lib. 2. cap. 19. dub. 1. & Molin. to. disp. 132.

1067 Discrimen inter testamentum , & donationem causa mortis, de qua supra num. 973. ponit Gaspar Pegadus citat. num. 16. scilicet quòd in testamento non requiratur præsentia hæredis *l.cum pater §.Surdo ff.de legat.2.* at in donatione causa mortis requiratur præsentia donatarij *L. si inter mortis ff. de donat. ca. mor.* adeo vt alius nequeat donationem nomine alterius acceptare,nec acceptatio postea facta per donatarium prosit Ita Couar.3.p.rubr.de test.n.13.

Testamentũ calatis comitijs, Procinctũ testamentum. Quod attinet ad multiplicitatem testamenti, duplex olim antiquitas celebrauit, alterum quod dicebatur *Testamentum Celatis comitijs*, & fiebat coram populo, & ratificabatur attestatione Quiritium, Calatis , hoc est vocatis comitijs bis in anno iuxta Gellium l. 3. c. 27. Alterum quod dicebatur *Procinctum* , de quo Iustin. *Instit. de testam.* §. 1. & fiebat quando milites in prælium essent prodituri,sic appellatum ab habitu militari : procinctus enim dicitur qui accinctus est , & paratus ad confligendum cum hoste. Ne verò ante comitia homines morte præuenti sine testamento decederent,tertium quoddam excogitatum est,quod (teste Conano l.9. comment. c.1. n. 4.) fiebat per imaginariam emancipationem,seu venditionem:nam per id temporis homines nullum agnoscebant contractum præter venditionem : atq; adeo in comercijs , & quibuscunq; actibus,eo vsi fuerunt, vt in adoptionibus,manumissionibus,emancipationibus,& hæredum institutionibus.

1068 Abolitis verò superstitiosis veterum formulis, vt ex *L.quoniam C.de testam.& §. praterea Instit. quib.mod.ius patriæ potest.* tradit Brisonius lib.1.Select.cap.7.melior vsus receptus est iuxta quem duplex datur testamentum, alterum dicitur *Nuncupatiuum* vulgò *testamento aberto* quod consistit in sola nuncupatione testatoris , & non in solemnitate scripturæ, sine qua tempore mortis fieri potest oretenus ; Secundum ius commune exigit septem testes, & nominationem hæredis. Dicitur nuncupatiuum à nuncupando , seu accipiendo nomina testium. *Nuncupatiuum testamentum.*

Nuncupare enim est voluntatem circa hæredis institutionem, legatorum dationem, cætera sq; testamenti partes lingua , & voce exprimere. *Nuncupatio*(inquit Alex.Scot.v.eod.) est quam in cereis tabulis recitat testator, dicens: quod hoc vult in his cereis tabulis,quæ scriptæ sunt, ita dico ita lego, ita quod vos ciues mihi testimonium perhibeatis. Alterum dicitur *clausum* , seu *in scriptis* vulgo *testamento cerrado* , quod clausum coram septem testibus testator tradit tabellioni affirmans quidquid in ipso continetur , esse suam vltimam voluntatem : tunc subscribunt testes , & tabellio nescientes quid intùs contineatur. Quomodo vtrunq; in praxi exequatur in Lusitania iuxta Ord. lib. 4. tit.76.§.2. 3.& 4. paucis enarrat Stephan. de Castro cap.23.aduer.6. *Nuncupare. Nuncupatio. Clausum testamentum.*

1069 Sub prædictis continetur testamentum Holographum , Captatorium , Inofficiosum,Destitutum,Procitum, Eulogium, Ciuile, Prætorium, Irritum, Ruptum , Internecinum , subrepticium. *Holographum* idem valet atq;totum scriptum,ab *Holon*,totum, & *Graphos* scriptura : Vnde est testamentum manu authoris totum scriptum,& subscriptum. *Holographum.*

Captatorium testamentum(& sic de alijs dispositionibus) est quod confertur in alterius arbitrium : vt si testator dicat : Instituo hæredem meorum bonorum, quem vel quos Titius voluerit:item instituo Sempronium,si Titius voluerit.Idem procedit,si dicat: lego centum ei, quem Titius voluerit: vel Sempronio,si Titius voluerit. *L. illa institutio*, & *L. Captatorias ff. de hæred.instit.*apud Molin.to.1.disp.157. & Less. lib.2. cap.19. n.10. Dicitur *Captatorium* a captando, quia testator remaneat captus , idest deceptus. *Captatorium testamentum.*

Captio enim est deceptio *l. si fundo ff. de act. empti*,vel à captando,hoc est alliciendo: *captare* enim iuxta Alciat.lib.2 Parerg.est illecebris, obsequio, donis, & spe malorum accupari. Captio causa mortis alio nomine capio , onis iuxta Azon. in sum. *C. de donat. caus. mort.* est quando per mortem alicuius occasio capiendi obuenit alicui non ex causis,quæ certa, & specialia nomina vendicant , quales sunt hæreditas,legatum,& fideicommissum: sed vel causa conditioni, implendæ vel occasione alia : v. g. commisi tibi vineam vt Petro dares : cum tu post *Captio quod. Captare.*

post mortem meam non haberes vineam dare Petro, dedisti Paulo, qui forte est hæres: & sic Paulus causa mortis capit.

Inofficiosum testamentum.

1070 *Inofficiosum testamentum* est quod contra officium pietatis confectum est, scilicet erga personas extraneas, filijs sine legitima causa exhæredatis. Vnde *inofficiosi testamenti querela* dicitur qua filij contra parentes agunt: vt qui eos vel sine iusta causa, vel iusta sed non probata exhæredarunt. Querela igitur propriè nec est actio, quia non agit vt quid detur: nec accusatio, quia neminem super punitione accusat, sed est ius quoddam rescindendi testamentum, & aperit mediam quandam viam succedentibus.

Querela inofficiosa.

Destitutum vt habetur *Instit. de hæred. quæ ab intest. §. Cum autem*, idem valet atq; desertum, ex quo nullus est hæres. *Procitum* teste Festo dicebatur olim testamentum quasi professum, seu prouocatum, id est irritum, ac ruptum. *Elogium* aliter *Elogium* sumitur pro testamento. *Cap. uos quidem de testam. & L. iubemus C. de delib. & l. quidam eulogio. D. de testam.* Dicuntur & *Eulogia* apud Canonistas *cap. de Eulogijs 18. dist.* munera quæ deferunt subditi suis prælatis: & quidem Xenia, quæ portabant Metropolitanis ad Concilium prouinciale. *Ciuile testamentum*, seu iuris ciuilis, est septem testium sigillis signatum, subscriptione firmatum, quod fit apud ciues. *Pretorium* est iuris prætorij, quod nempe fit apud Prætorem septem testium signis munitum. *Irritum* est quod vigore, & valore caret, vt si fiat non rite, vel à persona inhabili, qualis est capite diminutus, vel captiuitate detentus.

Destitutum. Procitum. Prouocatū. Eulogium. Elogium. Eulogia. Prætorium. Irritum.

Ruptum testamentum, & *Ratum* testamentum sunt contraria apud Tullium de orat. *Ruptum* enim iuxta *Instit. de leg. Aquil. §. Captiuit.* censetur Scissum, vstum, collisum, effusum, & quod quouis modo peremptum vel corruptum est. *Rumpere testamentum* est illud infirmare, rescindere, & pro non facto habere. Sumitur ex *l. posthumo C. de bon. poss. & instit. quibus modis testam. infir.* Vbi sic habetur: Testamentum factum vsq; eo valet, donec rumpatur, irritumve fiat.

Ruptum, ratum. Rumpere testamētū.

1071 *Internecinum testamentum*, authore Festo, dicitur propter quod Dominus eius necatus est. *Subreptitium* appellatur quod in fraudem hæredum, seu legatariorum, & libertorum, non palam prolatum est: quod si non latet dictas personas, non iudicatur suppressum. *Testamenti appellatione* non venit contractus, nisi impropriè, & largo modo. Ita Ioseph. Ranchin. concl. 216. p. 2. & Grauet. cons. 307. n. 5. & 6. vbi affirmat prohibitum alienare testando, vel codicillando, nec prohiberi per contractum, nec per donationem inter viuos.

Internicinum testamentum. Subreptitiū testamētum. Testamenti appellatio.

Testamentum enim contractus non est, vt docent Barbos. *l. diuortio §. si vir. n. 36. ff. solut. matr.* & Rebuff. ad *L. 19. ff. verb. signif.* pag 420. testamenti appellatione venit quælibet vltima voluntas. Ita Gloss. verbo Ita omnes in *l. 2. C. de constit. pecun.* atq; adeo venit donatio causa mortis: & quod largè accepto vocabulo veniant codicilli, ex varijs textibus tradunt Sim. de Pretris de interp. vlt. volunt. lib. 2. solut. 4. n. 4. Surd. cons. 258. n. 6. & Sanch. præcep. Dec. to. 2. lib. 7. c. 5. n. 14. *Vltimæ voluntatis appellatione* contineri omne testamentum, siue militare, & priuatum, solemne, vel nuncupatiuum, habetur ex Gloss. verb. cuius libet in clem. Vnic. de test.

Vltimæ voluntatis appellatio.

SECTIO II.

De vocibus alijs, & modis loquendi spectantibus ad testamentum.

1072 *Tabulæ* vsurpantur a Iuristis pro testamento, vel pro scriptura testamenti *L. vnica C. de tabul. exhib.* vbi Glos. atq. adeo per illas semper intelligitur testamentum in scriptis signatum, & perfectum. Hinc frequens ille modus loquendi: Bonorum possessiones habere secundum tabulas, & contra tabulas. Hinc etiam primæ, & secundæ tabulæ: sicut primæ, & secundæ ceræ apud Budæum pro prima, & secunda charta, seu folio testamenti. Nam veteres ante vsum chartarum, in tabulis scribebant.

Tabulæ.

Hodie verò, vt sumitur ex *L. 1. ff. de bon. poss.* intelligimus per tabulas testamenti omne testamentum scriptum, siue in charta, siue in mēbrana, aut corio, aut ligno, aut quouis alia materia. *Authenticæ tabulæ* apud Vlpian. *l. 4. famil. hercisc.* sunt primariæ, vnde tanquam ex fonte exempla desumuntur. *Publicatio testamenti* est manifestatio illius facta authoritate iudicis ad petitionem eorum, quorum interest: quomodo fiat in Lusitania, & Castella, tradit Molin. to. 1. disp. 126. *Testari* significat testamentum facere, suam sententiam exprimere, precari, & iurare. *Testator* est testamenti author. *Testamentarius* apud Callistr. *Dictus ad leg. cornel. de fals.* non est (vt vulgò creditur) testamenti executor, sed qui testamenta falsa conficit, & supponit. Vnde idem appellatur *Testamentum subiector* à Cicerone lib. de offic. 3.

Authenticæ tabulæ. Publicatio testamenti. Testari. Testamentarius. Subiector testamenti.

Executor testamenti de quo Molin. to. 1. disp. 247. est qui testamentum executioni mandat, vulgo dicimus Testamenteyro. Est duplex, alter dicitur particularis, nempe ille, qui dato hærede, vel succedente ab intestato. mandat executioni cætera, quæ in testamento, vel codicillo sunt: alter dicitur vniuersalis, scilicet ille qui designatur ad exequendam voluntatem defuncti, quando nullus in particulari præter animam defuncti instituitur hæres.

Executor testamenti.

1073 *Catoniana regula* in testamentis, de qua *L. 1. ff. de reg. Caton.* Est Catonis sententia, quæ-

Catoniana regula.

quæ ita habet: Quòd si testamenti facti tempore decessisset testator, inutile fore: id legatum quando cunq; decesserit, non valere. Cuius sententiæ æquitas est, quòd certa mens, & voluntas testatoris esse oporteat, & ea non meliùs deprehendatur, quam spectata conditione temporis, quam testator, cum conficeret testamentum spectauit. Vide Cuiac obseru. lib. 11. c. 111.

Cōplexus. copulatio. Liberatio.

Complexus alio nomine *copulatio* vt habetur *L. triplici ff. de verb. sign.* est plurium in idem in vnitate sermonis coniunctio, quæ fit ab homine, vel à lege. Quomodo fiat in testamento, latè declarat Alexand. Scot. v. eod. *Liberatio* idem videtur atq; solutio *L. liberationis ff. de verbor. sign.* Sumitur in testamento pro dispositione liberatoria, quæ datur quando testator legat debitori suo, qui solus est, liberationem: Significat enim quod debitor possit agere contra hæredem, vt eum liberet per acceptilationem. Vnde *Liberatus* est solutus, qui supponitur fuisse ligatus, & differt a libero, quia liber potuit talis nasci quin vnquam fuerit ligatus seu captiuus. *Loci adiectio* ponitur demonstrationis causa in testamento: v. g. si testator dicat: lego Titio centum, quæ sibi volo solui de pecunia quam habeo in tali arca. Tunc si nihil reperiatur in tali arca nihil debetur: si minus sit, nihil ominus tota pecunia debetur *l. quidam testam. ff. de leg.* 1.

Loci adiectio.

Assignare. Assignare libertum. Signare testamentum. Subsignare. Signator. Sigillare testamentū. Resignare testamētū.

1074 *Assignare* vt habetur *l. assignare ff. de verb. sign.* & notatur per Archid. in *Cap. appellati de appel. in 6.* fit nudis verbis testamento, vel codicilis. *Assignare libertum* apud Modest. de *verb. sign.* est hoc testari, cuius ex liberis libertum enim esse velit *Signare testamentum* est signum vel notam imprimere, vnde notum maneat iuxta Isidor. 5. Etym. *subsignare* est subscribere, & propriè dicitur de testibus vocatis, & subscribentibus: *signator* apud Vlpian. *L. cum ab initio ff. quemad. test. apert.* erat qui testamento, aut alijs instrumentis vel contractibus nomen suum subscribebat.

Sigillare testamentum, vt habetur *l. si quis ff. quemad. test. aper.* Est illud sigillo munire. *Resignare testamentum*, vt sumitur ex *L. si testam. ff. de testam.* Est idem atq; reserare; seu aperire. *Dicere de inofficioso* apud Scæuolam *l. 20. ff. de inoffi. testc.* idem valet atq; inofficiosum testamentum dicere. *Adscribere sibi in testamento* dicuntur (vt ait Alex. Scot. v. eod.) qui alieno in testamento sibi aliquid quasi à testatore attributum, vel sua, vel eorum qui in sua parte sunt, manu adscribunt. Vnde *Rub. de bis qui sibi in testam. adscribunt.*

SECTIO III.

De testatore.

Testator. Testatus. Intestatus. Intestato, Decedere intestatum seu ab intestato.

1075 Testator est qui testatur, seu qui testamenti author est. Eadem ratione *Testatus* pro testatore accipitur. Ex oppositio *Intestatus* dicitur qui testamentum non condidit. *Intestato* aduerb. Sine testamento. Hinc loquendi modus tritus: *Intestatus decedere*, seu *ab intestato decedere*, pro mori sine testamento: *Intestatus quis* (vt notat. Sylu. v. eod. & Molin. to. 1. disp. 162.) discedere censetur 1. si testamentum non fecit, vel quia noluit, vel quia de iure facere non potuit, qualis pupillus. 2. Si fecit testamentum nullum, seu irritum ex defectu alicuius solemnitatis. 3. Si fecit validum quidem ex se, sed postea corruit, vel quia testator ipse reuocauit, vel natus est filius in eo omnino præteritus, vel arrogatione, & adoptione alicuius in filium, vel testatoris crimine.

4. Si ex eo testamento nulli sint hæredes. Vide Vlpian. *C. de suis, & legit. hæred.* & Paulum *L. intestus*, ab. Alciat. de verb. sign. Addit Sylu. citat. duos alios modos, quos vocat ex post facto. Prior est si per querelam expugnetur testamentum. Posterior per bonorum possessionem contra tabulas. *Intestabilis* apud Gellium lib. 7. cap. 18. ponitur pro detestabili. In iure ce nsetur tum qui testamentum facere nequit, tum qui testimonium. dicere non potest, *l. cum lege, ff. de testam.* Sumitur etiam pro illo cui alius testimonium dicere nequit *L. is cui §. vlt. & l. cum lege ff. de testament.*

Intestabilit.

Instituere hæredes. Substituere. Substitutio.

1076 Ad testatorem spectat Instituere, & substituere. *Instituere hæredes* est facere, & creare. *Substituere* est subrogare, seu loco prioris instituti sufficere. Nam primus hæres dicitur institutus, secundus hæres dicitur substitutus *l. cum proponas C. de hær. Instit.* Semper enim præcedere debet Institutio tanquam primus gradus; & creatio prioris hæredis, & postea sequi *substitutio*, vt gradus 2. Est enim. *Substitutio* Secunda institutio conditionalis, quę licèt procedat in infinitum, cum sit post primam, semper nomen substitutionis retinet. *Substituendi*, & *Instituendi* verba (vt notat Spiegel u. eod.) in ultimis uoluntatibus, ex communiter accidentibus uniuersalem successionem respiciunt.

Qui hæres generaliter ordinatur, *Institui*: & is qui sequenti loco subordinatur; *Substitui* dicitur in successione particulari, quamuis uerbum *Substituere* ad legata, & donationes causamortis accommodetur. tamen uerbo *Instituere* testatores nec in legatis, nec in donationibus utuntur, quanuis sine improprietate uti possent. *Substitutionem* ex Couar. cap. Raynuntius de testam §. 5. n. 1. Sic definit Molin. to. 1. disp. 182. Est unius, aut plurium in alterius, aut

aut aliorum locum ad rem aliquam vltima voluntate facta vocatio.

Substitutio multiplex. 1077 *Substitutio* in genere duplex est, altera directa, altera indirecta. *Indirecta*, quæ alio nomine *Obliqua*, & alio *Fideicommissaria*, & alio *Precaria* dicitur, Est quando hæreditas defertur substituto, per alterum qui eam illi restituat: v. g. Si Titius instituatur hæres, & grauetur hæreditatem totam, vel partem aliquotam, scilicet dimidiam, aut tertiam, aut quartam restituere Sempronio. *Directa. Obliqua substitutio. Precaria substitutio.*

Directa est, quando hæreditas à testatore immediatè defertur substituto, quin fides, ministerium, vel actus cuiuscunq. alterius requiratur. Hoc præter alia inter vtranque datur discrimen teste Molin. to. 1. disp. 182. quod in substitutione indirecta, seu fidei commissaria locum habet detractio Trebellianicæ: non verò in substitutione directa. Vtraque fieri potest in legatis, & donationibus causa mortis: sed tunc trebellianica locum non habet.

Directa subdiuiditur in quinq; species vulgarem, Pupillarem, Exemplarem, Reciprocam, & Compendiosam. *Vulgaris* nomen habet à vulgo quasi nihil speciale habens: & sic definiri solet. Est directa substitutio, quæ à quocunque testatore, & comparatione cuiuscunque hæredis fieri potest. Aptius, & clarius definitur sic: Est substitutio directa, & simplex, qua quis absque particulari priuilegio hæredem sibi substituit: Nam est illa qua quiuis iure non prohibitus à quouis testatore substitui potest: In ea hæc conditio (si is qui testamento vel ab intestato successurus erat, nolit, aut non possit esse hæres.) vel exprimitur, vt si dicat testator (Titium instituo hæredem, & si is hæres non erit, substituo ei Sempronium) vel subintelligitur: Vt si dicat: (Titium instituo hæredem, & substituo Sempronium). *Vulgari substitutio.*

1078 *Pupillaris* nomen habet à pupillo cui fit. & sic definitur: Est substitutio directa, & simplex qua testator filio impuberi in potestate ipsius constituto: neque per mortem ipsius in potestatem alterius recasuro, hæredem instituit, qui impuberi ipsi sit hæres. Cum enim ante pubertatem nemo testari possit, ius concessit, vt pater loco impuberis testaretur, oireccte substituendo ei hæredem, si ante pubertatem decesserit. *Pupillaris substitutio.*

Vt autem sit Valida hæc substitutio duo exiguntur, alterum vt testator eum, cui substituit, habeat in sua potestate: ex quo non potest mater pupillariter substituere: alterum vt pupillus, cui substitutio fit, non recidat per mortem testatoris in alterius potestatem: ex quo non potest auus nepoti aliquem pupillariter substituere, si pater viuit. Nepos enim de iure communi est in potestate aui, quo mortuo in potestatem patris recidit.

Exemplaris sic definitur: Est substitutio directa, ac simplex qua ad exemplum pupillaris, pater, aut mater, cæterique ascendentes secundùm sui gradus prærogatiuam, liberis mente captis, aut simili morbo testari prohibitis, hæredem instituunt. Si filius amens, cui pater substituit hæredem, sit impubes, substitutio erit etiam pupillaris. Exemplaris euanescet si filius redeat ad sanam mentem, nec cito recidat in insaniam. *Exemplare substitutio.*

1079 *Reciproca* alio nomine *Breuiloqua* dicitur ex eo quòd duobus fiat reciprocè, quasi retroducta, repetita, & reflexa: potest sic definiri: Est substitutio directa, qua instituti sibi inuicem substituuntur. Vt si testator dicat; Instituo Seium, & Caium meos hæredes, & eos inuicem substituo. Hinc ad minimum sunt duæ substitutiones vulgares: si autem vterq; est impubes, sunt duæ vulgares, & duæ pupillares. *Reciproca. Breuiloqua.*

Compendiosa est substitutio quæ comprehendit plures substitutiones quoad diuersa tempora, itaut possit complecti omnes hæredes, & omnes eorum ætates. V.g si testator dicat: Instituo filium meum hæredem, & quandocunque ex vita decesserit, substituo ei Titium. Nam si filius moriatur ante patrem, vel alia de causa non fiat hæres, & moriatur ætate pupillati, Titius succedet ex pupillari: si filius moriatur post pupillarem ætatem succedet ex fideicommissaria, detracta legitima, & quarta trebellianica: si filius fiat amens, succedet ex exemplari. Hæc ex Couar. *ad cap. 16. de testam.* & Antonio Gomezio to. 1. rer. Var. cap. 3. vsque ad 8. tradunt Molin. to. 1. disp. 182. & Less. lib. 2. cap. 19. dub. 7. *Compendiosa.*

1080 *Ambulatoria voluntas* testatoris vsq; ad mortem dicitur *L. quod sit ff. de adimen. leg.* ex eo quòd vt certa, fixaque consistat, nulla lege coercetur: imò iuxta leges retractabilis est: atque adeo ambulatoria est quasi ambulare, seu transire possit. *Epitimia*, vt habetur ex *L. scire oportet §. sed & siquis ff. de tutor. & cur.* est idem atque voluntas testatoris. *Iudicium suum*, l. 3. de testam. mil. scilicet vltimam voluntatem, non intelligitur quis velle impugnare. *Ambulatoria voluntas. Epitima. Iudicium suum.*

Multiplicatio per testatorem facta cernitur, quando dispositio iteratur, seu multiplicatur, v.g. si testator postquàm instituit plures hæredes, leget ab vno decem Titio, & ab alio decem, & sic de alijs, à quolibet hærede decem in solidum debentur. *l. si pluribus § 1. ff. de legat. 2.* Nam significatum accipitur ex multiplicatione dispositionis, addito quod qualitas multiplicabilis est. *Dispositio* est ordinatio: & quidem dispositio generalis est quæ in toto genere: specialis, quæ in vna specie verificatur. *Disponere* est ordinare, & apud Surdum decis. 172 & decis. 279. n. 6. continere potest dispositionem tum inter viuos, tum in vltimis voluntatibus. Propriè verò accommodatur vltimæ voluntati, vt ex *Authen. de nupt. §. disponat collat. 4. & Instit. quibus ex causis §. vlt.* tradit Vin. to. 2 comun. opin. lib. 9. tit. 34. n. 35 1. Inter *Multiplicatio.*

Dispo-

Dispositiuè. Enunciatiuè. *Dispositiuè*, & *Enunciatiuè narrat* est discrimen. Nam Dispositiuè narrata habent vim & obligandi, & causam disponendi: adeo vt ea, quæ substantiam respiciunt, mutari, emendariue nequeant præsertim si pro reo faciant *l. cum precum C. de lib. cau. Enunciatiuè* narrata non habent talem vim. Vnde si dicam. Peto à Titio qui est hæres Sempronij, quamuis ille non sit hæres, procedit libellus *l. qui familiæ ff. familiæ hercisc.*

Relinquere. 1081 *Relinquere* quamuis interdum trahatur ad actus inter viuos, vt tenent Menoch. conf. 344. n. 27. & Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 124. n. 4. propriè tamen conuenit vltimæ voluntati, & non donationi inter viuos, vt ex *l. 1. §. vlt. ff. de tabul. exhib.* tradit Menoch. conf. 344. n. 2. Accommodatur tum ad hæredis institutionem, tum ad legata iuxta Gammam Lusit. decis. 196. n. 1. Vt habeatur pro hæredis institutione, debet adijci vniuersitati bonorum secundum Melchi. Phæbos Lusit. decis. 59. n. 3. to. 1. Secus si rei certæ, & particulari adijciatur iuxta Valasc. conf. 165. n. 4.

Indicare. *Indicare*, vt habetur cap. licèt de sepult. in 6. Est vltima voluntate relinquere.

Manifestè. *Manifestè*, & palam testari dicitur, qui non in publicum hæredem nominat, sed testatur coram testibus, qui ad solemnitatem sufficiunt. *Directum obliquum*, & *commune* verbum in vltimis voluntatibus habent differentiam.

Directum verbum. Nam *Directum* est per quod substitutus directò, & per se non per mediam personam ad hæreditatem peruenire potest: atque adeo significat, vt ille, cui relinquitur, vel in quem disponitur, sua manu recipiat: sic se habet Verbum *Instituo*, & modus loquendi. *Hæres esto*, qui æquipollens est.

Obliquum verbum. *Obliquum* est quod significat, vt de manu alterius accipiatur hæreditas: v. g. quando testator rogat, mandat, & iniungit Titio hæredi, vt restituantur bona Sempronio. Quare verbum restituo obliquum est, sicut & verba distribuendi, reddendi, diuidendi. vt si testator dicat, Bona mea distribuantur, reddantur, diuidantur. Commune est quod vtranque significationem vendicat, vt interdum directum, & interdum obliquum esse possit: qualia sunt *Pertineat deuoluatur*, competat.

SECTIO IV.

De hæredibus.

Hæres. 1082 HÆres dicitur à nonnullis quasi herus, seu dominus hæreditatis: nam apud Veteres, vt habetur §. *fin. Instit. de hæred. qualit.* Hæredes pro dominis habebantur: Vnde ibidem. *Pro hærede gerere est pro domino gerere.* *Gerere pro hærede.* Hinc, apud Vlpian. *l. 14. ff. de relig. pro hærede geritio* idem est atque gestio. Rectiùs tamen hæres dicitur ab hærendo, quasi proximus hæreat illi, cuius hæres est. Apud Syluestr. v. hæreditas 3. n. 1. sic definitur: *Hæres est qui succedit in vniuersum ius defuncti l. suus hæres ff. de diuers. & temporal. præscript.* Vel dominus hæreditatis, qui in voluntarijs aditione ferat à cohærede, exhærede, & Prohærede.

Nam *Cohæres* dicitur qui simul hæres institutus est. *Cohæres.* Cohæredis appellatione vt sumitur *Exhæres.* ex *l. Pater filium §. gn. ff. de legat. 3.* aliquando continetur fideicommissarius. *Exhæres* apud *Prohæres.* Tullium 1. de orat. dicitur priuatus hæreditate, quæ ad ipsum pertinebat. *Prohæres* dicitur *Hæres multiplex.* qui putat se hæredem esse, cum non sit *L. Proær. ff. de pec. hæred.* Item descendentes post primum vocantur prohæredes iuxta Gloss. in Cap. fin. de pece. elerie.

1083 Hæres apud Syluest. citat. Alex. Scot. & Iacob. Spiegel v. eod. est multiplex *Testamentarius hæres* est qui ex testamento succedit, & est duplex, alter vniuersalis, qui instituitur in solidum, vel in certa quota? alter particularis, qui instituitur in re certa, & propriè legatarius vocatur, *Legatarius hæres* dicitur qui legatum accipit, vel cui legatum factum est. *Testamentarius, hæres. Legatarius hæres.* *Legitimus hæres*, est qui ex constitutione iuris etiam sine testamento succedit defuncto, qualis agnatus proximus *Instit. de legit. agn. succ.* in prin.

Vnde *legitima hæreditas* latè quidem, sed non impropriè dicitur quæ ex testamento defertur *l. 1. de verb. sign.* propriè tamen & strictè dicitur quæ ab intestato defertur *l. 1. de suis, & leg.* Ea enim lex ipsa absq; facto hominis defert. *Suus hæres* alio nomine *Domesticus* dicitur filius qui est in potestate patris, tempore mortis ipsius patris. *Legitima hæreditas. Suus hæres. Domesticus hæres.* Notat enim Molin. to. 1. disp. 179. ad hæredem suum duo requiri, alterum vt tempore mortis eius, cui hæres existit, in eiusdem fuerit potestate. Excipitur tamen posthumus, qui per ius *Instit. de hæred. quæ ab intest. §. posthumi* ex eo censetur suus, quia statim, ac natus, foret in potestate parentis, si parens viueret. Alterum, vt nullus alius in eadem linea sit interpositus qui in potestate prædicti existat.

Vnde quandiu filius est *hæres suus*, nepos qui ex tali filio descendit non est *hæres suus* respectu aui, esto in potestate aui existat. Mortuo autem, aut emancipato filio, nepos ex ipso genitus manet hæres suus respectu aui. Est igitur hæres suus qui est in potestate morientis tempore mortis, dum eum alius non præcedit. *Suitas.* *Suitas, atis* est illa qualitas & conditio, quam habet suus hæres.

Necessarius hæres. Substitutus hæres. 1084 *Necessarius hæres* dicitur ille, qui necessario hæres est, scilicet qui siue velit, siue nolit, cogitur hæreditatem adire, vt satisfaciat creditoribus: qualis olim erat seruus institutus hæres à domino suo paupere, ex eo quòd suspectas facultates suas haberet, ac proinde timeret quòd extraneus nollet adire hæreditatem: & quidem seruum ad eam adeundam coge-

geba-

gebatur, vt famæ domini sui succurreret erga creditores. *Inst. de hær. qua. ab in testat. defert* est ille, qui succedit in ius defuncti sine omni testamento, vulgo dicimus *herdeyro forçado*.

Extraneus hæres dicitur qui testatoris potestati subiectus non est, etiam filius emancipatus *Instit. de hær. qualit. & diff. §. certi.* Interdum sumitur pro non attinente, hoc est neq; consanguineo, neq; affine. *Substitutus hæres* est qui hæredi instituto substituitur. *Fideicommissarius hæres* dicitur ille cui ex fideicommisso hæreditas danda relinquitur. *Secundus hæres* dicitur qui post primum sequitur, etiamsi ordine decimus sit. *Certus hæres*, sicut sumitur ex *L. Pannonius Auitus §. 1. ff. de acquir. hæred.* vt adire possit, dicitur qui probabiliter, uehementi quadam opinione credit sibi delatam hæreditatē. *Hæres ex asse* dicitur qui solus est hæres. *Anomalius hæres*, vel successor, seu Anomalus, quasi sine norma est, qui inuenitur sine certa qualitate, nempe sine aliqua ex prædictis, qualis ille qui succedit hæredi non implenti voluntatem defuncti. *Instit. de eo cui libert. caus. §. in primis.*

Fideicommissarius hæres. Secundus hæres. Certus hæres. Hæres ex asse. Anomalus hæres.

Dicitur *Hæres in re certa* & est qui v.g. instituitur in aliquo designato prædio, seu parte certa hæreditatis: & quamuis iuxta Rolandinum tom. 8. tract. fol. 196. num. 11. nec sit vniuersalis hæres, nec legatarius, tamen de vtroq; participat: de legatario duo, nempe quòd in eum non transeunt actiones, & quòd patitur Falcidia *l. quoties C. fam. hercisc.* de vniuersali tria, scilicet quòd habet ius acrescendi, quòd eius aditione confirmentur relicta in testamento, & quòd potest de manu sua capere hæreditatem iuxta Baldum.

Hæres in re certa.

1085 *Hæredis appellatione* venit hæres simpliciter & verus, non secundum quid iuxta Ant. de Butr. cons. 20. quem refert Tusch. to. 8. lit. V. concl. 92. num. 14. Hæredum appellatione venit omnis hæres, quando non apponitur nomen hæredis proprium, iuxta Anch. cons. 130. an veniant tam extranei hæredes quàm descendentes, vbi facta est mentio dispositiuè hæredum? Quæstio est quam multis adductis authoribus disputat, & multis ampliationibus ac limitationibus resoluit Augustin. Barb. tract. de Appell. verb. App. 113. à num. 4.

Hæredis appellatio.

Quando fit mentio hæredum conditionaliter, v.g. dicente testatore, si institutus decesserit sine hæredibus, substituo Titium: tunc conditio intelligitur de hæredibus sanguinis: aliàs non extantibus descendentibus, non deficeret conditio fideicommissi. Ita Menoch. cons. 958. num. 3. Mantica de coniect. Vlt. vol. l. 8. tit. 14. num. 5. & Fusar. de fideicom. q. 339. a num. 78. & ampliat. n. 78. vt nec extranei hæredes veniāt, quamuis ponatur conditio cum verbis vniuersalibus, qualia sunt: Si decesserit sine hæredibus quibuscunque nam adhuc intelligetur de descendentibus. Hæredis appellatione in dubio, venit hæres vniuersalis, non verò hæres in re certa, Ita Simon de Prætis de interp. Vlt. volunt. fol. 178. num. 11. Pereg. de fideicom art. 32. num. 8. quia adeunte hærede vniuersali, institutus in re certa, habetur loco legatarij. Hæredis appellatione venit fœmina *L. hæredis app. ff. de verb. sign.* apud Manric. de tacitis, & ambiguis conuent. lib. 22. tit. 14. n. 22.

Hæredum appellatione vbi vocati sunt, veniunt heredes hæredū Ita Tusc. to. 4. lit. H. conc. 74. Nam quæ hæredem grauant, dicuntur grauare hæredem hæredis. *L. annuam ff. de annuis leg.* Item hæredi facta prohibitione alienationis, dicitur facta, & hæredi hæredis iuxta Tiraq. de retract. conuen. §. 1. gloss. 6 n. 24. Hæredum suorum appel. strictè veniunt habentes ius suitatis; latè veniunt non habentes tale ius: latissimè veniunt omnes. Vide hæc & plura apud Barbosam citatum.

SECTIO V.

De vocibus alijs, & modis loquendi spectantibus ad hæredem.

1086 **P**Articulones dicuntur cohæredes, & qui partem patrimonij sumunt. Ita ex Nonio Calep. Passeratij. *Coniuncti* in hæreditate vel legatis sunt quos testator voluit hæreditatis, vel legatorum esse participes. Eos sic definit. Paulus *l. triplici ff. de verb. sign. Coniuncti.* (inquit) sunt quos & nominum, & rei complexus iungit. Vnde coniuncti sunt in triplici genere, ita vt insurgat triplex coniunctio, nempe realis, verbalis, & mixta. *Realis* est quæ re per se, hoc est, re ipsa sic coniungit, vt oratione, & uerbis omnino separet. Vnde *coniuncti re* dicuntur, quibus expressa testatoris dispositione tota res cuilibet assignatur: vt si instituatur Titius hæres in solidum, & deinde Caius in eadem hæreditate in solidum: uel in legatis, ut si dicat testator: Titio fundum Tusculanum do, lego. Eundem fundum Mæuio lego.

Particulones.

Coniuncti triplices.

Verbalis coniunctio est illa quæ ita coniungit, ut etiam à re prorsus non separet. Vnde coniuncti uerbis sunt qui in eadem oratione ponuntur, ita ut illis legetur ea res definitis partibus: ut si dicat testator Titio & Mæuio fundum pro æquis portionibus do, lego. *Mixta* est quæ fit re & uerbis simul: sicitque re & verbis coniunctos, ut si testator dicat: Titio & Mæuio fundum lego. Vtriq; enim legatum est in solidum, & eadem oratione uerborum: sed concursu fiunt partes. Hæc ex Alberico, & Azone ad *L. vnic. C. de Caducis toll.*

1087 Alio modo dicuntur coniuncti, quos eadem ratio uel amicitiæ uel consanguinitatis, uel affinitatis copulauit. Coniunctorum appellatione quando uocantur ad

Coniunctorū appellatio.

fideicommissum, continentur masculi, & fœminæ sanguine coniuncti, vt tradunt Socin.sen. cons.13.n.17.lib.3. Menoch. de præsum.lib.4. præs.84.n.31.& Peregr. de fideicom. art.22.n. 32. Continentur & affines iuxta Bertazol clauf.7. glos. 12. num.5. Vers. Secus, & Fusar. de subst. q.369.num.3. Item continentur naturales. Ita Tiraq. de retract. lignag. §.1. glos. 8.n 3.

Successor in vltimis voluntatibus.

Successor in vltimis voluntatibus latius patet quàm hæres: quamuis enim omnis hæres sit successor, tamen è contra non omnis successor est hæres. Et quidem successores vniuersales non hæredes recenset Molin. tom. 1. disp. 217. Imprimis enim sunt executores hæreditarij, qui vicem tenent hæredum: vt siquis in hæredem animam suam relinquat, instituendo simul aliquem suæ vltimæ voluntatis executorem vniuersalem: hic enim dicetur successor. Similiter vsufructuarius vniuersalis bonorum relictus à defuncto: pater qui iure peculij occupat bona filijfamilias: monasterium occupans bona ingredientis religionem propter ingressum: & fiscus occupans bona eius, cui proter delictum confiscantur.

Successor iuxta Syluest.v.eod.est duplex, alter singularis qui in re certa instituitur, alter vniuersalis qui in tota hæreditate, vel reliqua. *Successoris appellatione* venit solum vniuersalis & non singularis. Quod procedit vbi subiecta materia id patitur, & nisi testator vocasset quoscunq; successores: tunc enim veniret etiã singularis. Ita Fusar.de substit.q.341. n.4.& 7. Idem q 343. n. 1. addit successorum appellatione venire omnes.

Successoris appellatio.

1088 *Succedere* est in alterius locum venire. Absoluiè prolatum intelligitur ab intestato, vt ex *l.3.§. de illo ff. pro socio*, Surdus *cons. num.* 1. Quamuis *Succedere ab intestato* propriè dicatur succedens illi, qui intestatus decessit. Est verbum commune iuxta Ceual. decis. 20. num. 14. p.3. Adiunctum vniuersitati bonorum, vel quotæ, importat titulum hæreditarium, teste August cons.81. Secus si adiungatur rei particulari. Quid sit succedere in capita, & succedere in stirpes, vt plane intelligatur illud Iustinian. *lib.3. Institut.tit.1. Conueniens esse visum est non in capita, sed in stirpes hæreditatem diuidi* exponunt Hostien. in sum.de success.ab intest. §. Viso.Iacobus Spieg. & Alex. Scot. v.In.

Succedere.
Succedere ab intestato

Est igitur *Succedere in Capita* idem atque succedere viriliter, nempe æquis portionibus in capita distributis: seu succedere in capita est pluribus qui sunt eiusdem gradus, hæreditatem in æquales partes diuidendam competere: Sic filij dicuntur succedere patri suo mortuo, in legitimis portionibus. *Succedere in stirpes*, qua successio dicitur *Stirpalis* alio nomine *Parentalis* est filios parentum suorum partem hæreditatis adipisci, quam ipsi parentes consequerentur, si superstites forent. Sic succedunt filij parentibus, quà filijs præmutuorum in eam partem, quam ipsi parentes erant habituri, si viuerent: Vnde si quis ex verò filio vnum nepotem habuerit, & ex alio filio decem, tantum capiet vnus ex parte vna, quàm decem ex parte altera.

Succedere in capita.
Succedere in stirpes.
Stirpalis successio.
Parentalis successio.

1089 Quid sit succedere iure hæreditario, & succedere iure sanguinis patet ex Molin. Iurista de primog. lib. 11. cap.8. vbi discutit an primogenia Hispanorum iure sanguinis, an hæreditario deferantur? Nam num.6. ita habet. Illud (inquit) dicitur iure hæreditario deferri, quod non nisi hæredi, iureque hæreditario competit. Illud autem dicitur de ferri iure sanguinis, in quo is, qui hæres non est, vel etiam qui hæres est, ex sola agnatione, seu cognatione, vel speciali vocatione: non autem iure hæreditario succedere potest. Qua ratione inter feuda quædam familiaria, quædam verò hæreditaria dicuntur, eo quòd in familiaribus solo iure sanguinis: in hæreditarijs, iure hæreditario succedatur.

Succedere iure hæreditario.
Succedere iure sanguinis.

Successio legitima est quæ fit secundùm leges, qualis ex parte patris: Successio naturalis fit naturaliter non attenta lege positiua, qualis ex parte matris iuxta glos. in *l. C. vnde vir. & vxor.* Similiter iuxta Azon.in summa de *success. edict.C.& ff.eod. tit. l. 1. datur* Successio interdum de capite in caput, & interdum de gradu in gradum.

Successio legitima.

Successio de capite in caput est cum deficiente primo capite liberorum oritur secundum caput agnatorum, & isto deficiente, succedit tertium caput cognatorum: & cognatis deficientibus, succeditur quarto per ordinem. Vnde vir, & vxor C. eod. tit. scilicet succedit Vir vxori, vel vxor Viro, excluso fisco. *Successio de gradu in gradum* est quando plures personæ sunt in eodem capite in diuersis gradibus, vna prior, & alia posterior: nam pro priori repulsa, uel repudiatione, uel aliter, sequens succedit *l. 1. ff.success. edict.*

Successio de capite in caput.
Succedere de gradu in gradum.

1090 Quid sit *Saisire*, & quomodo Gallica lingua significet manum inijcere, & in hac significatione vsurpetur à Iurisperitis ad *L. sed si hæc §.1.ff. de ius vocam.* Item à Pontifice *c.Clericus §.nos igitur de immun. Eccles. in 6.* refert Tiraq.tract.Lemort. declarat.1. n.3. Rectè etiam ab eodem inculcatur, ut significet possessionẽ defuncti ipso iure transire, & continuari in hæredem, sicut de iure transit in eum qui uocatur hæres suus. Vnde *Saisire* idem ualet atq; Scisinare, uel iuxta alios *saginare*, nam Paulus Castrens.in *L.qui vniuersas §.1.ff.de acq.hæredit.* dicit quod ex consuetudine Gallicaria, Viuus scissinat mortuo, scilicet quòd hæres succedit in possessione defuncti, quæ in eum transfertur, sicut dominium *Sagina* apud Cyn; in *l. ea lege col.2.* Sumitur pro illa possessione; *Deficere hæredes* ut habetur *l.5. ff.de vulg. & pop.* & *l. 8. de alim. cib.* dicuntur qui hæreditatem non

Saisire.
Scisinare.
Saginare.
Sagina.
Deficere hæredes.
Hæredem scribere.

non agnoscunt: & deficientes partes, quarum nemo hæres extitit. Hæredem relinquere, & scribere, rarius, facere hæredem sæpe Tullius dixit apud Spieg v.eod.

Recitare hæredem.

Recitare hæredem apud Iulian. *l. 1. ff. de his quando pro non scrib.* Sumitur pro facere, & pronunciare, & pro scribere. Est discrimen ex Alciat. in Commen. de verb. sign. inter Pronunciare, Recitare, & statuere: nam *pronunciare* propriè dicimur quod viua voce, & memoriter proferimus sicut *Recitare* quod ex scripto. *Statuere* etiam dicitur qui generaliter aliquid constituit. *Pronunciare* in iure est expresse & nominatim prædicere, præfariq; ex bona fide, in rebus contrahendis apud Vlpian. *l. 1. de ædil. edict.*

Pronunciare.

Nasci hæredem suũ

1091 *Hæredem suum nasci* dicimus, qui post mortem nascitur: nam sicut viuentis nemo est hæres, ita nemo testatori viuo suus hæres nascitur. Futurum hæredem nasci dicimus, qui viuo testatori suus nascitur: ex eo quòd futurus pro parentum voto speretur. Ita Spieg. v. eod. *Possidere pro hærede* vt habetur ex Gloss. ad *L. pro hæred. ff. de petit. hæred.* dicitur tum qui putat se verum esse hæredem, cum non sit: tum qui verus hæres est: tum procurator hæredis, si pro ipso domino possideat.

Possidere pro hærede.

Applicationis ius. *Decedere sine hærede.*

Applicatione ius desumptum videtur ex eo quòd quis se ad aliquem quasi patronum applicuisset ex Tullio 1. de orat. Nam peregrinus olim sese in ciuis alicuius Romani, quasi patroni fidem, & clientelam ea lege tradebat, vt si is intestato decederet, eius hæreditatem patronus obtineret: atq; adeo ius illam obtinendi *ius applicationis* dicebatur. *Sine hærede dicitur decedere* qui sine filijs decedit, quamuis habeat alium hæredem *l. ex facto § fin. ff. ad Trebell.* Vt magis intelligas quis sine hærede dicatur, vide *C. Si Socius imperial. & in Vsib. feud. de success. feu. §. 1.*

SECTIO VI.

De hæreditate.

Hæreditas. Cleronomia Clerus.

1092 HÆreditas, quæ apud Græcos *Cleronomia*, & etiam *clerus* appellatur, sumitur in contractu inter viuos pro bonis, & facultatibus, vt siquis dicat, Do tibi hæreditatem meam intelligitur dare suas facultate iuxta Bart. in *l. quandoq; §. si seruum ff. de leg. 1.* Vnde hæreditas venit appellatione rerum: nam iuxta eundem Bart. in *L. licet C. de pactis*. Si bona relinquuntur sub appellatione rerum, continetur tota hæreditas. Sumitur verò à Molina tom. 1. tract. 2. disp. 2. pro iure, quod ad bona defuncti habet, & à quo denominatur hæres, & computatur inter res incorporales: & quidem in vltimis voluntatibus.

Hæreditas iuxta Bart. in rub. de acqu. hæreditate sic definitur: Est successio in vniuersum ius quod defunctus habebat. Tota hæreditas Assis appellatione comprehenditur *l. nihil aliud*, & *L. hæreditatis ff. de verb. sign.* Diuiditur As in duodecim partes æquales, quas vncias dicimus ab vno. Diuiditur etiam in duodecim partes inæquales, quarum nomina sunt, Vncia, Sexcunx Sextans, Quadrans, Triens, Quincunx, Semis, Septunx, Bes, Dodrans, Dextans, & Deunx. Singulas exponamus. *Vncia* est duodecima pars ex æqualibus Assis, & prima ex inæqualibus. Sic dicitur quòd nati ex concubinis in domo succedant in duabus vncijs, id est in duabus partibus duodecim partium assis, si alij legitimi non supersunt. *Sexcunx* est vncia cum semuncia. *Sextans* habet duas vncias, & est sexta pars assis. *Quadrans* habet tres vncias, & est quarta pars assis. *Triens* habet quatuor vncias, & est tertia pars assis.

As pro hæreditas. *Assis partes.* *Vncia.* *Sexcunx.* *Sextans.* *Quadrans.* *Triens.*

Quincunx habet quinque vncias; *Semis* habet sex vncias, & est dimidium assis. *Septunx* habet septem vncias. *Bes* habet octo vncias, *Dodrans* habet nouem vncias. *Dextans* habet decem vncias: *Deunx* habet vndecim vncias. Vide quæ diximus Elucid. 6. sec. 8. & elucid. 13. sect. 3. *Quadripendium* est as quadruplicatus. Alex. Scot. v. eod.

Quincunx. *Semis.* *Septunx.* *Bes.* *Quadripendium.* *Dodrans.* *Dextans.* *Deunx.*

1093 Expendamus quàm multipliciter hæreditas denominetur. Nam *Fiduciaria* alio nomine *Fideicommissaria*, vt habetur l. certa ff. si certum pet. dicitur à fide hæredis, cui committitur. *Legitima* dicitur cum fit successio ex testamento. Honoraria prætoria, cum bonorum possessionem accipimus. *Communis* dicitur, quæ ad vtrumq; æqualiter lege venit, *Iusta* dicitur quę iure legitimo obuenit, id est cognationis nomine. *Commissa* vocatur hęreditas in qua id commissum est, propter quod alteri debeatur.

Fiduciaria hæreditas. *Legitima.* *Communis.* *Iusta.* *Commissa.*

Transmissa

Transmissa est idem atq; translata à domino ipsius hæreditatis moriente in ipsius hæredes. Vnde cum hæres (vt inquit Molin. tom. 1. disp. 180.) eo ipso quòd hæreditatem adit, suam illam efficiat, manifestum est, si hęreditate adita, ex hac vita decedat, illam transmittere ad quoscunq; ipsius hæredes, non secus atq; alia sua bona; hæreditas non adita (vt habetur ex *l. quoniam C. de iure delib.* regulariter ad alios non transmittitur. De transmissione legatorum agit Molina citatus disp. 181. *Transmittere* hoc loco est transferre: quamuis *l. eos §. vlt. C. de app.* pro amittere vsurpetur. De iure transmittendi vide Bald. in *l. si fratres C. de iure delib.* Quid sit *lapsa hæreditas*, iterpretatur Vlpian. *l. Verùm §. si locupleti ff. de minor.* in hinc modum: *si locupleti hæres extiterit, & subito hæreditas lapsa sit: putà, prædia fuerunt quæ chasmate perierint, Insulæ exustæ sunt, serui fugerunt, aut decesserunt.*

Transmittere. *Lapsa hæreditas.*

Locuples hæreditas.

1094 *Locuples hæreditas* apud Azonem in Rub. C. de bo. lib. §. petitur, censetur illa, quæ

maior est centum aureis: Aliter explicatur à Glossa ad *L.siquis mihi* §.2. *ff.de acq. hæredit.* V. hæreditatem, & ponitur discrimen inter opulentam, & locupletem, quasi *Opulenta* dicatur quæ affert opes sine vexatione: sed *locuples* quæ etiam vexationem habet: seu quæ affert opes incommodis annexas. Inter hæreditatem delatam, iacentem, & aditam est connexio cum discrimine. Nam *delata* dicitur, quando quis eam adeundo consequi potest *l. delata ff. de verb. signif.* & tripliciter defertur, scilicet iure hæreditario, ab intestato, & iure honorario, id est bonorum possessione. *Iacens* dicitur, quando nondum à quoquam adita est, & quamdiu sine domino est. Et sic apud Vlpian. *l.1. ff. de bon. possess. furto.* dicuntur bona hæreditaria iacere, quando iacent vacua sine domino. *Adita* dicitur quando acceptatur: quia adire hæreditatem nihil aliud est quàm velle illam habere, & in nuda & sola voluntate consistit §. *fin. Instit. de hæred. qualita. & differ.* de quo latiùs sec.7.

Opulenta, & locuples.

Delata hæreditas.

Iacens hæreditas.

Adita. Adire.

1095 Sunt & aliæ voces quibus cognominatur hæreditas, scilicet expilata, commissa, petita. Dicitur *expilata*, cũ quis committit crimen expilatæ hæreditatis: si quis enim (inquit Molin. to. 3. disp. 68 t. n. 9.) ex hæreditate, quæ ad ipsum non pertinet, aliquid indebitè vsurpet, siue hæreditas adhuc iaceat, quia à legitimo hærede nondum est adita, siue ab eo sit adita, eaq; aditione comparauerit dominium, sed nondum possessionem illius obtinuerit, is non dicitur fur presse, neq; in pœnas furi à iure statutas incidit: sed incidit in crimẽ aliud, quod vocatur expilatę hęreditatis, *L.2. ff. de crim. expil. hæred. & l. vlt. C. eod. tit.* Dicitur hæreditas: *commissa*, quando cadit in commissum, seu quando ex pœna contracta debetur alicui. Vnde Tullius accus. l. 2. dixit *commissam hæreditatem palæstræ*, cum eam in eum casum incidisse significaret, quoad palæstram pertineret. Vnde *merces commissæ* dicuntur, quæ ob non solutum vectigal, publicanorum sunt factæ. *Commissa pœna* quæ debetur. *Commissa condemnatio* quæ incurritur: *commissa stipulatio*, cum id, quod in ea promittitur, debetur: *commissa obligatio*, quando incurritur, & sic de multis. Vide Schardium v. eod.

Expilata hæreditas.

Commissa hæreditas.

Merces hæreditas.

1096 *Petita hæreditas* quid sit, facilè innotescet explicata petitio hæreditatis. Est autem petitio inrentio actoris in rem rantum continens actionem *l. pecun. ff. de verb. sign.* Nam petitionis verbo in rem actiones significantur *l. 27. ff. de obligat. & acti.* Et dicitur petitio quasi per tertium persecutio. Nã ab aduersario qui nullo iure mihi obligatus est, directè rum peto, sed per tertium, nempe per iudicem, adeo, peto, & contendo. Vnde petitio hæreditatis, quæ in rem actio est, dicitur qua hæreditatem vel totã, vel pro parte, vel corpore hæreditario ab eo vindicamus, qui pro hærede, vel pro possessore tenet *l. 23. §. petitio ff. de petit. hæred.*

Petitio hæreditatis

Petere.

Petitio hæreditatis quo iure, quibusue competat, declarat Iurisconf. tit. *de petit. hæred.* pressè, sed latè Placentinus tit. 3. *lib. de rei vind.* Hæreditatis appellatione iuxta Barbosam de appellat. verb. app. 113. propriè venir non adita. Ita Alex. cons. 49. Viso processu, in princ. & nu. 10. lib. 3. vbi subdit, quòd ex vsu communi loquendi etiam dicitur hæreditas adita. Bald. cons. 393. circa med. l. 5. docet quòd in dispositione loquente de hæreditate, in dubio intelligitur de non adita, vbicunq; dispositio respicit aditionem faciendam, vel ius deliberandi, vel hæreditatem defuncti. Menoch. cons. 95. n. 70. dicit hæreditatem aditam non dici amplius hęreditatem, sed patrimonium. Quòd largo modo possit dici hæreditas paterna, aut materna, vel fraterna, licèt sit adita, tradit Alex. cõs. 114. super primo n. 15. l. 4. Superest expedienda duplex quarta hæreditatis: altera dicitur *quarta agnatorum* & erat quadrans hæreditatis intestato mortui, quam agnati, si filij non extabant, ne potibus ex filio auferabant, *l. si defunctus 4. de leg. hæred. lib. Cod. Theod.* v. at ex lege Iustinian. quamdiu posteri vlli sunt, quamuis ex fæmina proguati, agnati non admittuntur. *l. vlt. C. de suis & legit.* qua lege quartam illam agnatorum abrogauit.

Hæreditatis appellatio.

Quarta agnatorum.

Altera dicitur *Quarta curia*, & est quadrans eius hæreditatis, quam alienus aliquis (hoc est non de numero decurionum) qui curiali successit, siue ex asse, siue ex parte successit, obtinuit. Tunc enim constitutum est vt quadrantem curia postulare possit, non tamen de singulis rebus sed ira vt hæres vniuersum patrimonium in partes quatuor diuidat & sors ducatur, vt vel curia quadrantem, vel hæres dodrantem obtineat. *L. 1. & 2. C. quando & quibus quar. pars lib.* 10. Sic Shard. v. eodem.

Quarta curia.

SECTIO VII.

De vocibus alijs, & modis loquendi.

1097 **C**Adere hæreditate, idem valet atq; hęreditatem perdere: vt quando testator air, si hæres non impleat voluntatem meam, hæreditate cadat. Ita Barb. tract. de diction. dict. 50. In eadem significatione accipitur, quando dicitur quis *Cadere causa*, cum litẽ perdit. *L. Stichum §. penul. de solut.* quando dicitur *Cadere dominio* cum dominium amittit.

Cadere hæreditate.

Cadere causa vel dominio.

Restituere hæreditatem, non est soluere *l. non enim ff. ad Trebel.* Sed est reddere, v.g. quando hæreditas fideicommissaria est: vt sumitur ex *l. cum hæreditas ff. ad Trebel.* & tunc siue restituat hæres re ipsa, siue verbo, semper restituere videtur. Est discrimen inter immisceri hæreditati, adire, & cernere hæreditatem: nam *Immiscere* verbum est proprium eorum hæredum, qui sui sunt, cum hæreditarem suam amplectuntur: cũ enim non aliunde accedant, sed

Restituere hæreditatẽ.

Immisceri hæreditati.

in

Adire hæreditatem.

in familia sint, adire non dicuntur, sed immisceri. *l. impuberibus ff. de acq. hæred.* Immisceri igitur suorum hæredum est, adire extraneorum. *l.6.§.si filius ff. de bonis lib.* Vide Parladorum diff.97. *Cernere hæreditatem* idem valet atq; acquirere: & est loquendi modus apud Tullium non infrequens.

Auocatur hæreditas. *Repudiare hæreditatē.* *Omittere hæreditatē.* *Abstinere se hæreditate.*

1098 *Hæreditas auocatur* (vt tradit Connan. lib.9. cap.7. num.3.) si testator, vt intestatus moreretur, incidit tabulas, & hoc approbauerint ij, qui ab intestato venire desiderant. *Hæreditas repudiatur*, cum is, ad quem delata est, adire recusat: nam repudiantur ea tantum, quę iam delata sunt. *l.1. §. decretalis ff. de success. edict.* Dicitur verò *hæreditas omitti*, quando hæres excludi se ab ea tempore passus est. Omittens hæreditatem (vt ait Albericus v. eod.) non minuit sua bona. *Abstinere se hæreditate*, & *retinere hæreditatem*, contraria sunt, & in ijs solis ponuntur, qui Sui & domestici hæredes appellantur. Nam extranei vel adire, vel repudiare dicuntur. Vnde est titulus *lib. 6. C. de repudianda, vel abstinendu hæred.* Dicitur etiam *cedere hæreditatem* qui renunciat. Nam verbum *cedere*, hac significatione accipitur *in cap. quum periculosum 7. q.1.*

Absumere hæreditatē. *Inuadere hæreditatē.* *Negotia inuadere.*

1099 *Absumere hæreditatem* quamuis possit accipi pro consumere iuxta *l.77. §.filia ff. de leg. 2.* tamen iuxta *l.19. vbi Bald. C. famil. ercisc.* accipitur pro subtrahere, & locum habet in cohæredibus. Quamuis *Inuadere* sit aliquando idem atq; rapere vel occupare *l. instrumenta ff. ad exhib.* tamen *Inuadere hæreditatem Gagi* (vt ait Albericus v. eod.) non sumitur in malam partem: quia filius Gagi ibi inuasor erat. *Inuadere negotia* dicitur, vt habetur *l.5. ff. de oblig. & actio.* qui se negotijs gerendis vltro & sine mandato offert.

Diuidi hæreditatē in capita. *Erciscere.*

Hæreditatem in capita diuidi, nihil est aliud, quàm eam in tot partes dispesci, quot sunt capita, quibus solet deferri. In stirpes verò successio diuiditur, quando liberi parentis sui locum assumentes, in eam hæreditatis partem duntaxat succedunt, quam parens vbi superstes esset, assecutus fuisset. *Erciscere* pro diuidere. Iudicium de hæreditate inter cohæredes diuidenda, cur id nominis obtinuerit, pluribus docet Riual. in 12. Tabul. interp. *Ercisci* verbum antiquum est pro diuidere, forte deriuatum ab arceo, est quod in diuisione hæreditatis, altera ab vtraq; vel altera arceatur, id est separetur. Vide apud Parlad. diff. 112. discrimen inter familiæ erciscundæ actionem, communi diuidundo, finium regundorum, atq; petitionem hæreditatis.

Viriles partes. *Virilis pro tota hæreditate.* *Teneri pro virili.* *Eiurare hæreditatē.* *Abdicare se hæreditate.*

1100 *Viriles partes* in hæreditate, vt intelligatur, quæ sint, aduerte *Viriles portiones* interpretari æquales Paulum in lib.3. sentent. tit.2. quæ scilicet pro numero personarum, & in capita constituuntur, vt tot sint quot sunt & personæ. *L.1.§. nunc tractemus ff. de tut. & rat. distr.* Virilis appellatione in l. Papia etiam intelligitur tota hæreditas cōtinetur *l.145. ff. de verb. sign.* Quamuis enim Virilis appellatio ad singulas & æquales partes referatur pro numero personarum, vt *l. vnica §. sin autem C. de caduc. tollen.* Vt cum dicimus hæredes pro virili teneri: at Vlpian. Virilis nomen totum ac reliquum quandoq; significare scripsit. Vt cum duo in partes æquales instituti sunt, altero eorū mortuo vel qui *eiurauit hæreditatem*, hoc est se priuauit, seu abdicauit hæreditate, totum accrescit alteri: & sic virilis appellatione totum reducitur. Brechæus in *l. viril. ff. de verb. & rer. sign.* Deinde *Virilitas* pro testiculis *l. 5. in fine ff. ad l. Cornel. de sicar.*

Deniq; *Apisci possessionem*, pro adipisci possessionem hæreditatis, siue alterius rei est apud Vlpian. *l.40. ff. de donat. int. vir. & l.25.§.3. de hæred. petit.* Ex causa hæreditaria diuersum esse id est propter hæreditatem not. *l. qui absenti §. fin. ff. de acq. possess.*

Apochirixis. *Appendicia.*

1101 Vt nonnulla vocabula spectantia ad hæreditatem percurramus, *Apochirixis* est idem atq; abdicatio *l.6. C. de patr. potest.* per quam abdicationem filius paterna familia, & hæreditate priuatur. *Appendicia* in hæreditate sunt apud Vlpian. *l. si quis ff. de aequis. hæred.* res appendiciæ, quæ scilicet pendent à præcedenti institutione.

Hæredium. *Hærem Martiam.*

Hæredium à Budæo dictum, quasi debitum sit id bonum, non aduentitium: dictum quod hæredem sequeretur. *Hærem Martiam* Festus author est veteres accepta hæreditate coluisse quæ putabatur fuisse vna ex Martis comitibus. Certè dicta Martia existimatur, quod de hæreditatum bonorumq; possessione multa bella nascantur.

Lucrosa hæreditas.

Lucrosum idem valet atq; fructuosum, quæstuosum, vtile *l. obligari §.1. ff. de auct. tutor. & l. hæreditas. quis omissa.* Vbi dicitur non posse pupillum sine authoritate tutoris adire hæreditatem, quamuis lucrosa sit: Item, liberum esse cuiq; lucrosam hæreditatem omittere.

Partitio. *Diuisio.*

1102 Superest exponendum quid in hæreditate, vel successione bonorum sit partitio, & collatio. Quamuis partitio & diuisio soleant promiscuè accipi pro eodem, tamen M. Tullius apud Schardium v. *partitio* agnoscit discrimen inter partitionem & diuisionem, quasi *Diuisio* sit specierum vnius generis enumeratio, vt animalis in hominem, & leonem, *Partitio* sit quando aliquod totum in suas partes discerpitur v.g. Equus in sua membra, caput, pedes, & brachia. *L.164.§.1. de verb. sign.*

Discretum. *Discretiones.* *Legitima portio.*

Idem valet *Discretum* atq; distinctum *l. discretis C. qui testam. facere poss.* Nam *Discreta* gentes accipiuntur *l. ex hoc iure ff. de iust. & iure.* pro distinctis. Item *Discretio* pro differentia *l. fin. in prin. C. de sacros. eccles.* Sunt item *Discretiones* diuisiones patrimoniorum, authore Festo lib.4. In partitione bonorum quid sit *Legitima portio*, satis exponit Molin. tom. 1. d.159.

Collatio quid sit. *Collatio* quid sit, rectè definit Molin. tom. 1. disp. 237. in hunc modum: Est allatio in commune bonorum parentis defuncti aceruum ex quo legitima debetur, eorum profectitiorum bonorum, quæ afferentis effecta erant, vt cum alijs tanquam hæres in eo succedat. Hanc definitionem ibidem latè exponit. De hac collatione bonorum est titulus in Codice. Apud Azon. in sum. C. de col. dicitur collatio quasi in commune latio, & est ius quo res quędam non hæreditaria fit hæreditaria, id est redigitur in commune.

Collatio instrumentorum. *Collatio instrumentorum* est quando duo instrumenta inspiciuntur simul & examinantur, vtrum in vno ita sit sicut in altero, vel vt videatur per modum & formam scripturæ effectus eius. *l. cum vnus in prin. ff. de alim. & cibar. leg.* In Nouell's Iustiniani dicuntur collationes, quæ scilicet habebantur inter peritissimos, vt constitutiones fierent.

SECTIO VIII.

De legatis, & fideicommissis.

Fideicommissi & legati differentia. 1103 Hodie (inquit Molin. tom. 1. disp. 193.) fideicommissum particulare solum in hoc à legato pressè sumpto differt, quòd quando verba testatoris diriguntur ad legatarium, vt si dicat: Lego aut relinquo Petro hoc vel illud, dicitur legatum: quando verò testator dirigit ea verba ad hæredem, aut hæredes, quibus rogat, aut præcipit, vt hoc vel illud dent Petro, aut cuiuis alteri, dicitur fideicommissum particulare.

Legatum quid sit. In effectu autem legatum & fideicommissum particulare omninò æquantur, sublataq; est inter vtrunq; omnis differentia, vt habetur §. *sed non vsq; Instit. de legat.* Vide Parlad. diff. 17. de discrimine inter legatum, & fideicommissum. Legatum igitur iuxta Florentinum in *l. legatum est ff. de legat.* 1. est delibatio hæreditatis, qua testator ex eo, quod vniuersum hæredis foret, alicui quid collatum velit. Vel iuxta Modestinum *in l. legatum ff. de leg.* 2. Est donatio testamento relicta. Vel vt latiùs declarat Iustinianus §. *legatum itaq; Instit. de legat.* Legatum est donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præstanda. Intellige mediatè vel immediatè, vt hac definitione contineatur fideicommissum particulare, quod legatarius grauatur alicui alteri dare.

Prælegatū Prælegare. 1104 *Prælegatum* quid sit, & quomodò differat à legato, constabit ex verbo *Prælegare*, quod est vni alicui ex hæredibus præter partem hæreditariam legare, vt sibi præcipuum habeat: vnde illa prælegati fuere verba solemnia. *Hæres meus præcipito: præcipuum habeto.* Vnde prælegatum à legato distinguitur 1. quia illud solis hæredibus, hoc verò ijs tantū qui hęredes nō sūt, adscribitur 2. quòd illius in hęreditatis restitutione nulla portio restituitur huius restituitur. *l. In fideicōmissaria ff. ad Trebell.* Accipitur etiam *Prælegare* pro eo quod, alicui rem, quæ iam quodammodo ipsius erat, legare: Vnde prælegari filiæ dos dicitur. *l. Balbius ff. de pactis dotal.* Item prælegari peculium filio, seruove *l. 1. §. si seruus ff. de except. rei vend.* Dicitur enim maritus *prælegare dotem*, cum eam purè legat, propterea quòd eam ante solui iubet quàm ab hærede debeatur. Nam dos olim annua, bima trima die debebatur tantum. *l. 1. ff. de dot. præleg.* Vbi *Prælegationes* accipiuntur pro prælegatis. Legati appellatione continentur fideicommissa, & donatio causa mortis *l. & fideicommissum ff. de legat. 3.* de quo Bellon. commun. opin. 10. legata enim & fideicommissa singularia æquiparantur iuxta Menoch. consl. 272. num. 72. Legati appellatione non venit donatio inter viuos, vt ex Natt. consl. 402. n. 55. docet Barb. de appel. verb. appel. 127. *Prælegare dotem. Prælegatio. Legati appel.*

1105 Vt legatorum multiplicitatem persequamur, apud Molin. tom. 1. disp. 205. & Petrum Barb. in tract. poste ad rub. ff. de legat. 1. a num. 55. Legatorum quædam sunt pura, quædam in diem, quædam sub causa. *Legatum purum* tunc dicitur quando fit simpliciter, non adiecto die, aut tempore futuro, in quo soluendum, neque apposita conditione, modo, demonstratione, aut causa. *Legatum in diem* tunc dicitur, quando aliquid legatur soluendum indiem, aut tempus futurum post mortem testatoris, modò talis dies, aut tempus certum sit: alioquin, si dies incertus sit, legatum est conditionale *l. dies in certus ff. de condit. & demonst.* *Legatum purum. Legatum in diem.*

Quid sit apud Sanch. lib. 3. Matr. *Legatum quantitatis*, & *Legatum speciei*, videtur colligi ex ijs quæ tradit Schardius v. species: ait enim species apud Iurisconsultos singula corpora significare *l. 54. ff. de verb. oblig.* separariq; interdum in quantitate, id est ab his, quæ pondere, numero & mensura constant. *l. 6. ff. si cert. pet.* Cum enim apud Iuristas *Species* sit idem atq; apud Philosophos Indiuiduum, tunc datur legatum speciei, quando Paulus v. g. legat Petro aliquod certum indiuiduum, v. g. talem equum: tunc datur legatum quantitatis, quando legat tot modios tritici, vel tot pōdera Sacchari quia tunc non attenditur ad hoc numero triticū, vel ad hoc numero sacchariū. *Legatum quantitatis & speciei. Speciei.*

Quantitas quid. 1106 Pro maiori elucidatione videndum est quomodò quantitas & species in iure accipiatur. Quantitas, est id quo quantum quid esse dicitur, aut iudicatur, & diuiditur in numerum, pondus, & mensuram. Sumitur à Paulo lib. sent. 2. cap. 32. pro pretio & valore. Seruus (inquit) qui furtum fecerit, damnumue dederit, nisi id pro sui quantitate dominus sarcire paratus sit, noxæ dedi potest.

Interdum accipitur pro summa pecuniæ *l. 11. ff. de compen. l. 47. §. 1 ff. de iu. fisci.* Interdum pro

pro modo *l.94.ff.de verb.oblig.* in qua quod initio Marcellus quantitatem dixerat, postea modum vocat. Sed frequentius vsurpatur quantitas prout opponitur corpori, & sic definitur: Est res cuius vis aut momentum vel solum, vel præcipuè spectatur. *Corpus* vero res cuius materia vel sola, vel præcipua spectatur. Vlpian. *l.34.§.2.ff.de legat.1.*

Corpus.

Species accipitur pro rei facie, pro forma, pro controuersia, pro prætextu, vt videre est in multis textibus apud Schardium v. eodem. Iurisconsulti appellant species, quas veteres Latini fruges, idest vinum, oleum, frumentum, legumina. *l.vlt. ff. de muner. & honor.* Apud Iurisprudentes species singula corpora significat *l.54.ff.de verb.oblig.l.30.ff.de leg.1.*

Species annonariæ. Species adæratæ. Adærare.

Hinc dicuntur *species annonariæ*, quæ scilicet ad annonam spectant *l. vlt. C. de collat. fund. fiscal.* Dicuntur etiam *Species adæratæ* vt videre est in *l.septem C.de erogat.milit. ann. lib. 11.* & sunt species ære seu pecunia æstimatæ: nam *Adærare* est ære æstimare.

1107 Vt legata reliqua percurramus, *Imaginis legatum*, prout reperitur in *l. si imaginem ff.de aur. & arg.* est idem atque simulacri picti legatum, & de tabula accipiendum non est. *Hominis legatum* orationis compendio singulos homines complectitur *l. M. auius §. duorum ff.de leg.2.* Dicitur *Legatum annuum* quod in singulos annos, hoc est omni anno debetur *l. legatum, §. vini ff.de ann. legat.* Differunt *Legatum operarum* & *vsusfructus*, Nam illud facti est, & ad rem potiùs refertur, vt quandiu ipsa durat, tandiu debeatur: at vsusfructus ius est personæ fructuarij tam coniunctum, vt cum eo extinguatur, & multis alijs casibus intereat, vt capitis diminutione, & non vtendo. Connan. lib.4.cap.1.n.9. *Legatum pium* est quod religioni, bonis litteris, & paupertati relinquitur. *Legatum vendicationis*, seu *per vendicationem* debatur, quod legatarius post mortem testatoris, non etiam spectato hærede, statim sibi aut præsumebat, aut defunctus ad hæredem eius transmittebat. Vnde in eo expectanda non est traditio hæredis, sed ipse legatarius possessionem accipit: quàm *in rem missionem* (vt dixit Alciatus) videtur Iustinianus appellasse *l. 1. in princ. C.com.de leg.* Fiebat his verbis: Stichum seruum tibi do, lego: vel Illam rem tibi præsume, habe, vendica.

Imaginis legatum. Hominis legatum. Legatum annuum. Legatum operarum, & vsusfructus. Legatum pium.

1108 *Legatum præceptionis*, nonnisi vni ex hæredibus dari potest, at aliquid ex hæreditate præcipuum habeat: & videtur coincidere cum prælegato. Quod si coniunctim nultis, aut diuisim singulis relinquatur, omnibus vna tantum res quæ nominata est, sicut & in legato vendicationis debetur *l. si pluribus ff. de leg. 1.* Vide Parlad. differ. 16.n. 1. Idem valet *Legatum præsens*, atque purum conditionali oppositum *l. 1. ff. de condit. & demonst.* Sic exponit Spieg. *Legatum per sinendi modum* his verbis fiebat: Hæres meus rem illam Titio permitte sumere. Vnde hæres tale legatum non tenetur tradere, sed vendicanti legatario non permittitur resistere. *Legatum per damnationem* fiebat his verbis: *Hæres damnas esto dare. Hæres meus illi dato.* Quod intelligo, vt hæres à testatore sit damnatus illi dare. *Legatum integrum* illud est quod ab hærede traditur absq; Falcidiæ detractione. Tusch.concl.297. n. 8. Alex. cons. 133. n. 4. lib. 5. Vnde si testator mandet legata integra solui legatarijs, videtur prohibere hæredi detractionem Falcidiæ, vt dicunt citati authores.

Legatum præceptionis. Legatum præsens. Sinendi legatum. Legatum integrum.

1109 *Caducum legatum* vt intelligatur quid sit, videndum prius est quomodo accipiatur hæc vox *caducum* quæ à cado deriuatur. Apud Alciat. de verb. sign. caducum dicitur non quod cecidit, sed quod facilè casurum est, ruinamque minatur. *Caduca auspicia* authore Festo lib.3. dicebant veteres, cum aliquid in templo excidit, veluti virga, & manu. *Caduca dos* dicebatur olim quæ illicò contracto matrimonio in fiscum cogebatur *l.38.§.pen.& l. 6.ff. de rit.nup.*

Caducum legatum. Caduca auspicia. Caduca dos.

Caduca hæreditas vt sumitur ex *l. vna C. de caduc. tollen.* eadem ratione qua *Caducum legatum*, quod ad fiscum defertur, vel ad substitutum. Quia verò iucundum erat substituto legatum caducum accipere, quasi rem minimè speratam, ideo Iuuenalis illud dixit *legatum dulce*. Erat igitur *caducum legatum* lege Papia relictum sub conditione quadam deficiente, quod viuo vel mortuo testatore cadebat, & redibat vel ad testatorem viuum, vel ad substitutum eo mortuo. Vnde est titul. in C.Iustin. *de tollen. caduc.* Varijs deinde modis accipitur & accidit legatum caducum, 1. si relinquatur defuncto, quem testator in viuis esse putabat: aut ei qui prius quàm testator decesserit: 2. quando res quæ relicta est atque legata, non inuenitur. 3. si graues inimicitiæ inter vtrunq; oboriatur. Si legatarius legatum respuat 5. si conditio sub qua sit relictum, desit.

Caduca hæreditas. Dulce legatum. Caducum legatum.

1110 *Fideicommissum*, vt habetur §. 1. *Instit. de fideic.hær.* ideo dicitur, quia nullo vinculo iuris, sed tantum pudore eorum, qui rogabantur, continetur. *Fideicommissa* dicuntur, quæ demandantur fidei hæredis restituenda alteri; quæ licèt pendeant à fide hæredum, vnde sumpsere nomen, tamen S. Augustinus ea ad iuris necessitatem retracta dixit, ne humanæ perfidiæ locus esset.

Fideicommissum qui, & quotuplex.

Fiunt verbis precarijs erga grauatum, qualia sunt rogo, peto, volo, mando, deprecor, cupio, iniungo, desidero, impero § *fin. Instit. de singulis rebus per fideicom. relict.* Fideicomissorum alia sunt vniuersalia, hoc est ad hæreditatem pertinentia, quibus totum patrimonium, vel eius partem hæres alij restituere rogatur, alia particularia, seu singularia, quæ ita vocantur, quia sunt rerum singularium. *l. 1. C. comun. de leg.*

Libertas fideicommissaria est illa, quam testator

Libertas fideicommissaria.

tor non directè impertit. sed per manumissionem alterius, vel hæredis, vel legatarij, cuius fidei commisit. *Fideicommissaria hæreditas*, quam alij restituere hæres rogatus est. *Fideicommissarius* is cui ea hæreditas restituitur, qui Trebellianus fideicommissarius appellatur *l. 15. § 1. ff. vt leg. seu fideicom. nom. causa*.

SECTIO IX.

De nonnullis spectantibus ad legata.

Quarta. Falcidia. 1111 VT intelligatur discrimen inter quartam Falcidiam, & quartam Trebellianicam, illa in legatis, hæc in fideicommissis locum habet. *Falcidia*, de cuius expositione latè Molin. to. 1. disp. 213. dicitur in iure illa quarta pars, quam hæredes beneficio legis Falcidiæ retinent ex legatis, si forte amplius dodrante in ijs consumptum sit à testatore. Nam in bonum testatoris, vt hæres inuitaretur ad adeundam hæreditatem, statuit lex, vt hæredes non obstantibus legatis, possent sibi retinere quartam partem bonorum defuncti, ita ut si hæreditas tota legatis foret exhausta, detrahere possent de legatis quartam partem: si verò hæredibus aliquid remaneret; sed non integra quarta pars, detrahere pro rata possent à legatis quod deesset, vt ipsis quarta pars bonorum defuncti remaneret: Quod si quarta pars aut aliquid amplius ipsi remaneret, integra soluere legata tenerentur. Appellatur lex illa Falcidia à Falco huius remedij inuentore, *Instit. de leg. Falcidia, & C. ac ff. ad l. Falcid.* Similiter *Quarta Trebellianica*, quam exponit Mol. to. 1. disp. 187. & modò sic appellatur, *Pegasiana* olim fuit: nam Pegasiano S. C. institutum est, vt qui fideicommissum, siue vniuersale, siue particulare restitueret, quadrantem sibi retinere posset, §. *sed quia de fidei com. hær*. Vnde facilè innotescit id quod lex Falcidia est in legatis, *Pegasianum* esse in fideicommissis. Nam sicut hæres, in cuius hæreditate plus dodrante legatum est vsque ad quadrantem integrum retinere potest, eodem modo is qui plus dodrante (continet dodrans nouem vncias) siue multis reddere sit rogatus, quartam sibi retinere poterit. Vide Parlad. diff. 20. de discrimine inter Falcidiam & Trebellianicam.

Quarta. Trebellianica. Pegasiana quarta.

Legatorum trasmissio. 1112 Sicut datur transmissio hæreditatis ad hæredes instituti, quando hic post aditam hæreditatem mortuus est, ita datur transmissio legatorum ad hæredes legatarij, quando hic post aditam hæreditatem, mortuus est: & de hac transmissione agit Molin. to. 1. disput. 181.

Cedere diem in legatis quid sit *l. 1. ff. quando dies legat. cedit*, patet ex eo quòd Iurisconsulti tunc dicunt cedere diem, quando certi temporis pars effluit; v. g. cum quis Kal. Ianuar. die stipulatus est sibi dari prioribus Kalendis triduo exacto, rectè tres illi dies dicentur cessisse, seu effluxisse, vt sibi detur. Vnde Vlpian. *l. 213. ff. de verb. sign.* Cedere diem (inquit) significat incipere deberi pecuniam.

Sic igitur cedere diem, in legato soluendo ad certum diem, dicetur quando talis dies effluxit & legatum deberi cœpit. *Cedere operæ*, eadem significatione dicuntur, qua *cedere legata*: præcisa enim vtrobique locutio est, quæ plena sic offertur: Cedere dies, quibus operæ ut legata debebantur. Vnde illud Vlpiani *l. si quis 13. ff de oper. liber.* Iudicium (inquit de operis tunc locum habet, cum operæ præterierint. Præterire autem non possunt, antequam incipiant cedere: & incipiunt, postquam fuerint indictæ. *Cedere diē in legatis. Cedere operæ.*

1113 Quæ sint in legatis *Acapna ligna* Vlpianus lib. 32. *ff. qui est de legatis tertius l. lig.* Videtur exponere, Sed & titiones (inquit) & alia ligna cocta, ne fumum faciant: acapna volens significare. Dicuntur enim quæ sunt in fumo, aut ad solem exsiccata, vt non fumigent, cum focis admoueantur. Dicta quasi sine fumo: nam particula a, priuatiua est, *Capnos* fumus. Acetum in legatis non continetur appellatione vini *l. si quis vinum ff. de vin. & oleo* extinguendi ignis causa fuit paratum: tunc enim esui potuique non fuit. Ita Ofilius lib. 16. *Acapna ligna. Giprus. Acetum.*

Ademptio legatorum dicitur, cum testator ea legata quæ alicui attribuerat, adimit: vel his verbis, non do, non lego: vel alijs significantibus mutatam testatoris voluntatem. *l. & passim ff. de alimen. & trans. leg.* Vt intelligas qui veniant *Cippi appellatione* in legatis, necesse est aeuertere quod *Cippus* nomen est vulgare, Fuscorum & importat idem quod Stirps, vt tradunt Paris cons. 47. n. 52. lib. 3. & Tusch. à 2. lit. D. conc. 220. n. 8. *Ademptio legatorum. Cippi app. Cippus in legatis. Stirpis appel. Malignare.*

Igitur *Cippi appellatione* veniunt in legatis, & fideicommissis aguati, qui pro eorum proximitate iuxta ordinem graduum admitti debent. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. n. 16. & Steph. Gratian discept. for. to. 3. cap. 491. n. 3. Cippi appellatione non veniunt fœminæ vtpote quæ cippum & agnationem conseruare nequeunt. Intelligit procedere quando constat voluisse testatorem conseruare bona in agnatione: tunc enim fæmina non venit: Secus si non constet, saltem ex aliqua coniectura. Vide Bart. de appel. verb. 5. *Malignari* in legatario id est ex malitia negare, & se ingratum illiberalemque ostendere *Auth. de hæred. ad falcid. §. Hinc nobis* nam malignus opponitur benigno, liberali & grato.

1114 *Instructum* & *instrumentum* in ordine ad legata, quid sit exponendum est. Nam instructum & instrumentum discernuntur in tit. *de instruct. & instrum.* Vberius enim & plenus est instructi quàm instrumenti legatum, cum illo non loci tantum. sed & patrisfamilias ipsius instrumentum, quod, vt instructior esse habitu, contineatur *l. 12. §. sed si fundus ff. de instr.* *Instructum & instrumentum.*

instr. vel instram.

Instructa taberna. Existimo *Instructum* ab *instrumento* sic differre, sicut totum à parte. Nam iuxta citatam legem, & Vlpiani mentem, Instructi nomine, non modò quæ fundo necessaria sunt, continentur, sed etiam quæ præter ea testator habuit, quibus suum fundum instruxit. Instrumentum verò ea tantum continet, sine quibus fundus dici instructus non potest. Vnde *instructa taberna* apud Vlpian. *de verb. sign.* est quæ & rebus, & hominibus ad negotiationem parata est.

Instructus fundus. *Instructa domus* est quæ omnimoda supellectili, seruis ac famulis requisitis ornata, & præparata. *Instructus fundus* dicitur, eum supellex ibi continetur, quæ illic fuit vsus gratia ipsius patrisfamilias, & vestes, mensæ quoque item vitium, aurum, & argentum, item vina, si qua fuerint vsus ipsius patrisfamilias gratia, & si quid ad id vtensilium: omnia denique quæ in eo sunt collecta, vt instructior esset. *l. quæsitum §. sed si fund. ff. de fundo instruct.*

Instrumenta domus. 1115 *Instrumenta domus*, quæ sint, vt intelligamus quæ transeant ad legatarium, legata domo instructa, notant Iurisconsulti in *l. quæsitum est §. si domus instrumentum sit legatum ff. de fun. instr.* Vbi dicunt præter imagines & affixa spolia, esse specularia, pegmata, canales, harpagones, hamas, centones, siphones, scalas, perticas, spongiasque quibus instrumenti domus contra vim ignis ad incertos casus defenditur, squallor abluitur, & purgantur immunditiæ.

Attinentes. In legatis & fideicommissis qui veniant *Attinentium* appellatione, multis citatis exponit Aug. Barb. tract. de appel. verb. ap. 29. vbi ait venire coniunctos omnes vtriusque sexus, quando vocantur ad fideicommissum: secus si vocentur attinentes masculi de domo, seu familia, vel coniecturis intelligatur mentem testatoris esse conseruare bona in agnatione. Tunc enim fœminæ non veniunt.

Consortes. Similiter *Consortium appellatione* vt habet citatus author appel. 58. veniunt illi qui sunt de eadem familia, & sunt proximiores testatori, etiam si sint fœminæ. Denique apud eundem authorem Appel. 186. Partis appellatione dimidia continetur: aliquando venit totum, quando pars non applicatur magis vni parti quàm alteri, vel quando qualitas adiecta parti, conuenit etiam toti. Quando adijcitur dictio *aliqua*, vel *quædam* venit minima: quando sermo est de diuisione, veniunt minutæ.

Pars, & partis appell.

Distinctim relictum. Extenuare legatum. 1116 *Distinctim relictum* (vt exponit Schard. v. eod.) dicitur quod duobus separatim, & diuersis rationibus relictum est §. *si eadem res Inst. de legat.* Item *distinctio modo*, seu distinctim relinqui dicitur, quod sub alternatione relinquitur *l. 35. ff. quando dies leg. ced.* Præterea *Extenuare legatum* (vt exponit Alberic. v. eod.) est minuere, non verò perimere *l. qui hominem ff. de adim. legat.* Dicitur *Legatarius* ille cui legatum à testatore relictum est.

Legatarius.

Legare. Verbum *Legare* amplæ fuit olim significationis, & accipiebatur etiam pro decernere, & mandare, vt & delegare dicimus. Hodie tamen refertur ad solas donationes ab hærede præstandas, & comprehendit legata, fideicommissa, & cæteras omnes relictorum species *l. fideic. l. vxorem ff. de legat. 3.* Adiectum vniuersitati bonorum inducit hæredis institutionem iuxta Menoch. cons. 86. n. 78. Quando adijcitur certæ summæ aut quantitati, legatum inducit, & non institutionem, vt tenet Menoch. de præsum. lib. 4. præs. 141. n. 34. Quod tanquam obliquum si adijciatur hæreditati, importat fideicommissum vniuersale, siue alius sit hæres institutus, siue non, resoluit Moneta de commut. vlt. vol. cap. 9. n. 20.

SECTIO X.

De maioribus, & capellis.

Primogenitura. Primogenia. Primogenita. 1117 Qvod apud solos Hispanos *Maioratus* in vsu est, apud veteres Iurisconsultos longè aliud fuit, & appellabatur *Primogenitura*, alijs nominibus *Primogenia* iura primi *filij*, item *Primogenia*. & *Primogenitura*, vt obseruauit Tiraquell. de primogen. in præf. n. 1. & 2. A Molina Iurista de primog. lib. 1. cap. 1. n. 5. *Primogenitura* sic definitur. *Est ius prioris ætatis honorificum & vtile competens filio, quia primus est in ordine nascendi.*

Maioratus. At *Maioratus* eo modo, quod in vsu est apud solos Hispanos, à Molina Theologo explicatus tract. 2. disp. 577. ad fin. hac definitione. *Est affectum vinculo, vt in eo, inalienabili ac indiuiso, eo ordine ipso iure succedatur, qui ab illius institutore fuerit statutum.* Quando audis *affectum*, & *vt in eo*, intellige vel *affecta*, *vt in eis*: sumitur enim singulare indifferenter pro plurali: vt plurimumque multæ res vinculo vnius, eiusdemque primogenij vniri consueuerunt.

Primogenia & maioratus. 1118 Sequitur explicandum quomodò differat Maioratus à fideicommisso & capella. Imprimis constat maioratum Hispanorum longe distare à primogenijs Hebræorum, & aliarum gentium: quia illa non erant vinculata, deinde reperiebantur in filio primogenito cuiuscunque familiæ, vt haberet hanc vel illam prærogatiuam, aut emolumentum, at maioratus Hispanicus continet bona vinculata quæ vt indiuisa, & inalienabilia, ordine quodam iuxta primi institutoris præscriptum, deriuentur ab vno in alium.

Fideicommissum, & maioratus. Quod attinet ad fideicommissa relicta familiæ, vt perpetuò in ea conseruentur, & in eis succedant ordine quodam, qui fuerint de familia, vt habetur *l. cum ita legatus §. in fideicommiss. ff. de leg. 2.* quamuis Valas. cons. 82. n. 9. & authores communiter rectè dicant conuenire cum maioratibus Hispanicis, tamen in mul-

multis discrepant, vt videre est apud Molin. Theolog.cit.disp.577.

Imprimis, quia in maioritatibus vnus solùm succedit in primogenito integro, quod semper perseuerat indiuisum, isque successor regulariter est filius masculus primogenitus vltimi possessoris: at in fideicommisso relicto familiæ, quando aliud non disponebat testator, simul succedebant omnes de familia proximiores in gradu, & fœminæ æqualiter cum masculis *l.cum ita legatur §.in fideicomiss. ff. de leg.* 2. Deinde quia maioratus non solum vltima voluntate, sed etiam contractu inter viuos irreuocabiliter institui possunt, at fideicommissa solum relinqui poterant in vltima voluntate, scilicet in testamento, codicillo, vel donatione causa mortis.

Capella & maioratus. Tandem quia fideicommissum ab hærede grauato debet accipere fideicommissarius, ita vt regulariter non fiat dominus, donec per hæredem fiat traditio: secus in maioratu, nam vocatus eum accipere censetur immediatè ab ipso institutore, & non ab vltimo possessore vbi primùm hic e vita discedit. Vide Parlad. diff.18 & diff. 19. Vbi de discrimine inter feudum & maioratum.

1119 Quod attinet ad discrimen inter maioratum & capellam, illud optimè exponit Molina Theolog.disp.576.his verbis: Meritò, *Administrator capellæ.* ait in Lusitania de communi concordia inter principes seculares & prælatos lib.2.Ord.tit. 35.§ antep. definitum fuisse quando bona aliqua vinculantur cum grauamine, vt ex reditibus celebrentur sacrificia, vel fiant alia opera pia, constituta parte aliquota redituum, aut parte alia ex illis determinata administratori, qui ordine quodam in eis bonis vinculatis sit successurus, ita quòd reliqui reditus in operibus pijs insumantur, eam institutionem censendam esse *Capellam*, quam vocant, ac proinde ad ea bona, ad eamque institutionem se extendere iurisdictionem ecclesiasticam.

Quando verò bona aliqua vinculantur, vt in eis aliqui ordine quodam succedant, cum grauamine, ut successor teneatur ad aliqua sacrificia, uel ad aliqua alia opera pia ex reditibus illorum bonorum implenda, aut sine ullo tali grauamine, institutionem esse censendam maioratum, quidquid institutor dicat uel in priori institutione se maioratum, uel in posteriori se capellam, instituere.

1120 Illud rectè obseruat Molina citatus n.14.in aliquibus locis Castellæ primogenia à priuatis instituta de suis proprijs bonis, appel- *Patronazgos.* lari *patronazgos*, alia uerò secundi generis, aut ualde pinguia, quæ dominium iurisdictionis *Maiorazgos.* habent, nuncupari *maiorazgos* cum tamen omnia maioratus & primogeniorum nomine comprehendantur.

Maioratus duplex. Sunt maioratus in duplici genere: nam alij *Legales maioratus.* uocari possunt hominis, alij legis; maioratus hominis sunt illi, qui ab homine instituente ortum habent, seu qui alicuius hominis ductu & arbitrio constituuntur, seu creantur. Maioratus legis, alio nomine *legales* sunt qui lege decernente, seu statuente producuntur. Sunt (inquit Molin. Theol.disp.580.n.2.) qui maioratus legales dici possunt hoc est lege constituti & creati, ut eam formam habeant, eoque modo in eis succedatur, quo re ipsa succeditur. Vnde regnum Castellæ, & regulariter cætera regna lege introducta sunt, ac proinde maioratus legales dici possunt.

1121 Restat elucidandum quid sit maioratus institutio, & eius confirmatio, ac tandem quid repræsentatio, ut succedatur in maioratu. *Instituere* tum apud Latinos, tum apud Iurisperitos multipliciter usurpatur: nam accipitur pro incipere. sic *l.21.§.3.C. de test.* iuxta illud Ciceronis pro Cluentio: *Quæso*, inquit, *vt me iudices, sicut facere instituistis, benignè attentè que audiatis*. Accipitur etiam pro insistere, & instare, sicut constituere pro consistere, seu constare. Cuiac.ad *l.13.ff.de excusat.* *Instituere.*

Instituere accusationem, est iudicium dictare, vel crimen intendere. *Instituere filium* est adoptare. *Instituere pueros* est docere. *Instituere vineas* est plantare. *Instituere hæredem*, est facere, seu in hæreditatem ducere. Porro *instituere*, & *inuestire* iuxta Feudistas, idem sonat, nisi quod quis institui dicitur præsentialiter, inuestiri autem etiam absens: hoc est in possessionem statui vel poni. *Instituere* est propriè decernere, vnde *Instituta maiorum*: est etiam erudire: Vnde *Institutiones iuris*. Denique *institutio maioratus* idem valet atque illius constitutio, seu creatio, siue fiat publica, siue priuata authoritate. *Accusationem instituere. Instituere & inuestire. Institutiones iuris.*

1122 Quod attinet ad confirmationem, *Confirmare* apud Callistratum *L. 3. ff. de testibus* idem valet atque simul probare: apud Paulum *l.& quia ff. de orig. iur.* significat approbare: & validius ac perfectius efficere. Est confirmare, alicui iuri, vel facto firmitatem præstare. Vnde *confirmatio* est iuris priùs habiti corroboratio. Dicitur quando superior confirmat factum inferioris, & de infirmo firmum facit. *Confirmare.*

Vt verò intelligatur (inquit Molina disput. 597.n.2.) qualis confirmatio institutionis maioratus requiratur, vt ea institutio valida reddatur, obseruandum est duplicem distingui confirmationem: vnam, quæ appellatur in *forma communi*, quando scilicet non præcedente informatione in particulari de actu, qui confirmatur, & de circunstantijs necessariò exprimendis illius, adhibetur confirmatio illius à supremo principe, aut ab alio, ad quem spectat confirmatio. Altera, quæ appellatur in forma speciali, atque ex certa scientia, quando scilicet præcessit informatio in particulari de actu, & de circunstantijs illius necessariò exprimendis, aut id totum insertum sit in instrumento confirmationis. *Cap. 1. cap. quod* *Confirmatio in forma communi.*

uod nostram cap. pr orrecta, de confirm.

Repræsentare. Repræsentare pecuniа. Repræsentare ius. Repræsentatio in successione.

1123 Quod attinet ad repræsentationem vt succedatur in maioratibus, expendenda prius est huius verbi (repræsento) multiplex vis & acceptio. *Repræsentare*, est ante diem soluere Vlp. *in l. 8. §. 3. de transact.* Vnde *repræsentata pecunia*, est antequam debeatur, soluta. *Repræsentare* pro alterius locum ac numerum tenere, vel tantundem valere *l. 1. §. 1. si is qui testam.* Item est statim ostendere vt in *l. 1. §. non autem ff. si is qui test.* *Repræsentare ius* idest iudicis vicem tenere. *l. 1. C. vbi caus. stat.* Repræsentare se, est præsentiam sui facere *l. 15. §. 1. ff. de adult. l. 8. C. quomodo & quan.* Sumitur etiam *repræsentare*, pro præsentem denuo exhibere eum, qui semel præsens fuit, vt si quis promiserit aliquem in iudicio præsentare. Et in hoc distat talis promissor ab eo qui iudicio sisti promisit. Is enim vsque ad sententiam sistere tenetur: ille autem semel. *L. fin. ff. si quis in ius voc. non tem.*

At in rem nostram, vt succedatur in maioratu, *Repræsentare*, est vi quadam iuris exhibere præsentiam eius, quod re vera præsens non est. Sic filius fratris succedendo cum patruis repræsentat patrem suum. *Nouel. quæ iura agnat. & cognat. §. restat, vt & tertium. Const. 8.*

SECTIO XI.

De funeribus.

Funus quod. Exequiæ.

1124 F*Vnus* apud Latinos est pompa quæ fit in exequijs mortuorum, dictum à funalibus, quòd incensi funes mortuis præferantur. Funus generalius accipitur quam exequiæ: est enim tota pompa tam domestica, quàm extrinseca, exequiæ verò tantum in via, dum funus procedit. Apud Spieg. ex Old. notatum legimus funus quoque propriè dici cadauer iam ardens vel incensum: *Exequias*: Cum portatur: *Reliquias*, iam crematum & bustum: *Conditum* verò iam sepultum. Discrimen est inter funus imaginarium, & legitimum: *imaginarium funus*, quod Græci *Cenotaphion* appellant, dicitur, cum mortuo iusta absente cadauere persoluuntur: *legitimum* dicitur, cum defuncti corpus adest. Ab Vlpiano *l. 2. ff. de in ius vocati*, dicitur *funus familiare* & censetur illud quod fit à familia defuncti. *Funus publicum* erat, cum quis propter sua in rempublicam benemerita sumptu publico sepeliebatur.

Reliquiæ. Conditum. Imaginariū funus. Cenotaphiō. Legitimum funus. Publicum funus.

Funeris sumptus appellatione venit omne quod expenditur ante humatum corpus, & ad id necessarium putatur. Sic ex *L. funeris sumptus ff. relig. & sumpt. funer.* tradunt Gironda de priuil. seu exempt. explic. n. 417. & Azeued. l. 13. a. n. 9. tit. 6. lib. 5. nouæ Recop.

Funeralia.

1125 *Funeralia* sunt omnia quæ spectant ad funus. Vnde funeralium appellatione veniunt imprimis omnia quæ cum funere deferuntur. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 94. n. 17. Tambor. de abbat. disp. 15. q. 17. n. 3. Lauor. tit 2. cap. 17. n. 19. & 20. vbi subdit, quòd funeralia hodie dicuntur candelæ quæ accenduntur circa cadauer, maceries omnis, quæ supra castrum doloris & corpus construitur, pannus siue laneus, siue sericus, etiam auro contextus, quo feretrum tegitur, & omnia quæ computantur cum funere, & pro eo ab hæredibus in ecclesia præparantur.

Amplia cum Lauor. tit. 2. cap. 3. n. 191. & Azorio p. 2. lib 9. cap. 14. q. 13. vers. funeralia, non solum venire omnia quæ cum funere deferuntur, sed etiam omnia quæ ecclesiæ obueniunt ratione funeris, siue antequam corpus sit in terra conditum, siue post, & vsque ad trigesimum diem, & quando de funere fit memoria. *Funeraria actio*, alio nomine *Funeratitia* actio dicitur, quæ ob impensas funeris causa factas conceditur *L. 20. & 21. ff. de relig. & sumpt. fun.*

Funeraria actio.

Quarta funeralis.

1126 Sequitur exponenda quarta funeralis, deinde luctuosa, & quæcunque alia deducta ex funeribus. *Quarta funeralis* sic exponitur à Molina tract. 2. disp. 215. init. De iure communi (inquit) Episcopis de omnibus relictis per vltimam voluntatem monasterijs, ecclesijs, pijs locis, ipsis subiectis, itemque de oblationibus omnibus funeralibus, debetur certa portio, quæ diuersis temporibus fuit diuersa: aliquando tertia pars, aliquando quarta, & aliquando dimidium, vt constat ex *cap. de his, cap. antiquas, cap. decernimus 10. q. 1* Hinc effectum est, vt pro regionum varietate vsus obtinuerit, vt in aliquibus haberent tertiam, in aliquibus quartam, in aliquibus dimidiam, & in aliquibus plus vel minus, vt patet *cap. officij, cap. requisisti de testam.* Sed standum in his est consuetudini cuiusque regionis, vt habetur cap. certificari, de sepult. In dubio quando debeatur pars, censendum est deberi quartam.

Luctuosa.

Luctuosa quæ ex luctu mortis defuncti suborto denominatur, & à Molina tract. 2. disp. 147. explicatur, diciturque ab eodem disput. 215. successisse quartæ funerali iam omnino abolitæ, datur quando beneficiarius moritur. Episcopus enim de mobilibus, aut de se mouentibus bonis talis beneficiarij, exigit rem vnam quam vult, siue illa mancipium sit, siue mula, aut quæuis alia pretiosa res mobilis, & hanc *Luctuosam vocant.*

Funerare.

1127 Vt voces, modosque loquendi spectantes ad funus persequamur, imprimi. *Funerare*, vt sumitur ex *l. 14. ff. 12. ff. de relig.* est funeri operam dare, & iusta persoluere. Vnde Vlp. *l. at siquis ff. de relig.* dixit satius esse de suo testatorem funerari, quàm alios legata consequi. *Funerare se secundis nuptijs*, hoc est nuptijs incesti coniugij *lib. C. de inc. nupt.* Dicebatur *Funesta familia* in *l. vlt. ff. de stipul. seru.* cuius dominus mortuus erat. Varro lib. 4. de Lat. ling. ait quandiu in sepulchrum defuncti gleba abie-

Funerare se. Funestas familias.

cta

ELVCIDATIO XVI.

De tempore & ætate.

POst varias elucidationes quibus contractus in genere, in specie, quasi contractus & vltimas voluntates exposuimus, non erit abs re elucidare tempus & ætatem, vtriusque non solum quidditatem & multiplicitatem inuestigando, sed etiam voces & loquendi modos ad vtranq; spectantes declarando. Multum enim inseruiet temporis, & ætatis perspicua cognitio prædictorum intelligentiæ.

SECTIO I.

De tempore communissimè accepto.

1131 EST temporis explicatio ita difficilis, vt doctissimum quenq; subterfugere videatur. Vnde S. August. 11. confes. cap. 14. *Quid est ergo tempus? Si nemo ex me quærat, scio: si quærenti explicare velim, nescio.* Apud Latinos tempus est (Varrone teste) interuallum mundi, & motus, diuisum in partes aliquot à Solis & Lunæ cursu, à quorum tenore temperato tempus dictum est. *Tempus* (inquit Tullius 1. de inuent.) *est id quo nunc vtimur (nam ipsum quidem generaliter definire difficile est) pars quædam æternitatis, cum alicuius annui, menstrui, diurni nocturniue spatij certa significatione.*

Tempus quid.

Tempus apud Philosophos.

Apud Philosophos *definitur* ab Aristotele lib. 4. phys. cap. 14. in hunc modum: *Tempus est numerus motus secundùm prius & posterius.* quam definitionem latè exponunt Conimb. ibid. q. 1. & iuxta eorum doctrinam talis definitio sic accommodari, & explicari debet. Tempus est partes motus numeratæ prout durant, quarum aliæ labuntur prius, aliæ posterius. Apud Iuristas teste Old. tempus est ex cæli solisq; vertigine deductum spatium, in quo rerum omnium agitationem, vicissitudinemq; metimur.

1132 Quamuis tempestas in iure *l. 2. §. quod diximus ff. si quis caut.* sit cælestis iniuria quæ cælum & mare conturbat: & illius appellatione contineantur niues immoderatæ quæ frumenta corrumpunt. *l. fistulas §. fin. C. de contr. empt.* tamen apud Latinos accipitur frequenter pro tempore, pro memoria & ætate. In iure communi tempus (vt ex Syluestro v. tempus, tradit Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 28.) habetur duplex, scilicet continuum, quod nempe absque vllo interuallo dierum accipitur, ita vt numerentur dies festi, & profesti, siue præsens sit, siue absens, reus vel actor, siue fit, siue non fit iudicis copia. *l. vlt. C. de præscrip. long. temp.* & non continuum, & hoc *vtile* vocant Iurisconsulti: quia in hoc dies festi non supputantur: item quia non habetur ratio dierum, in quibus legitimum subsit impedimentum, vel iusta excusatio absentiæ, morbi, aut alterius causæ. *Cap. ne pro defectu, de elect.* Sunt tres differentiæ temporis, scilicet præteriti, præsentis, & futuri. An verba temporis præsentis vel præteriti trahantur ad futurum, edisserit Bart. ad *l. talis scriptura ff. de leg. 1.*

Tempestas.

Continuum tempus.

Vtile tempus.

Differentiæ temporis.

1132 *Constitutum*, dictio est valde pertinens ad ius ciuile, in quo, & apud puriores & castioris sermonis magistros significat tempus communi consensu indictum, quo se aliqui in loco certo sistant. Tullius in orat. pro Cælio: *Cum sit eis constitendum, nunquam se, ne congressu quidem, & constituto cœpisse de tantis iniurijs experiri.* Vnde constitutum tempus per leges ad hos vel illos effectus est multiplex v.g. in l. 12. tabul. constitutum vsucapioni amittendis non vtendo seruitutibus, est biennium. Constitutum *l. 95. §. quod vulgo in fine ff. de solut.* ad petendum restitutionem in integrum, olim post legitimam ætatem impletam annus vtilis fuit, hodie quadriennium continuum est. *L. vlt. C. de temp. in integ.*

Constitutū.

Apud Paulum *Tempora propria* pro sua, vel sibi constituta: Quoniam (inquit) per propria quisq; *tempora* non concurrente altero, fructus integros habuit. *Temporalis* pro temporario, hoc est non perpetuo, seu ad tempus duatnte, apud Paulum in *l. si tibi filius ff. de adopt.* Nam *temporaria* est res quæ ad tempus durat, & non in perpetuum *l. falsi. 13. ff. ad l. Cornel. de falsi.* Vnde *temporales actiones* opponuntur perpetuis, & hodie accipiuntur pro illis, quæ minore ac breuiore 20. & 30. annorum spatio finiuntur *l. 5. ff. de oblig.*

Propria tempora.

Temporale.

Temporarium.

1134 Expediendum quid sit tempus longum, breue, immemoriale, & his similia. Longum tempus, & diuturnum tempus valde assimilantur: nam; *Diuturnum*, vt videre est apud Cannan. lib. 1. commen. cap. 10. num. 4. tempus decem annorum est. *Longum tempus* authore Pardo lib. 5. sent. tit. 2. & *Iustiniano Instit. de vsucap. in princ.* comprehendit spatium decerni inter præsentes, & vicennij inter absentes. *Tempus immemoriale* est tempus ita longum, vt excedat hominum memoriam. Quomodo autem probari debeat non extare memoriam, Paulus tradit *l. pen. ff. de probat.* Ad deliberandum super quocunque negotio *tempus plenissimum* dicitur tempus triginta dierum *per tex. & Glos. in Auth. de appel. §. l. collat. 4.* Dicitur etiam *Magnum tempus* & Magna mora *l. vlt. C. de censib.* qualis est sex mensium. Ex opposito dicitur tempus modicum, breue, recisum. *Recisius* pro contractius, & breuius eleganter inuenitur apud Callistratrum *l. 2. ff. de term. moto.* Multiplex in iure vsurpatio *Breuis temporis*: nam in *l. cum antiquitas ver. si tamen C. de testam.* horam, vel etiam minus debemus accipere pro rei necessitate. Interdum sonat triginta dies *l. in contractibus §. 1. & 2. C. de non num. pecun.* Aliquando pro

Diuturnum tempus.

Longum tempus.

Tempus immemoriale.

Plenissimū tempus.

Magnum tempus.

Mora magna.

Recisius.

Breue tempus.

paucis diebus *cap. cum Bertholdus, de sent. & re iud.* Accipitur pro anno glos. in *cap. praeterea, de aetat. & qual.* Imò accipitur pro vita hominis Glos. in *c. quid ergo* 11. q. 3. Breuis enim reputatur vita hominis.

Modicum tempus.

1135 A breui tempore parum distat *Modicum tempus* nam quandoque significat spatiū trium aut quinq; dierum *l. si post tres ff. si quis caut. cum simil.* quandoq; decem dierum *l. promissor Stichi ff. de constit. pecun.* Interdum significat triginta dies *l. 1. §. 2. ff. de diuer. & temp. praescr.* & *l. ult. ff. de diuer. actuq; priuat.* Interdum spatium duorum mensium *l. Sancimus C. de fideicom. cum simil.* Quandoq; trium *l. de operis C. de aedif. priuat.* Est nonnunquam quadrimestre *l. si debitori ff. de iudic. cum simili.* Quandoq; decem mensium *l. 2. de nupt.* Imò quinquennium *l. 1. §. quod dictum ff. de segar.* Tandem definiendum committitur arbitrio iudicis *l. ab hostibus §. fin. ff. ex quibus caus. maior.* Vide Connam. lib. commen. 7. c. 12. n. 4.

Aestimationis tempus.

Apud Zas. in *l. vinum ff. certum pet.* dupliciter consideratur *tempus aestimationis*: considetatur dupliciter, nempe tempus à quo, & tempus ad quod. *Tempus à quo* id est quando incipiat ratio haberi aestimationis, à quo tempore. Sed *Tempus ad quod*, id est quando finiatur consideratio aestimationis; vsq; ad quod tempus duret aestimatio. Vnde tempus à quo respicit initium, tempus ad quod, finem.

Tempus ad quid.

1136 Multum confert ad elucidationem temporis elucidatio antiquitatis, & vetustatis. Inter antiquitatem, & vetustatem, quibus longinquitas temporis significatur, nullum inuenio discrimē nisi in solis characteribus, & quod *antiquum* accipiatur interdum pro charo, non ita vetustum. *Antiquior* iuxta Paulum *l. postliminum §. transfuga ff. de capt. & postlim.* dicitur charior & potior. *Antiquarius* est ille qui verbis ab vsu remotis vtitur, quiue scrutatur authores vetustos. Vnde *Antiquarij* erant qui codices bibliothecae componebant, vel pro vetustate reparabant, vt docet Imp. Const. *l. 2. in prin. Th. de studi. lib. Vrb. Rom. lib. 14.*

Antiquitas Vetustas.

Antiquior. Antiquarius.

Antiquum ius.

Antiquum ius variè accipitur spectaturq; ex subiectis. Nam interdum pro iure gentium, quod cum humano genere natura prodidit *l. 1. ff. de acquir. rer. domin. §. singul. Instit. de rer. diuis.* Dicitur etiam antiquum ius, quod ex leg. 12. tabul. descendit *l. in rem 24. §. tignum ff. de rei vind.* Dicitur tale ius *antiqua prudentia l. penult. in fin. C. de const. pec.*

Antiqua prudentia. Antiquitas iuris.

At in *l. Gallus §. si eius ff. de lib. & posth.* antiquum ius accipitur pro eo quod legem Velleiam praecessit. Alij illud accipiunt pro eo, quod senatusconsulta Tertyllianum & Ocphicitianum praecessit. Sunt qui putant accipiendum pro eo quod fuit conditum ante legem Iuliam & Papiam. Antiquitatem accipere oportet ab introductione 12. Tabularum ad tempora vsque Iurisconsultorum, qui vniuersum ius quotidie in melius reformarunt. *l. 2. §. deinde & post originem ff. de orig. iur.*

Vetus.

1137 *Vetus ius* idem valet atque antiquum ius, & eodem fere modo multiplici accipitur. *Vetus* absolutè dici solet id quod à nostra memoria remotum est. Connan. lib. 1. cap. 10. n 6. *Vetus vinum* ex vsu testatoris aestimatur, id est quot annorum vino pro vetere vtebatur. Si id non appareat, vetus accipietur, quod non est nouum, id est anni prioris vinum *l. 10. l. v. ff. de tritico, vino, & oleo.* Accipitur *Vetustas* in *l. 7. nemo dempto. C.* de fun. reipu. pro quadraginta annis, & sic etiam vsurpatur *l. 11. C. de fund. patr. lib. 11.*

Vetus vinū.

Vetustas.

Quando testator vocat antiquitatem ad fideicommissum. *Antiquitatis appellatione* venire consanguineos tradunt Fusar. de substit. q. 373. Sim. de Pret. de interp. vlt. volunt. lib. 3. solut. 11. Appellatione *antiquioris* de familia, vbi vocatur, admittitur maior natu, etiam non coniunctus sanguine, exclusis alijs iunioribus sanguine coniunctis. Ita Pereg. consl. 47. nu. 15. lib. 2. & Steph. Gratian. discep. forens. tom 4. cap. 645. num. 13. *Antiqui appellatione*, in materia probationis venit tempus centum annorum, & non minus. Ita Garcia de benefic. par. 12. n. 2662. & Duenus reg. 299. n. 7.

Antiquitatis appellat.

Antiqui appellat.

1138 Deniq; vt nullam praetermittamus durationem, quae vel in rigore tempus sit, vel non sit, ad philosophos spectans, apud Conimb. lib. 4. Phys. cap. 18. q. 3. Omissa duratione rerum successiuarum, seu motuum, quae tempus est, de quo egimus, res permanentes duplicem in genere subeunt durationem: altera est rerum corruptibilium, quae pro rerum diuersitate variatur: altera est rerum incorruptibilium absolutè duplex. Prima quae in solum Deum cadit, vocatur *aeternitas*, & definitur à Boetio 5. de consol. prosa 6. *Interminabilis vitae tota simul & perfecta possessio.* Hoc est (vt explicat S. Thomas 1. p. q. 10. a. 1.) est duratiò omninò inuariabilis, atq; independens. Secunda dicitur *Aeuum* & definitur, *Duratio seu mensura esse creati naturalis, stabiliter ac perenniter sese habentis.* Hanc Sortiuntur angeli ipsorumq; potentiae & species: animae rationales, corpora caelestia, & materia prima. Tertia dicitur aeternitas participata, quae eo differt ab aeuo, quòd aeuum competat rebus naturalibus, & illa supernaturalibus, v.g. Visioni beatae, beatifico amori, & lumini gloriae.

Aeternitas.

Aeuum quid.

1139 Apud Latinos, & Iurisperitos aeternitas, perpetuitas, aeuum, & sempiternitas longè aliter vsurpantur. *Aeternitas* est duratio quae nulla quantitate temporis mensurari, & definiri potest. Differunt tamen aeternum, & sempiternum: quòd *Sempiternum* cadit in solum Deum, qui semper fuit, & erit: *aeternum* cadit etiam in homines, qui principium habuerunt, animo tamen sunt immortales. Perpetuitas est idem atque immortalitas.

Aeternitas.

Sempiternitas. Perpetuitas.

Aeterna

Aeterna authoritas. Aeterna lex. Lex sũma. Aeterna vrbs. Aeternus paries.

Aeterna authoritas idem valet atque æternum tempus in *l. Attinia* in qua res furtiua vsucapi prohibetur. Verba legis sunt. *Quod subreptum erit, eius rei aeterna authoritas esto.* Idest (vt exponit Alciatus) æternum tempus, ad vsucapiendum. *Aeterna lex* apud Budæum l. 2. de legib. est quam Theologi vocant legem naturæ, & Tullius dixit *Summam legem*. *Aeterna vrbs* vocatur Roma. *l. 1. C. de ficcarijs lib. 11.*

Aeternus paries qui onus in perpetuum sustineret, *l. eum debere ff. de seruis. vrb. præd. Aeuum* apud Græcos poetas pro vita accipitur, authore Turnebo lib. 20. Aduers. c. 22. *Aeuitas* in 12. tabularum legibus senium sonat. *Perpetuum L. seruitutes ff. de seru.* sumitur pro continuato, seu non interrupto. At *Instit. de perpet. & temp. actionibus* quod non est sine præfinitione temporis. Vnde pro centum annis apud Bart. *in l. si vsusf. ff. de vsuf.*

SECTIO II.

De diebus.

Dies. Gallicinium. Diluculũ. Mane. Meridies. Occiduum tempus.

1140 **D**ies acceptus prout confunditur cum nocte, & continet spatium 24. horarum, apud Macrob. lib. 1. cap. 2. dici solet à media nocte vsq; ad sequentem, diuiditurque in varias partes. Primum dici tempus dicitur *media noctis inclinatio*: deinde *Gallicinium* seu galli cantus: tunc enim galli canunt. Inde *Conticinium* cum galli conticescunt, & homines quiescunt. Deinde *diluculum*, cum incipit agnosci dies. Inde *mane* cum dies est clarus. Inde *meridies* dici medium. Inde dicitur occiduum tempus, quod & serum diei vocatum: mox suprema tempestas, scilicet diei nouissimum tempus, & datur solis occasus, tempusq; seu crepusculum vespertinum.

Dies à nocte separatus.

Dies prout distinguitur à nocte iuxta S. Paginam Gen. 1. *Dixit Deus. Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diẽ & noctem*, continet duodecim horas, quoties tractatur de illis rebus, ad quas necessaria est lux, vt si quis operas diurnas promiserit, non tenetur eas noctes præstare. Sunt alij dies qui appellantur naturales, alij qui appellantur ciuiles, vt videre est apud Gel. lib. 3. cap. 2. & Censorinum lib. 19.

Dies naturalis. Dies ciuilis. Continui dies.

Dies naturalis est tempus ab ortu Solis vsque ad occasum, cuius contrarium est nox ab occasu Solis ad ortum.

Dies ciuilis est tempus quod fit vno cæli circumactu, quo dies verus & nox continetur. Ita Schard. v. eod. Sunt alij dies continui, alij vtiles. *Vtiles dies* dicuntur, qui olim *Fasti*, scilicet quibus agendi potestas est *l. 1. ff. de diuers. temp. præsc. Dies continui* idest non interrupti, sed connexi, cohærentes, tam vtiles, quam (vt ita loquar) inutiles *l. 2. ff. de collus. deteg.*

1141 Apud Macrobium lib. 1. Saturn. cap. 15. *Dies fasti* erant quibus fari prætori licebat tria verba *Do*, *Dico*, *Addico*, his contrarij sunt *nefasti*, in quibus non licebat ea verba fari. *Festi dies* dicebantur qui continebant festas publicas, & priuatas, ludos, epulas, & sacrificia Deorum. *Profesti* erant quintuplices: alij nempe fasti, vt exposuimus alij *comitiales* quibus cum populo rectè agebatur: alij *comperendini*, quibus permittebatur dicere vadimonium, nempe sponsionem decernere, iudicio sisti: alij *stati* quos iudicij causa cum hoste instituebant, alij *Præliares*, quibus repetere res, vel lacessere hostem licebat.

Fasti, & nefasti dies. Festi, & profesti dies. Comitiales dies. Comperendini dies. Stati dies. Præliares dies.

Apud Alex. ab Alex. genial. dici lib. 2. c. 5. *Atri dies* vocabantur, quibus legiones educere aut acies cum hostibus committere, vel quicquam reipublicæ agere religio non sinit. Apud Aul. Gell. noct. dict. lib. 4. c. 9. *Dies religiosi* dicebantur tristi omine infames, impeditiq; in quibus & res diuinas facere, & rem quampiam nouam exordiri, temperandum est. Apud Asconium *Dies legitimi* vigenti erant qui dabantur ad accusandum, totidemq; defensori ad respondendum. *Dies sessionum* erant & appellabantur, quibus prætor sedebat pro tribunali *l. 2 §. dies ff. quis ordo in bon. possess.* Quinam appellentur *Dies cretionum* patebit, si intelligatur quid sit cretio. Cretio (ait Vlmen eod. est certorum dierum spatium, quod datur instituto hæredi ad deliberandum vtrum ipsi expediat adire hæreditatem, ita vt finitio illo tempore excludatur ab illa adeunda.

Cretionum dies.

1142 *Dies intercisi* apud Scardium v. eodem ex Ouidio in fastis erant quasi Dijs & hominibus communes. Nam quibusdam horis fas erat ius dicere: quibusdam nefas erat, vt cum hostiæ cæderentur. *Sigillari dies*, alio nomine *sigillaria* erat Romæ instar Saturnaliorum celebritas, teste Macrob. lib. 1. cap. 10. & 11. qua sigilla deorum fictilia solebant proponi venalia, sed & inuicem misitari pro munere.

Dies intercisi. Sigillarij dies.

Dies diffisus alij legunt *diffusus* reperitur in *l. 27. & 33. ff. de recept. arb.* idem valet atq; prolatus: vt cum negotium, quod certa die confici debuit, in diem alterum reijcitur. Vnde *Diem diffindi*, seu *diffundi* idem valet atq; differri. *Dies incertus* accipitur diuersimodè: Nam quandoque incertus est omnimodò, vt quando non solum incertum est quando fiet, sed etiam an aliquando fiet, dein quando datur certitudo quòd fiet, sed incertum est quando fiet. Sic accipitur à Papiniano *l. 24. §. dies ff. de cond. & demonstr. Dies conditus* scilicet ex condicto determinatus. *Dies feriatus*, quo feriæ aguntur, seu à forensibus negotijs datur vacatio. *Dies ventosus* qui habetur *l. qui occidit ff. ad l. Aquil. §. in hac actione*, vbi Paulus ait. *Si quidem die ventoso id fecit, culpa reus est.* Hoc est (vt arbitror) die procelloso, & apto ad facinus patrandum.

Diffisus dies. Diffindi diem. Diffundi diem. Dies incertus. Dies conditus. Dies feriatus.

Dies repetita (vt ait Schard. v. eodem) vt

Dies ventosus. vulgo dicimus antidatata. *l. 2. ff. de fid. instr.* Denique apud Budæum in *l. 2. de orig. iur. Dies perendinus* hodie dici poteſt cum iudex ſtatuit, aut inter partes conuenit vt omne inſtrumentum litis apud acta vtrinque proferatur intra triduum. Et tunc lis res comperendinata vocatur. *Fatalis dies* iuxta Azonem in *ſum. C. de temp. appel.* dicitur ſpatium temporis, infra quod appellans debet appellationem perſequi. *l. 31. C. de appel.*

Diei appel. 1143 His omnibus pro tanta dierum multiplicitate elucidatis, *Diei appellatione*, in dubio aliter non declarato per partes, venit dies naturalis, *l. eum qui certarum ff. de verb. obl.* Bertazol de clauſulis inſtr. clauſ. 1. gloſ. 5. n. 2. Diei appellatione non venit nox niſi ex fictione. Tuſch. pract. concluſ. to. 2 lit. D. conc. 407. n. 1. & Feder. de Senis conſ. 44. Dierum appellatione veniunt continui, non autem vtiles, niſi expreſſum ſit de illis. *l. 1. ff. de manumiſſ. l. quæ ætate ff. de teſtam.* Rebuff. ad *l. 2. ff. de verb. ſignif. ver.* videndum eſt pag. 21.

Dies feſtiui. Feſti dies. *Dierum feſtiuorum* appellatione in Breui Apoſt. nuncupato extra tempora, & alibi vbi de illis ſit mentio, veniunt dies feſtiui ſub præcepto. Ita Azor. p. 2. lib. 1. cap. 27. q. 19. Aloy. Ricc. in praxi aurea reſol. 273. n. 2. & Vſual. in candel. p. 1. cit. de ſacr. Ordinis 35. Hoc probabile eſt, ſed oppoſitum non caret probabilitate, nempe ſub illa appellatione comprehēdi dies duplices, & feſtos in ordine ad officia diuina, licèt à laboribus feriati non ſint. Ita cum multis Fagun in quincal. lib. 1. cap. 2. n. 11. & Barb. de poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 17. n. 7.

Hodie. 1144 Quid importent hæ voces Hodie, Pridie, Poſtridie, Quotidie, quæ omnes ſpectant ad diem, exponamus. *Hodie* ſolutionem non differt, ſed repræſentat actionem, idest facultatem agendi: & idem valet *Hodie dabis*, quod in præſens *dabis* arg. *l. talis ſcriptura v. quamuis ff. de leg. 1.* Et quamuis dies adiecta differat regulariter ſolutionem, adeo vt finis diei ſit expectandus *l. qui hoc anno ff. de verb. oblig.* tamen dictio hæc ita eſt ſignificatiua præſentis temporis, vt nullam tribuat dilationem. *l. liber homo §. decem.* vbi Zar. *ff. de verbor. obligat.*

Pridie. Poſtridie. Hæ dictiones ita ſe habent, vt *Pridie* dicatur quaſi priori *die poſtridie* verò poſtero die. Benè iunguntur cum particula (quam) Tullius de amicit. *Pridie quam exceſſit è vita.* Idem lib. 14 epiſt. 6. *Poſtridie intellexi quàm à uobis diſceſſit.* Aſſumunt genitiuum: dicitur enim Pridie, vel, poſtridie eius diei. Quandoq; vendicant accuſatiuum ſi iungantur ad Idus, Nonas, Kalendas: v. g. *Pridie Idus, Poſtridie Nonas*, vel *kalendas*, *Quotidie* apud Latinos id eſt atq; *ſingulis diebus.* Apud Tullium, *Quotidie magis quotidie plus* idem valet quod *in dies magis* lib. 6. Epiſt. *Me quotidie Cæſar magis amplectitur.* Reſpicit tempus quotidianum *l. diarijs ff. de alim.* ſignificat perpetuitatem iuxta Vulpell. de præpar. & aduer. & Felin. in proœm. decret. in *aag.* *Queris de conſ. diſt. 4.* idem valet hæc vox *perdiſſena* ſeu *perendiſſena* atq; ſpatium ſex dierum.

Quotidie.

Perendiſſena.

Dies actionis cedere. Dies venire. Diem proferre. Diem obire. Diem referre. Differre in diem. 1145 Sunt modi loquendi circa diem qui egent explicatione. *Dies actionis cedere* dicitur cum id quod in pactum deductum eſt, cæpit deberi: etiam ſi nōdum adigi poteſt, vt præſtetur, *Dies venire* dicitur quando res incipit perfectè deberi obligatione, actioneque efficaci ter verè orta. *Dies actionis exiſſe*, pro finitum eſſe tempus actionis præſcriptum, *l. 1. l. ait præ-tor §. hi planè. Sciendum ff. ex quib. cauſ. maior. re.* Hæc clauſula (*Diem compromiſſi* proferre) nullam aliam dat arbitro facultatem, quàm prorogandi diem. & ideo *l. Labeo ait ff. de recenſit.* conditionem primi compromiſſi neque minuere neque mutare poteſt. *Diem ſuum* obire apud Vlpian. in princ. *l. ſi filia nupta ff. fam. erciſc.* eſt idem atque mori. *Diem referre*, & *Diem proferre* differunt Papiniano *ff. de recepe. arb.* Vbi ſic ait: *Ita ſumptus* ex compromiſſo, vt & diem referre poſſit, proferre autem contradicentibus litigatoribus non poteſt. Sicut enim proferre eſt dilatare, ita referre eſt reducere, retrahere, & quaſi retrorſum ferre. Vt intelligas quid ſit *Interpellat dies pro homine*, nota interpellare eſſe proprium crediroris qui ſua nomina exigit, præſertim cum in mora ſunt debitores. Sunt enim quædam nomina, quæ non ante diſſolui debent quàm debitor interpellarit. Rurſus quædam ſunt, in quibus dies, ipſa hoc eſt temporis lapſus pro homine interpellat, adeo vt in mora eſſe videatur, ſi vltro debitum non obtulerit. *In diem differi*, & ſub conditione dicitur contrahi negotium *l. 1. §. item mandatum ff. mandat.* Videtur *Dies abire*, quando euaneſcit. *l. 1. §. quod ſi in lite ff. ſi quid in fraud. patr.* Differunt in iure *l. 1. §. penul. ff. quando dies leg. vſufr. l. 34 de hæred. inſtit.* hæ præpoſitiones adiectæ diei: ſcilicet, *In diem*, *Ex die*, *Ad diem*. Nam *Ex die* promitti dicitur, cum ex die incipit obligatio. *Ad diem*, cum in diem ita conſertur, vt die finiatur: veluti vſque ad Kalendas Martias dare ſpondes. Similiter ex die, & ad diem conſtitui dicuntur ſeruitutes, quæ ita conſtituuntur, vt à tempore incipiant, & tempore finiantur: *Ad* diem tamen pro in diem *l. 77. ff. de verb. oblig.*

Differri in diem. Dies abire. Interpellat dies. Ex die. Ad diem.

SECTIO III.

De hebdomada, menſe, & anno.

Ogdoas. Enneas. Hebdomas. 1146 Sicut apud Græcos Ogdoas numerus eſt *Octonarius enneas*, nouenarius, *decas*, denarius, ita *Hebdomas* eſt numerus ſeptenarius, & dierum numero, quando applicatur, idem valet atque Latinis *Septimana*. Meminit de hoc ſeptenario numero Iuſtinian. in *l. 2. §. quod cæleſti C. de vet. iur. enucleau.* Apud Hebræos fuit Hebdomadas duplex, altera continens ſeptenarium numerum dierum, altera

altera feptenarium annorum numerum. De vtraq; fit mentio in facra pagina: De hebdomada dierum Dan. 10. n. 2. *In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus*. De hebdomada annorum Leu. 28. n. 2. *numerabis quoq; tibi feptem hebdomadas annorum*.

Menfis.

1147 *Menfis* deducitur à Metior, quafi numerus dierum menfus. Vnde Tullius lib. 2. de nat. deor. *Qui* (inquit) *quia menfa fpatia conficiunt, Menfes nominantur*. Apud Iuriftas Menfis abfolutè dicitur, quando fit mentio triginta dierum. *l. fin. §. 1. de iur. deliber.* Nam tot diebus, cum tardiffimè à coitu folis remoratur, ad fuas vices redit, curfumque conficit. Menfes funt in duplici genere: alij enim funt naturales, alij ciuiles. Naturalium fpecies eft duplex, altera folarium, altera lunarium.

Menfis naturalis. Solaris & lunaris menfis. Ciuiles menfes.

Menfis folaris eft ille qui fit dum fol vnumquodque in Zodiaco orbe fignum percurrit. *Lunaris* autem eft temporis quoddam fpatium à noua luna. *Ciuiles menfes* funt quidam certi numeri dierum, quas vnaquæque regio, vel ciuitas fuo ftatuto obferuat, ficut Roma à Calendis ad Calendas. *Naturales* & antiquiores & gentium omnium communes funt: *Ciuiles* & pofterius inftituti, & ad vnamquanque pertinent ciuitatem. Vide Cenforinum lib. de die natali cap. 18.

Ianuarius. Ianus. Hyperbericus menfis.

1148 Ianuarius primus menfium eft, quem à principe Deo hoc eft Iano Numa Pompilius nuncupauit: & illum primum effe voluit, tanquam bicipitis Dei menfem, vtpotè refpicientem tranfacti anni finem, & profpicientem futuri anni principia. Iudæis erat menfis decimus *76. diftin. cap. ieiunium*. In decretis Pontificijs *Hyperberiei menfis* extat mentio 18. *dift. cap. propter* vbi Scholiaftes exiftimat eandem effe rationem noftri menfis Octobris, quæ & Græcis. Alciatus tamen arbitratur loco citato legendum effe *Hyperberetæ*: eo quòd is menfis, authore Suida, apud Macedones vocetur, fitq; menfis vltimus totius anni: Vnde Hyperberetæa dicuntur ab illis ferotina, tarda, & poft collectos tandem fructus accidentia. Vide Alciat. *cap. antep. lib. 1.*

Calendæ. Calare.

1149 Erant in menfe Calendæ, Nonæ, Idus. *Calendæ* funt prima dies menfis, fic dictæ ex eo quòd ab hac die *calentur* menfes, hoc eft vocentur. Calendæ in ftipulationibus, & pecuniæ creditæ cautionibus, primarum, proximarum, fecundarum, tertiarum, & futurarum appellatione difcerni folent in iure. Sic in *l. 7. §. Papinianus ff. folut. matrimon.* Ex calendis Nouembribus primis: *l. 4. ff. de reb. creditis Dari calendis futuris*. Item, Qui ante calendas proximas ftipulatur, fimilis eft ei, qui calendis ftipulatur, habetur *L. 13. ff. de verb. oblig.*

Calendæ quintæ. Calendariũ.

Quid fignificent *Calendæ quintæ* apud Vlpian. *l. 1. de verb. oblig.*? Miffis alijs interpretationibus, talis appellatio potiùs de quinque menfibus eft accipienda. Hic enim loquendi modus videtur ortus ex confuetudine fæneratorum, qui folebant ad fingulas Calendas mutuum dare *l. lect. ff. fi cert. pet.* Calendarum Martiarum ex quibus olim vt plurimum locationes incipiebant, fit mentio *l. 58. ff. de vfufr.* Dicitur *Calendarium* liber fænebris pecuniæ creditæ, in quem nomina debitorum referuntur *l. pen. ff. de reb. cred.* Calendarium exercere, ideft eius negotiationem, vt pecunias colloces, ac fæneres vfuris in fingulas Calendas. *In Calendarium conuerfa pecunia* dicitur quæ nominibus & fænore occupata eft. *l. 39. §. negligentia ff. de adm. tut.*

Nonæ in menfe. Exercere. Calendariũ.

1150 *Nonæ* dicuntur quafi nouæ propter initium obferuationis: vel quòd ab eo die femper ad Idus nouem dies putentur: funt in Martio, Maio, Iunio, & Octobri fex illi dies, qui primum fequuntur: in reliquis menfibus quatuor tantum illi dies primum fequentes. Vide *l. item veniunt §. pridie Idus ff. de petit. hæred.* Dicuntur *Idus* diuifiones à verbo *Iduare* quod eft diuidere, & funt illi dies, qui diuidunt menfem, fcilicet Nonas à Calendis.

In Martio, Maio, Iunio, & Octobri dies eft decimus quintus, in reliquis decimus tertius. Vide Alciat in *l. malum mauis §. viduam. ff. de verb. fign.* & Glof fuper verb. *Poft Idus Martias in l. Cæfar ff. de publ. & vect.* In iure ponitur *Menftruum* pro alimento in fingulos menfes legato: *Annuum* quòd in fingulos annos Vlpian. *in l. qui bonis ff. de ceff. bonor.* fic habet. *Si quid* (ait) *mifericordiæ caufa relictum fuerit putà menftruũ, vel annuum, alimentorum nomine*. Dictio hæc *Menfuatim* idem valet atq; per fingulos menfes, feu fingulo quoque menfe, vt ex Alex. & Tufch. probat Barb. dict. 199. *Bimeftre* eft fpatium duorum menfium. *Trimeftre* trium, *Quadrimeftre* quatuor *Semeftre* fex.

Menftruũ. Annum. Menfuatim. Bimeftre. Trimeftre. Semeftre.

1151 *Menfis appellatione*, vbi de illo abfolutè fit mentio, triginta dies continentur: nam tot diebus remoratur luna in circuitu folis, & ad fuas redit vices, ac curfum conficit *l. fin. §. fin autem inuicto §. fimili modo C. de iure delib.* Menoch. de arbitr. cafu 50. n. 8. Gõzal. ad reg. 8. Cancel. glof. 11. n. 8. Phæb. decif. 51. n. 24. *Menfis appellatione*, vbi illum concedens lex, vel ftatutum difponit à quo tempore debeat incipere, vt à die electionis, vel à die per iudicem affignanda; venit menfis fecundùm quod occurrit in Calendario, & quod ex illo menfe deficit, acciditur de fequenti, & ita habebit ille triginta dies, vel triginta & vnum, vt in Calendario occurrerit. Ita citatis multis Barb. de appel. verb. Appel. 148. qui addit n. 3. Menfis appellatione, vbi profertur ab homine, in teftamento, intelligi 30. vel 31. dierum prout magis ampliatur vltima voluntas.

Menfis appellat.

1152 *Annus* quem aliqui dictum volunt ab *Am* circum, & *No* fluo: alij ab *Annulo*, quod in fe redeat quafi Annulus, eft duplex, alter ciuilis, alter naturalis. *Annus ciuilis* dicitur ille, quem fibi populi, fiue

Annum duplex. Annus ciuilis.

gentes pro arbitrio constituerunt. Nam authore Plinio nat.hist. lib. 7. cap. 48. & alij annum æstate vnum determinabant, alterum hyeme: nonnulli quadripartitis temporibus, sicut Arcades, quibus anni trimestres fuere: quidam Lunæ senio metiebantur, sicut AEgyptij, quibus annus menstruus fuit.

Annus naturalis. Annus solaris. Vertens annus.

Annus naturalis, qui appellatur *solaris*, & alio nomine *vertens*, est qui duodecim menses continet, qui dicitur Solis anfractus, cum peractis trecentis sexaginta quinque diebus, & quadrante ad eadem syderum loca redit. De hoc fit crebra mentio in iure *l. ita vulneratus §. æstimatio ff. ad l. Aquil. l. 3. §. minorem ff. de minor.* & multis alijs.

Bissextus & Bissextilis annus. Intercalares dies. Embolismos. Annus continuus. Annus vtilis.

Respexit Cæsar (inquit Schard. v. annus) ad cursum solis, qui totidem diebus & quadrante, cursum suum conficit: & ne huic dierū numero ad annum constituendum deesset quadrans, voluit, vt quarto semper anno Sacerdotes, qui mensibus ac diebus fastis, ac nefastis præerant, vnum *intercalarent*, seu interponerēt diem, videlicet eodem tempore, quo antea totus [illegible] intercalari solebat, hoc est ante quinque vltimos dies mēsis Februarij: idq; *bissextum* appellari iussit. Vnde iam nunc quartum quemq; annum dicimus *bissextilem*. Quia duobus continuis diebus dicimus 6. Calend. Martias, duos dies pro vno computātes. Accipitur *Embolismos* pro vno bissexto. Nam embolismos Græcè, nobis intercalatio est: & intercalare, idē valet atq; inserere *l. 3. §. min. ff. de min.*

1153 Apud Iuristas *l. cum hæres §. Stichus ff. de statu liber. l. anniculus 2. ff. de verb. sign.* frequēs est duplex annus, alter dicitur continuus, alter dicitur vtilis. *Annus continuus* est qui constat 365. diebus continuis, hoc est nullo ex ijs qui naturaliter currunt, excluso. *Annus vtilis* est qui constat ex 365. diebus non quidem continuis, sed solum vtilibus ad finem intentum: & sic euenit in annalibus actionibus, quæ annua præscriptione excluduntur. Trifariam dicitur annus vtilis: primò si actor habet experiundi potestatem: item si reus præstet sui conueniendi facultatem: & tertio si iudicis copia adsit *l. 1. ff. de diuers. & temp. præscr.* Anni naturalis partes sunt quatuor. 1. *Ver* vulga primauera. 2. *AEstas* vulgo estio. 3. *Autumnus* vulgo outono. 4. *hyems*, vulgo inuerno.

Anni partis.

1154 Anni appellatione, quando est sermo de tempore probationis faciendæ à nouitio, venit integer annus ex 365. diebus constans, computando de momento ad momentum, vt cum multis citatis probat Barb. de potestat. Episc. p. 3. alleg. 101. n. 22. fine. At in anno bissextili non sufficiunt pro anno illi 365. dies, itaut nouitius suscipiens habitum die 24. Februarij emittere non possit professionem, nisi die 25. Februarij bissextilis, in puncto diei 24. Februarij præcedentis anni, in quo suscepit habitum. Arg. text. in *l. 3. §. minorem ff. de minor. & in l. cum bissextus ff. de verb. sign.* Anni appellatione quoad interstitia, non requiritur ille qui habet 365, dies quo tempore conficitur naturalis annus, sed sufficit aduenisse eandem solemnitatem, & diem subsequentis anni, in qua anno transacto susceptus fuit ordo. Et ita non est annus mathematicè computandus, sed more Ecclesiæ scilicet de vna quadragesima ad aliam, de Pentecoste ad Penteco. Item, Ita Molphes. in summa Theol. moral. tr. 2. cap. 14 n. 8. & Cerol. in prax. Episc. p. 1. ver. Ordo.

Anni appel.

1155 Sunt voces, quæ significant certum spatium annorum, quales, *Biennium* est spatiū duorum, *Triennium*, trium, *Quadriennium*, quatuor, *Quinquennium*, alio nomine *lustrum*, alio *Olympias*, quinq; *Septennium*, septem, *Decennium* decem, *Vicennium* viginti. At maiori elucidatione indigent ad annum spectantia quæ sequuntur, scilicet Annua bima præstare. *Annua*, bima, trima die dare: Annus extremus, Anniculus, & Tetratericum. Imprimis *Annua bima præstare* vt habetur in *l. cum quis decedens in princ. ff. de leg. 3.* est annuatim duplex quid præstare, vel singulis annis duo redituum nomine. *Annua bima*, *trima die dare* est idem atq; dare tempore vnius, duorum trium annorum *l. si legatum ff. de annis legatis.*

Decenniū. Vicennium. Annua bima præstare. Annua, bima, trina die.

Et nota, non solum annua, bima, trima die dicere solere veteres, sed etiam pro eodem dixisse, *annuo, biennio, triennio*. Pom. *l. si ita ff. de manumiss.* Sic enim habetur: Si ita (inquit) fuerit scriptum in testamento: Stichus seruus meus hæredi meo mille nummos annuo, biennio, triennio, si soluerit, liber esto; non potest is seruus, nisi triennio præterito, liber esse. *Annus extremus* idem valet atque extrema pars anni, quæ apud nos est Decembri mense, cum duodecimus apud antiquos esset Februarius.

Annus extremus.

1156 *Anniculus* dicitur tam de animatis, quàm de inanimatis quæ sunt vnius anni, vt anniculus puer, anniculus agnus, anniculum vinum. *l. anniculus ff. de verb sign.* Anniculus (inquit Paulus l. citata) non statim vt natus est, sed trecentesimo *Sexagesimo* quinto die dicitur, incipiente planè, non exactò die: quia annum ciuiliter non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus. Vide vberiorem explicationem anniculi apud Connanum lib. 3. cap. 11 n. 3.

Anniculus.

Tetratericum est id quod fit quarto quoque anno, à *tetra* quod Græcis est quatuor. *Anniuersaria*, conditio percipiendi reditus, idest annua vnoquoq; anno vertente. Sic apud Scæuolam *l. 21 §. 6. ff. de annu, legat.* Dicitur *annalis exceptio*, qua quis se defendit, ne possit intra annum conueniri in iudicio. *Quotannis*, idem valet atq; singulis annis *l. cum quidam ff. de vsuris, ac simil. locis*. *Annuatim* per singulos annos. Sunt qui inter *quotannis* & *singulos annos* discrimen ponunt, quod quotannis tempus & spatium continuatum significat: in singulos verò annos, non continuatum spatium aut per-

Tetratericum. Anniuersaria. Annalis exceptio. Quotannis. Annuatim.

perpetuum, sed per interualla annorum secretum est. *Remittere annum* apud Schardium v.eodem, idem valet atq; prorogare, seu concedere vt prorogetur.

SECTIO IV.

De spectantibus ad tempus.

Seculum. 1157 Seculum, vt videre est apud Connan. commen. iur. ciuil. l. 1. 6. 10. num. 6. significat frequenter tum perpetuitatem, tum longam durationem: & interdum ipsum mundum. Apud Romanos plerunq; accipiebatur pro spatio centum annorum Vnde ludi seculares. Vsitatissimè verò longum tempus designat, vel præteritum, hac locutione, *A seculo*: vel positum in genitiuo, *Dies seculi*, vel etiam futurum. *Mora* absolutè accepta idem est atque temporis dilatio, tarditas, & procrastinatio, de cuius efficacia copiosè Bart. in *l. mora ff. de vsura*. Quid sit apud Theologos *Mora.* & Iuristas *Mora*, paucis exponit Sylu. v. eod. Videtur (inquit) esse tempus, in quo quis interpellatus scienter non facit quòd in eo facere debet & potest. Patet ex ijs quæ notantur cap. *vlt. de locat.* Ad hoc igitur vt quis dicatur morosus, vel in mora requiritur quòd sciat, *Morosus.* vel scire debeat se debere, quod interpellatus sit à die vel ab homine, id est monitus quod habuerit dandi possibilitatem. *l. quod to. de reb. cred.* Est igitur mora cessatio, frustatio, & improba dilatio *l. in fine ff. de vsur.* Et fit dupliciter, ex re, & ex persona. Ex re mora fit, cum absq; denuntiatione, interpellatione vlla ex solo temporis cursu quis moram facere intel-*Mora in rē.* ligitur. quæ & *mora in rem* appellatur *l. 5. ff. de minor.* Ex persona verò fit mora, quoties opportuno loco & tempore debitor interpellatus non dat, non soluit. *l. 32. ff. de vsur.*

1158 Cum igitur mora sit culpa prætermittendi officij in soluendo, vel recipiendo pebito quæ alteri damnosa est, eius duæ sunt species: Quarum vna in debito non præstando, altera in non recipiendo, quod *Moram facere.* oblatum est, versatur. Et ex his satis intelligitur quid sit apud Iurisconsultos *moram fecisse l. in eum qui ff. de iurisd. omn. iud.* Agit latè Molin. tract. 2. disp. 547. & 564. §. vlt. *Moram* *Moram purgare.* *purgare* est re integra contractam ex mora culpam sic eluere, vt eius omnis pæna vitetur: nam oilatione solutionis omne periculū futurorum casuum à debitore in creditorem transfertur *l. interdum* §. 1. *ff. de verb. oblig.* Quod idem etiam creditori concessum est, vt ei moræ purgandæ facultas, vt agere possit permittatur. *l. si ita quis* §. 1. *ff. de verb. obl.* *Mora abusiua.* *Mora abusiua* quæ sit, tradunt DD. ad *l. mi-* *Moram trahere.* *norum C. in quib. caus.* Sunt qui *Moram ducere trahereue* male intelligant, pro perpetua, stabiliq; commoratione: nam potius est, cum tempus in longum deducimus. Sic Imp. *Mo-*

rati estis, pro habitastis, vsurpauit, vt refert Scæuola *l. Caio Seio ff. de adim. leg.* Dicitur *Laxamentum*, siue *Laxitas* quies, siue cessatio à labore *l. tempus ff. de vacat. mun.* *Laxamentū. Laxitas.* Laxamentum etiam vocat lex inducias duorum mensium, qui dantur tutoribus ad pecuniam collocandum. Auth. *vt ij qui obl. hab. perti.* §. *quoniam autem videmus*. Dicitur tempus opportunum ab opportunitate, quæ est commoditas pro ratione loci, temporis, & personarum. Vide Archid. *cap. si quem de procur. l. 6.*

1159 Elucidemus voces nonnullas, quę *Opportunitas.* tempus important. Hæc dictio *Quoad* idem importat quod *Donec*, *Quandiu*, vel *Quousq;* *Quoad. Donec. Quandiu.* vt sint temporales, non perpetuo exclusiuæ. Ita Vulpell. de præp. & aducib. pag. 95. & Tusch. pract. concl. tom. 2. lit. D. concl. 354. *Quoad viuam* & *Quoad moriar* idem significant, tametsi contraria esse videantur: & non denotant perpetuitatem. Vlpian. in *l. epist.* §. *fin. ff. de pactis* 57

Abbinc, idem valet atque *Antehac*, iungitur *Abbinc. Adhuc.* tam accusatiuo quàm ablatiuo. *Abbinc triennium* hoc est ante tres annos. Abhinc annis amplius 25. respondisse dicitur. *Adhuc* etiam num, significat ad hoc tempus; Aliqui non distinguunt Adhuc ab Hactenus; sed minus rectè (vt ait Vulpell. de præpos. num. 14.) quia *Adhuc* vsurpatur de tempore: *Hactenus* de re accipitur. Vnde aptiùs, & Latinius dicetur *Adhuc ita sensi quam Hatenus ita sensi.*

1160 *Aliquandiu* solent DD. interpretari *Aliquandiu* *per aliquantulum tempus Cap. constitutus, de eo qui mittitur in possess.* Recipit tamen moderationem arbitrio iudicis *l. 1. ff. de iure delibere*. De stylo curiæ importat tempus quadraginta dierum, vt tenet Tusch. to. 2. lit. D. conc. 270. *Aliquando* idem valet atq; nonnunquam, aliquo tempore. Sumitur pro *Vsquam*, pro Interdum, pro Tandem. Vide Rebuff. ad *l. Interdum* 78. *verb. idem ff. de verb. sign. pag.* 361. *Aliquando. Vsquam. Amodo* Hæc dictio *Amodo* idem valet atque *posthac* tum apud Grammaticos tum apud Legistas in *cap. vnico, qualiter iurare debet Vassal.* Vide Bertazol de clauf. instr. clauf. 29. glos. 3. n. 1.

Ante præpositio est quæ etiam tempori ad- *Ante.* iungitur. Causam interea ante eum diem diceret *l. casus ff. de pign. act.* Et tunc ex sua natura regulariter significat tempus ante principium actus. *Antea* dicitur, quasi *Ante ea*, cui opponitur *Postea* Hæc dictio *Ante-* *Antea. Postea.* *hac* refertur ad tempus antea elapsum, illi *Antehac.* quæ sunt contrariæ dictione *Posthac, & Nunc.* *Posthac.* Vide Flamin. de consid. benef. q. 28. nu. 33. *Incontinēti.*

1161 Quid temporis importent, & qualiter differant hæ similes dictiones. In continenti. Illicò, Confestim, Continuò, Protinus, Modo, Mox, statim, Subito, Euestigio, Incuntanter, non erit facile expo-

nere

nere *Incontinenti* vox est quæ ex sua natura significat sine temporis interuallo, quasi mox, & vno impetu, & denotat vt nullo alio intermedio actu etiam momentaneo debeat actus celebrari. Auend. de exeq. mand. p. 1. cap. 16. num. 1. Quod intelligendum est moraliter & ciuiliter, ita vt aliquando admittat interuallum temporis arbitrio iudicis taxandum. Menoch. de arbitr. c. 12. n. 4. Vide plura in Barbosam dict. 155.

Illico. *Illico* idem valet atq; sine interuallo *l. idemq; §. sicut mandauero ff. mandati, & l. si quis in eã tam C. vnde vi* Idem importat quod dictio *Protinus*, & dictio *Incunctanter*, hoc est sine cunctatione *l. ligator C. de appell.* Importat biduum, vt tradit Ripa in *l. 4. §. si condemnatum num. 32. ff. de re iudic.* Et interdum dicitur illicò fieri quod fit intra triduum, iuxta tex. in *l. Infra decem dies C. quomodo & quando iudex*, vt tradit Mascar. de probat. concl. 1084. n. 10.

Protinus. *Incunctanter.*

Confestim. *Mox statim.* *Continuo.* *E vestigio.* *Subito.* *Confestim* significat vt quid cum primùm possit, vel iudicis copia haberi possit, fiat secundùm subiectam materiam *l. 2. §. confestim ff. ad senatusconf. Trebell.* Has voces confestim, illico, mox statim, continuò, incontinenti, & similes intelligi cum temperamento subiectæ materiæ, tradit Gonzales ad reg. 8. Canul. glos. 9. §. 1. Addit Cened. post lib. pract. & canonic. quæst. sing. 74. num. 4. aliquando dici confestim fieri, si fiat intra annum. *Euestigio* pro continuo siue statim. Scæuola in *l. diuortio facto ff. de negot. gest.* Magnam denotat celeritatem *Subito* & accipitur pro improuiso, citra propositum *l. si is qui §. quod si seruus ff. de acqui. rer. dom.* Importat latam sententiam, nec vlla iudicis est necessaria ad executionem pœnæ. Ita Sayrus in clau. lib. 3. cap. 8. n. 27.

Modò *Nunc.* 1162 *Modò* est vox demonstratiua præsentis temporis, vt *in §. 1. Instit. de rer. diuis.* Importat idem quod dictio *Nunc* vt habetur *l. 1. §. num tractemus ff. de tutor. & rat. distrah.* proinde non admittit vllam interpositam moram. *Diu.* importat longum tempus. Denotat interdum decennium *l. possideri §. si seruus ff. de acqui. poss.* interdum *l. cum domini ff. locati*. Aliquando ponitur pro anno *l. 1. §. quibus ff. de success. edicto*. Non semel accipitur pro quadraginta diebus, vt tradit Tusc. pract. concl. to. a. lit. D. concl. 270. n. 1.

Diu.

Diutius. *Donec.* *Quousq;* *Vsquequo.* *Diutius* modicum tempus denotat, vt in *l. cum impub. ff. de rebus dub.* Verùm extenditur ad biennium vel quinquennium per tex. *in l. quod dicitur ff. de pact.* Menochius de arbitr. casu 459. num. 2. ait relinquendum arbitrio iudicis. *Donec* & dictiones similes, quales sunt *quandiu*, quousque vsquequo, quoad sonant idem, & habent eundem effectum iuxta Doer. decis. 44. num. 30. Sunt restrictiuæ temporis, & habent naturam suspensiuam, vt sumitur ex *l. legatum ff. de annuis legat.* Vide plura apud Barb. tract. de diction. dict. 93.

1163 *Iam* dictio est quæ frequenter denotat temporis perfectionem, vt quando dicitur Iam factum est, Iam præterijt. Corn. cons. 278. num. 2. vel. 3. Est dictio completiua, & non reddit rem dubiam, vt tradit Guter. cons. 18. num. 48. & 49. *Iam nunc* pro *Iam ex hoc tempore* dixit eleganter Tullius 1. verr. *Iam* iuxta Card. Seraph. decis. 47. num. 1. non potest adaptari ad duos dies præcedentes, sed spatium longi temporis inducit. Dictio. *Iam dudum* designat spatium longius quàm *dudum*: sicut *Iam pridem* longius quàm *pridem*. Vide Barb. dict. 141. *Iam.* *Iam nunc.* *Iam diu.* *Iam dudum* *Iam pridē.*

Nunquam excludit omne tempus, & omnē casum *l. prouidendum §. 1.* vbi Glos. *C. de postul.* & cum sit dictio infinita, nullam admittit restrictionem. Cephal. cons. 172. num. 15. Dictio quæ videtur magis opposita præcedenti est *Semper*, & accipitur pro *perpetuò*, pro *omni tempore*, & *omni casu* vt in *l. 1. ff. solut. matri.* Distinguitur tamen secundùm naturam actus, cui adijcitur, iuxta Vulpell. de præpos. verb. & etiam secundùm subiectam materiam ex Surd. cons. 298. num. 21. Restringitur à lege ad spatium triginta annorum. Surd. cons. 2. n. 10. *Nunquam.* *Semper.*

Inter has dictiones, *Olim*, & *Quondam* nullum agnoscit discrimen Fulg. cons. 22. num. 31. Vtraque denotat tria tempora, præsens, præteritum & futurum. Glos. in *l. nec emptio C. de contr. em.* *Olim.* *Quondam.*

Tusch. pract. concl. to. a. lit. D. con. 319. nu. 1. *Multo post* triennio alij, quinquennio alij claudunt. Vide *l. si vnus §. si multo post ff. de arbitr.* Multum tempus est vltra annum in *Auth. quomodo oport. Episc. §. Illud.* Sumitur pro triennio *l. 1. C. de fideicom.* & pro quinquennio *l. 1. §. quod dictum C. de separa.* *Multo post.* *Multum tempus.*

SECTIO V.

De ætate, & conducentibus.

1164 ÆTas (vt docet Syluester v. eodem) quasi æuitas ab æuo dicta est, & pertinet hoc nomen generaliter acceptum tum ad personas, tum ad res, & sumitur pro longo tempore *l. si quando C. de oper. pub.* Aetatem temporis dixit Vlpian. *l. si non fortem 26. §. libertus ff. de condit. indeb.* pro opportunitate. Etatis multiplicitatem, seu potiùs ætatum gradus, quod ad personas attinet, varij varios statuerunt. Seruius Tullius (vt videre est apud Gellium l. 10. c. 28.) distribuit ætatem in res gradus, scilicet pueritiam, inuentutem, & senectutem: pueros minores annis septendecim existimauit, eosq; ab anno decimo septimo vsq; ad quadragesimum sextum iuniores, supra eum annum seniores dixit. Hanc ætatis diuisionem amplectitur Vlpian. *l. cum ij §. modus ff. de transact.* *Aetas.* *Aetas temporis.* *Opportunitas.* *Aetatis gradus.*

In

In plures tamen gradus ex Imper. legibus, & Iurisconſ. reſponſis ætatem diuiſam accepimus. *Infantia. Pupillaris ætas. Pueritia.* Infantia, ſeu infantilis ætas, de qua meminit Pompon. *l. ſi infantis ff. de vſufr.* in ſeptimum vſq; annum porrigitur. Inde pupillaris ætas, alio nomine pueritia in fœminis ad duodecimum, in maribus ad decimum quartum producitur *l. Aemilius ff. de minor.* Finita ætate pupillari, incipit *pubertas*, in quam incurrit *prætextati ætas*, cuius meminit Vlpian. *l. de inde §. fin. ff. de lib. exhib.* *Prætextati.* Nam vſque ad 17. annum pueri ingenui prætexta induebantur: & poſt hoc tempus virili mutabant.

Adoleſcentiæ. Minor ætas. Virilis ætas Iuſta ætas. Ab anno decimo octauo ſeptem continuos, nimirum adusque vigeſimum quintum *adoleſcentiæ* attribuunt. Certè omnis appellatur *minor* ante 25. annum. Puberem ætatem excipit *Virilis* quæ anno 25. inchoatur, & exinde virilis vigor apparet, & perficitur: talis ætas modò appellatur *iuſta*, modò *conſtans*, modò *legitima* vocatur. Marcellus *l. non aliter ff. de legat. 3.* huiuſmodi ætatem appellat *iuuentutem*. Exiſtimati (inquit) poſſet iuuenis is, qui adoleſcentis exceſſit ætatem, quoad incipiat inter ſeniores numerari.

Senectus. Decrepiti. Depontani. Capulares. Aetas prima. Adultorum ætas. Naturalis ætas. 1165 Itaque Romani conſtantem ætatem ad annum quinquageſimum, quod ſenectutis initium eſt, producunt, vt ait Tullius in Catone. *Decrepiti ſenes*, alio nomine *depontani* & *capulares* dicuntur qui ſunt in extrema ætate, ſic dicti à crepando, hoc eſt clamando & conquerendo, ſeu potius de creſcendo, & quòd incuruati minores fiant. *Aetas prima*, id eſt infantia *l. 8. §. 3. C. de bon. quæ lib.* Aetas ſecunda eſt quæ ſequitur infantiam. Aetas viginti quinq; annorum, eſt *adultorum* quæ appellatur legitima Gothof. ad l. 1. C. quando *tit. vel car. eſſe.*

Naturalis ætas eſt quæ triginta annis minor eſt. *Perfecta ætas. Perfecta ætas* quamuis habet intellectum multiplicem in *l. fin. C. de his qui veniam ætat. impetr.* tamen propriè accipienda eſt pro ea quæ 25. annorum curriculo completur. *Proximus pubertati.* *Proximus pubertati* videtur eſſe is, qui à pubertate ſex menſium interuallo abeſt *l. non tantum 17. ff. de excuſſ.* Ita Azor. p. 2. lib. 7. c. 16. q. 5. *Prouecta ætas* habetur *l. 2. C. de his qui non implen. ſtipul. lib. 10.* & eſt illa quæ vergit ad ſenium. *Defecta ſenectus* apud Vlpian. *l. arboribus §. de illo ff. de vſufruct.* videtur pæne confecta, & exhauſta. Nam *defecti ætate* apud eundem *l. ſi quis ingraueſcente ad 5. C. Silan.* dicuntur qui ſenio prope conſumpti ſunt. *Tenera ætas*, eſt pueriliſ & pupillaris etiam noſtris *l. fin. C. de ſeſtam. milit.*

Aetatis appellatio. 1166 Aetatis limites qui ſint, vide apud Sanch. lib. 4. Dec. cap. 36. *Aetatis legitimæ* appellatione venit ætas vera & naturalis, qualis eſt 25. annorum, non verò ficta, quæ datur beneficio Principis, nempè per diſpenſationem. *L. fin. C. de ius qui ven. ꝛtat. impetr.* Rolan. conſ. 100. num. 35. lib. 2. Menoch. conſ. 266. num. 31. *Lubricum ætatis* apud Vlp. *l. 11. §. 4. ff. de minor.* idem valet atque leuitas, mobilitas, inconſiderata ratio, temeritas. *Lubricum ætatis. Flexus ætatis.* *Lubricum* enim dicitur quod labitur, dum teneri creditur, vt piſcis, ſerpens. *Aetatis flexus* dicitur apud Schard. v. eod. cum ætas vergere incipit, & inclinari.

Iuniores. Maiores. Iuniores eccleſiæ. Quinam ſint, Iuniores & Maiores ætate, videre eſt apud Gellium lib. 10. cap. 28. Nam Iuniores, quos Seruius Tullius reipublicæ idoneos eſſe arbitratur, ab anno 17. vſque ad 46. ſunt, ſupra eum annum *maiores* appellat. *Iuniores eccleſiæ* dicuntur ſcholares quidam eccleſiæ ſeruientes. *Cap. 2.* vbi Gloſ. *de foro compet.* *Longæuus. Senior. Aetatis venia. Aetates mundi quæ.* *Longæuus* pro inueterato, vel iam annis onuſto *l. de quibus ff. de legib.* *Senior* in libris Feudorum pro domino Feudi paſſim accipitur. *Aetatis venia* eſt beneficium, ſeu gratia facta iuniori, vt tanquam maior ſe poſſit gerere ad exercendum tale, vel tale munus: ſed tunc præcipuè impetrata dicitur à Principe, quando fit adoleſcenti ad conſequendam rerum ſuarum adminiſtrationem *l. 10. C. de appell. & tot. tit. Codicis de ijs qui ven. ætat.*

1167 Ad extremum (quoniam nobis de ætate ſermo eſt) poterit quis à nobis rogare, quot, & quæ fuerint ætates mundi, quæ ab authoribus celebrantur? Huic quæſito rectè ſatisfacit Azor p. 1. lib. 6. cap. 55. q. 1. in hunc modum. Sciendum (inquit) eſt Chronologos ſex mundi ætates conſtituere conſueuiſſe vſque ad diuini Verbi Incarnationem. Prima ætas numeratur ab initio mundi conditi vſque ad generalem inundationem aquarum, quæ tempore Noe fuit. Secunda ab ea inundatione vſque ad ortum Abrahami. Tertia ab eiuſdem ortu vſque ad exitum Hebræorum ex Aegypto ſub Moſe. Quarta ab hoc egreſſu vſque ad templum à Salomone inchoatum. Quinta à templo vſque ad excidium eius. Sexta ab eius excidio vſque ad Chriſti Domini aduentum. Quibus poſſumus addere hanc ætatem in qua ſumus, & Chriſtiana floret religio, ſeptimam eſſe. Illud denique elucidandum quæ ſint *Centeſimæ Calendæ* apud Paulum in *l. centeſimis 46. ff. de verb. oblig.* *Centeſimæ Calendæ.* Centum annos quidam interpretantur, quos meritò carpit Alciat. l. 2. parerg. c. 23. ſunt enim Calendæ centeſimi menſis.

ELV.

ELVCIDATIO XVII.

De Iudicijs, & indiciaria correctione.

1168 P*Ost elucidationem temporis & ætatis, quæ quidem multum inseruiet administrationi iudiciali, tum in ciuilibus, tum in criminalibus, sequitur vt ipsam elucidationem administrationis iudicialis, quæ erit paulo fusior, præstemus. Exponendum igitur nobis est quid sit iudicium, quid iudex & quotuplex: quænam personæ ad iudicium concurrant, quid lis & causa circa quam iudicium versatur, quibus actionibus, probationibus, & alijs adminiculis sententia pronuncietur.*

SECTIO I.

Iudicium ac iudex quid sit, & quotuplex.

Iudicium quid.

IV*dicium* (vt rectè exponit Lessius lib. 2. de iust. cap. 29. dub. 1.) duobus modis sumitur. Primo generatim pro sententia animi vera, vel falsa, & sic distinguitur à simplici apprehensione, in qua nec reperitur veritas vel falsitas. Secundò accipitur strictè pro determinatione iuris facta per iudicem, hoc est pro sententia iudicis exteriùs prolata, qua in controuersijs definit quid cui sit debitum, & hoc propriè appellatur iudicium, quasi *Iurisdictio*. Extenditur tamen ad significandum totum illum actum, & causæ discussionem, quæ in tribunalibus fieri soler, per quam iudex disponitur vt iustam sententiam ferat.

Iudicium quotuplex. Ordinariū iudicium. Extraordinarium iudicium.

1169 Multiplex est iudicium, & eius præcipuam multiplicitatem paucis dilucidè prosequitur Syluester v. eodem q. 2. Duplex (inquit) est iudicium principaliter, scilicet *Ordinarium* quod fit coram ordinario ordinariè: & è contra *extraordinarium*, quod ordinario modo non fir, sed tale dicitur 1. si fir coram delegato. 2. quando non proceditur in figura iudicij, sed ex iudicijs officio per modum inquisitionis, vel denunciationis. 3. Quando absque iudiciali strepitu proceditur simpliciter & de plano 4. quando iudex ecclesiasticus cognoscit de temporalibus rebus laicorum ratione peccati annexi.

Capitale iudicium. Publicum iudicium.

Quædam etiam iudicia dicuntur *capitalia*, quibus scilicet caput eximitur à ciuitate, morte vel exilio. §. *publicorum Instit. de publ. iudic.* Quædam *publica* quæ sunt de publicis causis, quasi publica: quia cuilibet de populo commissa est executio, vt in crimine læsæ maiestatis, in quo omnes de populo possunt accusare: & quandoque etiam publica dicuntur à crimine. Quædam vocantur priuata quæ ciuiliter pertractanctur *Ciuile* dicitur iudicium quando finis tendit in commodum partis: *Criminale*, quando ad commodum reipublicæ, siue pœna sonti: infligenda sit corporalis, siue pecuniaria.

Ciuile iudicium.

Temerariū iudicium. Peruersum iudicium.

1170 Cum verò ad rectitudinem iudicij tria postulentur, 1. certitudo in cognitione causæ, 2, iustitia in ipso actu iudicij, nempe vt seruetur æqualitas in iure suo cuiq; reddendo, & iudicetur secundùm leges, seruato ordine procedendi. 3. vt detur authoritas in iudicante: defectu primi postulati, euadit *iudicium temerarium*: hoc enim dici solet, quod de alicuius peccato, alioue infami malo ex leuibus iudicijs concipitur. Defectu secundi postulati, euadit iudicium iniquum, & communiter vocatur *peruersum*. Defectu tertij, nempe potestatis, sen authoritatis in iudicante, appellatur *vsurpatum*, & alio nomine *præsumptum*.

Vsurpatum iudicium. Præsumptū iudicium. Prolusoriū iudicium. Præiudicialis causa.

Sunt & alia à quibus iudicium capit multiplicem denominationem: nam dicitur *iudiciū prolusorium*, & idem valet atq; *causa præiudicialis*: est autem *præiudicium* quidquid prius iudicatum sequentibus iudicijs exemplum allaturum est. *Iudicia fiduciæ* esse dicuntur ea quæ de mandato fiunt, & deposito, & irrogant infamiæ notam damnato, sicut & ea quæ funr societatis & tutelæ. *Absolutoria iudicia* sunt omnia: nam iudici à Prætore dato tacitè permittitur, reum qui ante sententiam actori satisfacere paratus est, liberatum ab actione dimittere, ne in infamiam, quæ ex aliquibus iudicijs contrahitur, incurrat. Duaren. de in litem iurando n.42.

Iudicia. Principum. Iudicia populi.

1171 *Iudicia Principum* dicebantur cognitiones quæ soli Principi competebant, vtpote illi soli reseruatæ: item erant nouæ causæ nullis dum iudicijs definitæ. Brethæus *l. notionem ff. de verb. & rer. sign.* Iudicia populi, & iudicia publica differunt: nam illa eranr quæ populus in foro per tribus, in campo per centurias distributus exercebat: hæc verò, quibus prætores, qui & *Quæsitores* dicuntur, sella in foro posita cum consilio iudicum præerant. *Iudicia sacra* appellationum sunt, quæ in consistorio ab ipso Principe per consultationem disceptantur, adhibitis procetibus palatij & senatoribus *l. 2. C. de leg. Nouel. 62.*

Iudicia sacra.

Centumuirale iudiciū. Iudicium. commissum.

Iudicium centumuirale quod Romæ absolutissimum erat, & per centumuiros exercebatur. *Iudicium commissum* dixit eleganter M. Tullius in orat. pro Sexto Rosc. illud quod iam cæptum post litem contestatam, ad instar belli quod commissum appellatur, vbi inceptum est. *Iudicium contradictum*, seu *contradictorium* dicitur in quo aduersarius est, ad differentiam *voluntarij*, quod nullo contradicente fir *l. cum de consuetud. ff. de legib.*

Humanum iudicium. Rescindens iudicium.

1172 *Iudicium humanum*, quo quis ab homine benè vel malè audit: contrarium est iudicium Domini, qui intima cordis scrutatur. Apud Zazium in *tit. Instit. de actu. §. rursus* dicitur *indicium rescindens* & est in iudice, in

præto-

prætore viuo: qui imploratus per eum qui læsus est, propter absentiam alterius restituit in integrum eum, qui læsus fuit: & rescindit, annullat, cassat, sustollit quidquid illud est in quo alius conqueritur se læsum. *Iudicium rescissorium* apud citatum authorem id est cum via agendi aperitur; & sublatum est impedimentum, seu obstaculum: quòd is, qui læsus est, potest rem suam petere, ac si nunquam fuisset vsucapta: & damnum reponere, ac si nunquam fuisset læsus.

Rescissoriū iudicium.

Nummatum iudicium dixit Tullius in ver. quod fit acceptis nummis sicut pro A.Cluentio dixit *nummarios iudices* præmio corruptos & sordidos: sic Seneca lib. de benef. vocat. *Nummarium tribunal*, id in quo est iudicium corruptum. *Iudicium turpe* dixit Tullius pro Flacco, id in quo damnatus infamia & turpitudine afficitur.

Nummatū iudicium. Iudices nummati. Nummariū tribunal. Iudicium turpe.

Duplicia iudicia sunt familiæ ercisc. com. diui. fin. regund. *l.2. §. vlt. ff. comm. diuid. l.13. ff. de iud.* & sic dicuntur, quia par vtriusq; litigatoris in his conditio est, nec quisquam præcipuè reus, vel actor intelligitur, & quisquam tam rei quàm actoris partes sustinet. *l. 37. §. vlt. ff. de oblig. & act.* *Petitorium iudicium* est quo res vindicatur. Caius lib. 36. ff. de rei vindic. Nam *petitorium* dicitur, cùm quis petit rem purè & simpliciter. Vide quid inter possessorium & petitorium in causa nobilitatis intersit apud Parl. diff. 145. Vnde *agere petitorio* est in ordine ad proprietatem rei: *agere possessorio* est in ordine ad possessionem.

Duplicia iudicia. Petitorium.

1173 Iudex in tota sua latitudine comprehendit omnes ius dicentes, cuiuscunque dignitatis sint, vt præsides, proconsules, rectores prouinciarum, & alios similes. Dicitur enim Iudex (vt ait Sylu. v. eodem) quasi ius dicens populo: siue quòd iure disceptet, id est iustè iudicet. *cap. forus §. in omni de verb. sign.* Vnde iudex est, qui iure potest iustum cuiq; decernere & reddere. Vt iudicium scrutemur multiplicitatem, iudex in genere est triplex, quamuis sub tribus speciebus, seu membris varias contineat. Nam iudex quidam est ordinarius, quidam extraordinarius.

Iudex qui. Iudex quotuplex.

Ordinarius est qui potestate ordinaria præficitur à Principe alicui collegio vel vniuersitati ad vniuersitatem causarum. *Extraordinarius* est qui habens potestatem delegatam non præficitur alicui vniuersitati, vel collegio, & est duplex, alter habens iurisdictionem ex partium voluntate, & dicitur *arbiter*, alio nomine *compromissarius*; alter excommissione superioris, vt *delegatus* ad certam causam, vel *subdelegatus*, cui nempe delegatus potestatem subdelegauit.

Ordinarius iudex. Extraordinarius iudex. Arbiter. Compromissarius.

1174 Sunt aliæ species iudicum, quæ ad prædictas tres reducuntur. Quidam iudices dicuntur *pedanei*, quorum officium est de minutis & infimis causis cognoscere, & tenentur maiores causas ad maiores iudices referre, cùm ipsi per se determinare non possint *l. 2. C. de pedan. iudic.* Quidam olim dicebantur *Chartularij* qui erant ab Imperatore priuilegiati, vt coram eis possent litigare qui vellent, licèt ipsi ad hoc aliquem cogere non possent. Apud Zasium in *l. quidam existimarunt ff. si certum pet.* dicitur *Iudex limitaneus*, qui habet limitatam iurisdictionem, vt Argentorati senatus minor, qui iudicat vsq; ad summam sexcentorum florenorum, & non vltra. Apud Azorium par.3. lib. 13. c.12. Iudex vel est sæcularis, vel Ecclesiasticus, *Sæcularis* constituitur ab Imperatore, Rege, vel quocunque Principe laico superiorem non recognoscente, vel ex priuilegio à recognoscentibus superiorem: *Ecclesiasticus* est qui constituitur à Papa, vel alio Principe Ecclesiastico: Apud eundem loco citato est discrimē inter arbitrum, & arbitratorem: nam *Arbiter* dicitur is qui ex consensu litigantium in iudicem eligitur ad parendum sententiæ illius, sub pœnæ obligatione: & sententiam ferre debet seruato iuris ordine atque sententiæ eius latæ stare litigantes tenentur. *Arbitrator* dicitur is qui ex consensu litigantium eligitur, & item vt causam dirimat amicabiliter: & hic non tenetur ferre sententiam seruato iuris ordine, sed pro arbitrio seruata æquitate iuris naturalis.

Pedaneus iudex. Chartularius iudex. Limitaneus iudex. Sæcularis iudex. Arbiter. Arbitrator.

1175 *Competens iudex*, de quo passim in iure, præsertim *l. penult. ff. de iurisd. omn. iudic. & l.2. ff. si quis in ius voc.* idem valet atq; congruus, ad quem cognitio pertinet. Nam apud Iuristas *competere* dicitur quidquid ad nos pertinet, nobisq; quæritur, conceditur, indulgetur. *Competentes libertates* dicuntur *l. Papinianus in fin. ff. de inoff. testam.* quæ ex testamento, aliaue causa contingunt. *Competentes vsuræ* illæ dicuntur quæ sunt congruæ, legitimæ, seu lege definitæ, *l. 1. C. si maior fact. alien.* Ex opposito *incōpetens iudex* est qui aliqua ex causa non competit. De quo latè Azor. p.3. lib.13. c.15.

Competens iudex. Libertates competētes. Vsuræ competentes. Incompetēs iudex.

Censores à censendo dicti quòd vitam moresque nostros examinant, & de ijs inquirunt: sunt & iudices, quia censura iudicium est. Vnde senatum aliquid censuisse dicitur *l. censeri ff. de verb. sign.* Inter iudices numeratur *Vir bonus*, & hic propriè dicitur qui iuri naturali obtemperat, & voluntatem suam illi conformem facit, eamque sequitur. Item vir bonus est qui facit alteri quod sibi vult fieri *l. 1. circa medium ff. de solut.* In iure ciuili iudex est: & nomen viri est sæpe dignitatis: refertur enim ad virtutem, vimque animi & corporis *l. 11. C. de dignit. lib. 12.*

Censores. Censura. Vir bonus.

1176 Apud Azorium p.2. lib.5. c.34. quāuis nullus in iure canonico sit titulus de conseruatoris officio & potestate, tamen in eo agitur *cap. 1. & vlt. de officio delegati in 6.* Est igitur Conseruator iudex à Papa datus ad defendendos aliquos contra manifestas iniu-

Cōseruator.

rias

rias iudiciali non egens indagine. Quamuis *discussor* multis modis accipiatur in rubr. *Cod. de discussor.* tamen in *l. properandum §. si autem C. de iudic.* accipitur pro iudice, quia iudex causam discutere debet. De discussoribus meminit Cassiod. lib. 4. var. epist. ad Faustum, & certè rationes fiscales & publicas dispunxisse discussores, dubium non est.

Discussor.

Iudicis appellatione, vbi indefinitè profertur, veniunt iudices cuiuscunque speciei, siue sint ordinarij, siue delegati, tum ad causas, tum ad executiones gratiarum. Nam hoc nomen (iudex) generale est comprehendens non solum omnes qui publica iudicandi potestate funguntur, sed etiam illos qui solum habent notionem, prout à iurisdictione distinguitur. At iudicis appellatione non continentur arbitri compromissarij, qui & recepti appellantur, ex eo quòd recepto idest ex compromisso adeuntur. Vide Barbosam de appell. verb. 122.

Iudicis appell. *Recepti iudices.*

SECTIO II.

De modis loquendi spectantibus ad iudicium, & iudices.

1177 IVdicare quod distet à *ius dicere* optimè declarat Duarenus disp. lib. 1. cap. 53. Nam prætor *ius dicit*, quando iudici à se dato ius quodam constituit, & formam ad iudicandum præscribit, vt illud datus iudex sequatur: vnde hic iudicat habens solam cognitionem de facto, sequens ius quod Prætor dicit. *Iudicare* sumitur pro æstimare *l. hac edictali §. his illud C. de secund. nupt.* Vnde iudex rerum pro æstimatore. *Iudicare* etiam pro condemnare, & iudicatus pro condemnatus *l. si pro aliquo ff. 5. C. Velle.*

Iudicare. *Ius dicere.*

Apud Liuium lib. 26. *Iudicare capitis vel pecunia* est diem rei capitalis, & mulctam dicere; vel capitis & pecuniæ inquirere. *Iudicatio* est cognitio *l. Episc. C. de Episc. audien.* accipitur pro iurisdictione *l. aliud fraus est ff. de verb. sign.* Illud dicitur *iudicatum*, quod alicuius sententia constitutum, vel approbatum est. *Iudicata res* dicitur quæ finem controuersiarum pronunciatione iudicis accepit *l. 1. & 3. ff. de re iudic.* Idem valet *Iudicatum facere* atque parere iudicato, siue persoluere quod iudex dependendum pronunciauit. *Iudicatum solui* dicebant veteres eam satisdationem, quæ de soluendo per reum fiebat *l. iudicatum ff. iudicatum solui.*

Iudicare capitis vel pecunia. *Iudicatio.* *Iudicatum.* *Res iudic.*

1178 *Sortiri iudicem religiosum* quid sit apud Vlpian. *l. denunciasse §. quaeritur. ff. de adulter.* non inueni explicatum: sed puto ibi religiosum idem valere, atque timoratum, seu tactum religione, & conscientiæ stimulis. *Iudicem accipere & sumere* dicuntur qui litigant *l. 1. C. de lit. iuran.* Apud Papinian *l. quaesitum ff. de testibus*. Iudicis religio est anxia conscientiæ cura, quæ propter iustam muneris functionem suscipitur. *Iudicis arbitrio restituere* apud Paul. *l. arbitrio §. dolo ff. de dolo malo* est tantum restituere quantum iudex secundum conscientiam boni viri, duxerit condemnandum. *Iudiciale pignus* Iuristæ appellant, cum iudicati causa bona alicuius capiuntur. Connan. lib. 4. c. 17. n. 10.

Religiosum iudicem sortiri. *Iudicem accipere.*

Religio iudici. *Restituere arbitrio iudicis.* *Iudiciale pignu.*

Iudicis officium est duplex, nobile & mercenarium. *Nobile* (quod rectiùs dixeris *merum officium*) dixit Bartolus id esse, quod per se stat. Explicatiùs, *officium nobile* est, quod iudex sua hoc est, iurisdictionis authoritate exercet, etiam si nulla proponatur actio, & interdum motu proprio, nemine petente. *Mercenarium* est quod actioni deseruit: metaphora ab obsequio famulitio ducta. Sicut enim is qui operam suam locat, libens quidem eam præstat, at non alio modo, quàm dominus præscribit, ita iudex actionibus in iudicium perductis impertit officium suum, vltro quidem, sed non nisi ad normam actionis, eaque cessante, cessat. *l. aediles §. item sciendum ff. de adil. edict.* Idem valet *suffragium iudicis* atque officium iudicis. Vide Parlador diff. 34.

Officium nobile. *Merum officium.*

1179 Ex dictis patet modus loquendi frequens apud Theologos & Iuristas, *Facere aliquid non tam iure actionis, quàm implorato officio iudicis*. Solum enim procedit de officio nobili, quod proximè exposuimus. Vt intelligas quid in iudice sit *cognoscere de plano*, apud Iuristas *Plana, & cliuosa via* opponuntur *l. 2. de deteriorem ff. ne quid in loc. public.* Vnde de plano opus facere, & in machina operari contrariè relata inueniuntur *l. 5. §. plane ff. commed.* Quarè *Planaria cognitio* est quæ de plano suscipitur citra tribunalis ascensum *l. 4. C. de dilat.* Idem valet *offendere apud iudices* atq; condemnari Spiegel.

Plana, & cliuosa via. *Planaria cognitio.* *Offendere apud iudices.*

Recusare iudicem est non consentire in illum. Nam *Recusare* in iudicio, pro inficiari, denegare *l. 48. ff. mandati.* Item *recusare* pro accusationem depellere *l. recusare ff. de acquir. hered.* Item *recusare* dicitur qui non vult adire hæreditatem. Est tamen discrimen inter recusare, & repudiare hæreditatem: nam recusare non modò hæres potest, verùm etiam fideicommissarius *l. cogi §. si seru. ff. ad Trebell.* Repudiare autem solus hæres potest, cum nulli alij hæreditas deferatur. Apud Connan. lib 4. cap. 17. num. 8. *Recuperari per iudicem* dicitur quod amissum in nostram potestatem redigimus. Vnde *recuperatores iudices* erant qui à Prætore in priuatis controuersijs, dabantur, vt suum quisque ius recuperare posset. *Recuperatorium iudicium* apud Tullium lib. 2. de inuent. quod per iudices datos exercebatur.

Recusare. *Repudiare & recusare.* *Recuperare.*

1180 *Corrumpere iudicem* est muneribus flectere, infringere: sicut *corrumpere virginem* est vitiare *l. si quis aliquid ff. de pan.* Offendere apud

Corrumpere.

apud iudicem, teste Budæo, est condemnari, seu contrariam auferre sententiam. Iudex dicitur cognoscere, indagare, inquirire, admonere, interrogare, vlcisci, reuocare, & retractare sententiam. Singula exponamus. *Cognoscere* in iudice, vt habetur in *l.8.& 9.ff.de offic.præsid.* & passim in alijs legibus est actus ad iurisdictionem pertinens, & significat negotium excutere, examinare, & de eo ius dicere. *l.5.§.eognoscit ff.de offic.præfect.vigil.*

Offendere apud iudicē. *Cognoscere.*

Vnde *cognitio & notio* differunt, quia solum cognoscit qui iurisdictionem habet, noscit verò qui habet solam notionem. *Indagare* habetur *c.cum nobis olim, de elect.* & est iuridice examinare Vnde *Indago cap.1.de offic.deleg.in 6.* est iudicialis examinatio *In l.emptorem §. vlt. ff. de act.* indaginem accipit Iurisconf. pro illius effectu id est, captura. Quamuis inquirire, & exquirire apud Albericum v. eod. in eo differant, quod *inquirere* sit intus quærere, scilicet in mente, *exquirere* sit extra quærere, per studium & operam, tamen *Inquirere* in iure accipitur pro inuestigare diligenter, & apud Legistas *Inquisitio* aliquando est criminis per torturam inuestigatio.

Cognitio, & notio. *Indagare indago.* *Inquirere.* *Exquirere.* *Admonere.*

1181 *Admonere* est in memoriam adducere *l.qui venenum ff. de verb.sign.* & propriè de re, quæ nondum in mentem venit. Sumitur plerumq; pro castigare, corripere, percutere; vt apud Modestinum. *l.alim. §.1.ff. de agnosc.lib. inuicta l.1.ff.de iure patr.* Vnde *admonitio fustium* pro castigatione, & coercitione *l.veluti ff. de pœnis.* Apud Tullium pro domo sua, & Liuium lib. 8. *Interrogare legibus*, est legis alicuius authoritate aliquem interrogare. Dicitur etiam *interrogare*, qui quæstionem habet *l.1. §. qui quæstionem ff. de quæstion.* Et serui dicuntur interrogari per quæstionem, & tormenta *l.27.§. de eoq; ff. ad l.Iulian.de adult.* Dicitur quoque interrogare qui stipulatur, & interrogari qui spondet. *l.1.§.1.ff.de verb. obligat.*

Admonitio fustium. *Interrogare.*

Dicitur iudex *vlcisci* hoc est vindicare, seu iniuriam non impunitam relinquere. *l.sciendum §. cum aliter ff. ad l. Aquil.* & dicimus Vlciscor te, etiam pro Vlciscor me. Quamuis *retractare.* Sit quod omiseris repetere, recognoscere *l. 2.ff.de collus. deteg.* tamen retractare sententiā idem est atq; reuocare apud Vlp. *l.non solum §. fin. ff. de procurat.* Reuocare domum est, allegare, & dicere se non posse compelli eo loco, quo conuenitur, ad litem suscipiendam. *Reuoluto mantello*, dixit Accurs. in *l. Papinian.§. sed neq; impuberis ff. de inoffic. testam.* cum contrarijs exceptionibus, quis aduersus diuersos vtitur ab his ducta metaphora, qui, vt Scenæ seruiant mutuant pallium.

Vlcisci. *Retractare.* *Reuocare.* *Reuocare domum.*

1182 *Publicè fieri* interdum significat Iudicis authoritate, seu publico nomine fieri *l.45. in eum ff.de admin. tut.* Spectat ad iudicem hic modus loquendi *Agere de repetundis* & *Accusare de repetundis*. Nam repetundarum, vel de repetūdis accusatur quis vel damnatur, qui in administratione magistratus pecunias accepit, vnde accipere non debuit. Titulus est ad leg. Iuliam repetund.

Publicè fieri. *Repetundarum accusari,*

Subrogare iudicem est substituere. Nam subrogandus idem valet atque substituendus *l. vnic. C.de colleg. lib.11.* Sunt nonnullæ phrases spectantes ad iudicium: Nam *dare iudicio*, seu dare actionem prætor dicebatur, cum actori faciens potestatem agendi, eum ad intendendam actionem admittebat *l.2. §.1.ff.de iudic.* Apud Paulum *accipere iudicium*, est litem contestari *l.2.§.1.ff.si ex nox caus. agat.* Dicitur etiam *implorari iudicium*, seu cognitio, id est desiderari. *l.7.ver.planè ff. de hæred.peten.*

Subrogare iudicem. *Dare iudicium, & actionem.* *Accipere, & iudiciū.*

SECTIO III.

De potestate, & iurisdictione iudicum.

1183 Apud Theologos, & Iuristas vsurpatur potestas metaphoricè sub diuersis nominibus Imprimis *baculus* potestatem designat *Cap. 1. de sacra vnct.* Vbi habetur, *Romanus Pontifex non vtitur baculo pastorali tum propter historiam, tum propter Mysticam rationem.* Quia baculus est potestas data per hominem, & Summus Pontifex à solo Deo potestatem accipit. Ita Glos. ibid. vbi vide historiam ad quam textus alludit. Apud Hebræos (vt testatur Azor lib. 1. p.2. cap.12. q.13.) dextera metaphoricè significat potentiam, quia apud homines maior est in dextera, quàm in sinistra potentia, & virtus. Apud Pompon. *in l.2. in princ. ff. de orig. iur.* accipitur manus pro potestate, vel suprema authoritate Regis.

Baculus pro potestate. *Papa non vtitur baculo.* *Dextera id est potentia.* *Manus pro potestate.*

Gladius apud Vlpian. *l. 3. ff. de iurisd. omn. iud.* ita designat potestatem, vt idem sit habere potestatem gladij, atque habere merum imperium. *Ditio* à verbo *Dico* deriuatur, & potestatem significat apud Pompon. in *l.2. §. capta ff. de orig. iuris*. Sacris curiæ, id est potestate curiæ exponit Glos. *l.si quis tam inueniri C. de decur.* Sacra à sanctis & religiosis differunt *l.4. ff. de his qui not. in fam.* Nam (vt Festus scribit lib. 16. sacrum est, quod Deo consecratum est: Sanctum, vt murus qui circa oppidum est: Religiosum, vt sepulchrum, vbi corpus humatum est.

Gladius pro potētia. *Ditio.* *Sacris curiæ.* *Sacra sancta & religiosa.*

1184 *Potestas* (vt ex S. Thoma in 4. dist. 24. q. 1. definit Molina tract. 2. disp.21. §. 2.) est facultas alicuius authoritatem, & eminentiam super alios habentis ad eorum, regimen & gubernationem. Vt potestatis multiplicitatem inuestigemus, potestas apud Azorium p.2. lib. 10. cap. 1. q. 2. in genere duplex est, altera laica, altera ecclesiastica. *Laica*, quæ alio nomine profana, ciuilis, & temporalis dicitur, est illa per quam gubernantur homines in ijs quæ ad temporalem pacem, salutem, & vtilitatem

Potestas. *Laica, & ciuilis potestas.*

 spectant.

Ecclesiastica potestas. spectant. *Ecclesiastica* quæ alio nomine sacra & spiritualis dicitur, est per quam reguntur homines in ijs, quæ ad Dei religionem pertinent. Item laica, seu ciuilis potestas adhuc duplex est vna suprema, altera inferior, & non suprema. Supremam habent quicunq; in temporalibus, non agnoscunt superiorem: non supremam habent qui in temporalibus ciuilem superiorem agnoscunt. Ecclesiastica duplex etiam est, altera *supernaturalis ordinis*, & diuini iuris, qua homines ad finem supernaturalem per media supernaturalia diriguntur. Altera *naturalis ordinis*, & iuris, qua homines ad finem naturalem, & humanum, quantumuis ecclesiasticum opera & ministerio sacerdotum referuntur.

Iurisdictio quid. 1185 Iurisdictio species potestatis est, & apud Syluest. v. eod. dicitur quasi iurisdictio à iure dicendo, & iuxta Heruæum sic describitur. Iurisdictio est qua præsidens alicui reipublicæ potest dicere ius statuendo, sententiando, vel cum obligatione subditorum ad habendum id quod dicitur, pro iusto. Breuiùs, & clariùs Azonus sic definit. *Iurisdictio est potestas de publico introducta cum necessitate iuris dicendi, vel æquitatis statuendæ.*

Notio, & cognitio. Est discrimen inter notionem, & iurisdictionem tanquam inter genus, & speciem: notio enim absolutè sumpta diuiditur in cognitionem & iurisdictionem *l. notionem ff. de verb. signi.* Est autem notionis verbum generale: & non solum ad eos pertinet qui iurisdictionem habent, sed & qui simplicem cognoscendi facultatem, qualem censentur habere tum assessores, tum arbitri. Vide plura de hoc discrimine apud Barb. de appel. verb. appel. 122. n. 2.

Ordinaria iurisdictio. Delegata iurisdictio. 1186 Vt sectemur multiplicitatem, iurisdictio in genere vel est ordinaria, vel delegata. *Ordinaria*, vt ex verbis Modestini, & Vlpiani colligitur, residere dicitur in illo, apud quem legis actio est, & potest definiri potestas publica quæ alicui ex proprio munere, vel officio competit. *Delegata* est illa, quæ ex speciali alicuius superioris mandato conuenit. Item, iurisdictio alia voluntaria, alia contentiosa dicitur. *Voluntaria* solum interuolentes locum habet, eaq; explicantur emancipationes, manumissiones, & adoptiones, quæ magistratus authoritate etiam extra territorium, & quocunq; loco rectè fiunt *l. 2. ff. de offic. procons.*

Voluntaria iurisdictio.

Ex quo etiam textu desumitur quid sit *contentiosa*; nam est illa quæ in inuitos, aut præsentes, aut si per contumaciam desint, exercetur. Iurisdictio alia dicitur priuatiua alia accumulatiua, *Priuatiua* (vt ait Fragos. p. 2. lib. 5. disp. 14. §. 3. init.) est illa quæ conceditur cum inhibitione, ne alij de illis causis, seu causæ possint cognoscere. *Accumulatiua* est illa, quæ ita à Principe conceditur alicui, vt in ea concessione Princeps alios iudices neq; inhibeat, neq; priuet iurisdictione.

Accumulatiua iurisdictio. Extraordinaria iurisdictio.

1187 Præterea potestas, seu iurisdictio alia dicitur anomala, alia libera, alia ambulatoria. *Anomala* quæ & *extraordinaria* dici potest, consuetudine, non iure subsistit: cuiusmodi est iudicum curiarum dominicalium, qui circa feuda tantum, emphyteuses, & curialia pacta cognoscunt. *Libera* dicitur, cum is qui eam habet, non impeditur maiore aliqua potestate, quominus agat pro imperio, & lege agi iubeat. Ita Budæus in poster. annotat. *Ambulatoria potestas* dicitur à verbo *ambulare*, quod à corporis progressu ad animum porrigitur, accipiturq; pro mutari, seu in vno statu non permanere. *Libera iurisdictio. Ambulatoria potestas.*

Vnde dici solet ambulatoria voluntas, quæ vsq; ad mortem mutabilis est *l. 4. ff. de adimen. legat.* Dici solet *ambulatoria actio*, hoc est variabilis à persona in personam *l. fin. in princ. C. de fidei.* Erit ergo potestas legis ambulatoria, hoc est mutabilis ad permittendam alienationem *l. erit ergo ff. de fund. dotal.* sicut ambulatoria conditio in *l. seruus ff. de statu liber.* quæ non in vnius tantum, sed etiam in plurium hæredum persona rectè impleri potest. *Actio ambulatoria. Conditio ambulatoria.*

1188 Apud Lessium de iust. lib. 2. c. 9. dub. 3. fit mentio de potestate publica & priuata. *Publica* illa est, quæ datur in Principe, & magistratu in ordine ad bonum publicum. *Priuata* est, quæ datur in homine priuato in ordine ad priuatum bonum. *Honor municipalis* est administratio reipublicæ cum dignitatis gradu, siue cum sumptu, siue sine sumptu contingens *l. honor ff. de mun. & honor.* Vicaria potestas illa est quæ datur in vicario. *Vicarius* est, qui vicem alicuius gerit. Vicarium definit Alciat. in *Rub. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd.* illum qui gerit omnes vices eius, in cuius loco ponitur. In quo autem Vicarius à suffecto distet, Alb. docet in *l. 2. C. de offic. eius qui vic. alt. iud. obtin.* Vt intelligas quid sit *Plena authoritas*, nota apud Iuristas *Plenum* esse id in quo nihil desideratur, arg. *l. ex facto in prin. ff. de vulg. & pupill.* *Publica potestas. Priuata potestas. Honor municipalis. Vicarius. Suffectus & vicarius. Plena authoritas. Plenum ius.*

Vnde *pleno iure* dominus is dicitur, qui rem non tantum in bonis, sed etiam ex iure Quiritium habet *l. 29. ff. qui & à quibus.* Dicitur interdum plenum ius rei quæ oppignorata non est *l. 78. ff. de leg. 3.* interdum à qua vsusfructus non abest. *l. 126. §. ff. & verb. obl.* Cum in hac materia iurisdictionis, & potestatis sit frequẽs vsus horum verborum committo, confero, Barb. tract. de diction. dict. 61. num. 4. sic habet. *Committere, & conferre* differunt, nam ad tempus committitur aliquid alicui: in perpetuam verò confertur. Glos. v. ommittere in *Clem. vnica de suppl. neglig. prel.* Iurisdictio restitui & abrogari, vt dicatur, vnde loquendi modus ille innotuerit, ostendit Alciat. cap. 2. lib. 3. Paterg.

SE-

SECTIO IV.

De accusatore.

Accusare.

1189 CVm *accusator* deriuetur à verbo *accuso*, huius prius explicemus significationem, oportet. *Accusare* generaliter acceptum significat aliquem ad causam dicendam vrgere *cap. forus §. accusator, de verb. sign.* Vnde accusationis nomine, & ciuilis actio, & persecutio venit *l. iudiciorum in fin. ff. de accus. & inscript.* tamen obtinuit vsus, vt propriè accusatio referatur ad delictorum criminationes, vt videre est, in *tit. ff. & C. de accus. & inscript.* Siue igitur accusare deducatur à cudo, vt Priscianus voluit, siue à causa, vt ipsæ dictiones coniugatæ indicant, *accusare* est aliquem apud iudicem percutere, & quasi malleo ad incudem pertundere; vt in quam velit is, qui accusat, formam redigatur.

Vnde propriè est apud iudicem ostendere quempiam peccasse. Seruius ponit discrimen inter incusare, & accusare, quòd nempe *Incusare* propriè est, superiorem arguere: *accusare* verò vel parem vel inferiorem. *Incusare* certè dicitur qui moribus queritur, seu expostulat: nam apud Vlpian. *l. 1. §. quod autem C. de offic. præf. vrb.* aliud est accusare maiores seu eos quibus reuerentia debetur: aliud verò expostulare, ac verecundè exponere eorum intolerabilem sæuitiam.

Incusare, & accusare.

1190 Ex verbo proximè elucidato diriuatur *accusatio*, quæ ab Azone in rubr. *C. de his qui accus. non poss.* sic definitur, est aliquem reum criminis per libellum deferre ad vindictam, & pœnam. Duarenus lib. disp. anniuers. 1. cap. 38. non multum dissimiliter: Est (inquit) maleficij alicuius apud iudicem ad vindictam publicam solemniter facta. *Accusatio legitima*, hoc est iusta, & iure probata *l. miles §. quæ propter ff. de adult.* In quo differat Accusatio à maledicentia, significat Tullius pro Cælio his verbis: *Aliud est maledicere, aliud accusare. Accusatio crimen desiderat, hominem vt notet, argumento probet, teste confirmet: Maledictio autem nihil habet propositi, præter contumeliam: quæ si petulantiùs iactatur, conuitium: si facetiùs, vrbanitas nominatur.*

Accusatio.

Accusatio legitima.

Maledictio maledicentia.

Apud Bart. in *l. Prætor ait 3. ff. de sepul. violat.* & Angel. in *Rubr. Instit. de publ. indic.* accusatio aliud est, & aliud actio, Accusatio propriè est, ex qua imponitur pœna mortis, vel corporis coercitio, vel pœna pecuniaria fisco applicanda: Actio est ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur. *Accusatio capitalis*, est quæ fit de crimine, cuius pœna mors aut exilium est: vel potius cuius pœna mors est siue naturalis, siue ciuilis, cum vita, libertas, vel ciuitas adimitur. Cuiac. obs. 1. cap. 2. quid sit *accusatio internicini* explicat: Internicini (inquit) iudicium in eo dabatur, qui falsum testamentum fecerat, & ob id hominem occiderat, & accusatorem eius bonorum possessio sequebatur.

Actio, & accusatio.

Accusatio capitalis.

Internicini accusatio.

1191 Accusatoris nomen, & ad speciem & ad genus trahi solet. Nam absolutè, & in genere accusatores appellantur omnes qui sceleris aliquem apud iudicem insimulant, quo sensu accusator accipitur, cum dicimus neminem sine accusatore damnandum esse *cap. 6. §. 2. de muner. & honor.* Vnde *accusator* is propriè dicitur, qui aliquem coram iudice accusat, & criminalem ei quæstionem mouet. Apud Martian. *ad Sen. cons. Turpell.* solent accusatores tripliciter delinquere: aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur.

Accusator quis.

Calumniari est falsa crimina intendere: *Præuaricari* est vera crimina abscondere: *Tergiuersari* est in vniuersum ab accusatione desistere. Accusatori proximi, & affines sunt criminator, delator, denunciator, quadruplator, calumniator. *Criminator* est, qui crimina lem intentat accusationem, de qua *l. 3. C. ad leg. Aquil.* Criminaliter agi tunc dicitur, quando quis publicam vindictam criminis exquirit, quæ vindicta contingit, siue infligatur pœna corporis afflictiua, siue alia etiam pecuniaria, dummodo fisco applicetur.

Calumniator.

Criminator.

1192 *Delator* apud Papinian. in *l. intra ff. de diuers. temp. præscrip.* accipitur pro denunciatore, & est author seu causa prodendi alicuius negotij, vel rei, quæ antea incognita, ab eo postea detegitur, & indicatur. In *cap. delatori 5. quæst. 6.* delator est, qui inuidia prodit alios. Ponitur etiam pro occulto accusatore, & calumniatore. Vnde celebris illa vox Domiciani apud Suetonium: Princeps qui delatores non castigat, irritat. *In tit. Codicis de delatoribus lib. 10.* delator dicitur, qui bona, quæ confiscanda sunt, denunciat, ac defert. Hinc *delatoria curiositas* pro maxima deferendi diligentia, vt interpretatur Glos. in *l. nec supina ff. de iur. & fact. ignor.* Erant enim *curiosi*, qui passim delicta in re militari commissa nunciabant. Sic *inspector*, cui res inspicienda datur *l. 17. §. Papinian. ff. de præsc. verb.* Quinam sit *denunciator*, patebit ex denunciatione, de qua latè Alciat. in *l. detestatio de verb. sign.* Denunciare est indicere, prænunciare, præsignificare. In hoc (inquit Lessius l. 2. cap. 29. num. 103.) differunt accusator, & simplex denunciator, quòd accusatori incumbit onus probandi: denunciatori, minimè. Est autem duplex denunciatio, quædam dicitur *Euangelica* quæ tendit ad emendationem fratris, & fit superiori tanquam patri: alia *iudicialis* quæ spectat ad punitionem criminum ob bonum commune.

Delator.

Delatoria curiositas.

Curiosi.

Denunciatores.

Denunciatio duplex

1193 *Quadruplator* apud Budæ. in *l. testium ff. de testibus* dictus est criminum publicorum delator, qui pro delationis præmio quartam partem in bonis delatorum consequebatur.

Quadruplator.

Calumniator. *Calumniator* propriè est, qui per fraudem, & frustrationem alios accusando vexat. Sumitur etiam pro eo qui non debitum petit. *l. pen. ff. ne quis eum.* Sunt, & voces aliæ ad accusatorem spectantes, Vide Parlad. diff. c. 39. vbi distinguit inter calumniatorem, præuaricatorem, & tergiuersatorem. *Sycophanta* *Sycophanta* litis leuissimæ accusator dicitur. Cum enim apud Athenienses, fisci essent in pretio, mulcta indicebatur ijs qui eas furtim caperent: vnde qui huius criminis aliquem accusabat, sycophãta dicebatur: nam *sycos* ficus est. Sumitur etiam pro caluniatore *l. verbum C. ex quib. caus. infam. irrog.* Apud Erasmum *Diabolus* idem valet atque delator, calumniator. *Diabolus. Diabole.* *Diabole* enim est, criminatio, cum reo nihil sciente, & ad contradicendum non admisso, soli delatori fides adhibetur. *Fiscalis. Vsuræ fiscales.* *Fiscalis* est procurator fisci, pro eiusdem rebus tuendis constitutus, qui proinde accusat sontes vt fiscus condemnatorum habeat bona. Hinc *vsuræ fiscales*, quæ fisco, seu Imperatori debentur. *l. 1. C. de vsur. fisc. lib. 10.* Dicitur etiam *Proditor* idem atq; delator. *l. vnicu C. de mendicant. validis lib. 10.*

1194 Vt elucidemus voces nonnullas, & loquendi modos pertinentes ad accusatorem, *Conquerens.* imprimis apud Alberic. v. accusatio, est differentia inter accusantem, & cõquerentem *conquerens* enim dicitur etiam qui non petit puniri: accusãs autem petit accusatum puniri *l. vlt. qui iu ff. de offic. præf. vrb.* Nam querelam habere res dicitur, & persona. Res cum ex ea querela nasci potest: persona, cum de aliqua iniuria, vel molestia queritur. Querelæ nomine tres in iure ciuili actiones veniunt: vna inofficiosi *Querela quotuplex. Præparata querela.* testamenti, secunda inofficiosæ donationis, tertia inofficiosæ dotis. *Querela præparata*, quæ non nisi extraneis datur *l. si quis filiũ C. de inoff. testam.* dicitur, quæ in controuersiam aliquo modo perducta est: nam præparasse querelam videtur is, qui ad denunciationem, vel actionis editionem processit. *Querimonia indicialis.* *Querimonia iudicialis* per libelli oblationem intelligitur *l. vt perfectius C. de vnua. except.* Quid autem sit libellus, accipe à Fragozo p. 1. l. 5. disp. 12. nu. 48. Est scriptura breuis continens claram intentionem actoris aduersus partem contrariam necessario inserens, & concludens, respondensq; ad petita pro *Libellus. Nunciator. Frustratio.* parte eiusdem actoris, siue accusatoris. *Nunciatores* sunt delatores criminum *l. 6. ff. ad senat. cons. Turpil.* & hi denunciare dicuntur *l. 7. C. de accusat.* Pro fallacia, & calumnia *frustrationem* vsurpat Papinian. *l. 3. in fin. ff. de vsur.*

1195 *Offerre crimen.* *Offerre crimen* pro criminari Spieg. v. eod. *Postulare* pro accusare apud Alber. v. eod. Hoc tamen negat Schardius dicens quòd postulo significet petere à Prætore vt sibi liceat lege aliqua publicorum iudiciorum quempiã *Postulare.* interrogare, vtrum in eam legem commiserit. *Auditus.* *Auditus*, quod accusatus apud Alberic. v. eod. *Interpellatus.* ex *l. de desertore ff. de re milit.* Interpellatus, quòd denunciatus *l. sed interpellatus ff. de arbit.* *Inquietatus. Indicatus reus.* Inquietatus, quòd denunciatus *l. 2. C. de iure emphy.* Similiter *indicatus reus*, quòd delatus. Alberic. *Inscriptio* pro accusatione apud Sylu. v. eod. n. 1. *Maculatus* quòd accusatus. §. *est autem casus Instit. de hered. instit.* Obseruauit Bud. ex Cicerone *Recusare* quandoq; idem esse ac accusationem depellere. Certè recusamus re ipsa, & tacitè *l. recusare ff. de acquir. hæred.* Hæc vox *Apologia* idem valet atq; excusatio, seu defensio contra accusationem. Vnde iactari solet illud, Clerici qui alios accusant, iustam accipiant apologiam. Hinc *Apologeticus* id est excusatorius, vel defensorius, vt notatur per Archid. *c. circa 36. q. 2.*

1196 Sunt deniq; multiplices loquendi modi in iure, quibus significatur accusare, & *Instituere accusationem.* accusari. Imprimis est, discrimen inter *Instituere, & Instruere accusationem.* Nam *Instituere accusationem*, est iudicium dictare, actionem, vel crimen intendere. *Instruere accusationem* est litteris, ac testibus, ceterisq; ad probandum necessarijs eam adornare. *Impetere* id est accusare *Impetere. Referre crimen.* *cap. quemadmodum de iureiur.* Apud iuristas sumitur quandoq; *referre* pro accusare: *at Referre crimen* est accusatori crimen obijcere: Vnde relatio criminum *l. 5. ff. de publ. iudic.* Iuxta Tullium pro Q. Ligario *Deferre aliquem* est eum accusare: differunt, tamen *Deferre, & Accusare* *Relatio.* in hoc, quia *Deferre* fit reo absente, sed *Accusare*, reo præsente. Oldend. Apud eundem *Deferre nomen* propriè non est accusare, sed apud iudicem de aliquo crimine ante accusationem denunciare, & alium in capitis discrimẽ rapere. *Negotium facere* pro accusare apud Vlpian. in *l. qui iudicio ff. de accusat.* Apud Schardium *Negotium facere. Vocare in crimen.* *Vocare in crimen* pro accusare. Apud eundem *Venire in crimen* pro accusari.

SECTIO V.

De testibus.

1197 Testes (vt ait Syluest. v. eod.) olim superstites vocabantur, eo quòd supra causarum statum proferebant: nunc verò parte nominis ablata, testes dicuntur à testando, id est sententiam nostram exponendo, & sunt, qui in iudicium proferunt, quæ de rei gestæ veritate sentiunt. Dicebatur olim testis. Antistes. Vnde Antistor, quod testificator *cap. forus, de verb. signif.* Vt testium explicemus multiplicitatem, imprimis apud Lessium l. 2. c. 30. num. 35. *testes idonei*, seu alio nomine, *omni exceptione maiores* ij nimirum contra quos nihil potest iure opponi, cur minùs sit illis fides adhibenda: seu cur non sint ad testificandum admittendi. *Superstites. Testes. Antistes. Antistor. Idonei testes. Omni exceptione maiores.*

Minus idonei sunt, quibus aliquid opponi potest vel ex natura rei, vel ex iuris dispositione. *Testis corruptus* vt habetur ex *l. D. Adrian. ff. de re iud.* dicitur non tantum qui pecunia, sed qui etiam prece falsum dixisse præsumitur. *Corruptus testis.*

Dome-

Domesticus testis.

Domesticus testis est, quem accusator de domo producit,& ideo in *l.2.C.de testib.* eius fides improbatur. *Testis incertus* est, qui audiuit: & opponitur *testi oculato* illi nempe, qui se vidisse dicit id, quod narrat.

Iurati testes. Locupletes testes. Classici testes. Assidui testes.

1198 *Testes iurati*, sunt qui iurarunt. Testes enim à iudicibus iureiurando adstringuntur, se nihil contra, quod verum esse sciant,dicturos. *Testes locupletes* apud Ciceronem, id est fideles: quasi egeni infideles sint: multos enim egestas coegit falsos testes fieri. *Testes classici* erant, qui signandis testamentis olim adhibiti propter veracitatẽ,& fidẽ:&ideo à Latinis prędicti locupletes, & assidui dicuntur. Nam viri primarum classium ditissimi erant omnium. Ita Connan.lib.9.comment.c.3.n.1.

Mercenarij. Reprobatorij testes.

Testes mercenarij,qui testimonia sua pro mercede locant, vel tanquam merces vendunt. *Testes reprobatorij* vocantur quibus,cum res aliter ostendunrur, necesse est reprobari priores testes. Quod sicut ab aduersario conuento excipiendo, ita rursus ab Actore replicando fieri potest:& tunc vulgo dicuntur reprobatorij reprobatoriorum. Dicuntur etiam testes affirmatiui,& negatiui: *affirmatiui* sunt, qui affirmando,*negatiui*,qui negando deponunt. *Affirmatores* vocantur, qui idoneos esse tutores in iure affirmant: quos fideiussorum vicem sustinere,habetur *l.4.in fin. ff.de fideiuss. tutor.* His similes sunt, quos vulgo appellamus. *Certificatores*.

Diobolares testes. Contestes. Singulares testes.

1199 *Diobolares testes*, appellat eleganter Budæus leues, quòd ipsos inopia ipsa refellit, quos fames magis, quàm fama commouere creditur: sic antiqui dixerunt diobolares meretrices. *Contestes* (vt videre est apud Lessium lib.2.c.30.n.33.)sunt illi quorum testimonia inter se conueniunt in delicto, ipsius loco, & tempore. Vnde opponuntur *testibus singularibus*, quorum alter alterius dictum non confirmat,sed vterq; suum tantum.

Testium appel.

Testium appellatione continentur instrumenta,vt dixit Ias.in repet. *l.admonendi n.226. ff.de iureiur.* Sicut è contra appellatione instrumentorum contineri testes, dixit Barb. Appel.118. n.4. Nam paria sunt aliquid probari per scripturam, vel per testes *l.in exercendis C.de fide instrum.* Quod intellige in ijs, quæ non excedunt hominum memoriam.

Testimoniũ. Testatio testificatio. Elogium.

1200 Testimonium, testatio, & testificatio à verbo testandi, & testificandi deducitur: à nostris accipitur pro testium asseueratione in scriptura: interdum pro lege, & doctrina Dei. *Elogium* apud Vlpian.*l.38.§.2. ff.de adil. edict.* est testificatio de homine certo, ei vni propria neq; alteri conueniens. Budæus in *l. 2. de orig. iuris* notauit pro *Testimonium dicere* olim dictum, quod nunc dicimus, *Deponere*. Sicut testimonia confusa dici, quæ turmatim testificantur: quas Latinè turmas vocamus. *Refellere testimonia*, quod nunc contradicere, & eleuare,id est vilia,leuiaq;verbis ostendere.

Deponere. Turmæ in testificando.

Repellere. Eleuare. Legitimum testimoniũ. Surda testimonia.

Testimonium legitimum est, apud Connan. lib.9.coment.c.6.n.1. quod duorum fide comprobatur,etiam si mulieres sint,aut peregrini, & non rogati. *Surda testimonia*, apud Schard.v. eod. appellantur, quæ feruntur per tabulas, propterea,quòd hæ rogatæ nihil respondeant. Vnde surdis agere testimonijs dicuntur prouerbio, qui vel procul absentes, vel ita defunctos modo citant, vt deprehendi nequeant. Hinc facilè intelligitur, quid sit apud Spiegel. *Dare mutum testimonium*. Apud Ciceronem de legib. lib 3. *Mutus magistratus* est lex. Vt enim magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus, vereq; dici potest, magistratum esse legem loquentem, legem esse mutum magistratum.

Nudum testimoniũ. Subleuare testimonia.

1201 *Nudum testimonium* est, quod caret religione iurisiurandi, vt sumitur *ex cap. tua de cohabit.cleric.* Dicimus *Subleuare aliquem testimonio*, pro exonerare. *Subornare testes* idem valet atq;submittere,nempe falsitate instruere semotis arbitris. *L.denunciasse §.vlt. ff.ad leg. Iuliam de adult.* Sic *subornare delatorem*, & submittere pro eodem. *l.1. & l.Diuus ff. de iur.patr.* Hinc *subornatio* est, latens seductio in *Clem. testibus,de testib.*

Obseruare testes. Iudicium obseruare.

Subsignare testes, id est subscribere; nam subsignatum dicitur, quod subscriptum est. *Subsignatæ facultates fisco*,quæ subscriptione obligatæ sunt. *l.penult. §.conductores ff. de iure immun.* Idem valet *obseruare testes* atq; retinere. *l. si quando C. de testib.* Quamuis obseruare sit diligenter aduertere. *l. obseruare ff. de offic. præsid.* Item *obseruare iudicium*, sit causæ adesse. *Testes producere*,id est afferre, adducere *c.præsentium*, *de testib.in 6.* *Subtrahi testes* dicuntur *c. cum contra, de test. cog.* quando copiam sui non facientes declinant testimonium.

Detegere. Attestari. Attestationes. Detestari.

1202 *Detegere* apud Iuristas in *l. si excepta C.de malef.* est idem atq; publicare, vel testibus probare. *Attestari* est absenti denunciare.*l.subsignatum ff. de verb.signif.* Apud Schard. *Attestationes* dicta testium sunt,vel testimonia ordine iuris scripto deducta. *Detestari* quamuis in valde frequenri significatione sit abominari, tamen in *l.subsignatum* cit.§.2. est absenti denunciare,testibus adhibitis.

Detestatio. Obtestari. Obtestatio.

Detestatio est, denunciatio facta cum testibus Vlpian. *l. detestatio ff. de verb.signi.* Vt plenè intelligas quid sit obtestare, & detestari, & discrimen inter obtestationem, & detestationem apud Connan.lib.1.c.13.n.3.*Obtestari* est, precari eum mentione earum rerum,per quas petimus: tametsi sine adiuratione quandoque orare significet. *Obtestatio* est, cum Deus testis in meliorem partem vocatur, *detestatio* cum in deteriorem.

SECTIO VI.

De advocato.

Aduocare. 1203 A*Duocatus* deriuatur à verbo *aduocare*, quod absolutè acceptum significat conuocare : sed peculiariter spectat ad ius, & significat conuocare homines vel patrocinij, vel consilij, vel testimonij causa. *Aduocatus qui.* *Aduocat* apud Pomponium *l. si procurator ff. rem rat. hab.* iuxta Accursium idem valet atq; aduocatis ministrat. Sed alij aptiùs intelligunt de conuocatione aduocatorum, & testium. Hinc Asconius Verr. dixit *Aduocatum in iudicio* eum esse qui vel ius suggerit, vel præsentiam suam amico commodat. Olim enim moris fuit in iudicijs tum priuatis, tum publicis amicos omnes aduocare, quorum authoritate moueri posse iudices credebantur.

Vnde Vlpianus *l. 1. §. aduocatos ff. de extraor. crim.* Scribit aduocatos dicendos omnes omninò qui agendis causis quoquo studio operantur. Quanquam patronus, & aduocatus pro eodem frequenter accipiantur, tamen Vlpian. *Patronus & aduocatus.* in *l. 1. ff. de præuar.* & Macer in l. 3. eod. tit. videntur ponere discrimen inter vtrumq; quòd nempe aduocatus accipiatur generaliùs, patronus verò censeatur, qui orator est, & verba facit.

1204 *Aduocatio* est ipsa aduocati actio, postulatio, & patrocinium. *Aduocatio. Infidæ aduocationes.* Sumitur passim in iure aduocatio pro ipsis aduocatis *l. de quæstione tali 30. C. de transact.* Plerunq; pro ordine ipso aduocatorum *l. cum aduocatio, & l. iubemus C. de aduocat. diuer. iud.* Dicuntur *aduocationes infidæ* quæ pandunt litis, clientisue secreta *l. aut facta* *Aduocationē præstare.* *16. ff. de pœn.* *Aduocationem præstare* idem est quod postulare *l. puto autem §. 1. ff. de postulando.* *Aduocationem præbere* est causam agere *l. 1. ff. de inoff. test.*

Postulare aduocationes. *Aduocationes postulare*, est aduocatos à prætore petere. *l. ait prætor 23. ex quibus caus. maior* Apud Hermogenianum l. falsi 20. *ff. de falsis* idem valet *Aduocatione litem instruere*, atque falsam litem intendere, & ad hoc aduocatos instruere. *Aduocatione litem instituere.* Genus pœnæ est *Aduocatione & foro interdicere*, & idem significat atq; prohibere ab officio aduocandi. Foro tamen plus est quàm aduocationibus interdicere. Si quidem taliter interdicto non permittitur se accommodare forensibus negotijs. *l. moris ff. de pœn.* Author est Papinianus Imperatorem Titum rescripsisse, Eum, cui aduocationibus in quinquennium interdictum esset, post quinquennium pro omnibus postulare non prohiberi *l. Imperator ff. de postul.*

Aduocatia. 1205 *Aduocatia* (vt habetur 2. *feud.* 27. §. 15. est negotij alicuius publici procuratio à superiore mandata. Dicitur etiam aduocatia tutela, & defensio sacerdotalis alicuius collegij, & monachorum. *Aduocatus* varijs nominibus dicitur, & interdum ad distinctionem: *Procurator.* nam dicitur *Procurator* & hic est qui aliena negotia domini mandato administrat *l. 1. in fin. ff. de procur.* Si detur ad res administrandas *negotiorum gestor* vocatur: talis ab *Institore* differt, quòd hic quæstuariæ negotiationi præfectus est *l. 5. §. 3. de instit. act.* *Negotiorū gestor.* Procurator & cognitor differunt vt rectè notat *Cognitor.* Amianus in *l. si lit. C. Theod. de cogn. & procur.* quia Procurator causam agit absente litigatore : cognitor, præsente litigatore. Et dicitur maximè cognitor in causa status pro eius defensione. Apud Glos. *honorati* ijdem qui aduocati *l. honorati C. de offic. ciuil. iud.* Vnde *Honorarium* est salarium aduocatis præscriptum. *Honorati, quod aduocati.* *Syndicus* etiam dicitur aduocatus, & patronus qui in communem causam defendendam nititur. Est enim propriè Syndicus vniuersitatis defensor *l. munerum 5. defensores ff. de mun. & honor.* *Honorariū. Syndicus. Suffragator.* Dicitur etiam in iure *Suffragator* quòd aduocatus *l. militem. C. de procur.* Vnde *suffragium*, quòd aduocati patrocinium. *Agitator* id est aduocatus, qui causas agit *l. 1. C. de aduoc. fisc.* ducta metaphora ab auriga, qui agitator equorum est.

Causidicus. 1206 *Causidici* in constit. Valentiniani & Valentis *l. quisquis C. de postul.* sunt aduocati, causarum patroni, qui & Togati dicuntur, qui in foro causas dicunt. Dicebantur *Causidici sordidi*, qui adhibebantur ad moram faciendam, dum meliores aduocati recrearentur. *Causidici sordidi.* Vnde Quintialiano authore, qui aduocatus extitisset foro inutilis, vulgo causidicus appellabatur.

Togati pro aduocatis & patronis olim ponebantur Imper. Constitutionibus *l. vlt. C. de sportul.* *Togati aduocati. Rabula.* Vide Cuiac. ad l. 5. *C. de metat. & pidem. lib. 12.* Authore Nonio *Rabula* is olim dicebatur, quem nunc aduocatum, vel patronum causarum dicimus, siue à rabie, siue à raui, id est raucedine, vt is sit rabula qui in negotijs agendis acer & rabiosus est.

Defensor. *Defensor* in iure quamuis frequenter accipiatur pro tutore vel curatore *l. 1. ff. qui petant tutor.* Quandoque accipitur pro eo, qui absq; mandato, cum sola satisdatione alterum in iudicio defendit atq; tuetur *l. minor & sequen. ff. de procur.* & in hac significatione defensor a procuratore non videtur distare. *Defendere.* *Defendere* generale est & tam defensionem iuris quam facti importat. *l. defensionis facultas* vbi Bart. C. de iure fisci lib. 10 Est verbum ciuile, denotatq; alterius causam tueri siue fiat per mandatum, siue per remandatum. Vlpian. in *l. sed ea §. de feud. ff. de procur.* dicit quòd defendere est, id facere, quod dominus in litem faceret, hoc est nihil omittere, quod ad tuitionem litis pertinere potest.

Referēdarij. 1207 *Referendarij* vt habetur in *Auth. de referendar.* & ibi glos. sunt aduocati qui hominum negotia referūt coram Principe. In curia Roma-

Pauperum. Aduocatus. Aduocatus fiscalis. Consistoriales aduocati. Quota litis. Palmariũ.

Romana sunt speciales officiales qui re seruntur Papæ supplicationes *cap. ex litteris de in integ. restit.* Apud Azorium par. 2. l. 5. cap. 37. in audientia Cameræ Apostolicæ datur *aduocatus pauperum*, cuius est priuatorum hominum, præsertim pauperum causas tueri ac defendere. Est insuper aduocatus fiscalis, qui partes & iura fisci Apostolici tueri solet. Apud eundem c. 42. *Consistoriales aduocati*, scilicet præclari iurisconsulti dantur in Consistorio, quorum munus est aliquid opponere vel obijcere seruato iuris ordine, antequam Episcopi eligantur, instituantur, & confirmentur. Vt intelligas quid sit pacisci cum aduocato de *quota litis*, *vel de palmario*; Vide Syluest. v. Aduocatus n. 12. *Quota litis* est pars indeterminata v. g. dimidia, tertia, quarta. *Palmarium* iuxta Glos. *in l. 1. ff. de varijs cognit.* dicitur à palma quæ victoriam significat, & sumitur à Legistis pro eo quod datur aduocato, veluti secundario vltra mercedem vel salarium pro labore.

Aduocati appel.

1208 *Aduocati appellatione*, vt videre est apud August. Barb. Appel. 8. sumpto largè vocabulo venit etiam procurator, & e contra. Ita Iacob. Lauren. de iudice suspecto c. 6. n. 7. & Mastril. Sicil. decis. 214. n. 4. Strictè verò si accipiatur, non valet argumentum ab aduocato ad procuratorem, vt probat idem Barb. tract. de locis argum. n. 8. In ordine ad patronos & aduocatos necesse est exponere qui sint *Clientes*, qui passim in libris Digestorum & Codicis Iustiniani reperiuntur: Sunt liberi homines qui se in alicuius potentioris ductum applicant, vt eius patrocinio defendantur in capite & fortunis, vicissimque suos patronos omni obseruantia colant. Clientes etiam dicuntur quorum causam patrocinio nostro tuendam suscipimus *l. 1. C. de aduoc. diuer. iud.* Vnde *Clientela* est ipsum obsequium quod à clientibus patrono exhibetur. *Militare* dicuntur aduocati, & quilibet in officio suo *l. aduocati C. de aduoc. diu. iud.* Est enim militare officium publicum exercere.

Clientis. Clientela. Militare in aduocatis.

SECTIO VII.

De Reo.

Reus qui. Reus stipulandi. Credendi reus. Reus promittendi. Debendi reus. Expromissor.

1209 REus à re, quæ ab eo petitur, dictus: est, qui defendit & propulsat actionem, vel accusationem. Prisci olim vocabant reos, non eos modò qui arguuntur, sed omnes etiam, quorum de re disceptatur. Hinc reus stipulandi & promittendi. *Reus stipulandi* is dicitur, qui stipulatur, id est interrogat: & *reus promittendi qui promittit*. Reus stipulandi, alio nomine reus credendi, idest cui debetur res, non quod ei res credatur, sed quia rem credat, vel perinde sit, ac si crederet.

Reus promittendi alio nomine reus debendi est, qui rem sibi creditam debet, eamque promittit soluere. Et nota quòd reus stipulandi, seu credendi est reus actiuè; reus promittendi, seu debendi est reus passiuè. Sumitur quandoque reus pro expromissore, vt in *l. 1. §. exceptiones ff. quarum rer. act. non dat.* Est autem *Expromissor* ille, qui alienam in se obligationem vel nouatione, vel delegatione suscepit. *l. 1. ff. ad Velleian.*

Reus extraordinarius. Constitutus reus. Reus voti. Reus facti. Reus postulatus.

1210 Reorum multiplicitatem sequamur. *Reus extraordinarius* videtur ille qui commisit extraordinarium crimen, vel pœnæ extraordinariæ obnoxius est. *Reus constitutus* dicitur, qui se obligauit *l. 14. §. Labeo ff. quod met. caus.* Similiter dicitur eiusdem pecuniæ reus, qui eandem pecuniam promisit. *l. 22. §. cum tu ff. de fideiuss.* Hinc apud Latinos Reus voti, qui se Deo voto obstrinxit. *Reus facti*, qui aliquod factum commisit. *Reus postulatus* qui, de aliquo crimine postulatus est *l. 5. ff. de publ. iud.* Apud Vlpian. *l. qui hominem §. quidem ff. de solut.* dicitur *reus satisdandi*, qui satisdatio obligatus est, scilicet fideiussore dato: *Reus satis accipiendi*, qui fideiussores accepit ob debitum. Quis sit voluntarius, & necessarius reus, vide apud Alex. Vv. ijsd. *Inauditus reus* apud Vlpian. ad *l. inauditum ad l. Corn. de sic.* est idem atque non damnatus in iudicio. Apud Bud. in annot. *Ampliati rei* sunt, quorum damnatio differtur, aut quia coram sistendi testes sunt, & cum illis committendi: aut quia nondum planè liquet de crimine, aut de pœnæ modo *Correus* dicitur, qui simul reus est.

Reus agitur. Reus peragitur. Reum facere. Recipere in reos. Habere reum. Recommendari reus. Vadari reus.

1211 Vt voces alias & modos loquendi spectantes ad reum elucidemus, hic frequens est: *Reus agitur, Reus peragitur*: nam in iure *Reus agitur*, qui accusatur: *reus peragitur*, qui damnatur. *Reum facere* in publicis iudicijs, est deferre, vt ei dies audiendæ accusationi dicatur *l. 3. de accusat.* Vnde Recipere in reos, vel *inter reos* est accusatum post delationem legitimè inchoatam, in album reorum referre, & annotare, donec crimen peragatur. *Habere reum* pro citare & accusare dixit Spiegel v. eodem.

Apud Schardium, *Recommendari reus* dicitur, quando aliquis est in carcere propter vnum crimen, & duo actores veniunt implorantes officium iudicis, quod incarceratus detineatur etiam propter eorum interesse. *Vadari reus* dicitur cum vadimonio obstringitur, promittens sub certa pœna se iudicio staturum. Nam qui multæ fidei possessor non erat, vadem, seu fideiussorem dare tenebatur. Valla lib. 6. eleg. cap. 31. *Deferre reum*, idem est, quod postulare, & vt cognitionem suscipiat, petere. *l. deferre ff. de iure fisci*. Dicitur *referri in reum* ille, qui reus factus in albo reorum relatus est *l. 15. §. 2. ff. ad leg. Iul. de adult.*

Repetere reum. Indicasse reum.

1212 *Repetere reum*, non solum apud Suetonium in August. cap. 32. sed etiam apud Iuristas *l. 10. § 1. l. 12. l. 15. § vlt. & l. 17. ff. ad Turpil.* est iterato reum facere, abolitioneque exemptum reum denuo postulare. *Indicasse reum* non est solum detulisse, sed etiam arguisse & con-

Conuictus reus.

conuicisse *l. indicasse ff. de verb. sign.* Quid autem sit *reus conuictus* satis ostendit August. Barb. appel. 62. Conuicti appellatione (inquit) propriè venit ille qui testibus, vel probationibus de delicto conuincitur. Zabarel cons. 128. Fulgos. cons. 133. Vbi quòd confessus non dicatur propriè conuictus, annuente Tusch. lit. C. concl. 1032. n. 1.

Item conuicti appellatione non solum continetur ille qui plenis probationibus conuincitur, sed etiam qui conuincitur indicijs indubitatis, Schacc. tract. de appel. q. 17. limit. 4.

Damnatus reus. Damnas.

Damnatus dicitur reus ille, vbi primùm damnatio tenuit. *l. 2. ff. de pæn.* Apud Marcel. *l. damnas esto ff. de vsuf. leg.* peculiaris est vox *damnas* pro damnatus, ea ratione qua dicitur *copes* pro copiosus. *Taciturnitas* in reo pro confessione apud Vocab. vtriusque iuris v. eod.

Comperendinatus reus.

1213 *Comperendinatus reus* apud Budæum in *l. posterior ff. de orig. iur.* dicitur qui in criminalibus à custodia dimissus fide sua, suæ ipsius custodiæ commissus est, vt aut vrbem carceris loco iusti, aut aliquam priuatam domum habeat. Cum ad reum valde pertineat captura, carcer, & custodia, his & similibus lucem dabimus.

Capere. Captura.

A verbo *Capere* quòd aliquando significat iubere capi, vt in *cap. cum Episcopus, de offic. ord. lib. 6.* deriuatur *captura* & spectat ad reos qui capiuntur, vt mittantur in carcerem.

Carcer. Arcer. Coarcer. Publicus carcer.

Carcer iuxta Seruium 1. & 5. AEneid. est vndecunque exire prohibemur. Sic dictus Varroni, quasi arcer ab arcendo, vel potius *coarcer* à coercendo, quod probat Vlpian. *l. aut damnum §. solent ff. de pæn.* Carcer (ait) ad continendos homines haberi debet. Bifariam intelligitur, nempe publicus & priuatus. *Publicus carcer* vt habetur *l. 1. & toto tit. C. de custodi reor. & l. carceri ff. eod.* est quem magistratus habet ad continendos homines, non ad puniendos. *Priuatus carcer* est quem habent nulla potestate legitima præditi, vim illicitam exercentes priuatim.

Custodia. Exhibitio reorum. Custodia multiplex. Vincula. Libera custodia.

1214 Est & alia carceris diuisio. Nam quidam est ad custodiam, alius ad pænam. De priori agitur toto *tit. C. de custodia reorum* & l. 2. *C. de exact. tribut. lib. 10.* Custodia, & exhibitio reorum apud Legistas est, quæ fit in carceribus publicis, & etiam ponitur pro carcere, & pro ipsis personis in carcere inclusis. *l. 1. ad commendatariensem C. de custo. reo.* Custodia idem significare videtur quod vincula: prior tamen vox non nisi publicam custodiam complectitur, posterior & publicam & priuatam *l. vinculorum ff. de verb. sign.* Custodia reorum alia publica est, alia militaris, alia libera, alia fideiussoribus commissa. *Publica* carcer publicus est. *Militaris*, cum reus militi custodiendus traditur.

Commissa fideiussoribus datur quando reus traditur vadibus de illo rationem reddituris. *Libera* tunc appellari custodia solet, cum præses aut proconsul in prouinciis, vel consul Romæ, sibi, aut alicui magistratui, senatoriue reum committit.

Decanica. Decaneta.

Decanica vel vt alij legunt *Decaneta* sunt carceres. *Auth. apud quos oport. §. penult.* Ergastulum est carcer in quo detinentur mancipia vt ad opus cogantur.

Ergastulū. Ergastularius. Commentariensis. Latomia. Fortia cōmunis. Quæstio. Tortura.

Vnde *Ergastularius* est custos talis carceris, sicut *Commentariensis* absolutè carcerarius, seu custos carceris est. *Latomia* quamuis in Liuio lib. 8. sit locus vbi lapides cæduntur, tamen apud eundem lib. 7. pro carcere habetur. *Fortia communis* apud Iuristas accipitur pro carcere. Denique ad reum *quæstio* spectat in Rubr. de quæstionibus, & est tortura, seu tormentum, quod reo ad scelerum & sociorum suorum veritatem eruendam adhibetur *l. item apud §. quæstionum ff. de iniur.*

SECTIO VIII.

De foro, & lite.

For um & Forus.

1215 Forum neutrius generis, & etiam *Forus* generis masculini, dicitur ab eo quòd controuersiæ & res venales illuc ferantur. Forum in genere neutro significat territorium, de quo in *l. Pupillus §. territorium ff. de verb. sign.* Forus in genere masculino accipitur pro loco iudicij, scilicet vbi ius redditur à iudice. *Cap. forus, de verb. signif.* Iuxta Host. in rubro, de foro compet. sumitur pro iudicio, iurisdictione & potestate. Vnde idem est dicere de foro competenti ac de iurisdictione, seu iudicio competenti. Idem est dicere hæc persona pertinet ad forum Ecclesiasticum, vel secularem, ac dicere ad iurisdictionem spiritualem, vel temporalem. Hinc casus mixti fori ita appellantur, quia ad vtranque pertinent potestatem.

Mixti fori casus. Ecclesiasticum forum. Sæculare forum. Forum fori. Forum externum. Forum internum.

Quare diuiditur forum in Ecclesiasticum, & seculare: quia duplex tantum est potentia publica, qua genus humanum regitur; spiritualis & temporalis. *Cap. solitæ de maior. & obedien.* Apud Suar. de leg. lib. 3. cap. 21. n. 2. diuiditur forum in externum & internum, *forum externum*, quod alio nomine appellatur *forum fori* est iudicium, in quo tractantur causæ in ordine ad externam reipublicæ siue Ecclesiasticæ, siue laicæ administrationem. *Forum internum*, quod alio nomine vocatur *Forum poli* à S. Augustino cap. vlt. 17. q. 4. seu *Forum conscientiæ* est quod intus in mente hominis, vbi conscientia residet, exercetur. Est adhuc ex doctrina Suarij de legib lib. 8. cap. 6. n. 16. & Parlad. disp. 12. §. 2. vbi latissimè de discrimine inter Forum fori, & Forum poli Forum internum duplex, alterum dicitur *forum pænitentiæ*, in quo per sacramentum pænitentiæ tollitur vinculum peccati absolutione sacramentali: alterum non pænitentiæ, in quo extra illud sacramentum tollitur aliquod vinculum morale v. g. censura per absolutionem.

1216 Fori

Præscriptiones fori. Forum declinare. Sententiam declinare. Forum agere. Conuentum agere.

1216 *Fori præscriptiones*, quibus iudicis tribunal declinatur, principio litis opponi debent. *l. fin. C. de except.* Aliud est declinare forum, aliud declinare sententiam: nam *declinare forum* est omninò euitare. *Declinare sententiam* est paulatim illam infirmare, & ideo nisi sententia declinatur, rebus iudicatis stabitur. *Forum agere*, seu conuentum agere (quæ locutio frequens est apud Tullium lib. 3. Epist.) dicebatur qui prouinciæ præerat, cum ciuitates vocabat, & de controuersijs eorum cognoscebat.

Fori disputatio apud Pomponium *l. 2. ff. de orig. iur.* accipitur pro applicatione legum ad commoditatem reipublicæ, cuius negotia in foro tractari solent. Dicimus enim *disputare* in foro, sicut vti foro, *deseruire foro*. Apud Schardium ex *l. 7. ff. de pos. Foro cedere* dicebantur numularij, mensarijque qui actum suum deserebant *Foro interdicere* plus est quàm aduocationibus *l. moris est §. 1. ff. de pan.*

Lis. Litigium. Iurgium.

1217 Quod attinet ad litem, apud Syluestrum v. eod. n. 1. *lis* à contentione limitis dicta est iuxta illud Virgilij, *Limes erat positus, litem vt discerneret agris* Lis accepta prout coincidit cum litigio est iurgium, & ex doctrina S. Thomæ 2. 2. q. 116. definiri potest: Lis est contradictio verbalis, opposita amicitiæ, seu affabilitati, facta animo contristandi. Et sic lis semper consistit in hoc quòd quis alicui malum infert, vel aufert bonum. Et hæc lis priuata dicitur. At *lis publica*, alio nomine *iudicialis*, quæ bona esse potest, & etiam inter beneuolos contingit, est controuersia, & dissentio quæ vertitur inter aliquos coram publica persona, & attenta prima nominis deriuatione importat causam ciuilem, non criminalem, absolutè tamen vtranque causam, & ciuilem & criminalem solet importare.

Controuersia, & lis. Vindiciarũ lis.

Vt intelligas discrimen inter litem & controuersiam, apud Alciatum lib. 2. dispun. 1. 24. Lis nascitur, controuersiam pertinacia efficit, & litigant homines, res in controuersiam deducitur. Ita controuersia partis est, lis summæ. Propriè itaque lis dicitur, antequam contestatio fit: controuersia verò potius post iudicium acceptum. Apud Budæum in *l. 2. ff. de orig. iuris* dicitur *Lis vindiciarium*, cum litigatur ea de re apud Prætorem, cuius incertum est quis debeat esse possessor.

Litis appellatione.

Litis appellatione venit solum controuersia iudicialis *l. causas C. de transact.* Tusch. to. 5. lit. L. concl. 379. n. 1. Venit etiam instantia & ius secundùm Doctores in *l. postquam liti C. de pactis*. Quando simpliciter profertur in constitutione procuratoris venit lis præsens & non futura, nisi procurator habeat generale mandatum, vt ait Flamin. de resig. benef. lib. 9. q. 16. n. 17. Vide Parlad. diff. 136. de discrimine inter iudicium, causam, litem, instantiam, & diff. 137. inter causam ordinariam & summariam, leuissimam & executiuam.

Mouere litem. Quæstionẽ mouere.

1218 Sunt peculiares & varij loquendi modi circa litem. *Mouere litem* videtur dici eadem ratione, qua *mouere quæstionem*, idest instituere, intendere *l. cum post mortem ff. de adim. tut.* E certè mouemus controuersiam agendo & resistendo *l. non solum §. si status C. de procur.* Quamuis apud Barb. tract. de appel. verb. appel. 136. n. 5. litis motæ appellatione veniat solum contestata *cap. ex parte 3. de verb. signif.*

Lis æstimata. Contestari litem. Contestatio litis.

Dicitur etiam *lis æstimari*, cum quanti ea res est quæ in iudicium venit, à iudice æstimatur, *l. 9. ff. quod certo loco*. Vnde *lis æstimata*, pro iudicis sententia nummaria de eo quod interest actoris *l. hæc si res ff. de rei vend.* Æstimare enim litem non est (vt voluit Spiegel.) taxare ad expensas, sed rem ipsam quæ principaliter in iudicium est deducta, certo pretio æstimare *l. 3. ff. de empt.*

Apud Festum *lis contestari* dicitur cum accepto à Prætore iudicio vtraque pars testibus præsentibus pronuntiat: & fiebat olim certis formulis. Apud Azorium 3. p. lib. 13. cap. 15. q. vlt. *Contestatio litis* est actus iudicialis in scriptis per actorem coram competenti iudice, facta narratione, & petitione expressa, vel inclusa negotij principalis, vbi actor interrogat & insistit, & reus respondet, vel negando, vel confitendo. Vnde lis capit initium à contestatione, & accipit finem à sententia.

Lis moritur. Mortua lis. Lis pendet. Litem addicere. Lite cadere.

1219 *Lis moritur*, cum legitimis transactis temporibus perit *l. 3 §. 1. ff. quæ in frau. cred.* Dicitur etiam *lis mortua* quæ amisso testitui nequit *l. prop. C. de iud.* Ex opposito *viuere* dicitur *l. vlt. in fin. C. de fide instr.* Lis pendere dicitur quandiu eius euentus expectatur, & non nisi postquam incipit per contestationem. Arg. *L. amplius non petit. ff. rem rat. hab.* Apud Gellium lib. 16. cap. 2. *Litem addicere* quidam interpretantur secundum præsentem reo absente iudicate. At Reuardus cap. 7. ad ll. xii. tabularum putat nihil aliud esse quàm litigandi potestatem facere. Apud Reuar. *l. non fraudantur §. nemo ff. de reg. iur.* dicitur *Lite cecidisse* qui eius rei, de qua agebat, causam amisit.

Litem perdere. Litem in rem suam vertere.

Litem perdere & amittere pro eodem *l. 19. ff. si seruit. vind.* Dicitur quis *Litem in rem suam vertere*; cum rem inter duos controuersam sibi adiudicat. Quod fit quando iudex ita cum litigantibus agit, vt ei iure suo cedant. *Litem suam facere*, dicitur is, in quem litis damnum transfertur *l. 4 § si iudex ff. de oblig.* Vnde Iudex litem suam facit malè iudicando, quia partes eius, quem iniuria absoluit, suscipere, ipsiusque causam pro sua defendere cogitur. In *l. 7. l. 15. §. 1. ff. de inoff. testam.* intelligitur *Litem præparasse* qui vsque ad denunciationem, vel donationem libelli processit. *Litem sub iudice esse* vsurpant aduocati pro eo, quod vulgo dicunt opinionem adhuc manere dubiam.

SE-

SECTIO IX.

De alijs spectantibus ad litem.

Auspicium iuris. Cognitionis auspicia.

1220 **I**Vris auspicium idem valet atque exordium litis *cap. pastoralis de caup. & l. vlt. C. de codic.* Similiter *Auspicia cognitionis* vt habetur in *l. fin. C. de incertum.* non inter augurium,& euentum litis, vt quidam putat, sed initia cognitionis causæ, vel potius litis dicenda sunt. *Paragraphe* apud Budæum est effugium litis, exceptio, præscriptio, compositio. *Firmamentum litis,* seu causæ, idem valet atque continens causæ, seu punctum litis decisorium: & est post quod nihil quæritur,& quod ad iudicationem firmissimum affertur. Budæ. in annot.

Paragraphe. Firmamentum litis. Firmum. Ratum.

Firmum est facti, Ratum iuris. In lite *Iurgium* dicitur quasi iuris agium *cap. forus §. iurgium de verb. signif.* Seu potiùs authore Festo lib. 9. Iurgium iuris actio. Nam *iurgare* est quasi de iure agere & contendere. Iurgium à diuortio separat iurisconsult. *l. quod si non diuort. ff. de iur. dot.* pro iracundia non durante. *Litigare* est litem agere. Dicitur enim Litigo ab agendo litem, sicut nauigo ab agendo nauem.

Litigator. Litigiosus.

1221 *Litigator* est qui litem agit, & distinguitur à litigioso, quia hic frequens in litibus versatur,& quauis ex causa mouet litem, iuxta prouerbium: Litem mouebit, si vel asinus mordeat canem. Talis sacris initiari prohibetur 46. *dist.* Apud Iuristas in *Nouell. de litig. & de cau. §. 1. const. 112.* intelligitur *Res litigiosa* siue mobilis, siue immobilis, siue se ipsam mouens, de cuius quidem dominio inter actorem & reum mouetur quæstio, siue citatione ad magistratum facta, siue precibus Imperatori oblatis, & iudici insinuatis, & per ipsum aduersario eius qui Principem adijt, cognitis. *Aduersarius* alio nomine *Aduersa pars* propriè dicitur qui aduersus nos stat vel litigat in iudicio *l. 9 ff. de excep. l. 1. ff. de ferijs.*

Litigiosa res.

Aduersarius. Pars aduersa. Producere aduersariū. Anfractus litigiorum.

Aduersarium producere. apud Vlpian. *l. 1. ff. de eden.* quid sit, exponit Alciat. lib. 2. disp. & l. 8. cap. 7. Parerg. intelligens pro aduersario eum vnde petitur, idest reum, quem qui ducit ad album Prætoris, in quo sunt descriptæ formulæ, eique demonstrat, quam actionem dictaturus sit, edere intelligitur. *Anfractus litigiorum* qui sint *cap. 2. de sepult. in 6.* exponit Albericus v. eod. Sunt moræ & flexiones in litibus. Nam Varro lib. 6. linguæ Latinæ dixit anfractum esse quod ab origine flexum est, dictum quasi origine duplici ab ambitu & frangendo: leges enim statuunt viam in directo pedum octo esse, in anfractu sedecim, id est in flexu. Sic apud Caium *l. via ff. de seruit. rustic. præd.*

Concinnatores litiū.

1222 *Concinnatores litium*, quorum fecit mentionem Vlpian. in *l. ne quiquam §. circa ad uocatos ff. de offic. procon.* vt interpretatur Alex. Neapolitan. lib. 4. genial. dier. cap. 15. sunt qui nouas lites simulatis captionibus, & cauillis improbis in longum ducere moliebantur, cum eis iure agere non liceret. *Concinnare* est rem efficis mendacijs, & omnibus lenocinijs perpolire. *Vitiligator* est quasi sectator litium. *Temerarius litigator*, quis sit, patebit elucidata duplici illa voce: *Temerarius* enim apud Martian. *l. 1. C. ad 5. c. Turpil.* dicitur non qui plus audet quàm oportet, sed qui facile, nullo adhibito consilio, credit.

Concinnare. Vitiligator. Temerarius litigator. Temerè litigare. Offerre se liti.

Vnde *Temere letigare*, & controuersiam mouere dicebatur actor qui nullum litigij titulum siue iustam causam proferre poterat. *l. 29. §. 1. ff. de liber. caus.* In varia significatione accipitur hic modus loquendi *Offerre se liti.* Nam *l. 6. ff. de procur.* procurator offerre se liti dicitur, qui sine mandato pro reo comparet & litigat: id quòd tunc dicitur fieri, quando falsùs asserit se habere mandatum quod non habet: Offerre etiam se liti, & petitioni dicitur, qui cum non possideat, iudicium nihilominus quasi possessor accipit *l. 27. ff. de re vendic.* Offerre etiam se defensioni dicitur, qui defensoris loco iudicium pro alio accipit. Apud Varron. lib. 2. de ling. Lat. *Ex iure manu consertum vocari* veteres Iurisconsl. dicebant aliquem, cui lis intendebatur. Sumpta metaphora à bellis in quibus manus conserere dicuntur qui cominus confligunt.

Citatio quid. Citatio quotuplex. Verbalis citatio. Realis citatio. Priuata citatio. Publica citatio. Anomala citatio.

1223 *Citatio* vt accipitur ex *l. 1. ff. de in ius vocan.* rectè definitur, In ius vocatio. Apud Syluestr. v. eod. est vocatio iuridica ad Iudicis conspectum: & quadrupliciter fieri potest. 1. per nuncium, vel litteris citatorijs. 2. per præconem. 3. per edictum. 4. iuris dispositione. Fieri autem debet citatio tribus edictis, vel ex causa vno peremptorio, quod tantum debet temporis continere, quantum tria, nisi vrgeat necessitas. Iurisconsulti varia ponunt citationum genera: quædam enim *verbalis* est quæ præco vel voce vel edicto quem vocat in ius: *Realis* quæ t ficum persona prehenditur, & in ius ducitur, vel in carcerem detruditur.

Ioan. Imbertus lib. forens. Instit. duo posuit citationum genera: Vnum priuatum, quod personæ, domicilioue fieri solet: alterum publicum, quod publicè fit per compita sono tubæ. Apud Sanch. lib. 8. Matr. disp. 28. reperitur citatio anomala, & circunducta, *Anomala* (vt ipse exponit n. 15.) est, quam absque iudicis authoritate facit creditor debitori fugitiuo. *Circunducta*, quamuis ille afferat n. 17. & non explicet, videtur esse illa quæ ab initio extitit, sed iam deleta est. Nam *Circunducere* est inducere ac delere. Hinc *circunduci causa* dicitur, cum ob id, quia deserta est, eius nomen ex causarum albo eximitur. *l. 6. C. quom. & quan.*

Transactio.

1224 *Transactio* ex vi nominis importat transitum & recessum ab actione. Quantum ex *l. 1. ff. de transact.* & antiquis authoribus desumunt Molina d. 556. & Rebel. lib. 16. sic potest

Compositio, & transactio. Decidere pro transigere.

test definiri: Est contractus, seu pactio non gratuita de re dubia, & lite incerta ad litem excusandam. Vnde propriè interuenit cum aliquo dato vel recepto timore præsentis, vel futuri iudicij. Apud Molinam citatum §. Hoc loco, transactio & compositio in hoc differunt, quòd compositio latiùs pateat: potest enim fieri de re circa quam nulla est controuersia, vel dubium. *Decidere damnum* pro transigere de damno apud Vlpian. *l.* 46. §. 3. *ff. de furto*. Et simpliciter *Decidere* pro transigere *l.* 46. *ff. de rei vend.*

Replicatio. Triplicatio.

Replicatio sic dicta quasi implicatam & tectam exceptionis iniquitatem replicet & patefaciat. Vnde apud Vlpian. *l.* 2. §. 2. *ff. de except.* nihil aliud sunt Replicationes, quàm exceptiones, & à parte actoris veniunt; quæ quidem ideo necessariæ sunt, vt exceptiones excludant: semper enim replicatio idcirco objicitur, vt exceptionem oppugnet. *Triplicatio* si mendum non est in verbis *l.* 2. *ff. de except.* reo tribuitur, quasi replicationi opponatur. At re vera *Triplicatio* est secunda actoris defensio contra rei duplicationem opposita §. 1. *Instit. replicat*: quasi replicatio fuisset conduplicatio & geminatio: sic quòd tertio post actionem loco referretur, atque in iudicium objiceretur, Triplicationis nomine significetur.

Contendere. Contentiosum forum. Deductum ad forum. Actor.

1225 *Contendere* est litigare, & iudicio certare *l.* 24. *ff. de dolo*. Vnde *contentiosum forum* est in quo litigantes contendunt, & apud Sanch. lib. 2. Decal. cap. 11. n. 20. *Deductum ad forum contentiosum*, dicitur quando in id forum deductum est, & si vnico teste probetur. Nec refert siue iuste, siue iniustè res sit in iudicium delata. Vide Palaum tract. 3. de legib. d. 6. punct. 15. §. 1. n. 10. *Actor* in causis forensibus is est qui agit, & vocat alium in ius quipiam ab ipso petens in iudicio *l. in tribus ff. de iudi.* Iurisconsultus in *l. Carbonianum ff. ad Carbon. edict.* actorem appellat petitorem: reum verò possessorem. Petitor & actor differunt (vt ait Cuiac. obs. lib. 7. cap. 26.) nam actor est qui agit in personam; petitor, qui agit in rem. Quamuis *Adiutor* ponatur pro scriniario *l. nulli C. de num. & act. lib.* 12. tamen idem est quod actor §. *fin. Instit. de curat.*

Petitor.

Apud Syluest. v. argumentatio n. 1. *Arguere iuridicè* est illud quod implicitè & virtualiter continetur in vna lege, vel sententia legali explicare. Vnde *Argumentatio iuridica* est illatio consequentis ex antecedente iuridico, siue contento in iure. Apud Cuiacium lib. 2. obser. c. 10. *Induciæ quinquennales* sunt dilationes moratoriæ, quas in lite solet debitoribus concedere Princeps. Induciæ dicuntur, quòd in diem ducantur. Vide Parlador. diff. 94. n. 4.

Adiutor. Arguere iuridicè. Argumentatio iuridica. Induciæ.

1226 *Attentare* quamuis in iure idem significet quod inchoare delictum, & non perficere *l. si quis non dicam C. de Episc. & cler.* frequentiùs tamen idem est attentare, atque lite & appellatione pendente innouare. *l. vnica ff. nil nouari*, & toto *tit. vt lite pendente in* 6. Vnde *Attentatum*, de quo integro volumine Lancellotus, idem valet, atque lite & appellatione pendente innouatum. *Colludere* dicuntur, qui lusoriè, non ex animo causam agunt, & translatitiè accusandi munere defunguntur ei sponte lite cedentes *l.* & *eleganter* §. *si dolo malo ff. de adult.* Et in hoc sensu dixit Vlpian. *l. si seruus* §. 1. *ff. de leg.* 1. collusoriè agere. Est igitur *Collusio* seu conlusio, latens & fraudulenta conuentio per quam alter in iudicio superari se permittit, qua interueniente aliquando delicta manent impunita, vel etiam committuntur *l.* 1. & 2. *toto tit. ff. de collus.*

Collusio. Collusor.

Quæstio in lite. Quæstio numaria. Quæstionem ferre. Constituere quæstionē.

In lite *Quæstio* est appetitio cognitionis, & quæstionis finis, inuentio: sumitur aliquando pro dubitatione & disceptatione. Quæstio alia facti dicitur, alia iuris: quæstio facti est, in qua factum necne sit, quæritur: Iuris autem, in qua de iure ambigitur. Apud Callistratum *Quæstio numaria* sumitur pro iudicio priuato, in quo non de capite, sed de pecunia disceptatur. *l. vlt. ff. ne de stat. def.* Apud Budæ. in *l.* 1. *ad l. Corn. de sicar.* idem est *Quæstionem ferre* atque senatum referre, vt de vindicando scelere in iudicium res deducatur. *Quæstionem constituere* est decernere, vt scelus vindicetur. *Quæstionem postulare* eius est qui iniuriam sibi factam queritur. *Conclusio* in lite est terminus exclusiuus probationum & allegationum, vt tradit Panor. in *cap. cum dilectus, de fide instrum, in fin.*

SECTIO X.

De causis.

Causa quid sit.

1227 Causa iuxta Syluestr. v. eod. est quid quid facit ad esse rei. Apud Iuristas sumitur pro negotio *l. certi conditio ff. si certum petatur.* Sumitur etiam pro contractu *l. creditorum ff. de verb. sign.* Sumitur etiam pro lite §. *si quis agens Instit. de acti.* Tamen causam à lite separasse, distinxisseque Imperatores videntur in *l. causas C. de transact.* & Pontifices in *cap. forus de verb. sign.* itaut cordatiores putent causam à lite ita distingui, vt illa generaliter & capitalia, & ciuilia significet: litis verò nomine ciuiles tantum actiones contineantur.

Causa tamen (vt credo) in *d. l. causas* propriissimè accipitur pro hypothesi, seu negotio, ex quo lis nata est. Certè Vlpian. in *l. iurisgentium* §. *sed cum nulla ff. de pactis* ponit pro re danda, tradenda, aut facienda. Solet etiam accipi pro titulo debiti, actionis, dominij, possessionis *l. priuilegia ff. de priu. cred.* Vide Parlad. differ. 33.

Causa multiplex. Ciuilis causa.

1228 Sectemur causarum multiplicitatem. Apud Philosophos causæ omnium rerum sunt quatuor: *Efficiens*, à qua res fit: *materia* ex qua res fit: *Forma*, per quam est: Finis propter quem fit. Apud Iuristas causa in genere duplex est, altera ciuilis, altera criminalis, sub qui-

Criminalis causa. Iudiciali causa. Fauorabilis causa. Magna causa.

quibus reliquæ omnes continentur. Causa *ciuilis* est in qua ciuiliter agitur, quando scilicet quis quod sua priuatim interest, persequitur. *Criminalis*, in qua agitur criminaliter, nempe ad inflictionem pœnæ ob bonum publicum. Vtraque explicata causa appellatur *iudicialis* vtpote discussa in publico iudicio, & diuiditur in laicam, & ecclesiasticam: illa ad forum & iudicem laicum, hæc ad forum & iudicem ecclesiasticum pertinet. *Causæ fauorabiles* dicuntur quæ continent fauorem, & sunt quatuor iuxta *cap. duobus de re iud.* scilicet de libertate, matrimonio, dote, & testamento. *Magna causa* videtur esse quæ iudicatur magni ponderis, & refertur inter grauiores, quales sunt matrimonij, item status atque famæ, & quales sunt omnes causæ criminales. *Causæ maiores* dicuntur in *cap. 1. de trans. Episc.* quæ reseruatæ sunt sedi Apostolicæ, suntque meri imperij *Causa minima.* Accursio in §. *Illud etiam Autheu. de appel.* quæ minor est decem librarum auri. Dicerem (inquit Schardius v. eod.) quæ non excedit decem aureos.

Indicta causa. Causa bona. Forensis causa. Liberales causæ. Iudicia liberalia. Superior causa. Sonticus morbus.

1229 *Indictam causam* ita explicauit Bud. in *l. 2. ff. de orig. iur.* vt *indicta causa damnari* idem sit atque per contumaciam seu ex contumacia damnari, vt nunc loquimur. Eum tamen merito carpit Schardius v. causa, nam causa indicta, siue inaudita nunquam quis iure damnatur *l. 1. ff. de requir. reis* Dicitur *causa bona* in *l. petitor in fin. ff. de lib. legat*, quando litigando aduersarium iustè & legitimè vincimus. *Forensis causa* apud Albericum v. eod. idem valet, atque pecuniaria. *Liberales causæ*, & Liberalia iudicia propriè appellantur, in quibus de libertate quæstio vertitur *rub. ff. de lib. cau.* Apud Budæ. in *l. 2. de orig. iur. Causa superior* est quę iure communi fundata est: cui scilicet opponitur inferior. *Sonticus morbus* apud 12. Tabul. intelligendus est non vulgaris, sed tam molestus, vt reus non cogatur apud iudices comparare. Hinc & *Sontica causa* appellatur admodum grauis. Vnde *l. 1. § deinde ff. de ædil edic.*

Causa appellatione, vt ex Iasone tradit Tusch. to. 1. lit. L. concl. 379. n. 6. continetur tam ante litem, quàm post. Causæ pecuniariæ appellatione venit causa ciuilis, non autem criminalis, quamuis pecuniaria. Ita Menoch. in arbitr. lib. 1. q. 88. n. 1. & cum alijs Barb. appel. 44. n. 3. Causæ criminalis appellatione venit illa, in qua agitur de delicto puniendo corporaliter ad vindictam publicam. Marant. in p. 4. dist. 1. n. 17.

Causa plus petere, & plus repetere. Causam dicere. Sustinere causam.

1230 Superest elucidemus modos loquendi, & alia spectantia ad causam. Apud Balduinum *tit. de action. Causa plus petere, & plus repetere* eo nomine differunt, quòd qui plus re petit, petat aliquid omninò indebitum: & qui petit plus causa, cum non petat quod simpliciter debetur, potest debitor aliam rem eligere, quam præstet. Apud Budæ. *in l. vlt. ff. de senator.* idem valet *Causam dicere* ab iudicium subire, & culpam fraudesque iudiciorum suorum, actorumque præstare *Causam obtinere* est causam vincere.

Recipere causam. Causa perpetua. Deserta promisso. Deserta causa.

Causam publicam sustinere, est eam in oculis conspectuque omnium exponere. *Causam recipere* est eam suscipere defendendam. *Causam perpetuam habere* vt habetur apud Paulum in *l. foramen ff. de seru. vrban.* in seruitutibus dicitur, quòd continenter his vti posses, vt aqua quæ cælo decidit. Sicut *deserta promisso* apud Vlpian. *l. 4. §. 2. ff. si quis cautionibus* est contempta, non obseruata, ita videtur esse *causa deserta*, quam voce vnica Iurisperiti *Eremodicium* vocant *l. & si sine dolo ff. de minor.* & *l. quum quærebatur ff. iud. solu.* Nam dicitur *deserta causa*, cum altera parte absente fertur sententia. *Lucratiua causa* appellatur, ex qua accipienti nihil obest, veluti donationis vel legati. *l. 82. ff. de leg. 1. l. 5. ff. de vsucap.* Ex promissione dotis lucratiua causa non est, sed veluti creditor, aut emptor intelligitur qui dotem petit. *l. 19. ff. de oblig. & action.*

Agere causam, & dicere causã. In eadem causa esse. Figuræ causarum. Causa iuris. Causa propria.

1231 Est discrimen inter *Causam dicere*, & *Causam agere*, nam apud Varronem lib. 4. ling. *causam dicere* est litigare, quod fit inter partes, actorem & reum: *causam agere* dicitur orator, & aduocatus. *In eadem causa esse*. apud Iurisc. formula frequens est, qua significatur idem iuris esse in vtraque specie, vtriusque eadem condirio. *Causarum figuræ* quæ sint in *l. 1. in princ. ff. de oblig. & act.* varie ab Accursio in ead. l. explicantur. Bartholus interpretatur obligationes ex quasi contractu. Alij accipiunt pro quouis negotio.

Causa iuris apud Papinian. *l. eum pater §. fidei tuæ ff. de leg. 2.* significat dispositionem, & voluntatem iuris, & testatoris. *Causam propriam* eam esse testatur Vlpian. *l. 1. §. in propria ff. quando appellan. sit*, cuius emolumentum, vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet. *Causam subscribere* in M. Tullio pro Cluent. idem valet atque sententiæ causam assignare, vt Budæus ad *l. fin. ff. de priuat, delictis* interpretatur. *In causam descendere* apud M. Tullium lib. 1. Epist. ad Attic. cap. 1. Budæuo interprete, est liti se adiungere.

Conscribere. Renocare domum. Variare & contradicere. Experiri.

1232 *Conscribere* quod verbum habetur *cap. 1. de sent. excommun.* est simul causam & sententiam scribere. *Reuocare domum*, vt videre est in *cap. fin. de foro compet.* & *l. 2. §. legatis ff. vbi quis ager.* est allegare & dicere se non posse compelli eo loco, quo conuenitur, ad litem suscipiendam: sed remitti in locum, in quo domicilium habet: quod priuilegium habent legati Romam missi. *Variare, & contradicere* apud Zabarel. in *cap. præterea de testib.* & DD. ad *l. qui falsò vel veriè ff. de testib.* habent discrimen, nam *Variare* est primo dicere vnum, deinde contrarium nulla assignata causa variationis. *Contradicere* est simul dicere duo incompatibilia. *Experiri* & *Exquiri ius.* est lege agere, quasi quis tentet iudicem, vt ius exponat.

Emen-

Emendicata suffragia. *Emendicata suffragia* ab Alciato appellantur quæ leuiter causam adiuuant, v. g. potentium commendationes, & ciuitatum in alicuius honorem decreta. *Redemptor causæ, vel litis* apud Vlpian. *l. 6. ff. mandati*, is dicitur, qui certa mercede pacta litis periculum in se recepit, eiusq; periculum præstat. Nam apud Connan. lib. 7. c. 11. *Redemptor* dicitur qui certo pretio opus aliquod faciendum conduxit.

SECTIO XI.

De actionibus.

Actio quid sit. 1233 Actio ab agendo dicta, si accipiatur in sua generali significatione, quidquid omninò agi solet, complectitur. Apud Rhetores significat eam artis partem quæ in pronunciando, & gestum agendo consistit. Vnde Tullius in orat. *Est actio* (inquit) *quasi corporis quædam eloquentia, cum constet ex voce atque motu.* Apud Philosophos (vt definiunt Conimb. in Log. cap. 9. de præd. q. 1. a. 1. *Est vltimus agentis actus, vt agens est, quo mediante aliquid efficit.* Apud Iuristas vsurpatur multipliciter: ab Vlpian. *l. 3. §. vlt. ff. de donat. int. iur.* pro actu. A Pompon. *l. 2. ff. de orig. iur.* pro certa formula, & conceptione verborum. Pro tractatu vel assensu *cap. 1. de maior. & obed.* Pro toto illo quod agebatur vna die in Synodo *cap. 1. actione 16. q. 3.* Pro accusatione *l. 1. ff. de crim. stelion.* Pro libello, & scripta formula. Alciat. *in l. edita C. de eden.*

Actionis definitio. Verum *actio* in magis frequenti, & genuina acceptione sic definitur. Est ius persequendi, hoc est legitima facultas, vel authoritas, permittens persequi in iudicio id quòd sibi debetur. Vide Forcatulum in Necyom. dial. 96. n. 1. Actio, petitio, & persecutio subeunt aliquale discrimen in *l. 18. §. 1. ff. de acceptil.* Apud Spieg. v. eod. ex *l. actio ff. de act. & oblig.* Actio, quatenus attenditur speciale nomen, dicitur in personam: in rem, petitio: in rem, vel personam, persecutio. An actio discrepet à causa? Negat

Petitio, & persecutio. Glos. ad *Instit. de acti.* Nam si quis dicat. *Vendico domum, quia dominus sum.* hæc ratio, seu causa subiecta est actio. Affirmat communis opinio: si attendamus ad ipsius actionis principium efficiens, quæ est causa.

Actio multiplex. Vindicatio. Condictio. 1234 Quòd attinet ad multiplicitatem, apud Vlpian. *l. 25. ff. de oblig. & act.* actio in genere duplex est sub qua reliquæ omnes continentur, nempe *actio in rem*, quæ dicitur *vindicatio*: & actio in personam, quæ *condictio* adpellatur. In rem actio est, per quam rem nostram, quæ ab alio possidetur, petimus, & semper aduersus eum est, qui rem possidet. In personam actio est, per quam rem nostram, quæ ab alio possidetur, petimus: & semper aduersus eum est, qui rem possidet. In personam actio est, qua cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad aliquid faciendum vel dandum, & semper aduersus eundem locum habet.

Si attendamus ad species magis generales actionum. quædam actiones ex contractu; quædam ex facto, quædam in factum sunt. *Ex contractu actio est*, quoties quis sui lucri causa cum aliquo contrahit, veluti emendo, vendendo, locando, conducendo. *Ex facto actio est*, quoties ex eo teneri quis incipit, quod ipse admisit, vel damnum dedit. *In factum actio* dicitur qualis est, quæ datur patrono aduersus libertum, à quo contra ædictum Prætoris vocatus est. Actionum species, quæ propter varietatem immensam negotiorum, diuersitatem subeunt, commodis diuisionibus, ex quatuor rerum causis, nempe efficiente, materiali, formali, & finali productis methodicè explicantur *Instit. de action.* per totum. *Ex facto actio. In factum actio.*

1235 Elucidemus peculiares & præcipuas. *Actio ad exhibendum* est actio in personam, per quam qui in rem qualicunque actione acturus est, eius rei sibi in publico potestatem vt experiatur, fieri postulat. *l. 3. & 3. ff. ad exhib.* *Actio æstimatoria*, seu de æstimato, est actio in personam, per quam qui aliquam rem vendendam recepit, cogitur vel ipsam incorruptam reddere, vel ipsius æstimationem *l. 1. ff. de æstimat.* idem valet *Actio ambulatoria* atque variabilis à persona in personam *l. fin. in prin. C. de fiue.* *Actio ad exhibendū. Actio æstimatoria. Ambulatoria actio. Chirographaria actio. Ciuilis actio.*

Apud Iustin. *§. præterea, Instit. de action.* quidquid alij dicant, *Actio arbitraria* est quæ ex arbitrio & potestate iudicantis pendet: vt si iudex æstimauerit semel suo arbitrio rem restituendam, aut alio modo satisfaciendum actori, obtemperaretque reus, absoluatur: si e contra non pareat, damnetur. *Actio chirographaria*, vt habetur *l. chirographis ff. de admin. tutor.* propriè promissio est debitoris manu, vel scripta, vel subscripta. *Actio ciuilis* est, quando quis ciuiliter, & non ad pænam & vindictam agit. *Criminalis* verò quando quis de crimine ad pænam & vindictam in iudicio experitur. *Actio conducti*, siue ex conducto, est actio in personam per quam is, qui rem vtendam, vel opus faciendum conduxit, siue recepit, vt vel re sarta tecta vtatur, vel operis perfecti mercedem consequatur, postulat.

1236 *Actio confessoria* apud Zas. in *§. æquè Instit. de act.* est, cum actor asserit sibi vel prædio suo seruitutem deberi. Ex opposito *negatoria* quando actor asserit, & contendit prædium, vel domum suam esse liberam ab aduersario, & petit aduersarium molestantem compelli & condemnari, vt desistat: & declarari, quòd ei nulla seruitus ad suum fundum debeatur. Inter datiuam, & natiuam actionem, quàuis Alciatus nullam agnoscat differentiã, tamen apud Bart. *in l. 1. ff. de actio. Datiuæ actiones* sunt, quæ immediatè à lege, seu iure conceduntur sine matre obligatione, vt *l. iuris gentium digestis de pact.* *Natiuæ* sunt quæ *Confessoria actio. Negatoria actio. Datiua & natiua actio.*

matrem habent obligationem.

Apud Zasium in princ. *Inst. de act. n.* 8. Actio natiua est, quæ præiacentem habet materiam, eamq; sufficientem & efficacem vt inde actio deriuetur, vt sunt contractus, *Actio datiua est*, quæ materiam quidem præexistentem habet, sed non idoneam ad producendam actionem perfectam, nisi nominatim adiuuetur lege, Prætore, consuetudine. *Actio de in rem verso* est actio in personam, per quam pater dominusue, cuius filius seruusue cum aliquo sine ipsius voluntate contraxit, siue quid in rem ipsius versum erit, totum præstare cogitur: aut si quid non fit versum, quatenus peculium patietur.

Actio de in rem verso.

1237 *Actio ex constituto* dicitur ea cum quis sine stipulatione debitum se soluturum constituit, pro se, vel pro alio. Hæc conuentio frequens est inter mercatores, vbi quotidie mittuntur epistolæ, nuncij, chirographa, quæ in fide fundantur, & nihil aliud sunt, quàm constitutum. *Constituere* enim significat etiam conuenire, & conueniendo obligare se ad id, quod iam debitum est, non solum pro se ipso, sed etiam pro alio, vt pro debito aliud reddatur. *§. de constit. Inst. de action.* Actio familiæ herciscundæ dicitur, quæ datur, cohæredibus postulantibus, & vt hæreditas diuidatur, & si quid alter alteri debeat, præstetur.

Actio ex constituto. Constituere. Actio herciscundi. Regundorũ actio. Actio furti oblati.

Actio finium regundorum competit finibus ad distinguendum, vel iudicandum *l. 2. ff. eod. tit.* Actio furti non exhibiti aduersus eum datur, qui furtiuam rem apud se quæsitam & inuentam non exhibuit. *Actio furti oblati* competit ei cui res furtiua oblata est, vt apud eum potiùs, quàm eum qui obtulit, conciperetur: ait *Imper. §. 4. de oblig. quæ ex delict.* *Actio legis* tum propriè dicebatur, cum executio facienda erat, quæ in inuitos iussu legis fiebat.

Actio legis.

Actio locati, seu ex locato, est in personam, per quam qui quempiam, vel in prędio colendo, vel in opere faciendo locauit, ea quæ in contrahendo conuenerunt, illum ex æquo & bono præstare cogit. *l. 2. & 17. C. locati.* Prædictis similes sunt aliæ innumeræ, quas afferunt Dictionaria, præsertim Schardius v. Actio, nobisq; non est otium transcribere.

Actio locati.

1238 Nonnullas magis generales, quæ numero plurali aptiùs explicantur, libet subnectere. *Actiones adiectitiæ* vulgo vocantur, quibus non vno certoque agendi modo, sed varijs ex causis experiri possumus: quales sunt actio de peculio, de in rem verso, & quod iussu, *Actiones beneficiariæ*, scitè à Iurisperitis dicuntur conditiones ex lege non scripta, vel ex moribus, quales clientelariæ consuetudines. *Actiones stricti iuris* dicuntur, in quibus præfractè iudicium a Prætore definitur, & quasi ad viuum resecatur, vt iudici à verbis formulæ ne tantillum quidem recedere liceat.

Adiectitiæ actiones. Beneficiariæ actiones. Actiones stricti iuris.

Actiones forenses dictæ ab eo quòd insolentes ac temerarios debitores ad iudicia agamus, quoniam sine causa recusent solutionem & satisfactionem. *Generales actiones* dicuntur quæ competunt ad aliquid generale complectens diuersas rerum species, qualis est tutela, societas. Vlpianus tamen *l. 1. §. item sciendum ff. de aqua pluu. arcen.* generalem vocat actionem, quæ de pluribus competit: *Specialem* verò quæ ad vnam duntaxat causam pertinet. *Actiones hereditariæ* appellantur quæ ad hæredes, vel contra hæredes intentari solent. Item, quæ ab hæredibus, vel contra hæredes initium sumunt. *Actiones honorariæ* à Modestino *l. 25. ff. ad S. C. Velleian.* dicuntur *Prætoriæ actiones*, & quòd à Prætore ex iurisdictione, vel adiuuandi, vel supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia fuerint introductæ, propter publicam vtilitatem, quam rerum vsus, & quotidiana experientia docuit.

Forenses actiones. Generales actiones. Speciales actiones. Hæreditariæ. Honorariæ actiones.

1239 *Actiones legis*, id est legitimæ actiones, appellatæ, quòd in formas certas reductæ, quibus homines inter se disceptarent. *Vtiles actiones* sunt in eum qui aliquo medio causam damni præstitit, vt si quis impulit corrumpentem. Ex opposito *Actiones directæ* sunt quæ dantur domino aduersus eum, qui corpore suo immediatè damnum dedit. *Actiones mixtæ* sunt, quæ duplicis generis naturam induunt; vt v. g. illæ quibus rem simul & pœnam persequimur. *Noxales actiones* sunt in personam, per quam is cuius seruus noxam aliquam commisit, aut litis æstimationem sufferre, aut ipsum hominem noxæ dedere cogitur.

Actiones legis. Vtiles actiones. Directæ actiones. Actiones mixtæ. Noxales actiones.

Actiones perpetuæ dicuntur, quæ olim nullo temporis spatio terminabantur. *Actiones pœnariæ*, quas nostri vocant *pœnales* dicuntur à Fabio lib. 7. cap. 4. illæ, quibus pœnam commissam persequimur. *Actiones populares* sunt apud Paulum *in l. 1. ff. de pop. act.* quę suum ius populo tuentur. *Actiones possessoriæ*, quæ ex bonorum possessione concessa proficiscuntur. *Actiones præiudiciales* dicuntur quæ veniunt ex præiudicato idest anteiudicato: sic dictæ, quòd maiores causæ faciunt silere minores, eisque præeunt, ac præiudicant. *Redhibitoriæ actiones* apud Connan. lib. 3. c. 11. n. 8. Sunt quibus experimur contra venditorẽ, vt cogatur restituere pretium, & retro quod tradiderat, accipere. *Actiones rei persecutoriæ*, sunt quibus id petimus, quod ex patrimonio nobis abest. *l. in honorarijs ff. de act. & oblig. §. sequens Instit. de oblig.*

Perpetuæ actiones. Pœnariæ actiones. Populares actiones.

1240 *Actionis appellatione*, vbi in statuto de illa fit mentio, venit directa, non verò vtilis, quæ nascitur ex interpretatione. Ita ex Barth. Card. Tusch. to. 8. litt. V. conclus. 101. n. 9. Quando enim verba possunt referri ad vnum quod est fortius, & ad aliud minùs forte, semper referuntur ad fortius. Iuxta Crauet. conf. 514. in princ. dispositio loquens de quacunq; actione comprehendit etiam officium iudicis. Iuxta Natt. conf. 102. & Signorol. conf. 217. num. 6. actionis nomine venit formata, quæ scilicet possit in iudicio deduci & exerceri.

Actionis appellatio.

Actio-

Actionis appellatione non continetur exceptio. *l. verbum oportebit §. actionis ff. de verb. signif.* Achil. de Gaffis decis. 5. de constit. & decis. 6. declarat quomodo prohibita actione nullitatis, sit prohibita exceptio: cum aliud sit actio, aliud exceptio.

SECTIO XII.

De condictione, & spectantibus ad actionem.

Condictio & cōdicere. 1241 Condictio deriuatur à verbo *Condicere*, quod iuxta Festum lib. 3. significat simul dicere. Vnde *Condicere* est diem locumque communi consensu constituere, quo quid fiat. Igitur *Condicere cænam alicui*, non est inuitare ad cænam, vt vulgus credit, sed est indicere cænam, & denunciare se affuturum. Hæc significatio frequens est apud Latinos, Tullium, Suetonium, & alios: & iuxta illam *Condictio* est in diem certum eius rei, de qua agitur, denunciatio. Gellius lib. 16 cap. 3. testatur moris fuisse, vt iudicio à Prætore constituto, diem ex suo commodo litigatores sumerent, quo in iudicium venirent. Sic *condictus dies* idem est quòd status, seu destinatus, defixus, & statutus per commune dictum. *Condictus dies.* Apud Iurisconsultos *Condicere* sumitur pro repetere *l. 4. § res pignori ff. si cert. pet.* pro denunciare *§. appellamus Instit. de act.* & iuxta Pomponium pro simul dicere in pactionibus *l. 66. ff. de contrab. empt.*

Condictio iuristicè. 1242 *Condictio* (vt docet Imp. Iustinianus *d. §. appellamus*) significat omnem actionem in personam: & hæc significatio ex eo prouenit, quòd olim qui in personam agebant, aduersario denunciabant, vt certo die iudicio adesset. Habetur igitur ex *l. actionem 25. ff. de oblig. & act.* quòd condictio semper est dicta actio in personam. Hoc tamen interest, quòd olim ea obseruabatur solemnitas, vt certis verborum formulis, qui personaliter erat obligatus soleret admoneri, denunciato die, quo aut soluendum, aut in iudicio sistendum illi esset: hodie verò non adhibetur hæc curiosa solemnitas, rem tamen ipsam imitari debemus non solum humano, sed diuino præcepto, iuxta Cuiac. lib. 5. obs. 31.

Quamuis apud Caium *in l. si pignore §. cum furti ff. de furtis* in hoc conueniat vindicatio & condictio quòd vtraque tendat immediatè, vel mediatè ad rei recuperationem: tamen in hoc discrepant, quòd omnis condictio est actio immediatè in personam, & omnis vindicatio est immediatè actio in rem *l. 25. ff. de oblig. & act. §. appellamus Inst. de act.* Itaq; non eæ tantum actiones quibus rem nostram esse, sed *Vindicare.* & quibus pignori obligatam nobis esse intendimus, vindicationes appellantur. Vnde Hypothecaria actio dicitur vindicatio pignoris *l. 16. §. in vindicatione ff. de pignor.* Deriuatur vindicatio à vindicando: est autem vindicare dominium, vel ius aliquod sibi asserere.

1243 Sectemur præcipuas condictionis species. *Condictio certi*, vt videre est apud Vlpian. *Condictio certi.* *l. certi condictio ff. si cer. pet.* est actio quæ competit ex omni causa, & omni obligatione, ex qua aliquid certum petitur: siue ex certo contractu, siue ex incerto agatur. Vnde planè innotescit quod condictio concurrit cum actione mandati, depositi, & ceteris, vbi quid certum petitur. *Condictio ex lege* alio nomine vocatur *condictitia ex lege* apud Azonem §. *tripli* *Condictio ex lege.* *& §. seq. Inst. de act.* locum habet, quoties ex noua lege descendit obligatio, nec in eadem lege cautum est, quo genere actionum experiatur, quæ pro varietate causarum, nunc ex contractu, nunc ex delicto nascitur.

Condictio furtiua competit domino rei contra furem, eiusque successores ad ipsam rem *Furtina cōdictio.* persequendam, vel æstimationem eius, quanti plurimi fuerit, postquam ablata fuit, eo quod fur semper est, & fuit in mora. *Condictio indebiti* competit ei, qui per errorem indebitam *Condictio indebiti.* pecuniam soluit alicui, credens ei teneri, cum non teneatur; vel cum à procuratore suo soluta esset, ipso ignorante. Est ergo condictio indebiti, postquam soluta indebita repetuntur, siue per ignorantiam facti, etiam non probabilem, vt quia errauit quis in facto suo: siue per ignorantiam iuris talia debita soluantur. Quia ignorantia iuris non debet alicui nocere in damno vitando *l iuris ignor. ff. de iur. & fact. ignor.*

1244 *Condictio naturalis*, quam æquitatis *Naturalis condictio.* naturalis ratione Iurisconsulti introduxerunt apud Cuiac. ad Africa, tract. 2. in princ. quadruplex est, scilicet Indebiti, ob rem dati, sine causa, & de benè depensis ad imitationem condictionis ex mutuo. *Condictio liberationis* *Liberationis condictio.* vt apud Olden. ex *l. 1. C. de err. calc.* competit ei, qui omninò non debuit, promisit. *Condictio ob causarum datorum*, competit ad rem peten- *Condictio ob causam.* dam, quæ ob causam honestam data est causa non sequuta. Absolutè *Condictionem ob causam* parit res apud alium constituta, siue ab initio, siue iam, siue postea peruenit ad eum ex iusta causa, postea ad instantiam redijt. Vt cum chirographum apud creditorem debitor post debiti solutionem recipit. *Condictio dati ob turpem causam* de qua est tit *ff. de condic. ob turp. cau.* est, per quam repetimus ea, quæ dedimus alteri, causa etiam secuta, ob quam data sunt, si turpitudo tantum ex parte accipientis versetur. *Condictio sine causa* com- *Condictio sine causa.* petit quando aliquid primo ex causa iusta est apud alterum, sed postea per aliquem effecta esse non debet. v. g. Mutuasti mihi centum, feci tibi instrumentum, in quo confessus me tibi teneri; soluo tibi; modò instrumentum obligatorium est apud te sine causa, ex qua finita repetam illud. Item datur quoties rem aliquam,

quæ apud te eſt, mea intereſt habere. Eſt tit. *ff. cond. ſine cauſa*.

Triticiaria condictio. Condictio certi. Incerti condictio. Condictio ex ſcripto. Condictitia lex.

1245 *Condictio Triticiaria*, ſiue *Triticiaaa*, quam aliqui denominatam à tritico, alij verius ab authore Trititio putant, eſt, qua omnes res nobis debitæ ſiue incertæ ſint, ſiue certæ, ſiue immobiles, ſiue mobiles, tum corporales, tum incorporales, vt iura, vſuſfructus, ſeruitutes, petuntur, excepta pecunia numerata, quæ cum certa debetur, habet ſuam condictionem. *l. 1. ff. de condict. Tritic.* Apud Cuiac. tract. 3. ad Afric. fol. 27. *Condictio certi* eſt ſtricta condictio Triticiaria arbitraria. *Condictio incerti*, ex omni cauſa datur, ex qua incertum petitur. Hac condictione & liberationes, & cautiones, & iura prædiorum, & ea, quorum incerta æſtimatio eſt, condicuntur. *l. 2. §. aliud ff. de donat. l. 3. ff. de condict. ſine cauſa.* Condictio ex ſcriptura, *Inſtit. de liter. oblig.* eſt ex qua obligatio naſcitur. *Condictitia lex* ſic appellatur ab imperatore *§. Tripl. Inſtit. de actio.* & eadem eſt atque condictio ex lege, quam expoſuimus n. 1243. Nam quoties ex conſtitutionibus actio datur, neque tamen nomen actioni imponitur, generaliter condictionem ex lege nominamus *l. vnica ff. de condict. ex lege*. Quia verò aliquando nomen adijcitur; & aliquando non, Theophilus vbique *Condictitium* ſolet vertere.

Actio danda eſt.

1246 Denique pro complemento explicandæ actionis, ſiue in rem, quæ eſt vindicatio, ſiue in perſonam, quæ eſt condictio, modos loquendi exponamus. Ad illum, *Actio danda eſt*, obſeruatur, quòd nunquam lex actionem concedit niſi ex iuſta cauſa, vel conſenſus, vel æquitatis producatur. *l. ſi me & Titium ff. ſi certam pet.* Idem valet *Actione experiri* apud Venuleium in *l. ſi hæres vnus ff. famil. hercifc.* atque experiri ius, quod eſt lege agere: inde deducto vocabulo, quod qui iudicio petunt, ij quod iuris ſe habere ad eam rem petendam arbitrantur id ad iudices tentandi, & expereundi cauſa exponunt *l. 1. ff. in iuſ. voc.* Apud Corraſ. lib. miſcel. 3. cap 18. *Actionem dare*, eſt actorem ad intendendam actionem admittere. *Actionem intendere*, *Actionem inſtruere*, *Actionem dictare* accipitur pro agere, *inſtituere*, ad partes refertur; ſed aliquali diſcrimine: nam *Intendere dictare*, vel *Formulam actionum* ius ſuum perſequi *l. ſi eo loco ff. ſi ſer. vendic.* Actionem inſtruere eſt litteris ac teſtibus, cæteriſque ad probandum requiſitis eam adornare. *Actionem dictare*, eſt inferre, & quaſi alio ſcribente denunciare. Tranquillus *intendere formulam* dixit quod vulgo nuncupamus *Inſtituere actionem*.

Experiri actione. Dare actionem. Intendere actionem. Dictare actionem.

Actionem hæredi concedi. Remittere actionem.

1247 Actionem hæredi alicuius concedi, & hæreditariam eſſe differunt. Nam vt ſumitur ex *l. 1. §. hæc actio ff. ſi quid fraudem patron.* Actio reuocatoria quæ patrono datur, non eſt hæreditaria, ideſt ex bonis liberti: ſed propria patroni. *Actionem remittere*, eſt querelam. In ciuili tamen quandoq; remiſſa actione, obligatio manet ſalua: in criminali autem ſecus eſt: cenſetur enim accuſatione remiſſa, obligatio tota remitti. *l. 1. §. vſque adeo ff. de iniur.*

Ex quibus ſatis innoteſcit aliud eſſe remitti actionem ciuilem, aliud criminalem. Quid ſit *Actionis fruſtrandæ cauſa lutitare*, vt habetur *l. 3. ff. de fid. & vbi quis ager.* patebit, ſi intelligas quod *Fruſtrari* apud Cuiac. ad *l. 4. C. de conuen. fiſc. debit. lib. 10* eſt tergiuerſari, ſeu moram trahere. Et mora ipſa, nempe illa debitoris dilatio, *fruſtrutio* dicitur. *l. homini ff. mandati*. *Item Latitare* dicuntur, qui vocati ad iudicium fruſtrantur & ludificant *l. 3. ff. de iudic.*

Fruſtrari actione. Fruſtratio. Latitare.

Vnde *Latitatio* quam Tullius definiuit turpem occultationem ſui, apud Iuriſconſultos duplex eſt, altera fraudationis cauſa, quæ fit eo animo vt fraudentur creditores *l. 7. §. quid ſit autem ff. quibus ex cauſ.* Altera eſt fruſtrandæ actionis cauſa *l. 3. ff. de iudic.* cum quis ne fecum aliqua actio moueatur, vel vt actio eximatur, latet. *Latitare* denique dicitur qui comparet, & ſui copiam, vt ſecum agi, vel lis ad exitum deduci poſſit, non facit. *l. 26. ff. de fideicom.*

Latitatio.

SECTIO XIII.

De indicijs, & præſumptionibus.

1248 VT priorem partem de indicijs elucidemus, prænotanda eſt affinitas ſignificationum in his tribus vocibus, Index, Indicare, Indicium. *Index* quamuis ſit latioris ſcripturæ quædam breuis ſubnotatio, nec idem quod exemplum *l. 2. ff. de fide inſtr.* & ſit idem quod deſcriptum, vulgo copia *l. fin. ff. quemadm. teſtam. aper.* tamen ab indicio Index olim dicebatur, qui crimen aliquod indicaſſet, ſeu detuliſſet.

Index.

Nam *Indicare* apud Vlpian. eſt deferre, arguere, accuſare, conuincere *l. 197. ff. de verb. ſign.* quæ referenda eſt ad *l. 3. §. ſi ex ſtipulatu ff. ad ſenat. conſ. Syllan.* Eſt etiam *Indicare* verbum venditoris, quo rem ſuam æſtimat, & imponit pretium, quod petit ab emptore. Vnde *Indicatio* eſt illa pretij impoſitio, item promiſſio, addictio Vlpian. *l. 13. §. 2. ff. de act.* Budæus in *l. teſtibus ff. de teſt.* ait *Indicare* eſſe rem ſimpliciter enunciare, abſque vllo ornatu & figura dictionis.

Indicare. Indicatio.

1249 *Indicium*, vt videre eſt apud Gradin. in tit. de præſum. & indic. col. 4. & AEgin. Boſſ. in tract. crim. tit. de indic. n. 2. eſt ſignum, ſiue demonſtratiuum delicti, vel alterius rei de quo, vel de qua quæritur, & adminiculum probationis. *Indicium* apud Syluestr. v. eodem n. 1. dictum ab indicando, ſeu notificando, eſt medium intellectuale veritatis eliciendæ ex aliqua ſingulari circunſtantia inſurgens *l. indicia C. de rei vend.* & melius *in l. fin. C. de probat.*

Indicium quid.

Quod

Quod attinet ad ipsius multiplicitatem, indicium, vel est plenum, vel semiplenum. *Pleuum* iuxta Barb. in *l. ex quidem ff. de accus.* est diuinatio rei per signa sufficientia, per quæ animus in aliquo tanquam vero quiescit, & plus inuestigare non curat. *Semiplenum* verò est præsumptio fortiter mouens animum ad aliquod credendum, vel dicendum: de quo *l. eum probatio ff. de probat.* Præter hæc numerat Syluest.cit.triplex indicium, scilicet *leue*, & quidem abijciendum, *violentum* quod probationem facit,& probabile, quod mediat inter hæc, & facit præsumptionem, sufficitque ad torturam. Adde ex Paride tract. de Syndicatu, quod indicium, cui frequenter contingit abesse veritatem, est leue argumentum *l. non homo C. vnde cogn.* Est verò *graue*, si ei frequenter veritatem contingit adesse, & æquiparatur præsumptioni iuris, vt notat Cyn. *in l. metum ff. de dolo.* Apud Mascard. concl. 895. c. 5. & 8. supponitur dari indicium propinquum, & remotum: *propinquum* dicitur quod facto ipsi immediatum est; remotum, quod à facto distat:& si longè distat, nimis remotum est. *Indicium profiteri* est vltro sese, consortesque criminis deferre *l. 1. ff. de sicar.* & sic Budæus interpretatur.

Plenum indicium.

Semiplenū indicium.

Violentum indicium. Probabile indicium.

Propinquū indicium.

1250 Vt posteriorem partem de præsumptionibus exponamus, necesse erit expendere significationes huius verbi *præsumo*, à quo præsumptio deriuatur. *Præsumere* accipitur pro priùs sumere,& antecapere *l. 1. C. de secun. nupt.* Sumitur etiam pro audere & rentare aliquid contra ius: & sic frequenter accipit Pontifex in suis Bullis, & iure canonico. Denique accipitur pro præsagire, conijcere, vel diuinare aliquid in dubio; & secundùm hanc acceptionem.

Præsumere.

Præsumptio ab Oldend. sic describitur: Est coniectura, seu diuinatio in rebus dubijs per rerum circunstantias frequenter euenientibus. Aliqui priorem acceptionem attendentes, vt sit præsumere cogitatione quasi præcipere rem ita esse antequam ad alia de ea re probatio certa allata fuerit: sitque propriè *Præsumptio* illa ipsa opinio cogitatione percepta antequam argumentis alijs rem probaueras. Vide Quintil. lib. 9. cap. 2. Doctores iuris ciuilis ita præsumptionem definiunt, vt sit rei dubiæ aliquibus signis intrinsecùs quæsitis credulitas & fides.

Præsūptio quid.

1251 *Præsumptio* multiplex est: alia *iuris tantum* vt quando ius super dubio,& verisimili præsumit aliquid. Alia iuris & de iure, vt videre est apud Sanch. lib. 7. Matr. disp. 108. n. 18. ad finem,& Molinam tom. 5. d. 15. n. 10. & datur quando ius super aliquo præsumit; & vlterius disponit ita esse, nec posse contrarium probari. Et sic contra fictionem iuris probari non potest; lex enim intendit contra veritatem fingere: putà meliorem esse stipulatam sibi dotem reddi, cum non sit *l. 1. C. de rei vxor. act. 6. vide n. sequent.*

Præsūptio iuris. Præsūptio iuris & de iure.

Vtraque explicata præsumptio subdiuiditur in temerariam, probabilem, violentam, & necessariam. Sumitur hic violentum pro certo. *Cap. litteris de præsumpt. Temeraria* est quæ surgit à malis hominibus, & ex leuibus causis, putà si videatur aliquis, vel semel cum aliqua conuersari, & statim sinistri quispiam suspicetur: cum tamen dubia in meliorem partem sint interpretanda *cap. 2. de reg. iuris. Probabilis*, alio nomine vniuersalis, dicitur præsumptio iudicis: surgit multis ex causis,& illi statur, donec contrarium probetur; vt si res sit patris, præsumitur hæredis esse. Item quod detur potius error iuris, quàm dolus malus. Et hæc ante probationem contrarij facit semiplenam probationem; & inducit purgationem, maximè fama crebrescente *cap. si quis de purgat. canon.*

Temeraria præsūptio.

Probabilis præsūptio.

1252 *Violenta* est quæ surgit ex verisimili probatione, & dicitur præsumptio iuris, quando ius præsumit ita esse: putà si apparet chirographum cancellatum, præsumit debitorem liberatum *l. si chirographum ff. de probat.* Item præsumit quod qui cognouerit vxorem, cum qua diu habitauit. Item, si quis inuentus sit nudus cum nuda, & solus cum sola in lecto iacens, præsumitur quòd sint fornicati *cap. litteris de præsumpt.* Item si quis denunciet ter, cui, ne cum sua vxore loquatur, & postmodum inuenit eum cum illa loquentem, potest illum iudici tradere puniendum, quia violentissima præsumptio est, quòd impudicè loquantur. *Authen. si quis ei C. de adult. 22.*

Violenta præsūptio.

Necessaria est, quam iam præcedenti numero exposuimus, & vocant authores præsumptionem iuris & de iure. Hæc inducit probationem, & iudicem ad pronunciandum, nec recipit probationem in contrarium. Dicitur iuris,& de iure, quia ius vehementer præsumit sic esse, vel non esse. Et propter talem præsumptionem ius statuit super ea, v. g. si quis contraxit cum quadam de futuro, & postea eam cognouerit, intelligitur in eam consensisse. *Cap. is qui de spons.*

Necessaria præsūptio.

1253 Ad prædictas spectat, vel sub illis continetur adhuc triplex præsumptio, scilicet hominis, naturæ, & facti. *Præsumptio hominis* est, cum præsumitur contra aliquem hominem, propter malam famam. Contra hanc præsumptionem benè admittitur probatio in contrarium. *Præsumptio naturæ* est, vt cum exhæredo filium meum, præsumitur contra me quòd iniustè exhæredem eum, & hoc propter naturam,& ideo hæredes mei probare tenentur, quòd iustè exhæredauerim illum.

Hominis præsūptio.

Præsūptio naturæ.

Præsumptio facti alia est præcedentis circa futura, vt si semel calumniatus es contra me, & iterum velis me accusare, præsumitur modò te velle iterum calumniari: quia semel

Facti præsumptio

malus semper præsumitur malus in eodem genere mali. Alia est præsumptio facti subsequentis circa præterita, vt si aliqui fuerint accusati de crimine adulterij, quod depellebant prætextu proximitatis, si postea in matrimonium se coniunxerint, manifestè præsumitur facinus, in quo accusati fuerunt *l. si adulterij C. ad leg. Iul. de adult.*

Fictio iuris quid. 1254 Sunt nonnulla alia quæ spectant ad præsumptionem. Imprimis vt intelligas quænam detur differentia inter fictionem & præsumptionem, *Fictio* est legis aduersus veritatem in re possibili ex iusta causa dispositio. Constat enim nunquam extendi fictionem ad ea, quæ impossibilia sunt. *Glos. l. talis ff. de legat. 1. §. minorem Institut. de adopt.* Et quidem fictio imitatur naturam, nec facile lex fictionem aduersus fictionem inducit *l. 3. ff. de acquir. possess.*

Fictio & præsũptio. Est igitur differentia inter fictionem, & præsumptionem, quia *fictio iuris* tantum operatur quantum veritas: vnde nunquam dicitur veritati esse contraria: siquidem ius facit ens de non ente; præsumptio autem in dubio stat, tametsi eatenus veritatis habetur comes, quatenus in contrarium nulla apparet probatio. Itaque fictio ad solam legem pertinet, nec enim contrahentes possunt fingere, nisi permittente lege. Nec ob aliud inducitur, nisi vt suppleat id, in quo desideratur facti veritas, ad hoc vt ex ea veri producantur effectus. Dicitur imitari naturam. *L. adoptio ff. de adopt.* Vnde sicut naturaliter quis filium ad tempus, vel sub conditione habere nequit, ita emancipare eum, vel adoptare in diem sub conditione non potest *l. si tibi ff. eod. tit.*

Inuidia. Blasmus. Apparere. Prospicitur. 2. præsumitur. 1255 Iuxta interpretationem Glossæ super *l. ad inuidiam C. de his quæ vi, metusue,* idem est inuidia, atque mala præsumptio, alio nomine *Blasmus*. Quamuis in iure ciuili *Apparere* idem sonet, atque probatum esse, seu probationibus liquere *§. si itaque discretis Instit. de act.* tamen in iure canonico *Apparet* prout habetur *cap. scribam, de præsumpt.* idem valet atque præsumitur. *In. l. 1. C. si constante matrim. dot. soluta fuerit* iuxta Albericum in v. *Prospicitur* hoc verbum idem valet, atque præsumitur.

Vehemens præsũptio. Suspicio & præsũptio. Est discrimen inter præsumptionem vehementem, & violentam; nam *vehemens* idest probabilis, non plenè probat *cap. litr. de præsumpt.* violenta verò probat, licèt recipiat probationem in contrarium. *cap. nec aliqua 27. q. 1.* Quomodo præsumptio differat à suspicione, vide apud Molinam tom. 5. d. 15. num. 8.

SECTIO XIV.

De Sententia.

1256 Sententia latissimè accepta vsurpatur multipliciter, tum apud Latinos, tum apud Iuris interpretes. Sumitur 1. pro eo quod verba sonant, & sic dicitur Papinianum respondisse in hanc sententiam. 2. Pro luminibus orationis aliquod axioma, vel acroama continentibus: quale illud *Obsequium amicos, veritas odium parit.* 3. Pro opinione, seu potiùs pro animi credulitate, quam quis opinione sua concipit: vt M. Portius Cato rogatus olim sententiam, oratione longa occupauit tempus. *Sententia acceptio.*

4. Minùs propriè pro deportatione, vel excommunicatione, vel interdicto: sed hæc potiùs rationem pœnæ, quàm sententiæ rigorosæ continent. 5. Pro iuridica, seu iudiciali pronunciatione, quæ oritur, tum ex lege, vel ex bono, & æquo, tum ex iudice, quando hic sancit, vel declarat quid ius velit, secundùm facti qualitatem: & dici potest quodcumque iudicantis præceptum non naturæ, non iuri, non bonis moribus contrarium.

Accepta verò presse sententia iudicialis apud Iuris peritos ex *l. 1. ff. de re iud.* sic definitur: Est pronunciatio iudicis finem controuersiæ imponens absolutione, vel condemnatione. Res iudicata dicitur id, super quo pronunciatum est. *Sententia iudicialis. Res iudicata.*

1257 Quod attinet ad multiplicitatem, celebris iudicialis sententiæ diuisio est in definitiuam, & interlocutoriam. *Definitiua* apud Modestinum in *l. 1. ff. de re iudic.* dicitur illa, qua res iudicata finem controuersiarum pronunciatione iudicis accipit. 1. Quod vel condemnatione, vel absolutione contingit. *Interlocutoria* dicitur, quæ inter principium, & finem causæ, super incidentibus quæstionibus fertur: veluti de exhibendo, vel corrigendo libello, de danda, vel deneganda dilatione, & similibus. *Cap. significantibus, de offic. deleg. cap. significauerunt, de testib.* *Definitiua sententia. Interlocutoria.*

Reperitur & alia apud Iuris peritos sententia, quæ dicitur *Conuentionalis*, & est amicabilis compositio, vt quando iudex conuenit aliquem, & monet eum, ne faciat contra conuentionem. Denique *Laudum* est sententia arbitrorum super eo, ad quod de consensu partium pronunciandum fuerunt electi *§. responsa vbi Glos. Instit. de iur. nat. gent. & ciuil.* Quidquid sit de voce illa, quam aliqui dicunt barbaram. *Conuentionalis sentẽtia. Laudum.*

1258 *Sententiæ appellatione* in dubio venit definitiua. Ita Socin. conf. 39. col. 2. vol. 4. Alex. cons. 50. Visis actis num. 2. lib. 2. & Schac. de appellat. quæst. 17. limit. 6. n. 7. & 30. Appellatione sententiæ non contineri interlocutoriam, quasi non sit propriè sententia, viden- *Sententiæ appel.*

videntur sentire Glos. v. definitiua Clem. 1. *de sequest. possess.* & alij quos refert Menoch. remed. 8. recuperat. nu 84. contrarium tamen defendit Ludou. Gom. in cap. 2. §. statuto à nu. 11. & Cab. p. 1. decis. 16. num. 8. de quo latè pro vtraque parte Aug. Barb. de appellat. ver. appel. 242. Maius dubium est, an *Laudum*, quæ est determinatio, seu pronunciatio iudicis arbitri, veniat appellatione sententiæ?

Arbiter iudex duplex.

Pro resolutione notandum est iudices arbitros esse in duplici differentia: alij enim tales sunt, qui data necessitate, & authoritate iuris à partibus eliguntur, & vocantur arbitri iuris, quasi à iure constituti: alij sunt, in quos non interueniente prædicta necessitate, seu forma iuris, sed sponte, & liberè compromittunt: & ideo arbitri compromissarij dicuntur. Illorum igitur, & non horum determinatio venit nomine sententiæ: quia legitima, & vera sententia solum proferri potest ab habente veram, & legitimam iurisdictionem.

1259 Nonnulla spectantia ad sententiam elucidemus. *Sententiam dicere, ferre, dare, pronunciare*, quamuis frequenter Iurisperiti pro eodem vsurpent, tamen aliquale discrimen subeunt. Imprimis ex *l. 23. ff. de arbitr.* in rigore existimabantur *dicere sententiam* arbitri, quos cogebat Prætor vt dicerent, & illi eam mente pronunciabant, vt litigatores vellent à tota controuersia discedere. Ea insuper differentia datur inter sententiam ferre, & dicere: nam iudex fert, senator dicit.

Dicere sententiam. Ferre sententiam.

Apud Tullium de legib. lib. 3. *Sententiam ferre clam*, est notam in vrnam mittere: *palam* verò est ore pronunciare. *Sententiam diuidere*, est singulis de rebus separatim referre. *Inducere sententiam*, idem valet atque ad nihilum ponere, seu redigere. Est autem *Inducere* propriè, ducto per ceras stylo tegere, interlinere, & memoriam scriptorum obliterare *l. si quis libertatem ff. de peten. hæred.*

Diuidere sententiam. Inducere sententiam.

Prorogatio sententiæ, & *Prorogare sententiam*, quid sit, vide apud Spiegel 2. Prorogatio fortè idem ibi est prorogare, atque reuocare. Nam Bart. ad *l. in rebus §. 1. ff. de precario* disputat an prorogatio, & reuocatio idem sint. *Pronunciare* simpliciter idem valet atq; sententiam ferre *l. 59. §. 1. l. 60. ff. de re iud. l. 37. ff. de auro & argen.* Inde pronunciatus hæres, patronus, libertus, seruus dicitur, qui talis iudicatus, & per sententiam declaratus est, *l. 9. §. 1. ff. de in ius vocan.*

Prorogare sententiam. Pronũciare.

1260 Cum sententia non feratur, nisi præuia data probatione, hanc lucidare necesse est. *Probare* vulgata significatione est, quod dubium, & obscurum, certum reddere, & efficere. *Probare nomen*, agnoscere est, & suscipere, eoque vt bono contentum esse. *l. 36. §. vlt. ff. ad munic.* Apud Iurisconsultos *Probare* est rei controuersæ testibus, aut tabulis iudici fidem facere, Hinc *Probatio* secundum Azonẽ est rei dubiæ per argumenta ostensio. Quæ definitio licet videatur solum habere locum in his, quæ probantur per disputationis instantiam: tamen si per argumenta intelligamus media, quibus res probatur, est bona & etiam in materia iuris.

Probare. Nomen probare. Probatio quid.

Probationis diuisio præcipua, vt multas alias parùm vtiles omittamus, sit in plenam, & semiplenam: *Plena probatio* est quæ tantam fidem facit, quanta ad definiendam controuersiam sufficit. Huius sex species recenset, & latè exponit Schardius v. eodem. *Semiplena probatio* dicitur per quam rerum gestarum fides aliqua fit bono viro, hoc est iudici: non tamen tanta, vt iure possit mouere eum ad ferendam in hanc partem sententiam. Caret enim plena fide, vtpote nixa leuioribus argumentis. Huius quatuor species numerat citatus Schardius. Apud Bald. in l. 2. *post priu. 6. vel priuat.* Probata probatio dicitur instrumentum.

Plena probatio. Semiplena probatio. Probata probatio.

1261 Deniq; hic modus loquendi *Sententia transit in rem iudicatam* prout habetur *l. eleganter §. si quis post ff. de condi. inde* & affertur à Sanch. lib. 7. Matr. disp. 100. num. 1. & lib. 2. Decal. cap. 21. n. 36. tunc verificatur, quando appellari non potest, scilicet post decem dies elapsos à tempore pronunciationis, vt docet Syluest. v. sententia num. 10. ex *l. res iudicata ff. de re iud.*

Sententia transit in rem iudicatam.

Quamuis enim diuersum quid sit res iudicata, & sententia: nam *Res iudicata* finem accipit, sententia finem imponit. Vnde hæc habet se per modum agentis, illa patientis: quia imponere finem est, quid actiuum: accipere finem ad passiua respicit. Dixit igitur Bart. sententiam esse actum seu formulam iudicandi: rem verò iudicatam esse eam, in quam tale iudicium exercetur. Quare duo sunt tituli distincti, alter *de sent. & interloc. omn. iud.* alter *de re iudicata*. Sæpe tamen promiscuè alterum pro altero vsurpari solet, nempe sententiam, & rem iudicatam.

SECTIO XV.

De appellationibus, grauaminibus, & reliquis.

1262 Appellatio deriuatur à verbo *Appellare*, quod subest multiplici significationi. Imprimis significat nominare, in quo sensu *P. Scipionem* (inquit Tullius) *qui primus Africanus appellatus est.* Significat etiam alloqui, seu verba cum aliquo facere. Sic appellare debitorem est denunciare, vt soluat, *Fœnerator* (inquit Seneca lib. 5. de benef.) *quosdam debitores non appellat, quos scit decoxisse.* Et in hac significatione *l. qui prior ff. de iud.* dicitur: *Qui prior appellat prior agat*, id est si duo se inuicem creditores dicant, ille qui prior in ius vocauit, & litem instituit, prior auditur agendo,

Appellare.

agendo, si modò actiones æquè principales sunt.

Deinde Appellare est blanda oratione alterius pudicitiam attentare. *l. Item apud Labeonem §.appellari ff. de iniur.* Apud Turneb.l.6.18. aduers. cap. 22. appellare est auxilij causa aliquem implorare: *Vos* (inquir Tullius) appello fortissimi viri. Vnde apud Iurisperitos *l. ex quib. ff. cau. maior.* Appellare magistratum, est ipsum adire agendi causa, in edicto Prætoris. Item in *l. qui appellat ff. de iudic.* idem est appellare, atq; iudicio conuenire.

Deniq; appellare prout in in rigore ad rem præsentem accipitur *l. 1. ff. de appel. & toto tit. C. & ff. eod.* est ab inferiore iudice ad superiorem prouocare. Et certe appellandi vsus quam sit frequens, quamque necessarius, (vt monet Vlpian. ibid.) nemo est, qui nesciat: quippe cum iniquitatem iudicantium, vel imperitiam corrigat, licèt nonnunquam benè latas sententias, & cæter.

Appellatio quid. 1263 Iuxta hanc postremam significationem verbi *appello* à quo deriuatur *Appellatio*, prout à nobis explicanda est: Est iniquitatis sententiæ querela. Barr. *in l. 1. ff. de appel.* illam sic definit: Est ius, quo interim prima sententia extinguitur, & interim causæ cognitio ad superiorem deuoluitur. Rectiùs quàm Bart. plerisq; viderur definisse Iulius Pont. in *cap. placuit 12. q. 6.* Est à minore iudice ad superiorem prouocatio. Omnes hæ definitiones bonæ sunt, sed vltima frequentior.

Vellem modò explicare voces, quæ cum appellatione habent affinitatem, vt innotescat quommodo cum illa conueniant, & ab illa, ac inter se differant: quales sunt prouocatio, supplicatio, recusatio, grauamen. *Prouocatio* *Prouocatio.* deriuatur à verbo *Prouocare*, quod apud Iu- *Prouocare.* risconsultos in *C. titul. Quando prouocare non est necesse* idem valet atq; appellare. Vnde prouocatio, appellatio: & in hac significatione vsurpatur à Tullio de legib.

Nullum, vel saltem exiguum inuenio discrimen inter appellare, & prouocare. Schardius v.eod. sic habet: Prouocare (inquit) propriè magis est, quàm appellare, & propriè ad maiores, potentioresq;(quorum ope & gratia indigemus) pertinet. Vnde *l. minores ff. de* *Supplicare.* *admin. tut.*

Supplicatio *Prouisio* *sententiæ.* 1264 *Supplicatio* deriuatur à verbo *Supplicare*, quod significat paulo dimissiùs orare, obsecrareq; ducto more à miseris, qui plicatis manibus fermè rogant. De varijs tamen supplicandi modis, quos gentes obseruant, vide Hadrian. Iun. animad. lib. 2. cap. 11. *Supplicatio* igitur cum sit veniæ petitio prioris erroris, est etiam remedium iudicialis grauaminis: quod Canonistæ *C. ex litteris, de in integ. restit.* vocant *Reuisionem sententiæ.* Cum enim sit quædam benignitatis superioris imploratio, ea vtimur aduersus sententiam eorum, à quibus appellare non licet propter eminentiam *l. 1. ff. de offic. præf. prat. l. 1. C. de sent. præf. l. si quis aduers. & Auth. de supplic. C. de precib. Imper. offeren.*

Tres differentias inter appellationem, & supplicationem assignat Glos. ad d. *cap. ex litteris*. Vide tamen plures apud Mendez de *Recusatio.* Castro in praxi lib. 3. cap. 19. *Recusatio*, & appellatio, prout habetur *l. apertissimi C. de iudic.* valde differunt. Nam Recusatio secundùm Spec. est iurisdictionis, vel audientiæ, causæ suspicionis proposita declinatio;. *Grauamen* prout sumitur ex *l. 3. §. 1. ff. ad leg. Aquil.* in *Grauamen.* appellationibus, vulgo *agrauo*, nihil aliud esse videtur, quàm iniuria iudicis à quo, prout iniuria in lege citata sumitur, id est, non pro cõtumelia (tametsi ea quoque locum facere posset appellationi) sed pro omni eo quod in iure fit, id est contra ius. Denique accipitur *Intercessio.* *Intercessio* pro appellatione, quatenus apud *Intercedere.* Spiegel. Cedere intercessioni idem valet atq; *Sententiæ* cedere prouocationi. Est enim *Intercedere* *intercedere* *sententiæ*, se illi opponere, sicut intercedere legi, se legi opponere, quod olim spectabat ad Tribunos plebis.

1265 Quod attinet ad multiplicitatem, & *Appellatio* effectus appellationis, appellatio iuxta Dia- *quotuplex.* nam in summa v.eod.num. 1. est duplex, altera *Recusatio.* ab illato grauamine, & dicitur appellatio via grauaminis, semperque datur post latam sententiam. Altera est à grauamine inferendo, & dicitur appellatio via deuolutionis, daturq; ante latam sententiam, & etiam dicitur recusatio. Alio modo explicat Syluest. v.eod.n. 1. *Iudicialis* Appellatio est duplex, scilicet *Iudicialis*, quæ *appellatio.* est prouocatio iniquæ sententiæ querelam *Extraiudi-* continens *l. præfecti ff. de minor.* & *Extraiudi-* *cialis* *cialis* quæ est à præsenti, ac verisimili futuro *appellatio.* grauamine ad superiorem prouocatio: sic solet appellari in electionibus *cap. constitutus de appel.*

Iudicialis duplicem sortitur effectum, nempe suspensiuum, & deuolutiuum. *Suspensiuus* est quo suspenditur iurisdictio iudicis à quo, ne *Suspensiuus* possit operari circa talem causam. *Deuolu-* *effectus.* *tiuus* est, quo iurisdictio, & causa deuoluitur *Apostoli.* ad iudicem superiorem ad quem prouocatur. *Apostelo.* Litteræ dimissoriæ, quibus prædicti effectus in *Dimissorij.* appellationibus exercentur, *Apostoli* vocan- *Apostoli.* tur, à verbo Græco *Apostelo*, quod est remit- *Refutatorij* to, & est in iure titulus *de dimissorijs*, qui di- *Apostoli.* cuntur Apostoli. Vnde si appellationi defertur, *Apostoli Dimissorij* dicuntur: si non, *Refutatorij*. Quòd si dubitetur, an deferendum sit, in quo dubio dari debent: tunc quòd obsequij testimonium præstant aduersus superiorem iudicem, *Reuerentiales* nuncupantur.

1266 Sectemur reliqua. *Appellator.* vt habetur in *l. 1. § dies ff. quando appel. sit. & l. 1. ff. de appel.* Sumitur pro eo qui appellauit. *Ap-* *Appellator.* *pellatus* Modestino est ille iudex ad quem ap- *Appellatus* pellatur *l. 1. ff. de appel. reip. l. 7. ff. de muner. & honor.* Vnde falluntur, qui litigatorem alterum

dicunt

dicunt appellantem, & alterum appellatum: quia iudex superior est appellatus, & non aduersarius: imò contra hunc appellatur. Appellari dicetur Imperator *l.20. & 21. ff. de appel.* Appellari dicitur Princeps *l. 1. ff. a quibus appel.* Appellari dicitur Magistratus *l. vlt. ff. qui & à quibus*.

Appellari.

Modi loquendi in hac materia frequentiores sunt. *Appellationem recipere, & admittere:* hi duo in idem recidunt *l. ei cuius ff. de appel. l. si quis §. hi autem ff. de iniust.* & significant Appellationi deferre *Cap. an sit de appel.* Contrarium est, *Appellationem repudiare l. appellatione C. eod. tit.* Appellationis causas reddere, & agere, prout habetur *l. 1. & 2. ff. an per alium caus. l. 1. ff. penden. appel.* est idem atq; placitare causas appellationis.

Recipere appellationem.
Deferre appellationi.
Repudiare appellationem.
Placitare.

Prosequi appellationem prout desumitur ex *l. 2. §. legatis ff. de iud. l. 3. ff. de appel. reor.* idem valet atq; prouocationem exercere. *Appellatione cognosci & pronunciari* dicitur quando appellationis causa cognoscitur, & pronunciatur. *L. non ob. 25. ff. pro soc. creditor* 102. §. 1. *ff. de solut. l. licet C. loc.* Sic ex appellatione sententiã dicere *l. minor. 18. §. item. Imp. ff. de minor.* Est ad appellationem iudicare *l. non putabam ff. de condis. & demonst.*

Prosequi appelationẽ
Pronunciari.

Apud Budæum in l. 2. de orig. iur. *Cedere intercessioni* est cedere prouocationi, id est non procedere vltra, & admittere oppositionem. Et sublata intercessione dicimus quod nunc, non obstante oppositione, vocant. *Deferre appellationem* in iure Pontificio apud Archid. *de appel. in 6.* est idem quod admittere appellationem. *Porrigere appellationem*, vt habetur in *cap. appellatio, de appel. in 6.* videtur quòd producere, extendere. Appellationes iniustæ pronunciantur, cum dicitur malè, & temerè appellatum *l. negotiorum ff. de appel.* Porro superiori iudici satis est pronunciari iustam, vel iniustam ex Imp. Diocl. & Maxim. constit. *l. eos in fin. C. de appel.* Dicitur inuenta appellatio in præsidium innocentiæ, non autem vt defenderetur malitia appellantis. *Cap. suggestum, & cap. ad nostram, de appel.*

Cedere intercessioni
Oppositionem admittere.

1267 *Friuolæ appellationes*, quòd vanæ, *l. quisquis C. de rescin. vendit. & cap. cum appell. friuol. de appel. in 6.* sicut *Friuola dicta* sunt futilia, & vana, ac leuis fidei. *l. solutum ff. de pignor.* Quid sit *Compellas remota appellatione*, vt habetur *cap. conquestus, de foro compet.* videtur vox remota idem esse atque semota quasi debuerit fieri compulsio, non attenta appellatione: Sic remotum à senatu pro dimisso accepit Modestinus: sic *remotus* pro exhæredato *l. 5. §. ante ff. de lib. & posth.* Non videtur multum differre *Diffugium appellationis* quod habetur *cap. relatum* in fin. *de cleric. non resid.* à subterfugio, & effugio, quamuis diffugium propriè denotet fugam, quæ accipitur in diuersas partes.

Friuolæ appellationes.
Dicta friuola.
Remota appellatione.
Remotus pro exhæredato.
Diffugium appellationis.

Deferre appellationem, & *deserta appellatio*, quid sit, tradit Guido. q. 135. num. 1. & videtur contemnere, non prosequendo. Sic desertum pro neglecto *l. quisquis C. de agric. & censi. lib. 11.* sic *Deserta promissio* pro contempta, & non obseruata Vlpian. *l. 4 §. 2. ff. si quis cautionibus*. Apud Dianam in summa v. Appellatio num. 15. datur quoddam genus appellationis, quæ dicitur *Appellatio arrepto itinere, & sine scripto*, & contingit, v.g. quando regularis à superiore grauatus, & vexatus cum prudenter timeat Apostolos petere, se ad superiorem transfert, & sic facto ipso censetur appellare.

Deserta appellatio.
Deserta promissio.
Appellatio facta.
Alternatiua appellatio.
Coniunctiua appellatio.

Quid sit appellatio alternatiua, & coniunctiua, & an valida, & vtilis, exponit Summa Dianæ v. eod. num. 16. Appellatio (inquit) alternatiuè facta ad plures iudices competentes, v.g. *Appello ad Archiepiscopum, vel ad Papam* aut *Appello ad quem iure possum, & debeo.* Item appellatio coniunctiua: *Appello ad hunc & ad illum*, secundùm aliquos est inualida, & incerta. Sed Panormitanus num. 11. ait quod si iudici competenti alius incompetens per alternationem adijcitur, appellatio non est vitiosa.

Sed quid si vterque iudex appellatus æquè competens sit? Aliqui dicunt appellationem esse inutilem ex incertitudine orta inter iudices. Sed ego (inquit Diana) puto non esse adeo inutilem, vt habeatur pro non scripta. Nam incertitudinem tollere potest appellans, eligendo alterum ex iudicibus nominatis, sed intra terminum appellationis. Hæc ex Magrovicio tom. 1. in *cap. cum consuluit num. 9. & 10. de appellat.*

ELVCIDATIO XVIII.

De tributis, & vectigalibus.

1268 *EXacta elucidatione de iudiciaria administratione, forensibus causis & litibus, de quibus frequentissimus in vtroq; iure sermo est, aggredimur aliam de tributis, quorum passim fit crebra mentio in legibus tam ciuilibus, quàm canonicis. Et ne à consueta elucidandi methodo discedamus, perspicuitate contempta, priùs tributa sub nominibus magis genericis accepta elucidabimus, mox ad elucidanda seorsim specifica, & sub illis contenta descendemus.*

SECTIO I.

De tributis, & vectigalibus in genere.

TRibutum, seu in genere masculinuo *Tributus*, sic enim apud Plautum in Epid. *Tributus maior penditur* iuxta Vlpian. *l. ager. §. stipendium ff. de verb. sign.* à tribuendo dictum creditur: sic enim ait lege citata: *Stipendium ab stipe* (id est, modico ære) *appellatum est, quod per stipes, id est modica æra.*

Tributum vnde dictũ.
Stipendium vnde dict̃

colli-

colligatur. Idem hoc tributum appellari Pomponius ait. Et sanè appellatur à contributione tributum: vel ex eo quòd militibus tribuatur.

Iuxta Aulum Gellium noct. Atticar. lib. 13. cap. 19. & Otaloram de nobilit. par. 1. c. 2 n. 4. dicitur tributum à tribubus, quòd ea pecunia, quæ ad reipublicæ subsidium præcipiebatur solui tributim, hoc est per singulas tribus, iuxta censum, & cuiusque facultates singulis tribui consueuerat. Dicunt alij, annuente Otalora citato, tributum denominari à tribus gentium generibus, ex quibus Romanus populus creatus est: vnde etiam tribunos plebis dictos ferunt.

Tributum quid. stipēdium, & tributum

1269 Est igitur tributum pecunia illa, quæ populo soluenda & tribuenda imperatur. Quamuis tributi, & stipendij, teste Cuiacio obser. lib. 7. cap. 3. hodie nulla sit differentia, tamen olim diuersum nomen & rationem in suo exordio vendicarunt. Nam tributa, postquam Augustus cum populo prouincias partitus est, nuncupata sunt, quæ bello subactæ prouinciæ victori populo pendebant quotannis: quæ verò Cæsaris prouinciæ ad belli subsidia inferebant, stipendia sunt appellata. Et hæc legitima ratio est, cur Tributa à stipendijs, Tributariaque prædia à stipendiarijs distinguantur *l. 46. §. qui compensationem ff. de iure fisci & l. 13. ff. de impens. res do.*

Tributaria, & stipendiaria.

Annona, & tributum. Intributio, & contributio.

Cum annona, prout habetur in *Cod. tit. de annon.* Salarium sit, quod cuique pro capite suo remunerationis causâ datur, illud discrimen obseruat Cuiac. ad Rub. tit. *de annon. & tribus C. l.* 10. tributa in corporibus consistere, veluti auro, argento, ære, equis, vestibus, quæ intributiones, & contributiones dicuntur. Annonas verò in speciebus, veluti frumento, vino, oleo, pane, carne, sale. Conferunt autem, & annonam & tributa possessores seu domini prædiorum prouincialium quotannis, & ipsi prædiorum conductores. *l. fine bar. §. Lucius ff. de admin. tut.*

Census duplex. Census. Censitor.

Sumitur etiam Census, qui à censendo, seu numerando dicitur, pro tributo, & apud Molinam tract. 2. disp. 661. duplex est alter qui soluebatur ex bonis cuiusque pro illorum quantitate, ad quod fiebat bonorum singulorum hominum æstimatio: variatoque eorum bonorum statu, etiam variebatur per censitores, seu æstimatores eorum æstimatio in catalogo *l. forma ff. de censib.* Alter census erat, qui soluebatur non quidem de bonis pro illorum quantitate, qualis prior, qui idcirco dicebatur tributum rei, vel patrimonij, sed qui soluebatur pro capite cuiusq; familiæ, & ideo appellabatur tributum capitis *l. vlt. §. Diuus Vespasian. ff. de censib.*

Vetigal. Telos.

Quamuis Tributum & Vectigal passim accipiantur promiscuè pro eodem, tamen *Vectigal* prout à tributo presse accepto distinguitur, à vehendo est nuncupatum. Græcè vocatur *telos*, & ex hoc deducitur *Telonium* quæ est mensa exposita, vt in ea soluatur, illiusque ratio in ea exigatur: *telones* dicti, qui illud exigunt. *Vectigal* vt sic alio nomine *Portorium* vocatur, Lusitanè *Portagem*, & est tributum, quod soluitur ob asportationem, vel exportationem mercium, vel alterius rei ob transitum, aut propter venditionem, aut contrarium, aut aliquem alium actum. Cum de iure communi in Vectigal solueretur octaua pars rerum, quæ asportabantur, aut exportabantur, ea de causa, qui exigebant tale tributum, *Octauarij* appellabantur *l. ex præstatione & l. à legatis C. de vectig.*

Telonium. Telones. Portorium. Octouarij.

1270 Est aliud vocabulum, quod frequenter accipitur eadem significationis latitudine, qua Tributum, & Vectigal, cum quibus ex vulgari acceptione videtur coincidere, & trito nomine dicitur *Gabella*, quæ vox apud Schardium censetur Italica. Hæc accepta in genere importat publicam exactionem, cum multis alijs, quæ iuxta Syluestr. v. eod. num. 1. sunt pensio, census, pedagium, guidagium, vectigal, tallia, collecta, præstantia, angaria, perangaria, munus, & nonnulla alia quæ infra exponentur sectionibus sequentibus, in quibus animus nobis est descendere ad species tributorum, & singulas elucidare.

Gabella.

Interim nonnulla, quæ cum præcedentibus magnam habent affinitatem, & sunt quædam veluti tributorum species subalternæ (vt loquamur philosophicè) quæ proinde generis naturam sortiuntur, exponamus. *Munus* habet amplam significationem: prout significat officium, à nobis expositum est nu. 337. prout donum num. 976. modò significat tributum, & sic accipitur *tit. ff. de minor. & bonor.* & describi potest onus, quod quis in republica necessariò subit lege, more, vel imperio eius, qui iubendi habet potestatem. Iuxta Azeued. in rub. tit. 14. lib. 6. nouæ Recupil. est triplex, reale, Personale mixtum.

Munus pro tributo.

Reale alio nomine *patrimoniale* est obsequiū quod Principi præstatur de rebus subditorum, vt iumentis plaustris, nauibus: est duplex, aliud quod rebus patrimonij imponitur, & id præstant rerum possessores etiam non municipes: aliud est, quod personæ pro patrimonio indicitur: & hoc solum municipes agnoscunt. *Personale* est, quod per ipsas personas Principi exhibetur: vt seruire certis temporibus in aula, vel Foris; *Mixtum* præstatur patrimonio simul, & persona: vt quando quis suis sumptibus tenetur illum comitari ad bellum.

Patrimoniale munus. Personale munus.

1271 Superest explicandum quid sit onus publicum, Pensitatio publica, Collatio, Illatio, *Onus publicum*, de quo, est tit. 4. cod. lib. 11. dicitur tributum, quod in publicis speciebus, quas nauicularij in naues inferunt vehendas, & transportandas imperatori vel eius fisco soluitur. Nam Romano Imperatori præstari solebant

Onus publicum.

lebant tributa quæ consistebant in speciebus edulibus, & annonarijs, puta frumento, vino, oleo, ac similibus. *l. frumenta C. de susceptor. lib.* 10. Has tenebantur nauicularij, è locis transmarinis suis sumptibus deferre Romam, vel ad castra militum, & *Publicæ species* appellabantur.

Species publicæ. Pensitatio publica. *Pensitatio publica* iuxta Molinam to. 3. disp. 661. num. 3. lit. E. est vox generalis quæ comprehendit sub se omnem censum siue patrimonij, siue capitis. Imò ad plura extenditur, vt notat Gloss. ad rub. *Cod. si propter publicas pensitationes*. At iuxta Azonem in summ. rub. citat. *Pensitationes publicæ* dicuntur annuæ ex actiones tributorum, vel vestium, auri, vel argenti, quæ a certis personis soluebantur fisco. *Exactio. Collatio, & illatio.* *Pensitatio* autem ex vi vocis est quasi pensionis solutio: sicut *exactio* est illius petitio. *Collatio, & illatio* pro eodem vsurpantur in iure *tit. 24. & tit. 31. Cod. lib. 10.* nam iuxta Garciā Toletan. tit. 24. *Collatio*, & tit. 71. *Illatio*, est tributorum quæ imperatori, Regi, Principi, aut *Collatores.* Reipublicæ debentur, contributio, collectio, & præstatio. Vnde *Collatores* sunt qui Principi tributa illa exoluunt.

SECTIO II.

De tributis, & vectigalibus in specie.

1272 Tributum communissimè acceptum, teste Suario de leg. lib. 5. cap. 13. n. 2. diuiditur in reale, personale, & mixtum *Reale* dicitur, quod pro rebus immobilibus, & de earum fructibus, quotannis soluitur, ea ratione qua decimæ Ecclesiasticæ soluuntur. *Personale* est, quod soluitur pro personis, & propriè dicitur census. *Mixtum* est, quod soluitur pro rebus præsertim mobilibus simul & personis, vt Gabella, seu Alcaualla pro rebus venditis, & Vectigal pro mercibus inuectis in prouinciam, aut ex ea euectis. *Vectigal* apud Lessium lib. 2. cap. 33. num. 3. multiplex est: nam quod soluitur pro transuectione mercium per pontes, & flumina *Portorium*, vulgò *Portagem* appellatur. Quod soluitur à transeuntibus per aliquam viam, aut locum, pro custodia viarum, *Pedagium*, & *Guidagium* nuncupatur.

Tributum reale. Personale tributum. Vectigal. Portorium. Pedagium. Guidagium.

Alcauala. Quod soluitur ex rebus venditis, aut permutatis, Castellani *Alcaualam*, Lusitani *Sisam* vocant. De Alcaualæ nomine & origine Mol. tom. 3. d. 663. num. 1. Addit idem Molina tom. 3. d. 662. num. 1. id. Vectigal quod soluitur in confinijs regnorum, quando terra aliquid asportatur de regno in Regnum, aut etiā mari, *Aduanam* ab Hispanis appellari. *Gabella, Datia, Tallea, Passagium, Pontiuagium, Guidagium*, sunt voces Italæ, quæ pro vectigali modò latè, modò presè accepto vsurpantur.

Aduana. Gabella. Datia. Tallea. Passagium. Pontiuagiū.

1273 Apud Castellanos multiplex in specie census est, quem vulgaris sermo multipliciter nominat. Nam *Moneda forera* dicitur summa sexdecim marauidinorum, quæ de septennio in septennium ab vnoquoque familiæ capite regi soluitur. *Martiniega* est summa duodecim marauidinorum, quam regi soluit quotannis vnusquisque sui iuris in festo S. Martini, à quo nomen habet. *Moneda. Forera. Martiniega*

Marcadga est tributum simile dictum à mense Martio, quòd in eo solueretur. Vt intelligatur quid sit *Superindictum*, de quo est titulus 18. *Codicis lib.* 10. notat Tolet. ad tit. 17. num. 2. tributa esse in duplici genere, alia dici *ordinaria*, nempe quæ à lege, certis regulis perpetuò imponuntur *l. vnic. C. de vacat. publici mun.* Alia dici *extraordinaria*, & sunt, quæ non semper, nec ordinariè, sed extraordinariè, & ad tempus imponuntur pro aliqua vrgenti necessitate quæ superuenit, vt si rex opprimatur bello, ad quod eget pecunijs. *Marcadga. Ordinaria tributa. Extraordinaria tributa.*

Cum igitur *Indictum* sit tributum ordinariū, *Superindictum*, quasi indicto superadditum dicitur, & est tributum extraordinarium, quod à Principe ad tempus propter aliquam temporalem, & præcisam indigentiam imponitur. Non multum dissimile est tributum, quando Princeps aut Respublica petit à subditis certā aliquam summam pro necessitate, aut vtilitate occurrente, scilicet ad bellum gerendum, aut pontem reficiendum, & singuli pro quantitate patrimonij contribuunt. Hæ contributiones Latinè vocantur *Colleta*, & *Præstantiæ*, Italicè, & Gallicè *Tallea* Castellanè *Derramas*, Lusitanè *Fintas*. *Heratio* idem est, quod colleta apud Alberic. V. cod. *Indictum. Superindictum. Collecta. Præstantia. Tallea. Fintas. Heratio.*

1274 *Stipendium* apud *Vlpian. l. ager. ff. de verb. signif.* interprete Molina disp. 661. num. 10. est tributum à stipe dictum, quod per stipes, id est, modica æra colligitur, vt inde mercedes militibus soluantur, quæ etiam vocis extensione stipendia vocantur. Quid sit *Angaria*, & *Perangaria* siue fœminini generis in numero singulari, siue neutrius in plurali, de quibus, est *titul. 51. Cod. lib. 22.* exponit ibidem Toletan. num. 7. Otalora, de nobilib. 1. p. cap. 3. num. 23. & Mol. cit. n. 13. iuxta quos. *Stipendium pro tributo.*

Angaria interdum est grauis impositio, seu extorsio iniusta à Principe, sic dicta à verbo *Ango, is* quod significat affligere, seu cruciare; *Perangaria* est grauissima, & iniustissima extorsio: nam præpositio illa (per) auget sensum *l. vrbana §. pernoctare ff. de verb. signif.* interdum *Angaria* est minus personale, & exhibitio operæ sine sumptu proprio, id est, sine erogatione proprij patrimonij: *Perangaria* verò est munus mixtum, atque adeo exhibitio operæ proprio sumptu. Oppositum sentit Gloss. *c. non minus de commuui Ecclesiast.* verb. *angarijs*. Nempe vt Angariæ dicantur munera personalia proprijs sumptibus, & *Perangariæ* sumptibus *Angaria. Perangaria. Ango. Perangaria.*

ptibus alienis. At tit, citato Codicis vtrunq; vocabulum ſignificat equorum, ſeu iumentorum, aliorumque animalium præſtationes ad curſum publicum, ac neceſſitatem à Principe prouincialibus impoſitas onerum vehendorum per curſum publicum *l.* 10. & 11. *ff. de vacat. muner.*

Vectigal. Seruitium. Montadgo. Aſadura. Impoſitio.

1275 *Vectigal* quod Latini *Seruitium*, Caſtellani appellant *Montadgo* ſoluitur ob tranſitum pecudum à termino in terminum: item, dum eiuſmodi animalia vendenda deferuntur ad nundinas. Aliud quod vocant, *Aſadura* eſt ſi pecora ad certum numerum perueniant, vt ſoluatur vnum, quod receptor eius tributi elegerit, modò non ſit dux gregis, ſcilicet deferens tintinnabulum. Ita Molin. diſp. 662. num. 9. qui diſp. 665. latè explicat quodnam ſit apud Luſitanos tributum impoſitionis, quod *Empoſicam* vocant, pro hoſpitio curiæ Regis præſtando.

Empoſica.

Lucratiua. Deſcriptio.

Lucratiua deſcriptio, de qua eſt titulus 35. Codicis lib. 10. interprete Toletano ibid. dicitur ſolutio quatuor ſiliquarum, quæ tributi nomine præſtantur fiſco ex rebus immobilibus, quas Decuriones, vel Curiales in alios qui non ſint de numero Decurionum, vel Curialium, titulo lucratiuo transferunt. Quid ſit tributum Gleba, & Follis de quibus eſt *tit.* 2. *C. lib* 12. varijs allatis, & reiectis authorum opinionibus, ſic exponit Toletan. ibid. num. 3. & 5. *Gleba* alio nomine *Glebæ profeſſio*, alio *Glebalis penſio*, alio *Glebale aurum*, dicebatur præſtatio ſeu tributum quod ratione glebæ, id eſt terræ, ſeu fundi, quem poſſidebat, fiſco ſoluere prætores tenebantur, cum ex ſenatoribus ad præturæ dignitatem euocabantur. *Follis* eſt aurei nummi genus, qui etiam à ſenatoribus in præturam electis pendebatur. Inter *Glebam & Follem*, eſt diſcrimen, quod Senatores in præturam electi, quibus nulla erat poſſeſſio, nullus fundus, duos *folles* id eſt duos nummos aureos fiſco ſoluebant, *Gleba* autem non niſi ex fundis, ſeu prædijs ſoluebatur.

Glebæ pro tributo. Glebalis penſio. Follis pro tributo.

1276 Sunt præterea aliæ tributorum ſpecies declarandæ ſcilicet emplemata, iugatio, optio, oſpratura, ſolarium, coruata, ſuperexactio, & Canon militaris veſtis. Emplemata apud Alex. Scot. v. eod. dicuntur impoſitiones: nam Emple dicitur à Græcis quod à Latinis impoſitio. *Iugatio* habetur *l. immunitates C. de agric. & cenſit lib.* 11. & fuit vectigal quod iugeratim, hoc eſt de ſingulis iugeris præſtabatur. Luſitani vocant *iugadas*. Eius immunitas, niſi à Principe ſpecialiter conceſſa foret, nullius momenti habebatur: *Optio* ſumitur, *l. pen. C. de iure fiſci lib.* 10. pro quodam genere exactionis.

Emplemata Emple. Iugatio. Optio.

Oſpratura habetur *l. vlt.* §. 2. *ff. de mun. & honor.* & munus patrimoniale ſignificat: vox autem ficta eſt ex Græco vocabulo *oſpra* quod varios fruges minutos, & legumina ſignificat. *Solarium* reperitur *l.* 2. *ff. ne quid in loco pub.* & eſt vectigal, quod reipublicæ ſoluitur ob publici ſoli occupationem. *Coruata* eſt certum vectigal, ſeu tributum apud Gallos, quod latè explicat Papa q. 472. vbi aſſerit *Coruatam* deriuari à verbo coadiuuo, & propriè eſſe coadiuuationem diurnam, ſeu vnam operationem diurnam, ſeu vnam operam coadiuuantem: vulgò dicimus *Dia de ſeruiço*, quam tenentur inferiores ſuperioribus præſtare tãquam onus & munus perſonale, ſiue fodiendo, arando, & fænum colligendo, ſiue blanda per aſinos aut boues ducendo.

Oſpratura. Oſpra. Solarium. Coruata.

Superexactio vt habetur in gloſſ. ad rub. *Cod. de ſuperexact. lib.* 10. eſt vltra debitum exactio. *Canon militaris veſtis* habetur ſub titulo 40. *de militari veſte C. lib.* 12. & fuit tributum ad veſtes militares deputatum; quod præſes prouinciæ à chalendis Septembris vſque ad chalendas Aprilis exactum debebat tradere ſacris largitionibus, id eſt burſæ fiſcali. *Canon frumentarius* de quo eſt tit. 22. *Cod. lib.* 11. accipitur pro tributo ordinario, quod imperatoria prouincialibus penditur. Frumentum enim extenditur ad omne id quod ariſta in ſe continet, vt triticum, hordeum, auena, & ſimilia. Quid autem ſit canon, diximus n. 184. & 998.

Superexactio. Canon militaris veſt. Canon frumentarius.

SECTIO III.

De alijs ſpectantibus ad tributum.

Tributarij, Cenſitor.

1277 TRibutarij dicuntur, qui tributo ſoluendo obnoxij ſunt *tributoria* actio, quid ſit, ſupra expoſuimus. *Cenſitor* habetur *l. forma* §. *illam ff. de cenſi.* & eſt, qui recipit præſentationes collectorum coloni, & pignoris iure venditi prius, ſi cenſus non ſoluitur. *Vectura* ſumitur pro vectigali, ſiue naulo. Iuxta Azonem in ſumma cod. *vectores* ſunt non ſolum qui vehunt, ſed etiam qui vehuntur in naui, *vectitor* eſt portior, qui ſolum vehit. *Arcalia* apud Spiegel v. eod. pro fiſci quodam iure particulari. *Diſcuſſores* de quibus eſt *tit.* 30. *C. lib.* 10. interprete Toletan. ibid. vocantur illi, qui fiſcalibus rationibus præſunt, ad quorum munus ſpectat inquirere, & diſcutere, qui ſint in vnoquoque municipio, vel ciuitate fiſcalium tributorum debitores, eoſque in albo deſcribere, itemque inquirere, æſtimare, taxare, & adæquare facultates, patrimoniaque incolarum, vt iuſta fieri poſſit impoſitio, contributio, & collatio. Hi *Peræquatores* dicuntur *l. qui grauatos* C. de conſi. lib. 11. *Inſpectores* de quibus eſt tit. 57. C. lib. 11. ſunt qui mittebantur per cenſitores ad videnda prædia, an rectè eſſent à peræquatoribus æſtimata, & adæquata.

Vectura. Vectores. Vectitor. Arcalia. Diſcuſſores. Peræquatores. Inſpectores.

1278 *Reliquari* eſt reliquum apud ſe retinere; & quidem *Reliquari* dicitur, qui integrè non ſoluit. *l. Lucius ff. de admin. tut.* vbi *Reliquatio* ſumitur pro retentione, & alibi pro reliquo-

Reliquari. Reliquatio.

reliquorum, assignatione *Reliquator* est debitor ex mala administratione *l. creditor ff. de solu.* Vnde *Reliquatores vectigalium* apud Alciat. lib. 4. de verb. sign. sunt, qui reliqua publico debent. *Excusatio munerum*, quid & quotuplex sit, iam alibi diximus, & an coincidat cum immunitate & vacatione, declarat Toletan. ad rubr. *ff. de excusat. tutel. & cur.*

Excusatio munerum.

Bastaija. *Bastaija* corruptum ex *Bastagma* vt sumitur ex *l. 3. C. de cohort. lib. 12.* est ferculum accommodatum portandis rebus fiscalibus; *Costum* apud Martian. *in l. vlt. §. 5. ff. de public.* inter species ad vectigal pertinentes recensetur, est autem, teste Plin. lib. 12. cap. 12. arbuscula aromatica Indis maximo in pretio, cuius radix & folium gustu feruens, odore eximio. *Species & corpora* in tributis distinguuntur, nam tributorum fiscalium (inquit Toletan. ad tit. 63. cod. lib. 10. n. 1.) quædam præstantur in speciebus, veluti frumento, vino, & alijs similibus, quæ in publicis horreis reconduntur: alia verò penduntur in corporibus, putà in auro, argento ære, & pecunia, quæ in arcam fiscalem inferuntur *Exacta pecunia* dicitur non solum per solutionem, verùm etiam si per delegationem satisfactum est *l. verbum exacte. ff. de verb. sign.*

Species, & corpora in tributis. *Exacta pecunia.*

1279 Quod attinet administros, quibus cura est exigere, & seruare tributa, sunt in multiplici differentia. *Publicani* vt sumitur ex *l 1. ff. de public. & vectig.* nomen habent à publicis vectigalibus administrandis, & sunt constituti siue vt publica vectigalia exigant siue vt tributa conducant; & sic etiam vocantur conductores vectigalium. De iure communi vt habetur *l. ex præstatione & l. allegatis. C. de vectig.* in vectigal soluebatur octaua pars rerum, quæ asportabantur, aut exportabantur, & ideo *octauarij*, (vt ait Molina disp. 662. num. 2.) vel octauarij (vt ait Alex Scot. v. cod.) dicebantur qui id tributum exigebant.

Publicani. *Octauarij. Octouarij.*

Exactores. *Exactores* tributorum de quibus est titulus 19. *Cod. lib.* 10. appellantur, qui omnia tributa imperatori, Regi, aut Principi, vel Reipublicæ debita exigunt, ac iustè nomine fisci petunt; & multiplicem nomenclaturam subeunt; alij enim dicuntur Ducenarij, alij centenarij, & sexagenarij, alij opinatores. *Ducenarij* sunt, qui numerum ducenarium complent, vel rectius, quia à ducentis personis solum possunt exigere tributa, eadem ratione centenarij, & sexagenarij explicari debent. *Opinatores* vt habentur *l. opinatoribus C. de erogatione mil. ann. lib.* 11. sunt exactores militaris annonæ, & sic dicuntur, quòd exigant, & petant *opinionem* id est censum agri, & tributum annonæ quod militibus erogatur.

Decenarij. Dentenarij exactores. *Opinatores.* *Opinio. i. census.*

1280 Differunt exactores à susceptoribus, Præpositis, Arcarijs, & superexactoribus Nam *exactores* sunt, qui primo imediatè à debitoribus tributa exigunt, & colligunt *Susceptores*, sunt, qui ab ipsis exactoribus tributa iam exacta, & collecta recipiunt, vt docet Glos. ad *rub. Cod.* de susceptor. lib. 10. *Eulabes*, iuxta Alciat. in tit. *C. de præp. labor.* 12. significat susceptorem negotiorum. Susceptores (vt docet Garcia Toletan. ad tit. 23. cod. lib. 10.) vel sunt particulares, vel generales. Particulares dicuntur, qui singulis prouincijs præpositi sunt ad suscipienda tributa, quæ exactores cuiuslibet oppidi vel ciuitatis, habent exacta & collecta, & etiam *Palatini* vocantur.

Exactores, & susptores *Eulabes.* *Palatini.*

Generalis est, qui in vrbe Regia & curia, suscipiendis tributis, omnibusque largitionibus iam collectis, quas susceptores particulares ad eum transmittunt præpositus est, & *Comes sacrarum largitionum* appellatur. Susceptor particularis in qualibet prouincia erat duplex, alter, qui suscipiebat tributa fiscalia Specierum de manu exactorum, alter, qui de manu eorum suscipiebat fiscalia in corporibus consistentia. Quæ fuerint species & corpora in tributis, exposuimus n. 1278.

Generalis. *Comes sacrarum largitionum.*

1281 *Præpositus* (vt tradit idem Toletan. in tit. 7. C. lib. 10. num. 5.) erat quidam officialis, quem susceptor particularis specierum eligebat, vt tributa specierum, manibus ipsius susceptoris acciperet, & in fiscalibus horreis reponeret: sic dictis, quòd publicis ac fiscalibus horreis ad huiusmodi munus à susceptore præpositus esset *Arcarius* de quo etiam est prædictus titulus, iuxta authoris proximè citati, num. 6. declarationem, fuit similiter officialis, quem alter susceptor particularis corporum eligebat, vt de manu ipsiusmet susceptoris tributa in corporibus consistentia acciperet, eaque in arca fiscali, ac publica reconderet ac custodire: vnde *Arcarius* dicebatur.

Præpositus. *Arcarius.*

Superexactores de quibus est tit. 20. Cod. lib. 10. citato authore interprete ibid. num. 21. sunt, qui prætextu fiscali tributorum nomine iniustè, & supra id, quod verè debitum est, quidquam à prouincialibus in iudicio, vel extra petunt & exigunt. Nam dictio *super* illo loco significat idem quod vltra id, quod exactores exigere solent, ac debent. *Persecutores auri publici* de quibus est tit. vlt. 72. *Cod. lib.* 10. quamuis iuxta *Accurcim.* Sint decoctores, rectiùs tamen particulares auri susceptores dici oportet. Nam *Persequi* etiam significat in iudicio petere, exigere, & suscipere *Instit. de action. init.*

Superexactores. *Persecutores auri publici.*

1282 Apud Lessium lib. 2. cap. 33. n. 45. in margine idem videtur esse *Redemptor*, quod exactor. Apud Tullium, lib. 2. de diuinat. *Redemptor* est, qui certo pretio conducit aliquod opus faciendum. Apud Legistas *l. Cæsar in prin. ff. de publ.* est vectigalium emptor, seu potiùs conductor. Nam *Redimere* aliquando significat simpliciter emere. Ad prædictos

Redemptor. *Redimere*

spectant numerarij, Actuarij, & exceptores, de quibus est *tit.50. C. lib 12.* Numerarij dicti à numerando, sunt quibus incumbit numerare & calculare debitores fiscales, eosque describere, ac tributum susceptoribus ostendere.

Numerarij.

Actuarij sunt, quibus incumbit species annonarias, quas à susceptoribus accipiebant militibus erogare. Sic dicti quòd in actis scriberent apochas de militaribus annonis. *Exceptores* iuxta Accurs. & Plateam sunt, notarij qui in se excipiunt, & in scriptis reducunt. At videntur sacri scrinij officiales esse, sicut & adiutores. *Anquirere pecunia & capite*, apud Liuium lib. 8. Veteres dicebant pro multam irrogare, vel ad populum ferre de multa, vel capite alicuius, vt eam populus aut iubeat, aut antiquèt.

Actuarij.

Anquirere.

Certare cum vsuris fructibus prædiorum, apud Tullium Caril. 2. dicuntur quorum vectigalia vix, aut ne vix quidem vsuris persoluendis paria esse possunt. *Reductum, & Redacta pecunia* quid sit, exponit Papinian. *l. si possessor 1.§.redactæ ff. de petit. hæred. Redactam* (inquit) *sic accipiemus, non solum iam exactam, verùm & si exigi potuit, nec exacta est*. Vbi Bart. Redactum (exponit.) dicitur, quod non est exactũ, sed exigi potest, est autem *Redigere* propriè vi quadam, vel industria ducere ad aliquid: sic seruus in dominium redigitur. *l. & Seruorum ff. de stat.hom.Præstigere* apud Latinos pro multum certare: in iure pro exigere, vt varijs textibus Alber.v. eod.

Certare cum vsuris. Redacta pecunia.

Redigere. Præstigere.

ELVCIDATIO XIX.

De Beneficijs Ecclesiasticis.

1283 **F**Inem imponemus virtuti iustitiæ hac *elucidatione de beneficijs, vtpote in quibus multiplex, imò omnigena ratio iustitiæ exercetur tum à præsentantibus & eligentibus, tum à conferentibus & administrantibus beneficium. Explicandum in primis erit quid & quotuplex sit beneficium, deinde quid spectet ad beneficij acquisitionem & amissionem: tandem quid & quotuplex sit Simonia, quasi præcipuum in beneficijs locum tenens.*

SECTIO I.

Quid, & quotuplex sit beneficium.

BEneficium apud Latinos est munus in aliquem collatum, cum de altero quis benè meretur: ac proinde est id, quod in alterius salutem & vtilitatem collocamus. Apud Legistas sumitur pro priuilegio *l. vlt. ff. de const. princ.* Item pro officio seruiendi, quod homo homini tribuit ex liberalitate, *in vsibus feud. de milite vas. c. Vbertus. Beneficium iuris* est id, quod à iure conceditur & indulgetur. *Beneficium epistolæ diui Adriani* de quo fit mentio §. *si plures instit. de fideiuss.* Est si vnus e multis fideiussoribus de toto debito conueniatur rectè excipiet, pro rata parte duntaxat soluenda.

Beneficium quid.

Beneficium iuris.

Beneficium epistolæ.

Apud Canonistas & Theologos, sumitur pro annuo prouentu Sacerdotis, vel clerici, quem percipit ex ecclesiæ bonis, nimirum agris, prædijs, primitijs, decimis, & rebus alijs. In hac acceptione dicitur *Beneficium ecclesiasticum*, & iuxta Azorium tom. 2. lib. 3. cap. 1. q. 1. & Lessium lib. 2. cap. 34. num. 1. ex varijs sic definitur; *est ius perpetuum percipiendi fructus ex bonis ecclesiasticis propter aliquod officium spiritnale, authoritate Ecclesiæ constitutum.*

Beneficium ecclesiast.

Vnde constat tria posse in beneficio distingui. Primum est officium, seu obligatio, qua quis tenetur functionem spiritualem obire, vt facere sacrum, recitare horas canonicas, administrare Sacramenta. Secundum est ius perpetuum percipiendi certos reditus ex bonis ecclesiasticis: quod est propriè beneficium, & censetur spirituale, quia oritur ex officio spirituali in quo fundatur. Tertium sunt ipsi fructus temporales, qui debent percipi ex bonis ecclesiasticis nempe Deo dicatis.

Beneficium quotuplex.

1284 Quod attinet ad multiplicitatem, beneficium, vt ex Selua Rebuffo, & antiquioribus desumunt citati Azor q 4. Lessius num. 5. & Palaus tr. 13. de 1. pun. 2. num. 5. dicuntur 1. & principaliter in regulare & seculare. *Regulare* dicitur, quod pro regularibus est institutum, atque adeo conferri nequit nisi clericis religionis solemni voto, & regula monachali adstrictis, qualis Abbatia, Prioratus, & Canonicatus regularis. *Seculare* dicitur, omne illud quod non est pro regularibus institutum, aut illis peculiariter annexum, atque adeo confertur, in clericos omni religiosorum voto & regula solutos: in regulares autem conferri nequit sine dispensatione Papæ, nisi curatum sit.

Regulare beneficium.

Seculare beneficium.

Diuiditur, 2. in simplex & non simplex, seu duplex, *Simplex* dicitur, quod non est aliqua iuris qualitate affectum, atque adeo neque administrationem, neque eminentiam singularem habet, sed solum fuit institutum, ad preces Deo fundendas, aliave diuina officia obeunda, quales canonicatus; & præstimoniũ. Nõ simplex dicitur, quod habet aliquam specialem & solemnem iuris qualitatem: siue habeat administrationem cum iurisdictione, qualis Papatus, Patriarchatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, & alia huiusmodi: siue administrationem sine iurisdictione, quale officium Thesaurarij Ecclesiæ, qui res Ecclesiasticas administrat sine iurisdictione: siue eminentiam sine iurisdictione, vt honorificum locum in choro, in processionibus, in dandis suffragijs, qualis Cantoria, & similes, qui *Personatus* appel-

Simplex beneficium.

Personatus.

appellantur. Ad hæc ſpectant parochialia ſeu curata, cum præter recitationem precum, quæ communis eſt omnibus, habeat etiam adminiſtrationem, vel certè eminentiam aliquam.

Curatum beneficium.

1285 Diuiditur 3. in curatum & non curatum. *Curatum* eſt per quod beneficiarius curam animarum habet, ſiue habeat authoritatem ius dicendi alijs clericis, quæ cura ad forum externum ſpectat, ſiue habeat facultatem Sacramenta miniſtrandi, quæ cura ſpectat ad forum internum. Non curatum eſt per quod beneficiarius nullam animarum curam habet. Diuiditur 4. in manuale, & non manuale. *Manuale* dicitur illud quod ad nutum eius, qui confert, reuocari poteſt. Non manuale eſt, quod adimi nequit niſi certis de cauſis iure conceſſis, aut permiſſis. Diuiditur 5. in electiuum, collatiuum, & mixtum. *Electiuum* eſt, quod datur per electionem à canonicis factam, & à ſuperiore confirmatam. *Collatiuum* eſt, quod abſoluta, & libera ſuperioris voluntate confertur. *Mixtum* eſt, quod patrono deſignante, ſeu præſentante, & Epiſcopo inſtituente confertur.

Manuale. *Electiuum.* *Collatiuum.* *Mixtum beneficium.*

1286 Sub prædictis continetur beneficium reſeruatum, affectum, monoculum, parochiale, incompatibile, exemptum, præſtimonium, capellania, vicariatus, & patrimoniale. *Reſeruatum* eſt id quod Superior habens poteſtatem, ad ſe auocat, vt ſolus conferre poſſit. Ex reſeruatis apud S. Pontificem ſunt illa quæ *Conſiſtorialia* appellant. Sic autem definitur *Reſeruatio*: eſt alicuius beneficij eccleſiaſtici vacaturi per habentem ad id poteſtatem ad ſe facta auocatio. Duplex cenſetur: altera generalis, qua plura beneficia vnius generis ſibi Papa reſeruat: v.g. omnes eccleſias Metropolitanas: altera Specialis, vel ratione loci, vt cum beneficia certæ eccleſiæ reſeruantur: vel ratione beneficij, vt cum certa dignitas reſeruatur; uel ratione perſonæ, vt cum Papa iubet tale beneficium cum primum uacauerit, Paulo clerico conferri. Ita Azor. to.2.l.6. c.34.q. 2.& 3. ubi Reſeruata beneficia etiam dicuntur ea quæ exempta ſunt, & ea, quorum conferendorum poteſtas ſoli Papę iure communi, & ordinario conuenit.

Reſeruatum beneficium. *Conſiſtoriale beneficiũ.* *Reſeruatio beneficij.*

Affectum dicitur id, cuius conferendi poteſtas ſemel ad Papam ita pertinet, ut nullus inferior conferre queat. v.g. contulit Papa alicui beneficium, ſed collatio non valuit ob clerici impedimentum, tunc illud manet affectum, ſeu addictum Papæ: quia adhuc iterum eſt Papæ, & non ordinarij authoritate conferendum. Vnde differt reſeruatum ab affecto, quòd illud nunquam amplius loci ordinarius conferre poteſt at effectum poteſt, quidem, ſed non tunc, cum eſt Papæ addictum, & obligatum.

Affectum beneficium.

1287 *Monoculum* beneficium, de quo Gloſ. *in clem.* 1. *de preb.* appellatur, quod eſt vnicum in aliqua eccleſia, vel ciuitate, & ad alicuius ordinarij ius, & poteſtatem conferendi pertinens. Hoc (inquit Azor. p.2.l.6.c.32. q.6.) non venit clauſula generali reſeruatiua. Quia non creditur voluiſſe Papa ſpoliare omninò ordinarium iure conferendi, ne eum vnico veluti lumine, quo fruitur, orbare videatur.

Monoculum beneficium.

Parochiale beneficium, & *curatum*, ſeu curam animarum habens differunt iuxta Innocen. *cap. cum ſatis de offic.* nam beneficium cui animarum cura annexa eſt, latiùs patet, quàm *Parochiale*: nam ius beneficij Parochialis conſiſtit in hoc, vt Parochus habeat populum, cui Sacramenta, & ſepulturam miniſtret, & cui diuinum verbum annunciet. Vnde omne parochiale habet annexam curam animarum, non & contra. Sunt enim dignitates habentes curam animarum cum iuriſdictione in clericos, & laicos, vt poſſint eos excommunicare, ſuſpendere, ſacris interdicere, abſoluere, viſitare, capere, incarcerare, & hoc ſine parochiali beneficio.

Parochiale beneficium. *Curatum beneficium.*

Parochus fuit olim qui legatis publicè Romã miſſis ſalem, & ligna, hoc eſt, omnẽ rerũ copiã ſuppeditabat: hinc *Parochi* in eccleſia ſunt qui populo diuinum Sacramentorum, & doctrinæ pabulum ſubminiſtrant. Sunt impropriè Parochi, quos Epiſcopus deputat parętijs ad nutum amouibiles. Et hi non cenſentur approbari ad confeſſiones, iuxta Triden. ſeſſ.23. de refer.2. 15. vt tenet Granad.to.10. diſp.15. ſect.1.n.2. *Parochia* ſumitur 1. pro tota diæceſi *diſt.92. c.ſi quis ordinatus*, 2. pro certa alicuius diæceſis eccleſia habente populum certis limitibus diſtinctum. Et quidem *Parochialis Eccleſia* in eo dignoſcitur, quod habeat populum certis finibus diſtinctum, qui in illa ſuſcipere Sacramenta, ipſo iure compelletur. Vide hæc & plura apud Azor.p.2.l.3.c.12.q.3.& 4.

Parochus. *Parochia.* *Parochialis Eccleſia.*

1288 *Incompatibilia beneficia* ſunt quæ nec iure, nec conſuetudine ſimul haberi poſſunt. Compatibilia dicuntur, quæ vel iure communi, vel ſaltem cõſuetudine ſimul haberi queũt. De vtriſqe agunt Leſſius l.2.cap.34.dub.27.& Azor.p.2.l.6.c.10. *Exemptum* beneficium intelligitur tripliciter, 1. quia eſt Romano Pontifici ſubiectum; 2. quia Abbati, vel alteri prælato iuriſdictionem Epiſcopalem habenti eſt proximè ſubiectum, 3. quia eccleſia eſt extra Epiſcopi iuriſdictionem licèt populus ſit Epiſcopo ſubiectus. *Præſtimonium*, alio nomine *præſtimonialis penſio*, & alio apud Caſtrum Palaum tr.17.d.3.p.13.nu.12. *Sin cura* Luſitani dicunt *Apeſtimo* eſt in duplici, differentia, vt notant Hoieda de incompat.2. p.c.8.n.10. & Flamin. de reſign.ben.l.2.q.1.a n.142.

Incompatibile beneficium. *Cõpatibile.* *Exemptum beneficium.* *Præſtimonium.* *Sin cura.*

Quamuis enim *Præſtimonium* abſolutè ſit portio ex beneficiorũ prouentibus detracta in perpetuum, atque adeo per hoc diſtincta à penſionibus, quòd hæ ſint vitalitię, ſeu conceſſæ ad

tempus vitæ: tamen ex fine distinctionem subit: nam aliud institutum est, tanquam stipendium, vt conferatur studentibus, vel militantibus pro defensione ecclesiæ, absque aliquo spirituali onere: & huius generis nonnulla in Lusitania reperiuntur concessa Marchionibus de Villa Real. Aliud institutum est, vt detur clericis cum onere recitandi officium diuinum, quod sufficit vt vnum beneficium simplex dici possit iuxta Suar. de Simon. cap. 25. & Garciam de benefic. p. 1. c. 2. à n. 117. vbi multos citat.

Capella vnde dicta.

1289 *Capella* dicitur à caprarum pellibus, quibus olim Franci tuguria operire consueuerunt, vt rem diuinam facerent. Vel certè capella est nomen Francicum quo significatur tegumen, quod veluti tentorium sibi reges Francorum extruebant in castris militaribus, vt sacrum audirent. A capella nomen habet *Capellania*: inter vtramque vide quod discrimen ponat Az. p. 2. l. 3. c. 1. q. 5. Vide similiter, quæ diximus de discrimine inter capellam & maioratum n. 1121.

Capellania duplex.

Vt intelligatur, an *Capellania*, sit beneficium, notat Suar. de hor. can. cap. 4. art 11. duplicem esse *Capellaniam* alteram collatiuam, quæ authoritate Episcopi erigitur, etiam si ex bonis laicis dotetur, & penes laicum Patronum ius præsentandi maneat: alteram non collatiuam, quæ à patrono laico conceditur, sine collatione prælati: v. g. quando laicus relinquit sua bona cum hoc onere, vt certa quædam Pensio quotannis alicui clerico detur ad tot missas celebrandas. Hæc posterior, neque beneficium est, neque inducit obligationem recitandi officium canonicum. Prior (inquit Sebast. Cæsar. in Hierarch. Eccles. disp. 14. §. 3. num. 1.) verè beneficium erit si authoritate Prælati ita fuerit instituta, vt eam obtinens in perpetuum intituletur: secùs si ad certum tempus, vt Capellanus Academiæ Conimbricensis, vel ad nutum fuerit amouibilis, vt Capellanus Sedis Conimbricensis.

Collatiua capellania.

Vicarius.

1290 *Vicarius* ex vi nominis, tam in iure ciuili, quàm canonico (in vtroque enim extant tituli de officio Vicarij) dicitur ille qui alterius vices gerit. Vicarius in iure canonico adæquatè diuiditur in perpetuum, & temporalem: ad alterum verò è duobus membris spectat Vicarius S. Pontificis, de quo egimus num. 278. & vicarius Episcopi quem *officialem* vocant, de quo latè agit Azor. p. 2. l. 3. c. 6. *Vicarius perpetuus* is dicitur, qui Episcopi authoritate, & canonica institutione delectus in parochiali Ecclesia constituitur, eique certa ex annuis prouentibus Ecclesiæ portio assignatur tanquam laboris, & operæ merces. *Cap. extirpandæ §. qui vero de præb.*

Officialis. Vicarius perpetuus.

Vicarius temporalis is dicitur, qui authoritate alicuius in locum alterius, ad tempus sufficitur, & ad nutum eius, qui ipsum substituit, reuocari potest. Vicariam, seu Vicariatum perpetuum esse in rigore beneficium, minimè verò temporalem, docet Cæsar citatus §. 8. num. 1. *Patrimoniale* beneficium quale apud Hispanos in diæcesi Palentina, Burgensi, & Calaguritona (vt refert Az. p. 2. l. 3. c. 9. q. 4.) dicitur illud, quod ex statutis legitima authoritate approbatis conferri nequit, nisi clericis ex patria, loco, vel parochia oriundis: vnde quasi à patria Patrimoniale nuncupatur.

Vicarius temporalis.

Patrimoniale beneficium.

1291 *Beneficij appellatione* largè accepta, seu generaliter veniunt omnia tam secularia, quàm Regularia, tam maiora, quàm minora, siue curata, aut simplicia, siue dignitates, aut præbendæ, vt tenent Flamin. Peres de confid. q. 28. num. 38. Riccius in praxi aur. resol. 292. & Nicol. Garc. de benef. p. 1. c. 6. num. 37. Strictè verò, & in odiosis, prout in dispensationibus venit solum simplex: vnde iuxta Sanrarel. Var. p. 1. q. 38. num. 17. & Sayrum de consl. 6. c. 11. num. 25. Papa dispensans cum illegitimo ad beneficium obtinendum, censetur dispensare ad simplex tantum.

Beneficij appell.

Beneficij appellatione veniunt etiam dignitates, si materia non sit odiosa: at in materia odiosa, & pænali non venit dignitas. Ideo dispensatus ad beneficium etiam curatum, non censetur dispensatus ad dignitatem: imò dispensatus ad dignitatem non dicitur dispensatus ad maiorem dignitatem post Pontificalem, item in mandato ad beneficia curata, & quæcunque alia non includitur dignitas curata. Ita cum multis Barb. de app. Verb. Ap. 32. Beneficij appellatione, nec venit pensio, nec distributiones quotidianæ, nec Beneficium destinatum ab Episcopo, & capitulo, nisi sit actualiter erectum. Item in materia stricta non venit præbenda, atque adeo dispensatus ad beneficia etiam curata, non censetur dispensatus ad præbendas, & canonicatus Ecclesiæ Cathedralis: in concessionibus non venit curatum beneficium. Vnde quando alicui mandatur prouideri, prouisio non est facienda de curatis. Beneficij appellatione, nec veniunt manualia, nec vicariatus temporalis, nec præstimonium consistens in sola temporalitate. Denique appellatione generali non veniunt beneficia exempta, sicut nec appellatione beneficiorum diæcesis. Est autem discrimen inter has enunciationes, *De Beneficijs in sua diæcesi, & De sua diæcesi*, vt in priori contineantur exempta: secus in posteriori. Vide Barb. prox. citat.

SECTIO II.

De spectantibus ad acquisitionem Beneficij.

1292 CVm Beneficia acquirantur per prouisionem, electionem, postulationem, institutionem, collationem, nominationem, præsentationem, confirmationem, & approbationem: in his omnibus & similibus declarandis immorabimur. *Prouisio* est actus prouidendi, atque adeo omnis actus & modus per quem ecclesiæ prouidetur. Ita gloss. v. electione *cap. vt circa de elect. in 6.* Vnde rectè tradunt Lambertin. de iure patron. lib. 2. p. 1. q 1. principali art. 12. nu 1. Mandos. in reg. 32. Cancell. q. 4. n. 3. & Gonzal. ad reg. 8. gloss. 17. num. 1.

Prouisio.

Prouisionis appellatione contineri nominationem, postulationem, electionem, præsentationem, confirmationem, institutionem, & collationem: nam ad omnes hos modos prouisio indifferens est: ipsius appellatione venire commendam docet Ludou. Gomes ad reg. de idiomate q. 5. n. 6.

Prouisionis appell.

Prouisionis sedis Apostolicæ appellatione comprehenduntur prouisiones factæ à legatis, vt videre est apud, gloss. in *cap. si Abbatia de elect. lib. 6.* vbi Gemin. num. 5. & Franc. num. 4. Quid sit in praxi beneficiorum prouisio simplex, quid prouisio noua & quomodò hæc differat à rescripto, quod vocatur *Perinde valere* declarat latè Azor p. 2. lib. cap. 31. *Prouisio simplex* à S. Pontifice tunc datur, cum alia antè rius facta non narratur: atque adeo nullus alius præcessisse titulus perhibetur; sed petitur simpliciter à Pontifice, vt conferat beneficium vacans; *Prouisio noua* videtur simplici opponi & est ea quæ fuit à S. Pontifice ad alterius per alium ante iam factæ confirmationem: ita vt Pontifex per eam denuo concedat, quamuis alius concesserit, contulerit, præsentauerit, vel elegerit: est noua, quia confirmat concessionem alterius, quæ irrita fuit, & nouam eam illi tribuit. Differt autem *noua prouisio* à rescripto *Perinde valere* quia illa datur quando quod factum est ab aliquo ordinario loci non valuit, & Papa illud confirmat ac si valuisset. Hoc autem rescriptum datur quando Papa facultatem ab se ante concessam sed aliqua ex parte irritam valere decernit.

Perinde valere.
Prouisio simplex.
Prouisio noua.
Perinde valere.

1293 *Electio* Latinè, Philosophicè, Theologicè accepta, fuit iam à nobis explicata nu. 22. Illam modò accipimus canonicè, & iuxta Hostien. in suam tit. de elect. sic definimus: Est idoneæ personæ ad ecclesiam suo præposito viduatam iuris forma seruata, ritè, & legitimè facta optio: vel aliter, & magis cathegoricè; electio est alicuius hominis ad ecclesiam pastore destitutam canonicè facta vocatio. *In cap. quia propter de elect.* dicitur *ecclesia viduata* & non intelligitur, nisi sit pastoris hoc est sponsi obitu destituta. Electio iuxta Syluest. v. cod. 2. num. 1. & Azorium p. 2. lib. 6. cap. 149. 11. est triplex, seu fit tribus modis, vt sumitur ex *cap. quia propter de elect.* scilicet per inspirationem, per scrutinium, per compromissum.

Electio canonica.
Viduata ecclesia.
Electio quotuplex.

Per inspirationem fit cum electores nulla præcedentente consultatione, quasi diuini Spiritus impulsu excitati, simul omnes in vnum repente consentiunt, ac simul eundem eligunt. *Per scrutinium* fit, cum præsentibus omnibus, qui debent, volunt, ac possunt commodè interesse tres de Collegio fide digni assumuntur, qui secretè & sigillatim exquirant & capiant suffragia cunctorum, vt pro ratione excessus in suffragijs iuxta Canones, quis eligatur: est autem *Scrutinium* idem atque inuestigatio.

Inspirata electio.
Scrutinij electio.
Scrutinium.

Per compromissum fit cum plures idonei viri eliguntur, in quos omninò benè eligendi certo modo facultas & potestas transfunditur. Vnde si intra limites acceptæ facultatis elegerint, id manebit adeo ratum, vt etiam, electione minimè secuta, re tamen non integra, potestas sibi demandata reuocari iure non possit. *Cap. quia propter de elect.* Quid sit *Concors. electio* quæ habetur *Clem. 1. de iure §. non eod.* exponit Alexan. *ad l. suum § hodie ff. de pactis* distinguēs duplicem concordiam. Nam altera dicitur plena & vera re ipsa, quando omnes consentiunt, ita vt nemo dissideat: altera dicitur fictione iuris quando secundùm canones, & leges in electione alicuius requiritur, & sufficit maior pars eligentium.

Compromissi electio.
Concors. electio.

Maior pars, quamuis dici possit quæ maiori innititur rationi 17. *dist. cap. multis* tamen attenditur quoad numerum, sicut sanior, quoad zelum iudicum. *Allegare* est eligere, assumere & cooptare; vt quando, quis assumitur ad ordinem senatorium. *L. generaliter §. 2. ff. de decur.* Dicitur *Designatus*, qui est electus. *l. Barbarius ff. de offic. prat.*

Maior pars.
Senior pars.
Allegare.
Designatus i. electus.

1294 *Postulatio* de qua est titulus in iure canonico, tripliciter accipitur, 1. latissimè & prout sic cum electione confunditur, eamque sub se comprehendit. 2. latè prout indifferens est ad licitam & illicitam & in sum. Angel. atque Prosell. sic definitur; est gratiæ petitio à superiori facta de promouendo aliquem ad prælationem, ad quam de iure communi propter aliquem defectum vel aliud impedimentum eligi, seu promoueri non potest. 3. strictà pro licita tantum & iuxta Abbatem in Rubo de postul. præl. & Hostien. in summa eod. tit. sic definitur: est simplex quædam à collegio canonicorum facta apud superiorem petitio, qua petitur vt aliquis certæ ecclesiæ vacanti præficiatur,

Postulatio in beneficijs.

qui per impedimentum canonicum, quod non est animi vel corporis vitium eligi iure non potest.

Postulatio duplex. Est duplex iuxta Syluest. v. eodem altera non solemnis per cuius admissionem non cōparatur postulato ius prælaturæ: vt si porrigatur ei, qui dispensare non potest, sed consentire debet, vt si postulent filiumfamilias à parte, vel monachum ab Abbate, vt eis concedat eligendum in Episcopum. Altera solemnis, per cuius admissionem dictum ius acquiritur. Nempe quia porrigitur ei qui potest super omni impedimento postulati dispensare. Ex dictis patet distinctio inter electionem & postulationem: nam electio iuri innititur, postulatio gratiæ: deinde multi postulari queunt, qui nequeunt eligi, vtpote canonicè impediti, quales non dum initiati ordinibus, vel non dum legitimam ætatem habentes, illegitimi, & similes.

Institutio beneficij. 1295 *Institutio* ciuiliter accepta præsertim in testamentis fuit supra à nobis explicata n. 1076. modò accepta canonicè in beneficijs prout distinguitur à confirmatione & collatione rectè expenditur per Azorium p. 2. lib. 6. c. 22. iuxta cuius explicationem sic definiri potest: *Est concessio beneficij authoritate legitima Episcopi vel alterius ordinarij facta non simpliciter alicui clerico, sed ei qui est à patrono nominatus & oblatus*. Hinc differt à confirmatione & collatione. Nam *Confirmatio* est qua superior electo postulato à collegio clericorum ecclesiam vel beneficium donat: *Collatio* verò est datio Ecclesiæ, vel beneficij legitima superioris authoritate simpliciter, & liberè facta, qua superior beneficium dat clerico idoneo, cui ipse vult. *Confirmatio. Collatio.*

Aprobatio, & cōfirmatio. Quare (inquit Azor cit. q. 1. confirmatio electioni, approbatio postulationi succedit, institutio nominationi siue præsentationi à patrono factæ: collatio vero fit superioris arbitratu absque vlla electione, vel postulatione a Collegio Clericorum facta, & absque præsentatione, vel nominatione à patrono præmissa. Vbi noto id discrimen posuisse inter confirmationem, & approbationem, vt illa electioni, hæc postulationi respondeat. Illud scio confirmationem & approbationem aliquando confundi, & pro eodem vsurpari, vt *cap. venerabilem de elect.* Quamuis Baldus ad *l. Barbarius ff. de offic. præt.* dicat illas in iure ita differre, vt *confirmatio* fiat authoritate Superiorum, approbatio priuatorum, vel inferiorum.

Collatio appel. 1296 *Collationis appellatione*, quando hæc in lege profertur, continetur omnis modus, per quem de beneficio quis prouidetur, scilicet præsentatio, electio, confirmatio, institutio, & similes. Ita Veral. decis. 36. num. 15. p. 3. Mandos. in reg. 32. Cancel. q. 4. num. 2. & Gonzal. ad reg. 8. Canc. glos. 16. nu. 9. Quamuis autem ex *cap. cum in illis 16. §. cum autem de præb. in 6.* videatur ostendi collationis appellatione neque institutionem, neque confirmationem venire, hoc non procedit in lege, sed quando verbum (collatio) profertur in rescriptis quæ tanquam ambitiosa restringi debent, vt notat Gonzal. citat. n. 11.

Nominator in iure ciuili accipitur pro electore officialium. *l. 1. C. de peric. nostri lib. 11.* de cuius officio & multiplicitate latè Toletan. ibid. num. 1. In iure canonico *Nominare* (vt testatur Calepinus v. eod.) est ius patronatus habere: hoc est nominare designandum. *Nominatim* (inquit Sylu. v. eod.) idem est quod nomine nominator: sicut dicitur quis expressus & vocatus nominatim, si hoc fiat eius nomine expresso. Vnde secundùm Innoc. *in c. in Lateran. de præben.* Interdicti nominatim dicuntur, qui interdicti sunt expressis nominibus proprijs: & similiter omnes de ciuitate, vel Castro, si illa vel illud interdicitur: Secus si excommunicatur Petrus cum suis fautoribus. Vide Parlad. diff. 120. de discrimine inter electionem, postulationem, collationem, institutionem, constitutionem, & confirmationem. *Nominator. Nominare. Nominatim.*

1297 *Nominatio* quæ vt sumitur ex *cap. bonæ*, ad fin. *de postul. prælat.* est via ad acquisitionem beneficij, triplex est, prima datur quando ante seruitium aliqui ab electoribus nominantur tanquam idonei & digni, vt collegium Canonicorum eligat ex eis, quem maluerit. Secunda datur quando electorum singuli certum aliquem secreto nominant: v. g. quando quisque scribit chartula, eligo, seu nomino Petrum. Tertia & magis stricta est, qua duo, vel tres qui sunt ceteris digniores à collegio Canonicorum nominantur, & superiori offeruntur, vt quos ipse maluerit, confirmet. *Nomiuatio quotuplex.*

Igitur differt *Nominatio à postulatione* quòd non nisi vnus postulatur, cum tamen duo, aut plures iure nominari queant: ab electione, quòd nominatio absque vllo scrutinio, & sine scriptura fit: cum tamen electio & scrutinio & scripto fiat. *Præsentatio* est nominatio qua patronus clericum designat & offert superiori, vt is præsentatum instituat, hoc est, ei beneficium donet. *Patronus* hoc loco sumitur aliter atque illum expoluimus num. 837. & est ille qui habet ius præsentandi ad beneficium. Hoc autem ius (vt notat gloss. *cap. piæ mentis ib. 9. 7.*) tribus modis acquiri solet, primo ex eo quod quis Ecclesiam dotauit. Secundò quòd ædificauit. Tertiò quòd fundauit. *Patronum faciunt dos, ædificatio, Fundus.* *Nominatio, & postulatio. Præsētatio.*

1298 *Ius patronatus* quid sit, constabit ex triplici definitione. Prima traditur ab Hostien. in summa *tit. de iure patron. in hunc modum; est potestas nominandi seu præsentandi clericum promouendum ad beneficium simplex, & vacans.* Si displiceat ex eo quòd nimis *Patronatus.*

nimis arctatur ad *Beneficium simplex*, Lessius lib.2.cap. 34. n. 17. sic definit: *est potestas præsentandi instituendum ad Beneficium Ecclesiasticum vacans.* Ponit vtroque particulam,(vacan.) quia si non vacet, erit irrita præsentatio vt pote contra bonos mores,& præbens occasionem captandæ mortis; *cap. Nulla, de concess. præben.*

Si vtraque definitio displiceat, quia non explicat quidquid Patronatus secum habet. Azor.p.2.lib.6.cap.19.q.1. sic definit. *Ius Patronatus est beneficium onerosum & vtile, conueniens alicui in ecclesia ob aliquod eius meritum, vel obsequium in ipsam collatum.* Dicitur *onerosum* quia patroni est ecclesiam protegere, tuendo dotem, & bona illius. Dicitur (*Vtile*) quia Patronus habet præcipuum in ecclesia locum in sedendo, in supplicationibus, & conuentibus publicis. Item si ad summam egestatem deuenerit, ecclesiæ à se fundatæ bonis subleuari,& sustentari debet: *C. quicumque 16.q.7.* duplex est ius patronatus (vt tenet Lessius citatus n. 18.) aliud patronatus laici, aliud patronatus ecclesiastici.

Patronatus duplex.

Ius *patronatus laici* dicitur quod competit alicui, quia ex bonis patrimonialibus, seu laicis ecclesiam fundauit,vel construxit, vel dotauit, aut quia beneficium aliquod erexit, aut quia ab aliquo horum causam habuit. *Ius patronatus ecclesiastici* dicitur non quod ecclesiasticus possidet, sed quod competit alicui ex eo quòd ex bonis ecclesiasticis ecclesiam fundauit, vel extruxit, vel dotauit, aut quod habetur,ratione rectoratus Ecclesiæ,aut dignitatis ecclesiasticæ. *Potentes personæ* in quibus vsurpatio iuris Patronatus præsumitur, sunt imperatores, Reges, Issantes, Barones, & alij magnates, vt tenet Barb. de potest. epist p. 3. alleg.72.n.65.

Potentes personæ.

SECTIO III.

De spectantibus ad amissionem & dimissionem beneficij.

Vacatio quid. *Vacare.* *Vacans locus.* *Vacane mulier.*

1299 Amissio præcipua beneficij fit per *Vacationem*, quæ à Latinis dicitur cessatio. Sicut enim apud Cæsarem 4. bell. Gall. *agri vacare* censentur quando nihil proferunt, nec excoluntur, ita beneficium in iure *Vacare* dicitur quando omni possessore destitutum est, proindeque nemini prodest. Sic *Vacant locus* appellatur qui caret corpore quo repleri solebat: in quo sensu Martianus *l. qui cœtu §. vlt. ff. ad legem Iuliam de vi publ.* mulierem viduam dixit *vacantem*, aliud est *vacare*,& aliud *fuiri*: Nam Beneficiarij obitu beneficium vacat: quia non perit, sed possessore caret; Pensio verò morte pensionarij non vacat,quia finitur ac definit.

Vacatio quotuplex.

Vacatio beneficij est triplex: seu beneficium vacare dicitur tribus modis, scilicet aut facto tantum,aut iure tantum,aut facto simul & iure. *Facto tantum* vacat beneficium quando beneficiarius amittit possessionem,sed non titulum:vt si vi ab illius possessione deijciatur; *iure tantum* vacat quando quis authoritate canonis, aut iuris ita beneficio priuatus est eo quòd quippiam fecerit, vt sine monitione, sine citatione, & sine vlla alia sententia priuationis, possit illud ordinarius conferre; quanquam is qui ipso iure priuatur, possideat facto beneficium. *Facto simul,& iure* vacat cum obitu beneficiarij vacat; vel cum quis illud deponit,& nondum est alteri collatum. Vide Azorium p.2.lib.7.cap.15.vbi multos alios modos sub prædictis ponit.

1300 *Vacationis appellatione* iuxta Felinum in *cap. licet vndique* sub n.2. de offic. de legati & gloss. v. vacabunt in *cap. si propter de rescript. in 6.* continetur omnis vacatio, seu vacandi casus. Ideo beneficium dicitur vacare, tum per mortem,tum per resignationem, tum per priuationem,vt docet Flamin. de resig. lib. 1.q.5. n.4 & lib.8.q.7.n. 136. Ampliatur etiam in materia pænali per Staphil. in litteris gratiæ tit de var.mod.vacan.num.6.& Menoch. de arbitr.casu 201.n. 100. & in odiosis,qualia sunt rescripta ad beneficia propter ambitionem,vt tenet Nicol. Carcia de beneficijs p. 11.c.1.n.84. Quare si in supplicatione fiat simpliciter mentio de vacatione, non expresso vacandi modo, continetur omnis modus vacandi, atque adeo impetrans beneficium vacans, illud consequitur quocunque modo vacet, vt ex Baldo tradunt Mandos. ad Lap. alleg.6.n.5.& Barbat. cons.82.col.fin. ver. non obstat resol. 4. Item expectatiua de beneficio vacaturo complectitur omnem vacandi modum,iuxta Garc.p.11.c.1.num.3. *Vacationis appell.*

1301 Cum autem *Vacatio* insurgat non solum ratione obitus, sed etiam resignationis simplicis, vel permutationis, vel priuationis, ex delicto,singula elucidari oportet. *Renunciatio* in sua proprietate, & generalitate est rei, vel iuris spontanea refutatio: & potest fieri per quemlibet de re sua, vel iure proprio *l. si quis in conscribendo C. de pactis* illum quem Latini dicunt *Eiurare beneficium*, scilicet cum iure iurando interposito beneficio se abdicat, Canonistæ dicunt *Resignare beneficium*, vel *Renunciare beneficio*, vel *Cedere beneficio*. *Vacatio.* *Renunciatio.*

Hinc sine vllo discrimine vsurpatur in iure beneficij renunciatio, resignatio, & cessio, vt ex glossa tradit Azor.p.2. lib. 7. cap. 18. apud quem q.1.huiusmodi renunciatio, seu resignatio sic definitur: *Est voluntaria beneficij dimissio, siue repudiatio coram ordinario legitimè facta.* Duplex recensetur à Lessio lib. 2. cap. 34. n. 189. altera tacita, altera expressa. *Tacita* fit iuris dispositione absque vlla verborum expressione, vt si quis matrimonium ineat: si lite super beneficio mota cedat: si per tres annos *Renũciare.* *Cedere.* *Cessio beneficij.* *Resignato duplex.*

eam

eam non prosequatur: si in ordinibus constitutus se militiæ adscribat;& alijs modis, de quibus Flamin.lib.1.de resign.q.1.

Expressa fit quando agitur disertis verbis, & subdiuiditur in puram & conditionalem. *Pura* fit sine conditione & pacto apposito: & tunc ordinarius potest conferre beneficium, cui voluerit. *Conditionalis* seu in fauorem, vel est *simplex*, vt quando fit absque reseruatione, vel est *qualificata*, vt quando fit reseruato sibi iure regressus, vel ingressus, vel pensione, vel aliquibus fructibus.

Pura resignatio. *Resignatio conditionalis.*

1302 Sub prædictis continetur renunciatio,aut cessio reciproca,& triangularis. Vtraque exponit Lessius cap.35.n.87.& 88. *Reciproca cessio* datur v.g. quando resigno meum beneficium in fauorem tui nepotis,vt tu in fauorem mei nepotis resignes tuum. Hæc extra casum permutationis est iure prohibita, *cap. quæsitum de rerum permutat. Triangularis resignatio* datur quando v.g. renuncio meo beneficio in fauorem Petri,vt Petrus suo cedat Paulo,& Paulus suo cedat mihi. Fieri enim potest, vt beneficium Pauli sit commodius mihi: Petri verò sit commodius Paulo, & meum Petro. Sic figuratur quasi triangulus in resignatione in qua datur simonia iuris humani; iuxta Nauarr.in enchir.cap. 28. n.100. prætereà sunt quædam in resignationibus *Retrocessiones* improbatæ à Trident.sess.25.cap. 7. de reform. quas vocant regressum, ingressum, & accessum.

Reciproca cessio. *Triangularis resignatio.* *Retrocessiones.*

Regressus est ius ad beneficium dimissum, quod antea possidebatur,reuertendo: & datur quando quis beneficium à se possessum cedit alteri, reseruato sibi iure regrediendi ad illud, casu quo *Resignatarius* idest is cuius gratia beneficium dimittitur, naturaliter, vel ciuiliter præmoriatur, aut fiat Episcopus, aut pensionem constitutam non soluerit *Ingressus* dicitur quando quis beneficium, cuius titulum & ius Canonicè obtinuerat, sed non possessionem, ea conditione resignat, vt si resignatarius præmoriatur, aut Episcopus fiat, ipse possessionem talis beneficij ingrediatur, & propria authoritate accipiat. *Accessus* est ius alicui datum capessendi beneficium, cuius possessionem ante non acceperat,aliqua lege canonica præpeditus.v.g. prælatus desiderat prouidere Petro de beneficio, sed quia Petrus, vel defectu ætatis, vel censuræ aut irregularitatis vinculo impeditus est, confert suo pædagogo, dando ius Petro, vt quam primum expeditus fuerit,accedat, & propria authoritate beneficium accipiat. Quænam sit regula de infirmis resignantibus, & quid ibi veniat infirmitatis nomine, declarat latè Azor. p. 2. lib. 7. cap.28.

Regressus. *Resignatarius.* *Ingressus.* *Accessus.* *Infirmitas in resignatione.*

1303 *Permutatio* quid sit, latè exponunt summistæ verbo eodem & iuristæ tit. de rerum permut. *Permutatio* accepta in genere, prout accipitur *l. 1. ff. de rerum permi.* est certæ rei ad alteram facta mutua præstatio. In beneficijs datur cum duo vicissim sua beneficia demittunt, vt alter beneficium alterius obtineat; vnde à resignatione in fauorem facta differt tanquam species à genere: resignatio enim illa latius patet permutatione, cum hæc sit talis resignatio, scilicet mutua & reciproca dimissio beneficiorum, vt vnius beneficium alteri concedatur.

Permutatio.

Permutationis appellatione venit propria, & specifica, non generica & vniuersalis, quæ deducitur in plures species. Ita Castrens. cons. 160.n.2. vers. *& verba legis* lib. 1. quem refert Tusch.tom.8.lit v.conc.101.n. 16. *Resignationi appellatione* continetur permutatio, vt tenent Flamin.de resign.lib. 12. q 5. n. 19. Riccius in praxi aurea resol.128.n. 1. & Gonzal. ad reg. 8.Canc.glos. 14. n. 42. Permutatio enim nihil aliud est,quàm reciproca quædam resignatio, quæ inuicem inter permutantes fit,vt habetur *cap. vnico de rerum permut.in 6.*

Permutationis appel. *Resignationis appel.*

1304 A permutatione parum distat *Translatio*:hæc enim est de sede ad sedem facta mutatio,vt habetur *cap. mutationes 7.q.1* & potest definiri. Ab vna ecclesia ad aliam facta transitio, siue ecclesia ad quam datur transitus, sit maior,siue minor,siue æqualis. In quo differt à *Promotione*, hæc enim vt detur in beneficiario, requiritur quod fiat translatio de minori ecclesia ad maiorem.

Translatio. *Promotio.*

Inter permutationem & translationem assignat discrimen Suar.lib.4. de simon. cap. 32. n. 4. quòd *permutatio* fiat per modum contractus,& ideo per se postulet, vt fiat inter duos, & ex consensu eorum, tendatque proximè ad ipsorum commodum sine ecclesiæ incommodo:at *Translatio* nec est contractus, nec fit per modum contractus,& ideo per se non requirit quod fiat inter duos: deinde per se respicit vtilitatem ecclesiæ, non translatorum. *Priuatio beneficij*,de qua Salas de legibus disp. 15. sect. 3. n. 46. est beneficij spoliatio orta ex delicto, quæ per sententiam latam, vel ferendam infertur.

Priuatio beneficij.

SECTIO IV.

De quibusdam alijs pertinentibus ad beneficium.

1305 Cum sect.1.dixerimus beneficium dari propter officium, hoc nobis modò explicandum est. *Officium* apud Latinos, quorum Princeps. Tullius de amicit. Sumitur pro beneficio, pro obsequio, & pro omni illo quod quis efficere debet, obseruata locorum, temporum,& personarum ratione. Apud Legistas vsurpatur pro imperio, iurisdictione, & potestate magistratuum *l. 1. ff. de iurisd. omn. iud*: & pro ipsis officialibus, ministris, & apparitoribus iudicium. *L. nemo C. de Episcop. audien.*

Officium quid.

dien.& l.Christian. C. de sacrif. pagan.

Apud Canonistas pro litigio 16.q.1.de præsentium,pro actu personæ corrigentis 26.q.1. *Monachus* & pro dignitate, vel personatu *cap. 2.de concess.prab.* quamuis iuxtà Tamborinum tom.1.disp.1.q.2.n.2.& Franc.de Pauin. tract. 2.de offic.& potest.capituli prælud.2. inter officium & dignitatem sit differentia, quod officium dicitur habere onus annexum, dignitas autem est,quæ cum administratione rerum ecclesiasticarum, & honore iurisdictionem habet. *Officium publicum* est,quod authoritate publica exercetur, quale munus iudicis & notarij.Si coincidat cum munere publico,est quale exposuimus num. 338. & definitur à Pomponio. *L. Pupillus de verb.sign.* in hunc modum: *Munus publicum est officium priuati hominis, ex quo commodum ad singulos vniuersosq; ciues, remque eorum imperio magistratus extraordinario peruenit.*

Dignitas & officium.

Publicum munus.

Nomine officij publici (inquit Lessius lib. 2. cap.34.n.121.)etiam ordines continentur: itavt suspensus generatim ab officio, sit suspensus ab ordinibus, etsi non à beneficio. Quamuis hæc vox(*officium*)generaliter accepta comprehendat omne ministerium siue per artem, siue sine arte exercitum,vt notat gloss. 1. *ad l. legatis §.si ex officio ff. de legat.* 3. tamen in specie,& propriè ab artificio differt.*officium* enim vt sic significat ministerium, quod sine vlla arte exercetur, vt ostiarij, & vestiarij: *Artificium* verò sumitur pro eo, quod arte & industria acquiritur, & per eas exercetur. *l. inter Artifices ff. solut.* vide quæ diximus de officio n.291.

Officiũ, & artificium.

1306 *Officiorum appellatione* veniunt, tam beneficia ecclesiastica,quàm alia munera,non solum publica, sed etiam priuata, etiam vilia & abiecta, quia sub se ministeria certa continent,Ita Gonzal.ad reg.8.cancel.gloss.5.§.11. n.2.apud Barb. de appel. ver. Appel. 176. vbi inuenies plura de hac re. *officialis* ex vi nominis dicitur quasi alterius officium exercens iuxta Petr.Greg.in *cap. conquerente de offic. ord.* cap. 11. n. 21. nam propriè est is,qui sub alio ministerialiter iurisdictionem exercet, reste Anton.de Butr.consf.74.n.3. vnde *officiales militares* de quibus est tit.48.cod.lib.12.sunt quasi apparitores ducum & tribunorum militum, quibus obsequuntur. Ita Cuiac. ibi at sumpto vocabulo largè extenditur ad significandum omnes qui largo modo dicuntur habere officium,qualis ostiarius, coquus, & macellarius,hoc tamen in materia fauorabili: secus in odiosa,vt docet Mastril. de indultis cap. 4.n.5.

Officialis qui.

Officiales militares.

Officialis appel.

Quare in statuto prohibente officiales mercaturam exercere:vel decernente,quod de officialium criminibus non possit cognoscere, nisi magna curia: aut quòd officiales annales esse debeant,solum continentur strictè & propriè accepti. Ita cum multis Barb. citat. app. 175.vbi à n. 8. probat *officialis diæcesani* appellatione intelligi Vicarium generalem Episcopi illius diæcesis, imò etiam si officialis simpliciter proferatur.

Officialis diæcesanus.

1307 *Sacerdotale beneficium* est quod ex sua institutione sacerdotium requirit, & hoc (vt docet Azor.p.2.lib.6.cap.24. q. 4.) vno è tribus modis. 1 si requirat Sacerdotium in beneficiario,quo tempore ius in beneficio obtinet. 2. si requirat vt fiat sacerdos intra annum à tempore nominationis, vel electionis vsque ad pacificam possessionem. 3. si requirat,quod sit sacerdos quo tempore nominatur, vel eligitur.

Sacerdotale beneficium.

Commenda (vt notat Syluest.v.eod.) nunc per syncopam dicitur quasi comedenda: quia scilicet ecclesia,quæ est in commenda, comedatur & voretur. Olim à commendando dicta est: *Commendare* autem in iure canonico sumitur pro deponere, pro laudare, & pro tradere in custodiam. *Commenda* igitur ex *cap.nemo deinceps de elect.in 6.* est custodia ecclesiæ alicui commissa.

Commenda.

Cõmendare.

Commendata Ecclesia est illa, cuius custodia alicui committitur, siue ad tempus,quandiu idoneum rectorem non acceperit; siue in perpetuum, scilicet quandiu vixerit *commendatarius*, nempe is,qui commendatam ecclesiam accipit.*Vbaldini* (vt tenet Alex.Scot.v.eod.) sunt homines certi,& signanter clerici, vel canonici terræ,vel ecclesiæ alterius,de quibus fit mentio *l. 1. C. de col. illicit.* vbi dicitur collegium Vbaldinorum non posse constituere syndicum.

Commendata ecclesia.

1308 Qui sint *Assisij*, *mansionarij* & *Portionarij*,exponunt Selua de benef.p.1.q.2. Illustr. Archiepiscopus Cæsar.de bierar.q.13.proœm. n.12.& Azor.p.2.lib.3.cap.9.& 10. Hi omnes solis nominibus differunt; & quidem dicuntur ab assiduitate,permanentia,& portione: *Assisij* quasi assidui,seu assidentes in choro: *Mansionarij*,quasi manentes: Portionarij,quasi portionem accipientes:vulgo *Ratoeyros*, & sunt beneficiarij in ecclesijs cathedralibus & collegiatis, inferiores canonicis, à quibus distinguuntur in stallo,in choro,& voce in capitulo, & solum tenentur in choro laudes diuinas cantare.

Assisij.

Mansionarij.

Portionarij.

Hi creduntur successisse illis qui olim vocabantur *Congiarij*, nimirum à congiario,quod ipsis præstabatur. Quid sit *Congiarium* diximus num.976. Quæ sit ecclesia Parochialis,curata, baptismalis, collegiata, conuentualis, cathedralis,metropolitana, & matrix, latè declarat Azor p.2.lib. 9. cap. 3. De matrice diximus n. 283. quæ sit Parochialis & curata constat ex dictis de beneficio parochiali & curato nu. 1287. *Baptismalis* est in qua est fons aquæ sacratæ ad baptismum,& si aliquando Parochialis non sit.*Collegiata* vocatur illa,in qua est collegium clericorum, & neque cathedralis, neque regularis est.

Congiarij beneficiarij

Baptismatis Ecclesia.

Colle-

Collegiata Ecclesia. Cathedralis. Metropolitana. *Collegiatam* esse deprehendetur ex institutione:& si ex hac non constet,talis censebitur, si habeat arcam communem, ac possit constituere Actorem,siue syndicum, per quem iuret, lites moueat & tractet. *Conuentualis* est quæ habet conuentum clericorum,estque indifferens ad sæcularem & regularem,proindeque latius patet quàm collegiata, *Cathedralis* dicitur à cathedra & est in qua Episcopus præsidet. *Metropolitana* est quæ habet Archiepiscopum,sicut *Primatialis* quæ Primatem,& *Patriarchalis* quæ Patriarcham.

Coadiutor. Adiutor. 1309 *Coadiutor*(inquit Syluest.v.eod) vt ipsum nomen sonat, est qui in alterius adiutorium datur, vel assumitur, & alio nomine *Adiutor* dicitur.In iure canonico est ille qui prælato in temporalibus, vel spiritualibus impedito datur in adiutorium,vt vel rem temporalem,vel spiritualem,vel vtranque administret. *Cap.de rectoribus & cap.ex parte,& cap.consultationibus, de clerico ægrot.* Vbi sermo tantum est de illis qui non habent futuram successionem: nam *coadiutoriam* cum futura successione solus mos & stylus Curiæ Romanæ introduxit.

Congrua sustentatio. Pensio quid. *Congrua sustentatio* adiutoris,& cuiusque beneficiarij,quæ sit, latè disputat Molina tom. 1. disp.145.*Pensio* apud Lessium lib.2.cap.34. n. 201. sic definitur. *Est ius percipiendi fructus ex alieno beneficio*. Dicitur(ex alieno)quia nemo dicitur ex suo beneficio habere pensionem,sicut nec vsum fructum ex bonis proprijs.Apud

Portio beneficium. Azorium p.2.lib.8.cap.5.q.1. sic definitur: *est certa portio ex aliquo beneficio ecclesiastico iusta de causa ad tempus detracta & separata.*Per particulam (ad tempus) distinguitur à portione, quam habent portionarij, de quibus egimus proximè num. 1308. Nam huiusmodi *Portio* est perpetua, & cum aliunde sit propter officium spirituale,nec habeat curam animarum, nec iurisdictionem, nec dignitatem, est verè beneficium simplex.

Pensio quotuplex. *Pensio* est triplex temporalis, spiritualis, & media. *Temporalis*, alio nomine *laica* est quæ datur propter aliquod ministerium temporale,v.g.viro illustri,vt ecclesiam defendat,æconomo, vt negotia ecclesiæ agat, vel cuilibet ob operam ecclesiæ nauatam, vel nauandam. *Spiritualis* est quæ fundatur in titulo merè spirituali,& datur v. g. concionatori,vel adiutori Episcopi,aut Parochi. *Media* est quæ fundatur in solo statu spirituali, non tamen in officio spirituali præstando & datur v. g. clerico pauperi,vel parocho seni,vt se sustentet:item quæ datur causa resignationis,vel litis componendæ:tam spiritualis, quàm media pensio ecclesiastica dicitur. Pensionarius, vt sumitur ex

Pensionarius. Lessio de benef.n.208.est ille cui soluitur pensio,sicut donatarius ille cui fit donatio.

Distributiones quotidianæ. 1310 *Distributiones quotidianæ* de quibus fit mentio *cap.licet, de præben.* & vocantur *Manualia beneficia cap.olim de verb. signif.* item *Victualia cap.de cætero,de cleric.non resid.*Sunt portiones,quæ debentur quotidie clericis beneficiarijs,eo quòd statis horis intersint officijs diuinis. Vnde nomen habent ex eo quòd pro certarum horarum varietate in singulos quotidiè distribuantur: ita vt qui Missæ interest certam sibi fructuum portionem vendicet,qui matutinis aliam certam,& sic de reliquis. *Victualia.*

Distributionum app. *Distributionum* appellatione absolutè veniunt anniuersaria defunctorum, vt tenet Monet.tract.de distrib.p.1.q.3 n. 12. Secus distributionum quotidianarum appellatione, vt docet Tuschus tom. 2. lit. D. concl. 511. n. 2. quidquid in oppositum dicant multi apud Barb.appel.75.n.2. Quotuplices sint huiusmodi distributiones,latè explicat Azor.p.2. lib.7. q. 3. *Obuentiones* & reditus pro eodem videtur sumpsisse Vlpian.*l.1.ff.de exercit.* quamuis Accursius 261. *§.exercitorem* distinguat asserens reditus certiores esse,obuentiones plerumque contingere. Obuentiones, iuxtà Rebuff. in *l. frugem vers.obuentiones etiam ff. de verb. sign.* dicuntur fructus ex re venientes cuiuscumque sint emolumenti. *Obuentiones & reditus.*

Obuentionum appellatione continentur oblationes,& personales decimæ, quæ dantur diebus, quibus accedunt Beneficiati ad ecclesiam,& ex mortuorijs, & similibus. Ita gloss. *cap.ad audientiam 2. verb. obuentiones de Ecclesi. edific.* vbi Abbas n.15.*Obuentionum beneficij*,seu præbendæ appellatione non veniunt distributiones quotidianæ.Ita Gig.consi. 144.n. 18.& monet.tr.de distrib.p.1.q.7.n. 11. *Redituum beneficij appellatione* non veniunt propriè distributiones quotidianæ iuxta monet.cit.p.1.q. 8. n.7.quamuis hic q.7.n.5.& 6. fateatur eas dici posse reditus Ecclesiæ,seu Ecclesiasticos. Addit p.2.q.14.n.22.redituum & valoris beneficij appellatione neque mortuaria,neque anniuersaria contineri. *Redituum beneficij appell.*

1311 Quid in beneficijs sit *Annata*, quid *Quindemnium* optimè declarat Azor.p. 2.lib.7. cap. xi. & xii. *Annata* est genus vectigalis, seu pensionis consistens in eo quòd integros fructus, aut dimidiam eorum partem qui primo anno colliguntur, Romano Pontifici reddat, ac soluat ille qui beneficium Ecclesiasticum obtinuit, vel ad aliquam Ecclesiasticam præfecturam tanquam Episcopus, aut Cænobiarcha electus est: dummodò beneficij reditus annui summam 204. nummorum aureorum excedant. Hoc genus tributi aliqui Bonifacio ix.alij Ioanni xxij.authori adscribunt. Vide Less.cap.39. num.29. *Annata in beneficijs.*

Quindennium creditur primus induxisse Paulus II.& videtur successisse loco Annatæ. Est autem pensio quæ decimo quinto quoque anno soluitur Romano Pontifici ex beneficio, gratia alicuius communitatis, vel collegij, dimisso & annexo: cum enim communitas perpetua sit, ne Pontificij ministri Annatæ fructibus fraudarentur, beneficium communitati annexum fingitur decimo quinto quoque an- *Quindennium.*

no

no vacare, & denuo conferri, & ideo exactis quindecim annis soluuntur Pontifici fructus vnius anni, vel dimidia eorum pars, perinde ac si beneficium vacasset, ac denuo alteri conferretur. *Fodrum* est vocabulum Lombardorum, & significat collectam, quam patroni imponebant Ecclesijs. Ita gloss. in *cap. propterea 23. de iure patron. ver. Fodrum.*

Fodrum.

1312 Supersunt expedienda quæ sint in beneficijs expectatiua, alternatiua, subrogatio, coniunctio, deuolutio, intrusio, retrotractio, possessio pacifica, residentia, reualidatio tituli, & his similia. *Expectatiua gratia*, alio nomine *Mandatum Apostolicum* est omne rescriptum, quo Summus Pontifex iubet beneficium alicui conferri. Staphileus tract. de gratijs expectatiuis, ipsarum nouem, aut decem formulas numerat, de quibus Azor. p. 2. lib. 6. cap. 32. q. 5. *Alternatio* est per vices successio iuxta Latinos. A iuristis vsurpatur pro disiunctione, cum dicitur illud aut illud, l. 7. §. *quod autem ff. de iniur.* Hinc *alternatiua* est coniunctio alternatiuè significans, scilicet quando significat alterum de coniunctis esse. In beneficijs *alternatiua* dicitur potestas à S. Pontifice Episcopis ita communicata, vt Episcopi alternis mensibus vnà cum ipso S. Pontifice ius habeant conferendi beneficia vacantia. Papæ enim sunt menses sex, Ianuarius, Martius, Maius, Iulius, September, Nouember; Episcoporum alij sex, Februarius, Aprilis, Iunius, Augustus, October, December; Vide Azor. cit. cap. 34. q. 11.

Expectatiua. Mandatū. Apostolicū. Alternatio

Alternatiua.

Subrogatio apud legistas *l. proponebatur ff. de iudicijs* est, qua quis in locum alterius sufficitur. Apud canonistas *cap. 1. vt lite penden. in 6.* Subrogationis rescriptum est, quo Pontifex mandat aliquem in locum alterius de certo beneficio litigantis substitui. Subrogatio hæc fit duobus modis. Aut enim Pontifex præcipit ordinario, vt aliquem subroget in omne ius, & locum alterius vita functi: aut causa extinguendi lites citius ipse subrogat, quia vel alter litigantium vita cessit, vel matrimonium inijt, vel Religionem professus est, vel se suo iure abdicauit, vel ob crimen beneficio deiectus est.

Subrogatio.

1313 *Coniunctio seu vnio* in beneficijs, vt habetur *cap. sicut vnitur, de excess. prał.* datur cum duæ Ecclesiæ, vel beneficia legitima superioris authoritate connectuntur in perpetuum, vel ad tempus, ob Ecclesiarum necessitatem, vel vtilitatem. Hoc fit tripliciter. 1. quando ita confunduntur, vt in vnum & idem corpus coalescant. 2. quando manent separatæ, ita tamen vt Ecclesia inferior principali subijciatur. 3. quando manent separatæ & neutra alteri subijcitur. sed vtrique vnus minister præficitur.

Coniunctio vnio in beneficijs.

Est discrimen inter *conferre*, & *coniungere*: quia beneficium non confertur nisi vacans: at coniungitur etiam cum non vacat. *Deuolutio* iuxta Rebuff. in praxi benef. tunc datur quando beneficium intra certum temporis spatium iure definitum non conceditur, & propterea ad aliquem ius conferendi transfertur, seu deuoluitur: & sic ius deuolutum dicitur. Cum enim sæpe contingat, vt qui habent ius creandi Ecclesiæ ministros, se negligenter gerant, Pontifices certum tempus præfixerunt intra quod, si Ecclesiæ vacanti consultum non fuerit statim, id ius tanquam caducum ad superiores prælatos deuoluatur. De huiusmodi denolutione latè Azor. p. 2. lib. 6. cap. 27.

Conferre, & coniungere.

Ius deuolutum.

Intrusio deriuatur à verbo *Intrudere*, quod significat quasi vi quadam intro trudere: & iuxta Lessium lib. 2. cap. 34. n. 123. & 124. datur cum quis sciens absque canonico titulo beneficium accipit, aut retinet: vel cum quis accipit, aut retinet beneficium sciens nullum ius, saltem perfectum, sibi in eo competere: Hoc autem multipliciter accidit. 1. cum quis non superioris, sed sua, vel patentum authoritate occupat beneficium. Tunc autem ipso facto priuatur omni iure, quod per electionem habebat. 2. cum is, contra quem est lata sententia depositionis, à qua non est appellatum, retinet beneficij possessionem. 3. cum quis est confirmatus, sed illa confirmatione cessata per superiorem, retinet administrationem: vel cum præsentatus ingerit se administrationi ante institutionem. Tunc solum videtur priuandus per sententiam. 4. cum quis accipit titulum & possessionem à non habente potestatem. 5. cum quis accipit beneficium, quo alter iniustè, & præter ordinem iuris est priuatus. 6. cum quis vi occupat possessionem beneficij. Hic perdit omne ius quod per electionem, præsentationem & collationem beneficij habebat. Si autem veram collationem habeat, potius dicitur violentus, quàm intrusus. 7. cum quis sine Canonico titulo v. g. in excommunicatione scienter accipit collationem & possessionem. 8. cum quis electioni per abusum laicorum de se factæ consentit. Et tunc fit inhabilis ad idem & reliqua omnia beneficia. Hic tamen (vt notat Less. cit.) non dicitur propriè intrusus: quia nondum beneficium occupat.

Intrusio. Intrudere.

1314 *Retrotractio* alicuius inhabilitatis, aut pænæ datur, quando inhabilitas, aut pæna, quæ in euentum futurum suspensa erat, eo dato ad initium recurrit. Quomodo locum habeat in beneficijs per simoniam obtentis, explicat Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 27. n. 153. *Pacifica possessio* de qua Sanch. de ordine dub. 35. n. 2. quæ sit, diximus num. 708. *Residentia* apud Latinos, est firma quies, & statio: nam deriuatur à verbo *Residere* quod est quiescere, & firmiter stare: apud Syluestr. v. eod. n. 1. importat ex vi nominis iugem & penè continuam sessionem, quasi iterata sessio. Iuxta Goffr. in proposito sic definitur: est personalis officij solutio in proprio beneficio.

Retrotractio.

Pacifica possessio. Residentia, Residere.

Hinc residere in Ecclesia est personaliter in ea

fer-

seruire beneficio,& eius curam habere. Quare ex duobus dicitur clericus non residere 1. si non assistat personaliter.2.si assistens personaliter,non deseruiat beneficio, Vide Less.lib.2. cap.34.dub.29.& Azorium p.9.lib.7. cap. 3. & 4. *Reualidatio tituli* vt sumitur ex Lessio cit. dub 22.n. 120. datur quando titulus ab initio inualidus fuit, & per eum qui habet potestatem,validus redditur.

Reualidatio tituli.

Assistere est cum alijs esse,*l.vlt. C. de aud. diuers. iudic. Desertores clerici* dicuntur qui propriæ ecclesiæ ministerijs destitutis ad aliam fugæ vitio se conferunt.cap. placuit 21. qu. 2. *Habere duo beneficia sub eodem tecto* id est in eadem ecclesia, apud Azor. lib. 7. cap. 33. vers. Quarto dispensar. *Curæ animarum appellatione* propriè venit actualis, non verò habitualis. Venit item cura quæ in foro contentioso exercet spiritualem iurisdictionem, qualis visitandi, excommunicandi & mores corrigendi, vt cum multis tradit Barb. app.65. qui etiam, n. 3. tenet. *Curati Vicarij appellatione* venire illum qui habet vicariam perpetuam, qui à Gonzal.ad reg. 8. gloss. 5. §. 3. dicitur Rector curæ animarum.

Assistere. Desertores clerici. Tectum pro ecclesia. Curæ animarum appell.

SECTIO V.

De Simonia.

1315 AD calcem elucidationis de beneficijs non videtur abs re elucidare Simoniam, vtpote quæ in illis tanquam in præcipua & propria materia versetur. *Simonia* nomen accepit à quodam Simone Mago,qui primus in lege gratiæ Act.8.affectu,intentione & conatu intentauit vendere & emere Spiritum sanctum.Sic explicatur à Suario to.1. Relig. tract. 3. lib. 4. cap. 1. est sacrilegium quod committitur in emptione & venditione,seu in contractu quolibet, quo res spiritualis, vt talis est,pro temporali commutatur.Apud Lessium lib.2.cap.35.n.3.& Azorium p.3.lib.12.cap.1. definitio quæ sumitur ex gloss. ad cap. 11. qui studet 1.q.1.& S.Thoma in 4.d.25.q.5.a.1. addita per doctores particula (pretio temporali) maioris explicationis gratia habetur in hunc modum: *Est studiosa voluntas emendi, vel vendendi pretio temporali aliquid spirituale, vel spirituali annexum.*

Simonia quid.

Loco generis ponitur (*studiosa voluntas*) non tantum quia omne vitium habet voluntatem pro subiecto proprio, sed etiam quia prima Simonia in ecclesia sola voluntate & conatu commissa fuit. Dicitur (*studiosa*) non quòd necessariò requirat fieri studio: seu industria, & data opera; sed quia debet esse planè deliberata. Reliquæ particulæ sunt loco differentiæ & per illam (*emendi, vel vendendi*) intelligitur omnis omninò contractus non gratuitus, siue sit vera emptio, siue locatio, siue permutatio.

Studiosa voluntas.

Per illam (*pretio temporali*) innuitur quòd si detur pretium spirituale pro spirituali, non sit propriè Simonia. *Spirituale* hic censetur non omne, aut solum incorporeum, sed quod aliquo modo supernaturale est, siue realiter vt gratia diuina, siue moraliter, vt consecrationes & benedictiones ecclesiæ. *Spirituali annexum* censetur quod cum spirituali connectitur, siue antecedenter, vt ius patronatus, quod supponitur præsentationi beneficiorum, siue concomitanter vt labor in ministerio Sacramentorum, siue consequenter, vt beneficium Ecclesiasticum: hoc enim supponit officium spirituale.

Spirituale quid. Spirituali annexum.

1316 Quod attinet ad multiplicitatem,diuidunt nonnulli Simoniam in mentalem, & conuentionalem: videnturque sub conuentionali realem collocare. Explicatiùs Canonistæ in tria membra simoniam partiuntur, nempè in mentalem,conuentionalem, & realem. Ita etiam ex Theologis Suar.de simon. cap.41.& Lessius lib.2.cap.35.dub.6. *Mentalis* non est in hoc loco propositum internum quo quis vult exteriùs simoniacè contrahere, seu externam simoniam facere: sed est propositum internum, quo quis cum confert alteri spirituale, intendit illum obligare ad reddendum temporale: vel è contra,quando confert temporale, intendit illum obligare ad reddendum spirituale, sine vllo pacto externo: vt si quis seruiat Episcopo ea intentione, vt in mercedem ei conferat beneficium, & tandem beneficium conferatur, nulla tamen facta exteriùs conuentione. Vocatur mentalis,quia licèt externum effectum habeat malitia, non se prodit exteriùs,sed in mente manet.

Simoniam quotuplex. Mentalis simonia.

Conuentionalis dicitur illa in qua fit conuentio, seu pactum dandi spirituale pro temporali, vel è conuerso, nondum tamen ad executionem perducta est per traditionem: & duplex est, altera purè conuentionalis, vtpote neutra ex parte executioni mandata: altera mixta quæ completa est, seu mandata executioni, ex altera tantum parte: vt si pactione inita conferatur beneficium, altera parte nondum soluente pretium,vel è contra. *Realis* est quando pactio ex vtraque parte completa est saltem inchoate, vt si conferatur beneficium,& saltem pars pretij soluatur.Vnde realis addit traditionem rei supra conuentionem: & per hoc à conuentionali distinguitur.

Conuentionalis simonia. Realis simonia.

1317 Sub prædictis continentur simonia iuris diuini, & iuris humani, simonia ficta, & confidentialis.Simonia iuris diuini est introducta per ius diuinum,cui immediatè repugnat, simonia iuris humani est introducta immediatè per solum ius ecclesiasticum,quando prohibetur vendi rem temporalem propter connexionem,quam habet cum spirituali: v. g. officium Sacristæ. *Simonia ficta*, vt exponit Suar. citatus,cap.42.n.1. dicitur quando fit exterius promissio rei temporalis pro spirituali, vel spi-

Simonia iuris diuini, & humani. Ficta simonia.

spiritualis pro temporali, sine intentione implêdi promissû, aut se obligandi: siue fictio detur in altero contrahentium, siue in vtroque.

Confidentialis simonia.

Confidentialis interprete eodem c.43. vera simonia est humano iure introducta, & pro speciali materia habet renunciationes, & collationes beneficiorum. Committitur rum à priuato renunciante, rum à prouidente beneficium: à priuato, quando renunciat in fauorem alterius cum certa confidentia, quòd ille postea renunriabit, vel ipsi renuncianti, vel in fauorem alicuius filij, vel nepotis primi renunciantis: & dicitur *Confidentia regressus*. Scilicet ob spem quòd beneficium regrediatur. *Confidentia* autem *ingressus*, vocatur quando habens beneficium iam collatum, & nondum possessum, illud alteri renunciat reseruando per similem confidentiam ius ingrediendi postea in possessionem eius.

Confidentia regressus. Confidentia ingressus.

A prouidente, vel à concurrentibus in prouisionem committitur præsentando, nominando, eligendo, conferendo, commendando, quãdo dicti aliquam ex his actionibus faciunt cum confidentia, quòd ille quem eligunt, præsentant, confirmant, instiruunt, vel cui conferunt, vel commendant, postea illud renunciabit, aut dimittet aliquo modo in alterius fauorem: vel fructus eius, aut partem illi persoluet. Notat verò Lessius lib.2.cap.35.dub.16. vt detur vera simonia, non sufficere spem, & confidentiam, quòd alter in meum fauorem dabit, vel renunciabit, sed requiri intentionem eum obligandi ad id. Ex quibus pater quid sit *Resignare in confidentiam.*

Resignare in confidentiam.

1318 *Pretium Simoniæ* est donum temporale habens eum respectum, vt detur pro ipsa re spirituali, & in commutationem eius: est apud Canonistas *cap. saluator, 1. q. 3.* in triplici differentia: dicitur enim munus à manu, munus ab obsequio, & munus à lingua. Explicatur à Theologis, Suar. de Simon. cap.37. Azor. p. 3. lib.12.c.2.q.2. & Lessio cit.c.35.dub.20. *Munus à manu* dicitur pecunia, vel quæuis alia res pecunia æstimabilis, & quæ manu apprehendi potest, vt vestis, gladius, liber; *Munus ab obsequio* est ministerium quo quis inseruit alteri, v. g. operam, vel comitatum præstando.

Pretium simoniæ.

Munus à manu. Munus ab obsequio.

Munus à lingua est quod lingua, seu loquendo exhibetur, vt fauor, patrocinium, preces, supplicationes, intercessiones, laudes, adulationes, & similia. Vt autem prædicta subeant rationem pretij, debet interuenire pactum, vel racitum, vel expressum. Nõ enim sufficit quòd gratis dentur. *Gratis dare*, vt benè explicat Lessius citat. dub.3. nu.23. ad illa verba Matth. 10. *Gratis accepistis, gratis date*, est dare sine mercede, & pretio temporali: ex quo, & communi sententia Theologorum docet non esse simoniam iuris diuini permutare res spirituales, v. g. beneficia, & mistas inter se, etiam interueniente pacto: quia ibi non interuenit verum pretium simoniæ.

Munus à lingua.

Gratis dare, quid.

ELVCIDATIO XX.

De Virtute Religionis.

1319 *CVm Religio sit quædam iustitia creatura ad Deum, qua suo conditori debitum cultum creatura exsoluit, non abs re elucidationem iustitiæ inter homines, consequitur elucidatio Religionis, seu iustitiæ hominis ad Deum. Expediendum in primis nobis erit quid sit religio, & eius actus, quid oratio, adoratio, sacrificium, decima, primitiæ, votum, iuramentum, adiuratio, religiosus status, & professio: ac tandem elucidanda superstitio, magia, & reliqua pestes, quæ Religioni aduersantur.*

SECTIO I.

De Religione communissimè accepta.

QVæ à Græcis dicitur *Theosebia* id est cultus dei, à Latinis appellatur *Religio*, sic dicta iuxta D. Augustinum lib.10. de ciuit. cap. 4. à *reeligendo* quòd per eam reeligamus Deum, quæ per peccatum reiecimus. Iuxta Isidorum lib.10. ethym. cap.17. à *relegendo*, quòd ea, quæ spectant ad cultum Dei, sæpe animo reuolui, ac veluti relegi oporteat. Iuxta Lactantium lib.4. diuin. instit. cap. 28. à *religando* quòd per eam diuinis ministerijs adstringamur, & religemur. Huius vocis (religio) acceptio triplex est. 1. pro virtute, qua Deum colimus, 2. pro formula colendi Deum omnibus communi, & necessaria ad salutem, qualis olim fuit Iudaica religio, & modò est Christiana religio. 3. pro formula, & professione speciali, qua homo se sponte diuino obsequio adstringit, qualis est religiosus status, de quo infra agemus. Nunc religionem in prima acceptione vsurpamus.

Theosebia. Religio vnde dicta.

Religionis acceptio.

1320 Quid sit religio S. Aug. l. 83. quæst. q. 31. ex M. Tullio sic definit: *Est virtus quæ superioris cuiusdam Naturæ, quam diuinam vocant, cultum, ceremoniasque adfert*. Planius definit Lessius l.2.c.36. dub.1. in hunc modum: *Religio est virtus qua debitum cultum Deo, tanquam primo rerum omnium principio exhibet*. Vbi ex S. Thom. 2.2. quæst. 81. art. 3. notat hoc nomen (*cultus*) inuoluere submissionem, & subiectionem nostram respectiuè ad diuinam excellentiam, à qua dependemus. Est enim obiectum Religionis omne testimonium, & signũ, siue internum, siue externum, quo diuinam excellentiam cum quadam nostri submissione protestamur. Quare hoc loco cultus est idem atque honor, non simpliciter, sed cum quadam nostri submissione exhibitus. Actus religionis iuxta S. Thomam citatum q. 81. & 82. sunt in duplici differentia. Nam alij sunt interni, qualis deuotio, & oratio: alij sunt

Religio quid. Cultus quid.

Religionis actus.

externi, qualis adoratio, sacrificium, oblatio primitiarum, & donorum, oblatio Decimarũ, votum, iuramentum, adiuratio, Laus, Gratiarum actio. Singulos exponemus, nunc & in progressu elucidationis. Vide Parlad. disp. 106. de discrimine inter religionem, superstitionem, latriam, duliam, & hyperduliam.

Deuotio quid. Deuouere.

1321 *Deuotio* quid sit constat ex S. Thoma 2. 2. q. 82. a. 1. ad primum asserente *Deuotionem esse actum voluntatis hominis offerentis se ipsum Deo ad ei seruiendum*. Nam deriuatur à verbo *Deuoueo* quod significat solemniter vouere, destinare, addicere; vnde qui se deuouet alicuius obsequio dicitur illi deuotus, & addictus. Sumitur *Deuotio* dupliciter 1. pro speciali actu religionis, & sic nihil aliud est, quàm interna quædam sui ad cultum diuinum oblatio, & traditio. 2. pro tali actu secundùm constitutionem feruoris, & promptitudinis ad cultum Dei, v. g. orationem, & sacrificium, & vt sic, nihil aliud est (vt testatur Azor. p. 1. lib. 9. cap. 5. q. 2.) quàm promptus voluntatis affectus ad aliquid efficiendum propter obsequium, honorem, & cultum Dei: ita vt promptitudo, & feruor ille superet omnes timores, perturbationes, & difficultates, quæ hominem in cultu Dei segnem, ac lentum efficere possunt.

Oratio quid.

Oratio iuxta D. August. ser. 230. de tempore dicitur *Ascensio Animæ de terrestribus ad cælestia, inquisitio supernorum, inuisibilium desiderii*. Iuxta Damascenum lib. 3. de fide orth. cap. 24. *oratio est ascensio mentis in Deum, siue ascendens ad Deum petitio*. Iuxta S. Basilium orat. in Iulittam martyrem: *Oratio est boni cuiusdam petitio, quæ à pijs ad Deum effunditur*. Prout desumitur a S. Thoma art. 1. & 3. sic definitur: *Oratio est desiderij coram Deo explicatio, vt aliquid ab ipso impetremus*.

Oratio quotuplex. Mentalis oratio. Vocalis oratio.

1322 Apud Azorium citatum cap. 32. multipliciter diuiditur oratio. 1. in mentalem, & vocalem. *Mentalis* sola mente perficitur, nempe internum animi votum, affectum, & desiderium exprimit, absque vllo externo signo. *Vocalis* est, quæ vocibus internos voluntatis affectus exprimit. 2. in priuatam, & publicam. *Priuata* est illa, quam quilibet priuatus pro se, vel alio priuato fundit. *Publica* est, quæ totius ecclesiæ nomine pro communi populi salute per publicos ministros, ut plurimum in loco publico funditur. 3. ex doctrina Apostoli 1. Timot. 2. in obsecrationem, orationem, postulationem, & gratiarum actionem.

Obsecratio. Oratio. Postulatio. Gratiarum actio.

Obsecratio (vt exponit S. Bern. ser. de quatuor modis orandi) datur cum quis causæ suæ parũ fidens, non per se, sed per alium, ipsum Deum inuocat, vt si dicat S. Petre ora pro me. *Oratio* dicitur cum quis per se aliquid petit. *Postulatio* cum nullius amplius noxæ sibi conscius, pro se, vel altero gloriam postulat. *Gratiarum actio* cum salutaria, vel necessaria securo animo petit. *Interpretatiua oratio* quid sit, latè exponit Suar. de Incarn. disp. 45. sect. 2. *Deprecatio* est Rogatio, quæ precibus fit: à verbo *Deprecari* quod est precibus rogare, *L. depreatio ff. ad leg. Rhod.*

Interpretatiua oratio. Deprecatio. Orationis partes.

1323 Partes orationis sunt quinque, scilicet lectio, contemplatio, petitio, gratiarum actio, & voluntatis affectio. Lectio est quæ contemplationis materiam præparat. *Contemplatio* est meditatio, qua mens cælestia, & diuina bona considerat. *Petitio* datur quando in oratione aliquid à Deo suppliciter flagitamus. *Gratiarum actio*, est gratiarum exhibitio ob susceptα beneficia. Apud Latinos differunt Gratias agere, habere, referre: nam agere est verbo, habere est animo, referre est opere. *Voluntatis affectio* datur cum à Dei contemplatione mens tota inflammata exardescit, & voluntas in cælestium desideria assurgens optat se Deo coniungere, & ei perpetuò adhærere.

Contemplatio. Lectio. Petitio. Gratiarum actio. Gratias agere, habere. Affectio voluntatis.

Dominica oratio.

Dominica oratio, scilicet quam Dominus noster Saluator primus edidit, & nos docuit, cæteris omnibus præstat authoritate, breuitate, perfectione, ordine, efficacitate, & necessitate. Eam breuiter per singula verba exponunt Azor. p. 1. lib. 9, cap. 37. Lessius lib. 2. cap. 37. dub. 4. & latè Suar. tom. 1. de Relig. lib. 3. cap. 8. *Oraculum* vt habetur *cap. per tuas, de maioris.* & obed. est responsum quod redditur precibus, & orationibus impetratum. *Flagitare* apud Canonistas est petere: Flagitamus vestram prudentiam *Cap. vlt. dist. x.* idest petimus. Apud Legistas sumitur interdum pro indulgere. *L. 1. C. de officio eius, qui vicem alterius iudic. obtinet.* interdum pro vocare, seu cogere *L. nec honore C. de Episc. & cleris.* interdum pro præsentare *L. si quis eo tit.* Fortiter postulare, id est instanter petere. *Cap. prisca dist. 100. Preces importunæ* (vt exponit Lessius lib. 2. cap. 17. dub. 6. n. 48.) dicuntur, quibus aliquis vehementer, & crebrò vrget cum ingenti molestia eius, qui rogatur.

Oraculum. Flagitare. Fortiter postulare. Instanter petere. Preces importunæ.

Rogationes Litania.

1324 *Rogationes* pro Litanijs vsurpantur *Capit. Rogationes dist. 33.* est autem *Litania* (vulgus ineptè Letaniam vocat) idem quòd supplicatio. Quàm pius sit, & antiquus Litaniarum vsus in ecclesia, tradit Suarius tom. 1. de relig. lib. 3. cap. 9. n. 23. apud quem n. 25. est communis diuisio Litaniarum in maiores, & minores. Quæ (inquit) non distinguuntur, quia pluribus, aut paucioribus orationibus constent: sed *maiores appellantur* illæ, quæ tribus diebus ante Ascensionem dicuntur iuxta Concil. Arausic. *Cap. 29. Minores* vocantur, quæ die S. Marci dicuntur.

Maiores, & minores Litaniæ.

Ex *Salutatione Angelica*, quæ vulgo dicitur *Aue Maria*, & *Oratione Dominica* componitur, teste Suar. citato num. 10. duplex orandi formula, quæ vocatur Corona, & Rosarium. Vtraque conuenit in eo, quod constet ex dictis orationibus, & quòd inter salutatio-

Salutatio Angelica. Corona.

tationes denarias oratio Dominica interseratur. Differunt tamen numero: Nam *Rosarium* constat centum quinquaginta salutationibus Angelicis, interiectis pro quindecim denarijs, quindecim orationibus Dominicis: *Corona* constat septuaginta tribus salutationibus, & septem Dominicis orationibus, in honorem annorum, quos creditur vixisse Deipara: vnde *Corona* dicitur, quòd repræsentet perfectum circulum vitæ B. Virginis.

Rosarium. Psalteriũ. Rosarij appell.

Rosarium in quadam Bulla Sixti IV. appellatur *Psalterium*, quod nomen fertur impositum à B. Dominico forte quia salutationum numerus imitetur numerum Psalmorum. *Rosarij appellatione*, vt notat idem Suar. citat. n. 10. non venit Corona in ordine ad obtinendas gratias concessas recitantibus Rosarium per S. Pontificem. At si *Rosarium* simpliciter proferatur sine hac additione, *integrum*, venit tertia pars, tum ad amplificandos fauores, v. g. lucrandas indulgentias, tum ad restringenda onera, vt si imponatur in pænitentiam. Sic Suar. n. 11. ex Nauarr. in enchir. miscal. 19.

SECTIO II.

De Horis Canonicis, & Officio diuino.

Horæ canonicæ.

1325 NOn acquiesco illorum sententiæ, qui dicunt *Horas Canonicas* sic appellari ex eo, quòd sint preces à canonicis in templo decantari solitæ. Ipsarum enim appellatio ex definitione petenda est, quæ sic habet iuxta Lessium l. 2. c. 37. n. 41. & Azor. p. 1. l. 10. c. 1. q. 1. *Horæ Canonicæ* sunt *Preces, quæ ad laudandum Deum opemque eius inuocandam ex præscripto canonum Ecclesiasticorum in Ecclesia certis horis diu, noctuque recitantur.* Quarè appellantur *Horæ* non ab orando, vt quidam ineptè dixerunt, sed quòd preces more, & instituto Ecclesiæ definitis horis decantari, & recitari debeant. *Canonicæ* quasi regulares, quòd iuxta Ecclesiæ canones, seu regulas persoluantur.

Officium diuinum. Ecclesiasticum officiũ.

Huiusmodi Horæ canonicæ vocantur *officium diuinum*, quasi munus, & obsequium, quod clerici Deo exhibent: item *officium ecclesiasticum*, quasi munus, quod ecclesia Deo præstat.

Chorus Ecclesiasticus. Chorus quid. Seruorum chorus.

Chorus ecclesiasticus (vt sumitur ex Suar. de Hor. Canon. cap. 1. n. 1.) est locus, in quo communes orationes à Christiano populo, & eius nomine fiunt. *Chorus* apud Latinos Virg. 6. AEneid. *Illa chorum simulans* significat multitudinem ad sacra collectam: seu conuentum, ac veluti coronam illorum, qui canendi & saltandi gratia conueniunt. Apud Legistas *l. cum eiusdem ff. de ædil. edic.* vbi Glossa, sumitur pro numero personarum ad psallendum destinatarum cum instrumento, quod dicitur chorus. *l. si chorus ff. de leg. 3.* chorus seruorum est idem, atque familia seruorum: in qua lege deciditur, vt si quis tibi legauit chorum seruorum, perinde poteris petere singulos, ac si singulos tibi legasset.

Horarum canonicarũ diuisio.

1326 Ad Horas canonicas numerandas, & explicandas accedamus, quantum ex doctrina Suarij to. 1. de Relig. tract. 4. lib. 4. cap. 3. 4. 5. & 6. nobis licuerit: diuidebatur olim nox in quatuor partes, quas vigilias vocabant, & dies in totidem partes, quas dicebant stationes: non quidem æquales, nisi in æquinoctio, sed maiores, vel minores pro tempore æstiuo, & hyemali. Volens igitur ecclesia tempore nocturno, & diurno laudare Deum, à quo continenter beneficia accipit, officium diuinum in nocturnum, & diurnum conuenientissimè distribuit, *Cap. dolentes de celebr.* *Nocturnum* officium diuiditur in matutinum, & laudes, tanquam in partes ex quibus componitur. Matutinum enim strictè acceptum à Laudibus adeo differt, vt tempore etiam separari soleat, & oratione concludit.

Nocturnũ officium. Matutinũ officium.

Diurnum officium diuiditur in sex partes, seu horas scilicet, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperam, & Completorium. *Cap. Presbyter. dis. 91.* Prima, & completorium sunt quasi pro terminis, vel initijs diei ac noctis: ideoque sicut per primam consecrantur Deo actiones diei, & postulatur venia pro delictis in nocte commissis, ita per completorium consecrantur actiones noctis, & petitur venia pro sceleribus in die patratis. Constat omnes Horas canonicas, nec esse plures quàm octo, nec pauciores, quam septem.

Diurnum officium. Prima & completorium.

Difficultas est, an sint tantum septem, vel tantum octo? Cum verò manifestum sit Prima, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperam, & Completorium esse sex horas distinctas: solum dubitatur, sitne matutinum cum laudibus vnica hora, an duplex? Missis duabus sententijs extremè contrarijs, dicimus matutinum cũ laudibus, vt nunc regulariter recitatur, esse vnam horam, olim apud monachos fuisse duas, & modò esse posse, si separentur. Ratio est, quia sicut in physicis illa quantitas est vna, quę proprijs terminis clauditur, ita in moralibus illa hora est vna, quæ proprium principium, & finem Horæ canonicæ vendicat. Vnde quando matutinum separatur à laudibus, claudi debet propria oratione, quæ est Dominica: & sic de principio, & fine Laudum.

Psalmus canticum.

1327 Quod attinet ad partes, ex quibus officium tam nocturnum, quàm diurnum constat, eas recenset, & dilucidè exponit Azor. p. 1. l. 10. c. 15. sunt autem Psalmi, cantica, Hymni, Antiphonæ, Lectiones, Responsoria breuia, Versus, & orationes. *Psalmus* Græcè est idem, quod latinè *Canticum*, scilicet elegans cantus. Inter Psalmum, & canticum iuxta Isidorum l. 6. ethym. c. 19. ponunt Theologi discrimen, quòd *Psalmus* ad musicæ instrumenta, *Canticum* verò sola hominis voce canatur. Vnde, vt notat Hilarius proæmio in Psalm. *Canticum Psalmi* dicitur, cum voce

Canticum psalmi.

Psalmus cantici.

humana carmen incipit decantari, & postea subsequitur instrumentum musicum. *Psalmus cantici* vocatur, cum incipit Psalmum instrumentum musicum, & deinde sequitur vox humana.

Hymnus.

Hymnus vox Græca est Latinè laus, vt canticum: at iuxta Azorium citatum quæst. 4. differt Hymnus à Psalmo, & cantico quòd Hymnus semper cantari soleat ad manifestandas laudes Dei, & cælicolarum, at in Psalmis, & canticis nonnunquam confiteantur historiæ rerum gestarum.

Antiphona Reciprocus cantus. Reciprocare.

Antiphona est vox Græca, quæ Latinè redditur, *Cantus reciprocus*, seu vox opposita, aut vox contra sonans. *Reciprocare* est repetere, reflectere. Habetur *Anthen. de man. princ. §. oportet*, & quid sit, exponit Archid. ad *cap. vbi periculum de elect. in 6.* Dictæ igitur sunt Antiphonæ, quòd alternatim à duobus choris cantarentur: receptum verò vsu est, vt sententia, quæ canticum, vel Psalmum antecedit, Antiphona dicatur. Nam ad eius sonum (inquit Amalarius l. 4. de offic. eccles. c. 7.) totus Psalmus, aut Canticum à duobus choris alternis versibus canitur: ac deinde duo chori in illa conueniunt.

Lectiones.

1328 Lectiones sunt quædã partes S. Scripturæ desumptæ ex capitibus veteris ac noui testamenti, de quibus meminit Gelasius 1. in *cap. Sacrosanctæ dist.* 15. differunt à Psalmis, Canticis, & Hymnis, quòd hæc vocis modulatione canuntur: at Lectiones tantum simpliciter pronunciantur.

Capitula.

Inter Lectiones, & capitula nullum discrimen est nisi quòd in Horis nocturnis lectiones sunt paulo longiores, in Horis verò diurnis sunt breuiores, & ideo capitula, idest breuia capita vocantur.

Responsorium. Versus.

Responsorium, dicitur quod alio aliquid recitare desinente, alius respondet. Illi autem versus, quos absolutis lectionibus quasi respondendo breuiter concinit chorus, iure *Responsoria breuia* appellantur. Vide Raban. l. 1. de inst. cler. c. 33. *Versus* iuxta Amalarium l. 4. de offic. eccles. c. 12. sunt in offic. qui instar versuũ cantantur. ponuntur autem post responsoria breuia, & post hymnos, & ante orationes.

Oratio. Collecta.

Oratio, quam recitat Sacerdos, præmissa salutatione ad populum per illas voces *Dominus vobiscum*, & accepta resalutatione per illas, *Et cum spiritu tuo*, ideo appellatur *Collecta*, vt tenet Author microli de Eccles. obser. cap. 3. quia sacerdos ipse omnium orationes (orat enim omnis populus cum illo, vt colligitur ex voce illa *oremus*) in vnam, quam ipse recitat, concludit & colligit: & tanquam legatione functus apud Deum nomine omnium suorum communes præces, & vota illi offert.

Duplex officium. Semiduplex officium.

1329 *Officium ecclesiasticum* diuiditur in Duplex, Semiduplex, & simplex. *Duplex* vocatur illud, in quo pro solemniori ritu Antiphonæ duplicantur, seu integrè recitantur ante, & post Psalmos, & cantica. *Semiduplex* est quod solemnitate proximè ad duplex accedit: & in quo Antiphonæ ante Psalmum, & canticum ex parte: finito verò Psalmo, vel cantico integrè recitantur.

Simplex officium.

Simplex dicitur quod solemni omni ritu caret: sic pactum simplex, aut nudum appellari solet, quod vacat omni iuris celebritate. Vide hæc, & plura apud Azor. cit. c. 16. q. 5. *Officium diuinum* latius patet, quàm Horæ canonicæ, & secundùm Angelum in summa V. interdictum, extenditur ad omnia quæ in Missali, & Breuiario continentur.

Officiorum diuinorum appell.

Officiorum diuinorum appellatione, quod materiam interdicti docet cum alijs Barbosa appel. 176. num. 5. contineri omnia exercitia Sacris ordinibus maioribus, vel minoribus deputata, vt si Acolytus offerat vrceolos, Subdiaconus Epistolam solemniter cantet, vel Diaconus Euangelium, Sacerdos Missam dicat, Episcopus ordines conferat, aut Virgines, Abbates, Altaria, & calices consecret: denique si presbyter hebdomadarij officium agat in choro, dum matutinum, vel aliæ horæ peraguntur. Vide Suar. tom. 5. in 3. par. disput. 34. sect. 3. à num. 5. & 7.

Osanna.

1330 Denique vt quædam alia spectantia ad orationem, & Horas canonicas perstringamus, hæc vox Hebrea, *Osanna* habetur Matth. 21. & *cap. multi de consecr. dist.* 4. Archid. & est oratio, quæ idem valet, atque salua obsecro.

Breuiariũ.

Breuiarium est liber necessarius ad officium diuinum recitandum: & ideo tale dicitur, vt notat Lessius l. 2. c. 37. nu. 42. quia est compendium omnium quæ ad Horas canonicas requiruntur admirabile.

Cantare, & legere officium.

Cantare, & legere officium differunt: nam qui tenetur officium cantare, non satisfacit dispositioni legendo: at ille cui permittitur legere, satisfacit cantando. Ita Abbas ad *cap. quod in te de pænitent. & remission.* Quod attinet ad præceptum recitandi, habetur in Concil. General. sub Innocen. III. per hæc verba: *Districtè præcipientes in virtute obedientiæ, vt diuinum officium Nocturnum pariter, & diurnum, quantum eis Deus dederit studiosè celebrent pariter, & deuote.* Superest igitur explicandum quid sit celebrare studiosè, & celebrare deuotè.

Studiosè recitare. Syncopa. Syncopatio. Deuotè recitare.

1331 Ad celebrandum, seu recitandum studiosè requiruntur tria: 1. quòd recitetur absque syncopa (vt ait Glossa) atque adeo quòd non detur syncopatio, hoc est verborum omissio: vt fit (inquit Lessius citatus n. 55.) dum priora verba versiculi iunguntur vltimis, absorptis medijs. 2. vt verba non mutilentur, aut truncata proferantur, abscissis quibusdam syllabis, præsertim vltimis. 3. vt detur recitatio absque interruptione. Ad recitandum *deuotè* requiruntur duo, nempè attentio, & reuerentia. Est enim oratio actus religionis, quæ proinde attentionem, & reuerentiam postulat. De reuerentia diximus n. 915.

At-

Attentio externa, & interna. *Attentio* est duplex, altera externa, altera interna. Externa est circa externam pronuntiationem, & totius corporis compositionem, qua quis exteriùs se gerit in speciem orantis, & abstinet ab externis operibus, cum quibus attentio interna stare non potest. Interna est qua quis intendit animum ad Deum: & multipliciter habetur, vel circa verborum sensum, vt mente percipiatur, & affectus illi applicetur: vel circa Deum, vt verba orationis ad ipsum dirigantur: vel circa id, quod petimus à Deo, aut circa rem aliquam piam, per quam Deum laudari, & affectum nostrum excitari volumus. Denique quæuis ex dictis potest esse, vel actualis, vel virtualis: item confusa, vel distincta. Vide Suar. de Horis can. cap. 26. & Azor. p. 1. l. 10. c. 12. qui q. 3. notat *Distractionem* quæ attentioni opponitur, esse duplicem, *Distractio duplex.* alteram expressam, qua quis mentem voluntariè ab oratione in alias res diuertit: alteram implicitam, qua quis fictione iuris distractus esse dicitur, eo quòd alia opera facit quę mentem, & animum necessariò distrahunt: vt si dum pensum recitandi exoluit, sponte scribat, pingat, vel disputet.

SECTIO III.

De Sacrificio, & adoratione.

Adoratio quid. Ador. 1332 Elucidatis actibus Religionis internis, sequitur vt externos elucidemus: inter quos locum præcipuum tenet adoratio, & sacrificium. *Adoratio* iuxta Priscianum deriuatur ab *Ador* quod erat frumentum sacrificijs destinatum. Sumitur latissimè prout etiam sub se continet sacrificium, & oblationem: in qua acceptione locutus fuit Christus Dominus Ioan. 4. *Venit hora quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis Patrem*, Nempè per sacrificium. Accepta minùs latè, & propriè comprehendit omnem cultum, & venerationem exhibitam, siue Deo, siue Angelis, & hominibus excellentibus. Vnde definitur à Damasceno orat. 1. de imag. *est summissionis, & humilitatis nota.* & orat. 3. *est animi cedentis, submissi, atque humilis significatio.*

Quarè Anastasius epist. in 7. Synodo Gener. act. 4. *Quid (inquit) aliud est adoratio, quàm honoris alicui exhibiti veluti emphasis?* Nempè significatio, seu expressio. Honor iuxta S. August. lib. contra serm. Arian. cap. 23. latiùs patet quàm adoratio: *Honorat* (inquit) *Emphasis.* *omnis qui adorat, non autem adorat omnis qui honorat.* Nam honor potest esse ad æqualem, adoratio nonnisi ad superiorem. Item honor latiùs patet, quàm laus: hæc enim (vt inquit *Laus quid.* S. Thom. 2. 2. q. 13. a. 1. ad 3.) solum in verbis, honor verò in alijs quoque signis externis consistit.

1333 Accepta adoratio magis strictè prout Græcè appellatur *Theosebia*, vel *Thrisnia* *Theosebia. Thrisnia.* solum significat cultum, qui Deo, & rebus sacris exhibetur. Cum verò *Adoratio* duos actus vendicet, alterum voluntatis, quo nos submittimus ei, quem adoramus propter eiusdem excellentiam, cedendo, primasque ei deferendo: alterum, quo talem submissionem testamur: priorem esse internum constat. Sola est dubitatio circa posteriorem, an semper externus esse debeat. Affirmat Vasq. in 3. p. disp. 93. c. 4. & Valentia to. 3. disp. 6. q. 3. punct. 1.

Negandum tamen est cum Suar. disput. 51. de Incarnat. sect. 2. Bellarmino l. 1. de cultu Sanct. cap. 12. Granado tract. vlt. disp. 1. n. 3. & Ioan. de Lugo de Incarnat. disput. 33. sect. 2. n. 19. asserentibus posse adorationem consummari, & perfici per solum actum internum sine vllo externo. Quia aliter non rectè implerent Angeli præceptum adorandi, quod habetur Psalm 96. *Adorent eum omnes Angeli.* Consistit igitur formalis ratio adorationis in *Adorationis essentia.* actu humano significatiuo internæ submissionis, quo etiam significatur ipsummet eundem actum fieri ex intentione, vt per talem submissionem testificetur dignitas, & excellentia personæ adoratæ.

1334 Quod attinet ad multiplicitatem, *Adoratio quotuplex.* adoratio diuiditur 1. in externam, & internam. *Externa* est quæ prodit in signa visibilia, qualis verbi gratia genuflexio. *Interna* est non solum affectus adorandi (hic enim semper internus est) sed etiam illa voluntas simul cum actu interno imperato ad profitendam submissionem. Diuiditur 2. in adorationem absolutam, & respectiuam. *Absoluta* est illa, qua adoratur aliquid propter excellentiam in se ipso habitam. *Respectiua* est illa, qua adoratur aliquid, propter excellentiam existentem in alio. v. g. Crux & claui propter excellentiam Christi.

Diuiditur 3. magis propriè, & principaliter *Latria.* in Latriam, Duliam, & Hyperduliam. *Latria* apud Latinos est cultus, obsequium, seruitus. Apud Theolog. est adoratio debita propter increatam excellentiam: vnde soli Deo tribuitur. *Dulia* est adoratio debita sanctis, propter *Dulia.* excellentiam creatam, nimirum sanctitatē, & gloriam. *Hyperdulia* est cultus debitus alicui ob *Hyperdulia.* eminentissimam sanctitatem, & singularissimam dignitatem, qualis datur in B. Virgine. Vide Suar. de Incarn. disp. 51. à sect. 1. Vasq. de Inc. disp. 93. & Lugonem ibi d. disp. 33.

1335 Iuxta Suar. citatum sect. 1. §. Hæc *Colere.* autem, hæ voces, *Colere*, *venerari*, *Honorare* a- *Venerari.* pud Latinos æquiualent, & idem procedit *Honorare.* de deriuatis, scilicet cultu, veneratione, & honore. Vnde latiùs patent adoratione. Adoratio enim est, quidam cultus, & honor, seu quædam veneratio: addit tamen submissionem, & recognitionem, alteriùs, vt superioris. His omninò non acquiescit Card. Lug. cit. sect. 1. *Cultus.*

n.2.quatenus dicit vocem(*cultus*) apud probatos authores semper videri applicatam ad significandum reuerentiam erga superiores : nec vnquam legi, quòd Deus colat homines Sanctos, licèt eos honoret, & glorificet. Ex quibus infert diuinum cultum vsurpari pro religione erga Deum. Quænam adoratio debeatur Reliquijs Sanctorum, Iconibus Sacris, cruci, & Labaro traditur à citatis authoribus.

Reliquia. *Reliquiæ* deriuantur à verbo (Reliquio) & apud Virg.1.AEn.& Tullium 2.de Nat.dicuntur pauca, quæ ex quacunque re relicta sunt. Apud Theologos, teste Syluestro v. eodem dicuntur ea quæ nobis de Sanctorum humanitate remanserunt, vt totum corpus, & propriè

Reliquiarũ appell. particulæ eius. *Reliquiarum Nomine* (inquit Azor.p.1.l.9.c.8.init.) veniunt Sanctorum cæli ciuium corpora, quælibet item corporum particulæ, capilli, ossa, carnes, dentes, cineres, pulueres, vestes, & alia quibus ipsi vsi sunt, dum in hac vita degerent : item ea vela panni, & cætera, quæ ad eorum ossa, & corpora, admouentur, vel quæ ipsos retigerunt, vt ad ipsos pertinent. *Reliquiæ insignes* apud Palaum disp. vnic.pun.15.§.1.n.8.sunt caput, pes, vel manus alicuius sancti satis cogniti, qui apud omnes in magna veneratione est.

Icon. Iconicum. Iconomachus. Labarum.

1336 *Icon* est effigies, imago, & statua ex membris ipsis formata, & expressa: vnde *Iconicum* est id quod sic formatum, seu expressum est. *Iconomachus* dicitur qui bellum infert sactis imaginibus, seu pugnat contra sacras imagines. Hac voce vtitur Nicephorus apud Vvandingum de Incarn. disput. 12. dub. 9. §. 5.n 183. Quid sit *Labarum* describit Onuphrius Panuinus in commen. fact. lib. 2. apud Vasquium in 3.p.disp.3.cap.4 his verbis. Erat (inquit) quædam hasta in sublime erecta, & aureis laminis circundata, in cuius penè extremitate cornu habebatur transuersum ad formam crucis, ex quo appensum erat velamen quoddam pendulum, ex purpura varietate gemmarum ornata: supernè verò in extremo vertice corona ex capillis, & auro contexta, intra quam erat imago imperatoris, quam eo loco detraxit Constantinus, & in eius locum signum crucis posuit.

Canonizatio. Canonizare. Vide hæc, & plura apud Vasq. tota disp. citata, vbi etiam agit de adoratione sanctorum præsertim qui canonizati sunt: est autem *Canonizatio* teste Syluestro v.eodem, ex *cap. Audiuimus de relig. & ven. sanct.* seu *Canonizare*, Canonicè, & regulariter instituere quòd aliquis pro sancto honoretur: putà quòd fiat pro eo solemne officium, sicut pro alijs sanctis eiusdem conditioni: vt si est confessor, fiat officium confessori: si martyr, martyris. Vide Azor.p.2.l.5.c 6.

Sacra res. Sacrificium quid. 1337 Circa alteram sectionis partem, *Sacrificium* nomen habet ex eo quòd res sacra fit. *Sacra* autem res fit, quando diuinis vsibus, adhibitis certis quibusdam verbis, precibus, ac cæremonijs destinatur. Acceptum latè comprehendit imprimis omne opus, & officium pietatis, quo de aliquo homine causa Dei benè meremur, qualis v. g. eleemosyna: deinde extenditur ad omnia opera, quibus peccata expiamus, & ad ipsam internam pænitentiam: iuxta illud Psal.50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus.* Acceptum strictè & propriè significat rem corpoream, vel oculis sensibilem, quæ primum fit sacra, & deinde offertur Deo: in qua acceptione sic definitur apud Azor.p.1.l.10.c.17.q.2.est actio per quam res aliqua corporata, siue ad esum, siue ad potum apta, primùm sacratur certis verbis, & cæremonijs adhibitis, & Deo offertur à legitimo ministro, ritu debito in finem congruentem.

Suar to.3.in 3.p.dis.73.sect.6. dupliciter definit.1.phys.per materiam, & formam sic: *Sacrificium est oblatio facta Deo per immutationem alicuius rei in signum legitimè institutum diuinæ excellentiæ, & reuerentiæ* 2. quasi metaphysicè per genus, & differentiam sic. *Sacrificium est signum sensibile ad diuinam excellentiam, & cultum illi debitum immediatè significandum, impositum per alicuius rei immutationem.* Quomodo signum à sacrificio differat, habetur *dist. 2.de consec;* *Signum.*

1338 Quod attinet ad multiplicitatem, remisso sacrificio missæ ad 3.librum, in lege veteri apud Hebreos fuerunt varia. Imprimis *Holocaustum*, seu *Holocaustoma* vox Græca est, Hebraicè *Ocnb* fuit sacrificium perfectissimum ad restandum Dei supremum imperium, ac dominium, in quo proinde tota res in fumum resoluta sursum ad Deum ascendebat, nihilque ex eo vsibus cedebat humanis. *Libamen*, seu *Libamentum* erat munus oblatum ex rebus vitæ expertibus, aptis tamen esui, ac potui. Lessius l.2.c.38.n. 21. ponit discrimen inter *Libamen, & Immolationem*, quod *Libamen* sit oblatio rei liquidæ, vt vini, & olei, *Immolatio* verò est oblatio rei inanimæ solidæ: quamuis frequenter ad omne sacrificium extendatur. *Holocaustoma. Ocnb. Libamen. Libamentũ. Immolatio.*

Immolare apud Latinos est mola, idest farre molito, & sale hostiam susam sacrificare *Hostia pacifica*, alio nomine *Salutaris* fuit *Victima* hoc est Animal quod gladio iugulabatur, quæ partim cremabatur, partim edebatur, tum à sacerdotibus, tum ab alijs qui obtulerant; afferri solebat, vel in gratiarum actionem pro beneficijs acceptis: & tunc eodem die comedi debebat: vel ad noua beneficia impetranda, & tunc differri poterat eius consumptio in diem posterum non tamen vlteriùs: quia verò huiusmodi oblatio potissimum fiebat ad prædicandas Dei laudes, & beneficia commendanda, etiam *Sacrificium laudis* dicebatur. Vide Molin. to.5.de iust.n.2. *Immolare. Mola quid. Hostia pacifica. Victima. Sacrificium laudis.*

Hostia pro peccato Hebraicè *Chattat* partim comburebatur, partim cedebat in vsum sacerdotum qui ex illa vescebantur in atrio tem- *Hostia pro peccato.*

pli

pli offerri solebat non pro peccatis internis, sed pro externis quibusdam: vt pro commissis per ignorantiam circa cæremonias, pro furto, periurio, calumnia: ex quibus constat bonam esse diuisionem sacrificij in Latreuticon, expiatorium, impetratorium, & Eucharisticon. *Latreuticon* est, quod in Dei honorem, cultum, & venerationem offertur. *Expiatorium* alio nomine *Propitiatorium* est, quod fit vt Deum placatum nobis reddamur, & nostra peccata expiemus. *Impetratorium* est, quando aliquid sacrificamus Deo, vt ipse nobis ferat auxilium, & beneficium aliquod conferat. *Eucharisticon* est, quod exhibetur, vt Deo gratias pro acceptis beneficijs debitas referamus.

Latreuticō. Expiatorii. Propitiatorium. Impetratorium. Eucharisticon.

1339 *Facere*, idem valet atque sacrificare, vt ex verbis Seruatoris Matthæi 26. *Hoc facite* rectè probat Azor. p. 1. lib. 10. c. 8. q. 4. *Lustramentum* est purgatio facta per sacrificium, veneficium, & incantationem. *l. eiusdem ff. ad leg. Corn. de sicar.* apud Budæum *in leg. vlt. de iu. immun.* *Victimarij* in comitatu castrensi erant ob hostias, quæ in sacrificijs cædebantur. *Victimarius* enim iuxta Valer. Maxim. lib. 1. c. 1. minister erat, qui victimas ligabat, & cultum, aquam, & molam parabat.

Facere sacrificare. Lustramentum. Victimarij.

Victima dicitur à vincendo, & fuit animal, quod ob comparatam victoriam à victore immolari solebat. Vnde Ouidius Fast. 1. *Victima quæ dextra cecidit victrice*, vocatur. *Hostia* verò ab hostibus dicta fuit, nempe animal, quod ab Imperatore, vel propter reportandam, vel iam reportaram de hostibus victoriam immolabatur. Ouid. 1. Fast. *Hostibus à domitis Hostia nomen habet. Immolare Phase, & comedere Phase*, de quo lib. 2. Paralip. cap. 30. est idem atque immolare, & comedere agnum pascalem. *Phase* interpretatur transitus, & à Latinis Pascha dicitur: de quo iam alibi.

Victima. Hostia. Phase immolare.

SECTIO IV.

De diebus Festis.

1340 QVoniam sectione proxima elucidauimus sacrificium, & adorationē, quæ diebus festis crebrò fiunt in Dei cultum, & obsequium, sequitur vt ipsos dies festos elucidemus. *Festum* (vt ait Sylvester V. Dominica num. 1.) dicitur à feria, quasi feriatum, vel potiùs à festo ligno, ad quod in domus summitate tigna conueniunt: est enim dies otij, & Religionis, in quo homines ad Deum honorandum in templo conueniunt. *Festi dies* apud Romanos fuere in quibus sacrificia dijs offerebant, vel ludos in honorem Deorum agitabant. Apud Christianos *Festi dies* dicuntur in quibus opus seruile, seu mercenarium prohibetur, & auditio sacri præcipitur.

Festum. Festi dies.

Festos dies maiores de quibus meminit Alexander 3. *cap. licet de ferijs* recenset Gloss. ibi. Natalem Domini, diem Epiphaniarum, Paschatis, Ascensionis, & Pentecostes. Quæ festiuitates ab interdicto excipiantur, habentur, quatuor *cap. Alma*, nempè Natalitium Domini, Pascha, Pentecostes, & Assumpsio Deiparæ. Martinus V. & Eugenius IV. exceperunt diem corporis Christi cum tota octaua. Leo X. excepit festum Conceptionis Virginis, de quibus latè Suar. tom. 5. in 3. p. d. 34. sect. 1.

1341 *Epiphania* vox Græca est, quæ apud Latinos idem valet atque manifestatio, & apparitio. Vnde Epiphaniæ festum est manifestationis, seu apparitionis festum quando Christus Saluator Magis apparuit, & quando baptizatus in Iordane, voce de cælo allata manifestatus est. *Pascha*, & si iuxta nonnullos sit vox Græca deriuata à *Paschia*, quod est pati, tamen iuxta S. August. Epist. 119. cap 1. est nomen Hebraicum, quod significat transitum, & ortum habuit ex transitu illo Angeli percutientis, qui cum media nocte occidisset primogenita Egyptiorum, absque vlla Hebræorum cæde pertransijt domos immolati agni cruore signatas. Vnde Leuit. 23. *Phase* Domini dicitur, & Exod. 12. *Est enim Phase id est Transitus Domini.*

Epiphania. Pascha. Phase.

Sumitur *Pascha* multipliciter. 1. pro dicto transitu. 2. pro agno illo, quem quotannis immolabant, & edebant Iudæi in memoriam illius quem Patres eorum comederunt ad vesperam pridie illius diei, quod depulerunt à se Egyptiorum seruitutem. Sic accipitur Matthæi 25. *Vbi vis paremus tibi comedere Pascha*, & 26. *in qua necesse erat occidi Pascha*, 3. Pro die festo Azymorum: sic Lucæ 22. *Appropinquabat dies festus Azymorum, qui dicitur Pascha.*

Azymorum festum.

Decima quarta luna primi mensis, (inquit Azor. p. 2. lib. 1. c. 3. q. 2.) ad vesperam, agnus immolabatur, & edebatur: deinde Luna decima quinta proximè sequenti colebatur dies festus Azymorum: ex quo die septem alijs diebus azymi panes edebantur, & dies vltimus erat quoque festus. Hinc pro his diebus Pascha etiam sumitur: iuxta illud Act. 12. *Volens post Pascha producere eum populo.* 4. pro victimis, quę ex legis instituto singulis Azymorum diebus offerebantur. Ita Abul. 2. p. de fen. c. 8.

1342 *Pentecoste, es*, Græcum nomen est, quod vertitur latinè *Quinquagenaria*: nam dies illa, in qua celebratur aduentus Spiritus S. super Apostolos, distat à Resurrectione Domini quinquaginta diebus. Festum *Pentecostes* apud Hebræos obseruari solebat ob memoriam legis diuinitùs datæ. Alio nomine dicebatur *Hebdomadarum solemnitas*. Nam ab altero die Paschæ hoc est à Luna sexta decima primi mensis (vt tenet Azor cit. cap. 8. q. 1.) computabantur septem hebdomadæ plenæ, quæ continent quadraginta nouem dies, & quinquagesimus proximè sequens erat festus: quinquagesimo enim die ab egressu Iudæorum ex Egypto, data est lex.

Pentecostes festum. Quinquagenaria. Hebdomadarum solemnitas.

Dominica (inquit Sylvest. V. eod. n. 1.) dicta *Dominica*. est

est à Domino: & est dominica dies illa, quæ in honorem Domini Nostri Iesu Christi propter resurrectionem eius, per quem creatus est mundus celebratur; *Cap. sabbato, de consecr. dist. 3.* Successit sabbato, non diuina, sed ecclesiastica constitutione. Hoc autem fieri potuit: Nam præceptum de sanctificatione sabbati in quantum erat morale, vt scilicet aliquod tempus daretur creatori, mutari non potuit: secus in quantum erat cæremoniale, seu figurale, id est, quantum ad diem taxatam.

1343 Quamuis Lactantius lib. 7. diuin. instit. cap. 14. dicat sabbatum habere nomen
Sabbatum vnde dictũ. à septem dierum hebdomadæ numero, cum Sabah Hebræis septem significet: & Appion Grammat. teste Iosepho lib. 2. contra Appionem, scribat Hebræos ex Egypto redeuntes inguinum vlceribus laborasse: qui morbus Egyptijs *Sabbo* dicitur, & die septimo eo morbo vexatos quieuisse, ideoque eam diem sabbatum appellasse: tamen pro vero tenendum est sabbatum sic vocari, quia septimo die requieuit, & cessauit Deus ab omni opere, quod
Sabbati acceptio. fecerat Genes. 2. & apud Hebræos verbum *Sabbati* significat quiescere, & ab opere cessare. Accipitur multipliciter, 1. pro septimo die hebdomadæ, cui modo respondet Dominica, 2. pro tota hebdomada: vnde illud Pharisei Luc. 18. *Ieiuno bis in sabbato.* 3. pro quolibet die festo, in quo Veteris legis præscripto supersedendum erat publicis, priuatisque seruilibus operibus, quales fuere dies Paschæ, Pentecostes, & Tabernaculorum. 4. pro reliquis hebdomadæ diebus. Vnde Marci 16. Vna *sabbatorum* idem valet atque prima dies reliquorum, qui in hebdomada vocantur sabbata.

Sabbatum secundo primum. 1344 Laborant interpretes in explicando loco illo Lucæ 6. *Factum est autem in sabbato secundo primo, cum transiret per satu.* Azor. p. 2. lib. 1. cap. 1. q. 9. missis alijs expositionibus eam amplectitur, vt ibi per voces illas (*secundo primo*) intelligatur primum sabbatum, quod currebat à secundo die post Pascha ad Pentecostem. Sicut enim septem hebdomadæ computabantur ab illo secundo die, ita vt prima diceretur *secundo primu*, hoc est prima post secundum illum diem, & sic secundo secunda, secundo tertia, secundo quarta, & ita de reliquis, sic computabantur sabbata, vt primum
Vespere sabbati. diceretur secũdo primum, & ita de alijs. Quid verba illa Matth. 28. *Vespere autem Sabbati, quæ lucescit in primu Sabbati, venit Maria Magdalene.* Multa ex antiquioribus congerunt Azor. citat. q. 10. & Fagundez in quincal. præcep. 1. lib. 1. cap. 1. num. 10. Tota difficultas est in exponendo, cur Vesper dicatur lucescere cum potiùs noctescere & tenebrescere dici deberet? Deinde quid sit prima Sabbati? ex contextu patet per primam sabbati significari diẽ Dominicam, quæ est prima dies sabbati, hoc est hebdomadæ. Quare (inquit Fagundes citatus) cum vesperam sabbati dicit, non vespertinum tempus intelligit, quod currit inter diẽ, & noctem, sed vltimam partem sabbati, seu vltimam partem hebdomadis Iudæorum, quæ vltima pars erat primum mane Dominicæ Resurrectionis, qua elucescente dicuntur mulieres venisse ad sepulchrum. Nam Hebræi solent appellare vesperam non solum vespertinum tempus, sed etiam totam noctem subsequentem, & vltimam partem noctis, quæ est vicina autoræ diei, & primum mane nuncupatur: & sic cohæret, quod mulieres venerint vespere, & primo mane. *Sabbatismus* de quo Apost. ad Heb. 4. interpretatur vocatio facta *Sabbatismus.*
post labores: & est obseruatio Sabbati. *Sabbatizare*, de quo Exod. 16. & Leuit. 25. est sabbatum obseruare. *Sabbatarij* dicuntur, qui *Sabbatizare Sabbatarij.*
sabbatum obseruant. Sic vocantur Iudæi à Martiali lib. 4. sic etiam dicuntur hæretici, alio nomine *Sabbatiani*, qui sabbatum colunt, diem Dominicam aspernantur. *Sabbatiani.*

1345 *Parasceue, es,* Græcis est, quod Latinis præparatio. Vnde sic appellatur dies, quo *Parasceue.*
Christus Dominus cruci affixus est, quia in eo Iudæi sibi necessaria præparabant, vt Paschæ dies omnimoda vacatione operis obseruari posset. *Hypante, Ipapante* Græca vox est, quæ *Hypante.*
Latinè vertitur, *Obuiatio honoris causa*, & sumi- *Ipapante.*
tur pro festo Purificationis, in quo Simeon, & *Maiuma.*
Anna Christo seruatori occurrerunt. *Maiuma*, de qua est titulus 45. *Codicis lib. 11.* festum erat Romę celebrari solitum mense Maio, quo pullulant arbores, & homines frondibus, floribusque lætantur. Iuxta Rebuff. puella pretiosis vestibus induta curru, floribus ac fructibus ornato imponebatur, quæ à circunstãtibus puellis Regina consalutata pecunias à transeuntibus, ipsarum puellarum ministerio exigebat. *Conceptiua*
Conceptiua festa sunt, quæ possunt mutari. *Fe- festa.*
sti dies erant, quibus lege agere licebat. *Festi Festi dies.*
libri (hodie dicimus Calendaria) sunt, quibus *Festi libri,*
totius anni sit descriptio, & festiuitatum causæ *Calendariu.*
explicantur. *Festorum dierum appellatione* in *Festorum*
Breui Apostolico nuncupato extra tempora, *dierũ app.*
& alibi, vbi de festis diebus incidit mentio, veniunt dies Festi sub præcepto, vt tenent Aloys. Ricci in praxi aurea resol. 273. num. 2. & Viuald. in candel. aut eo p. 1. tit. de sacr. ord. n. 35. Item non caret probabilitate comprehendi dies duplices, & festos in ordine ad officia diuina, licèt non sint à laboribus feriati. Hanc enim sententiam tenent Suar. tom. 1. Relig. de dieb. fest. cap. 9. num. 22. Emman. Rodr. tom. 3. q. 23. a. 5. & Fagund. in quinqua eod. præc. l. 1. c. 2. n. 11.

1346 *Feriæ* apud Latinos dictæ sunt, vel à feriendis victimis, vel à ferendis epulis. Erant *Feria vnde*
enim Romæ dies festi, in quibus pecudes im- *dicta.*
molabantur, & epulæ ex pecorum frugumque prouentibus fiebant. Apud legistas dictæ quasi feriæ à foro: nam dies sunt in quibus præstatur vacatio à negotijs forensibus *l. diuus ff. eod tit.*

& sic

& sic dicuntur dies quietis à causis. Apud Canonistas dictæ sunt à fando: quia in ea eis Deus solo verbo aliquid fecit, & sunt omnes dies septimanæ præter sabbatum. Vide Parlad.diff.94.

Feriæ quotuplices. Habentur Feriæ omnes in quadruplici genere, nempe solemnes, temporariæ, Repentinæ, & Canonicæ. *Solemnes feriæ.* *Solemnes*, de quibus *cap. conquestus, de fer. & l. dies festos C. eod. tit.* ab omni opere seruili vacant, & in Dei honorem, sanctorumque veneratione indicuntur. *Temporariæ feriæ.* *Temporaria* alijs nominibus *Rusticæ*, & *Publicæ* de quibus fit mentio *l. præsides ff. eod. & l. si in aliquo de offic. proconf.* indicuntur ob vtilitatem rusticam, & publicam, nimirum pro messibus colligendis, & vindemijs faciendis, ac pro varietate regionum citiùs, aut tardiùs conceduntur. *Rusticæ feriæ.*

Repentinæ feriæ. *Repentinæ* alijs nominibus *Imperatiuæ*, & *extraordinariæ*, de quibus *l. sed & si paragraf. si feriæ ff. ex quibus causis* vocantur extra ordinem indictæ: quales v. g. indicebat Imperator ijs diebus, quibus aut vitæ, aut imperij auspicia sumpserat, aut insignem victoriam comparauerat. *Imperatiuæ feriæ.* *Canonicæ* iuxta Syluest. V. Dominica num. 2. sunt dies septimanæ proximè numerari, in quibus operari per Sacros Canones permissum est. *Canonicæ. Latinæ.* *Feriæ Latinæ*, de quibus fit mentio *l. 2. paragraf. quoties ff. de orig. iuris*, fuerunt olim inductæ ob inducias firmatas inter populum Romanum, & Latinos. *Feriari* est ab aliquo opere, vel studio vacare. *Feriari.* *Feriatici*, seu *Feriati dies* appellantur dies omnes, quibus magistratus ius non dicit propter vacationem publicam, v. g. propter messem, aut vindemias, aut depositum magistratum *l. 2. ff. de ferijs.* *Feriatici dies.*

1347 *Ex cap. licet de ferijs* constat prohiberi omnia opera *Seruilia*, & ex *cap. 1. de ferijs* prohiberi mercatum, & placitum diebus festis. *Vacatio publica. Seruile opus Mechanicũ opus. Liberale opus.* *Seruile*, seu *Mechanicum opus* iuxta S. Thomam 2. 2. q. 122. a. 4. est, aliquod corporale opus ex his, in quibus vnus homo alteri inseruire solet: seu ad cuius exercitium seruos deputatos habemus, vbi ars mechanica dirigit. Suar. lib. 2. de diebus festis cap. 17. sic exponit opera seruilia, & liberalia, vt *seruialia* sint, quæ spectant ad corpus, & per seruos exerceri solent, ut terram colere: & artificia facere: *liberalia* verò quibus animus excolitur, vt loqui, legere, docere.

Vnde cap. 20. ponit differentiam inter opus seruile, & liberale, quasi seruile cedat immediatè in vtilitatem corporis, liberale autem, & si organo corporeo fiat, cedat immediatè in commodum animæ. *Mercenariũ opus.* *Mercenarium opus*, teste eodem cap. 19. est, quod fit propter temporale lucrum & stipendium, etiam si contingat esse conditionis non seruilis. Non enim ex eo, quod opus fiat propter stipendium, vel mercedem, seruile est, si aliàs ingenuè factum seruile non sit. *Mercatus* nomine (inquit Suar. citat. cap. 29.) prohibentur in die festo omnes contractus emptionum, & venditionum, locationum & permutationum: & quidem præcipuè prohibentur nundinæ publicæ, quæ magno hominum concursu certis diebus fieri solent. *Mercatus appell.* *Placitum.* *Placitum* accipitur pro causa ciuili forensi. Vide quæ diximus num. 189.

SECTIO V.

De Decimis, & Primitijs.

1348 *Decima* apud Latinos, alio nomine *Decuma*, vt habetur in M. Tullio de Nat. Deor. significat decimam partem quarumcunque rerum, quæ soluitur principibus, & sacerdotibus. *Decima quid. Decuma.* In iure ciuili Lusitano apud Molinam tract. 2. de iust. disp. 662. num. 3. est decima pars, quæ soluitur in vectigal Regi ex rebus, quæ mari inferuntur. Et quamuis (inquit ille) olim in Lusitania ea Decima solueretur in mercibus: postea tamen optio mercatoribus facta fuit, vt in mercibus, vel in æstimatione solueretur. Si res ex mari illatæ sint merces iterum vendendæ, soluitur etiam Regi alia Decima in sisam, quam vocant, nec postea cum venduntur, alia sisa soluitur.

Mercatores verò pretium euehunt, vt se ab his tributis, & alijs sumptibus reficiant. *Decima* apud Canonistas, vt notat Syluester. V. eod. iuxta Hostien. in sum. de decim. paragrafo 1. sic definitur: *Est omnium bonorum mobilium licitè quæsitorum pars decima Deo data, diuina constitutione debita.* Sumitur *ex cap. 1. cap. parochianos, cap. non est, & cap. tua nobis, de decim.* An iure diuino naturali debeatur Decima? sic distinguit Suar. de Decim. cap. 10. affirmans obligationem alendi ministros esse de iure naturali explicato, & confirmato per Christum, & Apostolos: modum verò, seu determinationem quotæ esse de iure Ecclesiastico exemplatiter constitutum ad instar iuris diuini legis veteris.

1349 Quod attinet ad multiplicitatem, constat ex Hosten. in sum. de decim. §. 3. quem sequuntur Lessius cap. 39. num. 12. & Azor. p. 1. lib. 7. cap. 24 q. 3. Decimam esse triplicem, nempè Prædialem, Personalem, & Mixtam. *Decima quotuplex.* *Prædialis* est decima pars quę soluitur ex fructibus prædiorum, cuiusmodi sunt frumentum, vinum, olera: Item ex piscinis, molendinis, ædium elocatione, & simillibus: quia vox (Prædium) illa omnia complectitur. *Prædialis decima.* *Personalis* est decima pars fructuum prouenientium ex aliqua industria, vel opera personæ, v. g. ex negotiatione, militia, venatione, opificio, famulatu, & ex cuiusuis alterius rei disciplina, vel arte, in qua quis operatur. *Personalis decima.*

Mixta est, quæ partim Prædialis, partim

per-

personalis censetur, & est decima pars fructuũ prouenientium ex animantibus, quæ in nostris aruis, & pascuis, nostra cura, & diligentia nutrimus, quales sunt fœtus pecorum, ouium, & porcorum ac eorum fructus, vt lac, butyrũ, caseus, lana, pellis. Nam hæc & similia partim ex prædijs, partim ex industria proueniunt. Ex quibus patet *Decimæ appellatione* secundùm ius canonicum venire omnium bonorum mobilium, siue fructuum iure quæsitorum partem decimam, quæ ministris Ecclesiæ quotannis persoluitur. *Decaprotia* est munus decimarum iuxta *Gloss. l. nec C. de muner. Patrim. lib. 10.* Vide n. 322.

Decimæ appell. *Decaprotia.*

1350 *Primitiæ* sunt primi fructus ex agro suscepti, qui Deo offeruntur. Fuere in vsu apud veteres Romanos, qui (vt scribit Plin. lib. 18. c. 2.) non gustabant nouas fruges aut vina, donec sacerdotes primitias libassent. Deinde in lege veteri deuter. 26. iubentur Hebræi dare primitias: *Tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in cartallo.* In lege gratiæ est præceptum de primitijs soluendis, vt habetur ex *cap. Decimas 16. q. 7. cap. reuertimini 16. q. 1.* & iuxta Suar. tom. 1. de relig. tract. 2. lib. 1 cap. 8.

Primitiæ.

Primitiæ intelliguntur, non à dignitate, vt debeant esse optimi fructus, sed ordine temporis, vt debeant esse illi, qui primo colliguntur. Notat Lessius lib. 2. cap. 39. num. 30. Primitias distingui à Decimis, quia illæ sunt primi fructus, Decimæ sunt decima pars fructuum: deinde quia Primitiæ immediatè offeruntur Deo in gratiarum actionem pro frugibus terræ: mediatè verò & secundario cedunt in vsum ministrorum: Decimæ proximè, & immediatè dantur sacerdotibus in stipendium sustentationis, ob ministerium spirituale.

Decimæ, & primitiæ.

1351 *Oblationes* teste Azorio p. 1. lib. 7. cap. 28. q. 8. dicuntur quæcunque à pijs fidelibus Deo, & ecclesiæ offeruntur, siue res mobiles, siue stabiles, & immobiles sint, siue testamento legentur, siue aliter conferantur. *Cap. qui oblationes, cap. clerici 13. q. 2.* Quod enim homini datur, donatio dicitur: donatio autem facta Deo, & ecclesiæ in iure *oblatio* appellari solet. Iuxta Petrum de Anchar. cons. 48. Roman. cons. 344. & Tuschum tom 5. lit. O. concl. 11 num. 4. oblationes sunt eleemosynæ quæ offeruntur curatis ecclesiæ, vel ecclesiæ pro missis, orationibus, vel pro mera eleemosyna. Quamuis Anchar. cons. 429. dicat esse discrimen inter oblationem, & eleemosynam: quia hæc secretò fit, oblatio autem fit publicè. Receptum consuetudine est, vt oblationes specialiter dicantur, quæ alteri, cum res diuina peragitur, ab ijs, qui missæ inter sunt, offeruntur.

Oblationes.

Notat Azor. citatus q. 9. differre oblationem à Decima, Primitijs, & sacrificio: à Decima, quia hæc soluitur tanquam clericorum commodum, alimentum, merces laboris, & obsequium debitum Deo, vt supremo rerũ omniũ domino: at oblatio dicitur, quidquid, ad diuinum cultum, vsum Dei, & ecclesiæ datur: à Primitijs, quia hæ sunt primi fructus Deo oblati: at oblatio generaliter dicitur, quidquid, Deo offertur: à sacrificio, quia hoc est res quæ priùs sacratur, & deinde Deo oblata immutatur, at oblatio est, cum res, quæ Deo offertur, salua, & integra manet.

1352 *Oblationum appellatione* veniunt omnia mobilia, & immobilia, quæ dantur ecclesiæ, siue in ecclesia, siue extra *cap. causa de verb. sign.* Oldrad. cons. 293. in fine vbi num. 6. ver. 3. subdit venire oblationum nomine, quæ offeruntur ad altare: Isidor. moscon. de maiest. militan. eccl. lib. 1. p. 3. c. 3. pag. 466. extendit appellationem ad omnia quæ ad ecclesiam quocunque titulo perueniant.

Oblationum appell.

Oblationum appellatione contineri Decimas, tradit Lap. alleg. 67, num. 5. & Decian. cons. 16. nu. 13. l. 2. Vide Barb. de potest. episc. p. 3. alleg. 80. à num. 11. *Insinuatina* habetur *Auth. vt ea quæ vocantur* in rubro, & nigro, & est oblatio quæ maiori ecclesiæ datur: alio nomine, vt ibi notat Gloss. *Insinuata* appellatur *Accidentia* id est oblatio sacrificij 26. q. 2. c. vlt. *Recognitio*, vulgo *conhecença* est certa summa pecuniaria, quam loco decimarum personalium soluunt fideles, vbi talis mos inualuit. De quo Constit. Vlyssip. lib. 2. tit. 4. decret. 4. §. 1.

Insinuatina *Insinuata.* *Accidentia.* *Recognitio.* *Conhecença.*

SECTIO VI.

De voto, & professione Religiosa.

1353 Votum apud Grammaticos deriuatur à verbo *Voueo*, quod iuxta Liuium lib. 1. ab vrbe, & Horat. 3. carm. Ode 8. significat Deo aliquid sanctè promittere. Votum apud Latinos sumitur pro desiderio, in Plin. Epist. 45. item pro promissione Deo facta, in Cic. 3. de nat. Deor. apud Canonistas 27. q. 1. de viduis 2. sic describitur: est alicuius boni cum deliberatione facta promissio, vel Deo facta pollicitatio. Apud Theologos, Teste S. Thom. 2. 2. q. 88. dictum est à voluntate tanquam à primo mouente rationẽ ad vouendum. A Sanches lib. 4. Decal. cap. 1. num. 1. sic definitur: *Est promissio Deo facta de meliori bono.* Quare ad veram rationem voti, eodem teste, quinque requiruntur.

Votum. *Vouere.* *Votũ quid*

1. Deliberatio. 2. propositum. 3. promissio. 4. vt ea promissio fiat Deo. 5. vt sit de meliori bono. Cum enim votum sit actus religionis, debet esse de re magis grata Deo, quàm sit opposita. Deliberatio esse debet plena, qualis sufficit ad peccandum mortaliter. Deliberatio differt à proposito, quòd illa ad intellectũ, hæc ad voluntatem spectat. Inter modum, propositum, & promissionem hæc differentia est,

Propositum.

est, quòd promissio oriatur ex deliberatione acceptandæ, sibique imponendæ obligationis: propositum autem ex deliberatione solius conuenientia rei faciendæ; vnde nullam obligationem etiam peccati venialis inducit.

Votum quotuplex. Commune votum.

1354 *Votum*, vt videre est apud Lessium lib.2.c.40.dub.6.& Azorium p.1.lib.11.c.14. diuiditur multipliciter. 1. Iuxta Magistrum in 4.dist.38. in commune, & singulare. *Commune* dicitur, quod fidelibus omnibus competit, & est, quo quis in baptismo profitetur se renunciare Satanæ,& adhærere Christo:alio nomine appellatur votum necessitatis: quia est de rebus necessarijs ad salutem:& hoc propriè votum non est, ex defectu rigorosæ promissionis,quæ non continetur in verbis illis baptizãdi, *Abrenuncio, credo, volo*, deinde quia sequeretur omne peccatum Christianorum esse sacrilegium, vtpote violationem voti.

Singulare votum. Solemne votum.

Singulare est,quod quisque pro suo libito de rebus non necessarijs emittit: & sic *votum voluntatis* dicitur. 2. in solemne, & simplex. *Solemne* est cui additur solemnis aliqua iuris formula, qualitas, vel conditio: seu (vt exponit Less.cit. num.31.) est, quod susceptioni status immutabilis coniungitur: quale quod ex Ecclesiastico decreto annexum est susceptioni ordinis Sacri: item quod continetur in professione religionis approbatæ. *Cap. vnico de voto, & voti redemp. in 6.* & quidem solemnitas in voto castitatis reddit irritum matrimonium, si attentetur: in voto paupertatis affert incapacitatem dominij.

Simplex votum.

Simplex dicitur, quod omni solemni iuris formula, & qualitate caret: estque omne non solemne, etiam si emittatur in professione religionis non approbatæ. Vide Sanch.7. matr. de 25. num.13.in explicatum, & implicitum. *Explicitum* est, quo quis Deo expressè se obligat. *Implicitum* dicitur, cum aliquid aliud suscipitur, quod votum exigit:vt quando suscipitur ab adulto ordo sacer.

Conditionale votum.

1355 4. Diuiditur in conditionale,& absolutum. *Conditionale*, seu *Conditionatum* dicitur, quod est certa conditione affectum, & datur teste Sanches l.8.matr.disp.10.n.4. quãdo affectus vouentis non fertur directè in rem promissam, sed in aliud quod optat consequi, aut vitare, quod ponitur in conditione, vt si quis dicat, *Voueo religionem si incolumis ab hoc periculo, vel morte euasero.*

Absolutum.

Absolutum est,quod omni conditionis adiectione vacat.5.diuiditur conditionale in pœnale, & non pœnale, seu simpliciter conditionale.

Pœnale votum.

Pœnale est cum quis aliquid vouet certa statuta sibi pœna,si illud non seruauerit:& quidem vouet in pœnam delicti,si in illud inciderit, vt timore oneris sub eundi sibi caueat: vnde datur, teste Sanch. cit. quando affectus vouentis non fertur directè in rem promissam, sed illam sibi in pœnam proponit,vt arceatur à crimine quod vitare cupit: vt si voueat non lusurum sub pœna ingressus in Religionem. Hoc autem (vt notat Lessius num. 30.) fieri potest dupliciter. 1. si quis solum voueat pœnam delicti, non autem euitationem, vt si dicat: *Voueo ingressum religionis si lusero.* 2. si vtrunque voueat, scilicet pœnam delicti, & euitationem, vt si dicat: *Voueo ampliùs non lusurum,alioquin dabo largam eleemosynam.* Hoc autem continet votum duplex, absolutum non ludendi, & conditionale dandi eleemosynam. Conditionale nõ pœnale est cui conditio adijcitur non in pœnam: v.g. voueo Religionem, si isto morbo curatus fuero.

Perpetuum votum.

1356 6. Diuiditur absolutum in perpetuũ, & temporale. *Perpetuum* dicitur, quod est ad vitam promittentis: vt si quis absolutè voueat castitatem: vel si voueat recitaturum singulis diebus Rosarium in omnem vitam suam. *Temporale* est,quod concipitur ad præfixum,& determinatum tempus; vt si quis vouet se daturum semel in die eleemosynam per integrum annum. 7. diuiditur uotum in reale, personale, & mixtum.

Reale votũ. Personale votum.

Reale dicitur cum res Deo promittitur, & nihil quod ad personam spectet, ut si quis uoueat calicem aureum ecclesiæ daturum. *Personale* est cum quis Deo opus aliquod, seu ministerium propriæ personæ spondet ut si uoueat se ieiunaturum, vel missam auditurum.

Mixtum est, quo quis, & rem, & personæ officium promittit,ut si uoueat se peregrinaturum; nam in peregrinatione,& labor personalis, & rerum expensæ interueniunt. Vltimo votum aliud est rei certæ faciendæ, aliud rei certæ non faciendæ; nam potest, quis uouere castitatem seruaturum, aut matrimonium non contracturum; quæ duo differunt. Quid & quotuplex sit uoti irritatio,uice Palaum tr.16. disp.2.p.1.

Irritatio voti.

Concipere votum. Formare votum. Nuncupare votum. Nuncupata pecunia. Nuncupata voluntas. Implere votum. Perficere votum.

1357 Quod attinet ad Phrases, seu modos loquendi, *Concipere votum* idem valet atque *Formare votum*, seu uouere. Nam Scæuola concipere verbum,tota lege *Gallus*, pro formare usurpauit. *Nuncupare vota* (inquit Spiegel V. eod.) est alicui diuorum uota polliceri, & destinare. *Nuncupata pecunia* iuxta Cincium lib.11.de offic.aurisc. est certa, & proprijs nominibus pronunciata. *Nuncupata voluntas* pro expressa habetur *Instit. de testament. §. fin. votum implere, & votum perficere* uidentur subire distintionem, quasi perficere, sit exactè implere.

Perfectum & cõpletũ. Perficere. Implere. Reddere soluere votum. Absoluere votum. Absolutio voti.

Nec enim perfectè promissum dicitur, si possessio non est habita,sed habenda, *l. metum ff. quod metus causa*. Perfectum,& completum idem sunt *l.2.ff. de iudic.* Perficiuntur donationes (habetur §. *alia autem Instit. de donat.*) cum donator suam uoluntatem scriptis, aut sine scriptis manifestauerit. *Implere* pro recipere, habetur *C.de restitut. Auth. si dicatur.* Implere pro probare *l.1 ff. de probat. votum Reddere, votum soluere* pro implere. *Votum absoluere* est uoti obligationem dissoluere. Nam *Absolutio*

voti

voti (inquit Azor. p. 1. lib. 11. cap. 19.) non intelligitur ea qua quis absoluitur à peccato, quo uotum uiolauit; sed ea qua quis uoti nexu, & uinculo soluitur, quæ à Theologis, & consultis iuris canonici dispensatio uocatur.

Profiteor. *Professores iuris.* 1358 Pro elucidenda altera sectionis parte, *professio* deriuatur à uerbo *Profiteor*, quod significat apud Ciceronem 1. orat. latè & palam polliceri. & 5. Verr. affirmare, & confiteri. *Professores iuris*, uel alterius facultatis, sunt doctores, qui publicè legunt, & quibus auditores dant operam in *tit. 15. cod. lib. 12.* professores sunt magistri, qui docent grammaticam, dialecticam, & iuris scientiam. *Professio quid.* *Professio* apud Legistas sumitur pro responsione ad interrogata *L. non nudis C. de probat.* Pro pensione *L. quis quis C. de agric. & cens. lib. 11.* pro testium depositione *L. cum de ætat. ff. de probat.* *Professio religiosa.* pro confessione: unde professus, quòd confessus *L. fin. ff. de iudic.* pro studio, & exercitio artium liberalium, & iuris prudentiæ *tit. 49. 6 lib. 10.* Apud canonistas pro sponsione *Cap. 1. de summa Trinit. in 6.*

Apud Theologos simul & canonistas pro sponsione, ac promissione, quam Deo faciunt monachi, moniales, & Religiosi tria uota emittentes paupertatis, castitatis, & obedientiæ: & hæc est propriè *Religiosa professio*, si fiat in religione approbata, ut docet S. Thomas 2. 2. q. 188. a. 7. & uidere est apud Suar. tom. 3. de relig. lib. 6. cap. 2. *Professio quotuplex.* est duplex, altera expressa, altera tacita, & interpretatiua. *Expressa* est, quæ fit in manibus accipientis eam legitimè, & exprimitur siue uerbis, scriptis, aut ore prolatis, siue nutibus. *Tacita* est, quæ non exprimitur, sed continetur, in aliquo per interpretationem, v. g. in habitu professorum de lato per certum tempus. Quibus modis utraque fiat, latè prosequitur Sanch. lib. 5. Decal. c. 3. Azor. to. 1. lib. 12. c. 4. & Suar. tom. 3. Relig. lib. 6. à cap. 13.

SECTIO VII.

De statu Religioso.

Status multiplex. 1359 HAec uox *Status* apud uarios diuersarum facultatū professores multipliciter usurpatur. Apud Latinos pro conditione, & habitu. Apud Rhetores status dicitur in quo causa maximè uertitur. Apud Medicos status ægritudinis appellatur, cum hæc ad summum gradum peruenit. Apud Philosophos status solis est eius terminus ascensionis, status uiuentis est terminus accretionis. Apud iuris peritos pro libertate *L. eius qui ff. si certum petat.* ubi status sui ignarus, id est libertatis. *Status quod libertas.* Pro ætate *L. penul. ff. quando dies vsusf.* & quidem hominem ad statum peruenisse dicunt, quando attigit maiorem ætatem, id est uiginti quinque annorum. *L. cum pater 79. §. curatores iuxta Gloss. ff. de leg. 2.* Item statum causæ vocant quando inquisitio, & allegatio ex vtraque parte consummata est.

Apud Theologos vt notat Lessius lib. 2. c. 41. dub. 1. bifariam sumitur, 1. latè pro quauis vitæ conditione, in qua homo ad tempus, vel perpetuò manet. Sic dicitur status innocentiæ, status legis naturæ, legis Mosaicæ, legis Euangelicæ, status viatorum, status beatorum, & Damnatorum, status liberorum, seruorum, virginum, viduarum. 2. strictè pro conditione vitæ immobili, per quam alteri obstricti sumus, & vt sic quandam firmitatem, & permanentiam denotat.

Hæc ratione (vt docet S. Thomas 2. 2. q. 183. a. 1.) dantur tres status in Ecclesia, scilicet coniugalis, Episcopalis, & Religiosus. *Coniugalis status.* *Coniugalis* est in quo coniuges mutuo inter se obsequio in perpetuum adstringuntur. *Episcopalis* est in quo Episcopi perpetuo vinculo obligati sunt obsequio suæ ecclesiæ. *Religiosus status.* *Religiosus* est in quo regulares diuino obsequio in perpetuum addicti sunt: & potest accipi, vel in actu primo, & nihil est aliud quàm debitum religiosè viuendi: vel in actu secundo, & est ipsa Religiosa vita voto firmata.

1360 Cum ordo nihil aliud sit quàm habitudo prioris ad posterius, & triplex potissimum sit ordo, scilicet temporis, naturæ, & dignitatis, hic postremus videtur tribuisse nomen *ordini religioso*, qui propterea sic appellatur ex habitudine subditorum ad superiores, *Ordo religiosus quid.* qui inter se varijs gradibus distinguuntur: item ex habitudine mediorum ad finem, & ex religiosa obseruantia votorum, ac Regularum inter se rectè dispositis, & connexa.

Quamuis igitur omnes Religiosi ordines eandem habeant essentiam, & specificam rationem, quatenus conueniunt in tribus votis substantialibus, tamen iuxta S. Thomam 2. 2. q. 186. a. 1. differunt 1. ex speciali fine, & functione ad quem quisque peculiariter institutus est: *Ordo religiosus quotuplex.* *Monachales ordines.* alij enim sunt instituti ad vitam contemplatiuam, quales monachales: alij ad vitam actiuam, vt ad redimendos captiuos, ad suscipiendum peregrinos, ad curandum infirmos, ad defendendam ecclesiam: & alij ad vitam mixtam, quæ partim contemplationi, partim actioni vacat, quales ordines mendicantium.

Differunt 2. ex peculiaribus medijs, & Ritibus, quibus vnusquisque ordo vtitur ad comparandum suum finem: *Mendicantiū ordines.* cernimus enim in singulis ordinibus etiam tendentibus ad eundem finem, v. g. contemplationem, magnam varietatem in habitu, victu, ieiunijs, alijsque pijs exercitijs.

Religiosi qui. 1361 *Religiosi* dicti à reeligendo, id est iteratò, & frequenter eligendo ea quæ sunt diuini cultus: uel à religando, quasi sint religati, hoc est toti diuino cultui addicti: & sunt professores Religionis, quatenus Religio accipitur pro speciali quadam formula & professione, per quam homo ex libera electione, se penitùs

Regularis. *Monachus.*

tùs diuino obsequio deuouet. *Regularis* dicitur qui ad viuendum regulariter, seu obseruandum regulas adstrictus est.

Monachus vox Græca est, quæ Latinè interpretatur solitarius, & proprijssimè competit religiosis professoribus vitæ contemplatiuæ. S.Dionys. in hierarch. Eccles.cap.6. dicit hoc nomen fuisse impositum per Apostolos *à vita indiuisibili, & singulari qua in Dei formem monadem colliguntur, & perficiuntur*. Est autem *Monos* vnus, *Acbos*, id est tristis: quia Monachus stare debet solus, & tristis *Cap.placuit 16. q.2.* Abbas in *Cap. causam, de iudic.* docet, qui propriè vocentur monachi, & quomodò differant à fratribus. *Monazonium* locus est in eremo,in quo Monachi conueniunt.

Monos. Acbos. Monazonium.

Monazontes. Certatores.

Monazontes habentur *L. quidem ignauiæ C.de decur. lib. 10.* & dicuntur solitariè viuentes. *Certatores* dicuntur monachi in *Authen. de monach. §. cogitandum*. Inter oblatos, & conuersos est differentia. *Oblatus* enim (vt tenet Syluester V.eod.) est, qui se suaque obtulit monasterio habitu non murato: *Conuersus* verò, qui se, & sua obtulit habitu mutato, licèt dicatur laicus, quia ad ordines non promouetur. Vnde apud Sanches lib. 7. Decal. cap.34. numer.1. *Conuersi*, qui verè professi sunt, acquirunt monasterio, instar eorum, qui choro deputantur. *Oblati* verò acquirunt sibi, & in huiusmodi, acquisita legitimi eorum hæredes succedunt. Quia licèt se, & sua ecclesiæ dedicent, non profitendo tamen, & proprij capaces manent, & in ea dedicatione bona futura non comprohenduntur.

Oblatus. Conuersus.

Eremita. Eremicola.

Eremita alio nomine *Eremicola* dicitur quasi colens eremum, seu solitudinem,& est persona Ecclesiastica, quæ vitam solitariam eligit, scilicet animo, & desiderio eam colendi. *Cap. qui verè 16. q. 1.* & est duplex, alter verè Religiosus, qui adstrictus est obedientiæ alicuius approbatæ religionis: alter non religiosus, qui habet votum continentiæ, sed non obedientiæ, licèt teneatur obedire Episcopis, sicut & alij. Ita S. Thom. in 4. dist. 28.

Anachorita. Anachoresis. Begardus. Beguina. Beguta.

1362 *Anachorita* habetur *Auth. de Monachis §. cogitandum*, & est idem quod Eremita, seu eremum, & secessum incolens. *Anachoresis* enim est eremus, seu secessus. *Begardus*, & *Beguina*, vel *Beguta* sunt viri, & feminæ tertij ordinis,qui alio nomine dicuntur fratres de pænitentia. Vide *Clemen. 1. de relig. dom.* vbi Hosti & *Clem.ad nostram de hæret.*vbi damnatur secta Begardorum,& Beguenarum.

Donati qui.

Donati qui sint desumitur ex August. Barb. de appell. verb. appel. 233. num. 14. vbi cum F.Emman.quæst. regul.tom. 3.q.21.a.1.resoluit eos non esse propriè,& simpliciter religiosos: quia licèt emittant tria vota substantialia religionis, tamen non profitentur aliorum religiosorum regulam, sed etiam longè diuersam, nec emittunt prædicta vota in Religione, pro Religione approbata, sed solum pro bono modo viuendi, vt scilicet alijs verè religiosis inseruiant. Ita Fr. Barthol. à S. Fausto in thesau. relig. lib. 5. q. 7. licet q.8. asserat hos Donatos esse personas ecclesiasticas, & gaudere priuilegio tum fori, tum canonis.

Tonsuratus. Pro monacho. Clericatus. Templarij.

Tonsuratus & clericus pro monacho: clericatus pro monachatu. *Cap. 2. de regul.* Vide Sanch.lib.7. matr.d.39. num.9. *Templarij* sunt præceptores, vel commendatarij, & personæ religiosæ. *Clem. de relig. dom.* & deputantur vt possint agere, ac defendere iura ecclesiæ, *Clem.1. de rescrip.* sunt (inquit Azor. p.2. lib. 5. cap. 26. quæst. 8.) in religiosorum ordinibus præsertim ad militandum, vel excipiendum hospitio peregrinos, vel curandos ægrotos institutis, administratores domorum, vel prædiorum, vel redditum, aut bonorum ad ipsos ordines pertinentium, qui vocantur *Præceptores* tribus votis obstricti, & Regulam ipsius ordinis professi, à summo magistro rebus administrandis constituti.

Præceptores ordinum.

Religiosorũ appell.

1363 *Religiosorum appellatione* in fauorabilius veniunt religiosi largè accepti, vt tenet Cæs. de Grattis dec. 47. imò & clerici seculares. Iuxta Lambert. de iure patron. lib. 2. p. 1. q. 11. strictè religiosi intelliguntur solum, qui promittunt substantialia regulæ, iuxta Isid.Moscon.de maiest. milit.eccles. in præl.pag.13. Nec largo,nec stricto modo sunt religiosi vxorati, qui viuunt sub regula tertij ordinis S.Francisci, vt docet Car. Seraph.dec 121.n.6.

Religiosorum appellatione in odiosis minimè veniunt non claustrales, nisi adiecta aliqua dictione vniuersali. Ita Natt. cons. 507. num. 20. lib. 3. si propriè loquamur, non veniunt equites militarium ordinum, nisi in fauorabilibus, vel vbi adderetur vox vniuersalis, v. g. *quicunque religiosi*. Sic Natta cit. numer. 3. 4. 14. & 15. Quid de equitibus *Melitensibus*, & *Hospitalarijs*? Veniunt propriè religiosorum nomine in quacumque materia, etiam pænali, & odiosa, vt docet Fr. Emman. Rodr. tom. 2. q. 2. a. 7.

Melitenses equites. Hospitalarij equites.

Sunt enim verè, absolutè, & simpliciter religiosi, cum emittant tria vota solemnia paupertatis, castitatis, & obedientiæ sub regula in ecclesia approbata, vt tenent Petrus Greg. syntag. iuris lib. 15. cap. 34. Menoch. de arbit. casu. 56. num. 11. & Barb. appell. 233. num. 6. vbi vsque ad numer. 13. plura deducit valde vtilia. Eadem ratione veniunt *Conuersi*, qui dicuntur fratres laici, vt cum multis tradit idem Barb. citat. numer. 15. qui à numer. 16. latè, & eruditè exponit, quomodò in fauorabilibus, non autem in odiosis Religiosorum nomine veniant Nouitij.

Monachorum appel. 1364 *Monachorum appellatione* indefinitè veniunt omnes religiosi cuiuscunque generis. *Cap. quod Dei timorem, de statu regul.* Felinus in *cap. non dubium, de sent. excom. n.* 2. Mari. Antonin. uar. resol. lib. 1. resol. 112. casu 63. & Tusch. to. 5. lit. M. concl. 311. nu. 4. quod ueniat omnis religiosus nisi lex alioquin distinguat, docet Azor. instit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 19. quæst. 10. Item uenit Abbas, ut docent Tamburinus de iure Abbat. to. 1. disp. 1. quæst. 7. Sanches lib 6. Decal. c. 8. n. 84 & Bart. in *L. 4. ff. sigil. seru.* ubi decernitur, quod quando fratribus relinquitur cappa, & priori biblia, ipse Prior habebit etiam cappam.

Item ueniunt conuersi professi iuxta Tusch. citat. num. 5. quia monachatus non postulat essentialiter ordinem. Insuper ueniunt moniales quoad ea, quæ sunt proportionabilia, ut tradunt Menoch. de arbitrar. casu 421. num. ult. & Flores de Mena Var. lib. 1. quæst. 10. num. 25. At in pænalibus exorbitantibus, non ueniunt Canonici regulares iuxta Panormin. in *cap. quod Dei timorem de statu regul.* num. 2. & S. Thomam 2. 2. quæst. 189. art. 8. ad 2. addit Isidor. Moscon. de maiestat. milit. Eccles. lib. 1. part. 4. cap. 1. pag. 515. in materia odiosa, nec uenire mendicantes, nec alios regulares. Vide Molin. tom. 4. d. 50. num. 4.

Mendicantes ordines, qui. 1365 Quamuis *Mendicantes ordines* ex sua ptima institutione, & proprietate loquendi illi tantum sint, quibus ex regula, & constitutionibus interdictum est habere in communi reditus, & possessiones, iuxta *capit. vnic. parugraph. confirmutos de religios. dom. in 6.* Vnde de iure communi antiquo solum quatuor propriè mendicantes sunt nempè Prædicatores, Minores, Eremitæ Sancti Augustiui, & Carmelitani, vt videre est apud Azorium part. 1. lib. 12. cap. 23. quæst. 2. & Sanches lib. 6. cap. 7. num. 4. tamen hodie ex dono sedis Apostolicæ recensentur inter veros mendicantes Seruitæ, seu serui B. Mariæ, Minimi S. Francisci de Paula, Iesuati, Congregationis S. Hieronymi, Patres Societatis Iesu, & Carmelitæ Discalceati: de quibus omnibus debent intelligi, quæ de mendicantibus iura disponunt, vt in priuatis casibus ex Suar. to. 5. in 3. p. d. 31. sect. 6. n. 7. & Fr. Emman. to. 3. q. 52. a. 23. exponit Barb. de appell. Veb. App. 147.

Mendicantium app. Quibus non obstat, quòd per Triden. sess. 25. de regul. cap. 3. dispensatum est, vt habeant reditus, & possessiones in communi, cum omnibus mendicantibus, præter minores de obseruantia, & Capucinos. An moniales dictorum ordinum veniant sub dispositionibus loquentibus de mendicantibus? Licèt affirment varij, tamen ad sententiam negatiuam inclinat Barbos. citatus num. 13. vbi à n. 14. latè recenset omnes ordines, qui de priuilegijs mendicantium participant.

1366 De Abbatia, Prioratu, & alijs Religiosorum ordinum prælaturis diximus numer. 274. & 275. quod sit discrimen inter Religiosum Fugitiuum, Apostatam, & Eiectum, declarant Azorius part. 1. lib. 12. capit. 16. Lessius lib. 2. cap. 41. dub. 15. & Sanch. lib. 6. Decal. cap. 8. nam loquendo in tigore *Fugitiuus* est, qui discedit à religione ad tempus, vt liberè vagetur. animo tamen redeundi ad ordinem. *Apostata* est, qui à religione in totum fugit animo non redeundi. Ad vtrunque parum refert, quòd retineat, vel dimittat habitum. *Fugitiuus religiosus. Apostata religiosus.*

Eiectus alio nomine *expulsus* est, qui non sponte, sed iussus, vel compulsus discedit. *Erro* in *L. quis sit ff. de adilit. edict.* est, qui ex consuetudine, & sine causa aberrare solet, & si ad domum redeat. *Externus religionis* id est alienus à religione *L. nemo C. de Iudæ*. Ingressus religionem dicitur ille, qui professus est, aliter non. Ita Felin. in *Cap. cum deputati de iudic.* in princip. *Claustrum* dicitur quasi castrans, seu priuans habitantes in eis, ne euagentur 7. *quæst.* 1. *§. vltim.* est idem atque clausura, siue, quo aliquid clauditur: & est locus religiosus *cap. 2. de Constitut.* Agit latè Sanch. lib. 6. Decal. capit. 15. de clausura monialium quoad egressum à monasterijs, & capit. 16. de ipsarum clausura quoad ingressum in earundem monasteria. *Eiectus. Expulsus. Erro. Externus religionis. Ingressus Religionem. Claustrum.*

1367 *Monasterium* Latinè solitudo, & domus monachorum. *Monasterij appellatione* propriè venit etiam domus monialium. Ita ex *capit. monasterium puellarum* 18. *quæst.* 2. Mandos. in præfat. reg. 2. Cancel. num. 6. Flamin. de resign. benef. lib. 2. quæst. 1. num. 74. Veniunt etiam monachi, & personæ ipsius monasterij in exemptione, Rot. apud Card. Seraph. decis. 1025. numer. 10. *Monasteriorum appellatione* in materia larga, & fauorabili veniunt aliæ ecclesiæ sæculares: secùs in materia odiosa. Sic Gemin. cons. 131. n. 2. & Tusch. to. 5. lit. m. concl. 338. a. n. 4. monasterij appellatione venit illud spatium, quod intra monasterij septa continetur. Ita F. Emman. quæst. reg. to. 1. q. 46 a. 1. Sanch. lib. 6. Dec. c. 17. n. 12. & Bonac. de clausura relig. q. 5. pun. 1. n. 1. An monasterium veniat filiorum appellatione, latè disputant Barb. app. 99. nu. 117. & Sanch. lib. 7. Dec. c. 16. *Monasteriũ. Monasterij appell.*

Conuentus apud Latinos est multitudo ex plutibus hominum generibus contracta in vnum locum. Item fuere in prouincijs statuti conuentus per Rectores earũ ad iudicia facienda, vulgò dicimus *Comarcas*. Apud Canonistas est capitulum, siue collegium regularium *Clem. 1. de rebus eccles. non alien.* & sumitur pro domo monachorum. *Conuentus appellatione* venit regularium congregatio, & sic dicitur, Quòd ex multis locis in vnum locum plures con- *Conuentus. Conuentus appell.*

Conuentualis ecclesia appell. *Scapula.*

conueniunt. Ita Rebuff. ad leg. 3. verf. insuper *ff. de verb. signif.* pag.30. *Conuentualis Ecclesiæ appellatione* venit colligata ecclesia regularis, non autem secularis, iuxta propriam significationem in materia odiosa, vel exorbitanti, vt tenet Gegmin. conf.131.num.4. in significatu improprio venit secularis. Vide Tuschum tom.2. lit.C. concl.1031. & tom. 6. lit. P. conclus. 706. *Scapula*, & *Cuculla* vulgò scapulario, & cogulla, vestes sunt monachales in *Authen. de nupt. paragrafo sancimus.* Virgines vestales, Flamines, Diales, Pontifices capi dicuntur cum Sacerdotes creantur. Ita Vlpian. *Instit. cap. 10.* *Cænobium* cur dicatur monasterium, vide Iustinian. *Nouell.123.de eccles. diuers.*

Cucula. Capi vestales. Cænobium.

SECTIO VIII.

De iuramento, & adiuratione.

Iusiurandũ. *Iuramentũ quid.*

1368 IVsiurandum apud Latinos, Plaut.in Plead. & Tullium 3. offic. idem valet atque affirmatio religiosa, & appellatur *Iuramentum* à Theologis, & iuris vtriusque consultis. Nomen habet à iure (inquit Lessius lib.2. cap.42.dub. 1.) quia instar iuris habendum. Sic describitur ab Antonio Melissæ abbate lib.2.sermon. ser.63. ex Philone de plantat.Noe lib.2. *Iuramentum est fidei signum firmissimum, coniunctum cum Dei testimonio, cum iurantes in re dubia testem Deum inuocent.* Definitur ab alijs sic: *Est actus quo diuinum nomen fidei faciendæ causa adhibemus.* Ab alijs in hunc modum. *Iuramentum est attestatio diuini nominis: seu inuocatio diuini testimonij ad fidem faciendam, vel promissionem firmandam.*

Attestatio. *Comites iuramentis.*

Attestatio est inuocatio, qua Deus adducitur in testem. A Sanch. lib.3. Decal. cap.1. num.1. definitur: *Inuocatio diuini nominis in testimonium.* Differt ab oratione: quia hæc est inuocatio diuini nominis, gratia petendi auxilij, vt à misericorde, & omnipotente: per illud autem petitur vt tanquam testis infallibilis testetur affirmatum. Postulat tres comites, nempè veritatem, vt, quis iuret rem veram, iustitiam, vt iuret rem iustam ac licitam, & iudicium, vt iuret ex causa. Si desit veritas, efficitur Deus, vel ignorans, vel improbus, cum adducatur in testem falsitatis: & semper est lethale. Si desit iustitia, efficitur Deus iniustus, & quasi cooperator mali promissi: & est lethale, aut veniale pro ratione materiæ. Si desit iudicium, fit Deo irreuerentia, quatenùs sine causa in testem adducitur: & tunc si super re leui, vel quæ maius bonum impediat forte non excedit veniale.

1369 Ex dictis facile erit intelligere quomodò differat iuramentum ab Adiuratione, Abiuratione, Coniuratione, & obsecratione: *Adiuratio* est rei sacræ contestatio ad permouendum alterum: & iuxta S. Thom. 2.2.q.90.a.1. datur quando quis aliquam personam imperando, vel obsecrando inducit ad aliquid faciendum, omittendumue, inuocatione alicuius rei sacræ. Vnde duplex est, altera *imperatiua*, quando quis adiurat præcipiendo: altera *obsecratiua*, quando quis adiurat obsecrando. Differt ab oratione (inquit Sanch.lib.2.c.42.n.1.) quòd in hac petatur aliquid à Deo, & in illa propter Deum: cum oratione verò coincidet, si simul à Deo propter Deum aliquid petatur.

Adiuratio quid, & quotuplex. *Imperatiua adiuratio.* *Obsecratiua adiuratio.*

Abiurare apud Latinos, vt notat Seruius ad Aeneid.8. est rem creditam periurio negare. M.Tullius 1. ad Attic. Abiurare dixit pro sponsionem factam iureiurando negare. Apud Canonistas est renunciare *Cap. audita, de restitut. spolior.* *Abiurare mulierem* est iuramento repudiare, vt ait Albericus V. eod. *Abiuratio* pro iuramento *Cap. constitutus 2. de appellat.* Abiurare (inquit Summa Diana V. eod.) est detestari cum iuramento. Abiurant autem hæretici, vel de hæresi suspecti, ad excludendam suspicionem, vel infamiam hæresis, detestando hæresin, de qua conuicti, vel indiciati sunt.

Abiurare. *Abiurare mulierem.* *Abiuratio.* *Adiuratio quotuplex.*

Cum verò triplex sit suspicio, leuis, vehemens & violenta, triplex ab Inquisitoribus indicitur abiuratio, quę aut de leui dicitur, aut de vehementi, aut de violenta: præter quartam quæ dicitur de formali, & est illa, quæ fit in forma solemni. Vide Eymericum p.3.rubr.de 4.modo termin.n.126. *Obsecratio* iuxta Abbat. V.eod.est per iuramentum adiuratio. *Obsecrare* est per sacra rogare, vel opem à sacris rogare. Apud Canonistas est simpliciter rogare. *Cap. 1 de statu regul.in 6.*

Obsecratio. *Obsecrare.*

1370 *Coniuratio* est simul iuratio *Cap. Constitutiones de verb. signific.* nam deriuatur à verbo *Coniurare*, quod est in aliquid faciendum simul iurare, & vsurpatur in bonam, & malam partem. *Confraternitas* (vt notat Syluest.V.eod. n.1.) Coniuratio, & *conspiratio* licèt conueniant in eo, quod importent voluntariam vnionem multorum in aliquo vno, differunt tamen: nam *Confraternitas* dicitur quasi multorum simul fraternitas, & videtur importare principaliter vnionem ad mutuum amorem, & consequenter ad ea quæ amor requirit. *Coniuratio* importat vnionem ad rebellandum, vel impugnandum mediante iuramento.

Coniuratio. *Coniurare.* *Confraternitas.*

Conspiratio importat idem sine iuramento. *Præstatio fidei* secundum se, teste Syluestro V. iuramentum 1.num. 7. non est iuramentum, nisi vbi sumatur fides pro uirtute theologica. Quia iuramentum fit sacræ rei interuentu, non autem fidei præstatio: hæc enim dici potest promissio facta super propria fide, id est, fidelitate. Erit iuramentum, si dicatur: Iuro tibi per fidem meam, seu Euangelium me daturum *Homagium* de quo diximus n.993. iuxta

Cõspiratio. *Præstatio fidei.*

Sanch lib.3.Decal.c.2. num.33 non eſt iuramentum, ſed promiſſio ſimplex quibuſdam ſolemnitatibus inter nobiles facta. Vnde teſte eodem lib.6. matr. diſp.11. donatio inter coniuges non confirmatur homagio: quia in hoc non interponitur diuina fides, ſed humana.

Iuramentũ quotuplex. Conteſtatorium. Execratorium iuramentum.

1371 Iuramentum diuiditur multipliciter. 1. in conteſtatorium, & execratorium. *Conteſtatorium* fit per ſimplicem conteſtationem, in qua Deus vocatur, vt teſtis: v.g. quando, quis dicit Teſtor Deum, iuro per Deum. *Execratorium* fit per execrationem, in qua vocatur Deus in vindicem, vt puniat iurantem ſi fallat: v.g. ſi hoc non fecero, ſubita mors accidat mihi, & filijs meis. 2. in abſolutum, & conditionale: *Abſolutum* omni conditione caret. *Conditionale* eſt, quod habet conditionem tacitam, vel expreſſam. Tacita conditio ſubeſt, vel ex iurantis intentione, vel ex iuris diſpoſitione. 3. in ſolemne, & ſimplex.

Solemne iuramentũ.

Solemne eſt, cui adiacet notabilis aliqua circunſtantia externa, vt ſi fiat in tribunali, vel tactis reliquijs, & Euangelijs, vel coram notario, ac teſtibus. *Simplex* eſt, quod caret huiuſmodi circunſtantia. Vtriuſque datur eadem vis coram Deo, quamuis ſolemnis violatio ſit maius peccatum ob ſcandalum. 4. & principaliter in Aſſertorium, Promiſſorium, & cominatorium. *Aſſertorium* eſt cum iuratur de præſenti, vel de præterito ſic eſſe, vel non eſſe, fuiſſe, vel non fuiſſe. Addit Leſſius lib.2. cap. 42. num.11. poſſe extendi in futurum licet rariùs fiat: vt ſi iurem Petrum cras moriturum. *Promiſſorium* eſt, quo confirmamus noſtram promiſſionem: vt ſi quis iuret de futuro ſe alteri aliquid daturum, vel facturum. *Comminatorium* eſt, quo iuramus minando alicui pænam: vt ſi pater iuret ſe puniturum eſſe filium.

Aſſertoriũ. Promiſſoriũ

Sub prædictis continentur iuramenta ſeptimæ manus, affectionis, calumniæ, veritatis, litis, & in litem. *Iuramentum ſeptimæ manus, de quo cap. laudabilem de frig. & malef.* prout requiritur ad probandum impedimentum impotentiæ, ſic intelligi debet iuxta Sanch. lib.7. matr. diſp.108. num. 11. vt ſi vterque coniux fatcatur impedimentum, cuiuslibet coniugis ſeptem conſanguinei iurent ſibi eſſe veriſimile coniuges verum fateri. Si autem deficiant cõſanguinei, id præſtent ſemptem vicini cuiuslibet, ita vt omnes ſint quatuordecim. Vicinis verò deficientibus, alij teſtes bonæ famæ, & omni exceptione maiores. *Affectionis iuramentum, & in litem* coincidit. Nam *iurare in litem*, eſt ſui ipſius iuramento, rei quæ in lite, ſeu iudicio petitur, æſtimationem inire, & pro quanto ea carere nolit, affirmare. Dicitur igitur *Affectionis iuramentum*, quia in eo accipiendo iudex ſequitur affectum actoris. Vide Molin. to.1. iuſt. diſp.216. fine.

Septimæ manus iuramentum. Affectionis iuramentũ. Iurare in litem.

Calumniæ iuramentum datur, cum quis iurat ſe bona fide, & non animo calumniandi agere, egiſſe, vel acturum. Vnde iuxta Sanch. l. 3. Decal. c.3. num.7. *Iurant de calumnia*, qui iurant ſe bona fide, & non animo calumniandi cauſam mouere, vel aliquid proponere, vel reſpondere, nec in poſterum ſe facturos. Quare hoc iuramentum, vt tenet Spiegel V. eod. hæc continet. 1. quòd non calumniandi animo litem moueat. 2. quòd bonam cauſam ſe habere putet. 3. quòd in tota lite nullam exiget probationem, niſi quam pro veritate putet eſſe neceſſariam. 4. quòd nullam allegationem, cauſa differendi negotij proponet. 5. quòd nihil cauſa patrocinij iudicibus, vel alicui perſonæ pro hac cauſa promiſerit, vel poſtea daturus ſit vel per ſe, vel per alium.

Calumniæ iuramentũ. Iurare de calumnia.

1373 *Veritatis iuramentum* appellatur, quod iudex cognita cauſa defert actori ad ſupplendam probationem eius. *Litis deciſorium* iuramentum, prout habetur apud Zaſ. *Inſtit. de action. §. item ſi quis* nihil aliud eſt, quàm iudiciale, per quod lis deciditur. v g. quando creditor (exponit Molin tom. 2. diſp.561 §.2.) ob probationis ſufficientis defectum exegerat in iudicio, vt debitor iuraret, num id deberet, & debitor negaret ſub iuramento tale debitum, tunc id iuramentum deciſorium ideo dicitur, quòd eo lis dirimatur. Per illud enim reus liber à ſolutione debiti maneret, non ſecùs, ac ſi debitum ſoluiſſet.

Veritatis iuramentũ. Deciſorium iuramentũ.

Quid ſit *iuramentum contra bonos mores ciuiles, & naturales*, tradit Sanch. l.1. matr. d.32. n. 1. quid ſit iuramento firmari contractum, exponit Leſſius l.2 c.17. dub.7. De varijs formulis iuramenti tractant Sanch. l.3. Decal. c.2. & Azor. p.1. l.11. cap.2. apud quem dicitur *Iuramentum forum foro adijcere*, ex *cap. cum laicus, de foro compet. in 6.* ex eo quòd Epiſcopus ratione iuramenti in aliqua cauſa adhibiti, poteſt inter laicos cognoſcere non ſolum de ipſo iuramento, ſed etiam de his, quæ iuramentum conſequuntur.

Iuramenti formulæ. Forum foro adijcere.

1374 *Iurare per genium principis.* habetur *L. ſi duo ff. de iureiuran.* & eſt iurare per Angelum Cuſtodem principis. *Iurare liquidò* apud Vlpian. *l.* 18. *ff. de iureiur.* eſt iurare de re liquida, & perſpicua. *Iurare conceptis verbis* iuxta Budeum *in l. iusiurandum ff. de iureiur.* id eſt dictatis à deferente iuramentum, atque adeo pernotatis ad libitum adigentis. *Conceptis verbis peierare* eſt inexpiabili periurio ſe ſe cõtaminare. Sic exponit idem author ibid. *Concipere iuramentum* apud Liuium l.7. ab vrbe: eſt præſcribere, & dictare iuraturo, quibus verbis iurare debeat.

Iurare per genium. Liquidò iurare. Iurare conceptis verbis. Peierare cõceptis verbis. Concipere iuramentũ. Dare iusiurandum.

Dare iusiurandum dicitur etiam, qui vi vel amens promittit. *Authen. vt iud. ſine quoque ſuffrag. §. ſicut ergo.* Iuncta Gloſſ. Hoc loquendi modo vtitur Cæſar. l. 1. Gallic. Hac (inquit) oratione adducti, inter ſe fidem, & iusiurandum

dum

Deferre iuramentū. Offerre iusiurandum. Iurare in verba.

dum dant. *Deferre iuramentum*, Vt habetur *L. 1. C. de iureiur.* est arctare, vel constringere ad iurandum: & interdum delatio fit à iure, interdum à iudice, & interdum à parte; *parti offerre, & deferre* iusiurandum quandoque legi, testatur Spiegel V. eodem. *Iurare in verba* apud Cæsar. lib. 1. Bal. ciuil. est iurare se defensurum verba, & doctrinam alterius: sic dicitur discipuli iurare in verba magistrorum.

Periurium. Periurare. Iurati.

1375 *Periurium* quod habetur *L. fin. ff. de crim. stellion.* deriuatur à verbo *Periurare*, quod est peierare seu falsum iurare: iuxta Less. l. 2. c. 42. dub. 14. accipitur 1. late pro omni iuramento, cui ex tribus comitibus, aliquid deest, siue veritas, siue iustitia, siue iudicium. 2. propriè pro iuramento cui deest veritas, siue præsens, vt si quis scienter falsum confirmet, siue futura, vt si fidem datam, & iuramento firmatam sine causa non seruet.

In qua acceptione sumunt leges periurium: quod quidem apud Latinos in rigore committit. tum qui falsum iurat, tum qui promissionē iuratam sine causa non seruat. Vnde iuxta Azor. p. 1. l. 11. c. 12. quadruplex est periuriū, duplex rigorosum ex defectu veritatis, præsentis futuræ: duplex improprium ex defectu iustitiæ, & iudicij. *Iurati* nomen habent à iuramento, quod præstant exequendi fideliter officium, siue sint consiliarij, & anciani, siue priores, qui multitudinem regunt.

Deierare. Deiurare. Exiurare. Deiurium, Obiurare.

Deierare, Deiurare, & Exiurare idem significant scilicet valde & sanctum iurare. *Deiurium* apud Gellium l. 7. c. 18. quod sanctum iusiurādum. *Obiurare* est iureiurando adstringere, *Præiurare* est ante alios iurare. *Eiurare*, seu *Eierare* apud Tullium in Philipp. est præstito ante iuramento se re aliqua liberare: v. g. *Eiurare iudicem iniquum*, est interposito iuramento sibi iudicem suspectum esse nomine iniquitatis eius iurisdictionem declinare.

SECTIO IX.

De superstitione, & eius speciebus.

Superstitio quid.

1376 POstquam egimus de actibus religionis, superest agendum de vitijs oppositis, siue per excessum, qualis est superstitio, siue per defectum, qualis irreligiositas. *Superstitio* dicitur vel à supersedēdo, vel à superstādo superstite. Nēpè (vt ait Tullius 2. de nat. Deor.) quòd à cultura Deorum supersedeant, qui sine causa timidi sunt, quòd (vt ait Seruius 8. Aeneid.) timeant iram Dei supernè impendentem, & superstitem. Quod (vt placet Cicero. 2. de nat. Deor. & Lactantio lib. 4. diuin. institut. cap. 28.) olim homines ni. nij erant, imprecando, & immolendo, vt liberos relinquerent sibi superstites: vel quòd relictis veteribus dijs, colerent superstitem memoriam suorum maiorum.

Superstitio seu solicitudo.

Superstitio apud Latinos sumitur pro falsi Dei cultu, ita vt sit idem atque falsa religio: & apud Ciceron. 3. de nat. Deor. pro errore insano. Hinc apud iuris ciuilis interpretes *L. quemadmodum C. qui ad bonorum possess. & L. nec meritus ff. solut. matr.* idem est *gerere solicitudinem superstitiosam*, atque erroneam, & inanem. Apud Theologos, duce S. August. lib. 2. de doctr. Christ. c. 18. superstitio duo complectitur, scilicet cultum falsorum Deorum, & excessum in cultu veri Dei.

Idololatria. Diuinatio. Obseruatio vana.

Vnde apud Sanch. lib. 2. Decal. c. 37. sic definitur: *Est vitium religioni oppositum secundùm excessum: quia nimirum ille exhibetur cultus diuinus creaturæ, cui non debetur: vel Deo cui debetur, sed modo, quo exhiberi non debet*. Quare diuiditur in quatuor membra. 1. est quando Deo exhibetur cultus modo indebito. 2. quando cultus diuinus exhibetur creaturæ, & dicitur *idololatria*, 3. quando exhibet, quis cultum diuinum creaturæ, vt ab illa instruatur de occultis, & dicitur *Diuinatio*. 4. quando omittens dirigi à Deo, exhibet cultum diuinum creaturæ, ut ab ea in suis actibus dirigatur, & appellatur *obseruatio vana*.

Idololatria.

1377 Has superstitionis species iuuat explicare, & plures alias sub eisdem contentas. *Idololatria* propriè accepta nihil aliud est quàm cultus, quo quis aliquid creatum colit loco Dei: seu eo cultu, qui soli Deo competit. Vnde iuxta Sanch. lib. 2. Decal. cap. 37. num. 21. duo exigit, alterum, quòd honor soli Deo debitus, creaturæ, tribuatur: alterū quòd impēdatur creaturæ sicut Deo impendi oportebat, scilicet per voluntatem expressam, uel implicitam, qua quis velit talem opinionem conciliare creaturæ, qualis soli Deo congruit. *Idololatria* est, qui diuinum vultum creaturæ prædicto modo exhibet.

Idololatria.

Idolum. Idolothytū. Diuinatio quid.

Idolum Græca vox est, quæ rectè vertitur, imago vana, & instabilis, vel rei quæ non est recta: igitur falsorum Deorum imagines vocantur *Idola* quia sunt similitudines numinum, quæ non sunt. *Idolothytum* est idem atque immolatum idolo: & sumitur pro cibo, qui idolo offertur. *Diuinatio* dicitur, quasi diuina actio, & diuinitatis propria. Si autem fiat ex diuina reuelatione vocatur *Prophetia*: si arte dæmonis, propriadiuinatio censetur, & sic definitur: *Est prænunciatio futurorum euentuum, vel manifestatio rerum occultarum in debitis modis minimeque à diuina prouidentia constitutis*. Illius malitia ex eo deprehenditur, quòd occultorum cognitio solius Dei propria per vanas inuentiones à creatura procuratur, & pacto expresso, vel tacito cum Dæmone inito nitatur.

1378 Tria genera diuinationis, & sub his multi-

Diuinatio quotuplex. multiplices species recẽset, & exponit Lessius lib.2.c.43.n.25. Varia genera, & species ex S. Thoma 2. 2. q.95. a. 1. percurrit, & declarat Azor.p.1.lib.9.c.12.de quibus latè agit Sanch. lib.2. Decal.à cap.38. vbi citat. Delrium lib.4. disp. magic.c.2. cum diuinatio fiat per creaturas, scilicet per astra, elementa, volucres, humani corporis mẽbra, per somnia, per omina, ostenta, cadauera, sortes, & vanas alias obseruationes, hæc omnia paucis perstringemus. *Astrologia duplex.* *Astrologia* duplex est, altera naturalis, altera iudiciaria.

Naturalis dicitur, quæ obseruatis astrorum ortu, occasu, motu, situ, & aspectu coniectat pluuias, ventos, grandines serenitates, & alias elementorum affectiones, quæ plurimum conducunt nauigationi, medicinæ, & agriculturæ. *Iudicaria astrologia.* *Iudicaria*, seu *indicatrix* est, quæ syderibus inscribit varios influxus, quorum obseruatione certò prænunciat contingentes effectus futuros, qui ex libero arbitrio dependent. Non illa, sed hæc damnatur *Cap. Non liceat 26.q.5.& cap. igitur 26.q.3.* Huius posterioris pars est *Genethlialogia*, *Genethlialogia.* qua quis notatis astrorum signis, & obseruato natali die cuiusque prædicit, eum certa temperatione præditum, certis animi motibus obnoxium iri, & certis euentibus expositum. Professores astrologiæ iudiciariæ *Diuini* appellantur. *Diuini.*

1379 Quod attinet ad elementa, *Geomantia* est, quæ obseruatione alicuius corporis terrestris, vel futura contingentia, vel alia hominibus penitùs occulta diuinat. *Geomantia.* *Hydromantia* est quæ notatis ijs, quæ in aquis fiunt, futura & occulta diuinando prænunciat. *Hydromantia.* *Oenomantia* est, quæ obseruatis ijs, quæ in vino aut vasculis vino plenis accidunt, occulta prædicit. *Oeconomantia.* *Aeromantia* est, quæ obseruatis aeris mutationibus futura & abdita coniectat. *Aeromãtia.*

Pyromantia est, quæ per ignem, & res igne accensas vaticinatur. *Pyromãtia.* Ex auibus sumitur triplex diuinationis genus nempè Augurium, Auspicium, Aruspicium. *Augurium* est, quo quis obseruat auium garritus, voces, cantus, & numerum, quibus notati futuros euentus prædicit. *Augurium. Auspicium. Auspices.* Huiusmodi obseruatores *Augures* vocantur *Auspicium* est, quo quis ex volucrum habitu, pastu, volatu, cursu, & motu futura prænunciat. Huiusmodi obseruatores *Auspices* dicuntur. *Oscinum* est auspicium ex auium cantu. *Oscinum. Aruspiciũ.* *Aruspicium* est, quo quis inspectis cæsarum auium, aliorumue animalium extis, intestinis, fibris, ac visceribus futura diuinat. Huiusmodi obseruatores *Aruspices* nuncupantur. *Aruspices.*

1380 Diuinatio ex corporis humani partibus censetur quadruplex, scilicet *Chiromantia*, qua quis manuum certis, quibusdam lineis inspectis hominis statum, vitæ conditionem, ac fortuitos euentus præsagit. *Chiromãtia. Pedomantia. Metoposcopia.* *Pedomantia*, qua quis obseruatis pedum signis eadem, & similia prædicit. *Metoposcopia*, qua quis lineamentis frontis, vel totius vultus animaduersis futuros casus hominis prænunciat: est *Onichomantica*, qua quis ex vngue pueri impolluti diuinat. *Onicbomantica.*

Adde *Phisiognomiam* naturalis Philosophiæ partem, quæ obseruat humani corporis membra, præsertim humeros, pectus, manus, pedes, frontem, nasum, oculos, supercilia, aures, caput, & totam faciem, vt ex ijs coniectet hominis temperamentum, animi affectiones, & valetudinem. *Phisiognomia.* Altera *Phisiognomia* quæ astrologica dicitur, commentitia est & damnata: nam corporis humani partibus fingit certos planetas respondere, quarum signis obseruatis futuros euentus prosperos, & aduersos prædiuinat. Est insuper diuinatio per somnia, quæ Græcè dicitur *Onirocritica*, vel *oniromantia*. *Onirocritica. Oniromantia.* Cum vis temerè ex somnijs aduersos, vel prosperos euentus diuinat.

Quinque somniorum species numerat Macrob.lib.1.de somn.Scipion.c.3.nempè *Oraculum* est, cum in somnis grauis aliqua sanctaque persona, vt parens, sacerdos, vel etiam Deus denunciat, palam aliquid euenturum faciendum, aut vitandum. *Oraculum.* *Visio* est, cum id quis videt, quod eodem modo, quo apparuerat, eueniet. *Somnium* est, quod tectum figuris, & obscuratum ambagibus non nisi interpretatione deprehendi potest. *Visio. Somnium.*

Insomnium est, quando id quod fatigauerat vigilantem, se se ingerit dormienti, vt sunt curæ, custodia, artes, vel infirmitates. *Insomnium. Phantasma.* *Phantasma* est visum, cum inter vigiliam, & adultam quietem, nempè quando, qui vix dormire cæpit & adhuc se vigilare existimat, aspicere videtur irruentes in se, vel passim vagantes formas magnitudine, vel specie à natura discrepantes. Sub hoc continetur *Ephialtes* vulgo *Pezadele* quem vulgaris persuasio opinatur quiescentes inuadere, & mole sua pressos grauare. *Ephialtes.*

1381 Est multiplex diuinationis genus per *Omina*, cum quis obseruatis hominum dictis, uel factis ob alium finem, & causam fortuitos eorum casus, lætos, uel tristes præsagit. Est autem *Omen* augurium, quod fit ore, & dicitur, quasi *Oremen* cum futura rei prænunciatio ori hominis incidit, diuino tamen furore. *Omen. Oremen. Ostenta, Portenta. Prodigia. Monstra.* Tullius 1.de diuin. *Neque solum* (inquit) *deorum voces Pithagorei obseruauerunt, sed etiam hominum, quæ vocant omina.* Vide omnia multiplicia apud Azorium citat. capitol. 18. Fuit etiam diuinatio per Ostenta, Portenta, Prodigia, & monstra, quæ præter solitum, & communem naturæ usum accidere solent, & inde dicuntur, quòd aliquid ostendant, portendant, prædicent, monstrent.

Est diuinatio ex mortuis: *Necromantia* dicitur, qua quis umbris, uel cadaueribus inspectis futuros, & occultos rerum euentus prædicit. *Necromantia. Psichomantia.* *Psichomantia* est per quam animæ responsa

& ora-

Sortilegiũ. & oracula reddunt. Præterea *Sortilegium* genus diuinationis est, sic dictum à sortibus legendi, seu eligendis.

Sortilegi. Sortes multiplices. *Sortilegi* enim sunt qui per sortes futura, vel occulta tam præsentia, quàm præterita manifestant. Triplex est sortium genus. Aliæ *diuisoriæ* vocantur, quibus vtuntur homines, vt sciant quid, cuique sit tribuendum. v.g. in diuisione hæreditatis, vel in magistratibus elegendis. Aliæ *consultoriæ* quibus diuina voluntas exquiritur, vt sciatur quid oporteat agere, fugere, vel cauere. Aliæ *Diuinatoriæ* quarum vsus inseruit ad diuinandum futura, & occulta, si ita, vel ita cadent.

Cranιomantia. Spatulomantia. Astragalomantia. Cottabomantia. 1382 Sunt & aliæ diuinationes. *Craniomantia*, quæ fit cum respondet caput hominis mortui. *Spatulomantia* diuinatio per os hirci recens occisi. *Astragalomantia* diuinatio ex iactu astragalorum. *Cottabomantia* vaticinium per æneam phialam. *Lecanomantia* cum diabolus consulitur ex pelui in aqua immersa. *Gastromantia* per quam dæmones non per voces, sed per figuras respondent. *Catoptromantia* quæ diuinat ex nitidissimis specillis. *Crystallomantia*, vaticinatio ex polito, ac terso crystallo.

Dactylomantia. Coscinomantia. Axiomantia. Botanomantia. Pythonici. Harioli. Diuini. Pseudo Prophetica *Dactylomantia* vaticinatio, dico vaticinium per annulos ad certos astrorum situs fabricatos. *Conscinomantia* diuinatio per cribrum. *Axinomantia* vaticinium per secures. *Botanomantia* diuinatio per herbas. Denique solet dæmon in suis prophetis, qui pythonici & pythonissæ, harioli & diuini appellantur, respondere per vmbeliculum, & partes pudendas: dignum (inquit Origen. lib. 7. contra Celsum) os tali omine.

Item per varia visa in imaginatione, quæ *Pseudoprophetica* vocatur. Denique vel per vocem formatam in auribus, quam nemo alius audire potest, vel per speciem vanam

Præstigiũ. Fatum quid. Duellum. oculis obiectam: quæ duo *Præstigium* dici possunt. *Fatum* est genus diuinationis, cui qui intendit damnationem animæ suæ incurrit. *Duellum* diuinationis species, fit quando certamen duorum suscipitur, ad veritatis indaginem, vt victor iudicetur innocens, & habere ius in lite. Vide Sanch. 2. Decal. cap. 39.

Obseruationes vanæ. 1383 *Obseruationes vanæ* (ait Lessius lib. 2. cap. 42. n. 62.) dicuntur cum aliqua fiunt vel adhibentur ad aliquem effectum, ad quem nec à Deo, nec à natura vllam vim habent: item cum ex consideratione alicuius euentus fortuiti conijcit quis aliquid prosperi, vel aduersi, & inde actiones suas moderatur. Harum tres

Ars notoria. sunt species, nempè *Ars notoria*, quæ est ratio quædam consequendi scientiam infusam per certa ieiunia, inspectiones figurarum, & similia adminicula vana, & inefficacia.

Obseruatio sanitatum. Obseruatio euentuum. *Obseruatio sanitatum* est quando adhibentur verba, vel alia signa, aut inanes ceremoniæ ad curandos morbos, aut mitigandos dolores, siue hominum, siue brutorum. *Obseruatio euentuum* est quando fortuitò aliquid occurrit, vel acidit homini, ex quo sibi vel alteri aliquid aduersi vel læti coniectat, vt inde suas actiones dirigat: vt si calceos induens sternutet & ideo lectum repetat, vt auertat omen. *Apotelesma* est iudicium astronomicum ex constellationibus. *Apotelesma.*

Constellatio autem est quædam in cælo ex varijs stellis figura, quæ vel cymbam, vel coronam, aut quid simile repræsentat. *Cælicolæ*, prout habentur *L. cælicolarum C. de iudic. & cælic.* vocantur, qui cælum, vel planetas cæli, id est solem & lunam, ac stellas quasi Deum colunt. *Abominari* est omen auersari. *L. Lucius ff. de bar. instit.* Inter eos qui exercent obseruationem sanitatum in Hispania dicuntur *Salutatores* illi qui verbis quibusdam, exhalatione, & alijs similibus curanr. De his Lessius cap. 43. n. 63. *Constellatio. Cælicolæ. Abominari. Salutatores*

1384 Denique vltima superstitionis species est *Magia* presse accepta, seu dæmoniaca. Accipitur enim largè prout etiam comprehendit *Magiam naturalem*, quæ est ratio quædam operandi mira per causas naturales absque dæmonum opera. Ad hanc spectat *Mathematica*, qua quis sola mathematicarum disciplinarum scientia imbutus absque alijs rerum naturalium actionibus quædam mirabilirer præstat. *Magia superstitiosa*, seu *dæmoniaca* est ratio quædam operandi mira ope dæmonium, per signa, seu causas morales, quibus pósitis ex pacto excitatur dæmon, vt faciat quod magus petit. *Magia. Mathematica. Maleficiũ. Veneficium parmacbia. sortiaria. Præstigiatoria. Incantatoria. Venefici. Cabalistica.*

Hoc in genere duplex est, altera retento communi nomine *Magia* dicitur, & refertur ad ostentationem, aliudue commodum suum, vel alienum: alrera vocatur *Maleficium*, seu *Veneficium* Græcè *Parmachia*, id est, *Venenaria*, vulgo *Sortiaria*, & refertur ad aliquam noxam inferendam alteri. Sub his continetur *Præstigiatoria* quæ fit, vt oculis res aliter appareanr, quam sint: v.g. homo speciem lupi, & lupus speciem hominis exhibeat. *Incantatoria*, alio nomine *Venefica* est, quæ certis verbis, carminibus, suffumigationibus, & alijs similibus videtur quædam mirabiliter efficere, in qua dæmon occultè se ingerir. *Cabalistica* est, quæ docet in Hebraicis nominibus, punctis, apicibus, lineis, accentibus, & spiritibus contineri miras rerum affectiones, & facultates, vt ex ijs possit quis mirabilia efficere. *Pythagorica* est quæ docet nomina cum naturæ actionibus, & viribus certam habere affinitatem, quam, qui probè nosceret, mirabilia præstaret. *Pythagorica.*

1385 Inter venenarios, veneficos, maleficos, & magos est in iure discrimen. *Venerarij* iuxta Alciat. l. 4. *de verb. sign.* sunt criminosi, qui aliquem veneno extinxerunt. *L. capitalium, de pœnis*, capite puniuntur. *Venefici*, alio nomine *Malefici* apud iurisconf. *de sicarijs, & veneficis*. Sunt qui adhibitis incantationibus, & maleficijs ad nocendum vtuntur *Magi* apud canonistas *ap. nec mirum 26. q. 5.* sumuntur in malam partem, pro veneficis, & incantatoribus. *Venenarij. Venefici. Malefici. Magi.*

Rectè

Rectè tamen Azor. p. 2. lib. 1. cap. 11. q. 2 tria magorum genera distinguit. Alij (inquit) sunt magi, quos Latini vocant *Præstigiatores*, & Delusores, qui certis quibusdam artibus, ingenio, & industria rerum figuras immutant, vt aliæ esse videantur. Alij sunt magi qui diabolicæ, non magiæ naturalis ministerio vtuntur. Alij denique magi qui inspectione siderum quædam futura prædicunt, & sagacitate naturæ multa omina interpretantur. Est differentia inter striges, Lamias, & Sagas. *Lamia* sic dicta, quasi lania, teste S. Gregor. 34. Mor. belua est, quæ habet humanam speciem, & corpus bestiale, scilicet caput muliebre, & pedes equinos: adeo crudelis vt filios suos dilanier. *Strix* auis nocturna est, dicta à stridendo, quæ iuxta Plin. l. 11. c. 39. fabulosè fertur, vbera infantium labris immulgere.

Præstigiatores. *Lamia.* *Strix.*

Hinc *Lamiæ* & *Striges* mulierculæ dicuntur, quæ infantium sanguinem sugunt: item puellulos suo contactu, & lactis ablatione fascinant, vulgo *Bruxas* dicimus. *Saga* dicitur venefica, quòd satis agat, & ea est quæ carminibus, & herbis mala hominibus, vel arcet, vel impellit. *Philtra*, de quibus Azor. p. 1. lib. 9. cap. 26. init. sunt pocula, vel carmina amatoria, quæ alliciunt ad amandum. *Philacteria*, de quibus Gregor. 3. *Cap. si quis ariolos 26. q. 5.* vocantur chartæ in quibus continentur incantationes.

Saga. *Philtra.* *Philacteria*

SECTIO X.

De Irreligiositate.

Irreligiositas.

1386 Qvamuis hæc vox (*Irreligiositas*) Latina non sit, tamen scholastica est, & in frequenti vsu apud Theologos: accipitur dupliciter. 1. latissimè pro omni delicto contra religionem: sicut enim quidquid spectat ad cultum Dei & sanctorum vna vox, *Religio*, complectitur, ita quidquid Religioni opponitur, vna vox, *Irreligiositas* comprehendit. In qua acceptione, teste Suar. tom. 1. de Relig. tr. 3. lib. 1. cap. 1. adhuc *Irreuerentia* latiùs patet Irreligiositate: nam hæc tantum dicit Irreuerentiam diuinam: at *Irreuerentia* secundùm se, dicit tam diuinam, quàm humanam. 2. strictè & proprie pro omni ac solo vitio, quod oppo. nitur Religioni per defectum, & prout sic iuxta Lessium lib. 2. cap. 45. init. sub se continet tentationem Dei, sacrilegium, periurium, simoniam, blasphemiam, & infidelitatem, seu voti violationem. Iam alibi elucidauimus periurium, simoniam, & infidelitatem: modò elucidari debent tentatio Dei, sacrilegium, & blasphemia.

Irreuerentia

Tentare.

1387 *Tentare* dicitur, vel à verbo *tendere*, quasi manum tendat ad experiendum, qui tentare vult: vel à *verbo tenere*, quasi manu teneat, & attrectet, qui tentat, & experitur. *Tentare* enim apud Latinos est rem incertam, & non intellectam aggredi, seu experiri, & diligenter inquirere. Apud Theologos, duce S. Thoma 2. 2. q. 96. est experimentum sumere de tentato, verbis aut factis experiendo, an sciat, velit, aut possit aliquid: idque aliquando non vt qui tentat, sciat, sed, vt alij sciant: sic dicitur Deus tentasse Abraham, Tobiam, & alios iustos, vt eorum sanctitatem mundo patefaceret.

Sumitur etiam *tentare* pro in malum incitare: qua ratione Diabolus, & concupiscentia tentant: Deus *autem* dicitur *in tentator malorum, & neminem tentare*. Iacobi. 1. *Tentatio* igitur generaliter accepta, vt ex S. Thoma 2. 2. q. 97. colligit Lessius, cap. 45. num. 1. est dictum, vel factum ad capiendum de aliquo experimentum, vt sciatur, qualem habeat scientiam, bonitatem potentiam. *Tentatio Dei* sic definitur à Sanch. lib. 2. Decal. cap. 34. *Est irreligiositas quædam per quam ex dubitatione de aliqua Dei perfectione sumitur experimentum verbis vel factis, an Deus perfectionem illam habeat*. Vt cognoscatur, attendendus est finis, ob quem effectus à Deo speratur: si enim finis iustus, & rationabilis fuerit, non dabitur tentatio: secus si non iustus, vel inutilis.

Tentatio quid.

1388 Quod attinet ad multiplicitatem, *Tentatio* communissimè accepta, prout in S. Pagina reperitur, & notat S. August. q. 58. in Exod. & Epist. 146. ad Constantium, est duplex altera probationis, seu experimenti, altera inductionis seu seductionis. *Tentatio* Dei vel est *formalis* vt cum quis dubitando formaliter de aliqua Dei perfectione aliquid facit animo illius experiendæ: vel est *interpretatiua*, quando quis id petit aut agit, quod ex sua natura ad nihil aliud referri posse videtur, quã ad Dei perfectionem experiendam: & dupliciter euenit. 1. cum quis media naturalia à Deo ordinata prætermittit, sperans à solo Deo effectum. 2. cum sponte periculum quærit, à quo vix liberari possit, nisi à solo Deo, sperans ab eo liberari: vt si quis desiliat in puteum sperans à Deo liberari. Vide Suar. §. 1. de relig. tract. 3. lib. 1. c. 2. & Less. citat. dubit. 1.

Tentatio quotuplex.

1389 *Sacrilegium* iuxta Isidor. lib. 1. Orig. est rei sacræ legium seu furtum: dicitur enim à sacris legendis, hoc est furandis: nam apud Latinos, Ciceron. in Sallust. in Catil. lib. 4. c. 2. est ipsum sacrarum rerum furtum. Apud Theologos latiùs accipitur, nempè pro omni irreuerentia, quæ fit Deo indigna tractatione rei sacræ: & sic definitur: *Est violatio rei sacræ*. Expressiùs: *Est peccatum quo res sacra polluitur, aut indignè, & impiè tractatur*. Differt sacrilegium à periurio, & tentatione Dei, quòd his ipsi Deo immediata & in se iniuria irrogatur: sacrilegio autem in rebus ipsi dicatis: a simonia verò, quia sacrilegium dicit circa rem sacram commutationem inuoluntariam respectu Dei: agitur enim inter Deum, & hominem: & res Deo sacra, contra ipsius Dei voluntatẽ malè ab homine tractatur: *Simonia* verò agitur

Sacrilegium quid.

tur inter duos homines, & fit ex partium consensu.

Sacræ rei appell. Nomine *rei sacræ* hoc loco intelligitur ea quæ sanctitatem aliquam vendicat, aut Christi institutione, aut Ecclesiæ consecratione, vnctione, benedictione. Ea item quam ecclesia ad sacros vsus, & ministeria destinauit. *Benedictio.* *Benedictio* (vt definit Azor .p. 1. lib. 9. cap. 27. q. 1.) est precatio qua ecclesiæ minister certis ritibus, & cæremonijs Ecclesiasticis adhibitis bona precatur rei, quam sacrat.

1390 Quod attinet ad multiplicitatem, hæc iuxta S. Thom. 2. 2. q. 99. a. 3. desumitur ex diuersitate rerum sacrarum, quæ sunt in triplici differentia, & constituunt tres sacrilegij species. *Sacrilegij quotuplex.* Nam sanctitas tribuitur personis, locis, & rebus alijs ad diuinum cultum destinatis. Igitur 1. species est, qua violatur persona sacra. Ad hanc spectat percussio clerici, vel personæ Ecclesiasticæ, & pertractio personarum ecclesiasticarum ad tribunal seculare, item exactio vectigalium ab ijsdem per principes seculares contra canones: deinde fornicatio personæ religiosæ, & cuiuscunque habentis votum castitatis: denique omnis violatio voti personalis. 2. Species est qua violatur locus sacer.

Ad hanc pertinet euersio altaris, effractio, vel incendium templi, effusio iniuriosa sanguinis, effusio seminis, extractio violenta, & iniuriosa personæ à loco sacro, item mercatus, deambulationes, clamores, & alia prophana, quæ per se diuinum cultum impediunt: denique furtum in loco sacro, præsertim si ibi res causa securitatis fuit deposita. 3. Species est qua violantur res sacræ diuersæ à personis, & locis.

Ad hanc spectant omnes iniuriæ, & abusiones sacramentorum: item eorundem perceptio, & administratio in statu peccati lethalis: abusio, & violatio vasorum sacrorum, & vestium sacrarum: abusio sententiarum S. Paginæ ad superstitiones, amatoria, & facetias: indigna tractatio reliquiarum, & imaginum Sanctorum: denique inuasio bonorum ecclesiasticorum: prædictis addit Lessius cap. 45. n. 18. operationem seruilem diebus festis, non ita omissionem sacri, cum dicat sacrilegium prohiberi præcepto negatiuo, atque adeo patrari per commissionem, & non per omissionem.

Blasphemia quid. 1391 *Blasphemia* de qua latè Suar. to. 1. Relig. tract. 3. lib. 1. à cap. 4. Græca vox est, quæ apud Latinos idem valet atque vituperatio, execratio, maledictio apud Theologos, & S. Paginæ interpretes sumitur dupliciter. 1. latè pro omni conuitio, & maledicto in aliquem, præcipuè dignitate, & excellentia pollentem virum. Sic intelligit S. Hieronym. Apostolum ad Titum 3. *Admone illos neminem blasphemare*, idest maledicere, conuitiari. 2. strictè & propriè pro contumelia in Deum, vel sanctos in cælo cum Christo regnantes, quatenus habent respectum ad Deum, quæ proinde tota in Deum refunditur.

A Sancio lib. 2. Decal. cap. 32. n. 11. sic definitur: *Est locutio falsa contra Deum per modum conuitij*. Dicitur falsa: quia licet quandoque exerceatur per modos imperatiuos, & optatiuos, in quibus nec enunciatio, nec proinde falsitas esse potest, & quandoque per nominationem pudendorum Christi, & Sanctorum, in quibus non est falsitas, tamen semper ex modo irrisorio, vel contemnenti denotat aliquid in Deo contemptibile, quod falsum est.

Explicatiùs sic definitur: *Est peccatum quod aliquid de diuinæ bonitatis excellentia detrahitur, dicendo falsò aliquid Deo inesse quod non inest: vel negando inesse quod inest; idque voluntate quadam derogandi hac ratione diuinæ bonitati, vel maiestati.* Ad hanc voluntatem non requiritur omninò intentio directa derogandi, qualem habent damnati, sed sufficit indirecta quando scilicet ex circunstantijs, & modo prudenter iudicetur locutionem habere diuinæ gloriæ contemptum, & diminutionem. Blasphemia latiùs patet peccato contrà fidei confessionem & distinguitur ab infidelitate: hæc enim in mente residet, & est falsus mentis contra fidem assensus: illa consistit in verbo contra Deum, & potest stare cum vero assensu.

1392 Quædam blasphemiæ (inquit Sanch. cit. n. 36.) sunt hæreticales, nempè quæ continent errorem contra fidem explicatæ per verbum indicatiui: v. g. hæc (Deus est iniustus) quædam non ita, quales v. g. Dei maledictiones: essent tamen hæreticales, si blasphemans assereret Deum esse illarum capacem. *Hæreticales blasphemiæ. Blasphemia quotuplex.* Blasphemia in sua pura ratione tripliciter diuiditur iuxta Lessium l. 2. c. 45. n. 27.

Diuiditur 1. ex parte actus in interiorem, & exteriorem: interior est blasphemia cordis: exterior est blasphemia oris: addunt aliqui blasphemiam operis, quando scilicet per aliquod opus, v. g. Idolatriam falsum de Deo significatur. 2. ex parte modi, in enunciatiuam imprecatiuam, & de honestatiuam. *Enunciatiua* fit affirmando, vel negando: vt si tribuatur diuinæ excellentiæ quod ei non competit, vel si negetur quod competit, aut hoc tribuatur creaturæ. *Enunciatiua blasphemia.* *Imprecatiua* est cum quis imprecatur Deo malum, & est propria damnatorum, & hominum pessimorum. *Imperatiua blasphemia.*

Dehonestatiua est, cum quis membra Christi, vel sanctorum indecorè, & inhonestè nuncupat. *Dehonestatiua blasphemia.* 3. ex parte termini in immediatam, & mediatam: *immediata* est quæ fertur immediatè in Deum, & est proximè contra virtutem religionis: mediata est immediatè contra Sanctos, violatque proximè virtutem obseruantiæ: mediatè est contra Deum, & remotè lædit virtutem religionis.

ELV-

ELVCIDATIO XXI.

De locis tam sacris, quàm prophanis.

POst elucidationem Religionis, ad quam res omnes sacra iure pertinent, non erit dissentaneum elucidare locos, tum sacros, tum prophanos in S.Theologia, & vtroque iure frequentes. Nam sacri sub hac formalitate directè spectant ad tractatum de Religione, vel saltem proximè sequuntur; prophani cum sacris in communissima ratione consentiunt. Erit igitur nobis prior sermo de locis communissimè acceptis, posterior de acceptis magis specificè, & in particolari.

SECTIO I.

De Locis communissimè acceptis.

Locus. Topos.

1393 LOcus, Græcè *Topos*, apud Latinos dicitur quidquid aliquid continet, & teste Varrone lib. 4. de ling. Latin. est vbi quicquam consistit. Apud eosdem frequenter accipitur pro vice, vt loco patris, idest vice patris: pro naturalibus, pro statu, pro æstimatione, pro tempore, & opportunitate. Apud Philosophos duplex est, alter extrinsecus, alter intrinsecus. *Extrinsecus* sic definitur ab Aristotel. lib. 4. Phyfic. cap. 4. *Est extremum corporis continentis*: scilicet est superficies ambiens locatum. Huius largam explicationem vide apud Conimbr. ibid. q. 1.

Vbi.

Intrinsecus, alio nomine *Vbi* definitur ab iisdem in cap. 9. de situ q. 2. ar. 1. in hunc modum: *Est forma interna, qua res in aliqua spatij parte existit.* Apud Iuristas ex *L. locus ff. de relig. & sumpt. fun. & l. 2. & l. ore & l. si locum eo tit.* est vbi quid collocari potest, & multipliciter sumitur: pro tempore *L. 1. C. de coarcta lib. 12.* pro effectu *L. in omni ff. de iuric, & facti ignor.* pro officio *L. athletas ff. de his qui not. infam.* pro sepulchro *L. caueri ff. communia prædia*, pro ciuitate vel castro *L. decernimus ff. de aquæduct.* & pro prouincia *L. omnes qui C. de Episc. & Cler.* iuxta Alciat. & *L. fundi ff. de verb. signif.* qua ratione in prædijs vrbanis locus sine ædificio dicitur *Area*, in rusticis *Ager*: specialiter verò quando respectu fundi locum dicimus, de portione aliqua accipimus. Nam *L. locus de verb. signif.* Fundus aliquid integrum est quod suos habet fines: locus portio aliqua fundi.

Loci acceptio. Area. Ager. Fundus. Locus quotuplex.

1394 Multiplex locus est iuridicè acceptus, & præcipuè diuiditur in priuatum, publicum, religiosum, & sacrum. *Priuatus* dicitur à Syluestro v. locus n. 1. qui non est deputatus ad vsum publicum, siue sit personæ priuatæ, siue rei publicæ: & talis iuxta *Cap. aurum 12. q. 2.* potest vendi etiam vt ibi fiat cæmeterium, vel ecclesia. *Publicus locus* iuxta Molinam tom. 3. disp. 707. n. 9. quamuis interdum latiùs vsurpetur, & vt sic comprehendat etiam loca ad fiscum regis coronamque Regni attinentia tanquam propria *L. 1 ff. de loco publico fru.* item res proprias communitatis, quæ non sunt communia singulis de populo, quoad vsum, vt horrea publica, carcerem publicum.

Publicus locus.

Item bona aliqua quæ ita iure gentium omnibus communia sunt, vt ad nullius etiam communitatis dominium pertineant, qualis est aer, aqua profluens, mare, & littus maris, atque vt distinguuntur à locis proprijs communitatis, quo pacto flumina, & portus loca publica vocantur *Instit. de rerum diuis. §. 1.* tamen ea loca peculiari, & propria ratione publica censentur, quæ ad publicum vsum singulorum spectant, vt sunt plateæ, viæ publicæ, prædium vsibus singulorum de populo deputatum, his similia, prout habetur *C. 2. §. publicè loci ff. nequid in loco publico.* Vnde loca quædam (vt notat idem Molin. cit. n. 2.) ita sunt publica, vt vsui omnium vniuersim deputentur, vt plateæ, & viæ communes, quædam ita sunt publica, vt solum destinentur vsui eorum qui sunt de certo populo, vt v. g. prædia deputata pastui animalium singulorum.

1395 *Religiosus locus* aliter à Legistis, & aliter à Canonistis vsurpatur. Nam in iure ciuili religiosus locus est ille in quo sepultus est aliquis Christianus de voluntate domini ipsius loci *L. 2. C. de relig. & sum. fu.* Quasi corpus Christiani locum tangens ideo religiosum efficiat, quia per illum contactum desinit esse in dominio alicuius *L. quanquam ff. de aqua pluui arc.* sic enim pietas donantis facit locum pium, & religio sepulti facit locum religiosum. In iure Canonico *Religiosus locus* iuxta Syluestr. v. locus n. 1. est qui authoritate Pontificis deputatur ad talem vsum *Cap. ad hæc de religios. dom.* *Religiosus locus.*

Hinc iuxta Azorium p. 2. lib. 3. cap. 3. qu. 2. *Religiosa domus* est locus ad pios vsus, v. g. ad hospitale Episcopi authoritate extructus, vel dotatus, vel deputatus. Vnde si desit authoritas Episcopi fundantis, vel dotantis, vel deputantis ad pios vsus nulla domus, nulla ædicula, oratorium, vel alius quilibet locus Religiosus haberi iure potest. *Religiosa domus.*

Sacer locus secundùm Panorm. ad *Cap. nemo de consecr.* 2. strictè acceptus est ille qui per Episcopum vnctione cum oleo sancto consecratur: latè acceptus dicitur etiam ille qui per Episcopum benedicitur, vel saltem deputatur ad pios vsus. Quare videntur coincidere in iure Canonico locus Religiosus, & Sacer. Oratoria priuata non sunt loca sacra, seu Religiosa; quia iuxta Gloss. ad *Clem. quia contingit, de relig. dom.* possunt per ædificatorem in prophanos vsus conuerti. *Sacer locus.*

1396 Dicitur autem in iure locus sacer diuersimodè in ordine ad diuersos effectus. Nam in ordine ad immunitatem, loca sacta ne per vim ab illis extrahantur delinquentes, vt habetur *Sacer locus quoad immunitatem.*

betur *Cap. diffiniunt* 17. q. 4. & latè exponit Suar. tom. 1. de Relig. lib. 3 cap. 9. censentur in primis templa authoritate Episcopi fundata, consecrata, vel benedicta, etiam antequam celebrentur diuina mysteria: imò censetur ecclesia nec consecrata, nec benedicta, si iam in ea diuina mysteria celebrentur. Ampliatur 1. vt censeri possit ecclesia ordinata ad cultum diuinum, & iam apta ad diuina mysteria, quamuis hæc nondum celebrari ceperint. Ampliatur 2. vt ecclesia tum interdicta, tum polluta, & nondum reconciliata censeatur.

Immunitas loci sacri.

Ampliatur 3. vt non sola Ecclesia quoad internum suum ambitum, sed etiam quoad totam suam fabricam, & capacitatem cum tectis, turribus, ac similibus: & quoad externum cæmeterium censeatur. Ampliatur 4. vt censeantur alia loca religiosa, nempè hospitale authoritate Episcopi dicatum, monasteria quoad totum claustrum, & habitationem religiosorum, item Episcopi domus. Extenditur probabiliter hæc immunitas ad sacerdotem deferentem Eucharistiam per plateas, & ad thronum quo defertur, ita vt si reus fugiens illum amplexetur, capi non possit. At non extenditur ad oratoria priuata, etiamsi de licentia Episcopi sacrum in eis celebrari valeat. Hęc ex Suar. citato.

Sacer locus quoad violationem.

1397 *Sacer locus* in ordine ad violationem, vt tradunt Sanch. lib. 9. matr. disp. 15. à nu. 21. & Azor. p. 3. lib. 3. cap. 27. q. 13. venit sola ecclesia consecrata, & benedicta. Id autem spatium dicetur esse intra ecclesiam quod spectat ad interius eius corpus à tecto interiori vsque ad pauimentum, & à summa ara vsque ad parietem oppositum. Capdellæ igitur intra ecclesiam camprehenduntur, & vnum cum illa corpus efficiunt. Vnde non censetur locus sacer, vt violetur per effusionem sanguinis, vel seminis constructus sub ecclesia, vt si ibi cella, vel cauerna sit, nisi ad sepulturam fidelium deputetur. Item nec cameræ adhærentes ecclesiæ, nec tribunæ, nec turris cymbalorum, nec tectum exterius, nec sacristia. Secus de choro, cornija, & confessionarijs quæ omninò intra ecclesiam sunt.

Violatio loci sacri.

Quid si habeatur copula, vel occidatur homo in porta ecclesiæ? Dicimus eam pollui, si id contingat intra limen clausuramque, scilicet intra lineam, quam attingunt valuæ: secus, si extra limen, & clausuram. Ad hunc effectum, sacra loca non sunt oratoria strictè accepta, qualia hospitalium eremitariorum, & alia in domibus priuatis, quæ priuata authoritate, absque Episcopi licentia eriguntur: secus de ecclesijs xenodochiorum, & eremitariorum, quæ benedictæ consecratæ non sunt, verùm Episcopi authoritate erectæ, & ad diuinum cultum destinatæ.

Cæmeterium ab Episcopo benedictum censetur locus sacer, vt violari possit: item claustra religiosorum, si benedicta sint, & Religiosis sepeliendis destinata: non ita reliqua religiosorum habitacula, & officinæ, & si ecclesiæ immunitate gaudeant. Hac omnia videntur procedere de loco sacro, vt per excommunicatum sepultum violetur. De hoc tamen Suar. de cens. disp. 12. sect. 4 n. 6.

1398 Sub prædictis benè continetur locus purus, sanctus, insignis, angustus, vicinus, & mutatoria: *Purus locus* in iure prout habetur *L. 2. ff. de Relig. & sumpt. fun.* dicitur, qui neque sanctus, neque sacer, neque religiosus est. *Sanctus locus*, de quo *Instit. de rer. diuin. paragraph. sanctæ quoque res* appellatur, qui firmus est, & virtutibus munitus. *Insignis locus* vt placet Pau. de Leaza. in *Clem. vnica de foro compet.* est ille, in quo potest haberi copia necessariorum pro Episcopo, familia, & equitibus suis. Iuxta Innoc. Host. & Abbat. quidquid contradicat Ioan. And. ad *Cap. statutum, de Rescrip. in 6.* est ciuitas, in qua petitorum copia suppetit.

Purus locus. *Sanctus locus.* *Insignis locus.*

Angustus locus idem est atque arctus, & dicitur ab angulis, quòd anguli semper coarctentur. Sic *Angusta domus l. firam Angusti ff. de seruit.* est arcta: vbi apud Iuristas *Angustus locus* iter magis, quàm viam recipit. Ab hoc nomen accepit *Angiportus*, qui iuxta Alciat. ad *L. portus ff. de oblig. verb.* olim dicebatur angusta via inter portus, id est domos. *Vicinus locus* iuxta Bart. in *l. si tertius in princ ff. de aqua pluui arc.* Eatenus accipitur, quatenus clamantis vox, audiri potest. *Mutatoria* appellantur vulgo fullonica, vel diuersoria, quasi secreta ædificia, & accipiuntur etiam pro vestimentis mutationem habentibus.

Angustus locus. *Portus.* *Pro domo.* *Vicinus. Locus.* *Mutatoria.*

SECTIO II.

De locis sacris in particulari.

1399 Longè aliter se habet apud Legistas *diuina, & sacra domus*, atque apud Canonistas, & Theologos. Nam *Diuina domus* in iure ciuili *L. vnica C. in quibus causis, & l. bene à Zenone C. vbi causa fiscales* accipitur pro aula, & palatio Imperatoris. At in *L. vniuersi C. de fundis rei priuatæ, & saltibus diuinæ domus lib.* 11. sumitur pro templo, & ecclesia Deo, ac eius sanctis dicata. Vnde Garcia Toletan. ibid. n. 9. sic exponit citatum titulum, ac si ita poneretur. De fundis patrimonij priuati Imperatoris, & diuinæ domus id est Ecclesiæ, vel templi cultis, & fructiferis, vel incultis, & infructiferis.

Diuina domus.

Sacrum cubiculum vt declarat idem Author ad tit. *S. Cod. de propositis sacri cubiculi* n. 1. est idem, atque camera vbi cubat, comedit, & frequenter residet Imperator, vel eius vxor Augusta, atque adeo est duplex, altera Augusti, altera Augustæ: vt sumitur ex *l. fin. eod. tit.* Dicitur autem sacrum eo, quòd omnia, quæ ibi aguntur, debeant esse sacra, nempè Deo grata, & iustitiæ corona. Apud Canonistas & Theo-

Sacrum cubiculum.

Theologo sacra domus pro ecclesia, vel templo accipitur: an vero ad alios locos extendatur, constabit ex dictis de sacro loco.

1400 Quid sit Ecclesia, templum, Basilica, AEdicula, Eremitorum, Sacellum, oratorium, Sanctuarium, & Sacrarium, nobis expediendum est.

Templum.

Templum apud Latinos dicitur à tuendo, idest conspiciendo. Est locus per augurem notatus in cœlo, vel in terra, qui ex omni parte, vel ex quo omnis pars aspici possit. Vnde cœlum ipsum præcipue dictum est templum, quia ipsum primo tuemur. Apud Iurisperitos, teste Alciat. in *l. malum nauis de verb. signif.* ex Isidoro lib. 15. ethym. cap. 4. dicitur quasi tectum amplum, & non solum sacræ ædes vocantur templa, sed etiam alia loca septa, & vnum tantum introitum habentia. *Curia Hostilia* templum erat, licèt sacra non esset.

Curia. Ecclesia. Templarij. Ecclesia materialis.

Curia enim locus est vbi publicas curas veteres gerebant, & illis templum orat: de quo Virg. 7. AEn. *Hoc illis curia templum*: at modò tam in iure ciuili *l. 2. C. de ne rei Dominica, vel templ.* quàm in canonico *de pœnit. dist. 1. §. vt enim*, pro ecclesia seu domo sacra vsurpatur. *Templarij* à templo nomen habent. Qui autem fuerint, diximus num. 1371. *Ecclesia materialis* (de formali alibi dictum est) iuxta Syluestr. v. eod. 2. est locus publicus idest episcopali authoritate consecratus, & constitutus in quo fideles conueniunt ad percipienda fidei sacramenta. Vnde vt sit propriè *Ecclesia* tria requirit, 1. vt sit ab Episcopo fundata, 2. vt sit ab eodem consecrata, 3. vt sit fundata ad percipienda sacramenta.

Basilica.

1401 *Basilica* iuxta Alciat. ad Rub. *C. de sacros. Eccles.* apud veteres erat locus amplior publicus sub tecto, vbi consilia priuata, seu negotiationes iudicia, & arbitria confici solebant. Deinde pro regia, seu domo regis haberi cæpit: tandem pro templo, quòd regis æterni palatium verè appellatur: De quo Archid. *63. dist. c. non oportet.* Notat Ioan. And. *in cap. nobis, de iure patron.* Basilicum dici templum constructum antequam consecretur: at post consecrationem vocari Ecclesiam.

AEdicula.

AEdicula est parua ædis: & quidem apud Latinos ædis in singulari semper accipitur pro templo, & fere semper cum adiectione, vt AEdis sacra, AEdis Iouis. Quamuis igitur *AEdicula* sumatur à Plinio lib. 30. pro loculamento, seu theca vbi simulachrum reconditur, tamen ab alijs frequentiùs vsurpatur pro sacello, quod est ædis sacræ appendix. Apud Iurisconsultos templũ sacrum est *L. sacrilegij, ad leg. iul. peculatus*, vbi statuitur peculatus crimine teneri eũ qui ædiculas incustoditas tentauerit.

Eremitorium. Oratorium.

Eremitorium est locus sacer quem vulgo dicimus *Ermida*, de quo Sanches lib. 9. matr. disp. 15. n. 39. *Oratorium* dicitur ab orando, quasi locus in quo oratur: & iuxta Syluestr. v. Ecclesia 2. n. 1. fieri potest etiam authoritate priuata in domo propria, dummodò non fiat in forma ecclesiæ, & in eo non ministrentur Sacramenta regulariter, cum ibi sine licentia diæcesani non liceat celebrare. Aliquando erigitur Episcopi authoritate.

Quid, si de hac dubitetur? Respondet Sanch citatus n. 39. ipsam non præsumi, quamuis oratorium dicatur de nomine alicuius diui, in eo sit cymbalum, vel celebretur de licentia Episcopi: præsumi verò si cymbalum supra tectum publicè pulsetur, vel si publicè celebretur omnibus indifferenter ad diuina admissis. Hodie non licet Missam dicere in oratorijs priuatis, nisi de licentia S. Pontificis, iuxta Dianam, part. 9. tract. 1. resol. 1. vbi sic definit oratoria priuata. Sunt (inquit) illa quæ habentur in priuatis domibus, in angulis earum in quibus oratur, & non habent campanam, neque ostium patens in via publica: & ad nutum fundatoris redire possunt ad vsus prophanos, vt tenet Barbosa de iure Eccles. lib. 2. c. 8. num. 16. Vide Lezanam in suma t. 4. verb. eod. n. 1.

Oratorium publica, & priuata.

Oratorium iuxta Trullench de Cruciata lib. 1. §. 1. dub. 4. dicitur locus orationi deputatus, vbi Missa non dicitur nisi certis diebus, & de licentia Episcopi. Vnde Ecclesia differt ab Oratorio: quia Ecclesia principaliter deputatur ad celebrandum, & orandum: per Episcopum consecratur, vel benedicitur, & constituitur ibi dos pro ministris, & cultu diuino: Oratorium verò non consecratur: nec constituitur ibi dos, nec fit principaliter, vt ibi celebretur Missa, sed vt ibi oretur. Notat ibid. Oratoria alia esse priuata, alia publica. Oratoria priuata dicuntur illa, quæ sunt in priuatis domibus, in angulis earum, in quibus oratur, & de licentia Episcopi dicitur Missa, & non habent campanam, neque ostium patens in via publica. Oratoria publica dicuntur quæ in aliquo loco publico ad instar basilicæ, vel capellæ, authoritate Episcopi sunt fundata, & habent campanam, & ostium patens in via publica. De quibus Fuscus de visit. Eccles. lib. 2. cap. 12.

Sanctuarium. Sanctæ res.

1402 *Sanctuarium* habetur *cap. ad hæc de decimis* à Plinio lib. 23. cap. 8. sumitur pro loco arcano: ab alijs pro loco sacro, pro templo, pro sacrario. Propriè est locus in quo res sanctè reponuntur. v.g. Sanctorum reliquiæ, vel res sanctæ geruntur. *Sanctæ res* in iure ciuili (vt notat Azor. p. 3. l. 1. c. 35. q. 8.) dicuntur quæ ab iniurijs hominum defensæ & munitæ sunt, *L. Sanctum est ff. de rer. diuis. & Instit. de rerum diuis. §. sanctæ.* Hinc apud Romanos vrbis portæ, & muri dicebantur sancti, quia sanctione quadam grauissimè cautum erat, ne violarentur. *L. vlt. ff. de rer. diuis.* Sic etiam legati vocabantur sancti, quia sacrilegium erat eos iniuria lacessere. *7. si quis legatum ff. de legat.* In iure Canonico sanctũ pro sacro accipitur.

Sanctitas.

Sanctitas (vt ait M. Tull. t. de Nat. Deo.) est scientia colendorum Deorum.

Profanum.

Profanum dicitur quod cum sanctum fuisset, postea vsu hominum factum est extra fanum, & San-

& Sanctuarium. Notat Alciat. c. 4. l. 2. Parer. Christianorum loca sacra Ecclesias, & basilicas dici, paganorum verò Fana, & Delubra. *Fanum* dicitur à Fanis dijs, qui diuinare solebant, vel potiùs à fando, quòd Pontifex in dedicatione templi, certa verba fari solcret. *Delubrum* in legibus, xii. tabularum est pro templo: & iuxta Macrob. Satur l. 3. c. 4. sicut candelabrum dicitur vbi Candela ponitur, ita Delubrum vbi Deus ponitur. Alij dicunt à diluendo, & accipiunt pro loco ante oras, vbi aqua currit. Alij dicunt à delibrato ligno, & accipiunt pro ligneo simulachro. Vide Parlad. diff. 76. vbi de discrimine inter templum, Ecclesiam, Fanum, & Sacellum.

Fanum. Delubrum.

1403 *Sacrarium*, quod Diaconium appellant Græci, apud Latinos, duce Ciceron. ad Memmium l. 15. Sumitur pro *Larario* in domibus priuatis, hoc est pro sacello, seu oratorio in quo *Lares*, id est dij priuati colebantur. Apud Hebræos qui locus fuerit, exponit AEgesippus l. 5. scribens sacrarium templi Hierosolymorum fuisse profanatum à gentibus, quò solus semel in anno princeps sacerdotum solebat intrare, non sine sanguine. Apud Legistas sumitur pro rerum sacrarum repositorio. Nam Vlpian. *L. sacra ff. de rerum diuis.* dicens quid intersit inter sacrum locum, & sacrarium: *Sacer locus* (inquit) *est consecratus; Sacrarium, in quo sacra reponuntur.*

Sacrarium. Diaconiū. Lararium. Lares.

Apud Canonistas pro *Piscina sacra*, loco, vbi sacra corrupta causa decentiæ asseruantur. Sic accipitur à *Clem. 2. de consecr. dist. 1. cap. Altare*, & notatur à Gauanto to. 1. ad Rubr. missalis p. 3. tit. 10. n. 15. At Sacrarium iuxta decretum consil. Lateran relatum *Cap. 1. de Custod. 3. Euchar.* antonomasticè vocatur locus ille, in quo Sacrosancta Eucharistia in Ecclesijs custoditur.

Piscina sacra.

Pantheon est templum Romæ quod olim in Martis Venerisque imaginibus omnium Deorum effictas imagines contineret: ex qua nomen habuit, vel quia templum ipsum rotundum sit cæloque persimile, & sic omnium Deorum habitatio censeatur. Hodie nuncupatur S. Maria Rotunda, vt videre est in Martiniana sub gestis imperat. *C. LXXXV. & incipit Domitianus.*

Pantheon.

1404 *Sancta Sanctorum*, *vel sanctum sanctorum* de quo in S. Pagina 1. Paral. 6. fuit apud Hebræos locus templi secretior, ad quem nulli erat accessus nisi tantum summo Sacerdoti. Sic dicebatur, quia interiora oracula Sanctiora sunt: vel quia Sanctorum comparatione sanctiora sunt, sicut cantica canticorum, quia omnia cantica præcellunt. Inter sanctum, & Beatum notat Gauantus tom. 2. ad Rub. Breuiarij, lect. 1. cap. 5. tit. 2. num. 12. discrimen, quia *Sanctus* intelligitur canonizatus ab ecclesia, cui tantum publicus, & vniuersalis conceditur cultus. *Beatus* est ille in cuius cultu quoad locum, tempus, & ritum sedes Apostolica limitatè procedit.

Sancta sanctorum. Cantica canticorū. Sanctus. Beatus.

Et quidem licèt omnis Sanctus dicatur Beatus, tamen è contra *Beatus* dici nequit Sanctus, nisi impropriè. *Sanctum seculare*, seu *sanctum mundanum* erat locus iuxta templum, quem omnes etiam gentiles ingredi poterant. *Propitiatorium* de quo Exod. cap. 25. 26. & 37. erat tabula aurea eiusdem longitudinis, euius & Arca, itaut arcæ integræ sufficeret. Ex vtraque illius parte, idest in duobus angulis anterioribus positi erant duo Cherubim aurei, & productiles, seu non fusiles, sed producti tunsionibus malleorum. Dicebatur *Oraculum* quia ex illo responsa Dominus reddebat. Dicebatur *Propitiatorium* quia exinde Dominus loquens populo propitius reddebatur.

Sanctum seculare. Propitiatorium. Oraculum.

Tabernaculum de quo Exod. 25. & 26. erat domus dicata Deo, quadrata, & oblonga, tribus clausa parietibus, aquilonari, meridiano, & occidentali: nam liber patebat introitus ab Oriente, vt solis exorti radijs illustraretur. Illius latam descriptionem quære apud Ianuensem v. eodem.

Tabernaculum.

1405 *Violatio Ecclesiæ*, idem est, atque Pollutio, seu contaminatio, quando scilicet Ecclesia indiget reconciliatione, iuxta Sacros canones. Quibus autem modis Ecclesia, siue consecrata, siue non consecrata violetur, eruditè tractat Azor. p. 2. lib. 9. cap. 5. Vide Sanch. lib. 9. matrim. disp. 15. & Suar. to. 3. in 3. p. disp. 81. sect. 4. Est discrimen inter execrationem, & violationem loci Sacri: nam *Execratio* datur quando res amittit consecrationem, itaut iterum consecrari debeat. *Violatio* autem quando polluitur, itaut sola reconciliatione indigeat.

Violatio ecclesiæ. Execratio.

Vnde quærit Syluestr. v. Altare n. 7. vtrum execrata Ecclesia execretur altare? Et respondet ex Panor. in cap. *proposuisti de consecr. Eccles.* negatiuè: secus, si polluatur. Ratio diuersitatis est, quia consecratio Ecclesiæ consistit in parietibus, & separata est à consecratione altarium: vnde illa violari potest, combustis, vel collapsis parietibus, consecratione altaris remanente: & è contra hæc violari destructo altari, illæsis parietibus. At pollutio concernit totum corpus ecclesiæ: quia ex homicidio commisso in Ecclesia totum corpus eius polluitur, itaut in altaribus ante reconciliationem ecclesiæ celebrari non possit, cum sint in ecclesiæ corpore.

Execrari, & pollui.

Reconciliatio est in pristinum statum reductio *cap. notum sit 2. q. 1.* Vide *Instit. de excusat. tut. §. item propter.* Hinc apud Tull. 2. Verr. *Reconciliare existimationem amissam* est eam recuperare. Propriè tamen *Reconciliare* est in gratiam restituere: quoties nempè amici, qui interposita offensa fuerant inimici, in pristinam beneuolentiam redeunt.

Reconciliatio. Reconciliare.

SECTIO III.

De locis profanis quoad ædificia.

Ædificiū. Ædificij appell. Ædificare. Ædificiū continens.

1406 Ædificium dicitur quasi ædium fa- ctio, & est ædium constructio: licèt pro omni structura vsurpetur. *Ædificij appellatione*, vt sumitur ex Vlpian. *l. si fund. paragraph. qui fundum de legat.* 1. venit non tantum superficies, sed etiam solum, cui ædificium superpositum est. *Ædificare* est ædem facere, seu construere. Sumitur pro reficere *l. 2. ff. de mor. inferen.* *Ædificium continens* est idem atque continuum, seu continuatum *l. 1. ff. de aqua pluui. arc. & l. vrbis appellat. de verb. signi.* cum ædificium sub se contineat ædes, domum, casamentum, focum, habitationem, tabernam, & tectum: horum omnium proprietatem sectemur.

Ædes. Superficies. Solum.

Ædes apud Legistas constant ex duabus tanquam partibus, nempè solo, & superficie *l. solum ff. de rer. vend.* Est autem *Superficies* omne quod supra terram est: vnde in prædijs vrbanis parietes, & tecta: in rusticis arbores, herbæ, frutices superficiei adscribunrur. *Solum* est idem, atque terra nuda, & pura: pletique apud Alciat. in *l. 1. paragraph. deinde ff. de donat.* censerunt ædium, quàm domus latiorem appellationem esse: nempè ædes pro omni specie ædificij capi, etiam si nulla adsint tecta: at domum non dici, quæ adhuc contecta non fit.

Ædium appell.

Ædium appellatione vnumquodque ædificium comprehenditur *l. qui ædes in fine ff. de incen. ruin. nauf.* Bart. *l. 1. paragraph. deinde ff. de cloacis* & Bertazol clauf. 19. Gloss. 3. num. 3. *Ædium appellatione* non contineri fundum, tenet Bald. conf. 378. qui in fin. lib. 1. subdit quod illatum appellatione veniunt horti coniuncti ipsis ædibus, non ex propria ædium significatione, sed ex quadam accessione extrinseca vt refert Tusch. to 3. lit. q. conc. 30. n. 2.

Domus. Casamentū.

1407 *Domus* propriè est ædificium factum ad habitandum, ac proinde quod ex tecto & parietibus constare debet. Vide quæ diximus num. 357. *Casamentum* vulgo dicimus *casal*, & plus comprehendit, quàm domus. Vnde *Casamenti appellatione* venit apotheca, stabulum, officina, caupona, & omnia contenta sub eodem ædificio. Ita Castrens. conf. 454. De eo in prin. lib. 1. apud Tusc to. 2. lit. D. concl. 619. n. 43.

Focus.

Focus dicitur id in quo ignis seruatur, & ponitur pro domo priuata, sicut ara pro templo.

Foci app.

Foci appellatione in dubio intelligitur focus domicilij *l. qua conditio paragraph. cum ita ff. de condit. & demonst.* Ita Roman conf. 408. n. 5. quia focus domicilij dicitur potentior, vt docet Tusch. to. 4. litt. F. conclus. 443. n. 11. At Paulus de Castro in *l. 1. n. 1. C. vbi de criminis agi oporteat.* asserit in actionibus personalibus focum domicilij esse principalem, sed in realibus principalem esse locum illum in quo res vendicatur. Quod autem focus delicti tanquam principalior attendi debeat, cum multis tradit Barb. Appel. 101.

Habitatio. Steron. Habitare. Cōmorari. Cōuersatio quod habitatio.

Habitatio alio nomine *Steron, cap. 1. de regul. in 6.* vbi Archidiac. sumitur pro domo, & loco quem habitamus. *Habitare* iuxta aliquos dicit perpetuitatem, *Sommorari* ad tempus esse, & quidem habitasse non dicitur qui obiter mansit *l. 1. ff. de his qui deiect.* quamuis etiam habitare dicatur qui ad tempus habitat *l. lex Cornelia §. domum de iniur.* De habitatione diximus n. 699. *Conuersatio* idem valet atque habitatio iuxta Vlpian. *l. 12. ff. de relig. & sumpt.*

Habitationis app.

1408 *Habitationis appellatione*, quoties alicui debetur, virtute legati alimentorum, prout habetur *l. legatis ff. de alim. & cib. leg.* veniunt tabulæ, scamna, vasa ad mensam, ad coquinam, & alia instrumenta necessaria, & parata ad vsum quotidianum. Ita ex *l. Labeo ff. de Empellei.* Sim. de Prett. de interp. vlt. vol. lib. 4. interp. 1. dub. 11. n. 41. Habitationis in legato relictæ nomen continet, vt legatarius liberè ibi esse, & habitare possit cum iure eundi, & redeundi, iuxta Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 153. n. 20. vbi n. 21. subdit quod, in hoc casu censetur relicta pro se, & eius familia. Addit n. 3. cum multis, si testator dicat, Relinquo vxori meæ habitationem cum filijs meis, præsumi relicta alimenta.

Aditus domus. Habitator. Habitatorum app.

Habitationis domus appellatione continetur aditus domus, vt tenet Bart. conf. 109. Factum tale l. 2. & Tusch. to. 4. lit. H. concl. 8. n. 1. est autem *Aditus domus*, vt habetur *l. æquissimum §. sed si adirem ff de vsuf.* anterior pars, siue introitus. *Habitator est* qui habitat, seu incola. Sumitur interdum pro inquilino *l. habitatores ff. locati* *Habitatorum appellatione* veniunt famuli degentes cum aliquo atque ideo comprehenduntur per statutum latum pro habitatoribus. Ita ex Bart. conf. 42. vol. 1. Bonacof. de fam. q. 137. At non venit Scholar. qui animum habet recedendi, vt docet Rol. à Vale conf. 79. n. 44.

Tabernæ appell. Tabernarius.

1409 *Taberna* sumitur pro omni ædificio, & quoad reliqua à nobis elucidata est num. 1022. *Tabernæ appellatione* propriè venit locus in quo venditur caro cocta, vinum, & panis, vt docent Bald. conf. 197. Statuto cauetur l. 2. & Rebuff. ad l. tabernæ 183. ff. de verbor. signif. pag. 596. *Tabernarius* est qui recipit comedentes, non qui hospitatur iuxta Steph. Gratian. discept. for. tom. 5. cap. 898. num. 2. quamuis hospes, & tabernarius interdum pro eodem vsurpentur iuxta Mediolan. cap. 197. v. hospes p. 2.

Lacunar. Laquear.

Lacunar seu *Laquear* vt habetur *l. quæsitum §. scolæ ff. de fun. instr.* est tecti elegantioris fabrica. *Tectum* & si frequenter accipiatur pro tota domo, propriè tamē est illa sola pars quæ domū tegit.

Tectum, Tecti app. Tecto sub eodem. Tegulæ. Tegularum appel.

tegit. Vnde *Tecti appellatione* venit omne id per quod domus seu ædificium tegitur, & aqua stillat, vt tenet Cepol. de seruit. vrb. præd. cap. 91. de stillicid. n. 1.

Tecto qui fuerint sub eodem, quomodo accipiatur, declarat Vlpian. *l. 1. ad Sen. consult. Syllanian. paragraph. hoc autem. Tegulæ* dicuntur à tegendo, quæ affixæ, ædificij pars censentur *l. granaria §. Tegulæ de act. empti*. Vnde *Tegularum appellatione* comprehenditur omne id, per quod ędificium tegitur, putà incrustatio, plumbum, & similia. Ita Cæpola citat. cap. 41. vers. sed. potest, dubitari & M. Anton. Var. resol. lib. 2. resol. 20. n. 10.

Cœnaculũ. Cœnacularium. Cœnaculariam.

1410 Spectant ad ædificia ea, quæ sequuntur. *Cœnaculum* non tantum est domus in, qua cœnatur, sed etiam superior domus contignatio, & sublimis ædium pars, ad quam scalis ascenditur. *l. si duo ff. vti possid. Cœnacularium* apud Vlpian. *l. solutum ff. de pign. act.* est pensio, quam inquilini pro conducto cænaculo præstant. *Cœnaculariam exercere* vsurpat Vlp. ibid. pro cænacula locare. *Cœna recta* apud Budeum, est legitimum conuiuium, quod sportulæ loco faciebant liberaliores: sordidi autem sportulam præbebant.

Cœnatoria. Cubiculum. Cubile.

Cœnatoria apud Mart. lib. x. dicebantur vestes quibus Romani inter cœnandum vtebantur. *Cubiculum* apud Latinos simul, & Iuristas *ad l. cum fuerit ff. de condit. & demonstr.* est locus in quo cubile sternitur. Est autem *Cubile* apud Tull. 2. Tuscul. lectus in quo cubatur; Seneca pater l. 3. contro. 21. in schol. Ioan. Petrei ponit discrimen inter cubiculum, & cellam, quod illud domini, hæc serui sit. *Cella* dicitur, à celando & occultando *cap. priuilegium de verb. sign.* vbi Gloss. *in 6.* & est locus in quo aliquid seruandum reponitur. Sic à rebus seruatis cognomen accepit: v. g. Cella farinaria, Cella vinaria, Cella lignaria, Cella casearia,

Cella.

Cellarium. Cellarius. Diæta. Diætarius.

Cellarium apud Iurisconsult. *l. vxorem ff. de legat. 3.* dicitur locus reponendis, celandisque esculentis, & poculentis aptus. *Cellarium* (inquit) iunctum eidem diæte. Dicitur *Cellarius*, & vt habetur *l. quæsitum ff. de fund. instr.* est cellæ præpositus, vt rationes saluæ sint. *Diæta* de qua *l. vxorem* cit. est locus in domo, vbi per otium versamur. Diætarius est seruus in diæta ministrans, vel fur à diæta aliquid surripiens.

Diæta legalis.

Diæta legalis, vulgo *jornada de bandia*, vt explicat Gloss. apud Azor. p. 2. l. 6. c. 34. qu. 6. continet viginti milliaria, quæ in singulos dies denumerari prætor iubet cum aliquem in iudicium sistere oportet. *l. vicenna millia ff. si quis cautionibus*. Vide Monetam de consecr. c. 7. n. 353.

Trichliniũ. Triclinaria vestimẽta.

1411 Triclinium est locus ad discumbendum tribus constrat us lectis, *l. foramen ff. de seru. vrb. præd.* Hinc *Triclinaria vestimenta*, quibus in triclinijs vtimur, quæ & *Recidipna* appellantur. *l. apud Labeon. ff. de optim. leg.* Quantum deprehenditur ex Tullio ad Attic. lib. 4. & Virgil. 3. AEneid. *Porticus* est locus amplus, & spatiosus, tecto inclusus propter repentinos imbres, & vmbrarum ac deambulationis gratia ædificatus, vulgo *Alpendre*. Si sit affixa sub eadem contignatione cum domo, est pars domus, aliàs secus. *l. Si quando C. de oper. publ.* Quòd non veniat ædium appellatione, habetur *l. Cætera paragr. hoc Senatus 2. de leg. 1.*

Recidipna. Porticus

An quæ fiunt in porticu censeantur facta in domo sua, disputat Specul. *tit. de iniur. & domo* § 1. an porticus sit, vt domus, totum refugium? differit Barth. *in l. meminisse ff. de offic. procons.* Quid sit vestibulum, prothyrum, hipothyrum, & propyleum videamus. *Vestibulum* est locus ad ianuam domus, vacuus, per quem à via ad ædes itur. Apud Vlpianum, vt videre est in Schal. ad XII. tabul. vsurpatur pro aditu sepulchri. Idem est Latinis vestibulum, quod Græcis.

Vestibulum

Prothyrum quod dicitur quasi ante ianuam ex *pro* quod est ante, & *thyra* ianua, habetur l. *statutæ ff. de verb. sign.* sumitur etiam pro *antepagmento* idest ianuatum ornatu *l. quæsitum ff. de fund. instru.* interpretari etiam potest, in citatis legibus *Prothyrum*, & *Hipothyrum* valuarum hians cauitas: sicut ipsa ostiorum latera ansas vocamus. *Propyleum* est vestibulum, non qualecumque, sed vrbis, vel templi, vel regiæ.

Prothyrum. Thyra, Antepagmentum, Hipothyrũ. Propyleũ,

1412 *Hypæthria* prout habentur *L. malum paragraph. plumbum de verb. signif. & l. quæsitum paragraph. de velis ff. de fun. instru.* licèt ibi corruptiuè legatur *apothecis* pro hipæthrijs, dicuntur loca sub diu exposita hoc est patente cælo. Dicuntur etiam subdiuales deambulationes pulcherrimis pauimentis stratæ, quæ æstate propter solis ardores expansis velis regebantur: hyeme vero plumbo, vel alia exemptili materia, ne gelu, niuibus aut pluuijs corrumperentur. *Hypocaustum* habetur *l. 16. ff. mandati, & l. 55. paragraph. 2. ff. de leg. & fideicom.* Latinè interpretatur succensum, vel combustum: locus est in balneis ad calefaciendas cellas caldarias: & sumitur pro cubiculo vndique concluso, in quod aer non admittitur, & ignis accensus foras non vaporat.

Hypethria, Hypocaustum,

Entheca vt notat Beroaldus, apud Canonistas vsurpatur eadem fere significatione, qua horreum, apotheca, & gazæ repositorium. *Tepidarium* apud Paulum *l. fistulam ff. de seruitut.* est locus in balneo tepidior, quemadmodum *Calidarium*, calidior. Sumitur etiam pro balneo. *Balneum*, seu *Balineum* in plurali *Balnea*, *orum*, & *Balneæ*, *arum* locus tergendis, & lauandis corporibus idoneus. Videmus vsurpari Balineum in *l. si cuius 13. in fin. ff. de vsuf. l. vlt. §. 1. ff. de aur. & arg.* Balineas autem *in l. patronis §. 3. & l. prædijs §. 4. de leg. 3.*

Entheca, Tepidariũ, Calidariũ, Balneum, Balnea,

Iuxta aliquos Balineum, & Balineæ sic differunt quòd illud priuatum, hæ publicæ sint. *Balneator l. athletas paragraph. 2. ff. de his qui not. inf.* est balnearum præfectus, aut qui balneas exercet. *Balneatorium*, quòd balneis viui est, & accommodatum. *Basternæ* apud Cuiacium 13. obser. cap. 30. lib. 10. *C. tit. x. de ædif. priuat. l. 12. paragraph. 4.* sunt transennæ, seu protecta, quæ habentur in ædibus transeundi, vel spatiandi gratia. Item sunt lecticæ, vel esseda quæ frequenter speculari lapide clauduntur. *Blachernæ* nouum Palatium Constantinopolitanum, *l. 19. C. de sacros. Eccles.*

Balneator, *Balneatorium*, *Basternæ*, *Blachernæ*.

1413 *Insula* est locus vndique circundatus aqua *l. adeo paragraph. insula vbi Gloss. ff. de acquir. rer. dom.* sumitur pro domo in mari posita vt notat Gloss. ad *paragr. insula instit. de rer. diuis.* at plerumque iurisconsult. vt in *l. 3. paragr. effracturæ ff. de offic.* accipiunt insulam pro domo quæ vicinorum communibus parietibus non coniungitur, sed quoquo versum, vel publica, vel priuata area ambitur. *Nymphæum*, habetur *l. si quis per diuinam C. de aquæ duct.* & teste Alciat. fuit locus vbi mulieres lauabantur. *Columnarium* alij legunt colum niuarium habetur *l. in argento ff. de aur. & arg. leg.* iuxta gloss. ibi est anglesteria, quæ admodum columnæ habet collum.

Insula, *Nymphæũ*, *Columnarium*.

Posticum habetur *l. si cui paragr. sed si ædium ff. de vsufr.* est posterior aditus domus. *Proiectum*, alio nomine *Appendix* vocatur quodam ædificij genus, quod nulla imposita columna ita vel ædibus, vel mœnibus appendet, vt terram minimè contingat Inter proiectum, & immissum, teste Iaboleno *l. malum ff. de verb. signif.* hoc interesse Labeo ait, quod *Proiectum* esset id, quod ita protenderetur, vt nusquam requiesceret, qualia mæniana, & suggrundia essent: *Immissum* autem, quod ita fieret, vt aliquo loco requiesceret: veluti tigna, & trabes, quæ immitterentur. *Protecta* sunt partes domus prominentes, qualia videntur podia pensilia à quibus liber in plateas, & vicos patet aspectus.

Posticum, *Proiectum*, *Appendix*, *Immissum*, *Protecta*.

Affixum, & *Affixa* in plurali apud iurisconsultos dicuntur ad familiam, & domum pertinentia, vt domum instructam legare cum omnibus affixis *Paulus ff. lib. 33. tit. 7. l. 18. & l. 21.* quæcumque affixa inædificataque sunt. l. 26. *Illigata ædibus* quod affixa ædibus. *Suspensum* vocatur id, quod excedit domos, vel vltra eas extenditur. Quod si ceciderit, & alicui transeunti per viam publicam nocuerit, tenebitur domibus illius domus, de qua damnum illatum est, *ff. de his qui ddiect. vel aff.* per totum.

Affixa, *Illigata*, *Suspensum*.

1414 *Opus structile* vt habetur *l. in ruptis, de verbor. signif.* iuxta Alciat. dicitur, quod ex lapide quadrato, aut lateculis calceque constructum est. *Concameratio l. si cui ædes ff. de leg. 3.* est structura fornicata, siue testudinea. Nam *Camera* pro fornice, vel testudine accipitur. *Loricatio* in ædificio apud Paulum *l. impensæ de verbor. significat.* est tectorium parietis, in modum loricæ superinductum: idem fere quod *Incrustatio* teste Vitruu. lib. 6. sunt autem *Incrustationes* iuxta Alciat. l. cit. tectoria parietum ex crustis marmoreis confecta.

Opus structile, *Concameratio*, *Camera*, *Loricatio*, *Incrustatio*.

Incrustare apud Proculum *l. quidam ff. de seruit. vrban. præd.* est crustam parieti, siue ex calce, gypso, argilla, siue ex lapide, aut alia materia inducere. *Cratitius*, & *Concratitius paries* apud Vlpian. *L. 25. §. 2. ff. pro socio & Alciat. ad l. quantum de verb. signific.* est qui rectis cratibus infixis, & alijs transuersè circumplicantibus constat. *Maceries* iuxta Cæpoll. de seruit. vrban. præd. cap. 79. num. 1. dicitur paries, siue murus de lapidibus sine cæmento. *L. quantum pertinet, de verbor. signif. vulgo parede de pedra em soso* Murus propriè est paries cum calce. *Moles* videtur sumpsisse Vlpian. *L. 1. ff. de impon. in rebus dot. fact.* pro structuris ad arcendum aquas idoneis. *Moliri* apud eundem *L. 1. de noui operis nunciat.* est moles ad ædificium aliquod coaptare; Vnde *Molitio* pro ipso ædificandi apparatu. *L. stipulatio ff. eod. tit.*

Incrustare, *Cratitius paries*, *Concratitius paries*, *Maceries*, *Murus*, *Moles*, *Moliri*.

Ex opposito *Demoliri*, & *Demolitio* pro diruere, & dirutione *Immolitus* reperitur *in l. Peducea ff. de limitibus* & est idem, quod inædificatus. *Tigna* iuxta Alciat. *de verbor. signific.* solent vocari trabes, quibus summa domus contegitur, & sic à tegendo dicuntur. *Tigni appellatione* ex xij. tabul. significatur omne genus materiæ, ex qua ædificia constant. *L. tigni, de verb. signif.* item ea quæ in vineis sunt accessoria continentur, quales perticæ, pedamenta *L. pro te de tign. iniuncto.*

Demoliri, *Demolitio*, *Immolitus*, *Tigna*, *Tigni app.*

Quod sic discrimen inter materiam, & lignum, declarat Vlpian. *L. lign. appellat. ff. de legat. 3.* his verbis. *Materia* (inquit) *est illa, quæ ad ædificandum, fulciendumque ædificium est necessaria. Lignum verò quidquid comburendi causa comparatum est.* Ex quibus constat *Ligni appellatione* contineri quidquid comburendi causa paratum est. *Contignatio* sumitur pro domorum tegmine: propriè verò est lignorum, vel tignorum coniunctio. *Armatura dicitur* illa super qua operarij stant ad ædificandum: vulgo *Andaimos l. si certo §. interdum ff. commodati.*

Materia, *Lignum*, *Ligni app.*, *Contignatio*, *Armatura*.

1415 *Turris* dicitur à terrendis hostibus, sicut arx ab arcendis, & propriè apud iuris peritos est ædificium sursum leuatum, sua constans substantia *L. turres C. de oper. publ.* Bald. Conf. 115. *domus construitur* lib. 3. vbi subdit, quòd circulus, siue grilanda, quæ conficitur super ædificio non dicitur turris, quia non constant sua substantia, nisi forte esset turris lignea. Vide Tusch. tom. 8. litt. T. conclus. 406. num. 1. *Arcus* vt habetur *l. supra iter, ff. de aqua pluui. arc.* est pons lapideus itavt appellatione arcus

Turris, & *arx*. *Arcus*.

arcus pons ligneus non veniat.

Architectus. Artemon.

Architectus habetur *L. fin. de iud. immun.* & est princeps artificum, vel principalis ædificator, qui structuris ædificiorum præest. *Artemon* habetur *L. malum ff. de signif.* est velum addititium dirigendæ nauis causa ad auræ flatum: est etiam genus trochleæ tractoriorum, quod fune ductorio per orbiculos traiecto, & acto in gyrum onera grandia subleuantur, importantur, vel exportantur. Vide Alex. ab Alex. gen. dier. lib. 1. cap. 25.

Manium. Maenerium. Meniana. Podia. Subgrunda. Suggrunda.

Manium, vel *Maniarium*, vel *Maenerium* dicitur ex eo, quod mœnibus adhærear, & est vestibulum septum mœnibus. *Meniana* vulgo eyrados, dicuntur, à Menio inuentore, & sunt quædam podia seu loca, quæ vltra ædificium protenduntur in viam publicam, causa prospiciendi. *Subgrunda, æ*, vel *Suggrunda, æ*, vel *Subgrundia, orum*, vulgo dicimus *Aliarozes*, habentur *l. malum nauis ff. de verb. signif.* est pars tecti vnius cuiusque domus, quæ incumbit extremis capitibus tignorum tectualium: vel iuxta *Spiegel. v.* eodem, sunt tegulæ propendentes extra tectum domus, ad parietum defensionem, ne imbribus corrumpantur.

Stillicidiũ. Tegulariũ.

Stillicidium habetur *Institut. de seruit. §. item prædiorum.* & dicitur quasi stillarum cadium: quòd guttatim cadat, vbi e tectis guttæ fluunt. Apud Cæpollam tract. de seruit. vrban. præd. cap. 41. n. 1. Stillicidium, & tectum, alio nomine *Tegularium* idem significant, vt sumitur ex *L. 1. ff. de seru. vrb. præd.* *Tugurium* dicitur à tegendo, & *l. tugurij ff. de verb. sign.* est tectum rebus custodiendis deputatum, vel est omne ædificium quod magis competit rusticis, quàm vrbanis ædibus. *Casa* domus rusticorum est in pagis, vulgo *choça*. Vide Parlad. diff. 104. de discrimine inter insulam, domum, casam, tugurium.

Casa.

Sarta tecta. Sarte. Sarcire. Reficere.

1416 *Sarta tecta* iuxta Alexan. Scot. v. eod. dicuntur ædificia, quæ reparatione indigent. Item dicuntur opera publica, quæ locantur vt integra præstentur. Nam iuxta Festum *Sarte* ponebant ueteres pro integre. *Sarcire* pro integrum facere. *Sarta tecta* pro sacra iuxta Albericum *l. baceuus ff. de vsuf.* inter hos loquendi modos. *Reficere ædes* & *substruere ædes* est differentia: nam *Reficere* est quod corruptum est, in pristinum statum restaurare *l. 15. 1. ff. de riuis*, Ibidem teste Vlpian. reficiendi uerbo, tegere, substruere, ædificare, sarcire, aduehere, asportareque ea, quæ ad eandem rem opus sunt, continentur. *Substruere* propriè dicitur quasi intus instruere, & est fundamentis ædificare, uel ædificium à fundamentis deficiens fulcire.

Substruere.

Substructio. Nouũ opus.

Hinc *Substructio* est fabrica quæ in fundamentis fit. *Nouum opus facere*, ut habetur *L. 1. §. nouum ff. eod. tit.* dicitur, qui aut ædificando, aut destruendo, aut foueam faciendo pristinam faciem operis immutat: secus, si uetus perficiat, uel incrementum addat. *Noui operis nunciatio*, vt ex Host. definit Syluestr. v. eodem n. 1. est illi qui de nouo ædificat in præiudicium alterius, legaliter facta prohibitio *L. 1. ff. de noui oper. nunc.* Quibus ex causis motis, & quibus in operibus fiat, tradit idem Syluestr. a n. 2. & latè Molin. tom. 3. disput. 706. *Nouum opus nunciare* est prohibere ne ædificium fiat.

Noui operis nunciatio. Nunciare nouũ opus.

Nunciatores (vt ad citatum tit. exponit Garcia Tolentan.) sunt noui operis prohibitores. Iuxta eundem tit. 64. C. lib. 12. sunt etiam nuncij, qui specialiter certi negotij causa ad aliquem absentem destinantur. *Remittere nunciationem noui operis* est illam soluere, & cedere, vt quid noui fiat operis. *Disticæ* nomen habent à dicto, & (vt exponit Alex. Scor. v. eod.) sunt columnæ ecclesiæ, in quibus imagines patrum in suo catalogo ponuntur: vel sunt tabulæ scribendi, & pingendi. *Deponere* pro demoliri, & diruere *l. 1. §. sed & si ff. fin. regum. l. 2. §. si quid ff. ne quid ff. ne quid in loco pub.* Hinc *Depositio ædificij* apud Vlpian. *l. 9. ff. quod met. cau.*

Nunciatores: Remittere nũciationẽ. Disticæ. Deponere demoliri.

SECTIO IV.

De locis quoad vias, & itinera.

Via.

1417 Via dicitur, vel ab eundo, quasi in quòd per eam eatur, vel à vehendo quasi veha, quòd per eam res vehantur. Apud Latinos sumitur pro loco quo quis graditur: pro actu eundi: pro ratione, & modo aliquid faciendi: & pro consuetudine. Apud iurisconsultos etiam sumitur via pro ratione: sic Paulus *l. si mulier paragraph. fin. ff. quod metus causa coactus* (inquit) *hæreditatem repudiem duplici via prætor mihi successerit*, dicitur via ratio rerum dicendarum *Græcè Methodus*. Vnde *Methodici* dicuntur, qui rationem artis, & compendia discendi sequuntur. Amethodi, quasi *auij* qui nempè à via & ratione docendi, discendique abhorrent. Via parum differt ab itinere, & hoc à semita, nisi quod via sit latior itinere, & iter latius semita: est enim *Semita* angustior, & quidam quasi callis.

Methodus. Methodici; Amethodi. Auius. Iter. Semita.

Via (inquit Paulus) *constitui, vel latior octo pedibus, vel angustior potest, vt tamen eam latitudinem habeat, qua vehiculum ire potest: alioqui iter sit non via*. De genere seruitutis rusticæ sunt Iter, Actus, & Via hoc discrimine iuxta Molinam tom. 1. tract. 2. disp. 11. *Iter* (inquit) est seruitus, quæ consequitur ius transitus hominis per vnum prædium in aliud, rusticum, *Actus* est seruitus, quæ consequitur ius, non solum transitus hominis, sed & agendi iumentum, vel vehiculum. *Via* est seruitus quæ consequitur non solum prædicta iura, sed etiam ius ferendi trabes, & lapides per prædium alienum: ex quo fit, vt primam seruitutem

Iter pro seruitute. Actus pro seruitute. Via pro seruitute.

includat secunda, primam, & secundam tertia. Vide Molinam tom. 3. disp. 708. latè disputantem de prædictis, & Parladorium diff. 81.

1418 Via, seu iter pro loco, quo pergimus iuxta Iurisconſ. *l. 2. ff. ne quid in loco publ.* diuiditur in publicam, priuatam, & vicinalem: quam diuisionem latè prosequitur Molina tom. 3. disp. 707. à n. 3. *Via publica* est illa cuius dominium ad Principem supremum, vel rempublicam spectat, vsus omnibus, & singulis communis est: continet sub se *Plateam*, quæ propriè est via diuidens præcipuas domos in vrbe, latior & fere prætoria, ac militaris, & sumitur interdum pro area in qua populus conuenire solet: *Stratam*, quæ lapidibus strata est, & sic Lusinani corrupto vocabulo omnem viam publicam & latam *Strada* vocant: *Regiam*, quam Græci *Basilicam*, Latini *Prætoriam*, *Consularem*, & *Militarem* appellant, Hispani *camino Real*: item alias vias communes etiam angustiores, qualis est *Semita*, *l. si ex plagis ff. ad leg. Aquil.* illa enim est via arcta, & dicitur quasi semi iter, vel semis via.

Via publica. Platea. Strata. Basilica via. Regia via. Prætoria. Consularis. Militaris. Semita.

Priuata via est cuius solum spectat ad dominium prædij, in quo sita est, vsus verò ad illos qui habent ius seruitutis, vt per eam tendant. Hæc nuncupatur *Agraria* eo quòd in agris, & prædijs rusticis concedi soleat ad villas, colonias, seu agriculturas. *ff. de itinere, actuque priuato*. *Vicinalis via* dicitur sic quia regulariter in vicis est, & ad viuos rusticos ducit, & distinguitur tum à publica prætoria, tum à priuata pressè accepta, estque omnis alia. *Viæ publicæ* appellatione, venit pons quando per illum vulgo iter fit: vnde Cæpola de seruit. vrban præd. tit. de ponte, num. 5. docet quando statutum loquitur de maleficijs in via publica commissis, vetificari in commissis super ponte publico.

Priuata. Agraria. Vicinalis. Viæ publicæ appell.

1419 *Via prima* (vt inquit Spiegel. v. eod.) Latinis est id quod Barbari dicunt, primo ictu, hoc est statim primo ipso congressu. *Via immunita* dicitur, quando ita facta est, vt per eam nemo transire possit. *Via secreta*, vt habetur *Authen. de monachis paragraph. 2.* est occulta. *Itinerarchæ* dicuntur itineris custodes seu qui vijs publicis custodiendis præsunt. *Compita* de quibus *xii. q. 2. de iura. init.* sunt loca vbi plures viæ conueniunt simul: vulgo dicimus *Encruzilhadas*. Sub quibus continetur Biuium, Triuium, Quadriuium, hoc discrimine: nam *Biuium* est vbi duæ viæ concurrunt, *Triuium* vbi tres, *quadriuium*, vbi quatuor. *Compendium*, & *Dispendium* in via differunt apud Modestinum *lib. 50. l. eundem ff. de legation.* Compendium enim est contractio quædam, & breuitas, quæ maxima esse potest, vulgo *Atalho*; dispendium est via quæ per ambages ducit.

Via prima. Via immunita. Itinerarcha. Compita. Biuium. Triuium. Quadriuium. Compendiũ via. Dispendiũ via. Anfractus.

Anfractus dicuntur viarum flexus *l. via ff. de seruit rustic. præd.* Inter Porrectum, & Anfractum est discrimen *C. de sacros. Eccles. Auth. Hoc ius*; & apud Caium *l. viæ latitudo ff. de seruit. rustic. præd.* Viæ latitudo (inquit) in *Porrectum* idest extensum octo pedes habeat; in *Anfractum* idest vbi flexum est, sexdecim. *Machinarius* quanuis à Paulo *l. si putator, ad leg. Aquil.* dicatur qui machinas conficit, tamen ab Vlpiano *l. vlt. ff. si mens. fal. modix.* dicitur mensor ad differentiam Decempedatoris; Est autem *Decempedator* ille qui metitur agros *Decempeda*, idest pertica habente decem pedes.

Porrectum. Machinarius mẽsor. Decẽpedator. Decempeda. Cursor.

1420 Vt alia de vijs, & itineribus persequamur, Cursor apud Paulum in *l. Seruis vrbanis ff. de leg. 3.* est qui pedibus celeriter literas defert, vulgo *caminheyro*: interdum accipitur pro Viatore, seu Apparitore, qui lites in ius vocandis denunciat. *Viator* quamuis propriè dicatur qui tendit per viam *l. licet paragraph. in factum ff. caus. stat.* tamen est nuncius, siue executor *l. fin. ff. de iud.* Dicitur *Viaticum altare cap. fin. de priuil. in 6.* idest portatile *Cursus publicus* de quo est titulus 51. Codicis lib. 2. à Buden appellatur *Vehicularis* quia olim veteres vtebantur vehiculis eo modo quo hodie vtimur equis expeditis, quos *postas*, quasi positos, collocatosque certis in locis, ad iter pro opportunitate celeriter conficiendum, nuncupamus.

Apparitor. Viator. Viaticum altare. Cursus publicus. Vehicularis cursus.

Garcia Toletan. ad titul. cit. n. 2. Imperatores (inquit) in diuersis locis, & stationibus prouinciarum, habebant quosdam equos dispositos, qui sumptu suo alebantur, ad hoc vt quoties repentinum aliquid accidisset, possent citò, quò vellent, nuncium mittere: idque *Cursus publicus* vocatur. Imò sub eadem appellatione (vt notant Rebuffus, & Lucas de Pena ad lib. 2. eod. tit.) continentur non solum prædicti veloces equi, sed etiam boues, muli, & alia animalia disposita, & parata ad vehendum, & transferendum arma, annonas, publicas species, & similia, quotiescunque exercitus, vel imperator ipse de vno loco ad alium mutabatur. *Veredi* dicebantur, à vehendis thedis, equi velocissimi in cursu publico, vt ex varijs probat citatus Garcia num. 4. *Paraveredus*, alio nomine *Veredarius* est in illo cursu auriga quadrigarius, seu tabellarius equestris.

Veredi. Paraveredus. Veredarius.

1421 *Tractatores* habentur *l. 3. paragraph. illud C. de canon. largit. titul. lib. 10.* alio nomine *Retractores*, & sunt chartularij, qui prolecti tractant chartas largitionalium titulorum, idest *breues* quaternos, & libros in quibus tributorum largitiones continentur. *Tractores* etiam iuxta Alciat. sunt qui habent *tractatorias*, idest licentiam adducendi equos in cursu publico. Hanc licentiam Plin. in Epist. vlt. ad Traianum *Diploma* vocat. Vnde Venuleus Iurisc. *l. continuus ff. de verb. oblig.* *Non debet* (inquit) *diplomate diebus, & noctibus continuare iter omni tempestate contempta.*

Tractatores. Retractores. Tractatoria. Diploma.

Albe-

Alberic. V. eodem legit *Duplomate feliti*, & exponit duplicato itinere. De tractorijs, & statiuis habetur titulus 52. Codicis lib. 12. vbi Toletan. n. 2. dicit *tractatoriam*, seu (vt recentioribus placet) Tractoriam esse facultatem expressam vtendi cursu publico, sine qua nemo præter officiorum magistrum, & prætorium vti poterat. *Statiua* prout citato titulo habentur, & exponit Cuiac. sunt diuersoria, & mansiones, in quibus aluntur sumptu publico hi, qui cum litteris tractotijs in cursu publico versantur, quales sunt persecutores, & ductores equorum, ac iumentorum onera deferentium, & nuncij ab Imperatore citissimè missi, quibus ipse omnem equorum, ac iumentorum copiam, & viatica præstabat.

Duploma. Tractoria. Statiua.

1422 *Vehiculum* prout reperitur in lege 12. tabularum est via, quæ habet octo pedes in porrectum, & ex transuerso in anfractum sedecim. Bartholom. Cæpolla tract. de seruit. rust. præd. cap. 1. num. 1. exponens quid sit iter, notat differentiam inter ite, & ambulare. Iter (inqui) est ius hominis eundi, & ambulandi, non iumenta agendi, vel vehiculum: vt *l. 1. in prin. ff. de ser. rustic. præd.* & ius eundi intelligitur, id est, quod solus ire possit: ambulandi, cum alio. Ex quo notant Ang. & Paul. de castro ad dictam l. 1. in prin. differentiam inter Ire, & ambulare. Nam *Ire* dicitur, qui solus, & planè vadit. *Ambulare* verò dicitur cum socio, etiam currendo, vel cantando Sed, qui habet iter, habet vtrunque.

Vehiculum pro via. Ire & ambulare differunt. Iter.

Exaggerare iter & *Deprimere iter* opponuntur *l. 3. paragraph. fin. ff. de itin. actuque priu.* Nam exaggerare est accumulare: ab aggere, quo terra accumulata significatur. Deprimere est iter accliue, seu cliuosum complanare. *Clini* dicuntur fossæ terrestres per gyrum *l. seruitutes paragraph. si domo ff. de seruit. vrb. præd*, vel potius appellantur loca in sublime surgentia, cuiusmodi sunt ascensus montium. *L. si ex plagis paragraph. in cliue ad leg. Aquil.*

Exaggerare iter. Deprimere iter. Clini.

Vnde *Cliuosam viam, & planam* tanquam opposita distinxit Vlpian. in *l. 1. paragraph. deteriorem ff. ne quid in loco publ.* Nam *Cliuiosum* dicitur, quidquid clementer in montem surgit: & *Cliuus* montis latus. *Decliuis locus* ex monte descendens. *Accliuis* ad montem ascendens. *Peræquator* est, qui homines, & territoria peræquat, id est valde æquat, vel qui prædium desertum æqua pensione (vt prius) assignat nouo possessori *C. de censi. & consit.* & peræq. lib. 11. vel potiùs dicitur exactor capitationis, eo quòd æqualiter ab omnibus exigat.

Cliuosa via. Decliuis locus. Accliuis locus. Peræquator

1423 *Epidemia* vox Græca est, quæ interpretatur accessus in vrbem *l. 3. ff. de offic. proconf.* Vnde *Epidemici* vocantur hospitiorum metatores in vrbe: qui nempè sub se habebant mensuratores: vt mensurarent, & designarent hospitia. Hinc titul. in *Cod. de Epidemiticis & metatis*. *Lapis* accipitur pro milliario, hoc est mille passibus. *L. propter litem paragraph. licet ff. de excus.* Veteres enim solebant millia quæque passuum lapidibus signare. *Catadromus* habetur *l. si seruus tuus ff. de act. empt.* vbi sic, *Tuum* (inquit iurisconf.) *fuisse seruum, qui per catadromum descendere, aut in cloacam dimitti solitus esset*. Catadromus ibidem interpretatur decursus à Græco verbo *Catadromeo* quod est decurro. Latinè dici potest *decursorium*, & significat stadium in quo equites decurrere solent imaginario prælio.

Epidemia. Epidemitici. Lapis pro milliario. Catadromus Catadromeo

Cloaca prout citata lege reperitur, & *l. 1. ff. de Cloacis* alueus est per mediam vrbem in quem latrinarum sordes deuoluuntur: item dicitur locus concauus, vbi sordes confluunt ex quocumque vili loco, vel effluunt de vijs, & plateis: sumiturque etiam pro *latrina* vbi stercora recipiuntur. *Cloacæ appellatione*, vt colligitur ex legibus citatis veniunt tubi, & fistulæ quibus colluuies fluit. *Cloacarius* est, qui cloacæ curam habet: *Cloacarium* est, quod ob cloacariam purgationem soluitur. *L. si pendentes ff. de vsuf.*

Cloaca. Latrina. Cloacæ appell.

SECTIO V.

De locis alijs.

1424 *Seclarium* videtur esse vox barbata quam exponit Cæpolla tract. de seruit vrban. præd. cap. 66. num. 1. dicens constare quinque partibus, & prima pars est lapis, siue lignum, super, quo lauatur supellex 2. pars est alius lapis, vel lignum desuper, in quo pendent situlæ, & his similia, ac etiam supellectilia coquinæ ponuntur. 3. pars est foramen per quod aqua descendit. 4. est fouea, ad quam aquæ, & reliquæ immunditiæ defluunt. 5. est camera in qua statur ad lauandum. Hoc totum vulgo dicimus *Lauaudaria*.

Seclarium.

Quid sit *Metrocomia* prout habetur tit. 55. Codicis lib. 11. diuersimodè explicant iuris interpretes. Nam Alciat. ibid. dicit esse Pagum maiorem, ea ratione qua metropolis dicitur ciuitas matrix seu maior. Garcia Toletan. ibid. num. 2. dicit metrocomiam appellari quasi villam mensuratam, & assignatam hominibus aliunde extractis: dictam à Græca dictione *Metros* quod est mensura, & *Comes* quod est villa. Nam Romani imperatores cum olim prouinciam aliquam, vel terram hostilem capiebant, inde armigeros, omnesque fortes, ac potentes solebant extrahere, & transferre in locum alium, qui illis mensuratus, & assignatus dicebatur metrocomia, *Metrobici* verò illi quibus dictus locus assignabatur.

Metrocomia. Metrobici.

Diuersorium iuxta Accurs. *in l. 3. ff. in quibus caus. pig.* est statio in qua diuersi generis merces offeruntur. Alijs iuris locis *Diuersorium* est mercenarium hospitium quo ex itinere aliquantis per commorandi causa diuertimus. *Camerata area* prout habetur *l. sed addes ff. loco.* est vehiculum contectum, quo mattonæ, & valetu-

Diuersorii. Camerata area.

valetudinarij gestantur. *Exhedra* iuxta Alexan. ab Alexan. genial. die. lib. 5. c. 11. erat cubiculum aliquando sub diu, nonnumquam sub tecto, columnis, & epistilijs pluribus fultum, excisis spatijs, quibus in viam aspectus patebat. At iuxta Budeum *ad l. si vero ff. de his, qui deiece.* Sumitur pro cella studiaria. — *Exhedra.*

1425 *Areopagus* vicus Martis interpretatur: locus fuit Athenis, vbi erat concilium, quod de exdibus atque id genus cognoscebat. Ibi primum iudicium capitis altum fuisse testatur Plin. lib. 7. *Areopagitæ* dicebantur, qui in eo iudices, & senatores erant. *Desertum* prout habetur *cap. 1. de verb. signi. lib. 6.* est locus non habitatus penitùs, neque cultus vltra memoriam hominum. Ex quo *lib. 3. C. de agri. & censis. lib. 11.* desertus idem valet atque neglectus. — *Areopagus.* *Desertum.*

Burgi habentur in tit. *C. de fund. rei priuatæ:* qui autem sint, exponit Paulus Orosius lib. 7. Crebra (inquit) per limitem, seu inter limites habitacula constituta, Burgos vulgo vocant. Vide Parlad. diff. 102. vbi de discrimine inter vrbem, ciuitatem, oppidum, municipium, villam, pagum, Burgum, & vicum. *Asceteria* interpretantur loca exercitationi parata: hinc *L. omnia 33. C. de episc. & cler.* Secessus olim à Theologiæ studiosis parati, in quibus se, vacando studijs, exercerent animo vacuo, & libero *Asceteria* dicebantur: *Assisterium* prout reperitur in *Authen. hodie noua iur. C. de Cust. reor.* est locus, vel domus sanctimonialium, sicut monasterium monachorum, in quo Deo seruiunt. *Assisteria* est illa quæ reliquis in assisterio tanquam principalis assistit. — *Burgi.* *Asceteria.* *Assisteriũ.* *Assisteria.*

Calcaria prout habetur *l. aut damnum ff. de pœnis* est locus, seu fornax vbi calx ex coctis lapidibus conficitur. *Cisterna* apud Vlp. *l. vnica ff. de fun. deduc.* dicitur teste Festo, quod inest in terra, & est locus seu conceptaculum, in quo pluuiæ congregantur, vt ibi collectæ vsui referuentur. *Ora*, iuxta Ioan. And. in *Clem. 1. de vita & hon. cler.* significat finem, vel extremitatem rerum, præcipuè regionũ, vel vestium. *Portus*, quid sit, declarat iurisconsf. in *l. portus ff. de verb. sign.* dicitur à portando, quòd merces in eum portentur: & est statio in quam recipiuntur naues, vt à vento tutæ consistant. — *Calcaria.* *Cisterna.* *Ora.* *Portus.*

Proastia apud Iustinian. in *Authen. de alien. & emphi. paragraph. 1.* appellantur suburbana, quæ pulcherrimè consita à Domino, non tam vtilitatis, quàm voluptatis causa habentur. *Basis* est sedes & pedamentum cuique rei sustinendæ, vt docet Alciat. ad *l. statuta, de verb. signif.* & sic interpretari debet *l. hæres paragraph. pen. de leg. 3.* quamuis ibi nonnulli pro Bases legunt abaces. *Gynæcium* locus, in quo vestes Imperiales, & imperialium ministeriorum texebantur. Hinc *Gyneciarij*, in *Rub. Cod. de muri leg.* qui ei textrinæ in perpetuum addicti pannos curabant, uel peniculo adhuc rudes tergendo, vel forte lanæ nodos incidendo, & extrahendo. *Secessus* locus à turba, & tumultu separatus *l. cum dies ff. de recepi. arbi.* — *Proastia.* *Basis.* *Gynæcium.* *Gynæciarij.* *Secessus.*

1427 *Sphæristerium* de quo fit mentio *l. si quis mihi ff. mandati* locus in balneis iuxta Budæum: at potiùs iuxta Nebriss. locus in quo pila luditur. Alex. Neapol. lib. 3. c. 14. locus (inquit) circularis erat, qui plures capiebat circulos, & spatia uarijs lucibus distincta. Sicut Trigon locus triquetro similis ubi pila exercebantur, & ludo. *Sphæristes*, qui pila ludit. *Specus* accipitur pro fossa ampla, & rotunda, inqua colligitur aqua *l. supra iter, de aqua pluui. arc.* ubi Gloss. ponit differentiam inter specus, & cuniculum. Sumitur etiam pro loco alto supra terram, per quem ducitur aqua *l. 1. paragraph. specus ff. de riuis*. Vide quæ de cuniculo diximus num. 625. — *Sphæristerium.* *Sphæristes.* *Specus.*

Stallus est locus seu sedes in choro, uel in capitulo, uel in parte certa Ecclesiæ: & censetur de partibus beneficij canonicalis, iuxta Panorm. in *cap. cum inter de renunc.* Quærit Suar. lib. 4. de Simon. cap. 28. num. 23. an sine simonia uendi possit ius stalli, & respondet negatiuè, si id spectetur in ordine ad usum loci sacri: affirmatiuè, si in ordine ad onus, & obligationem accidẽtariam clericorum. *Glarea* apud Paul. *l. supra iter de aqua pluui. arc.* terra est capillis permixta qualis illa quæ post effossum terræ tergum ex scrobibus eruitur. *Stratura* est locus uilis ad iacendum dispositus. *Authen. de monach. paragraph. cogitandum.* — *Stallus.* *Glarea.* *Stratura.*

1428 *Pomarium habetur l. 5. ff. de seruit. exper.* dicitur quasi post mænium; hoc est post murum: unde aliqui scribunt *Posmærium*; & erat locus tam intra, quàm extra murum, quẽ antiqui in condendis urbibus inauguratò consecrabant: neque patiebantur ullum in eo fieri ædificium. *Theatrum* dicitur à *theorando* id est inspiciendo. Græca uox est, quæ uertitur à Cassiodoro *Visorium*, à Cypriano *Speculatorium*, iuxta Gloss. *Institut. de rer. diuis. paragraph. vniuersitatis.* Est locus in ciuitate communis, & publicus ad spectacula, & hemicycli formam habet. — *Pomarium.* *Theatrum.* *Theorando.* *Visorium.* *Speculatorium.*

Amphitheatrum interpretari potest undique theatrum, quod ex duobus theatris formetur. *Septum* apud *Vlpian. l. 1. ff. de riuis*, dicitur, quod est oppositum ad fossas inciles, ne aqua fluminis euagetur. Dicitur à sepiendo, & accipitur pro ijs, quæ sunt munita, siue ex lapidibus, siue ex terra pauita, siue ex lignis, & alijs huiusmodi. *Cauea publica* ut uidere est *l. ciuitatibus ff. de leg. 3. & C. de spect. & expen. lud. lib. 11.* fuit area, quæ in medio theatri uelis tecta caueæ similitudinem referebat, in qua subsellia honoratiorum collocari solebant. — *Amphitheatrum.* *Septum.* *Cauea publica.*

Figlina l. fundi ff. de fun. instru. est officina figuli — *Figlina.*

figuli hoc est facientis vasa fictilia, nempè locus, in quo figulus suam artem exercet. *Foresta.* *Foresta* apud Gloss. ad cap. *cum dilecti de douat.* est locus vbi feræ discurrunt, vel includuntur. *Granaria.* *Granaria* vt habentur *l. granaria ff. de acti empt.* sunt loca, in quibus grana, seu fructus componuntur. *Heliocaminus.* *Heliocaminus* interpretari potest solaris fornax, & apud Vlpian. *l. si arborem ff. de seru. vrb. præd.* est vaporarium solare in aprico loco situm ad calorem solis excipiendum, quo veteres vtebantur. *Latomia.* *Latomia* apud Callistratum in *l. succurrit ff. ex quib. caus. ma.* dicebatur locus, vbi lapides cædebantur *Piscina.* *Piscina* locus est pro nutriendis, & conseruandis piscibus.

Salictum. *Salicetum.* 1429 *Salictum* apud Vlpian. *l. quæsitum ff. de fund. instr.* est locus vbi salices consitæ sunt, & alio nomine *Salicetum* vocatur. *Situs.* *Situs* apud Latinos dicitur qualitas, & positio loci. Cæsar, 5. bell. Gall. Sumitur etiam pro squallore, & lanugine creata ex humore, qui est in locis sole carentibus: item pro incultura cuiusque rei. Sic etiam accipitur ab Vlpian. *lib. 37. ff. de bonos. possess. secund. Tab. l. 1.* *Solum.* *Solum* habetur *Instit. de rer. diuis. paragraph. cum in suo.* Vbi dicitur *omne, quod solo inædificatur, solo cedit.* Est autem, quod cuique rei subiectum est, vt area ædificio, & terra pedibus nostris. *Salina.* *Salina* in *l. 1. ff. quod cuiusque vniuers.* locus est vbi sal gignitur. *Salinaria.* *Salinaria* dicuntur ea, quæ pro sale dantur.

Seminariũ. *Seminarium* apud Budæum in *l. item si fundi paragraph. Seminarium ff. de vsuf.* locus est subactus, in quo semina, aut vitium, aut arborum aliarum panguntur, vt cum in certam quantitatem excreuerint, in vinetum, vel arbustum, vel pomarium transferantur. Quo tempore, quæ serius seminantur, *Vini radices.* *Vini radices* dicuntur id est plantulæ cum sua radice translatæ in aliud solum. *Viuarium.* *Viuarium* vulgo dicimus *Vineyro*, locus est, in quo vel aues, vel feræ continentur, quæ ad victum duntaxat spectant. *l. vsufructuarius paragraph. viuarijs ff. de vsuf.*

Vicus. 1430 *Vicus* apud Latinos est pars vrbis, quæ ex multiplicatis domibus fit, ita vt ex plutibus vicis vrbs constet, vulgo dicimus *Bayrro*. Dicitur etiam *Vicus paganus*, cum plures simul villæ, quæ pagi vocantur, hoc est plures rusticanæ domus coniunctæ sunt, & aliquo interuallo ab vrbe remotæ, vulgo dicimus *Aldeas*. *Vicanei. Vicarij.* Hinc *Vicanei, Vicani*, seu *Vicarij*, prout habentur in *tit. 56. Cod. lib. 11.* & ibi exponit Toletan. n. 3. appellantur rustici, & villani, qui rus habitant, & in vicis, villis, vel pagis commorantur.

Textrinum. *Textrinum l. qui textrini C. de murileg. lib. 11.* locus est vbi texitur. *Xerolophũ.* *Xerolophus* apud Iustinian. *Instit. tit. de publ. iudic.* locus est Constantinopoli celebris. Apud Suidam est tumulus ex congestis lapidibus factus. *Hippodromus.* *Hippodromus* iuxta Budæum, est equorum curriculum, vbi citra pugnæ simulacrum, de pernicitate certatur. *Cataplus* est portus, ad quem plurimum appelli solet. *Cataplus.* Vlpian. *l. 4. paragraph. 4. ff. de offic. procon.*

SECTIO VI.

De domicilio, diœcesi, & alijs concernentibus.

1431 Domicilium apud Latinos duce Cicerone 7. Verr. vsurpatur pro longi temporis habitatione. *Domiciliũ quid.* Apud Iuristas, & Theologos teste Azorio p. 3. lib. 13. cap. 15. dicitur vbi, quis habet rerum suarum summam, id est magnam partem, vel vbi larem, id est familiam constituit. *l. ciues C. de incolis, lib. 10.* Vnde ad domicilium requiritur, & sufficit vnum è duobus, nempè quòd quis familiam suam alicubi collocet animo numquã recedendi, aut habeat magnam partem rerum suarum: & sic potest duobus locis habere domicilium. Iuxta Belanum de Euchar. q. 74. a. 4. dub. 3. n. 99. est discrimen inter Domicilium, & habitationem: nam Domicilium, quis habere dicitur, qui in aliquo loco animo ibi perpetuò commorandi degit: *Habitationem habere*, seu *habitare* dicitur in loco vbi maiori anni parte commoratur, & hoc vocatur, & hoc vocatur *quasi domicilium*, quod v. g. scholastici externi Eboræ sortiuntur. *Quasi domicilium. Habitationis domicilium.*

Domicilium aliud est originis, & aliud habitationis: Hoc obtinetur per solam habitationem, dummodò, quis habeat animum numquam recedendi: illud comparatur per natiuitatem, & obtinetur ratione domicilij, quod parentes obtinent. Non acquiritur (vt notat Sanch. lib. 3. matr. disp. 23. n. 3.) per natiuitatem in loco, vbi forte parentes hospites, vel alicuius negotij causa, etiam per decennium adetant. Nam talis fingitur natus in ciuitate, vbi parentes domicilium habent. Datur differentia inter domicilium originis, & habitationis, quòd illud immutabile est hoc verò mutari potest, animo nempè, & desertione.

1432 *Domicilij appellatione* in dubio venire domicilium habitationis, seu incolatus, & nõ originis, tradunt Ceph. conf. 414. n. 58. Afflict. *Domicilij appell.* decis. 384 n. 7. Ioseph Sesse Aragoniæ decis. 59. n. 9. & Sanch. de matr. lib. 1. disp. 23. n. 7. & quidem præferri domicilium incolatus domicilio originis, docent Nat. conf. 159. n. 16. & Alex. conf. 16. vol. 1. magis verò attendi, saltem in muliere docet Surdus conf. 549. n. 1. Contrarium autem scilicet venire originis, & non habitationis, probabiliter defendunt Surdus conf. 343. n. 30. conf. 346. n. 8. conf. 371. n. 49. Decian. conf. 71. n. 11. vol. 2. & Socin. conf. 254. n. 8. vol. 2. quia domicilium originis, potentius est, vtpote naturale, quàm habitationis domicilium

cilium, quod accidentale est: qualitas autem naturalis maior est, & magis attendi debet quàm accidentalis, vt ex *l. qui habet ff. de tutelis* probant Menoch. cons. 52. n. 124. & Sanch. lib. 3. matr. disp. 23. n. 6. Vide plura apud Barb. Appel. 77. à n. 6.

Patria. *Patria* sic dicitur, quasi communis parens omnium sit, & est ciuitas, vel oppidum, vnde orti sumus. Latam habet significationem *l. non quod in fin. ff. de pæn. leg.* Complectitur, quidquid ad ipsius gubernationem necessarium est, nempè totam politiæ ordinationem, magistratus, potestates, dominia, & cætera huiusmodi. Nec terminatur solis mænibus: quin & quandoque patriam de prouincia dicimus. *l. vxorem §. legauerat de leg. 3.*

Accola. 1433 Vt, quæ de domicilio, & patria diximus, clariùs elucescant, videndum est, quomodò inter se differant Accola, Incola, Alienigena, Indigena, Aduena, Conuena, Peregrinus, Vagus, Forensis, naturalis. *Accola*, seu *Accolens*, vt habet Vlpian. *l. 1. §. sunt, qui ff. ne quid in flum. publ.* est aduentitius, qui propè aliquem locum, præsertim iuxta fluuiū habitat. *Incola* est, qui propriam terram colit: vel qui in aliena domicilium contraxit: *Incola.* vel qui decem annis domicilium retinuit, licèt etiam causa studij ibidem steterit *l. pupillus §. incola ff. de verb. sign.*

Alienigena. *Alienigena* dicitur teste Isidoro lib. 10. Ethy. quasi alienę regionis, vel ab aliena gēte natus, aut genitus. Vnde à Iuristis ad *L. 2. C. de eman. lib.* vsurpatur, tum pro nato in alieno territorio, tum pro alterius iurisdictioni subiecto.

Indigena. *Indigena* iuxta Bar. ad c. *ex parte de consuet.* dicitur, quasi inde genitus, & est in eadem regione natus: ac proinde oppositus aduenis, & conuenis. Nam sicut indigenæ sunt geniti in eadem regione, quam habitant, ita *Aduena.* *Aduenæ* sunt exteri de vno loco venientes, *Conuena.* *conuenæ* de diuersis. *Peregrinus.* *Peregrinus* olim apud Romanos dicebatur omnis, qui ius ciuitatis, non habebat. Cur autem Interdicti, & deportati dicerentur peregrini, declarat Alciat. lib. 1. parer. c. 15.

Apud Legistas Peregrinus dicitur, quicunque à loco sui domicilij proficiscitur *L. ciues C. de inco.* Apud Canonistas Peregrinus propriè est, qui causa deuotionis alio proficiscitur, v. g. Apostolorum, & aliorum Sanctorum limina, & oratoria visitaturus 24. *q. 3. si quis Romipetas*. Item qui accedunt ad præsentiam S. Pontificis 2. *q. 6. arguta.* *Vagus, Vagabundus.* *Vagus*, seu *Vagabundus* est, qui nullibi domicilium habet, sed hodie hic est, cras alibi, *L. 4. §. prætor ff. de dam. inse.* *Quasi vagus* dicitur, qui domicilium habet, & rarò in eò moratur, sed vagatur huc, & illùc *Forensis dicitur*, qui deforis venit v. g. negotiandi causa, vt mercator, litigator. *Naturalium appell.* *Naturalium è regnis appellatione*, qui veniant, tradunt Burgos de Par. L. 1. Tau. nu. 451. Azeued. lib. 19. tit. 3. lib. 1. nouæ Recupilat. Curia Philipp. tom. 2. lib. 1. c. 1. num. 37. quibus legibus subijciantur vagi, & peregrini, docent Sanch. lib. 1. Dec. cap. 12. & Suar. lib. 3. de leg. cap. 33. Vide Parlad. diff. 103. vbi distinguit inter ciuem, municipem, incolam, & aduenam.

1434 *Diœcesis* vox Græca est, quæ Latinè interpretatur administratio, dispositio, iurisdictio: iuxta Archid. *de rescriptis, statum. in 6.* dicitur à dia quasi diuisio, & separatio: quòd diuisa, & distincta sit ab ecclesia alterius Episcopatus, & vnius gubernationi commissa. *Diœcesis.* Iuxta Archid. sumitur, quandoque pro parrochia, interdum pro regione, vel prouincia *L. præsides C. de offic. rect. prou.* propriè tamen videtur esse territorium ciuitatis, vt habet ordinem ad iurisdictionem spiritualem: est enim vbi est Episcopus 16. *q. 3. quicumque*. Quamuis ciuitatis appellatione contineatur diœcesis, ut notatur *cap. Rodulphus de rescrip.* tamen è contra.

Diœcesis appellatione ciuitas non comprehenditur: quia dignius sub minori comprehēdi non debet. *Diœcesis appell.* Si verò vtamur distinctione, in materia fauorabili continetur ciuitas sub appellatione diœcesis, secus in odiosa. Ita Riccius in praxi aur. resol. 350. num. 4. Steph. Gratian. discep. foren. 105. cap. 893. num. 35. Garcia de benef. p. 1. cap. vlt num. 77. & Barb. appl. 74. cum multis alijs *Diœcesanus* est Episcopus, habens diœcesim. Vnde iuxta Gloss. in *Clem. 1. de vita & honest. cler.* latiùs patet ordinarij, quàm Diœcesani appellatio. *Diœcesanus.*

Nam Diœcesani appellatione Episcopus tantum continetur, & non alius inferior, etiam si polleat iurisdictione Episcopali, vt tradunt Zabarel. in *Clem. quia regulares* num. 22. Gratian. discep. for. tom. 2. cap. 212. n. 4 & Erasm. à Cochier. de iurisd. ordin. p. 1 q. in 6. vbi num. 7. subdit hoc procedere in materia stricta, & odiosa. Et quamuis hoc appellatiuum intelligatur in ijs, quæ potiùs exigunt officium, & dignitatem Episcopi, quàm eius iurisdictionem, tamen aliquando attenta mente, & ratione dispositionis, si aliquando principaliter iurisdictio intendatur, appellatione diœcesani venit inferior habens iurisdictionem Episcopalem. Ita Mandos. reg. 16. canul. q. 42. n. 3. Riccius cit resol. 303. n. 1.

1435 *Territorium* dicitur à terrendo sicut *Territoriū.* districtus à distringendo, & à Pomponio *L. pupillus §. territorium ff. de verb. sign.* sic definitur: *Est vniuersitas agrorum finibus cuiusque ciuitatis circunscripta, intra, quos magistratus terrendi, & ius dicendi facultatem habent*. In qua acceptione forum pro territorio vsurpatur, vt notat Salas de leg. disp. 10. sect. 1. num. 1. *Districtus* idem est, quod territorium *Clem. ne Romani, de elect.* quamuis teste Alciat. ad l. citatam non *Districtus.* desunt, qui putent hanc vocem (Districtus) latiùs patere, quàm territorium: & alij teste

Spie-

Spiegel. V. eod. qui dicant hac voce (Districtus) propriè significari, quidquid vltra territorium suum ex alieno ciues ditioni suæ addunt, vel virtute bellica partum, vel quauis alia ratione.

Præterea, notat Alciatus Territorium cæptum dici *Comitatus*: quia tempore Caroli Magni, regnantibusque Othonibus, & Bererengarijs, ad singulas ciuitates regendas aliquis comes mittebatur. *Parœcia* idem valet atque incolatus, & habitatio. *Paræcus* autem (vt inquit Azor. p. 2. lib. 3. cap. 12. q. 1.) Græcus est incola, siue habitator in loco. Nam Pomponius, *L. pupillus ff. de verb. sign.* sic habet: *Incola est, qui in aliquam Regionem domicilium suum contulit, quem Graeci Paræcumocant.*

Comitatus pro territorio. *Parœcia.* *Paræcus.*

1436 *Teritorij appellatione* continetur, quidquid est intra fines vniuersitatis, ita vt nulla persona, & nullus locus excipiatur. Ita Bald. cons. 326. Rex Romanorum nu. 8. lib. 1. quòd verò comprehendantur omnes nationes, & magnates, qui circunscribuntur sub finibus designatis, tradunt Ruin. cons. 22. n. 5. & Tusch. to. 8. lit. T. concl. 48. nu. 5. Iuxta Menoch. cons. 140. n. 12. & 19. continetur ciuitas in fauorabilibus. *Districtus appellatione* venit diæcesis, vt tenet Iul. Lauor. vari. ducubrat. to. 1. tit. 1. c. 8. num. 11.

Territorij appell. *Districtus appell.*

Districtualium appellatione veniunt originarij: cum verbum illud sonet in originem, vt ex Bald. cons. 455. *quatuor ad propositum* n. 3. vol. 4. refer. Bertazol cons. 20. glos. 23. n. 12. vbi agit de districtu, territorio, comitatu, & diæcesi. *Districtualium appellatione* veniunt clerici in materia priuilegiata, & fauorabili vt per Beller. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina cleric. §. 2. n. 12. Rot. decis. 452. nu. 2. p. 1. Quomodo autem Prælati, & clerici dicantur esse de districtu dominorum temporalium, declarant Bellarm. tom. 1. controu §. generali lib. 1. cap. 28. & Suar. de legib. lib. 3. c. 20. n. 7.

Districtualiũ appell.

Oppidanorum appellatione districtuales non veniunt, vt censuit Rot. apud Seraph. decis. 467. n. 7. & refert Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 4. collect. 1387. in fine. *Palatium dominicum, & Domus dominica*, de quibus est *tit. 76. Codicis lib. 11.* (vt exponit Toletan. ibid. n. 2.) propriè dicuntur ædes Principes, quæ ad eius priuatum, non publicum patrimonium spectant: putà si ipse ædificauerit, aut è merit, aut alio titulo acquisierit. Differunt autem inter se, quia Palatium est ampla domus Principis, vel Imperatoris, quæ ipsius propria habitatio est, vel sic dictum, vel à Pallade Arcadum principe, vel à Palatino monte, vel quòd ibi omnia pateant. Domus autem est, quælibet alia domus etiam si ampla non sit, & tam domus, quàm Palatium ædium appellatione continetur. *L. vnic. eod. tit.*

Oppidanorũ appell. *Palatium dominicum.* *Domus dominica.*

SECTIO VII.

De vocibus locum denotantibus.

1437 **C**onfinis locus est, qui simul finit. Sic apud Liuium 4. ab vrbe, legimus *confines agros*, qui eodem loco finiunt. *Confinium* est terminus agrorum, seu finis vnius agri, vbi cum alio coniungitur. *Instit. de rer. diuis. §. ex diuerso.* Confinia (vt exponit Alex. Scot. v. eod.) dicuntur ea, quæ adeo sibi proxima sunt, vt nullus medius paries interponatur: urbana uerò de quibus in *Auth. apud, quos oporteat §. pen.* parietibus distingui consueuerunt, & ideo non confinia, sed uicina potius uocantur. *L. 3. §. hoc indicium ff. fin. regun.* Censetur autem quid *Vicinum* iuxta Bart. in *l. si tertius ff. de aqua pluu. arc.* quousque uox hominis exclamantis audiri potest. *L. 1. §. eodem autem tecto ff. ad syll.* dummodo sit uox communis, scilicetn ec nimis gracilis, nec nimis tubalis, instar uocis tauri. Item dum clamans medio modo sit nec in cellario, nec in tecto, nec in apice turris.

Confinis locus. *Confinia.* *Vicinum.*

Adesse apud Latinos significat præsens esse. In iure sumitur interdum pro admitti *Authen. de testim. §. si verò iudici*, interdũ pro præesse *L. 2. C. de statuis, & imag.* aliquando exponitur pro abesse causa euitandæ contrarietatis. Barth. in *l. quoties C. de dignit. lib. 12.* Adesse, quis dicitur per procuratorem. *L. papi. exuit ff. de minor.* Adesse non dicitur, qui casualiter adest. Bart. *L. quæsitum § fin. de leg. 3.*

Adesse.

1438 Vicinitatem, & proximitatem denotant uoces communis, iuxta, prope, uersus ultro, citroque. *Comminus*, est idem atque præsentialiter *L. si imperialis init. C. de legib.* aliquando idem ualet atque tota die *l. terminato C. de fr. & lit. exp.* aliquando pro statim *l. si quæ ff. de pign. act. & l. continuus ff. de verb. oblig.* Hæc dictio *Iuxta* importat idem quod prope, vt si dicamus cum Tullio, sepultus est iuxta viam Appiam ad quintum lapidem *l. qui ædes ff. de incend. cap. solitæ § hoc autem, de maiorit. & obed.* Vide Tusch. to. 2. lit. D. concl. 304. n. 7.

Comminus. *Iuxta.*

Vnde denotat propinquitatem in *l. quidam Hibernus* vbi Bart. *ff. de seruit. vrb. prad.* & tenet Surd. cons. 429. num. 52 quòd interuenire debeat aliqualis distantia, docet Bald in *l. 1. C. de sacros. Eccles.* Quòd denotet propinquitatem per vnum, vel duos pedes: quòd denotet vicinitatem per decem pedes, tenent Alex. cons. 120. num. 6. vol. 2. & Franc. Marc. decis. 644. p. 1. Verùm Paris. cons. 58. num. 58. vol. 2. dicit verificari nedum in contiguis, sed etiam in aliquantulum distantibus. *Prope* idem valet atque iuxta apud Latinos duce Cicer. in Brut. apud iurisperitos importat contiguitatem, & verificari nequit in loco remoto, vt docent Boer. decis. 51. n. 15. & alij, quos refert Cened. canoni. quæst. sign. 81. n. 8.

Prope.

1439 *Versus* non includit locum, sed dicit, *Versus.*

quan-

quandam loci circunstantiam, quæ à loco relato differt, vt videre est apud Seraphin. dec. 167. n. 1. quòd denotat situationem, & non propinquitatem, decidit Rota in Theastina iurisdictionis 17. Iunij 1663. impressa per Farinac. decis. 509. n. 5. p. 1. *Vltrocitroque* prout habetur in *l. Labeo de verb. sign.* perinde est, ac si dicas vtrinque seu hinc illinc.

Vtrocitroq;

Vndique teste Barb. tract. de diction. dict. 434. idem importat, quod omni ex parte. *Vbi* dupliciter sumitur, nempe non solum temporaliter, hoc est in ordine ad tempus, pro *quando*, & *postquam*, sed etiam localiter in ordine ad locum, & idem valet atque *in quo* vel *in qua*, vt videre est apud Gloss. in *l. si quis in legato ff. de iudicijs*, & Vulpell. de præposit. & ad verb. pag. 126. *Vbicumque* dictio est vniuersalis apta complecti omnia loca vniuersaliter. *l.*

Vndique.

Vbicunque.

Vbicumque ff. de interrog. action. & cap. ab honore, de auctor & vsu pallij, importat insuper in omni tempore & in omni causa, siue parte instante, siue ex æquitate iudicis, vt ex Roman. consil. 373. incip. in casu proposito nu. 2. & 3. refert Tusch. pract. concl. tom. 2. lit. D. concl. 391. n. 1. *Vbique* sumitur pro quocumque loco *l. 1. ver. vbique ff. solut. matri.* vt notat Octauian. Vulpell. pag. 126. Intelligitur verò de loco idoneo, sicut vox *quolibet loco* vt ait Tiraq. de retract. lig. §. 1. gloss. 7. n. 30.

Vbique.

1440 *Præsentia* propriè ad corpus refertur, ita vt *præsentialiter* idem sit atque corporaliter *c. cum in aliquibus de re iudic. & 3. q. 1. c. sed notandum.* Sumitur pro scriptura, vel auctoritate 18. *dist. concilia* pro statim *l. 1. §. 1. ff. de tabul. ex bi* idem valet atque conspectui *c. vt officium §. verum de hæret. in 6.* ex Alciat. & Oldend. sic describitur: est legitima definitio temporis, ideo constituta, vt in omnibus negotijs opportunitas cum tranquilitate retineatur.

Præsentia. *Præsentialiter.*

Præsens accipitur multifariam *l. præsens ff. de procur. & Auth. de fideiuss. paragraph. 1. Præsentales*, vt habetur *l. numerarios C. de apparit. magist. lib. 12.* & exponit ibidem Gloss. ex *l. nemo miles C. de re milit. eod. lib.* Sunt milites, qui iam militia functi adsunt Imperatori. *Absens* apud Iurisperitos, qui sit, latè tradunt Alciat. in *l. mulieris paragraph. vlt. & in l. absentem, de verb. sign.* & Instit. in *paragraph. rursus in prin. Instit. de actio.*

Præsens. *Præsentales*

Absens.

Teste Spiegel V. eod. Absentem Vlpian. ait accipimus eum, qui non est in eo loco, in quo petitur. Non enim transmare absentem desideramus: & si forte extra continentem vrbis sit, abest. Iuxta Alexand. Scot. V. Absentia, quinque modis dicitur, quis absens, 1. dicitur absens, qui alium audire, & intelligere non potest. *Instit. de inu. stip. paragraph. item verb.* 2. qui non est in eadem prouincia. *l. fin. Cod. de long. temp. præsc.* 3. qui non videt producere, & iurare testes *l. si aliquando Cod. de testi.* 4. qui nō est in domo, seu loco respectu cuius renūciandū est nouum opus *l. de pupillo paragrap. si quis ff. de noui operis nunc.* 5. qui faciliter non potest inueniri; *l. præsens ff. de procur.*

1441 Quinam *Præsentes*, & *Absentes* censeantur ad effectū præscriptionis, tradit Azor. p. 3. lib. 1. c. 22. q. 7. sed loculentiùs Molina to. 1. tract. 2. disp. 69. ex *l. vlt. Cod. de longi temporis præscript.* statuente eos præsentes censeri, qui in eadem prouincia commorantur, siue res præscribenda in eadem sit prouincia, siue non. Hoc tamen (inquit ex Gloss. & Barth.) verum erat, quando prouinciæ per præsidem vnum communemque omnium iudicem regebantur: verumque etiam esset hodie, si prouinciæ aliquæ simili modo regerentur: quia tamen hodie singulæ ciuitates habent, vt plurimum, suos supremos iudices vulgo *Corregedores*, quorum iurisdictio certis, quibusdam locorum terminis clauditur, spatiumque integrum iurisdictionis cuiusque comarcam vocant, Latini dicebant conuentum, hinc est, quòd hodie illi censeantur præsentes, qui in eadem comarca habitant: illi verò absentes, qui in diuersis eiusmodi partibus, seu conuentibus degunt.

Præsentes ad præscriptionem.

Absentes ad præscriptionem.

Longè idem significat, quod procul, vt constat ex Tullio lib. 2. epist. sic longè ab insidijs habetur *l. ita vulneratus paragraph. omnes ff. ad leg. Aquil.* Hæ voces *longè lateque*, sunt in vsu apud Vlpian. *l. si habitatio, de vsu, & habit.* & afferuntur à Tullio 2. de Nat. Deor ad significandam longitudinem, ac latitudinem spatij. *Nusquam* apud Latinos & Iurisperitos sumitur pro *nullo in loco*, vel *cum nullibi est*, vt ex Cicer. 1. Tusc. probat Barb. tract. de diction. iuridic. 232. & ex *l. ex conducto paragraph. si ius tempestatis ver. idemque dicendum ff. locati.* notat Rebuff. in comment. ad *l. qui mortui 129. ff. de verb. sign.* pag. 489.

Longè.

Nusquam.

1442 *Remotus* apud Latinos dicitur, qui longiùs abest. *Remota loca* habentur *c. vltim. de eo, qui mit. in poss.* quæ autem dicantur remota à loco, exponitur per Archidiac. *c. 2. de testam.* quid autem sit *In remotis agere*, vt intelligantur quæ afferuntur *c. cum nullus de temporib. ordin.* declarant Azor. p. 2. lib. 3 cap. 46. q. 5. & Sanch. lib. 7. Opusc. c. 1. dub 20. n. 42. verba citati capitis sunt: *Officiales Episcopi cum ad hoc ipsorum officium non se extendat, huiusmodi nequeunt licentiam* (videlicet ordinandi) *impertire, Episcopo autem in remotis agente, ipsius in spiritualibus vicarius generalis dare potest licentiam ordinandi.*

Remotus.

In remotis agere.

Ex quo resoluit Azor. loco cit. posse vicarium solo generali mādato literas dimissorias dare Episcopo in remotis agente. Quærit ibi Gloss. quæ loca remota censeantur ad prædictum effectum? Respondet ea, quæ sunt extra prouinciam *c. coram de elect. & l. vlt. C. de præscrip.* addit: is etiā in remotis agere dicitur, qui abest vltra duas diætas *cap. nonnulli de rescript.* Imò (inquit) vltra vnam diætam *c. statum de rescript.* concludit: satis crederem,

hoc

Extorres. *Exterminare.*

hoc Iudicis arbitrio definiendum esse.

Extorres Apud Alciat. *in l. nemo clericus C. de summa Triu.* exules sunt, quasi extra terram eiecti. *Exterminare* in *Clem. vnica de iureiur. & haeret. ex commun. §. moneantur.* est quasi extra terminos vitæ, vel iurisdictionis suæ ponere. Accipitur pro in exilium mittere. *Abnoctare* est extra vrbem noctem traducere, *L. illud. 15. ff. de offic. praef. & l. vrbana famil. ff. de verb. signi.*

Abnoctare.

ELVCIDATIO XXII.

De virtutibus habentibus debitum siue legale, siue morale.

Debitum legale. *Debitum morale.*

1443 *Elucidata Iustitia, & Religione, sequitur vt elucidemus reliquas virtutes iustitiæ annexas, in quibus nempè apparet aliqua ratio debiti ad alterum, siue debitum sit legale, scilicet ortum ex lege naturali aut positiua, quod nunquam exhauriri potest reddito æquiualēti, quale inducunt Religio, Pietas, Obseruantia, Obediētia: siue debitū sit morale, hoc est ita procedēs ab intrinseca honestate virtutis, vt nisi illi satisfiat, honestas morum conseruari nequeat, saltem decorè: quale præ se ferunt Gratitudo, Vindicatio, Veritas, Amicitia, Liberalitas, Aequitas. Vide S. Thomam quæst. 80. art. vnico.*

SECTIO I.

De virtutibus habentibus debitum legale.

Recensuimus quatuor virtutes, à quibus debitum legale nascitur, scilicet Religionem, Pietatem, Obseruantiam, Obedientiam. De Religione satis diximus elucid. 20. reliquas modò elucidemus. *Pietas* ex S. August. lib. 10. de ciuit. Dei cap. 1. sumitur tripliciter. 1. pro religione Græcè *Theosebia* ita vt idem valeat esse pium, atque esse religiosum, seu cultui diuino addictum. 2. pro misericordia, seu benigno affectu, præsertim erga filios opis nostræ indigos sic *l. §. verum ff. quæ in fraud. cred.* dicitur pietatem patris extra reprehensionem esse. 3. pro virtute speciali qua colimus parentes, tanquam vitæ, & educationis nobis secundùm Deum authore.

Pietas. *Theosebia.*

Sic accipitur à Legistis *l. in testamento ff. de fideic. libert.* item à S. Thom. 2. 2. q. 101. & definitur à S. August. lib. 83. qq. q. 3. ex Tullio in hunc modum: *Pietas est per quam sanguine iunctis patriæq; beneuolis officium, & diligens tribuitur cultus.* Vbi notamus à pietate 1. respici parentes, vtpote à quibus immediatè accepimus vitam, & educationem. 2. respici patriam hoc est oppidum, vicum, & prouinciam (vt ait Lessius cap. 46. num. 3.) cum habitatoribus suis. Nam patria etiam in ortum influit, quatenus parentes fouet, & opportuna ad ortum, & educationem suppetit. 3. respici alios consanguineos quatenus in illis repræsentantur maiores nostri, à quibus ortum habuimus.

1444 *Piæ causæ* quæ sint, tradunt Barth ad *l. 1. C. de sacros. Eccles.* Panorm. in rubr. de testam. num. 9. & cap. relatum 1. eod. tit. n. 7. Nauarr. in Apol. quæst. 1. monito 29. & Molina tom. 1. disp. 134. ex quorum doctrina, *Pia causa*, vel *Pia res* dicitur, quidquid præcipuè fit dei, finisque supernaturalis intuitu, ad gratiam, vel gloriam coram Deo promerendam, vel in satisfactionem pro proprijs, vel alienis peccatis. Vnde legatum ad causam piam, seu relictum ad causam piam censetur, quod relinquitur in bonum propriæ animæ, v. g. eleemosyna relicta pauperibus etiam consanguineis, Ecclesiæ, aut monasterio, in redemptionem captiuorum, ad orphanam maritandam, ad diuinum cultum, ad suffragia, pro se, aut alijs defunctis fidelibus.

Pia causa quid. *Legatum pium.*

1445 *Obseruantia* (vt ex doctrina S. Thomæ 2. 2. q. 132. tradit Lessius lib. 2. cap. 46. num. 12.) est virtus cultum deferēs superioribus, & alijs personis excellentibus, quę nos gubernant, vel gubernare sunt idoneæ. Vnde per S. August. l. 83. q. 31. ex Tullio sic definitur: *Obseruantia est per quam homines aliqua dignitate excellentes, cultu quodam, & honore dignamur.* Ex quibus patet, quid inter Pietatem, & obseruantiam intersit: Pietas enim defert cultum debitum alicui, vt principio ortus, & educationis, obseruantia debitum, ut principio gubernationis.

Obseruantia quid.

Obseruantia in genere est duplex, altera politica, altera religiosa. *Politica* est, quæ defertur alicui ob excellentiam, vel dignitatem politicam: & hac ueneramur Principes, Magistratus, & alios dignitate seculari conspicuos. Item illa coluntur magistri à discipulis, domini à seruis, patroni à clientibus. *Religiosa* est, quæ cultum exhibet alicui ob excellentiam, vel dignitatem cum religione coniunctam, uel deum respicientem, ut si quis colatur ut beatus, ut propheta, ut sacerdos, ut sanctus: & potest esse, vel naturalis, uel supernaturalis, & haberi per duliam, ac hyperduliam, aliasque adorationes, de quibus Elucid. 19. sect. 3.

Obseruantia quotuplex.

Reuerendi apud Zaz. in *l. generaliter ff. de in ius vocan.* sunt quibus reuerentia, & honor habetur, & in ius sine uenia uocari non possunt. *Officiales operæ* apud Alex. Scot. V. eod. sunt quę respiciunt personam patroni, vt illum comitari, cantu & saltatione oblectare, & similes. *Obseruare* pro colere, uel implere mandata *l. obseruare ff. de offic. præf.* pro obedire *Auth. vt neque miles §. sint igitur.* pro obtinere *l. si quis hær. C. de insti. & substi.* pro resarcire *Auth. nullus §. illud.*

Reuerendi. *Operæ officiales.* *Obseruare.*

Obedientia.

1446 *Obedientia* dicitur, quaſi obaudientia, quòd vox, & præceptum ſuperioris audiri, & admitti debeat. Sumitur aliquando pro conſenſu 1. *q.* 1. *cap. præſentium*, apud Theologos duce S. Thoma 2. 2. q. 104. eſt duplex altera materialis, & altera formalis. *Materialis* eſt omne opus virtutis, quo impletur præceptum etiam ſi non ea intentione expreſſim fiat. *Formalis* eſt, quæ ideo expreſsè aliquid facit, quia præceptum eſt: & hæc dicitur ſpecialis virtus habens pro obiecto (quod) omne opus præceptum, & pro obiecto (cui) ſuperiorem: huic enim dicimur obedire.

Manualis obedientia.

Obedientia conſiſtit in tribus 93. *diſt. c.* 1. Vt enim ſit perfecta, exigit cæcitatem, promptitudinem, & fortitudinem: quas conditiones exponit Leſſius c. 46. dub. 5. *Manualis obedientia* apud Canoniſtas, vt notatur *c. legebatur de maior. & obed.* eſt ad quam ſubditi tenentur prælatis ſuis ſine ſcriptura, & iuramento. *Audiens* id eſt obediens *l. arbiter ff. de arbit.* *Audiens*, quòd conſenſus *Authentinimo. antep. dona. obtemperare* eſt obſequi, vel obedire *ff.* 52. *quis ius di. non obtemp.* in rubro, & nigro. *Obaudire*, eſt quaſi de mente deducere, iuxta Andr. *cap. fundamento de elect. in* 6.

Audiens.
Auditus.
Obtẽperare.
Obaudire.

Inſolentia.
Inobedientia.

1447 *Inſolentia* prout habetur *l. 2. C. de offic. rect. prou.* idem valet atque inobedientia. *Inobedientia* iuxta Syluest. V. eod. dicitur quaſi non obedientia; & eſt priuatio obedientiæ conſiſtens in duobus, ſcilicet in omittendo quoad præcepta affirmatiua, quæ imperant opus & in agendo quoad negatiua, quæ opus prohibent. Duplici obedientiæ, materiali, & formali correſpondet duplex inobedientia, nempe materialis, & formalis. *Materialis* conſiſtit in violatione cuiuſcunque præcepti, & tranſcendit per omnem materiam. *Formalis* datur, quando quis præceptum violat ea intentione, vt illud violet, & ei ſuo facto aduerſetur, & ſic conſtituit ſpeciem peccati ab alijs diſtinctam.

Pleno iure ſubijci.

Hanc formalem inobedientiam coincidere cum formali contẽptu legis, tenet Mõtezinus diſp. 23. q. 9 n. 150. ſic intelligens S. Thom. 2. 2. q. 104. art. 2 Illud ſcio ex doctrina Suar. l. 3. de leg. c. 28. à n. 15. contemptum eſſe vel in intellectu, vel in voluntate, vel in opere externo, item formalem, vel materialem, de quibus egimus n. 214. *Pleno iure ſubeſſe*, modus loquẽdi eſt Iuriſtarum, quo vtitur Leſſius c. 24. n. 63. Eccleſia, vel monaſterium dicitur ſubeſſe, aut ſubijci pleno iure 16. *q.* 2. *viſis.* hoc eſt (vt exponit Gloſ. ad *c. cum inter vos deſent. & re iud.*) in ſpiritualibus, & temporalibus. Quæ autem ſit *plena ſubiectio*, & *ſubijci pleno iure* declaratur optimè c. prox. cit.

SECTIO II.

De gratitudine, & veritate.

Gratitudo.

1448 CVm expoſuerimus virtutes inducentes debitum legale, gradum facimus ad eas, à quibus debitum morale prouenit. *Gratitudo* de qua S. Thom. 2. 2. q. 106. accepta generatim, eſt virtus quæ reſpicit debitum ex beneficio accepto ortum, vt illi aliquo modo ſatisfaciat: à quocunque tale beneficiũ proueniat; in qua acceptione non eſt ſpecialis virtus; nam ſi conſideretur erga Deum, coincidit cum religione; ſi erga parentes, cum pietate; ſi erga ſuperiores, cum obſeruantia; nam prout ſic reſpicit debitum legale. Igitur vt ſpecialis virtus cenſeatur, debet ſpectari in ordine ad ſolum benefactorem particularem; quia prout ſic ſolum debitum morale reſpicit.

Officia gratitudinis.
Gratiarum actio.

Gratitudinis officia recenſentur quinque à S. Thoma art. 3. q. 5. primum eſt. *Beneficij æſtimatio* quia non tam rei magnitudine, quam affectu conferentis penſandum eſt. 2. *Benigna acceptio*: ſi enim cum accipis, non ſignifices gratum tibi eſſe, videris contemnere. 3. *Gratiarum actio*: quæ nihil aliud eſt, quam beneuola proteſtatio gratiæ acceptæ. 4. *Grata commemoratio*, nempè vt primò apud nos ſimus memores de tempore, & loco beneficij accepti; deinde apud alios, quando occaſio ſe tulerit. 5. *Beneficij relatio* quando viciſſim re, vel obſequio redditur; & quidem ex Tullio 1. de offic. monet. Leſſius c. 47. num. 8. plus rependendum eſſe, quàm ſit acceptum; ſi enim reddatur æquale, non videtur redditio gratiæ, ſed ſolutio debiti.

Ingratitudo

1449 *Ingratitudo* (vt definit Syluest. V. eod. numer. 1.) eſt vitium oppoſitum gratitudini, ita vt ſicut gratitudo eſt uirtus retribuens benefactori, quod debet; ita ingratitudo ſit uitium non retribuens benefactori debitum. Eſt duplex ſcilicet formalis, & materialis. *Formalis* eſt, quando beneficium, uel benefactoris animus contemnitur, ut non uidearis ei debitor, vel obnoxius ratione beneficij. *Materialis* eſt, quando abſq; contemptu, uel omittitur debitum officium gratitudinis, uel committitur aliquid contra benefactorem. Ex quo apparet ingratitudinem dupliciter exiſtere, uel per omiſſionem, in qua habet tres gradus; 1. eſt beneficio non rependere. 2. diſſimulare non agendo gratias. 3. nolle agnoſcere; uel per commiſſionem, in qua alios tres gradus habet. 1. eſt retribuere mala pro bonis. 2. uituperare beneficium. 3. reputare beneficium loco maleficij.

Veritas vt virtus.

1450 Quod attinet ad *Veritatem*, non accipitur hic Philoſophicè, quatenus eſt conformitas iudicij ad rem iudicatam; ita ut

eius

eius operationes comparentur ad intellectum vt signa: sed accipitur iuridicè, & theologicè, quatenùs est pars, vel potiùs comes iustitiæ, & fundatur in hoc, vel id procurat, quòd operationes iustitiæ comparentur ad intellectum, tanquam ad regulam: & appellatur *Veracitas.* Est igitur virtus, quæ affectat, & procurat, vt sit rectus vsus signorum, nempè vt in sermone, scriptura, gestibus, aliisque signis, quibus méntem nostram alteri patefacimus, sit conformitas actus interni cum externo. Vnde est specialis virtus, quia respicit speciale bonum rationis, scilicet veritatem in dictis, & factis.

Veracitas.

Esse eiusdem speciei Fidem humanam, & veracitatem, virtutes morales, docet Caietan. 2.2. q.2 13. a.1. Oppositum tamen defendit Molina to.2. disp. 262. arbitratus esse virtutes specie diuersas: quia alterius rationis est opere implere, quod promissum, conuentumque est cum proximo: quod spectat ad fidem: & alterius verum dicere: ad quod tenetur quis in omnibus assertionibus, promissionibus, & conuentionibus, dum proferentur. *Iustum* sumitur aliquando pro vero *Instit. de liber. in princ.* Similiter *Verum* pro iusto *l. omnes ff. de integ. restit.* accipitur etiam *Expeditum* pro vero *l. contra iur. §. si filius ff. de pactis.* Functiones veritatis sunt. 1. amor illius in dictis, & factis. 2. cautione quid contra iudicium mentis dicatur aut significetur. 3. patefacere iudicium mentis, non pro quouis tempore, sed quando expedit 4. inuestigare veritatem rei, quando aliquid affirmandum, aut negandum est. 5. exequi promissa.

Fidei humana. *Iustum pro vero.* *Verum I. iustum.* *Expeditum.* *Mendacium*

1451 *Mendacium* opponitur directè, & formaliter veritati, & propriè est locutio contra mentem, cum nempè aliud loquimur exteriùs, aliud interiùs sentimus: siue significatio fiat verbis, siue fiat gestu, & nutibus, aut quacumque alia ratione. Vnde duo requirit, alterum voluntatem dicendi falsum, alterum locutionem, & significationem iudicio mentis contrariam. Ex quibus sequitur *deceptio* alterius.

Decipere, quamuis sumatur pro fallere, tamen genericum est, vt habetur ex *l. 1. §. 1. ff. de dolo.* Nam decipit, qui imponit, qui fallit, qui defraudat, qui verba dat, qui in errorem inducit. Mendacium diuiditur 1. in iactantiam, & ironiam. *Iactantia* est, cum quis maiora de se prædicat, quàm insint. *Ironia* (vt definit Lessius cap.47. num. 41.) est cum minora quàm insint, vel cum laudabilia, quæ insunt, negat. Vnde si parua sunt, & manifesta, quæ de se negat, ab Aristotele dicitur *Veterator delicatus.* At iuxta S. Thomam 2. 2. q. 113. *Ironia* (vt tenet Syluest. V. eod.) est mendacium verbo, aut signo circa propriam personam, dum quis negat maiora, aut asserit minora de se quàm veritas habet.

Decipere. *Iactantia.* *Ironia.* *Veterator.*

1452 Diuiditur 2. ratione finis vel effectus in iocosum, officiosum, & perniciosum. *Iocosum* est, quod causa voluptatis, aut ipsius mentientis, aut alterius dicitur. *Officiosum* est, quod profertur causa vtilitatis. Vtrumque tale esse debet, vt nemini noceat, ac proinde ex sua ratione non excedit peccatum veniale. *Perniciosum* est, quod iniustè alicui nocet siue proferatur contra honorem Dei, vt in sacramentis, & iuramentis, siue contra honore hominis, vt in detractione, falso testimonio, & contractibus iniquis. Vnde pro ratione materiæ veniale, aut lethale esse potest. Diuiditur 3. ratione signi in duo mendacia, quorum alterum est in verbis, alterum est in factis.

Iocosum. *Officiosum* *Perniciosū.*

De mendacio, quod committitur verbis, satis diximus. Quod committitur factis, *Simulatio* vocatur, & est mendacium in actionibus vitæ, cum quis per has intendit aliud significare quàm in animo habet: v.g. si animo mæstus lætitiam risu, & gestu præ se ferat. Simulationis species est *Hypocrisis*, quæ iuxta D. Augustin. lib.2. cap.3. de serm. Domini in monte, propriè significat fictionem alienæ personæ, vt in theatro, & scena fieri solet, in qua significatione *Hypocritæ* apud Buldæ. in *l. 2. de his, qui notan. infam.* sunt alienæ personæ simulatores, Latinè histriones. Hodie tamen *Hypocrisis* in sacra Pagina, & apud Theologos est ea simulatio, qua quis se fingit iustum, cum non sit.

Simulatio. *Hypocrisis.* *Hypocrita.*

1453 *Fictio* nomen habet à compositione actuum, vel operum; sic luti compositores figulos vocamus. Significat compositionem exteriorum actuum, vel rerum ad aliquod falsum, aut etiam verum significandum: nam per fictionem potest, qui sanus claudicare, vt significet se claudum, quod falsum est: vel vt repræsentet incessum alterius verè claudi, quod verum est. Vnde latiùs patet fictio, quàm simulatio: hæc enim, iuxta S.Thom.2. 2. q.3.a.1. propriè accipitur ad significandum, quod non est. *Commentum l. rei quæ ff. de iure fisci* est idem atque fictio. *Captio* est deceptio & *Captiosum* est deceptorium apud Ioan. And. *l. si duo de officio de leg.* lib.6. Gloss. 1. in fi.

Fictio. *Commentū.* *Captio.* *Captiosum.*

Elusorium quod vanum *l. si prætor de indic. Perfunctoriè* pro deceptoriè. *L. aut qui ff. quod vi aut clam. Præstigia* alio nomine *Ius versutum* apud *Azon. C. ad leg. Iul. de adult.* sunt captiones verborum, quibus obumbrantur delicta. *Deludere* pro decipere. *Delusio* pro deceptione *Cap. 1. de alie. indi. mut. cau.* Sumitur *Imaginarum* pro fictitio. *Instit. quibus modis ius pat. paragraph. præterea.* Quamuis *Falsum* interdum sumatur pro iniusto *paragraph. eadem Instit. qui & ex quib. cau* tamen propriè est, quod veritate caret; sic rescriptum falsum, quod non emanauit à Papa, & tamen apparet emanasse. *Cap. sua nobis de offic. vicar.*

Elusorium. *Perfunctoriè.* *Præstigia.* *Ius versutum.* *Deludere.* *Delusio.* *Imaginariū.*

Falsam. Falsarius.

Sic *Falsus tutor* verè dicitur, qui tutor non est, & *falsum testamentum*, quod testamentum non est *l. Paulus de verb. sign. Falsarius* est, qui crimine falsi tenetur. *Cap. ad falsariof. de crim. falsi.*

Simplicitas.

1454 Ad veritatem proximè accedit *Simplicitas*, quæ iuxta Panorm. *in cap. dilecti, de iudic.* est duplex, altera discretioni opponitur, & ideo reprobatur 39. *dist. c. Petrus diaconus*; altera dolositati opponitur, & ideo approbatur, & dicitur amica legibus §. *sed quia Instit. de leg. agn. success.*

Simplex. Simpliciter, & qualificatè.

In qua acceptione *Simplex* iuxta Archid. *distinc. 8. cap. consuetudo*, dicitur, qui est sine plica fraudis & doli. *Simpliciter* idem valet, atque sine plica, & duplicatione, vt tenet Aret. in *l. 1. §. si quis similiter num. 20. ff. de verb. sign.* & Octauian. vulpell. de præp. pag. 1055. *Simpliciter positionibus responderi* dicitur, quando respondetur ad litteram, prout iacet positio. Ita vt Vulpel. citato num. 1. Sunt hæc opposita, simpliciter & qualificatè secundum Menoch. de arbit. casu 251. vbi dicit simpliciter, & non qualificatè positionibus esse respondendum.

Nudus sermo. Dictum. Nuda venditio.

Nudus sermo apud Iurisperitos *l. sciendum ff. de ædil. edict.* quòd simplex dictum accipimus (inquit) quod verbo tenus pronunciatum est, nudoque sermone finitur. Vbi *Dictum* est, quod profertur nulla præcedente interrogatione. Quamuis *Nudam* accipiatur pro fictitio, & simulato, vt *Venditio nuda l. nuda ff. de contr. empt.*

Amphibologia. Aequiuocus sermo.

1455 Vt prosequamur, quæ per oppositionem spectant tum ad veritatem, tum ad simplicitatem, imprimis *Amphibologia*, de qua ad saluandum veritatem iuramenti latè Sanch. l. 3. c. 6. est dictum dubium, seu sermo dubiam sententiam indicans. *Aequiuocus* sermo de quo Azor. p. 3. lib. 13. c. 3. parum distat ab Amphibologia: est tamen dubius ex eo quòd verba sortiantur diuersas significationes, in quibus accipi potest.

Videtur.

Videtur, quamuis interdum sumatur ad signum veritatis *l. seruum filij §. 52. quis rem ff. de leg. 1.* tamen absolutè est verbum fictionis *l. 1. paragraph. deiecisse ff. de vi & vi arm.* Ita Bart. ad *l. si is, qui ff. vsucap.*

Calaitur. Color.

Hæc dictio *Calaitur*, quæ habetur *l. 233. ff. de verb. sign.* idem valet atque frustratur. *Color* pro prætextu *l. 2. de inoff. testam* Vnde color quæsitus in *l. sed Iulian. ff. ad Macedon.* dicitur cum id, quod verè facimus, aliqua simulatione obtegimus.

Sapponere. Suppositi partus. Vafer.

Sapponere est pro alio fraudulenter ponere. Hinc *suppositi* partus *l. cam suppositi C. ad leg. cor. de fals. Vafer.* apud Spiegel. V. eod. quasi valde Afer: mira enim (inquit) semper fuit Afrorum calliditas, vt est hodie Hispanorum.

Obstruere. Adulterinũ.

Obstruere luminibus iuxta Bud. ad *l. æquissimam de vsuf.* est, idē quòd luminibus officere *Adulterinum* iuxta Modestin. *l. lege corn. ff. ad leg. corn. de falf. leg.* dicitur, quod legitimum non est, sed suppositiuum. Hinc Adulterina moneta, & scientia pro falsis passim vsurpantur.

Adulterari.

Adulterari rationes dixit Iurisc *l. 1. de ser. corr.* pro conturbari, vel falsò describi.

Obrepere. Obreptio.

1456 *Obrepere* est, quasi latenter intrare, seu subintrare 61. *dist. aullus inuitas, de celebr. missar.* item fallere, & incautum aggredi *l. 3. paragraph. paberi ff. de carb. edict.* Hinc *obreptio* pro mendacio *l. lin. autem paragraph. 1. ff. de nego. gest.* & pro mendacio fraudulento *l. sed & si patronum ff. de in ius voc.* & propriè consistit in narratione facti non iuris. Vide quæ diximus num. 227.

Circunducere. Conflare.

Circundatere pro decipere *l. cum prolatis ff. de re iud. Conflare* pro confingere. *Authen. de alien. & emphi. paragraph. de sacris.* Illaqueare se mendacio, id est irretire. 22. *q. 2. in cauti.*

Palliare. Palliatio. Suggestio falsi.

Palliare, id est pallio obuoluere: vnde *Palliatur silentio in Clem. de iure, cap. 1. §. nos itaq;* Hinc *Palliatio cap. 1. & cap. detestanda de coa. eccl. prabeu. in 6.* Suggestio falsi habetur *cap. cam vestris de rescriptis*, & est sub ministratio, seu suppositio: nam *Suggerere* est subministrare 70. *distinct. cap. priuatus* per Archid. *Suppressio veri, Cap. dilectus filius de rescription.*

Sapprimere. Sycophātia.

est veri taciturnitas: nam *sapprimere* est tacere. *Sycophantia* dictio Græca est, quæ à Latinis vsurpatur pro mendacio, fallacia, calumnia.

Sycophanta.

Sycophanta Latinè ficorum comestor, seu iudicator. Cum enim ficus tanti fierent apud Atticos, vt capitalis pœna lege decerneretur in eos, qui in hortos irrumperent, & ficus comederent, *Sycophanta* dicebatur illorum accusator: apud Iurisperitos *l. verbam C. ex quibus causis infam.* teste Alciat. lib. 11. dispunc. capit. 26. accipitur pro litis leuissimæ accusatore: & trahitur ad calumniatorem, & virum abiectissimum.

Procurator falsus.

Quis sit *Procurator falsus* tradit Guido Papa quæst. 173. n. 2.

SECTIO III.

De vindicatione, affabilitate, liberalitate, & æquitate.

Vindicatio.

1457 Vindicatio latè accepta à S. August. lib 83. qq. q. 31. est per quamuis aut iniuria, & omninò omne quod obsuturum est, defendendo aut vlciscendo propulsatur. Hac oratione complectitur vindictam, & defensionem, quarum illa non nisi publica, hæc etiam priuata authoritate haberi potest. Strictè accepta coincidit cum vindicta, & est actus peculiaris virtutis, quæ aptè describitur in hunc modum: *Vindicatio est vltio iniuriæ, quæ infertur authoritate publica ad reddendum malefactori pœnam debitam, vt iniuria reparetur, & satisfactio exhibeatur*: Sicut enim honestum, & congruum est laudare benefactorem, ita

ita & malefactorem punire, & pœna debita coercere. Vindicationi per excessum opponitur crudelitas, per defectum remissio in criminibus puniendis.

Affabilitas Comitas. 1458 *Affabilitas* alio nomine Latino *Comitas*, à fando nomen habet: quamuis enim non in solo alloquio consistat, sed in alijs etiam actionibus, & officijs, tamen præcipuè apparet in affatu à quo proindè appellationem sortitur. Sic definitur à Summa Diana V. eod. *Est virtus, quæ conuersationem hominibus iuxta rectã rationem præscribit*. A Lessio lib. 2. c. 47. dub. 7. sic explicatur: Affabilitas est virtus, quæ procurat, vt conuersatio nostra cum proximis in rebus serijs sit grata, & talis, qualem esse decet, spectata conditione nostra, & personarum, quibus cum agimus, negotiorum, & reliquis circunstantijs: ita vt neque nimis blandè, neque nimis asperè in congressibus nos geramus.

Eutrapelia. Differt ab *Eutrapelia*, quia hæc iuxta Arist. 4. ethic. cap. 9. nos facit decorè vti iocis, & ludicris, quæ animi laxandi causa assumuntur: affabilitas verò solum in serijs versatur. Differt ab amicitia, quia hæc est, quædam mutua beneuolentia, quæ fundatur in quadam communione, & consociatione, ex qua quis alterum amat sicut se ipsum, & comiter cum illo tractat: affabilitas verò non requirit talem communionem, imò nec beneuolentiam: sed ideo habetur, quia congruit ad vitam socialem. Differt à *benignitate*: quia hæc est virtus propria superioris, quæ in correctione exercetur, & laudatur *Clem. de iureiu. c. vno* *Benignitas.* & 45. *dist. cap. disciplina*. Dicitur autem *Benignitas*, à bono, & gignat: quasi bonum gignat: sic tellus benigna dicitur, cum bonos fructus gignit.

Blanditia. 1459 Affabilitati opponitur per excessum *blanditia*, per defectum *morositas*, est autem *Blanditia* vitium illorum, qui in conuictu nimis student esse placidi, ita vt in omnibus se accommodent alijs, omnia probando, omnia commendando Sunt in duplici differentia: nam si id faciant solo intuitu placendi, *Placidi.* nomine peculiari appellantur *Placidi, & Blandi*: *Colaces.* si autem id faciant spe, & causa vtilitatis. *Adulatio.* Græcè vocantur *Colaces*, Latinè *Adulatores*; Nam *Adulatio* est blanditia ob spem vtilitatis, quæ præsertim exercetur simulatione vultus, & gestu corporis: ducta methaphora à canibus, qui cum sibi quidpiam veluti poscunt, motu caudæ adulantur.

Adulari. *Adulari* enim est propriè canum, cum gesticulatione corporis, & motu caudæ nobis *Blandiri sibi.* blandiuntur. *L. 1. & 2. C. de statuar. & imag. Blandiri sibi* apud Vlpian. *l. 3. ff. de admi. tut.* est se *Captare.* ipsum fallere. *Captare* apud Alciat. lib. 2. parer. *Deliniumenta.* est blandiri, seu illecebris, donis, & obsequio aucupari. *Deliniumenta* pro blanditijs *l. 4. ff. de inoff. test.* Ibi enim *delinimenta nouercalia* interpres blanditias nouercales exponit. Alciat. lib. 2. c. 12. parer. affirmat *Curialia verba* vocari ab *Curialia verba.* interpretibus, quæ adulationis causa proferuntur. Quia solent aulici adulantes aliud sentire, & aliud loqui coram principibus.

Morositas. Ex opposito *Morositas* est, quædam morum difficultas, cum nulla pæne res quantumuis exacta, animo alicuius satisfacit: & cum quis nullo omninò placendi alijs studio tenetur. *Morosi.* Sunt enim *Morosi* homines asperi, & difficiles, ad humanum conuictum, & societatem parrum idonei, qui cum frequenter euadant pugnaces, & contentiosi, hinc est, quòd morosi- *Litigium.* tas ueluti causaliter à quibusdam appelletur *Litigium*.

Liberalitas. 1460 *Liberalitas* apud Latinos duce Tullio 5. de finib. sumitur pro munificentia: iuxta Speusippum, est habitus, qui in quærendis, erogandisque pecunijs decorum seruat. Apud Theologos (ut ex Arist. 4. ethic. cap. 1. docet S. Thomas 2. 2. q. 117. a. 1. 2. & 3.) est uirtus, quæ moderatur æstimationem, & amorem diuitiarum, utrique modum imponendo, & reddendo nos procliues, ac faciles ad diuitias expendendas, quando dictante ratione occasio postulauerit. Ex sua specifica ratione inclinat ad modum, qui in largiendo seruari debet, quatenùs huic congruit illius affectus, & vitæ sociali. Nam si quis alicui largiatur, quà egeno, est misericordia: si quà amico est amicitia: si quà benefico, est gratitudo: si quà creditori, est iustitia.

Differunt Largitas, & largitio tum inter se, tum à Liberalitate. *Largitas* enim est ratio- *Largitas.* nabilis, & definitus liberalitatis effectus: *Largitio* verò propriè est expensa, quæ fit ad au- *Largitio.* cupandum fauorem in petitione magistratuum, vt videre est apud Tullium lib. 3. de leg. *Largitiones* in iure 51. *consilit, C. §. 1.* sumuntur pro donationibus. *Largus* pro li- *Largus.* berali, qualis est medius inter prodigum, & *Theatralis.* auarum. Gloss. in *cap. ex parte de consuet.* *Liberalitas.* *Theatralis liberalitas* est, quod dari consueuit ad ludum theatri *l. vlt. C. de præd. curial.* iuncta gloss.

Auaritia. 1461 Liberalitati opponitur per defectum Auaritia, per excessum profusio. *Auaritia* dicitur ab auendo id est cupiendo, & apud Latinos est cupiditas pecuniæ, & argenti Græcè *Philargyria* *Philargyria*, quæ sic describitur à Tullio 4. Tuscul. *Auaritia est opinatio vehemens de pecunia quasi valde expetenda sit, inhærens & penitus insita*. Apud iuris interpretes nomen habet ex ære, & propriè versatur in retinendo, sicut *Cupiditas* in acquirendo. Rectius tamen vtrunque continet. Ne igitur, quis exerceret aua- *Cupiditas.* ritiam in sacrosanctis iudicijs, vbi latissima est extorquendæ pecuniæ occasio, prætextu sportularum, constituta est actio condictitia de sportulis. *Instit. de action. §. Tripli, & quadrupli*.

A Theologis definitur, teste Azorio p. 1. lib. 4. cap. 7. q. 1. *Auaritia est nimia præter mo-*

dum pecuniarum, & diuitiarum, libido. Nam (vt benè notat Lessius lib.2.cap.47.num.59.) excedit in æstimatione, & amore diuitiarum, & consequenter in illis nimium retinendis, uel immodico studio quærendis per media tam licita, quàm illicita. Septem Auaritiæ filias recenset S. Gregorius lib. 31. moral. c.31. nempè Proditionem, Fraudem, Fallaciam, Periurium, Inquietudinem, Violentiam, & Obdurationem cordis contra misericordiam. *Proditio* est deceptio contra fidem datam, vel debitam, in damnum alicuius. *Proditor* multipliciter accipitur. *cap. cler. dist.46.* est propriè, qui secreta sibi commissa reuelat.

Auaritiæ filiæ. *Proditio.* *Proditor.*

1462 *Sordes* pro auaritia vsurpatur à Iurisperitis, vt testatur Alex.Scot.V. eod. Hinc *sordidè agere* pro auarè *l. 3. paragraph. nunc videmus ff. de susp. tut.* vbi dicitur sordidè agere tutor, qui pecunia corruptus rem pupilli negligit. *Mammona iniquitatis* Luc.16. est lucrum illicitum. *Cap. ex transmissa de decimis* ex mente Augustini lect. vlt. de circumc. interpretantus diuitiæ. Est autem *Mammona* vox Syriaca, quæ significat Deum diuitiarum, qualis apud Græcos *Pluton*, & pro ipsis diuitijs vsurpatur. *Parcitas* differt ab auaritia, vt docet S.Hieronym. Epist. *Audi filia*: nam est frugalitas, quæ modum seruat in parcendo sumptibus: auaritia modum non seruat. *Corradere pecunias* prout habetur *l diuus ff. de bonis damnat.* est vndecunque illas ærufcare, atque conquirere Veteres enim. teste Gallio lib.9.cap.2. *Aeruscare* dixerunt pro pecunias vndique fallacijs colligere.

Sordes pro auaritia. *Sordidè agere.* *Mammona.* *Pluton.* *Parcitas.* *Corradere pecunias.* *Aeruscare.*

Profusio alio nomine *Prodigalitas* est vitium oppositum liberalitati, tum per defectũ, in opibus conseruandis, tum per excessum in erogandis. *Prodigus* enim est, qui dat, quibus non oportet, vt adulatoribus: & plusquam oportet, vt cum magnis expensis facit, quod paruis fieri potest. In iure est, qui neque finem, neque modum expensarum aduertit: sed bona dilapidando, & dissipando profundit. *l. 1. ff. de cur. fur.*

Profusio. *Prodigalitas.* *Prodigus.*

Apud Iuristas hoc distant, Prodigi à furiosis, teste Barone Proggmn. *for. tit.* 8. quòd furiosis simul atque inceperint furere, mox ipso iure agnati sint curatores: prodigis autem non sint priùs curatores, quàm ipsis à iudice bonis sit interdictum. *Euersor* accipitur à *Caio. lib. 1. Instit. tit.* 8. pro prodigo, & dissoluto, qui sua bona dissipauit. *Euertere patrimonium* apud Vlpian. *l. 1. ff. si fam fur. forif.* est disperdere. *Aequitas* Græcè *Epychia* est, quando aliquid agitur contra legis verba, eo quòd bonum commune, vel ratio virtutis id postulet. Sed de hac egimus num.211. & agit Lessius cap.47.dub.9.

Furiosi. *Euersor, 1. prodigus.* *Euertere patrimonii.* *Aequitas.*

ELVCIDATIO XXIII.

De Fortitudine, & virtutibus fortitudinis affinibus.

1463 *Fortitudo tertia virtus cardinalis est, quæ post explicatam prudentiam, & iustitiam, explicanda sequitur. Nam sicut iustitia versatur in componendis humanæ vitæ actionibus, quæ in alium tendunt, ita Fortitudo versatur in remouendis quibusdam impedimentis, seu periculis metum incutientibus, ne propter illa, quis ab honesto recedat. Imprimis elucidabimus Fortitudinem cum vitijs illi aduersis: deinde virtutes affines cum vitijs eisdem contrarijs.*

SECTIO I.

De fortitudine, & eius functionibus.

Fortitudo apud Latinos tam de corpore, quàm de animo dicitur, & apud Tullium 2. de inuent. est considerata periculorum susceptio, & laborum perpessio. Ab eodem 4. Tuscul. sic describitur: est scientia rerum perferendarum, vel affectio animi in patiendo, & perferendo summæ legi parens sine timore. Apud Iurisperitos sumitur tum in bonam partem pro virtute, tum in malam pro violentia. *Authen. vt omnes obed. iudic. prouin.* in princ. & vt ex Arist. 3. Eth. tradit Aegidius de regim. princ. c.13. est sexduplex nempè ciuilis, seruilis, militaris, furiosa, consuetudinalis, & bestialis. *Fortitudo.*

Apud Theologos duce S. Thoma 2.2.q. 123.a.2. semper accipitur in bonam partem pro virtute, licèt dupliciter. 1. latè pro firmitate animi in bono honesto, & sic transcendit per omnes virtutes: omnis enim virtus cum peruenit ad statum perfectum, firmiter adhæret suo obiecto. 2 strictè & propriè pro firmitate in subeundis, perferendis, & declinandis ijs in quibus difficillimum est retinere statum rationis, & animum regere, qualia sunt pericula vitæ, & omnium fortunarum. In qua acceptione sic definitur: *Est virtus, quæ motus animi in rebus terribilibus, præsertim periculis mortis sustinendis, vel repellendis moderatur.*

1464 Potissima functio, & præcipuum quid fortitudinis versatur circa passiones timoris, audaciæ, & tristitiæ in periculis mortis, illis debitam rationis mensuram imprimendo, vt antequam malum euenerit, timorem, & audaciam moderetur: postquam euenerit, & superari nequeat, tristitiam temperet, ne præ nimia afflictione, & mærore aliquid indecorum geratur. Inter fortitudinis actus præci- *Fortitudinis officiũ.*

Martyriū. præcipuus est *Martyrium*, Latinè testimonium, cum pro testificanda veritate fidei, vel alicuius virtutis per mortis tolerantiam subeatur. *Martyr.* Sic *Martyr* testis.

Martyrium igitur ex doctrina S. Thomæ 2. 2. q. 124. a. 5. Suarij tom. 3. in 3. p. disp. 29. sect. 1. & Bonacinæ de sacram. disp. 2. pun. 1. prop. 1. & 2. sic definitur: *Est passio, seu cruciatus lethalis susceptus pro christi fide, aut pro vera virtute.* Quamuis sit actus elicitus à virture fortitudinis, imperatur tamen ab alijs virtutibus, pro quibus conseruandis sustinetur: sed præcipuè imperatur à charitate. Quinque conditiones requiruntur ad martyrium. 1. Est voluntas illud suscipiendi: in adultis quidem: quia in infantibus, sicut reperitur solum culpa originalis, quæ aliena voluntate contracta est, ita propria voluntas, neque ad baptismum, neque ad martyrium postulatur. 2. vt in adulto detur attritio supernaturalis, si peccatum lethale habeat.

An sufficiat attritio virtualis quæ continetur in voluntate suscipiendi martyrium, quando quis metu mortis ita turbatur, vt non aduertat se esse in peccato? Affirmat Bonac citatus n. 10. vbi multos citat. 3. est passio lethalis. 4. est causa honesta, qualis v. g. conseruatio fidei catholicæ, castitatis, vel alterius veræ virtutis. 5. est vt adsit tyrannus qui mortem inferat in odium Christi, vel contemptum fidei, aut alterius virtutis.

1465 Tria vitia fortitudini opposita recenset S. Thomas 2. 2. q. 125. a. 2. & Arist. 3. ethic. *Timiditas.* cap. 7. scilicet Timiditatem, Intimiditatem, & *Ignauia.* Audaciam. *Timiditas* alio nomine *Ignauia* est virium excedens in timendo, vt si quis timeat quod non oportet, vel quando non oportet, vel plusquam oportet: item si non audeat ag- *Intimiditas.* gredi quando ratio dictat, aut sicut dictat. *Intimiditas* est vitium oppositum fortitudini per defectum in timendo: vt si quis non timeat quando, & quod timere oportet. Fortitudo enim non solum comprimit timorem, ne excedat, sed interdum illum excitat, vt malum declinetur.

Hoc vitium ex triplici radice pollulat. 1. ex contemptu propriæ vitæ, quando quis vitam minoris facit, quàm oportet. 2. ex superbia, & contemptu aliorum, vt si quis sibi præfidat, quasi ab alijs lædi non possit. 3. stoliditate, quando per vecordiam, & quandam hebetudinem non concipit animo quid sit mors, & quæ mortem sequantur.

Audacia. *Audacia* de qua diximus num. 113. alio no- *Temeritas.* mine *Temeritas*, opponitur Fortitudini per excessum in aggrediendo: & datur quando quis vt malum imminens repellat, aggreditur aliquid quod non conuenit, vel quando non conuenit. Aduertit benè Lessius lib. 3. cap. 1. num. 66. ex dictis potiùs recenseri quatuor vitia, quæ Fortitudini opponuntur, scilicet duo per excessum, quæ continentur sub Audacia, qualis est *timoris vacuitas* quando instat periculum, & *temeritas* in aggrediendo, & duo per defectum, qualis est *Timiditas, & ignauia*, *Ignauia.* quæ aliqualiter distinguuntur: illa enim dicit præcisè eximium timorem, hæc solum defectum aggrediendi. De temeritate diximus nu. 668. *Vehemens* id est fortis, *cap. cum contumacia* *Vehemens.* *de hæret. in 6.* Item quod profundus, *l. 1. §. 1. ff. de aqua pluui. arcen.*

SECTIO II.

De virtutibus Fortitudini annexis.

1466 CVm Fortitudo habeat munus bipartitum, scilicet ad aggrediendum, & sustinendum: pro aggrediendo illi maximè inseruiunt Fidentia, securitas, magnificentia, magnanimitas: pro sustinendo Patientia, constantia, Longanimitas, & Perseuerantia. Has omnes simul cum oppositis elucidemus. *Fidentia* continet credulitatem mali superandi, & boni consequendi: nascitur ex *Fidentia.* promptitudine animi ad periculum subeundum: & est virtus, quæ in rebus difficilibus alacrem, & fidentem animum præstat.

Securitas est perfectio quædam fidentiæ, *Securitas.* qua expellitur timor, & anxia sollicitudo circa malum imminens superandum: itaut pro illa quis immodicè formidet vinci à malo, vel excidere à bono. *Magnificentia* confert fortitudi- *Magnificentia.* ni strenuitatem in executione, & sic definitur à D. August. lib. 83. qq. q. 31. ex Tullio: *Est rerum* *Magnificus.* *magnarum & excelsarum, cum animi ampla quadam & splendida propositione, cogitatio & administratio.* *Magnificus* est magna faciens Abb. *ad cap. nouit, de off. deleg.*

1467 *Magnanimitas* apud Latinos est præstantia, & sublimitas animi. A Speusippo definitur in hunc modum. *Magnanimitas est mode-* *Magnanimitas.* *ratus contingentium vsus: vrbana cum hominibus conuersatio, magnificentia cum ratione.* Apud Theologos duce S. Thoma q. 129. est virtus, inclinans ad opera magna, & heroica in omni virtutum genere: cuius proinde officium principale est efficere opera magna, & honore digna, non quidem ob honorem humanum, sed ob ipsorum operum præstantiam.

Magnum (vt rectè notat Lessius lib. 3. cap. 2. *Magnum* n. 6.) solum intelligitur intra metas alicuius *quid.* virtutis: nihil enim in rebus humanis magnū, nisi bonum & ornamentum hominis, qua homo est: reliqua vt diuitiæ, voluptates, & honores mundani meritò parua censentur, & parui momenti, vtpote, quæ ad solam temporalem vitam spectant. Recenset Aristoteles viginti mores, seu conditiones viri magnanimi, quas breuiter exponit Lessius cit. à n. 14.

1468 Magnanimitari opponuntur per excessum tria, nempè Præsumptio, Ambitio, &

Ina-

Inanis gloria: per defectum, vnum scilicet Pusillanimitas. *Præsumptio* alio nomine *Præsidentia*, est immodica confidentia suarum virium, qua quis aggreditur, vel paratus est aggredi, quod proprias vires excedit. Nomine virium suarum, intellige qua quis in se ipso, vel in alijs paratas habet: v. g. Pater in filijs, dominus in seruis, amicus in amicis. Quænam sit illa præsumptio, quæ est peccatum contra Spiritum Sanctum, diximus num. 561. *Ambitio* est inordinatus appetitus, quo quis appetit honorem: & tripliciter huiusmodi inordinatio euenire potest. 1. si appetat honorem ob rem, quæ sibi non licet, v. g. ob rebellionem, vel artem magicam. 2. si appetat honorem ob excellentiam, quam non habet: v. g. doctoratum, vel sacerdotium, quibus caret. 3. si ita appetat honorem, vt sit paratus Deum offendere causa illius obtinendi, vel conseruandi.

Præsũptio. Præsidẽtia. Ambitio.

Inanis gloria quæ à Græcis *Cenodoxia* appellatur, est idem atque cupiditas vanæ gloriæ. Potest autem gloria esse vana tripliciter. 1. si opinio, & fama quæratur de ficta excellentia: qualem quærit hypocrita de sanctitate, & idiota de sapientia. 2. si quæratur maior, quàm par est, aut de rebus indignis. 3. si quæratur apud eos, qui de rebus non possunt iudicare.

Inanis gloria. Cenodoxia.

Pusillanimitas est vitium magnanimitati oppositum, quo quis omnia bona tanquam nimis magna, & suas vires excedentia detrectat ex falsa apprehensione. Vt si vocetur à Deo ad religionem, quam vt nimis difficilem, & intolerabilem apprehendit, vel refugiat officium quod admittendum recta ratio postulat.

Pusillanimitas.

1469 *Patientia* iuxta S. Tho. 2. 2. q. 136. duplex est, altera quæ dicitur pars integralis fortitudinis, & firmat animum contra timores, & dolores malorum mortem inferentium, ac in martyribus præcipuè relucet. Altera est virtus fortitudini annexa, quæ in alijs malis animum roborat moderando tristitiam, quæ ex illis concipi solet, ne faciens aliquid indecorum, v. g. in morte parentum, aut filiorum a rationis præscripto discedat. Hæc si habeatur ex affectu honestatis alicuius peculiaris virtutis, quæ per nimiam afflictionem labefactatur, non est virtus diuersa à reliquis, & sic definitur ab August. tract. 83. qq. q. 31. ex Tullio: *Patientia est honestatis, aut vtilitatis causa rerum arduarum, ac difficilium voluntaria, ac diuturna perpessio.*

Patientia.

Si habeatur ex affectu solius honestatis, quæ relucet in moderando tristitiam, conseruando in æquanimitate quadam mentem, statumque externum corporis illi conformem, peculiaris virtus est à cæteris distincta. *Longanimitas* non est virtus (vt docet S. Thom. qu. 136. a. 5.) omnino distincta à Patientia: sed est patientia ipsa inadæquatè accepta, nempe est patientia in expectando, seu perferendo longam moram, seu molestiam, quam parit diuturna expectatio. Nam inter mala, quæ patientes tolerant, vnum est molestia, quæ ex dilatione rei expectatæ percipitur.

Longanimitas.

1470 *Tolerantia* frequentissimè accipitur pro patientia, & si interdum pro sustentatione, & pro conniuentia, seu permissione vsurpetur. *Tolerare* enim non solum est patienter ferre, iuxta Terent. in Phorm. sed etiam est sustentare, alere, nutrire apud Cæsarem 7. Bell. Gal. & Alphen. *l. censoria ff. de verb. sign.* item est permittere, in quo significatu dicitur 23. q. 3. *cap. 1. fin.* Toleramus nonnullos, quos corrigere, vel punire non possumus. Sumitur etiam pro opponere *l. cum ex falsis ff. de ma. te.* in Glos. Patientiæ opponuntur duo vitia, nempe Insensibilitas per defectum, & Impatientia per excessum.

Tolerantia. Tolerare.

Insensibilitas est vitium quo quis nullis malis, siue proprijs, siue alienis tangitur, aut mouetur. Quod indicat brutam stoliditatem, vel inhumanam duritiem: estque vitium tam rationi dissentaneum, quàm à vita politica, & laudabili abhorrens. *Impatientia* est quædam nimietas in dolendo, & mœrendo, ex qua oritur, vt quis per huiusmodi excessum à recto discedat, exuperans iustum dolendi modum, quem patientia præscribit. *Impatiens* etiam dici solet, qui indignatione sic excedit, vt huiusmodi motus foras indecorè erumpat. Hic tamen rectiùs *Iracundus* dici debet.

Insensibilitas. Impatiẽtia. Impatiens. Iracundus.

1471 Supersunt elucidandæ *Perseuerantia*, & constantia, de quibus S. Thomas 2. 2. q. 137. & 138. *Perseuerantia* apud Latinos duce Tullio 5. Verr. est in ratione bene considerata, stabilis, ac perpetua permansio. *Perseuerare* componitur ex per & seuerus, & est quasi quandam seueritatem continuare. Apud Legistas sumitur aliquando in malam partem, & dicitur quis Perseuerate in obstinatione *l. diffamari C. de ingen. & manum.* item perseuerantia diuortium ostendit *l. diuortium 2. ff. de diuort. & repud.* Apud Theologos dupliciter sumitur, 1. pro continuatione iustitiæ vsque ad mortem: & sic teste S. August. lib. de bono perseueran. est donum peculiare electorum, dicente Christo Domino Matth. 10. *qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.*

Perseuerãtia. Perseuerare.

2. Pro proposito continuandi in bono opere, quandiu ratio dictabit: & tunc si fiat ex affectu honestatis peculiaris, quæ relucet in tali opere v. g. ieiunio, oratione, aut eleemosyna, non distinguitur à virtutibus, ad quas prædicta opera spectant. Quælibet enim virtus ex affectu proprij boni potest velle durationem sui operis vsque ad finem. Si ex affectu ipsius continuationis, seu durationis vsque ad finem: nam in huiusmodi duratione peculiaris honestas, & laudabilitas relucet, tunc virtus peculiaris est, quæ à reliquis distinguitur.

1472 *Constantia* apud Latinos est quædam animi firmitudo. Dicitur à verbo *constare* quod apud

Constãtia. Constare.

apud Cicer.1.Tusc.est constanter permanere, perseuerare,ratum habere. Apud Theologos vt tenet Lessius lib.3.cap.2.n.48.) parum differt à Perseuerantia, cum sub hac comprehendi videatur. Nihil enim aliud est in re ipsa constantem esse, seu in bono sibi constare, quàm perseuerare. Ratione verò, & conceptionibus discriminantur constantia, & perseuerantia. *Constantia* enim propriè nuncupatur, quæ facit hominem in proposito sibi constare, & permanere contra omnes difficultates occurrentes,quandiu ratio dictat. *Perseuerantia* verò solum dicitur quando quis ab incepto opere bono non desistit, donec ad finem vsque perducat.

His virtutibus opponuntur duo vitia, nempe *Pertinacia* per excessum, & inconstantia per defectum. *Pertinacia* juxta Aristot.7.& hic. cap.9.datur quando quis manet firmus in proposito, vbi non oportet, vel plus quàm oportet. Quis in iure *Pertinax* dicatur, tradit Barth. in *l.3.§.tutores ff.de suspec.tut.* est autem *Peruicax* contentiosus, nulli cedens, & perseuerans cum quadam vi. *Inconstantia* datur, cum quis facilè, & sine causa mutat propositum iustum & honestum. Si autem id faciat tædio diuturnitatis, vel similis incommodi *Mollis* appellatur,& hoc vitium *Mollities*.

Pertinacia.
Pertinax.
Peruicax.
Inconstantia.
Mollis.
Mollities.

1473 Pro complemento prædictorum elucidemus, quæ sequuntur. *Assyflatos*, seu *Assyflatos* apud Africanum *l. qui quadraginta ff. ad leg.Falcid.*exponitur non consistens status. Vide Alciat.lib.1.parer. cap. 8. *Abscisè*,seu *Abscisè* idem valet atque fixè,determinatè apud Callistratum, *l. semper §.demonstratur ff. de iur. immunit.* vbi sic habetur: *Demonstratur variè, nec abscisè, numerum liberorum ad excusationem municipalium munerum prodesse, ex rescriptis Diui Ælij pertinacis*. Hoc est (vt videre est apud Budæum in *l. qui cum vno paragraph. non omnis ff. de re milit.*)non præcisè,& fixè;quia non est numerus status, ac fixus qui immunitatem præbeat.

Assyflatos.
Abscisè.

Inconcussè prout habetur *cap. illud & cap. Auditis de præscript.* idem valet atque quietè, sine interpellatione. Vnde *Inconcussam* accipitur pro inuiolato. *Stipulum*,vt videre est,apud Iustinianum *Instit.de verb.oblig.§.1.* veteres firmum dixere,forte à stipite. Ab illo videtur descendere stipulatio, quæ est firma verborum conceptio. *Variatio* aduersatur constantiæ, & est idem atque mutatio, sine ratione: in lite censetur dari quando quis primo dicit vnum, deinde contrarium, nulla variandi causa assignata:ideo prohibetur, maximè in personis Ecclesiasticis. *Clem.de renunc.* & appellatur iniquitas *l.si quis iniur.C. de reb.cred.* Quis dicatur *Variare*, & *Vacillare*, exponunt interpretes iuris ad *l.qui falsò ff. de testia.* Vide quæ diximus n.1219. *Variè* prout repetitur, *Authen.vt omnes obed. indi. §. hæc considerantes* exponitur sic, vt idem valeat atque varijs in locis.

Inconcussè.
Inconcussũ.
Stipulum.
Variatio.
Variare
Vacillare.
Variè.

ELVCIDATIO XXIV.

De Temperantia.

1474 QVarta virtus cardinalis est Temperantia, de qua agit S.Thoma q.141. & nos hac postrema elucidatione tertium librum claudemus, exponentes imprimis Temperantiam, eiusque species, seu partes subiectas, qualis est abstinentia, sobrietas, castitas, & virginitas: deindè vitia quæ huiusmodi virtutibus aduersantur, qualis est gula, ebrietas; & luxuria. Præterea virtutes Temperantiæ annexas, qualis est continentia, clementia, modestia: tandem his vitia opposita.*

SECTIO I.

De Temperantia secundùm sè, & eius partibus absolutè acceptis.

TEmperantia apud Latinos sic definitur, duce Tullio lib.2.de Inuent. *Est rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi, firma, & moderata dominatio.* Deriuatur à verbo *Tempero* quod significat rem suo ordine, ac mensura administro: item abstineo, vt temperare à vino, Temperare ab iniuria, est abstinere. Apud Iurisperitos sumitur Temperantia pro moderatione, siue in cibo, & potu, vt 45. *dist.cap.de discipl.* siue in pœnis *l.si quos C. de custod. reor.* Similiter *Temperare rigorem* pro moderari *Clem. de pæn.cap.1.§. pen.* item temperare pro administrare *l.1.de præp.sacror. scrin.lib.2.*

Tẽperantia.
Temperare.

Apud Theologos duce S. Thoma 2. 2. qu. 141.a.2. dupliciter sumitur, 1. latè pro virtute quæ refrænat, & compescit affectum ab ijs omnibus, quæ ipsum mouent contra rationis præscriptum. In qua acceptione non distinguitur ab alijs virtutibus moralibus. Omnes enim id conferunt, nempe Iustitia retardat affectum à furtis, & contractibus iniquis: fortitudo à fuga, magnanimitas à rebus caducis sectandis. 2. strictè pro virtute, quæ appetitum refrænat in his quæ maximè alliciunt, quales sunt corporales delectationes, non omnes, sed quæ tactu percipiuntur ex esculentis, poculentis, & rebus Veneris. Sic autem est virtus specialis,& quarta cardinalis. Versatur igitur temperantia primariò in moderandis voluptatibus gustus & tactus, quæ cum vehementissimæ sint, à ratione deturbant, & cum sint bestijs etiam communes, maximam gignunt turpitudinem. Secundariò versatur in cohibenda oblectatione aliorum sensuum, quatenus horum obiecta ad voluptatem tactus, & gustus mediante imaginatione prouocant.

1475 Quod attinet ad partes Temperantiæ, eas S.Thomas 2. 2. q. 143. in triplici differentia constituit, numerans integrantes, subiectiuas,& potentiales. *Integrantes* nimirum ex qui-

quibus integratur, & coalescit Temperantia, sunt duæ, scilicet verecundia, & honestas: illa enim integrum suum officium rectè obit his duabus partibus, nempè fugiens turpitudinem intemperantiæ per verecundiam, & prosequens decorem sui obiecti per Honestatem.

Verecūdia. *Verecundia*, quamuis non sit in rigore virtus, sed passio, de qua diximus num. 1 1 2. tamen latè virtus dici potest, quatenus fugere turpia, & probro digna, vt fugit, laudabile est.

Honestas. *Honestas* sic accipiatur generatim pro conformitate cum iudicio rectæ rationis, tanquam regula operationis naturæ rationalis, & cum ipsa natura rationali, vt fundamento talis regulæ, per omnia opera virtutis transcendit. Si sumatur strictè pro eo in quo decor temperantiæ peculiariter elucet (habent enim opera temperantiæ specialem pulchritudinem, quatenùs excludunt voluptates brutorum, quæ hominem maximè deturpant) temperantiæ pars est.

1476 *Partes subiectiuæ* sunt species, quæ sub Temperantia tanquam genere continentur, quales Abstinentia, Sobrietas, Castitas, & Pudicitia. Materia enim Temperantiæ, vt diximus, sunt voluptates tactus & gustus, quarum duo sunt genera: nam aliæ spectant ad alimentum, quod cibo, & potu constat: & in his quo.

Abstinētia. ad cibum versatur *Abstinentia*: quoad potum

Sobrietas. *Sobrietas* est: aliæ spectant ad vim generati-

Castitas. uam, & ex his quædam principalis percipitur

Pudicitia. ex ipso actu coniunctionis, & circa hanc versatur *Castitas*: quædam secundaria percipitur ex osculis, tactibus, amplexibus, & circa illam versatur *Pudicitia*. De his omnibus latiùs agemus in sectionibus sequentibus.

Partes potentiales sunt omnes aliæ virtutes quæ frænant appetitum in aliquid inordinatè tendentem, vt sicut Temperantia cum suis speciebus frænant voluptates maximas, & veluti primarias, ita illæ moderentur secundarias, & minùs vehementes: tales censentur continentia, Humilitas, Mansuetudo, Clementia, & duplex Modestia. Nam tribus modis illa refrænatio, seu moderatio fieri potest. 1. in motibus internis 2. in motibus externis. 3. in rebus externis. Quoad motus internos, si voluntas excitatur impetu passionis, illum refrænat

Cōtinentia. *Continentia*: si erigitur inordinatè in spem ex-

Humilitas. cellentiæ, hunc coercet *Humilitas*: si motu iræ

Mansuetudo. accenditur ad vindictam, hunc compescit *Mansuetudo*, cui propinquat *Clementia*. Quoad

Modestia. motus externos sub quibus comprehenduntur verba, illos temperat virtus, quæ *Modestia morum* vocari potest: quoad res externas, venit in considerationem omnis externus cultus, & apparatus quem refrænat, & moderatur alia virtus quæ *Modestia cultus* appellatur.

SECTIO II.

De abstinentia, ieiunio, & sobrietate.

1477 ABstinentia apud Latinos sumitur pro virtute, quæ opponitur rapacitati. Dicitur enim quis abstinens cum ab alienis abstinet, nihil rapiendo ab aliquo. Sic inter abstinentiam, & continentiam est discrimen, quòd illa in innocentia, hæc in temperante reperiatur. Apud Canonistas abstinentia vera est à peccatis abstinere, *de consecrat. dist. 5. cap. ieiunium & cap. nihil enim.* Abstinētia.

Apud Theologos cum S. Thoma 2. 2. qu. 146. sumitur pro virtute temperantiæ circa cibos, & sic accepta definitur in hunc modum: *Est virtus quæ inordinatas voluptates esculentorum refrænat, & in ipso vsu debitam moderationem constituit.* Verum quidem est quòd Abstinentia iuxta modum loquendi sanctorum Patrum in materia temperantiæ dicat propriè talem alimentorum subtractionem, quæ sit maior, quàm ratio temperantiæ per se postulet. Qui enim moderato cibo vtitur vescens bis carnibus per diem, sumpto forte ientaculo, & si dicatur in rigore temperans, non dicitur abstinens.

1478 *Ieiunium* apud Latinos ex Liuio lib. 6. belli Maced. sumitur pro tempore, quo à cibis abstinemus. Iuxta Panorm. in rubr. *de obser. ieiun.* nomen habet à quodam intestino, quod vt plurimùm vacuum, & exinanitum est. Apud Theologos accipitur. 1. metaphoricè pro abstinentia vitiorum. Sic Isaiæ 58. *Nonne hoc est ieiunium quod elegi? dissolue colligationes impietatis.* Hinc S. August. tract. 17. in Ioan. *Ieiunium (inquit) magnum, ac generale est, abstinere ab iniquitatibus.* Accipitur 2. propriè, & sic importat quandam victus parsimoniam maiorem, quàm communis temperantiæ regula exigat: ita vt attendatur in illo, & temporis diuturnitas, & ciborum qualitas. Ieiunium.

Nam iuxta modum loquendi S. Scripturæ, & SS. Patrum vt quis propriè *ieiunare* dicatur, duo postulantur, scilicet abstinentia longior, & victus ratio durior. Fiebat olim à monachis multifariam. Nam alij vtebantur solo pane, & sale ad cibum, & sola aqua ad potum. Alij etiam abstinebant pane, contenti solis leguminibus, radicibus, & herbis. Quidam semel in die sub vesperum capiebat cibum: quidam diebus alternis, aut pluribus interpositis. Refert autem Theodoretus in vita Simeonis Stylitæ, ipsum solùm octauo quoque die cibum sumpsisse, lupinos nempè aqua maceratos: per totam quadragesimam nihil omninò. Ieiunare.

1479 Iuxta Syluestr. v. eodem num. 3. & Azorium part. 1. lib. 7. cap. 8. duplex est ieiunium,

nium, alterum naturale, alterum Ecclesiasticum. *Naturale ieiunium* est perfectissima abstinentia ab omni cibo, & potu: itavt nihil omninò sumatur, vel per modum cibi, vel per modum potus. S. Thomas 3.p.qu.80.art. 8. ex vniuersali Ecclesiæ consuetudine ab Apostolis introducta in reuerentiam Eucharistiæ, docet solis ijs, licere communicare qui ita ieiuni sunt, vt post mediam noctem nihil omninò per modum cibi, vel potus sumpserint. Notat Ægidius Belanus ibid. num. 47. ex Suario disput: 68. sect. 4. per modum cibi, & potus dici sumi id quod ab extrinseco ori impositum per se sumitur, etiam si medicinæ causa sumatur.

Naturale ieiunium.

Hinc (inquit) saliua, vel alij humores, aut etiam sanguis ex capite, aut gingiua in os defluentes, & si deglutiantur, non sumuntur per modum cibi, vel potus, quare non impediunt communionem. Idem dicendum de reliquijs ciborum præcedentis diei, quæ inter dentes hærent, si deglutiuntur. Idem de aromatibus ori impositis, etiam si dente conterantur: modo nihil deglutias. Idem quando quis abluens os, aut gustandi causam aliquem humorem ori imponens quem statim expuit, etiam si parum aliquid per imprudentiam degluiat. Debet etiam esse cibus, hoc est quid nutritiuum: cibus autem non est terra, charta, cera, moneta, plumbum, aurum, & reliqua huiusmodi: vnde non violant ieiunium naturale, etiam si sumantur per modum cibi, vt videre est in Summa Dianæ v. communio à nu. 32. vbi etiam de tabaco.

1480 *Ecclesiasticum ieiunium* est illud quod fit eo modo quo ecclesia omnibus fidelibus præscribit, Iuxta ea quæ habentur *cap. Denique dist.* 4. à Canonistis, & summistis sic definitur. *Est prandij, & post cænam cuiuslibet cibi subtractio vsque ad diem sequentem: & abstinentia à carnibus, & ab ijs quæ à carnibus originem trahunt, vt à lacte, caseo & ouis.*

Ecclesiasticum ieiunium.

Ex quibus constat ad ieiunium ecclesiasticum postulari tria 1. est abstinentia à cibis certi generis, nempè à carnibus propriè dictis, & ab ijs quæ à carne ducunt sementinam originem, qualia sunt oua & lacticinia: cum verò sine abstinentia ouorum, & lacticiniorum possit quis verè & interdum licitè ieiunare, mitigante id consuetudine loci legitimè præscripta, tamen abstinentia à carnibus teste Sanch. tom. 2. opusc. lib. 5. cap. 1. d. 29 ita est de substantia ieiunij, vt hoc sine illa stare nequeat, & sic dispensatus ad carnes maneat excusatus à ieiunio. 2. est abstinentia plurium refectionum: itavt intra spatium diei naturalis detur vnica comestio quæ cæna vocatur: quamuis ex vsu iam liceat collatio serotina moderata, quam vulgo dicimus *Consoada*. 3. est certa refectionis hora: quæ olim erat circa nonam diei, idest tertiam pomeridianam; *cap. solent de consecrat. dist.* 1. hodie ex vsu recepto est circa meridiem.

1481 Illud noto, diuersum esse ieiunium naturale à ieiunio iuris naturalis: item ieiunium ecclesiasticum à ieiunio iuris ecclesiastici. Nam ieiunium naturale est perfectissima abstinentia ab omni cibo & potu, qualem exposuimus num. 1479. ieiunium iuris naturalis (vt docet Azor. p. 1. lib. 7. de ieiun. cap. 8. qu. 1.) est id quod ratio naturalis præscribit, scilicet quo subtrahimus corpori escam, vt animo imperanti commodius obtemperet, & libidinis impetus frænetur. Ieiunium ecclesiasticum est, quale definiuimus num. superiori. Ieiunium iuris ecclesiastici latiùs patet, & est omne quod præcipit Ecclesia: præcipit autem etiam naturale ante communionem.

Ieiunium iuris naturalis.

Sobrietas apud Theologos teste Lessio lib. 4. cap. 2. dub. 12. trifariam sumitur. 1. latissimè pro virtute temperantiæ. Sic accipitur Sap. 8. *Sobrietatem, & prudentiam docet.* & Apostoli ad Titum 2. *Sobriè & iustè & piè viuamus* 2. minùs latè pro temperantia cibi & potus: sic vocantur sobrij non tantum qui parcè bibunt, sed etiam qui parcè manducant. 3. strictè & propriè pro moderatione potus valentis inebriare: in qua acceptione sic definitur: *Est virtus quæ affectum, & vsum potionis inebriare valentis debitè moderatur*; sic *Sobrij* sunt qui in potu inebriante sibi temperant, vt iudicium expeditum retineant, sicut ex opposito *Ebrij* qui debitam mensuram transgrediuntur cum iudicij offuscatione.

Sobrietas.

Sobrij. Ebrij.

1482 Vt persequamur alia quæ spectant ad prædicta, *Ieiunium panis, & aquæ* in rigore non obseruatur epoto vino; vnde teste Sancio lib. 4. Dec. c. 11. n. 44. qui vouit ieiunium panis & aquæ, voti reus est bibendo vinum: quamuis autem pisces: & oua comederet adhuc teneretur ad ieiunium Ecclesiasticum, vtpote cui tanquam principali cætera sunt accessoria. *Collatio*, seu *refectiuncula serotina* alio nomine *Cænula*, Lusitani dicimus *Consoada* non iure scripto, sed sola consuetudine introducta fuit, itavt iam liceat, dummodo fiat in quantitate moderata, & certa qualitate cibi.

Panis, & aquæ ieiunium.

Collatio. Refectiuncula.

Moderata quantitas (inquit Sanch tract. cit. de ieiun. dub. 25.) ex proborum vsu est quadrans panis cum paucis vuis passis, vel herbis: Cibus non sit eius qualitatis qui ordinatur ad perfectam sustentationem, vt oua & pisces. Item non fiat collatio in caseo, lacte, cremore amygdalino, & triticeo, vulgò *amendoada, & amido*, licèt non sint damnandi qui nihil aliud habent, vel id faciunt ad dormiendum. *Electuaria*, quorum licet sumere quantamcumque quantitatem pro serotina collatione in vigilia Natiuitatis Domini, etiam si incidat in sabbatum quatuor temporum, vt docet Sanchez citatus dub. 26. sunt quædam edulia medicinalia composita ex varijs simplicibus speciebus, & dulciarijs, sic dicta ab electione rerum, quibus conficiuntur.

Quantitas moderata.

Electuaria.

1483 Carena quoddam genus sit *inediæ*, hoe

Carena. Inedia.

hoc est famis, & temporis, quo quis ab edendo abstinet, declarat Ber. ad *cap. accusasti de accusat*. Dicitur à carentia cibariorum, & hominum; nam qui hoc ieiunio mulctantur, per quadraginta dies ieiunant in pane, & aqua, & includuntur aliquo secreto loco iuxta ecclesiam, vbi non habent hominum consortium.

Strena. *Strenæ diabolicæ* quæ sint, & prohibeantur à Concilio Altisiodorensi can. 1. quo melius obseruaretur ieiunium, quo olim Christiani consecrabant diem in Calendis Ianuarijs ex præscripto Concilij Turonensi 2. can. 13. ad confundendam inanem lætitiam, & intemperantiam gentilium, declarat Festus v. eodem.

Strena est munus quod datur prima die anni, & Ianuarij ominis boni gratia: à qua voce Lusitani dicimus *Boa estrea*. Fuerunt strenæ introductæ ab Imperatoribus, moderatæ à Tiberio Cæsare, teste Sueton. cap. 34. ac tandem prohibitæ ab Imperatore Maiorano, vt sumitur ex *Nouella constit. decurialibus*. Quid sit

Quadragesima. Septuagesima. Quadragesima, Quinquagesima, Sexagesima, & Septuagesima, quomodò sic dicantur, quomodò computentur, & quomodò in illis olim, & hodie ieiunium obseruari solitum, optimè & eruditè declarat Azor p. 1. lib. 7. cap. 17.

1484 Cum diebus ieiunij Ecclesiastici prohibeatur esus carnium, ouorum, & lacticiniorum, vt constat ex sexta synodo *can. Trullanus 59.* & ex octaua synodo Toletana *can. 9.* imprimis elucidandum superest quid veniat *carnium appellatione*. Docet Lessius lib. 4 cap. 2. dub. 2. num. 8. venire carnes vulgò dictas, nempè vt carnes distinguntur à piscibus: nam pisces suam carnem habent, sed vulgò caro non appellatur. Maior, in 4. dist. 15. qu. 3. quem refert, nec reijcit Azor. p. 1. lib. 7. cap. 10. qu. 6. dicit nomine carnium intelligi carnes animalium, quæ extra aquam diu naturaliter viuere possunt: quasi pisces dicantur qui extra aquam diu naturaliter viuere nequeunt: aut (quod magis probo) carnes intelligi quæ communiter apud Christianos pro carnibus habentur.

Carnium appell.

Hinc patet quid iudicandum sit de limace, & cochlea, rana, locusta, testudine. Addo, de lutra, vulgò *Lontra* Scytale, vulgò *rato cego*, quæ in aquis viuunt, & de alijs amphibijs scilicet, quæ tam in terris, quàm in aquis viuunt. Pinguedo iuxta Gloss. in *cap. Presbyter. dist. 82. v. sagimen*. Hostiensem, Abbatem, & alios apud Henriquez. lib. 7. cap. 13. num. 21. lit. ff. & Fagundez præc. 4. lib. 1. cap. 2. num. 20. non computatur inter carnes, sed inter oua, & lacticinia, quia pinguedo ex Aristotele 2. de gener. non est caro. Vide Dianam p. 1. tract. 9. res. 21. votum abstinendi à carnibus (docet Sanch. lib. 4 Decal. cap. 11. n. 48.) extenditur ad ius, in quo coctæ sunt, instar præcepti Ecclesiastici.

Lontra. Scytale. Amphibia. Pinguedo.

Sagimen. Quod nomine carnis prohibitæ per Ecclesiam veniat sanguis, lardum, sagimen, seu pinguedo, ius, legumina, & herbæ quæ cum carne coquuntur: item quòd nec veniant oua, nec lacticinia, nec ranæ, cochleæ, & testudines, latè cum multis tradit Lezana tom. 5. Regul. in priuil. Carmel. à num. 136. *De butyro*, vulgò *manteyga*, de *lardo*, vulgò *toucinho*, vide Syluestr. v. ieiunium n. 16.

1485 Cum verò oua, & lacticinia tum inter se, tum à carne discriminentur, itaut neutrum eorum sub alterius appellatione comprehendatur: deinde cum possit consistere essentia ieiunij Ecclesiastici, sine abstinentia ouorum, & lacticiniorum, infertur 1. cum Sancio lib. 4. Decal. cap. 11. à n. 46 eum qui vouit abstinentiam à lacticinijs, non teneri abstinere ab esu carnium, nec ouorum: similiter qui vouit abstinentiam ab ouis, non teneri abstinere à lacticinijs: nisi constet expressam vouentis intentionem fuisse vtranque abstinentiam comprehendere. Infertur 2. cum eodem num. 30. satisfacere ieiunijs ex voto, pœnitentia Sacramentali, vel præcepto debitis eum qui vescitur lacticinijs, si habeat Bullam. Imò extra quadragesimam quamuis non habeat Bullam. Quod etiam (addit n. 53.) valde probabile est, de ieiunijs quadragesimalibus voto pænitentia, vel iubileo indictis, nisi Pontifex in iubilæo, vouens in voto, vel confessarius in pænitentia iniuncta expressè vsum lacticiniorum interdicant. Vide Fagundez præc. 4. lib. 2. cap. 2. n. 12. & Dianam p. 3. tract. 6. resol. 80. *Lacticinia.*

Quod attinet ad potum, quamuis frangat ieiunium Ecclesiasticum lac, ius, mel, oleum, & alia potabilia, quæ per se alunt: & idem rectè de potione Hispanica, quæ dicitur *Chocolate*, vtpote ex saccharo, & alijs cibis per se nutrientibus composita, dicunt Syluius 2. 2. q. 47. art. 6. & Diana p. 3. tract. 4. resol. 194. & par. 5. tract. 5. resol. 11. contra Turrian. in summ. p. 2. cap. 256. dub. 24. concl. 4. oppositum tradunt de vino, asserentes extra prandium non frangere ieiunium, Fagundez præced. 4. lib. 1. cap. 3. & Diana p. 1. tr. 9. resol. 23. cum innumeris contra Azor. p. 1. lib. 7. cap. 10. quæst. 4. fine, quia vinum non alit per se, sed per accidens. *Chocolate.*

Ceruisia alio nomine Zythum non continetur sub appellatione vini: vnde teste Sancio lib 4. Dec cap. 11. num. 44. votum abstinendi à vino non violatur bibita ceruisia. Qui vouisset ieiunare in pane & aqua (vt docet citatus author) si semel vinum biberet in notabili quantitate, non teneretur ab illo amplius abstinere: secus si vouisset nihil sumere præter panem, & aquam: nam tunc peccaret toties quoties, sicut qui diebus prohibitis edit carnes. *Ceruisia.*

SECTIO III.

De Gula, & Ebrietate.

Gula. 1486 GVla apud Latinos, duce Plinio lib. 11. cap. 37. in radice ſuæ proprietatis, eſt fiſtula colli interior, conſtans ex carne, & neruo per quam cibus, & potus in ventriculum deſcendit. Tranſlatitiè à Cicerone 1. in Salluſt. pro voracitate, & nimio delicatorum ciborum appetitu vſurpatur. Apud Theologos prout eſt vitium capitale, & author eſt S. Thomas 2. 2. qu. 148. ex S. Gregor. lib. 30. Moral. cap. 27. dupliciter accipitur. 1. latè, & complectitur omnem inordinationem etiam externam, quæ contingit tam in cibo, quàm in potu: in qua acceptione diuiditur à nonnullis in duas ſpecies, ſcilicet comeſſationem, & ebrietatem: de quibus meminit Apoſtolus ad Roman. 13. *Non in comeſſationibus, & ebrietatibus*.

2. Strictè prout eſt habitus vitioſus, qui aduerſatur virtuti abſtinentiæ. Sicut igitur hæc virtus eſt habitus, quo moderatè appetimus, & vtimur cibo, & potu non inebriante: ita *Gula* eſt vitium, quod in appetitione, & vſu delectationis cibi, & potus præſcriptum rationis excedit: in qua acceptione definitur à Syluestro v. gula n. 1. in hunc modum: Gula eſt appetitus ſenſitiuus edendi, & bibendi inordinatus.

1487 Quinque modis exercetur gula, quos tanquam illius ſpecies recenſet S. Thomas 2. 2. quæſt. 148. art. 4. & complectitur hoc carmine: *Præproperè, lautè, nimis, ardenter, ſtudioſè*. Nam ſi exceſſus fiat ratione temporis, ſcilicet debitum tempus præueniendo, datur 1. ſpecies quam ſignificat *Præproperè*. Si fiat ratione ſubſtantiæ, cum appetuntur cibi delicatiores, quàm ſtatum deceat: vt ſi religioſus velit ſemper edere gallinas, vel perdices, datur 2. ſpecies, quam ſignificat *Lautè*. Si fiat ratione quantitatis, cum nempè manducatur pluſquam natura poſtulat, datur 3. ſpecies, quam ſignificat *Nimis*. Si fiat ratione modi circa ſumptionem: vt ſi quis inſtar canis, aut leonis voraciter comedat cibos, non manſos deglutiendo, datur 4. ſpecies, quam ſignificat *Ardenter*. Si fiat ratione qualitatis, vt cum in condimentis, & ſtudio præparandi exceditur modus, datur 5. ſpecies, quam ſignificat *Studioſè*.

Multiloquium. Stultiloquium. Gulæ filiæ, ſeu vitia, quæ ab inordinato appetitu edendi, & bibendi gignuntur, ſunt quinque, quæ recenſentur à D. Gregor. lib. 31. moral. cap. 31. nempe Hebetudo mentis, Immoderata lætitia, Multiloquium, Scurrilitas, & Spurcitia: *Multiloquium* alio nomine *Stultiloquium* eſt vitium, quod procedit à nimio cibo, & potu, per quos offuſcata ratio non perpendit, quid loquendum ſit, ſed quidquid occurrit iucundum inconſideratè effutit. Scurrilitas. *Scurrilitas* eſt inepta lætitia, quæ excitat ad dicendnm, & faciendum indecora riſus excitandi cauſa. *Spurcitia* eſt omnis immunditia carnis, quæ ex nimia ſaturitate naſcitur.

Comeſſationes. Merenda. Ientaculũ. Comeſſari. Comus. 1488 Vt, quæ ad gulam ſpectant, elucidemus, *Comeſſationes* de quibus meminit Apoſt. ad Romanos 13. apud Latinos ſunt conuiuia nocturna poſt cænam, & alia intempeſtiua: ſicut *Merenda* cibus, qui ante cænam ſumitur, & *ientaculum* ante prandium: vnde *Comeſſari* eſt poſt cænam, vel intempeſtiuè epulari: dicuntur à Deo *Como*. Fuit autem *Comus* à Veteribus habitus Deus comeſſationum, præſeſque ſaltationum nocturnarum: cuius militiæ nomen dabant iuuenes, qui coronati noctu cum facibus, muſiciſque inſtrumentis ad amicarum fores ſaltandi, canendique gratia concurrebant. Apud Canoniſtas 44. *diſt. in princ.* §. *ſi igitur*, damnantur comeſſationes in laicis, quanto magis in ſacerdotibus, & ſunt luxurioſa conuiuia, ſeu ingurgitationes, quæ iuxta Archid. dicuntur à comedendo.

Comazin. Comos. Comeſſalia conuiuia. At Leſſius lib 4. cap. 3. n. 1. aſſerit comeſſationem dici, non tam à comedendo, quam à verbo Græco *Comazin*, quod eſt compotationi laſciuæ deditum eſſe. Apoſtolus enim cit. loco vtitur hac voce (*Comos*) quæ ſignificat laſciuam compotationem cum impudico cantu, alijs temulentis dictis, & factis, vt ex Theophylacto conſtat. *Comeſſalia conuiuia* de quibus *diſt.* 44. *cap. non oportet*, ſunt comeſſationes. *Comeſſor*, *Comeſtor*, ſeu *comeſſator*, quòd guloſus comeſſationibus deditus.

Lautitia. 1489 *Lautitia* vna ex ſpeciebus gulæ, quas numerauit S. Tho. cit. apud Latinos eſt epularum magnificentia, & dicitur à lauando: quia veteres raro ſe lauabant ante epulas, & non niſi elegantiæ cauſa ante conuiuium ſplendidum. Vnde pro munditia in veſtitu, & cibo vſurpatur. Lautica. Lautiùs. Lautia. *Lautica* apud Iuriſperitos *l. argumento ff. de aur. & arg. leg.* dicuntur qnæcunque ad lautitiam, & elegantiam cultus, & menſæ pertinent. *Lautiùs* apud Vlpian. *l. ſed, & ſi lege ff. de petit hæred.* id eſt magnificentiùs, ſplandidiùs. *Lautia* iuxta Budæum, fuere munera, quæ Romani per quæſtores legatis exterarum nationum mittebant.

Conuiuiũ. *Conuiuium* eſt accubatio epularis amicorum, & dicitur à conuiuendo. Tull. de ſeneƈt. *Benè* (inquit) *maiores noſtri accubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt*. Apud Canoniſtas non cibus in conuiuio, ſed cibi nimia auiditas reprobatur. *Cap. ſunt cibi, de conſecr. diſt.* 5. imò laudantur conuiuia dummodo detractionibus, fabulis, & ludis turpibus non miſceantur *cap. conuiuium diſt.* 44.

Conuictus. Apud Legiſtas conuiuium interdum ponitur pro menſa *l. fin. ff. de alea. & aleæ cuſu*, & quę conuiuia feſta *l. vt prophano ff. de ſacrific. pagan.* *Conuictus* dicitur commercium, quando

Nn plu-

plures conueniunt vt simul viuant, & epulentur. Apud Iurisconsultos *Epulum*, vt habetur *l. ad munus ff. de legat.* est conuiuium numerosis ciuibus exhibitum, vel in funere parentali, vel in honorem falsorum Deorum, vel ad ostentationem magnificentiæ. *Obsonium* est quidquid vltra panem, & vinum in cibo adijcitur: dictum à voce Græca *Obson*, quæ significat quod igne paratur ad epulandum. *Obsonator* dicitur, qui obsonijs condiendis præest *l. legatis seruis ff. de legat. 3.*

Epulum. *Obsonium.* *Obson.* *Obsonator.*

1490 *Casearia taberna* apud Vlpian. *l. 8. paragraph. 4. ff. de seruit. vindic.* quamuis Oloander ibi legendum putat *Taberna rasoria* vt exponit Albericus, est domus vbi fit caseus. Iuxta Alex Scot. v. eod. est domus, vbi casei fumigari (dicerem) infumari solent. Nam ex doctrina Columellæ lib. 7. cap. 8. moris fuit in plurimis Italiæ locis colorandi, liquandique casei gratia fumum facere ex culmis, aut ex malignis, viridibusque lignis. *Popina* vt habetur *l. cætera ff. de legat. 3* locus est vbi edulia, & esculenta parantur hominibus non satis honestis.

Casearia taberna. *Popina.*

Pulmentum teste Varrone est cibus solidior vtcunque, siue ex aquatilibus, siue ex terrestribus conficiatur, & sic dicitur à pulte, cum quo edi solet. *Pulmentarium* de quo Paulus *l. cum de lanionis ff. de fund. instruct.* dicitur quasi in similitudinem pultis factum, & est, quod inter cibos pulmenti vicem præbet. *Embamma* apud Vlpian. *l. 9. §. 1. de tri. vi.* est Græcis, quod Latinis *intinctus* à uerbo *embaptin* idest intingere. Possumus Lusitani dicere *salseyra de mostarda*, ou *agraço*, erant enim contriti sapores, ut plurimùm acido uino infusi ad acuendum, excitandumque stomachum.

Pulmentũ. *Embãma.*

Conditura apud Vlpian. *l. si quis ff. de trit. & vin. leg.* est quod ferculis condiendi gratia adhibetur. Inter Garum, Muriam, & Salgamum uidetur esse differentia in iure. Nam *Garum* in *l. qui penum ff. de penu legat.* est liquamen ex certis quibusdam piscibus, putà halece, scombro, lacerto, & huiusmodi, quo uetcres utebanrur pro conditura aliorum ciborum. *Muria* apud Vlpian. *l. qui penum §. esculenta ff. de pen. leg.* non solum accipitur pro garo, sed etiam pro liquamine solius salis, & aquæ. *Salgamum* de quo *l. vnica C. de salgamo lib. 12.* magis uniuersale est, & sumitur propriè pro quibuscunque conditaneis, quæ fiunt ex sale, & in uasis adseruantur, uulgò *Salmoura*, Iuxta Alciat. Salgami appellatione uenit oleum, butyrum, & esculenta eiusmodi, quæ ad condiendum adhiberi solent. Vide Garciam Toletan. ad cit. tit. n. 1.

Conditura. *Garum.* *Muria.* *Salgamum.*

1491 *Sportulæ* habentur *l. si mulier paragraph. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor.* & ut exponit ibidem Gloss. sunt epulæ *Focarij mediastini* de quibus *l. si ita ff. de inst. & iure, & l. 1. paragraph. caupones ff. de naut. caup. stabat.* sunt serui, qui focum curant. *Hydromeli* apud Vlp. *l. 33. ff. de trit. vino & oleo leg.* est id, quod Hispani uocant *aloxa* componitur ex melle, & aqua: *Oenomeli* apud Vlp. *l. si quis vinum de vino leg.* Græcis dicitur id, quod Latinis mulsum, scilicet quid ex uino, & melle confectum. *Anthropophagi* fuere populi in Scythia sic dicti, quod humana carne uescerentur. Vide Lessium lib. 4. cap. 3. dub. 2 ubi quærit, an liceat in extrema necessitate uesci carne humana? & respondet utranque quæstionis partem esse probabilem; sequitur tamen affirmatiuam ut probabiliorem.

Sportulæ. *Focarij mediastini.* *Hydromeli.* *Oenomeli.* *Anthropophagi.*

Gustare est aliud, quàm comedere uel bibere, ut sumunt Canonistæ ex *dist. 2. de pœnit. cap. quia verò*, & notatur per *Archid. 30. dist. cap. presbyter.* ex illo Matth. 27. *Cum gustasset, noluit bibere*. Gustare enim est libare, seu cibum, aut potum leuiter attingere: dictum ab ijs qui cibum, aut potum renuiter degustant, nihil inde in stomachum transmittentes. *Heluones* alio nomine *Lurcones* sunt golosi, quidam voraces, qui omnia bona sua ingurgitant. *Hebetudo mentis* opponitur acumini, & subtilitati mentis, nasciturque ex gula, & est debilitas quædam mentis in spiritualium cogitatione 249. 15.

Gustare. *Helnones.* *Lurcones.* *Hebetudo mentis.*

1492 Quod attinet ad secundam partem sectionis, *Ebrietas* dicitur quasi extra *briam*, quòd debiram vini mensuram excedat. Apud Latinos est mentis alienatio nimio potu. A Catone dicebatur *Insania voluntaria*. Apud Canonistas ad *cap. ante omnia dist. 35.* est per quam inducitur mentis exilium, & libidinis prouocatio. Apud Theologos vt docet S. Thom. 2. 2. q. 150. a. 1. sumitur dupliciter, 1. pro defectu vsus rationis, qui nimio potu inducitur, & sic non est propriè peccatum, sed effectus peccati. 2. pro ipsa potatione, quæ dictum effectum gignit: in qua acceptione opponitur sobrietati, & est peccatum: definiturque in hunc modum: *Ebrietas est excessus in potando causa voluptatis, vsque ad violentam vsus rationis priuationem.* Alio modo sic: *Est violenta rationis interceptio per nimium potum, causa voluptatis assumptum.*

Ebrietas. *Bria.*

Distinguitur igitur à gula: quia sicut hæc consistit in excessu cibi, & potus non inebriantis, ita ebrietas in excessu vini, aut alterius liquoris, qui inebriat. Vnde non erit ebrietas, si quis odore lupuli salictarij (vt ait Lessius lib. 4. cap. 3. n. 13.) aut suffitu tabaci, aut opio priuatur vsu rationis. Item nimius ille potus sumendus est causa voluptatis: nam si sumatur causa medicinæ magnus haustus vini generosi v. g. contra frigidum venenum, aut contra cantharides, etiam vsque ad priuationem rationis, nec erit ebrietas, nec peccatum, vt cum Caietano, Syluestro, & Nauarro tenet Lessius citatus. Tum quia ille potus non censetur immoderatus respectu subiecti illum in tali quantitate exigentis: tum quia abest intentio voluptatis.

Est

Ebrius. *Ebriosus.* *Ebriositas.* *Crapula.*

1493 Est discrimen inter ebrium, & ebriosum: item inter ebrietatem, ebriositatem, crapulam, & temulentiam. *Ebrius* opponitur sobrio, & denominatur ab vna ebrietate. *Ebriosus* nonnisi à pluribus, & est qui sæpe fit ebrius. *Ebriositas* non coincidit cum vna, sed cum multa, frequenti, ac repetita ebrietate. *Crapula* apud Latinos non est quæcunque ebrietas, sed quæ caput dolore, & grauedine torquet: dicitur enim quasi capitis lucta, & vibratio. Iuxta Aristotel. in problem. stare potest sine mentis alienatione. *Crapula* (inquit) *est feruor quidam, & inflammatio, quæ plus conflictat quam temulentia, quòd illa mentem quatit, & alienat: crapula verò, mente constante, dolorem admouet.*

Temulentia. *Temulentus.* *Temetum.*

Apud Canonistas ad *cap. à crapula de vit. & hon. cler.* vbi Gloss. est ciborum superfluitas: & dicitur crapula, quasi cruda epula. *Temulentia* apud Latinos est ebriositas: neque enim (inquit Plin. lib. 14. cap. 2.) vna ebrietas temulentiam facit. Hinc *Temulentus* quòd violentus, & ebriosus. His nomen dedit *Temetum* vinum generosum, sic dictum, quòd mentem tentet, & labefactet. Apud Legistas *Temulentia* sumitur simpliciter pro ebrietate, sicut *Temulentus* pro ebrio *l. vnica C. qui imperatori contradixerit.*

Bibere, & Potare. *Diffundi vinum.* *Elutriare.*

1494 Inter *Bibere*, & *Potare* est discrimen (vt notat Ianuensis in Diction. v. eodem) quòd Bibere naturæ est, *Potare* luxuriæ: quasi propriè dicatur bibere, qui sumit de potu quantum satis est: potare verò qui intemperanter bibit. *Diffundi vinum* apud Vlpian. *l. cum quæreretur ff. de leg.* 3. & Proculum *l. eum vinum ff. de tritic. & vin. leg.* propriè dicitur quod postquam defecatum est, & deferbuit, in alia vasa transfertur: Latini dicunt *Elutriare*, Lusitani trasfegar.

Spurcare vinum. *Spurca.* *Vetus vinum.* *Doliare vinum.*

Spurcare vinum apud Vlpian. *l. si seruus ff. ad leg. Aquil.* est vinum aqua diluere, seu aqua infusa vitiare. Sic *Spurcum vinum* teste Festo, est aqua mixtum. *Spurca* vt habetur *l. apud Trebatium ff. de aqua pluui. arc.* est aliquod immundum, & turpe per quod aqua turbatur. *Vetus vinum* vt sumitur ex *l. vetus ff. de tritico, vino, & oleo leg.* dicitur quod non est nouum, ita ut veteris vini appellatione contineatur vinum anni superioris. *Doliare vinum*, de quo in *l.* 1. §. *si doliare vinum emeris ff. de pericul. & comm. rei ven.* est vinum quod adhuc in dolijs est: ad differentiam (inquit Budeus ibid.) vini pendentis quod adhuc in vuis est.

Vnde non rectè verbum fecit Alberic. dicta leg. cit. dicens *Doliare vinum*, idest vinum ex dolio haurire. Proculus in *l. qui vitium §. vlt. ff. de tritico, & vino leg.* Sic ait: *Cui dulcia legata essent omnia hæc esse legata, mulsum, passum, defrutum, & similes potiones.* Vbi *Mulsum* est potio, quæ ex vino, & melle conficitur. Hinc *Promulsidarium* vt habetur *l. & si ff. de aur. & arg. legat.* est poculum mulso bibendo aptum. *Passum* est vinum, quod ex vuis passis exprimitur. *Defrutum* alio nomine *Sapa*, *l. quæsitum est ff. de fun. instr.* est mustum vsque ad tertiam partem, vel (vt quidam volunt) vsque ad dimidiam decoctum.

Mulsum *Promulsidarium.* *Passum.* *Defrutum.*

Camum. *Camnium.*

1495 *Camum*, alij legunt *Camnium*, & *Curmi* apud Vlpian. *l. 9. ff. de tritic. vin. &* teste Mercuriali 5. Variar. 1. est genus potionis ex varijs rebus commixtæ, instar ceruisiæ, & non absimilis Sabaiæ potioni, quæ in Illyrico ex hordeo, & frumento fiebat. *Ceruisia* Græco nomine *Zythum l. si quis ff. de trit. & vino* vulgo *Ceruecia* est potio, quæ ex hordeo, vel ex tritico conficitur. *Sicera* teste S. Hieron. est omne id, quod inebriare potest præter vinum, *Sicera habetur 33. q. 2. cap. admonere*, & est omne quod bibitur. *Cydonium vinum* in *l. si quis ff. de vino lega.* est ex cydonij mali succo confectum.

Ceruisia *Zythum.* *Sicera.* *Cydonium vinum.*

Caupona. *Cantharus.*

Caupona dicitur, tam locus vbi vinum venditur, quàm mulier, quæ vinum vendit *l. palam ff. de ri. nup.* *Cantharus* apud Virg. in Bucol. erat vas vinarium, vulgo dicimus *Canjiram*, quo vtebantur veteres in sacris Liberi patris. Apud Africanum *l. cætera §. hoc Senatus consult. ff. de legat.* 1. est conceptaculum vnde aquæ salientes erumpunt.

Pocula. *Poculentū.* *Potorium.* *Modiolus.* *Diathetū.* *Diatretum.*

Pocula in *l. seia ff. de aur. & arg. leg.* dicuntur omnia vasa, quæ potui parata sunt. Inde *Poculentum* quidquid potari potest *l. plebiscito ff. de offic. præf.* Potorium iuxta Bart. ad *l. in argento §. fin ff. de aur. & arg. leg.* dicitur vas, quo aqua retinetur ad potandum, & non ad lauandum. *Modiolus* habetur in *l. seia ff. de aur. & arg. leg.* & est vas potui paratum, non tamen poculum. Vt inquit Scæuola *in l. damni infecti 2. ff. de damn. infect.* est vasculum ad hauriendam aquam ex puteo. *Diathetum* alij legunt *Diatretum* apud Vlpian. est poculi genus tornatile. Vnde Diatretus calix apud Alex. ab Alex. genial. dierum lib. 5. cap. 17.

SECTIO IV.

De castitate, & pudicitia.

Castitas.

1496 CAstitas apud Latinos alio nomine *Castimonia*, & *Castitudo* est idem, atque pudicitia, & sumitur pro Religione, Virgil. 6. AEn. *Quique sacerdotes casti.* Apud Canonistas est virtus contenta sub temperantia, quę moderatur turpes corporis voluptates, iuxta rectæ rationis præscriptum. Sic præcipitur sacerdotibus 31. *dist. cap. sacerdotibus.* & dicitur virginalem, & vidualem castitatem habere, maiorem esse excellentiam, quàm matrimonium. 22. *q.* 1. *cap. nuptiarum.* Apud Theologos sumitur, 1. latissimè, & metaphoricè prout importat quandam puritatem alienam ab omni labe peccati, & omni inordinato creaturarum amore: in quo sensu dixit Apostolus

2. ad Corinth. 11. *Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo*,& S. August. lib. de mendacio cap. 20. *Castitas animi* (inquit) *est amor ordinatus non subdens maiora minoribus*.

Sumitur 2. à S. Thoma 2. 2. q. 151. strictè & propriè pro virtute,quæ versatur circa voluptates carnis reprimendas.Nam sicut abstinentia temperat affectum, & vsum in esculentis, sobrietas in poculentis, ita castitas retardat voluptatem in venereis, ne fumantur vltra normam rationis.

Castitas duplex. 1497 Iuxta Lessium lib 4.cap.2.n.93. castitas est duplex, altera perfecta, altera imperfecta. *Perfecta* castitas est,quæ perfectè excludit omnem omninò voluptatem carnis etiam matrimonialem, ita ut per illam,quis ab omni appetitu venereo,tam licito, quàm illicito abstineat.*Imperfecta* est,quę solum illicitas carnis voluptates excludit, licitas verò admittit cum moderatione.Consistit autem moderatio in eo, quòd capiatur voluptas debito tempore,loco,modo,& fine. Habet castitas pro materia proxima internos concupiscentiæ motus, pro remota externos actus præuios coniunctioni,& ipsam coniunctionem: pro officio omnes,tam internos illos motus,quàm externos actus comprimere, & iuxta rationis normam componere.

Pudicitia. *Pudicitia* pro castitate à Plin.lib.17. cap.25. vsurpatur:& quidem iuxta S.Thomam 2. 2. q. 152.a.3.non distinguitur essentialiter à castitate: sed sicut *Castitas* propriè dicitur, quæ circa coniunctionem carnalem,affectum ab ea auocando,& debito modo ea vtendo versatur:ita dicitur *Pudicitia*,quæ simili modo versatur circa actus præuios coniunctioni, quales sunt aspectus,oscula,tactus.Pudicitia,si mente seruatur, propter corporis violentiam non violatur 32.q.5.*cap.magis*. Tunc dicitur *Attentari pudicitia alicuius*,cum id agitur,vt ex pudico impudicus fiat.*l. attentari ff. de iniur*. Flagitare apud Budeum ad *l. 2. de priu. delict.* est instanter pudicitiam alterius attentare.

Attentari pudicitia. *Flagitare*.

1498 Apud Azorium p.3.lib.3.cap.1. q. 2. diuidunt aliqui castitatem in coniugalem,virginalem,& viualem. *Castitas coniugalis* est, quæ datur in coniugatis.*Virginalis* est,quæ datur in omninò integris. *Integritas* enim 27. q. 1. *cap.* 1. sumitur pro virginitate, & continentia. *Vidualis* dicitur, quam quis habet solutus matrimonio, postquam semel, aut sæpius carnalem copulam iniuit siue licitè, siue illicitè. *Continentia* vt definit M. Tullius lib. 2. de inuent. est per quam cupiditas consilij gubernatione regitur. Iuxta Spieg. v. eod. datur cum quis ab omni impetu malorum cupiditatum se cohibet: nec permittit versari animum, & cogitationes circa res turpes,aut illicitas. *Continens* dicitur etiam,qui vxorem cognouit 31. *distinct. cap. cæna*, & 43. *distinct. cap. conuiuia*.

Coniugalis castitas. *Virginalis*. *Integritas*. *Continētia*. *Continens*.

Ille dicitur *Probatæ castitatis* in *cap. à multis de ætate, & qualitate*, qui non manifestè apparer incontinens.*Castè, & honestè viuere* quid sit, latè exponit Sanch.lib.7.matr.disp.91. à num. 16.vbi resoluit, an legatum sub conditione castè, & honestè viuendi deperdatur per transitum ad secundas nuptias:per vnicam fornicationem: per amplexus, & tactus impudicos? De quo etiam Azor.p.1. lib. 5. cap. 20. paragraph. lege omnes. *Prætextatus sermo*,idest pudicus,qui nihil obscænitatis habebat. Prætextatis enim pueris(inquit Festus) nefas erat obscæno verbo vti.

Probata castitas. *Prætextatus sermo*.

1499 *Virginitas* nomen habet à virore, quasi semper vireat immunis à concupiscentiæ adustione. Apud Latinos est castitas virginis,cui nullum fuit cum viro commercium. Apud Canonistas sumitur tripliciter 1. pro integritate corporis,& non mentis,vt quando casti corpore, fornicantur in mente, scilicet per desiderium 32.q.5. *cap. sicut enim*. 2. è contra pro integritate mentis, & non corporis: vt quando virgo sine consensu tolerat, quod alius operatur:& de hac dicitur 32.q.5.§.1.cum virginitas sine consensu corrumpitur,meritum castitatis duplicatur. 3. pro integritate simul mentis, & corporis, quam complectitur voluntas,& dicitur gloriola virginitas. *Cap. sicut enim 31. q. 5.*

Virginitas.

Apud Theologos duce S. Thoma 2. 2. qu. 152.dupliciter accipitur 1. pro carnis integritate,libidinosæ contagionis experte. In qua præcisa acceptione non est virtus,sed quid naturale cum quo nascimur.2.pro voluntate,& proposito dictæ puritatis, & integritatis custodiendæ, siue in perpetuum, siue vsque ad tempus connubij: & in hac acceptione virtus est.at non vtroque hoc modo in rigore virginitas.Nam teste Caietano ar.1.paragraph.ad euidentiam, quando corpus non fit voluntariè pollutum, & detur propositum sic permanendi, nisi matrimonio iungatur, non est propriè virginitas, sed tantum status quidam castitatis.

Virginitas in rigore ita importat firmū propositum integritatis semper seruandæ, vt omne propositum copulæ,tam illicitæ, quàm licitæ excludat. Sic enim definitur à S. Augustino lib. de Virgin.cap. 13. *Virginitas est in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio*.Dicitur *meditatio*, quia est propositum, quod multam curam,& meditationem requirit,vt numquam excidat. *Incorruptio perpetua* importat exclusionem omnis voluptatis carnalis, ita ut debeat virgo habere propositum abstinendi in perpetuum ab omni voluptate carnali,tam licita,quàm illicita.

Incorruptio perpetua.

1500 *Virgo* apud Latinos dicitur à viridi & valida ætate: hinc matres quandoque dicebantur Virgines; sic Virgil. Eccl. 6. de Pasiphae trium filiorum matre: *Ab virgo infælix,quæ te dementia cæpit?*Communis generis

Virgo.

ris est,& propriè tam marem,quàm fœminam totius rei venereæ expertem significat. Virgini fœminæ, quæ alio nomine *Puella*, Lusitanè *Donzela* è regione opponitur *Mulier*: Nam teste Quintiliano lib.6. cap. Cicero olim obiurgatus, quòd sexagenarius Popiliam virginem duxisset, *cras mulier erit, inquit*.

Puella. Mulier.

Apud Archidiac.*cap.1.de reliquis, & vener. Sanct. in 6.* virgo in Hebreo alma: in Græco apocrisa: Latinè dicitur secreta: quia in domibus penitioribus solent virgines abscondi, & secretæ custodiri. Apud Legistas ad Rubricam Cod.de rapt. virg. virgo dicitur, quia de vito sumpta est,& in rigore distinguitur à muliere,prout mulier sumitur pro corrupta *l.quaritur ff.de adilit.edic.*& *l.alioquin, ff. de contrab. empt.* Quamuis in *l.argumento paragraph. muliebri ff.de aur.& arg.leg.* mulier dicatur omnis,quę fœminei sexus est. *Viripotens* vt habetur *paragraph. Instit. quibus mod.tut.fin.*& *l.mulieris ff.de verb. sign.* est virgo, quæ iam apta connubio est.

Viripotens.

1501 *Virgo signata* apud Nonium, & Plautum, est insignis virginitate,& integra. *Deuirginata ancilla* apud Paulum *l.fin. ff. de offic. præsid.* est ancilla,cui virginitas erepta est. *Deuirginare* enim est virginitate priuare: sicut *Deflorare virginem* est virginitatis florem decutere; seu delibare. *Appellare virginem*, vt habetur *l.item apud Lebeonem ff.de iniur.* iuxta Glossam ibidem ad *paragraph. si quis virgines* est pudicitiam virginis blando sermone attentare.

Signata virgo. Deuirginata ancilla. Deuirginare.

In eadem lege citata ponitur discrimen inter *Appellare, & Assectari* his verbis: *Aliud est appellare, aliud assectari. Appellat enim qui sermone pudicitiam attentat. Assectatur qui tacitus frequenter insequitur. Assidua enim frequentia quasi præbet nonnullam infamiam*. Quid sit *Venari puellas* in *Auth. de lenon. paragraph.* 1. exponit Spiegel v. eodem: est (inquit) inescare,seu captare verbis blandis, vel munusculis. *Stringere manum* mulieris,signum est dilectionis *cap. vlt. de sponsa duor.* vbi stringere est arctè tenere.

Appellare virginem. Assectari virginem. Attentare pudicitiam.

Virgo consecranda esse debet (inquit Syluester v.consecratio n.2.) religiosa professa quæ emisit tria vota essentialia in religione probata:nec tamen omnis talis: quia nec moniales mendicantium, nec quædam aliæ consecrantur ab Episcopo: nec corrupta violenter; quia & si virginitatem, vel aureolam non perdat, difficile est voluntatem tunc ita reniti, vt consensum aliquem non eliceat 82.*q.6.cap. illa familia*.

Virgo consecranda.

1502 Velum, quo casta fœmina insigniti solet,est sexuplex,de quo Syluester v.consecratio n.1. Primum est professionis, & suscipitur à virgine,vel corrupta, cum profitetur, de altari,vel de manu.20.*q.1.c.1.& q.2.cap.puella* 2. est consecrationis, quod datur anno 25. ætatis 20.*q.1.cap.Placuit*. 3. est ordinationis, quod olim conferebatur diaconissis 40. anno ætatis 27.*q.1. cap.diaconissa*. 4. est prælationis quod dabatur Abbatissis sexagesimo ætatis anno 20.*q.1.cap.iuuenculis*.5. dicitur continentiæ, & obseruationis, quod est viduarum 27. *q.1.cap.vidua*.6. probationis,quod datur in receptione habitus ante professionem, & communicet album est.

Velum fœminarum.

Cælebs dicitur iuxta Hieron. & Isidor. quasi cælo dignam vitam agens vtpote, qui instar cælestium hominum coitu careat. Apud Latinos est tam mulier carens marito, quàm vir carens vxore, etiam si concubinam habeat. Apud Legistas dicebatur *Orbus* eò, quòd matrimonio,& liberis careret: & est *Cælebs* tam qui caruit semper vxore, quàm qui nunc caret. Rubr.*C.de infirman.pænis cælibatus* vbi corriguntur leges statuentes, quòd cælebs non posset causa mortis donare. *Cælibatus* alio nomine *Orbitas*, seu *Orbitatus* est vita, seu status, & modus viuendi,& permanendi sine coniugio. Vide Parlad.diff.40.

Cælebs. Orbus. Cælibatus. Orbitas.

Castratus, Eunuchus, & *Spado* subeunt nonnullum discrimen, apud iurisperitos ad *l. spadonū, & l.si serua seruo §.fin.de iur. dot.* Nam *Castratus* iuxta Gloss. ad *l. sed & quæsitum §. spadonem ff. de liber.& posth.* dicitur, quasi castè natus,& est qui naturaliter, sine testibus natus est. *Eunuchus* dicitur quasi custos virginum, & propriè est cui non solum testes, sed etiam totus coles amputari solebant. *Spado* dicitur quasi exectus, & est omnis ille, cui virilia sunt execta, vel inutilia proindeque, tam de castrato, quàm de eunucho dicitur. Vide Alciat. ad *l. Spadonum de verb. sign.* *Thlasiæ* dicuntur spadones, quibus testes fracti sunt: *Thlibiæ* verò qui atttitos eos habent. *Tybius* instrumentum quo virilia abscinduntur. Vide horum diuersitatem apud Parlad.diff.85.

Castratus. Eunuchus. Spado. Thlasiæ. Thlibiæ. Tybius.

SECTIO V.

De Luxuria.

1503 *Luxuria* dicitur à luxu idest solutione,& fluxu quasi solutio, seu dissolutio in voluptates: Græcis *Asotia*, Apud Latinos, Tullium 5. Verr.& Virgil.1.AEn. sumitur non solum pro omni excessu rei venereæ, sed etiam pro omni superfluitate,& nimia profusione cibi, vestitus,& aliarum rerum: est igitur impensa profusa,& superuacanea, cui opponitur frugalitas. In qua etiam acceptione sumitur à Legistis *l. ex damni ff.de damn.infect.* Apud eosdem sumitur pro crapula, & vinositate *l. 1. ad fin. ff. de adilit. edict.* pro culpa lata *l. si fortuito ff. de incend. ruin. nauf.* & pro abusu cuiuscunque rei *l.1.paragraph. idem Iulian. ff. de adil.edict.*

Luxuria. Asotia

Apud Theologos duce S. Thoma 2.2. qu. 153.a.4.& Alensi 2.p.q.113. mem. 3. & 6. est vitiū capitale oppositū castitati, quod cōsistit

in immoderata rerum libidinofarum cupiditate extra legitimum coniugium. Luxuriæ filiæ internæ numerantur octo à S. Thoma.a.5. & quatuor externæ ab Ifidoro. Internæ funt Cæcitas mentis, Præcipitatio, Inconfideratio, Inconftantia, Amor fui, Odium Dei, Affectus præfentis fæculi, Horror futuri. Externæ funt *Turpiloquia* ideft fermones turpes, Scurrilia, Ludicra, Stultiloquia.

Luxuriæ filiæ.

1504 Sequitur videndum quid fit Lafciuia, Impudicitia, Immunditia, Procacitas, Petulantia, Mæchia, Concubinatus, Meretricium. *Lafciuia* apud Latinos paruni diftat à luxuria, & fumitur pro quadam mollitie, & incontinentia animi, itaut *Lafciuus* fit, qui tum in vita, tum in fermone molliculus plus teneritudinis, quàm virilitatis, ac roboris habet. *Lafciuia* apud Iurifconfultos ad *l. ex conducto ff. locati, & ad l. cum quidam ff. ad leg. corn.* Sumitur pro ludo improbo noxio, & proteruitate quadam ludicra. *Impudicitia* eft vitium oppofitum pudicitiæ, ac proinde confiftens in capiendo immoderatam, & inordinatam voluptatem in ofculis, amplexibus, & omni tactu turpi.

Lafciuia. Lafciuus. Impudicitia.

Impudici tactus qui fint in ordine ad referuationem, latè explicat Coriolanus par. 2. cafu 9. n. 18 & 19. *Immunditia* habetur Apoft. ad Galat. 5. & interprete Cornelio ibidem num. 140. eft mollities, qua fe molles contra naturam pollunt, & contaminant. *Procacitas* dicitur, tefte Cicer. lib. 4. de Republ. à procando id eft pofcendo, & eft quafi impudens petitio. Nam *Proci* funt, qui in eandem libidinem nimia appetentia, & petitione confpirant. Apud Theologos Procacitas (vt tenet Azor. p. 1. lib. 3. cap. 8.) eft cupiditas laceffens, & prouocans ad libidinofa. *Petulantia* apud Latinos eft improbitas, & fumitur pro lafciuia, atque effrænatione immodica ad quodlibet vitium. Apud Iurifperitos accipitur pro improbiore facto, & contumacia *l. aut facta paragraph. qualitate ff. de furt.* Apud Theologos, vt definit Azor. citatus, eft cupiditas cum lafciuia immodica ad quoduis vitium.

Impudici tactus. Immūditia. Procacitas. Proci. Petulātia.

1505 *Mæchia* interpretari poteft omnis fornicatio 22. q. 4. *cap. omnis Mæchia*. Græcis tamen idem valet, atque adulterium: ficut *Mæchari*, & *Mæchiffare* ponitur pro adulterare, & *Mæchus* pro adultero. *Concubinatus* dicitur à concubitu, feu concubando, hoc eft fimul dormiendo, & eft confuetudo, vfus, & quafi vita fimul cubandi, feu concubandi. *Concubinatus* (inquit Azor. p. 3. lib. 3. cap. 5.) eft quando vir fæminam aliquam carnaliter confuetudine quadam tanquam vxorem cognofcit. Vnde ad concubinatum non fufficit vnus, vel alter actus coeundi cum fæmina, fed requiritur confuetudo coeundi.

Mæchia. Mæchari. Mæchiffare. Mæchus. Cōcubitus.

Concubinarius, & *concubina* funt habentes huiufmodi confuetudinem. Neq; refert quòd vir fit folutus, coniugatus, vel clericus, neque quòd fæmina fit foluta, coniugata, confanguinea, vel monialis. Olim apud Hebræos *Concubinæ* fuere legitimę vxores, fed fine folemnitate, & ritu. Illis enim permiffum fuit, vt quis vxores duceret, vnam publico, & folemni ritu, quæ dicebatur vxor fimpliciter, alias verò abfque folemni, & publico ritu, quæ dicebantur concubinæ, & vxores fecundariæ. Hinc honeftior fuit apud veteres (tefte Alciat. de verbor. fign.) concubinæ appellatio, quàm amicæ: hæc enim comprehendit quafcumque pellices & meretrices, ita ut licitum vfum numquam habuerit: illa verò folum habitam loco vxoris, & aliquando licuit.

Concubinarius. Concubina.

1506 *Concubinarius* in iure ciuili (vt notat Azor. citatus) folum cenfetur qui fæminam concubinam domi retinet: at in iure Canonico concubinarius clericus cenfetur, qui habet confuetudinem coeundi cum certa fæmina, etiamfi domi eam non retineat, fed quærat in aliena domo. Concubinatus iuxta Felin. in cap. *Ecclefia fanctæ Mariæ ver. 17. de conftit.* eft crimen merè Ecclefiafticum, quod proinde per iudicem Ecclefiafticum, & non fecularem puniri debet; præfertim, quia iuxta leges ciuiles, vt habetur *l. in concubinatu in fine ff. de connub.* non eft crimen.

Concubinarius.

Quis fit *Concubinarius notorius* exponit Azor p. 2. l. 6. c. 7. q. 5. & eft, qui concubinarius iudicatur, vel per fententiam iudicis, vel per confeffionem ipfius in iudicio factam, vel per euidentiam facti, quod celari, & negari nulla ratione poteft. *Focaria* fumitur in *l. 3. C. de donat.* inter virum, & vxor. pro concubina. *Concubinus* propriè non eft qui cum fæmina concubat, fed eft cum quo vir concubat. Quintil. lib. 1. cap. 3. Noftras amicas, & noftros concubinos vident. *Concubinarius* apud Syluestr. v. eod. & fornicator videntur fe habere, vt animal, & homo quantum ad fæminam qua abutuntur: quia *fornicator* propriè eft, qui abutitur foluta, ficut adulter qui nupta: concubinarius verò, qui abutitur quocumque modo vxorio, ita ut fæmina ad vfum veneris illegitimæ teneatur per modum vxoris.

Notorius concubinarius. Focaria. Cōcubinus.

1507 *Meretricium* eft meretricandi ars, feu officium, *Meretricari* eft fcortari, feu artem, & officium meretricis exercere. *Meretrix* apud Latinos dicitur à merendo: quia tefte Valla, mercede fuam exercet militiam, quæ copiam fui corporis facit. Hæc vocatur *Proftibulum*, & *Proftibula* fiue à proftando, fiue quòd copiofioris quæftus gratia ante ftabula, & manfiones habitare foleat. Apud Canoniftas, & Theologos Meretrix eft mulier, quæ multorum libidini patet 34. *dift. c. vidua*. Item cuius turpitudo publicè venalis eft. Notat Syluest. v. eod. quòd ex vfu loquentium tria faciunt meretricem, fcilicet fornicatio publica, quadraginta concubitus fornicarij, & pretium. Notat Iacobus Spiegel v. eod. *ex cap. meretrices 32. q. 4.* quòd meretrix non eft, quæ cum vno, aut altero, etiam pecunia accepta, fe commifceat,

Meretricium. Meretricari. Proftibulā.

fed

sed ea quæ palam, & pluribus sui copiam facit.

Meretricis appell. *Meretricis appellatione*, vt inquit Barbos. de verb. appell. appel. 150. n. 1. venit illa, quæ palam, ac sine delectu corpus suum prostituit siue quæstu, siue ex sola libidine, tam in lupanari, quàm alio in loco. Nec requiritur locus publicus, sed sufficit, quòd in domo sua omnibus volentibus se prostituat. Vide Mascard. de probat. concl. 1066. Antonium Gomes ad l. 62. Tauri, n. 3. Farinac. in praxi crim. q. 163. à n. 76. & Tusch to. 5. lit. M. conc. 211. à n. 1. At non venit illa, quæ cum aliquo in occulto se miscuit, vt tradunt Menochius cons. 18. & Iozeph Sesse decis. 95. num. 10. nec venit illa, quæ meretrix fuit sed iam meretricari desijt. Ita Iozeph. Ludou. conc. 64. col. 4. ver. fallit.

1508 Huc spectat explicare, quid sit Pellex, Pallaca, Scortum, Ganea, Amasia, Scenica, Mercalis. Pellex; Pelliceo. *Pellex* dicitur à *Pelliceo*, quod est blandiendo, decipio: quia blandiendo virum ab vxore secludit. Apud Latinos non tam viri, quàm vxoris pellex nuncupatur, quasi vxorem à viro pellat. Est autem illa fæmina, quæ cum habente vxorem consueta est, sicut *Pallaca*, quæ est concubina cælebis: vt tradunt Budæus ad *l. 2. ff. de orig. iur.* & Alciat ad Pallaca. *l. Masurius de uerb. sign.* in qua lege sic habetur: *Caius Flauus scribit pellicem vocari, qua cum eo cui uxor sit, corpus misceat, aut quæ vxoris loco sine nuptijs in domo sit*. sumitur igitur Pellex in iure etiam pro concubina.

Scortum. Byrsa. Ganea. *Scortum* apud Latinos est corium, sicut Græcis *Byrsa*: Reperitur in *l. si quis ff. pro emptore*, & est meretrix à viris attrectata, cuius nimio & assiduo coitu genitalia in corij duritiem obcalluerunt. *Ganea* iuxta Glossam ad *l. non aliter ff. de vsu, & habit.* accipitur pro amasia, quam (inquit) non potest Scholaris, inuitis socijs, in hospitium admittere. At Spiegel ex Donato appellat Ganeam meretricum tabernam, locum abditum, & velut sub terra. Alij Amasius, Amasia. pro loco gulæ, vinolentiæ, ac libidinis. Alij pro ipsa gula, & re lauta vsurpant: *Amasius*, & *Amasia* iuxta Gellium lib. 19. c. 9. est, qui vel Amica. Scenicæ mulieres. quæ turpiter amat, aut amatur.

Amica est quæ inhonestè amatur: & vt sumitur ex *l. Masurius de verb. sign.* hac paulo honestior est concubina, vt etiam supra diximus. *Scenicæ mulieres*, vt habetur *l. 2. ff. de ijs, qui notan. infam.* sunt meretrices, vel prostibulariæ, quæ nomen habent à scena, id est theatrali inübratione, vel spectaculo circi, vbi tales prostare solebant. Mercalis. Prostitutæ vicem sustinere. Luxuriæ species. *Mercalis* pro meretrice accipitur *l. mercalem C. de condi. ob tur. cau.* quid sit *Prostituta vicem sustinere* apud Vlpian. *l. palam ff. de vita nupt.* exponit Spiegel de ea, quæ palam sui corporis potestatem facit. *Curia* penultima producta idem est atque meretrix iuxta Alex. Scot. V. eod.

1509 Septem recensentur à Theologis species luxuriæ, vt ex Gratiano 36. q. 1. c. lex illa, & S. Thoma 2. 2. q. 154. a. 1. desumunt Azor. p. 3. lib. 3. c. 3. & Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 6. scilicet fornicatio, adulterium, incestus, stuprum, raptus, vitium contra naturam, & sacrilegium. Eas sic colligit Lessius citatus n. 45. Inordinatio luxuriæ, vel sit circa actum principalem, quòd ita fiat vt non possit sequi generatio, & est *vitium contra naturam*, aut quòd ita fiat, vt non possit sequi commoda institutio, & promotio prolis, vsque ad statum perfectum: & tum si detur commixtio soluti cum soluta, est *fornicatio*; si cum propinqua, est *incestus*: si cum alterius coniuge, est *adulterium*: si cum ea quæ adhuc viuit sub potestate patris, est *stuprum*: si illa non consentit, est *raptus*: si cum persona Deo sacrata, est *sacrilegium*: de stupro, raptu, & adulterio satis diximus supra Elucid. 10. sect. 3. de sacrilegio n. 1398. & sequenti.

1510 Supersunt explicanda fornicatio, & vitium contra naturam. *Fornicatio* apud Latinos teste Seneca, est fornicis structura. *Fornix* Fornicatio. Fornix. autem est arcus in ædificijs, & quodcumque opus concameratum. Hinc *Fornicari* propriè est fornicem struere, vel in similitudinem fornicis ædificare. Dicitur metaphoricè *Fornicari* Fornicari. quòd meretricari, & *fornicatio* quòd meretricatio, seu concubitus cum meretrice: quoniam meretrices in huiusmodi locis, id est sub fornicibus habitare consueuerant. Apud Iurisperitos *Fornicarius seruus*, vt habetur in *l. si fornicarius ad leg. Aquil.* erat idem qui pistorius, vel Fornicarius pistor. *Fornicarij opifices* de quibus in *l. cum quidam ff. de vsur.* Sunt propolæ & institores, qui Fornicarij opifices. sub fornicibus tabernas à fisco conducunt, vt ibi suas merces venales habeant.

Fornicatio apud Canonistas ad *c. si autem clerici, de cohabit. cleri.* sumitur pro quolibet illicito coitus genere, qui fit extra vxorem legitimam: præsertim quando datur abusus viduarum, meretricum, & cõcubinarũ. Apud Theologos, vt ex varijs locis citatis S. Thomæ tradit Syluester V. luxuria nu. 1. largissimè est omne peccatum. Largè est omnis illicitus coitus viri cum fæmina. Strictè & propriè est concubitus viri soluti cum fæmina soluta: scilicet est coitus inter solutos, seu liberos à coniugio, voto, ordine sacro, religione, & cognatione. Hæc dicitur *Fornicatio simplex*, quia est carnalis copula viri cum fæmina, nulla grauiori circunstantia luxuriæ affecta. An concubitus clerici in sacris Fornicatio simplex. constituti cum meretrice soluta sit fornicatio simplex, an sacrilega? Disputat Azor. p. 2. l. 6. c. 7. q. 12. & quidem decisio huius quæstionis pẽdet ex illa, quam latè discutit Sanches l. 7. mat. d. 27. An castitas sacris ordinibus annectatur ex lege, an ex voto.

1511 Vitium, seu *peccatum contra naturam*, non ex eo præcisè sic appellatur, quòd sit contra dictamen rationis naturalis: hoc enim ge- Peccata contra naturã. nerale, & commune est omnibus peccatis: sed quia est contra ordinem, quem natura etiam in reliquis animantibus postulat, vt generatio

sequi

sequi possit. Quinque species huius peccati recensentur à Lessio lib.4.c.3.dub.13. & Azorio p.3.lib.3.c.17.scilicet Bestialitas, Sodomia propria, Sodomia impropria, Modus indebitus, & mollities. *Bestialitas* est coitus hominis cum alio alterius speciei supposito, siue sit bestia, siue Dæmon. Ita Azor. citatus c. 22. vbi dicit quamuis supposita inter se, etiam Dæmonis varientur specie, tamen in omnibus esse turpitudinem eiusdem speciei, & sufficere, quòd dicatur in confessione fuisse coitum cum re alterius speciei.

Bestialitas.

Sodomia propria (vt definit S. Thomas 2.2.q. 154. a. 11.) est coitus inter duos non seruato sexu debito: ac proinde committitur per concubitum masculi cum masculo, aut fæminæ cũ fæmina. *Sodomia in propria* est, quãdo datur coitus in diuerso sexu eiusdem speciei, sed non in vase, vel instrumento cõgruo: vt quando masculus coit cũ fæmina extra vas naturale iuxta S. Thomam, & Caietanum, quos citant, ac sequuntur Lessius n.89. & Azor. c.18. q.1. hæ Sodomiæ sunt diuersæ speciei, ita vt prima si grauior & turpior quàm secunda. Nam illa peccata simul contra sexum, & vas congruum: in hac non contra sexum, sed contra vas.

Sodomia propria. Sodomia impropria.

1512 *Modus indebitus* datur, quando coniunctio quoad cætera naturalis est, sed inordinatio committitur in modo, vt si auersè, seu retro fiat, aut viro succumbente, ita vt generatio sequi non possit. Quod si tanta peruersio in modo non sit, vt impediatur generatio, non erit ex se peccatum lethale, nec dicetur contra naturam, sed præter naturam: imò inter coniuges (vt docet Sanch. lib.9. matr. c.16. n.7.) si detur causa rationabilis sic coeundi, nulla erit culpa. *Mollities* est voluptas carnali, qua quis voluntariè se polluit absque coniunctione. *Pollutio* enim magis latè patet, & describi solet: Seminis emissio sine copula: est duplex, altera voluntaria, quæ propriè appellatur *Mollities* iuxta Apost. 1. ad Corin 6. vbi dicit, quod *Molles* non possidebunt Regnum Dei. Altera inuoluntaria, quæ in somnis, aut vigilia contingit præter intentionem. Ad hanc spectat *Pollutio naturalis* quæ à Græcis vocatur *Gonorrhæa* & est vitium membrorum genitalium, cum cuiquam præter voluntatem *Sperma*, seu semen effluit.

Modus indebitus. Mollities. Pollutio. Pollutio naturalis, Gonorrhæa.

Spermatismus vox est, qua vtitur Lessius lib. 4.c.3.n 55. & idem valet atque seminatio. *Distillatio* de qua Sanch. lib 9. matr. d.17. n.18. nõ est seminatio vera, & perfecta, quãuis inchoata, & imperfecta dici possit: datur (vt notat Salas to.2. in 1.2. tract. 13. disp.6. sect.13.) quando ex genitalibus profluit quidam humor semini similis in colore, verùm magis fluidus, tenuis, aquens, & minus mordax, qui cum minori corporis motu, & delectatione stillatur: interdum imperceptibiliter, & sine carnis atque imaginatiuæ motu. Notat Sanch. lib.9. matr. d.45. n. 2. ex Caietano non magis curandum esse de hac distillatione, nisi ipsam comitetur carnis rebellio, quàm de sudore.

Spermatismus. Distillatio.

1513 Superest vt elucidemus voces, & loquendi modos spectantes ad prædicta. *Cognoscere* pro spermatizare, seu seminare: vnde *Cognitio*, quòd seminum permixtio iuxta Archid. c.1. *de sponsal.* n.6. *Nefarius coitus*, congressus, & complexus de quo *Cod. de nupt. §. fin.* & *instit. de publicis iudicijs §. item lex Iulia*. (vt exponit Azor. p.2. lib. 2. c.8. q.5.) est ille, qui aliqua legis humanæ pœna mulctatur: v.g. Incestus, & adulterium. *Concubitus alienus* prout habetur *c. ad id §. mandamus de despon.* est idem atque adulterium. Concubitus autem est idem, atque coitus, seu actus concubandi. *Canis impudicus c. qui. nec* 2.q.5. vocatur Episcopus, qui crimen filiorum non corrigit.

Cognoscere. Cognitio. Nefarius coitus. Concubitus alienus. Canis, impudicus.

Incubus Dæmon est ille, qui specie viri miscetur fæminæ incubando. *Succubus Dæmon* est ille, qui specie fæminæ miscetur viro succumbendo. Dari autem Dæmones incubos, & succubos tradit S. August. lib.15. de Ciuit. Dei c.23. Iuxta quam doctrinam intelligẽdus est S. Hieron. in Isai. 16. affirmans Dæmonem patrem Antichristi futurum: quia (inquit Viegas in Apocal. 13. comm. 2. sect. 2. n.4.) quidam opinantur Antichristum nasciturum ex Dæmone aliquo incubo, qui priùs succubus specie fæminæ alicui viro subiectus virile semen colligat, quod postea viri specie incubus in Antichristi matrem transfundat.

Incubus. Dæmon. Succubus. Dæmon.

Caluati contra honestatem prout habentur 32. q. 5. *de benedicto* sunt prout moris est in quibusdam pattibus, quibus vestes & capilli in ignominiam inciduntur ante & retro. *Riuales*, alio nomine *Corriuales* apud Vlpian. *l.1. ff. de aqua quotid. & æsti.* Sunt, qui per eundem riuũ aquam ducunt, seu eundem riuum communem habent. Translatitiè dicuntur, qui eãdem amicam habent communem.

Caluati. Riuales. Corriuales.

1514 *Lupanar* alio nomine *Lupanarium* apud Vlpian. *l. ancillarum ff. de petit. hæred.* est locus, in quo diuersantur meretrices: dictus à *Lupa*, quæ etiam pro meretrice vsurpatur à Plaut. in Epid. vt enim lupa cibi, ita meretrix libidinosi quæstus appetens est. *Bacchari seruili amore*, in *§. fin. instit. de success. sublat.* dicitur mulier vehementius, impotentiúsque agitata, correpta, & planè furens. *Bacchari* enim vt habetur *l.1. §. fin. ff. de ædil. edict.* est baccharum more lymphaticè vaticinari, *Choreæ publicæ*, quæ fiunt ex maribus & fæminis præsertim inter rusticos in quibus iuuenes solent puellas manuducere & ipsius digitos stringere, & vna cum eis saltare, an sint ita lasciuæ, ut prorsus illicitæ censeantur? Quærit Azor. p.3. l.3. c.26. & resoluit nõ esse damnandas ad lethale: quia ex se illicitæ non sunt, nisi ex mala intentione, abusu & periculo libidinis, quæ abesse possunt.

Lupanar. Lupa. Bacchari amore. Choreæ publicæ.

Lapsus carnis voluntarius opere consummatus, vt per superiores regulares possit reseruari iuxta Clement. 8. sonat consummationẽ actus libidi-

Lapsus carnis consummatus.

libidinosi in aliqua specie, v. g. fornicationis, sodomiæ, aut mollitiei, ut videre est apud Dianam p.3. tract.2. resol. 118. ad quod proinde non sufficiūt oscula, amplexus, & tactus impudici: *Portētuosè viuere.* *Porteutuosè viuere*, vt habetur *l. bis solis C. de reuuuc. donat. §. de cæteris* est idem atque uiuere meretricis more. *Portentuosum* dicitur, quando tres, uel quatuor nascūtur, *l. vtrum ff. de reb. dubijs*. Quid sit Portentum, ostentum, prodigiū, monstrum, & miraculum diximns n. 536. 537. & 538.

Turpiter agere. 1515 *Turpiter agere*, ut habetur *c. si vero 3. sent. excom.* est non solum stuprare fæminam, sed etiam amplexari, uel osculari, imò esse solum cum sola in loco suspecto, vt uidere est apud Aegid. Bellan. disp. 14. de excom. dub. 15. num. 194. Turpe apud Latinos est deforme, contrarium pulchro, sic *Turpitudo* deformitas, quæ *Turpitudo.* opponitur pulchritudini, & tam ad corpus, quā ad animum refertur. Apud iurisperitos sumitur pro inhonesto. Vnde illud, *ex l. palam ff. de ritu nupt. & l. trāsactione finita C. de transact.* Turpitudinem suam nemini licet allegare: hoc est, quòd turpiter, inhonestè, indecoreque fecerit.

Turpis arbiter, ut habetur *l. sed & si §. sunt ff. de arbitr.* id est pecunia corruptus *Turpis arbiter.* *Turpium personarum appell.* *Turpium personarum* appellatione ueniunt meretrices, non tamen infamium, ut tradit Spiegel V eod. ex Gloss. ad *l. 3. ff. si à parente, quis manum.* Vox hæc *Obscænitas.* *Obscænitas* apud Legistas ad *l. 1. ff. de offic. præf.* usurpatur pro scelere nefando, seu non nominando. Festus deriuat ab Oscis, quorum frequentissimus fuit usus libidinum spurcarum: *Pædicones*, seu *Pædicatores* gladio puniuntur §. *item lex Iulia. Instit. de public. iudic. & l. cum vir C. ad leg. Iuliau. de adult.* Sunt masculorum concubitores.

Prædicare. *Pædicare* enim obscænissimum uerbum est, *Mastuprari.* quod significat præposteram libidinem cum *Masturbari.* masculis exercere. *Mastuprari*, aliter *Masturbari* dicitur quasi manu stuprari, & est manu tractando uirilia, rem uenercam peragere. *Mastuprator*, seu *Masturbator* est, qui se hoc nefando *Irrumare.* libidinis genere contaminat. *Irrumare* dicitur *Ruma.* à *ruma*, id est mamma, propriè uerò est rumā, seu mammam in os pueri inserere: transfertur autem ad monstrosam libidinem illius, qui uirilia in os alterius sugenda immittit. *Fellare*, & *Fellicare* dicitur, qui immissa sugit. Hinc *Irrumatio* est libido illa immittentis: *Fellicatio* illa obscænitas sugentis. *Irrumator* est immittens, *Fellator.* *Fellator* est sugens. *Effæminati.* *Effæminati* sunt, quasi fæminæ facti, qui muliebria patiuntur, vel eunuchi, quibus uirilia excidūtur. *Effæminare* enim est apud Cic. 1. Tuscul. in muliebrem mollitiem atque lasciuiam conuertere.

SECTIO VI.

De continentia, mansuetudine, clementia, & earum oppositis.

1516 Elucidata virtute Temperantiæ, & vitijs contrarijs, sequitur vt eius partes potentiales elucidemus. Inter eas primatum tenet *continentia*, quæ apud Theologos duce S. Thoma 2.2. q. 155. a. 3. dupliciter *Continētia.* sumitur. 1. pro virtute, qua quis se ab omni delectatione venerea illicita coercet: & sic non distinguitur à castitate, de qua supra sect. 4. Sumitur 2. pro firmitate animi contra impetus passionum: de qua Aristot. 7. Ethic. in qua acceptione definitur *Firmum propositum animi, quo quis se continet in bono rationis contra motus concupiscentiæ, quibus ad voluptates tactus, & præsertim venereat impellitur.* Quomodo autem sit virtus, & iuxta Aristot. 4. Ethic. c. vlt. quædam inclinatio & inchoatio virtutis, declarant Az. p. 1. lib. 3. c. 27. q. 4. & Lessius l. 4. c. 4. n. 7.

Incontinentia est vitium continentiæ oppositum, quando passio, ea præcipuè, quæ versatur *Incōtinētia.* circa delectationes tactus, vincit rationem, vsu rationis manente: hoc autem (vt docet Aristot. lib. 7. Ethic. c. 7.) dupliciter accidere potest, 1. si impetu suo rapiat ad se voluntatem, prius quā ratio consultet, & exactè deliberet, & hæc appellatur *Effrænata concupiscentia*. 2. si uoluntas renuiter bono adhæreat, ex quo passio, & si parum uehemens, voluntatem ad se trahat.

Quærit Azor. p. 1. lib. 3. c. 27. q. 4. quid intersit inter intemperantem, & incontinentem? Respondet sicut *temperans* est, qui bonum eligit absque affectibus cum recta ratione pugnantibus, *Temperans.* *Continens* verò, qui bonum eligit, in media pugna renitentium affectuum: sic è cōuerso *intemperans* est, qui in delectationibus consentit etiam consensu & imperio rationis *Intemperās.* facilè & promptè ad delectationes permotæ: *Incontinēs.* at verò *Incontinens* est, qui delectationes sectatur, sed recta ratione contra eas monente, & obluctante.

1517 *Mansuetudo* apud Latinos, authore *Mansuetudo.* Speusippo, est constantia animæ aduersus iræ impetum immobilis. Definitur à Theologis virtus irarum moderatrix, sicut enim temperantia moderatur delectationes gulæ & veneris, subijciens rationi appetitum concupiscibilem, vt non capiat plusquàm par est, ita mansuetudo cohibet iram, subijciens rationi appetitum irascibilē, ne iustū modū excedat. *Mansuetus* *Mansuetus.* igitur apud Latinos est mitis, & dicitur quasi manu assuetus, quòd omnia quæ sūt natura fera, manuū permulsione mitescāt. Apud Theologos est, qui appetitum irascibilem iuxta rationis præscriptum in oblatis irritantibus moderatur. Apud Canonistas *c. disciplina dist. 45.* idem valet modestia, atque mansuetudo.

Man-

Mansuetudini opponuntur duo vitia alterum per defectum, & dicitur *Lentitudo* seu *stupor*, ab Aristotele vocatur *Inirascentia*, quasi iræ vacuitas, & datur quando, quis ita est insensibilis iniuriarum, vt non moueatur ad iram, etiam si iuxta rectam rationem irasci oporteat. Alterum per excessum, & est ira excedens præscriptum rationis, quæ proprio nomine *Iracundia* appellatur. Iuxta Aristotelem 4. Ethic. c. 5. laborantes hoc visio sunt in quadruplici differentia, scilicet *Iracundi*, qui irascuntur plus, vel quando non oportet: *Acrocoli*, qui celerrimè, & summè irascuntur, sed subitò placantur: *Amarobilarij*, qui postquam excanduerunt, sunt pœnæ implacabiles: & *Calepei*, qui non quiescunt donec vlciscantur. Vide quæ de ira, & alijs passionibus diximus lib. 1. Elucid. 6. sect. 5.

Lentitudo. *Stupor.* *Iracundia.* *Acrocoli.* *Amarobilarij.* *Calepei.*

Clementia. 1518 *Clementia* apud Latinos sumitur pro humanitate, & mansuetudine, & à Cicerone de Inuent. sic definitur: *Clementia est per quam animi temerè in odium inuectionis concitati comitate retinentur.* Apud eosdem. *Clemens* dicitur, quasi colens, mentem, & est mitis, humanus, qui remittit de eo, quod possit prosequi. Differt à Placido (inquit Calepinus V. eod.) quòd *Clemens* sit circa rectè agentes, *Placidus* circa delinquentes: clementis est nullos lædere, placidi arridere omnibus: clemens animo, placidus vultu Apud Theologos clementia versatur circa punitionem externam, eam diminuēdo, quantum norma iustitiæ patitur: & sic respicitur ab eis definitio clementiæ, quam tradit Seneca lib. 2. de clem. c. 3. in hunc modum: *Clementia est temperantia animi in potestate vlciscēdi; vel lenitas superioris aduersus inferiorem in constituendis pœnis.* Et inferius: *Clementia (inquit) est moderatio aliquid ex debita, ac merita pœna remittens.*

Clemens. *Placidus.*

Ex quo patet discrimen inter mansuetudinem, & clementiam: illa enim tendit proximè ad iram moderandum, & tam ad infimos, & subditos, quàm ad superiores pertinet: clementia autem vt diximus, versatur circa vindictam externam, & est virtus propria superiorum, ac maximè Principum. Tria igitur ex S. Thoma 2. 2. q. 157. tradit Lessius lib 4. c 4. n. 39. requiri ad clementiam, scilicet potestatem puniendi, aqua externa punitio exire possit: deinde, vt mitior pœna infligatur, quàm infligi poterat: tandem quòd huiusmodi moderatio proueniat ex animi lenitate.

1519 Clementiæ opponuntur per defectū *Remissio*, seu nimia lenitas, vulgò *froxidam*. Per excessum *crudelitas*: hæc enim est excessus in pœnis exigendis, & prætendit speciem quandam iustitiæ: in quo distinguitur à feritate, & sæuitia: nam *feritas*, & *sænitia* dantur, quando, quis in cruciatibus alteriùs delectatur, & propria beluarum est, quæ se se vindicant solum ob bonum suum vtile, & delectabile. *Crudelis* igitur (vt docet S. Thom. 2. 2. q. 101. art. 2.) est, qui punit ob delictum, vel vindictam, sed plus quàm oporteat, *Sænus & ferus*, qui cruciat, & punit, vt in eo delectetur. *Atrox* vt videre est apud Gloss. *ad §. maxima capitis Instit. de capit. diminut.* opponitur miti, & est idem atque immisericors, vel crudelis, quasi Atris sit moribus iuxta Isidor. lib. 10. ethym.

Remissio. *Crudelitas.* *Feritas.* *Senitia.* *Crudelit.* *Sæuus:* *Atrox.*

Atroces fures, rectè Alciat. vocantur, qui noctu furtum committunt, vi priuatæ adiunctū: nam viatores territi diffugiunt relicto pallio; aliter *Expoliatores* à iurisconsultis appellantur. *Atrocitatem facinoris habere* dicuntur flagitia maiora (inquit Spiegel V. eod.) qualia sunt, quæ ad publicorum iudiciorum vindictam spectāt. *Atrociter verberandi ius habere* apud Venul. *de offic. procon. l. si quid erit.* est posse verberare cū atrocitate. *Immanis* apud Latinos est sæuus, & ferus; *Immanitas*, est feritas, & sæuitia. Apud Iacobum Spiegel est, quum iudicio atque ingenio humano abiecto, ferinum sumitur.

Atroces fures. *Expoliatores.* *Immanis* *Immanitas.*

Immitis id est, non mitis, non lenis, non suauis. Lanio est, qui laniat; nempè macellarius, qui dilacerat, & iuxta Gloss. *ad l. locum de lanionis, ff. de fund. instr.* dicitur à lanificio. quasi lanam separet à corijs, & excoriet bestias. *Carnifex* iuxta Gloss. 4. *in clem. 1. de vit. & honest. cler.* est, qui carnes facit, & vendit. Sumitur pro eo, qui in reos animaduertit, vel reos in carcere custodit. *Laniena*, & *Carnificina* pro immani sæuitia. *Carnificare* est carnes facere, id est mactare. *Vexari* propriè dicitur, teste Gellio lib. 2. c. 6. qui raptatur, & hùc atque illuc distrahitur Hoc verbo vtuntur Iurisperiti *l. 1. §. 1. de vacat. mun. l. 1. ad leg. Iul. repet. & l. annonam, de extraor. crimin.* Vexare alium quando, quis dicatur, notat singularis Gloss. *in Clem 1. de rescript.*

Immitis. *Carnifex.* *Laniena.* *Carnificare* *Vexari.*

SECTIO II.

De modestia humilitate, & oppositis.

1520 **M**Odestia apud Latinos dicitur à modo, vel modico, & ita fundamentum soliditas, & basis virtutis est, vt ex ea gignatur moderatio, quæ temperat modos in factis & dictis. A Cicer. 1. offic. appellatur sciētia opportunitatis idoneorum ad aliquid agēdum, temporum. Apud Canonistas accipitur pro mansuetudine 45. *d. c. disciplina* pro temperantia, ita vt modestus sit idem atque temperatus, vt notat Ber. ad proem. decret. *Modestia.*

Apud Legistas sumitur pro moderatione: ita vt sit virtus docens omnibus in rebus temperamentum, modumque seruare. *Moderationis* est temperare modos in factis & dictis, & cæteris talibus, quæ agendi officio vtuntur. Arg. *l. fin. §. 1. ff. de bonis damn.* vt citat Albericus: qui ex *l. in ipsius C. famil. hercisc.* notat modestiam omnium esse, scilicet tam superiorum, quàm inferiorum, clementiam ad eos potissimum, qui reliquis potestate excellunt, spectare. *Moderatio.*

Apud Theologos modestia est virtus, qua quis

quis intrà sui status, ac fortunæ limites modum seu mediocritatem amat,& præstat,intra mensuram sibi congruam cohibẽs motus suos internos, & externos, atque omnem rerum suarum apparatum. Nam sicut temperantia modum ponit in difficillimis, quales sunt delectationes tactus, ita modestia in alijs minùs difficilibus,quæ diximus, modum ponit: *Modestus* igitur rectè appellatur, qui intra modum, & limites sui status,ingenij,& fortunæ se continet,suo modulo contentus. S.Thomas 2.2.q. 160.recenset quatuor modestiæ species, nempè Humilitatem, Studiositatem, modestiam motuum exterorum,& modestiam externi apparatus. Has omnes seorsim explicemus.

Modestus.

Humilitas.

1521 *Humilitas* dicitur ab humo, quasi humi decliuitas : apud Latinos propriè altitudini opponitur,& sic vsurpatur à Tullio 2.de diuin. *Docet* (inquit) *ratio mathematicorum, quanta humilitate luna feratur, terram propè contingens.* Ab eodem 1. offici. accipitur pro ignobilitate, & paupertate. Apud Iuris ciuilis professores humilitas est idem,atque vilitas,& abiectio.Sic *Humilis persona* non pauper,sed vilis & abiecta reputatur l.*Humilem C.de incestis,& inutil.nupt.* Vbi Imper. Valent.& Martian. Sic loquuntur : *Humiles, abiectasque personas eas tantummodo mulieres esse censemus,ancillam, ancillæ filiam:libertã,libertæ filiam:scenicã,scenicæ filiã: tabernariã tabernariæ filiã: tabernarij,vel lenonis,aut arenarij filiam : aut eam quæ mercimonijs publicè præfuit.* Vide Bart. ad *l.2. §. tutor, qui ff. de suspec. tutor.* vbi tenet humilem dici, qui caret dignitate.

Humilis persona quæ.

Apud iuris canonici peritos sumitur pro virtute,seu actione laudabili, qua quis se deijcit. Ita Gloss.finalis in *Clem.1.de relig.dom.ex c. iniustum 10.q.3.* vbi dicitur : *Melior est, in malis factis humilis confessio, quàm in bonis superba gloriatio*. Humiliati prout habentur *c.olim causam, de restit. Spolia.* dicuntur quidam religiosi, qui fuerunt condemnati ab Ecclesia per Lucium Papam,quia noluerunt iurare, & postea tempore Clementis eos ecclesia recepit, quia in meliorem frugem recepti, iurant quando expedit.

1522 Apud Theologos *Humilitas* etiam dicitur ab humo,quasi per eam quis ad humũ vsque deprimatur. Dupliciter autem quis deprimi potest, 1. ab alio obiectionem tanquam iniuriam, vel pœnã inferente, & sic *Humiliatio* potius,quã *Humilitas* nuncupatur.2.à se,quãdo, quis sua spõte ex cognitione suorũ defectuum abijcitur : in qua acceptione sic definitur à S. Bernardo de gradibus humilit. in princ. *Humilitas est virtus, qua quis verissima sui cognitione sibi ipsi vilescit.* & parum dissimiliter à S. Thoma 2.2.q.161 a.1.ad 1.*Humilitas est virtus,qua quis defectum suum considerans,se in infimis secundùm modum suum continet.*

Humilitas.

Humiliatio.

Ex quibus patet ad humilitatem necessariò supponi considerationem sui, id est suæ imperfectionis: quæ consideratio rectè obtinebitur, si quis corã Deo, & Angelis meditetur, quàm pronus ad malum sit, quàm lentus ad bonum, quàm fragilis,leuis,instabilis,peccatis,miserijsque omnibus obnoxius. Cum verò ex hac meditatione nascatur,vt *Humilis corde* desideret quantum in ipso est, iuxta rationis præscriptum vilis haberi,& ab alijs contemni,Lessius lib.4.c.4.n.54. sic humilitatem definit: *Humilitas est virtus inclinans nos ad nostram vilitatem signis, vel factis profitendam.* Quæ dicatur *abiecta persona*, habetur *l 7.tit.5.lib.5.Codicis.* Quæ abiecta pudicitia *l.7. tit.36. lib.8. Codicis.* Qui abiectus homo *l.4.tit.4.lib.9. Codicis.*

Humilis corde.

1523 Humilitati aduersantur duo vitia, nempè superbia per excessum,& nimia sui abiectio per defectum. *Superbia* apud Latinos, vt sumitur ex Tullio 6. Verr.est supergrediens elatio,mentis, arrogantia, insolentia animi, & Spiritus fastidium. Parum differt à *Supercilio* : hoc enim idem valet atque magnitudo *Auth. de hæret. & Falsi §.si autem ipsa*. Similirer idem atque fastus,& superbia,Iuuen. Saty.6. *Fastus* autem superbia est eum contemptu aliorum. Eodem fere modo vsurpatur superbia apud Canonistas, scilicet pro elatione,& arrogantia 47.*dist.c.omnis,& 22.dist.c.de Constantina.*

Superbia.

Superciliũ.

Fastus.

Apud Theologos authore S. Thoma 2.2.q. 162.a 1. & Alensi p.2.q.136. mem.1. sumitur tripliciter, 1. latissimè pro omni peccato, seu voluntate transgrediendi omnem legem, & præceptum. Superbus enim ita propriam excellentiam appetit, vt nemini subijci vellet:sic omnis,qui peccat,eo ipso quòd legem frangit, vellet nulli legi, & præcepto subesse. 2. minus latè pro legis contemptu: superbus enim ita se ipsum effert, vt cæteros despiciat. 3.strictè & propriè quatenus nomen habet à *Super* & *eo* quasi supra suam mensuram eat, sic sumitur à Propheta Psalm. 130. *Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me.* Sic definitur à S.August.lib.14.de ciuitat.cap.3. *Superbia est peruersæ celsitudinis appetitus.*

Explicatur in hunc modum à Lessio lib.4. c. 4.n.59. Est appetitus peruersè excellendi. Dicitur enim celsitudo peruersa non in se, sed respectiuè, quòd ipsi appetenti non congruat. Alijs verbis in eundem sensum superbia definiri potest : est immodica propriæ excellentiæ cupido in honoribus, siue ijs in rebus, quibus honor & reuerentia debetur. Honor autem & reuerentia(inquit Azor.p.1.lib.4.c.12. q.2.) debetur ijs. qui ætate,sapientia, dignitate, potestate, authoritate, vel virtute præstant.

1524 Quomodo superbia differat ab ambitione,arrogantia,inani gloria,proteruia,& cõtemptione,declarat Azor. citatus c.7.q.1. Nã superbia est immoderata propriæ excellentiæ cupiditas: *Ambitio* est immodicus honoris, potestatis,vel dignitatis appetitus. Sic differt Ambitiosus à superbo,quòd hic cæteris omnibus excellere cupit,ac studet:ille verò propriũ honorem,dominatum, & dignitatem affectat,

Ambitio.

non

Ambire, & cupere. non attendendo ad alios. Inter *Ambire* & *cupere*, vt notat Cardin. ad *c. auaritiæ de elect. in 6.* est discrimen, quòd *Ambire* est honorum gradus, & ordines per peccatum appetere: *Cupere* verò est terrena lucra optare.

Arrogãtia. Præsumptio. Inanis gloria. Cenodoxa. Contemptio. Proteruia. *Arrogantia* alio nomine *Præsumptio* est nimia publicarum administrationum, officiorũque quæ vires exuperant, cupiditas. *Inanis gloria* quæ à Græcis dicitur *Cenodoxa* est immoderata gloriæ, laudis, famæ, vel sui ipsius existimationis libido. *Contemptio* est deprauata voluntas cum aliorum despectione. De iactantia diximus n. 1460. *Proteruia* alio nomine *Proteruitas* est cupiditas quemuis lacessendi. Iuxta Ioan. Andr. in *Clem. vnic. de foro comp.* est crudelitas, vel terribilitas. *Proteruus* est cupidus lacessendi omnes: & dicitur à proterendo, qui omnia sub pedibus esse velit, & nullus sit pudor in petendo, & audendo.

Quæ sint superbiæ filiæ, & veluti gradus, seu partes, referunt Azor. p. 1. lib. 4. cap. 12. q. 6. & Lessius lib. 4. c. 4. n. 65. ex S. Gregor. lib. 23. moral. c. 7. *Competitores* sunt, qui in honoribus & officijs petendis concurrunt; *l. 4. §. pen. de decur.* Abijcere pro spernere, vt in *Auth. quib. mo. antu. effic. legi: paragraph. si igitur* *Ludibrium legis*, est contemptus. *l. fin. Cod. de bonis, quæ Libe.* *Ludibriosus*, quod plenus ludibrio. *l. pen. C. de curat. furios.* *Competitores.*

Studiositas. 1525 Explicata prima parte modestiæ, quę est Humilitas, superest explicanda secunda, quæ est *Studiositas*, & à S. Thoma 2. 2. q. 166. & 167. sic definitur: *Est virtus, quæ affectum, & studium cognoscendi iuxta rectæ rationis normam temperat.* Vbi studium cognoscendi idem valet, atque vehemens applicatio ad aliquid sciendum. Huic virtuti duo opponuntur vitia, nempè *Curiositas* per excessum, & negligentia per defectum. *Curiositas* iuxta S. Bernard. tract. de grad. humil. consistit in hoc, quòd quis hùc illuc vago aspectu circunspiciat, cupidus omnia videndi, & audiendi. Iuxta Lessium lib. 4. c. 4. n. 80. sumitur 1. generatim pro cura circa rem aliquam inutilem, siue cognoscendam, siue efficiendam, siue comparandam, maiori quàm ratio postulet. 2. strictè & propriè pro studio & amore cognitionis nihil ad nos pertinentis. *Curiositas.* *Curiosus.*

In qua acceptione *Curiosus* est, qui superfluam diligentiam adhibet, vt aliquid sciat, quod nihil ad ipsum scire attinet, vel quod captum ipsius superat; idque affectu solius cognitionis. *Negligentia* prout opponitur studiositati est voluntaria omissio discendi illius, quod quis discere, vel scire tenetur; vt si prælati omittant scire, quæ ad proprium munus pastorale spectant; medicus, quæ requiruntur, vt benè infirmos curet; aduocatus, quæ sunt necessaria, vt in causis patrocinetur; & sic de alijs. Quod attinet ad *modestiam in motibus externis* quam S. Ambros. 1. offic. c. 18. appellat à modo sciendi, quid deceret hominem, vel à modo nostris motibus imponendo, sic definitur à Stoicis apud Tullium lib. 1. offic. *Modestia est scientia earum rerum, quæ aguntur, aut dicuntur loco suo collocandarum.* Vocant modestiam scientiam, eo modo, quo reliquas virtutes, vtpote quæ per prudentiam bonarum actionum normam regulari debeant. Rectiùs tamen sic definiri potest. *Modestia est virtus externos motus & gestus corporis ex præscripto rectæ rationis temperans.* *Negligẽtia.* *Modestia externa.*

Huic virtuti opponitur per excessum *Petulantia*, vel *Insolentia*, & datur cum externi motus, & gestus communem modum excedunt. Per defectum opponitur *Ruditas*, vel *Rusticitas*, quando quis minùs, quàm decet de suorũ motuum, & gestuum concinnitate, & elegantia curat. Quemadmodum circa motus & gestus corporis temperandos versatur prædicta virtus, ita circa ipsius corporis ornatum, & cultum alia versatur, quæ *Modestia cultus* appellatur, & sic definitur: *Modestia cultus est virtus, quæ in rerum externarum apparatu rationis moderationem adhibet*: vel sic: *quæ decorum in cultu corporis, & alio rerum externarum apparatu seruat.* Quomodo contra hanc virtutem peccetur per excessum, & defectum, latè & concinnè tractat Lessius lib. 4. cap. 4. dub. 14. sicut dub. 13. de Eutrapelia, de qua nos iam alibi. *Insolentia.* *Ruditas.* *Modestia cultus.*



LIBER



LIBER TERTIVS
DE MATERIIS SPECTANTIBVS AD TERTIAM PARTEM.

1527 QVoniam scopus, & ratio suscepti muneris est omnem, ac solam Theologiam moralem, vtroque iure stipatam, ac refertam elucidare, exactis duobus libris, in quibus materias morales, quæ ad S. Thomæ primam secundæ, & secundam secundæ spectant, exposuimus, superest elucidanda tertia pars, quæ nullas alias continet materias morales, præter Sacramenta, indulgentias, & censuras; septem igitur elucidationibus claudetur lib. 1. erit de Sacramentis in genere. 2. de Baptismo, & confirmatione. 3. de Eucharistia, & sacrificio Missæ. 4. de Pænitentia, Extrema vnctione, & Indulgentijs. 5. de Ordine. 6. de Matrimonio. 7. de Censuris.

ELVCIDATIO I.

De Sacramentis in genere.

DOctrinæ methodus, & ordo postulat, vt postea seorsim enucleaturi singula sacramenta, modò genericam, & communem omnibus rationem expediamus. Erit imprimis nobis sermo de Sacramenti quidditate, & multiplicitate: deinde de pertinentibus & concernentibus ad sacramentum; tandem de sacramentalibus.

SECTIO I.

Quid & quotuplex sit Sacramentum.

1528 ACRAMENTVM apud Latinos dicitur, quod iurisiurandi sacratione interposita geritur: & fuit iuramentum quo milites scribēdi à sacerdotibus adigebantur. Hinc *Sacramento rogari* apud Quintil. lib. 12. cap. 2. est iureiurando adigi. *Teneri sacramento* est sanctè affirmare. Apud Canonistas Sacramentum est sacræ rei signum. Qualiter autem inter se discriminentur Sacramentum, signum, sacrificium, & mysterium, habetur 1. *q.* 1. *c. multi, De consecrat. d.* 2. *can. sacrificium.*

Sacramentū | *Rogari sacramento. Sacramento contendere.*

Apud Theologos, duce Suario tom. 3. in 3. p. disp. 1. sect. 1. etiam accipitur pro signo sacro & religioso: ita vt voci Latinæ *sacramentum* vox Græca *Mysterium* respondeat. Deinde quantum ex notatione ipsius nominis deprehendi potest, sicut vestimentum dicitur, quo vestimur, ornamentum quo ornamur, ita Sacramentum satis conuenienter dicitur quo sacramur, seu quo initiamur. *Mysteri*

Sacrificium & sacramentum teste eodem, loco citato conueniunt in ratione signi sacri, tam ex parte cæremoniæ, quia vtrunque esse debet cæremonia religiosa; quàm ex parte rei significatæ, quia in vtroque esse debet res sacra. Differunt tamen in re significante, quia sacrificium continet supremum cultum Dei, id est immediatè refertur & instituitur ad tribuendum cultum Deo, quocunque titulo religionis, vel iustitiæ tribuatur; Sacramentum verò immediatè refertur ad ipsos cultores Dei, quos disponit, seu sanctificat ad cultum Dei. Hinc fit vt sacrificium consistat in actione aliqua, seu oblatione, quæ ad Deum refertur: sacramentum autē *Sacrificium, & sacramentum.*

in receptione, seu quasi passione, quæ in Dei cultoribus aliquo modo recipiatur.

1529 Quod attinet ad sacramenti essentiā elucidandā, multipliciter a Theologis describi & definiri solet; à Magistro in 4.d.1.in hunc modum: *Est inuisibilis gratiæ visibilis forma, & eiusdem gratiæ similitudinem gerens, & causa existens.* Vbi (visibilis) idem valet atque sensibilis, petita denominatione à visu, omnium sensuum principalissimo. Sic definit Sacramentum Hugo de S.Vict. lib.1. de sacram. par.9.c. 2. *Est corporale, vel materiale elementum foris sensibiliter propositum ex similitudine repræsentans, ex institutione significans, & ex sanctificatione continens aliquam inuisibilem, & specialem gratiam.* — *Sacramentum quid.*

Illud notandum est sacramentum posse accipi dupliciter, 1. prout est commune ad sola sacramenta legis gratiæ: & in hac acceptione apud Catechismum Pij V. sic definitur: *Est inuisibilis gratiæ visibile signum ad nostram iustificationem institutum.* 2. in tota sua latitudine, prout omnia vetera & noua comprehendit: in qua acceptione sic definitur apud Aegid. Bellanum q.60. de sacram. art.4. dub.1.n.17. *Est res vel cæremonia sacra sensibilis, ad aliquam sanctitatem pro statu Ecclesiæ tunc existentis conuenientem hominibus suo vsu conferendam, & ad veram sanctitatem significandam legitimè stabiliterque instituta.* Dicitur (*res sensibilis*) quia nisi sensibus perciperetur, non posset nobis, qui non nisi sensibilia per se cognoscimus, esse signum rei incognitæ. *Signum* enim teste S.August. lib.2. de doct. Christ. cap.1. quædam est res, præter speciem, quàm sensibus ingerit faciens, aliquid aliud in cognitionem venire. Quid sit apud Canonistas, & quomodo differat a sacrificio, habetur *dist. 2. de consecr. c. sacrificium.* — *Signum.*

1530 Dicitur (*ad sanctitatem aliquam significandam*) siue huiusmodi sanctitas sit legis veteris, siue sit legis gratiæ. Sicut enim lex vetus figura, & vmbra fuit gratiæ, ita sanctitas illi propria erat (inquit Bellanus citat. num. 19) quasi umbra & figura veræ sanctitatis, quæ consistebat in quibusdam iustitijs carnis: vt docet Apostol. ad Heb. 9. sicut enim veteres, quamdam legalem & corporalem immunditiam ex contactu mortui, & rebus similibus contrahebant: ita per suas lustrationes quamdam legalem & corporalem sanctitatem comparabant, quæ non poterat conscientiam mūdare: veram autem sanctitatem acquirebant quidem, sed non per cæremonias legales, vt sic, nec vt spectantes ad vetus testamentum, sed per contritionem, & quatenus illas cæremonias, & alia opera pia ex fide in Christum, & charitate obibant. Econtra statui gratiæ vera sanctitas, hoc est gratia habitualis, seu sanctificans propria est, deficientibus vmbris: proindeque veterum sacramenta adumbratam, & legalem sanctitatem ex opere operato conferebant, nostra veram sanctitatem dignè suscipientibus conferunt. Denique vltima particula (*legitimè stabiliterque instituta*) ideo ponitur: quia stabiles & permanentes res esse debent sacramenta, vtpote præcipuæ cæremoniæ quibus populus Dei coalescit, & ab alijs distinguitur. — *Sanctitas legis veteris* — *Sanctitas legis gratiæ.*

1531 Quod attinet ad multiplicitatem, probabile est, ante aduentum Christi fuisse in lege naturæ duplex sacramentum, alterum instar Circuncisionis, vel Baptismi consistens in aliquo signo externo à Deo instituto, per quod liberaretur infans à peccato originali: alterum instar ordinis consistens in aliqua cæremonia sacra per quam consecraretur sacerdos, qui Deo verum sacrificium offerret. Nam huiusmodi cæremonia (vt docet Valent. d.3. q.2. pun.2.) fuit diuinitùs instituta ad moralem sanctificationem conferendam, & veram significandam. — *Sacramenti quotuplex.*

In lege scripta præter Circuncisionem, triplicis generis sacramenta recenset S. Thomas 1.2. q.102. a.5. scilicet consecrationem sacerdotum, esum agni paschalis, & quasdam lustrationes, quibus Iudæi à sordibus legalibus mundabantur. Post Christi aduentum in lege gratiæ septennarium esse sacramentorum numerum à Christo seruatore institutum paucis, & perspicuis verbis definit Triden. sess.7. de sacr. in gen. can.1. *Si quis dexeris sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à Iesu Christo Domino nostro instituta, aut esse plura, vel pauciora, quàm septem videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pænitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, vel etiam aliquod horum septem non esse verum, & propriè sacramentum, anathema sit.*

1532 Apud Iuristas (vt tenet Syluest. V. sacramentum num. 2.) quinque sunt sacramenta necessaria, scilicet Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pænitentia, & Vnctio extrema: quæ ideo sacramenta necessitatis dicuntur, quia sunt in præcepto, pro loco & tempore: reliqua autem duo id est ordo, & matrimonium dicuntur voluntatis. Apud Theologos tria sacramenta sunt necessaria simpliciter, nempe Baptismus cuilibet, Pænitentia peccanti mortaliter post Baptismum; & ordo in communi Ecclesiæ: alia autem sunt necessaria ad benè esse, cessante tamen contemptu. Dicunt aliqui matrimonium esse necessarium in communi: hoc tamen verum non est ad salutem, nisi casu, quo alius non esset, qui impleret illud præceptum *Crescite & multiplicamini.* Dicta procedunt secundùm ius diuinum. Ex numeratis septē sacramētis quædam à Theologis (vt notat Bellanus q.62. a.1. dub.2. num. 33. & 39.) appellantur mortuorum, quædam viuorum. — *Necessitas sacramentorum.*

Sacramenta mortuorum sunt, quæ in suscipiente non requirunt vitam spiritualem, & numerantur duo, nempe Baptismus, & Pænitentia, ad quæ proinde tam ex parte medij, quàm præ- — *Sacramenta mortuorum.*

præcepti sufficit perfecta attritio, etiam cognita talis. Nam huiusmodi sacramenta sunt per se, & directè instituta ad remittenda peccata, eliminandamque mortem spiritualem, atque adeo, vt viuificent mortuos. Proprius enim effectus Baptismi est remissio omnis culpæ originalis, & actualis: Pænitentiæ autem est absolutio à peccatis: seu reconciliatio cum Deo.

Sacramenta viuorum. 1533 *Sacramenta viuorum* sunt, quæ in suscipiente requirunt vitam spiritualem: & recensentur, quinque scilicet confirmatio, Eucharistia, Extrema vnctio, ordo, & matrimonium, quæ proinde saltem necessitate præcepti, requirunt contritionem in suscipiente, qui sibi conscius est peccati lethalis. Hac enim ratione effectus ad quem fuerunt instituta prærequirunt vitam in suscepturo: nam confirmatio instituta fuit ad gratiam, & spirituale robur augendum, & roborandum. Eucharistia ad nutrimentum spirituale. Extrema vnctio ad delendas reliquias peccatorum, & confirmandum ægrotum in extremo luctamine. Ordo vt conferatur potestas obeundi legitimè diuina officia, & conferendi reliqua sacramenta. Matrimonium ad legitimam prolis susceptionem inter Christi membra: quæ omnia supponunt in recipiente vitam.

Dignitatis sacramenta. Præterea sacramenta alia sunt necessitatis, alia *dignitatis*, vt habetur 1. q. 1. *c. remissionem* §. *sed notandum*. De prioribus supra diximus. *Sacramenta dignitatis* sunt ordines, vt interpretatur Gloss. ibid. & sic appellantur, quia à dignioribus hoc est Episcopis conferri debet. Quod sacramenta generatim, quædam sint salutaria, quædam veneratoria, quædam ministratoria, quædam præparatoria, tradit Albericus V. sacramenta, malè citata 5. q. 5. c. 1. & quæ sint non explicat. Ea inueni explicata in Gloss. ad *cap.* 1. *de consecr. dist.* 1. in hunc modum: *Salutaria* sunt illa, quæ ad salutem, vel vnicuique, vel in Ecclesia sunt necessaria, vt Baptismus, Eucharistia, Confirmatio, Pænitentia, Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium. *Veneratoria* sunt festiuitates, quæ per certa anni tempora in alicuius rei sacræ memoriam venerabiliter celebrantur. *Ministratoria* sunt officia omnia ecclesiastica nocturna, siue diurna, & sic dicuntur, quia per ea ministratur, & exhibetur latria Deo: & quia per ea reliqua sacramenta ministrantur, & celebrantur. *Præparatoria* sunt, quæ omnibus sacramentis præfatis celebrandis præparantur & fiunt, vt templa, altaria, ornamenta, vasa, & horum consecratio.

Salutaria.
Veneratoria
Ministratoria.
Præparatoria.

SECTIO II.

De spectantibus ad Sacramenta.

1534 Nihil est magis intrinsecum sacramentis, quàm materia, & forma, ex quibus componuntur tanquam artefacta moralia. Sicut enim in physicis dicitur *forma* id, quod perficit materiam, eamque determinat ad esse talis aut talis rei, v.g. hominis aut equi: sic in moralibus, & quidem in artificialibus, & moralibus sæpe interuenit duplex materia & forma, vna quasi partialis, alia totalis, v.g. in hac oratione *Socrates ambulat*, prædicatum, quia determinat subiectum ad talem conceptum, est forma subiecti, partialis tamen: quia forma totalis est significatio totius orationis, vel nexus, cuius materia est vtraque vox: similiter sacramenta (vt docet Suar. disp. 1. sect. 2.) constant rebus & verbis tanquam materijs, & formis partialibus: vtraque autem simul sumpta habent se respectu integræ suæ significationis per modum materiæ respectu formæ totalis. Nam post compositionem ex rebus & verbis insurgit alia compositio per aduentum significationis formæ vltimatæ, quę adæquatè inest toti composito ex rebus, & verbis. *Forma quid.* *Materia quid.*

In matrimonio cum traditio corporum supponatur acceptationi, & per hanc perficiatur contractus, fit vt consensus vtriusque coniugis, siue verbis, siue nutibus exprimantur, quatenus mutuam traditionem continent, habeant rationem materiæ, quatenus mutuam acceptationem, habeant rationem formæ. Omnia sacramenta, quæ consistunt in vsu (de Eucharistia specialis difficultas est) coalescunt ex materia, & forma tanquam partibus, quæ proinde eam coexistentiam, & propinquitatem moralem requirunt, vt verificetur sensus verborum, & forma censeatur moraliter cadere supra materiam ad vnum signum constituendum. *Matrimonij materia & forma.*

1535 Præter materiam & formam, requiritur omninò ad sacramentum intentio, de cuius essentia, & multiplicitate in ordine ad finem, satis diximus num. 19. & 20. modò in ordine ad sacramentum pauca addemus; est quadruplex, vt exponit Bellanus q. 64. a. 8. dub. 2. Prima *actualis* & datur, quando, quis actu reflectit supra intentionem suam, vel quoties actu cogitans, quid agat volens sacramentum administrat; secunda *virtualis* sic dicitur, quod actu transeat, uirtute maneat ratione impressionis in imaginatiua relicta ex primo proposito, quo quis humano modò ad agendum se applicuit, qua excitatur potentia motiua, ut actus initio propositos ad finem perducat, homine interim alia omnia cogitante, donec actu aliquo contrario interturbetur. Hæc intentio frequēter cernitur in eo, qui intēdēscelebrare, *Virtualis intentio.*

de sacro faciendo accinxit, & postea omninò distractus totum perficit in virtute primæ intentionis.

Habitualis intentio. Tertia *habitualis*, quæ duplex est, altera relicta ex frequentatione habituum, ita ut quis nihil minus cogitans, aut etiam dormiēs, uel aliter ratione destitutus, v.g. barbam fricet, digitos moueat pulsando lyram, & sic de alijs: altera, quæ censetur solum dari ex prima uoluntate non retractata. Nam uoluntas semel habita, censetur habitualiter perseuerare donec reuocetur. Quarta *interpretatiua*, quæ datur quando, quis aliquid vult tantum in causa: v.g. qui sponte se inebriat præuidens se ebrium iuraturum, & rixaturum: huic iuramēta & rixæ sunt interpretatiue, seu indirectè uoluntaria in ebrietate, quam directè uoluit. Prima & secunda intentio sufficiunt ad sacramētum conficiendum: tertia & quarta non sufficiunt, ut rectè probat Bellanus citatus.

1536 *Character* uox Græca est, quæ Latinè dicitur signum, insigne, figura & forma. Apud Vlpian. *l. ad testium ff. de testamen.* Sumitur pro figura literarum. Apud Theologos signum quoddam spirituale est, quod in anima imprimitur à tribus sacramentis nempe Baptismo, Confirmatione, & Ordine, ut definit Trident. sess. 7. can 9. de Sacram. in gener. Ratio est institutio & uoluntas Christi. Moralis congruētia est, quia per Baptismum deputatur homo ad cultum Dei, tanquam membrum Ecclesiæ: per Confirmationem deputatur ut miles ad fidem publicè & fortiter profitendam: per ordinem specialiter consecratur, tanquam minister Christi, ut sacramenta ministret: est autem Character (ut exponunt Vasq. disp. 134. num. 70. & Suar. disp. 11. sec. 2. 3. & 4.) qualitas supernaturalis realiter ab anima distincta, eique diuinitùs impressa: quæ spectat ad qualitatem primæ speciei, sine ullo ordine ad operationes, sicut pulchritudo, uel sanitas corporis: subiectatur in substantia animæ, quam ornat, & insignit. *Character.*

1537 *Obex* alio nomine *Fictio* in suscipiente sacramentum est, idem, atque carentia dispositionis debitæ, quæ uel obstat effectui sacramenti, ut si quis existens in peccato mortali sine attritione suscipiat Baptismum; uel obstat ualori, ut si absolutionem sacramentalem recipiat absque ullo dolore; est duplex, alter omninò positiuus, quando quis suscipiendo sacramentum actualiter peccat; alter quasi negatiuus, quando quis indispositus quidem accedit ad sacramentum, tamen hoc inuincibiliter ignorat, ideoque non peccat. *Obex in sacramento. Fictio in sacramento.*

Igitur consistit obex non in peccato habituali, cum sacramenta mortuorum præsten effectum, illud remittendo, sed in defectu dispositionis requisitæ. Vt intelligas, quid sit apud Trident. sess. 7. Sacramenta causare gratiam ex opere operato, id exponit Suar. disp. 7. de sacramen. sect. 1. Theologi (inquit) distingunt duplicem modum obtinendi gratiam: priorem vocant *Ex opere operantis*, qui est quando obtinetur gratia ex merito, vel ratione propriæ dispositionis præcisè: vt est ab operante, in qua fortasse semper est aliquod meritum, saltem de congruo. *Opere operantis.*

Posteriorem vocant *Ex opere operato*, qui est quando ratione operis externi, vel sacramenti applicati datur aliqua gratia vltra omne meritum operantis tam de condigno, quàm de congruo: constat igitur inter catholicos, & sumitur ex Trident. sess. 6. c. 7. sacramenta causare gratiam ex opere operato, ita tamen vt Deus sit causa efficiens principalis gratiæ, Christus verò meritoria, sacramentum instrumentalis.

1538 In quolibet sacramento distingui solent tria, nempe sacramentum tantum, res sacramenti tantum, & res ac sacramētum simul. *Sacramentum tantum* est, id quod constat ex materia & forma, & cui competit definitio, quam tradidimus supra num. 1538. *Res sacramenti* est idem, atque effectus sacramenti, qui nihil significat. *Res & sacramentum simul* est aliquis effectus significatus, qui etiam significat effectum alium insensibilem. Hæc possumus exemplificare cum Suario de pænit. disp. 41. sect. 3. num. 7. in sacramento extremæ Vnctionis. Nam ibi sacramentum tantum est, quod ex sacra functione olei tanquam materia, & ex prece sacerdotis tanquam forma insurgit. Res tantum est gratia sanctificans, & remissio peccatorum. Res & sacramentum simul est mentis hilaritas, & confortatio, maiorque sustinentia laborum. Dicitur enim res sacramenti quatenus est signum interioris animæ sanitatis. *Res sacramenti.*

Quamuis supra num. 1537. dixerimus voci Latinæ *Sacramentum*, respondere vocem Græcam *Mysterium*, tamen inter mysterium, sacrificium, & sacramentum ponitur discrimen, 1. q. 1. c. multi §. hen. his verbis: *Mysterium ob hoc dicitur, quòd secretam & reconditam habeat dispensationem: sacrificium autem quasi sacrum factum: quia prece mystica consecratur pro nobis in memoriam Dominicæ passionis. Sacramentum verò est in aliqua celebratione, cum res gesta ita fit, vt aliquid significare intelligatur, quod sanctè accipiendum est.* *Mysterium*

1539 Forma sacramentorum subire potest mutationem octo modis, 1. si vertatur in aliud idioma, v.g. Lusitanum, aut Gallicum. 2. quando retento eodem idiomate ponuntur alia verba. 3. per transpositionem verborum, quod sine variatione sensus extare potest. 4. per interpelationem, vt si postquam dixeris, *Ego te baptizo*. Paululum subsistas, vel interloquatis: deinde subiungas: *In nomine Patris* &c. 5. per additionem aliquorum verborum, quæ vel corrumpant, vel non corrumpant sensum substantialem. 6. per alicuius verbi subtractionem, 7. si verba aliquo modo *Forma mutatio.*

cor-

corruptè proferantur. 8. si omnia verba mutentur in signa & nutus: quod in matrimonio est accidentale, in reliquis sacramentis essentiale. Quinam ex prædictis modis inducat substantialem, quinam accidentalem formæ mutationem, vt intelligatur, consistatne an corruat sacramentum? Vide Suar. disp. 2. de sacra, & Bellan. q. 60. a. 1. dub. 1.

Recitatiuè. *Significatiuè.* *Assertiuè.* Quid sit Formam sacramenti dici *recitatiuè* & *significatiuè* sicut dici solet forma consecrationis in Eucharistia, exponit Bellanus q. 78. a. 3. dub. 1. *Recitatiuè* idem valet, atque historicè, & tunc datur quando id, quod dicitur refertur tanquam ab alio dictum; vt facimus quando aliquorum authorum verba referimus. *Significatiuè*, seu *Assertiuè* idem est, atque formaliter quando per verba, quæ proferimus, intendimus aliquid affirmare, vel negare: vt si dicamus *Petrus est homo; Petrus non est lapis*. *Celebrare sacramenta.* Quid sit *Celebrare sacramenta*, prout habetur *cap. Sabbato de consecr. dist. 3.* ex Innocentio 1. Epist. ad Crescentium cap. 4. exponit Suar. tom. 3. in 3. par. sect. 2. §. secundus dies, ita vt non sit propriè ministrare Eucharistiam sed conficere. Ex quo resoluit per textum citatum solum prohiberi in die Parasceues, seu feria sexta maioris hebdomadæ offerre sacrificium & conficere sacramentum Eucharistiæ, non verò ministrare, nec communicare: vnde hoc per se loquendo ea die licitum est.

SECTIO III.

De sacramentalibus.

Sacramentalia. 1540 PEr *Sacramentalia*, quæ à sacramentis nomen vendicant, docet Aegid. Bellanus q. 71. a. 3. dub. vnic. intelligi cæremonias aliquas sacras ab Ecclesia institutas, vt sacramenta magis solemniter celebrentur, vel vt res aliquæ consecrentur: idque vel in vsum sacramentorum, aut sacrificij, vt sunt sacrum oleum, altaria, sacræ vestes, & alia huiusmodi, vel etiam in vsum aliquem alium pium, qualis est, aqua benedicta, imagines, cerea, & similia.

Assignat autem idem Bellanus q. 60. art. 4. dub. 1. n. 20. rationem, cur sacramentalia in lege gratiæ sacramenta dici nequeant: & si (inquit) multa ex istis, v.g. benedictio Abbatis, aut Abbatissæ, prima tonsura, & similia sufficienter, & externam quamdam sanctitatem suo vsu conferant, & veram significent, ita vt in lege vetere, ex hac parte potuissent appellari sacramenta: non tamen hæc sufficiunt, vt in lege noua sint vera sacramenta: quia suo vsu præcisè, & ex opere operato non conferunt sanctitatem legi nouæ propriam, scilicet gratiam habitualem. Debet autem sacramentum conferre sanctitatem pro statu Ecclesiæ conuenientem, vt exposuimus num. 1539. Accidit, quòd sacramentalia non sunt instituta ab habente potestatem instituendi sacramenta, quia in lege veteri fuit solus Deus, in lege noua Christus, etiam qua homo.

1541 Apud Suarium de sacram. disp. 15. sect. 1. idem valet *Cæremonia* atque sacramentale & dicitur à Cære Italiæ oppido, in quod Vestales simulacra Deorum ab hostibus erepta traduxerunt. Sumitur dupliciter 1. latè prout significat omnem cultum externum, qui certo ac definito ritu fit ob maiorem Dei reuerentiam: sub qua latitudine complectitur sacramenta, sacrificia, sacra, & obseruantias, ad quæ quatuor capita S. Thomas 1. 2. q. 101. a. 4. reuocat omnes cæremonias legis veteris. *Cæremonia.* Quid sit Sacramentum, & sacrificium, iam supra latè exposuimus, *Sacra* ibi appellantur a S. Thoma ea, quæ sunt veluti instrumenta, aut res deputatæ ad sacrificia peragenda, aut sacramenta ministranda, vt sunt vasa sacra, vestes, templa, & similia. *Sacra.*

Obseruantiæ vocantur omnes actiones, quibus Dei cultores vtuntur, vt eis sese ad Dei cultum disponant, vt sunt ieiunia, genuflexio, vsus signi crucis, & similia. *Obseruãtiæ.* Sumitur 2. strictè, & significant actiones quasdam, vel circunstãtias religiosas, quas in sacramentorum administratione, vel sacrificij oblatione ecclesia obseruat, præter has, quæ sunt de essentia, seu substantia sacrificij, quales sunt v.g. in Baptismo vnctio, exorcismus, & alia huiusmodi: in qua acceptione cæremonia frequētiùs à Theologis sacramentale uocari solet, & sic definitur: Est externa actio religiosa, aut circunstantia, seu conditio eius ad ornatum, seu cultum debitum Sacramentorum, seu sacrificijs instituta. Est igitur ut sic veluti accidens sacramenti à cuius substantia distinguitur.

1542 Cum verò cæremoniæ sacramentorum eiusdem fere rationis sint cum nonnullis alijs ritibus, qui extra sacramenta obseruantur, ideo hoc nomen *Sacramentale* frequenter vsurpatur latiùs. Vt autem, quis sacramentalium multiplicitatem ueluti materialem dignoscat, Suar. citatus ea veluti in classes prædicamentales distribuit. *Sacramentalium multiplicitas.* Quædam (inquit) interdum posita sunt in substantia alicuius rei: v.g. quod vino consecrando misceatur aqua naturalis, & non alia, quòd vnctio fiat in oleo oliuarum; quædam possunt reduci ad quantitatem, vel continuam, vt quòd aqua misceatur vino in quantitate valde modica: uel discretam, ut quòd Baptismus fiat tribus mersionibus. Item aliæ reuocari possunt ad qualitatem, ut quòd panis sit fermentatus, uel azymus, quòd uestis sit huius figuræ, uel coloris.

Præterea quædam in serie relationis possunt constitui, quia solum propter deputationem quamdam, aut extrinsecam benedictionem censentur sacræ, ut oleum benedictum. Item quædam consistunt in temporis, uel loci determinatione, vt templa, & dies festiui. Aliæ spe-

spectant ad habitum, seu vestitum sacrum, & decentem. Aliæ pertinent ad situm, vt genuflexio. Aliæ in actione, & passione constituuntur: vt sunt orationes, gestus signa, & similia: imò ea omnia quæ hactenus, in tantum ad sacramentalia pertinent, in quantum in vsu alicuius sacræ actionis obseruantur. Ex quo fit vt etiam hæ cæremoniæ ualeant distingui iuxta septem circunstantias actuum moralium, quæ à Theologis numerantur, quales sunt circunstantia personæ, quantitatis, loci instrumenti, finis, modi, & temporis.

Quòd per sacramentalia tollantur peccata venialia, docet Azor. p. 1. lib. 4. cap. 11. q. 4. his verbis: quemadmodum (inquit) cum Ecclesia condonationes peccatorum concedit, quas vocamus indulgentias, merita Christi domini, & sanctorum hominum triumphantium in cælis, nobis impertit, & applicat, quibus pœnæ peccatorum nostrorum soluuntur: ita & per sacramétalia communicat nobiscum, & Christi domini, & sua merita, quibus veniales noxæ eluantur.

Venialium rem.ssio.

1543 Idem author q. 5. rogat quot numero sint sacramentalia, quibus venialia expiari solent? Respondet ex Gloss. in 6. proem. & Hostiensi esse nouem, quæ sunt oratio Dominica, Pia & religiosa percussio pectoris, Generalis peccatorum confessio, Largitio eleemosynæ, Pontificia, seu Episcopalis precatio qua Episcopus solemni ritu & cæremonia, signo crucis adhibito, populo bona, & felicia precatur, quam benedictionem vocant, ieiunium religiosè susceptum, venerabilis Eucharistiç perceptio, Vnctio sacra, & Aqua lustralis, alio nomine Benedicta. Ex nouem hisce sacramentalibus, quatuor prima non sunt ab Ecclesia instituta. De oratione Dominica quam vim habeat ad delenda venialia, tradit S. August. Epist. 108 ad Seleucian item lib. de pænit. medic. cap. 2. De percussione pectoris pia, & religiosa meminit idem loco citato Epist. & fit mentio *de pænit. dist. 1. c. tres sunt.*

Oratio dominica.

Confessio generalis.

Confessione generali peccatorum deleri venialia, tradunt S. Thomas, S. Bonau Albertus, Ricardus & alij, in 4. d. 21. quòd eleemosyna prosit ad obtinendam veniam, habetur *c. medicina & c quam obrem d. 1. de pænit.* Quòd *Benedictio Episcopalis* tollat venialia, non constat ex aliquo textu: id tamen communiter tradunt Theologi in 4. d. 16 de sacra vnctione habetur integer titulus in iure Canonico, quamuis ibi nihil exprimatur circa veniam peccatorum.

Benedictio episcopalis.

Aqua lustralis.

1544 De venerabili Eucharistia piè ac religiosè susceptas habetur *c. cum omne, de consecr. dist. 2.* De ieiunio, quod studio pietatis, pænitentiæ, vel religionis suscipitur, fit *cap. sanè cauendum de pænit. dist. 3.* De aqua lustrali, seu Benedicta Alexander 1. Epist. 1. quæ refertur *cap. aquam de pænit. d. 3.* apertè asserit sacrari, & benedici in sanctificationem, & purificationem fidelium. Addunt aliqui prædictis nouem sacramentalibus *Panem sacrum*, vt videre est apud Thomam Vualdensem de sacramental. tom. 3. tit. 23. cap. 167. Teste S. August. lib. 2. de peccatorum meritis cap. 26. consueuit Ecclesia sacrare panem pro cathicumenis, Cum enim ab Eucharistia prohiberentur, panis eius loco per parochum sacratus Dei inuocatione, signo crucis, & alijs ritibus distribui solebat. Qui mos postea cæpit in Ecclesia introduci, vt panis singulis quibusque diebus Dominicis à Parocho certa precationis formula sacratus, fidelibus subministraretur. Vide Suar. de relig. to. 1. lib. 1. de diuino cultu c. 4. n. 3. De consecratione Ecclesiæ Agit Azor. p. 2. lib. 9. c. 4. De consecratione cæmiterij ibidem c. 6. de cósecratione calicis, & patenæ c. 7. *Panis sacer*

ELVCIDATIO II.

De Baptismo, & Confirmatione.

1545 *Explicata communissima ratione sacramentorum, & ijs omnibus, quæ spectant ad sacramentum, quatenus abstrahens à peculiari ratione singulorum, procliue est descendere ad singula seorsim elucidanda. Ac primum sermo nobis erit de Baptismo, vtpote ianua, qua quis Ecclesiam ingreditur; postea de Confirmatione per quam fidelis in fide roboratur. Hac dec causa placuit vtriusque explicationem coniungere.*

SECTIO I.

Quid sit Baptismus, & quotuplex.

Baptismus apud Grámaticos tripliciter declinatur, scilicet *Baptismus, Baptismi, & Baptisma, atis.* Vox Græca est, quæ Latinè redditur Immersio, Intinctio: à verbo *Bapto*, quod est *Immergo*. Hinc *Baptisterium* in quo quis lauatur, quasi lauacrum, & tinctorium, & piscina, vulgò *Pia de baptizar.* Apud Canonistas *c. necessarium dist. 4. de consec.* idem valet Baptismus, atque ablutio corporis exterior facta sub ordinata forma. Apud Theologos duce Thoma 3. p. q. 66. art. 11. Baptismus est triplex, seu potiùs sumitur tripliciter, 1. pro *Baptismo sanguinis*, de quo Christus Dominus Luc. 12. *Baptismo habeo baptizari*, & est idem atque martyrium, de quo iam diximus num. 1464. Martyrium enim (vt docet Suar. disp. 22. sect. 1.) per quandam analogiam vocatur Baptismus sanguinis: quia sicut verus Baptismus tangendo corpus ex opere operato lauat animam ab omni culpa, & pæna, sic martyrium id præstat ex speciali priuilegio, ita vt aliquando defectum Baptismi suppleat. *Baptismus. Bapto. Baptisteriũ. Sanguinis. Baptismus.*

2. Pro *Baptismo flaminis*, hoc est Spiritus Sancti, qui flamen appellatur: & est idem, atque Baptis- *Flaminis. Baptismus*

Baptismus charitatis, & pœnitentiæ, quando quis per actum charitatis, seu contritionis, cum proposito suscipiendi Baptismum sufficienter disponitur, vt recipiat gratiam habitualem, quæ est aqua cælestis abluens animi sordes. Hic per metaphoram Baptismus est, quia nec imprimit characterem, nec confert aliquem effectum ex opere operato, sed solum ex dispositione operantis cum diuino auxilio gratiam sanctificantem, & remissionem peccati.

Baptismus fluminis. 1546 3. Et proprijssimè pro *Baptismo fluminis*, quod est primum sacramentum, & ianua, qua Ecclesiam quis intrat, dum elementari aqua abluitur, pronunciante ministro: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*. In hac acceptione multipliciter nominatur à S. Scriptura, & Patribus, vt videre est apud Bellarm. lib. 3. de sacram. cap. 1. Dicitur enim Circuncisio Christi, non manu facta ad Gloss. 2. Dicitur *sepultura* ad Roman. 6. quia per Baptismum spiritualiter consepelimur Christo, vt resurgamus ad vitam gratiæ. Dicitur *Lauacrum regenerationis* Ioan. 3. Dicitur *Illuminatio*. Nam illud ad Hebræos 6. *Impossibile est eos, qui semel illuminati* sunt: explicatur de Baptismo. Dicitur Donum: quia in eo maxima fit peccatorum, eisque pœnæ debitæ condonatio. Dicitur *Vnctio*: quia per illum Spiritus Sancti gratia inungimur in regnum sacerdotale Christi. Dicitur *Indumentum*: quia per ipsum tegitur nuditas, quam peccatum originale induxerat. Denique antonomasticè *signaculum* appellatur: quia per Baptismum omnes Christiones primum eius signum accipiunt, quo ab alienis discernantur.

Lauacrum. Illuminatio. Vnctio. Signaculũ.

Baptismus definitur. 1547 Quod attinet ad definitionem, si Baptismus accipiatur metaphysicè, sic definitur a Catechismo Romano p. 2. c. 2. *Est Sacramentum regenerationis per aquam in verbo vitæ*. Loco generis ponitur sacramentum. Reliqua ponuntur loco differentiæ: præsertim particula (*regenerationis*) per hanc enim sufficienter distinguitur Baptismus à reliquis sacramentis, quæ licèt suo modo viuificent, & Pænitentia spiritualiter mortuos resuscitet: ac solus Baptismus dicitur *regenerare*: quia solus confert vitam spiritualem omninò primam: est autem *regeneratio*, quasi secunda generatio, quæ post primam naturalem collatam à parentibus supernaturaliter confertur à Christo. In illis verbis (*Per aquam in verbo vitæ*) continetur alia definitio physica, tradita per partes physicas, nempè per aquam elementarem, quæ est materia remota, & per verbum vitæ, scilicet inuocationem S. Trinitatis, quæ est illius forma.

Regenerare. Regeneratio.

At magis perspicuè traditur definitio physica à Magistro in 4. dist. 3. in hunc modum: *Baptismus est ablutio corporis exterior facta sub forma præscripta verborum*. Reddit hunc sensum per synedochen, vt notat Bellanus qu. 66. a. 1. num. 4. Baptismus est sacramentum constans ablutione corporis exteriore facta sub præscripta forma verborum: subintellige, cum legitima intentione. Vbi licèt fiat solum expressa mentio materiæ, & formæ partialis, scilicet ablutionis, & prolationis verborum, quibus solis constat Baptismus tanquam toto integro materiali, & subiecto, cui inest sacramentalis significatio, hæc tamen inesse intelligitur, & sensus redditur, Baptismus est ablutio corporis, & præscriptæ formæ prolatio, quæ regenerationem spiritualem significant.

Materia remota, & proxima. 1548 In omni sacramento, quod in vsu, & fieri consistit, duplex est materia, altera remota, vt peccata in sacramento Pænitentiæ oleũ in sacramento extremæ vnctionis, & altera proxima, vt confessio peccatorum in sacramento pænitentiæ, & Vnctio in sacramento extremæ vnctionis. Sic in Baptismo, *Materia remota*, omnino necessaria ad valorem, est aqua naturalis, seu elementaris, vt definit Trident. sess. 7. can. 2. contra Lutherum, qui in colloquijs sympos(i)uis cap. 17. asserit materiam sufficientem, & aptam Baptismi esse vinum, lac, & quidquid Balneo deseruire potest.

Materia proxima est ablutio, quæ fit mediante aqua: nam verba ministri, quæ sunt forma, accedunt immediatè ablutioni, & de ipsa verificantur. *Ablutio* autem (vt notat Hurtado disp. 1. de Baptism. dist. 3.) consistit essentialiter in motu locali, siue quo aqua mouetur circa corpus, ipsum tangendo: siue quo ipsum corpus mouetur, circa aquam ipsam tangendo: atque ideo nihil aliud est, quam motio localis, vel aquæ immediatè circa corpus, vel corporis immediatè circa aquam. Cum enim vteruis ille motus sufficiat ad abstergendas sordes, vteruis vera ablutio dici potest. Ablutio vnica quomodocunque facta, siue immersione, siue infusione, siue aspersione, sufficit: imò iuxta Suar. disp 20. sect 3 & Vasq. disp. 145. c. 3. quamuis detur submersio sine emersione: vt si puer à baptizante proijciatur in fluuium, vel puteum sine spe emergendi, & egrediendi.

Ablutio.

1549 Pro maiori explicatione ablutionis, hæc à Suar citata disp 20. sect. 2. collecta damus. Materia proxima baptismi est ablutio, quæ proinde fieri debet per contactum physicum aquæ ad corpus baptizati, cum successiua effusione partium aquæ per partes corporis. Nam sacramentum hoc in vsu consistit, & aqua ad vsum ablutionis reduci debet: proindeque materia idonea non est aqua in eo statu, in quo ablutioni non inseruit, v. g. facta glacies, aut nix. Non sufficit, vt quælibet pars corporis in quantulacunque aqua tingatur: sed ea corporis pars, & aquæ quantitas requiritur, vt homo simpliciter ablui dicatur.

Ablutio in capite, vel pectore, vel humeris, vel scapulis est indubitata materia. Si infans bap-

baptizetur in pede ob periculum mortis, iterum sub conditione baptizandus est. Quamuis paruulo agenti animam acceleretur mors ablutione minima, tamen sufficienti, & necessaria ad baptismum (quod verè eueniet) non incurritur irregularitas. Hæc ex Suario, cui dissentiunt Hurtado disp. 1. diff. 6. & Vasq. disp. 145. cap. 4. neganti in quantulacunque quantitate aquæ fieri sufficientem ablutionem. Dicunt enim sufficere quamcunque quantitatem aquæ etiam minimam, vt dicatur homo simpliciter ablutus. Cum illa possit supra corpus immediatè moueri, & illud tingere.

Forma Baptismi. 1550 Quod attinet ad formam Baptismi Suarius disp. tota 21. fusè tradit, quæ breuiter subsequuntur. Hæc forma: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, est sufficiens ad validum Baptismum. Definitur à Florent. in decreto Eugenij. Est necessaria simpliciter, quoad significationem, seu substantialem sensum: secus quoad verba materialia. De fide enim est sufficere formam, qua vtuntur Græci, *Baptizetur N. seruus Christi, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Est de fide, de necessitate formæ esse, vt exprimatur actus baptizandi. Nam Alex. 3. in cap. 1. de Baptismo sic habet: *Si quis puerum in aqua immerserit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & non dixerit: Ego te baptizo, non est puer Baptizatus.* Sufficienter exprimetur per verba, *Abluo, Lauo, Intingo*, & similia æquipollentia verbo *(Baptizo)* & quamuis ponatur in secunda, & tertia persona, vt *baptizeris*, vel *baptizetur*, dummodò significetur actus baptizandi in actu exercitus.

De essentia formæ non est, quod ponatur persona ministri, siue explicitè, siue implicitè. Nam in forma Græcorum dicitur: *Baptizetur seruus Christi*, quin dicatur à quo. Necessarium tamen omnino est, quod exprimatur, vel indicetur persona baptizapti. De necessitate formæ huiusmodi est, vt in ea exprimantur, & distinctè nominentur tres personæ Trinitatis. Constat ex illo Matth. vlt. *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*. Vnde sequitur non esse validum Baptismum præstitum in nomine solius Dei, vel solius Christi, vel alicuius, aut aliquarum Personarum non expressis omnibus. De essentia etiam huius formæ est, vt significetur vnitas naturæ diuinæ. Hoc enim fit per particulam *(in nomine)* vnde non valebit, si dicatur *in nominibus*: secus si repetito ter nomine, vt *In nomine Patris, in nomine Filij, & in nomine Spiritus Sancti*.

Baptismus Christi. Non careret forma dubitatione aliqua, si loco nominis diceretur: *In virtute*, vel *in maiestate*, vel *in Deitate Patris, Filij, & Spiritus Sancti.* Quamuis communis sententia sit Apostolos baptizasse in solo nomine Christi, ex speciali dispensatione: tamen probabilius est semper fuisse vsos forma consueta. Quia illud Act. 19. *Baptizati sunt in nomine Domini Iesu*, solum indicat baptizatos fuisse Baptismo instituto per Dominum Iesum.

1551 Cum ad valorem formæ (prosequimur doctrinam Suarij disp. citata sect. 4.) omnino requiratur expressio trium Personarum, nec erit sufficiens hæc: *Baptizo te in nomine Trinitatis*: nec hæc *Baptizo te in nomine trini, & vnius*: nec hæc *in nomine primæ, secundæ, & tertiæ Personæ*; nec hæc *In nomine Omnipotentis, Sapientis, & Doni.* Maius est dubium de hac: *Ego te Baptizo in nomine Genitoris, Geniti, & spirati, seu procedentis ab vtroque.* Cum verò sit speculatiuè probabilis: in praxi esse possit falsa: casu quo applicetur, Baptismus iterari debet sub conditione. Vide in hanc rem plura apud AEgid. Bellanum q. 66. a. 6. dub. vnic. & Hurtadum disp. 1. de Bapt. diff. 7.

Denique docet Sanctus Thomas 3. p. q. 66. a. 1. §. Respondeo, in Baptismo esse tria, nempe sacramentum tantum, aliquid, quod est res, & sacramentum simul, & aliud, quod est res tantum. *Sacramentum tantum*, est aliquid visibile exterius existens, quod significat interiorem effectum, scilicet ablutio: *Res, & sacramentum simul*, est character baptismalis, vtpote res significata per exteriorem ablutionem, & signum sacramentale interioris iustificationis. *Res tantum* est ipsa iustificatio, vtpotè significata, & non significans.

SECTIO II.

De alijs spectantibus ad Baptismum.

1552 DE fide est (vt docet Suar. disp. 30. sect. 1.) conuenientissimum fuisse, vt Baptismus solemni aliquo ritu in Ecclesia traderetur, accedente etiam ratione. 1. vt homo, qui per Baptismum à dæmone liberatus, & ad Deum traductus est, instrueretur, & disponeretur. 2. vt rebus, & verbis sacra mysteria significantibus excitaretur. 3. vt coerceatur potestas Dæmonum. v. g. per exorcismum. 4. vt adhibeatur decentia, & ornatus tanto sacramento debitus. Quæ fuerint olim, & modò sint in Baptismo cæremoniæ, exactè tradunt Suarius cit. sect. 2. Bellanus q. 71. a. 2. dub. vnic. & Hurtad. disp. 5. diff. 2. Nos eas tantum, quæ indigent elucidatione perstringemus. *Ritus in Baptismo.*

Scrutinium de quo meminit Leo Epist. 4. cap. 6. fuit examen, quo explorabantur animi petentium Baptismum: quod varijs modis, & cæremonijs fiebat. *Scrutari* enim est inquirere, inuestigare, explorare. *Abrenunciatio satanæ*, si baptizetur adultus, præstatur per ipsum, si infans per susceptorem, vel sponsorem. Eius forma traditur à Clemente Romano lib. 7. constit. cap. 42. *Exorcismus* datur, vt abigantur dæmo- *Scrutinium. Scrutari. Abrenunciatio satanæ. Exorcismus.*

dæmones, ne impediant legitimam Baptismi receptionem. *Exsufflatio* annexa est exorcismo, vt tenet Cælestinus Papa Epist. ad Episcopos Galliæ cap. 12. Exsufflat autem sacerdos, vt denotet dæmonem à baptizando expelli, & loco eius afflari spiritum bonum.

Exsufflatio.

Gustatio salis.

1553 *Gustatio salis* constat ex Concil. Carth. 3. can. 5. & datur, cum sal benedictum infunditur ori eius, qui baptizandus est, vt denotetur gustu cælestis sapientiæ, quæ in Baptismo infunditur, præseruandum esse hominem à fætore, & corruptione peccatorum. Item saliua, idest sputo sacerdotis (vt notat D. Ambr. lib. 1. de sacram. cap. 1.) tanguntur nares, & aures baptizandi, & dicitur ei vox Hebræa, *Ephpeta*, seu *effeta*, quod est aperire, vt significetur peti ab Ecclesia, vt Deus præparet olfactum percipiendo suauissimo odori veritatis, & auditum recipiendæ fidei.

Ephpeta. Effeta. Saliua.

Huius cæremoniæ luculenta explicatio habetur. *Cap. postea tanguntur dist. 4. de consecr. per hæc verba: Tanguntur ei nares, & aures cum saliua, & dicitur ei verbum illud Euangelicum, quod Iesus quando surdum, & mutum sanauit, tangens eum sputo linguam eius, & mittens digitos in auriculas eius dixit: (Effeta) quod est adaperire. Hoc enim sacramentum hic agitur, vt per saliuam typicam sacerdotis, & tactum sapientia, & virtus diuina salutem eiusdem cathecumeni operetur, vt aperiantur ei nares ad accipiendum odorem notitiæ Dei, vt aperiantur illi aures ad audiendum mandata Dei.*

Circũcisio. Circũcidere

1554 *Circuncisio* apud Latinos est idem, atque circum incisio. *Circuncidere* enim est per circulum incidere, seu amputare. Fuit olim ante legem gratiæ pro Baptismo, & remedio ad delendum peccatum originale: habuit exordium in Abrahàm, mansit tamen in lege, & inter legis veteris cæremonias numeratur. Fuit verum sacramentum, primariò institutum ad segregandum populum Dei ab alijs populis: secundariò ad tollendum peccatum originale paruulorum: & sic fuit primò, ac per se præfiguratiuum gratiæ futuræ, consequenter verò demonstratiuum præsentis. Non contulisse gratiam ex opere operato, docent S. Tho. quæst. 62. art. 6. quæst. 70. art. 4. ex Bellarm. de sacram. lib. 2. cap. 13. Verba enim Genes. 17. *Masculus, cuius præputij caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit*: ad literam (vt notat Hurtad. disp. 1. diff. 9.) intelliguntur de morte corporali infligenda adulto violanti præceptum circumcisionis. Nam ibi (*Pactum*) idem valet, atque præceptum. Igitur per circuncisionem conferebatur paruulis gratia iustificans, non tanquam per opus operatum, & ex sola institutione Dei, eo modo, quo hodie per Baptismum confertur, sed tanquam per opus bonum, & meritum congruum ministri operantis.

Pactum pro præcepto.

Præputium.

1555 *Præputium* est pellis, quæ glandem, hoc est summam colis partem tegit. Dictum, quod membris pudendis præemineat, vel à præputando. Illam enim Iudæi præputant. Vnde ab Horatio in ser. Iudæus circuncisus vocatur *Apella*, quasi sine pelle: *Credat Iudæus Apella*. Dicitur etiam *Recutitus* à Martiali lib. 7. quasi curtatus, & cui à glande resecta est cutis. Cum verò gentiles incircuncisi forent, hoc eis impoperantes Iudæi per ludibrium vocabant præputium, quasi præputiatos: non eos simpliciter immundos, sed ipsam immunditiam vocantes. Hinc Iuuenalis satyr. 4. loquens de Iudæis.

Apella. Recutitus:

Nil præter nubes, & cæli numen adorant:
Nec distare putant humana carne suillam
Qua pater abstinuit, mox & præputia ponüt.

Denique vt circumcisionis natura, & vis perspicuè intelligatur, per eam conferebatur gratia iustificans paruulis, quatenus offerebantur Deo à ministro ex fide Dei iustificatoris: & conferebatur infallibiliter ex promissione Dei non quidem facta peculiariter circũcisioni, quia de ea non constat, sed ex generali, qua generaliter oblationi pro paruulis factæ tanquam merito de congruo promissa erat remissio originalis ipsorum, ne carerent certo remedio, ac proinde quocunque alio signo, quo ex fide paruulus offerretur Deo, iustificaretur. Imò sola interiori oblatione, absque signo exteriori.

Circumcisionis effectus.

Igitur circuncisio non solum non erat iustificans ex opere operato, sed neque necessaria æquè erat, atque opus, seu meritum operantis: quia sine circuncisione fieri poterat iustificatio per aliam exteriorem oblationem, imò, & per solam interiorem. Vide hæc, & plura apud Vasq. disp. 162. & 163. Suar. qu. 70. a. 3. & Hurtad. disp. 3. diff. 9.

1556 *Rebaptizans* est idem, atque iterum baptizans, seu qui baptizatum baptizat. Est autem grauissimum peccatum, tum ex parte dantis, tum ex parte voluntariè recipientis, iterare Baptismum etiam sub conditione, quando de priori Baptismo constat. Nam hoc est contra substantiam huius sacramenti, vt pote, quod fieri tentetur in subiecto incapaci. Rebaptizans incurrit irregularitatem ipso facto. Habetur in Concil. Later. sub Alex. 3. p. 26. c. 1. vbi dicitur irregularis acolytus cooperans presbytero rebaptizanti. Sumitur enim efficax argumentum ex accessorio cooperante in eadem actione, ad principale. Qui exteriùs rebaptizat sine intentione conficiendi sacramentum, incurret irregularitatem in foro externo, non vero coram Deo.

Rebaptizans.

Huiusmodi irregularitatem non incurret rebaptizans sub conditione, vel mente retenta, vel verbis expressa, nec rebaptizans absolutè ex ignorantia facti inculpabili mortaliter, quamuis sit culpabilis venialiter. Quod attinet ad rebaptizatum, constat eum fieri irregularem, dummodo scienter, & voluntariè rebapti-

baptizetur. Si enim ignoranter, siue in infantia, siue in adulta ætate, non fit irregularis, etiam si postea sciat, & ratum habeat. Sicut, qui casu, & omnino sine culpa occideret, hominem, non fieret irregularis, etiam si postea viso effectu gauderet. Qui rebaptizatur per vim, & metum manet irregularis, si habuit intentionem rebaptizationis: secùs si ea caruit.

SECTIO III.

De Sacramento Confirmationis.

Confirmatio. *Confirmare.*

1557 Confirmatio deriuatur à verbo *Confirmare*, quod apud Latinos est firmum facere, teste Cicerone pro lege Manil. & apud Legistas est cum alijs firmare. *L. testium ff. de testib.* interdum dare. *L. lege obuenire ff. de verb. sign.* interdum conseruare iuxta Bart. extra de *treuga cap. 1.* Apud Canonistas publicè denunciare per Innoc. *Cap. 1. de treuga, & pace* item approbare, obseruare, iuxta Hostiens. *Cap. 2. de offic. de leg. Confirmator*, id est fideiussor. *L. illud ff. de euict.*

Confirmatio igitur idem valet, atque approbatio, seu corroboratio, & in hac significatione dicitur confirmatio legis, iuris priuilegij, electionis. *Confirmatum fuerit*, id est confirmari peritum. *L. quamuis ff. de excusat. tut.* An confirmetur, quod ab initio inutile est, notatur. *L. 2. ff. quod iussu, & l. quæ ab initio ff. de regul. iur.* Verum hactenùs dicta spectant ad confirmationem humanam, de qua iam alibi sæpè diximus.

Confirmatio diuina. *Chrismatis sacramentum.* *Cõsignatio.* *Signaculũ Dominicũ.* *Impositio manuum.*

1558 Est *Confirmatio diuina*, idest diuina lege, & Dei instituto inducta, quæ sacramentum nouæ legis est iuxta S. Thomam 3. p. qu. 72. a. 1. & varijs nominibus insignitur per sanctos Patres, & Doctores. Nam à materia remota vocatur *Chrismatis sacramentum*, teste Cypriano epist. 12. Deinde à forma dicitur *sacramentum consignationis, & signaculum Dominicum, & signum Christi.* Nam forma huius sacramenti applicatur, quando fronti confirmandi imprimitur, & consignatur signum crucis Præterea appellatur *Manuum impositio*, teste August lib. 3. de Baptismo contra Donatistas cap. 16. & hoc nomen habet à cæremonia, qua Apostoli confirmabant fideles imponendo manus super illos act. 8. & 19. Denique communiter vocatur confirmatio, quia baptizatis, qui sunt quasi geniti infantes, confert augmentum gratiæ, cui annexa sunt auxilia, quibus eos roborat in fide, vt possint tentationes contra eandem fidem superare.

Cõfirmatio definitur.

Quid verò sit *Confirmatio* patebit ex duplici definitione, nempe metaphysica, & physica, quam tradit Hurtad. de ead. diff. 1. Metaphysicè sic definitur: *Confirmatio est sacramentum confirmatiuum in fide*. Loco generis ponitur *sacramentum*, vtpote indifferens ad omnia septem. Loco differentiæ ponitur *Confirmatiuum in fide*: per hoc enim confirmatio à reliquis sacramẽtis nouæ legis discriminatur. Physicè, sic: *Confirmatio est vnctio exterior chrismatis ab Episcopo consecrati in fronte, manu Episcopi in modum crucis facta sub præscripta forma verborum*. Nam ibi ponuntur partes physicæ, nempe materia, & forma confirmationis.

1559 Elucidemus singula, & exploremus essentiam illius. Quòd *Confirmatio* sit verum, ac perfectum sacramentum nouæ legis à reliquis distinctum, de fide est, definitum à Tridentino sess. 7. & sess. 23. cap. 4. Sumitur ex act 8. vbi Samaritæ ab Apostolis fuerunt confirmati. *Miserunt* (inquit) *ad eos Petrum, & Ioannem, qui cum venissent orauerunt pro ipsis, vt acciperent Spiritum Sanctum: nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu: tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum Sanctum*. Ex quibus non solum apparet hoc sacramentum, sed etiam eius finis, nempe roboratio in fide, facta per Spiritum Sanctum: deinde patet modus, quo administratur, nempè per manuum impositionem.

Ad hoc sacramentum probandum sumitur congruentia. 1. quia sicut in naturalibus diuersa est nostra generatio ab accretione, qua perfectionem naturæ comparamus: ita in spiritualibus diuerso sacramento, scilicet Baptismo generamur, & accipimus vitam spiritualem, & alio nempè confirmatione acquirimus spiritualem perfectionem. 2. quia sicut Imperator non solum eligit, & signat militem, sed etiam armis competentibus instruit, ita Christus per Baptismum nos eligit, & describit militia sue: & per confirmationem dat nobis vires, arma, & adiumenta militiæ: impenditur enim confirmatio ad roborandam fidem.

1560 *Materia remota* huius sacramenti est chrisma confectum ex oleo, & balsamo. Habetur ex Florent. in decreto Eugenij 4. pet hæc verba: *Secundum sacramentum est confirmatio, cuius materia est chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiæ, & balsamo, quod odorem significat bonæ famæ per Episcopum benedicto*. Ex quibus rectè docet Suar. disp. 33. sect. 1. mixtionem balsami esse de essentia huius sacramenti, ita ut vnctio in fronte, oleo tantum facta sine mixtione balsami, non solum illicita sit, sed insufficiens, vt sacramentum valeat. Oleum ex oliua esse debet. Balsamum non solum Syriacum, sed etiam Indicum esse potest, etiam in parua quantitate mixtum. *Chrisma quid.* *Oleum confirmationis*

Quòd chrisma sit recens eiusdem anni, non est de necessitate sacramenti, sed tantum de necessitate præcepti. Addit Suar. ead. disp. sect. 2. ad essentiam huius materiæ spectare, quòd chrisma sit ab Episcopo consecratum; & conficere chrisma ita iure diuino esse Episcoporum peculiare, vt nec S. Pontifex munus illud dele-

delegare possit alicui simplici sacerdoti. Validè consecrabitur ab Episcopo hæretico, schismatico, & excommunicato, ita ut sufficiens materia sit.

Vnctio chrismatis. 1561 Constat materiam proximam confirmationis esse vnctionem, sicut Baptismi est ablutio. Qualis & quanta esse debeat, à Suario citato sect. 3. Statuitur. 1. de necessitate huius materiæ est, vt hæc vnctio fiat in signo, seu figura crucis. Nam actio huiusmodi est consentanea veritati formæ habentis. *Consigno te signo Crucis*, & congruit officio militis, qui cruce armatur. Statuitur 2. ea quantitas chrismatis sufficit, quæ necessaria est ad signum Crucis imprimendum: necessariò autem in fronte confirmati imprimi debet. non solum necessitate præcepti, sed sacramenti. Quod attinet ad unctionem ex parte Episcopi, certum est dari præceptum, quod fiat pollice dextræ chrismate inuncto. Deinde probabile est pertinere ad essentiam, quod fiat immediate à manu, seu digito Episcopi, sicut pertinet manus impositio. Quod fiat pollice manus dextræ non videtur essentiale, sed solum, quid præceptum ad decentiam. Præter huiusmodi vnctionem manu Episcopi factam, nulla alia manus impositio ad essentiam confirmationis requiritur.

Forma confirmationis. 1562 Quod attinet ad formam huius sacramenti constat de fide, vt definitum in Florentino tradit Suar. disp. 33. sect. 5. hanc formam: *Signo te signo Crucis, & confirmo te chrismate salutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, his verbis prolatam sufficere ad sacramentum confirmationis conficiendum. Eadem certitudine tenendum est nullam aliam formam sufficere, nisi huic æquiualeat, saltem in sensu, & significatu substantiali. Expendamus singulas particulas.

Certum est verba illa (*signo, & confirmo*) quatenus significant actionem ministri, & pronomen (*te*) vt significat subiectum, circa, quod versatur actio, esse de essentia formæ: sicut in forma Baptismi: *Baptizo te*. Difficultas est, an vtrumque verbum simul sit de essentia? Respondetur affirmatiuè. Quia non sunt synonyma: quolibet enim dempto, aliqua significatio substantialis tollitur. Vnde requiritur etiam expressa mentio de signo crucis, nec sufficit dicere: *Confirmo te signo crucis, & chrismate salutis*, sed vtraque oratio proferri debet per verba, *signo, & confirmo*. Si detur mutatio in verba æquipollentia, peccabitur pro ratione mutationis: at valebit forma. Sicut in Baptismo, ita in confirmatione essentialis est expressa inuocatio Trinitatis. Quia confirmatio est quædam Baptismi perfectio.

Confirmationis effectus, subiectum, & minister. 1563 Vt quædam alia ad hoc sacramentum spectantia perstringamus, de fide est, per illud imprimi characterem, qui quidem essentialiter diuersus est à charactere baptismali. Cum ordinentur ad diuersa munia: per baptismalem enim consignatur quis, vt sit membrum Ecclesiæ, & capax sacramentorum: per alium, vt sit miles Christi, ad fidem publicè profitendam. Vnde ab hoc sacramento præter gratiam sanctificantem, confertur quædam specialis Spiritus Sancti protectio ad fidem viuam conseruandam, & constanter profitendam, quæ est gratia sacramentalis.

Quod attinet ad subiectum, omnis homo baptizatus, est capax confirmationis: non vero is, qui Baptismo caret. An expediat confirmare Infantes, amentes, & periclitantes, sine vlla dilatione? Respondet Suarius disput. 35. sect. 2. expedire, vt tam amentes non infantes, quàm omnes periclitantes etiam infantes statim confirmentur. Quia nulla ratio est, cur augmento, & perfectione gratiæ priuentur. Quoad infantes non periclitantes stabitur consuetudine, qua seclusa videtur per se loquendo, quòd magis expediat non confirmari infantes ante vsum rationis. Si Episcopus ex sola beneuolentia, absque scandalo infantem confirmet, non admodum peccabit: quia illa consuetudo non adeo vrgens est, vt præceptum inducat.

Minister Ordinarius necessarius huius sacramenti, est solus Episcopus, ita ut si sacerdos simplex propria authoritate illud tenter conficere, nihil efficiat. Quamuis Episcopus teneatur ex præcepto non confirmare alienas oues, tamen quia hæc iurisdictio non est de substantia sacramenti: non enim exercetur per modum iudicij, sed per modum cuiusdam consecrationis, ideo licet faciat contra ius confirmans alienum subditum, confirmatio valebit. Minister extraordinarius huius sacramenti esse potest simplex sacerdos, cui nempe Summus Pontifex potest comittere, vt ritè, & validè confirmationem ministret. Nam Christus instituit Episcopos ministros ordinarios, & cum potentia proxima, sacerdotes verò extraordinarios, & cum potentia remota, vt illi per se, & hi ex delegatione Pontificis confirmare valeant. Nulli inferiori Clerico, & à fortiori nulli laico potest hoc ministerium cōmitti, ac proinde nonnisi sacerdoti, eique non ab alio, quàm à Summo Pontifice. Quicunque Episcopus consecratus, etiam hæreticus, excommunicatus, & degradatus, potest validè confirmationem conferre. De cæremonijs vide Suar. disput. 37. *Tenere puerum* coram Episcopo ad confirmationem dicitur, qui super se illum sustinet, dum chrismatur 30. *quæst.* 1. *capitul. de his*. *Tenere puerum.*

ELV-

ELVCIDATIO III.

De Eucharistia, & sacrificio Missa.

1564 *CVm in nostris elucidationibus sectemur methodum Angelici Doctoris, elucidata Confirmatione, de qua ille disputat, quæst. 72. sequitur elucidanda Eucharistia, de qua, disserit quæst. 73. Aptè conuectimus in eadem elucidatione Eucharistiam, & Missam, cum inter vtranque tanta detur connexio, vt nec Missa sine consecratione Eucharistiæ consistere, nec Eucharistia extra Missam consecrari ritè possit.*

SECTIO I,

De nominibus Eucharistiæ.

Consummatio sacramentorum. COnsummatio, *ac perfectio* sacramentorum omnium appellatur Eucharistia à Sancto Dionysio c.3.de Eccles.Hierar.Quia non tantum est signum, & causa gratiæ hominibus conferendæ, sed in se complectitur ipsum fontem, & authorem gratiæ, latentem sub speciebus panis, & vini. Rectè igitur *de consec, d. 2. c. cum omne* in fine dicitur propter corporis, & sanguinis Christi existentiam excellentior omnibus oblationibus,& alijs sacramentis. Quarè tantum, ac tale sacramentum ob eximiam præstantiam,non vnico, sed multiplici nomine explicari debuit,& consueuit.

Eucharistia. *Eucharistia* nomen Græcum in tota Ecclesia vulgatissimum, & receptissimum est, & perinde sonat, atque bona gratia: nam hoc sacramentum est omnium gratiarum fons,qui animas debitè, & conuenienter dispositas vberrimè irrigat, ac fæcundat. Sonat item gratiarum actionem,quas certè ex animo Aeterno Parenti habemus, cum illi Filium eius vnigenitum sub speciebus panis, & vini latentem offerimus.

Synaxis. Communio. Collecta. societas. 1565 *Synaxis* Græcè vocatur, & Latinè redditur *Communio*, seu *Collecta societas*. Dicitur communio ethymologicè quasi *communis vnio*. Ita enim Henr. lib. 8. de Euchar. c.1.& Bellarm.lib.2.de sacram.c.3. à colligendo, & sociando hoc sacramentum appellatū docent, quia per illud, & inter nos tanquam membra vnius corporis mystici, & cum Christo Domino, velut cum nostro capite, & salutis authore copulamur. Hæc ex Apost.1.Corint. 10. *Panis quem frangimus, communicatio corporis Domini est; vnum corpus, & vnus panis sumus omnes*. Hinc venerabile hoc sacramentum nuncupatur à S.Thoma opusc. 57. c.15. *Mysterium vnitatis*, & *Vinculum pacis*. Item à Trid. sess. 13. c. 8. *Signum vnitatis. Vinculum charitatis. Symbolum concordiæ.* Hac ratione referunt Nicephorus lib. 4. cap.39. & Euseb. lib.5. Hist. c. 24. fuisse olim in more *Mysterio vnitatis. Vinculum pacis. Symbolum concordiæ.* apud Romanos Pontifices, vt Episcopis ex diuersis orbis partibus Romam venientibus sacrosanctam Eucharistiam mitterent in signū fæderis, & amicitiæ. S. Clemens lib. 5. constit. Apost. c.13. Eucharistiam appellat. *Antitypa mysteria pretiosi corporis, & sanguinis*: id est contraria antiquis typis legis Mosaicæ, quia typi isti significabant gratiam, quam non conferebant:Eucharistia verò significat simul, & confert. *Antitypa mysteria.*

1566 Dicitur *Viaticum* si comparetur ad futuram gloriam pro ijs, qui moriuntur: quia ad æternam vitam, seu gloriam tanquam ad terminum viam parat, ac munit. Hinc vt quouis diei, & noctis tempore possit facile ministrari ægrotis, custoditur in sacrario teste S. Aug. lib. de visitan. infirm.c.4. Imò appellatur *Via* in Missa S.Iacobi,iuxta illud Psal. 49. *Illic iter, quo ostendam illi salutare Dei*, vt interpretatur Turrian. tract. 2. de Euch. c. 10. Dicitur etiam *Viaticum*, non solum quia per modum viatici confertur infirmis ex hac vita discessuris, sed etiam quia cibus est nobis in hac vita,seu via quo ad vitam æternam nutrimur. *Viaticum. Via.*

Dicitur à S.Damasceno lib.4.c.14.*Metalepsis*, id est assumptio, quia in hoc sacramento assumimus Filij diuinitatem, iuxta Bellarm. lib. 2.de sacr. c.32. arg.7. ac proinde quidquid boni concupiscere, & desiderare possumus. Iuxta alios Metalepsis, idem valet atque participatio, quia per illud diuinitatem Christi, qua sumus postea fruituri, participamus. Iesu (inquit S. Dionys. de cælesti hierar.c.1.) *felicissimam societatem de sacrosancti mysterij communione conijciat.* *Metalepsis.*

1567 *Vita* olim dicebatur à Punicis, teste D.Augustin. lib. 1. peccator. c.24. iuxta illud Ioann. 6. *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum*. Hinc est, quòd à S. Ignatio Epistol. 14. vocetur *Antidotum mortis*, & *Pharmacum immortalitatis*. Nihil enim est, quod magis abigat mortem, & immortalitate concilict. *Mysterium fidei* dicitur in missa quando consecratur calix. Quia iuxta S. Thomam 3. p. q.73. a. 3. & Bellarm. lib.4. de Euchar.c.13. per antonomasiam mysterium est. Apud Concilium Coloniense & Tertullian. lib. de Corona militis nominatur *Conuiuium Dominicum*: siquidem à Domino seruatore nostro in pane, & vino per modum cibi,& conuiuij institutum est. *Vita. Antidotum mortis. Mysterium fidei. Conuiuium. Dominium.*

Hinc celeberrimus ille, sapidissimus cibus olim *Manna*, in quo continebatur omnis sapor, & suauitas, aptè figurauit hoc sacramentum: at inter vtrunque magna fuit disparitas, quàm luculenter ostendit S. Ambros. tom. 4. lib. de ijs, qui mysterijs initiantur cap. 9. *Illud* (inquit) *de cælo, hoc supra cælum; illud cæli, hoc domini cælorum.* *Manna.*

Denique à S. Thoma in quodam hymno nuncupatur *Memoriale mortis Domini*, & in alio *Memoriale mortis.*

alio *Hostia salutaris*: Videtur desumi ex Apostolo 1. ad Corint. 11. *Quotiescunque manducabitis panem hunc, mortem Domini annunciabitis*. Et quidem hoc sacramentum quatenus consideratur prout in memoriam reuocat Christi Domini passionem, & mortem, vocari solet *sacrificium*, non quidem cruentum, sed incruentum: quod tamen in memoriam cruenti Deo Patri offertur.

Hostia salutaris.

SECTIO II.

De essentia sacramenti Eucharistiæ.

Eucharistia quid sit.

1568 QVid sit sacramentum Eucharistiæ, exponit Sotus in 4. dist. 8. q. vnica, sic definiens: *Est sacramentum corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, quo vita spiritualis nutritur*. Vbi sacramentum ponitur loco generis, reliquæ particulæ loco differentiæ. Hæc definitio diuersimodè explicabitur iuxta diuersas authorum sententias de essentia Eucharistiæ: quarum duæ præcipuæ sunt, altera Bellarmini lib. 4. de Euchar. c. 6. Suar. disp. 52. sect. 3. & Vasquij disp. 167. cap. 5. asserentium sacramentum Eucharistiæ essentialiter constare ex speciebus sacramentalibus, & ex corpore, ac sanguine Christi Domini. Nam sacerdotes à Theologis dicuntur conficere sacramentum Eucharistiæ: atqui neque efficiunt species, neque corpus, & sanguinem Christi, sed quod corpus, & sanguis Christi sub speciebus modo supernaturali existat: ergo constat ex speciebus simul, & corpore, ac sanguine sub illis.

Accedit, quod Eucharistia appellatur à Tridentino sess. 13. cap. 2. panis vitæ, & cibus animæ: species autem id non habent ratione sui, sed quia intra se continent corpus Christi: igitur Eucharistia constat ex vtrisque. Altera sententia est Scoti in 4. dist. 8. q. vnic. art. 1. Richardi art. 1. q. 1. & Gasparis Hurtadi disp. 1. de Euchar. diff. 3. asserentium in solis speciebus sacramentalibus sitam esse totam essentiam huius sacramenti, ita vt corpus, & sanguis Christi solum extrinsecè requirantur tāquam quid connotatum. Sumitur ex Trid. sess. 13. in qua passim species sacramentales vocat sacramentum. Deinde suadetur ratione, quia sacramentum esse debet signum sensibile inuisibilis gratiæ: hoc autem solis speciebus competit: Corpus enim Christi sub illis latens, nec videri, nec sentiri potest, vtpotè constitutum per modum supernaturalem.

1569 Obseruat Hurtadus citatus ex Innocentio 3. *in cap. cum Marthæ, de celebrat. Missar.* in sacrosancta Eucharistia reperiri tria, nempe sacramentum tantum, rem sacramenti tantum, & id quod est simul sacramentum, & res sacramenti. *Sacramentum tantum* sunt species sacramentales, quia ipsæ non significantur per aliud, & tamen significant non solum corpus, & sanguinem Christi, sed etiam gratiam sacramentalem, & ideo vocantur sacramentum geminæ rei. *Res sacramenti tantum*, est gratia collata ijs, qui Eucharistiam dignè suscipiunt: nam huiusmodi res ita significatur, vt non significet. *Sacramentum simul, & res sacramenti* lato modo est corpus, & sanguis Christi: quia significant gratiam, quæ per Eucharistiam confertur, & significantur per species sacramentales. Dicuntur autem sacramentum lato modo, quia etsi significent, tamen non sunt signa sensibilia, quatenus existunt modo supernaturali, extra omnem sensus sphæram.

Res sacramenti in Eucharistia.

Vt meliùs intelligatur essentia Eucharistiæ, & quomodo à reliquis sacramentis in vsu consistentibus differat, ex doctrina Suarij disp. 42. sect. 4. Dico 1. sumptio, seu vsus, nec est sacramentum Eucharistiæ, nec pars illius. Patet, quia per consecrationem conficitur sacramentum Eucharistiæ: consecratio autem perfecta est ante vsum, & ab hoc independens. Dico 2. vsus, seu sumptio Eucharistiæ non est per se sacramentum ab alijs distinctum. Patet, quia nec habet formam, nec designatum ministrum, nec effectum diuersum ab effectu Eucharistiæ. Dico 3. sumptio Eucharistiæ solum est applicatio sacramenti, & conditio, vt illud operetur. Patet, quia sumptio illa supponit iam sacramentum perfectè existens: sicut igitur ignis sine applicatione cremare nequit, ita Eucharistia sine sumptione, quà applicatur, effectum non præstabit.

Eucharistiæ vsus, & applicatio.

Hinc Trident. sess. 13. cap. 3. tractans differentiam inter Eucharistiam, & reliqua sacramenta, inquit, *hoc sacramentum perfici ante vsum reliqua verò tunc accipere vim sanctificandi, cum illis vtimur*. Nam in alijs sacramentis vsus, seu applicatio spectant ad intrinsecam eorum rationem: non enim intelligitur Baptismus sine ablutione, qua applicatur, nec intelligitur confirmatio sine applicatione chrismatis, & sic de cæteris; at Eucharistia ante vllam sumptionem perfectè, & completè existit, proindeque est sacramentum permanens.

1570 Quod attinet ad partes requisitas ad essentiam Eucharistiæ, de fide est, teste Suar. disp. 43. sect. 1. materiam simpliciter necessariam ad conficiendum corpus Christi, esse panem, ad sanguinem esse vinum. Constat ex Matth. 26. vbi Christus panem, & Calicem consecrauit. Quod verò in calice fuerit vinum, sumitur ex verbis; *Non bibam amodo ex hoc genimine vitis*. Quamuis sit de necessitate præcepti, vt vna pars materiæ sine altera parte non consecretur, at de necessitate, & valore sacramenti id non est. *Cap. comperimus de consecr. d. 2.* vbi dicitur non posse sine grandi sacrilegio mysterium diuidi.

Eucharistiæ materia.

Panis triticeus ita est materia sufficiens, & necessaria, ex qua conficiatur corpus Christi,

vt in nullo alio consecratio perficiatur. Est resolutio iuxta Suar. disp.44. sect.1. adeo certa, ut sine temeritate, & erroris periculo negari non possit. Nam in Florentino ex decreto Eugenij habetur materiam huius sacramenti esse *Panem triticeum, & vinum de vite*. Infertur.1. non esse sufficientem materiam panem confectum ex hordeo, vel milio, vel panico, vel oriza, vel maizio, & his similibus, quæ triticum non sunt. Infertur 2. omnem panem confectum ex grano, quod constat esse triticum, esse sufficientem, quamuis aliter nominetur, vt *Siligo*, vulgò *trigo candeal*: & *alica*, seu *alicastrum*, vulgò *trigo tremez*. Infertur. 3. esse materiam dubiam triticum dubium, quale est *Zea*, seu *Spelta*, *Far*, seu scandia, *Typha*, seu *secale*. Infertur 4. esse materiam sufficientem panem confectum ex granis triticeis diuersæ speciei, vel quando miscentur alia grana nō triticea, si triticū notabiliter excedat, secus si tritici sit minor, aut equalis pars. Quia tūc non denominabitur panis triticeus simpliciter.

Triticeus panis.

Siligo. Alicastrū. Zea. Spelta. Typha. Secale. Panis vsualis.

1571 Constat de necessitate huius materiæ esse (vt docet Suar. disp.44. sect. 2.) quòd panis sit vsualis ex farina triticea, & aqua naturali confectus. Hoc enim modo fieri solet communis panis, vt fit comes aliorum ciborium. Vnde non erit materia sufficiens panis confectus ex farina triticea, lacte, oleo, aut simili liquore, nec farina subacta cum aqua rosacea, vel simili, quando tota vel maior pars talis aquæ esset, secùs si parua quantitas naturali aquæ admisceretur, tunc enim quamuis foret illicita admixtio, non esset cōtra substantiam. Admixtio butyri, piperis, casei, aut alterius rei similis in minima quantitate est contra puritatem, in maiori, aut notabili, contra substantiam sacramenti.

Requiritur omninò, vt dictus panis sit calore ignis incoctus. Quia massa cruda, nec panis, nec hominum cibus est. Requiritur insuper, vt panis sit solo igne astus, seu coctus, ita vt non sufficiat si sit oleo, vel butyro frixus, aut aqua elixus per modum pultis. Quia sic panis vsualis non est. Verisimile est panem ex amylo confectum esse materiam insufficientem, tertum autem, esse dubiam. Tam panis azymus, quàm fermentatus sufficit ad substātiam Eucharistiæ, ut de fide constat ex Decreto Eugenij in Florent. & Triden. sess. 13. Græci tenentur consecrare in fermentato, Latini in azymo. Quod procedit etiam de monasterijs, & Ecclesijs Grecorum inter Latinos, & de Ecclesijs, ac monasterijs Latinorū inter Græcos. *Buccellatum* est panis azymus, ut habetur *l. 2. C. de exact. & translat. milit. annon. lib. 12.*

Buccellatū.

1572 Quod attinet ad necessariam materiam, ex qua conficitur sanguis Christi, eam esse vinum vitis, seu ex vuis expressum, certa omninò, & indubitata sententie est, quæ constat ex facto Christi; *Non bibam amodo, ex hoc genimine vitis*. Matth.26. ex traditione Ecclesiæ, & Concilijs Aureliano 4. c.4. & Florentino. Tria postulantur, ut succus vuarum sufficiat, nempe vt sit maturus, ex vuis expressus, & in sua substantia permanens. Vnde infertur 1. nec *acrestam* Græcè *Omphacium*, vulgò agraço, nec succum vuarum priusquam exprimatur, esse materiam sufficientem. Infertur 2. mustum ex vuis maturis expressum esse sufficientem, non verò conuenientem materiam. Infertur 3. *loram*, vulgò *aguapè* esse materiam dubiam, de qua iudicabitur iuxta maiorem, uel minorem quantitatem aquæ, & musti. Infertur 4. neque *acetum*, vulgò *vinagre*, neque *sapam*, vulgò *arrobe* esse materiam sufficientem.

Vinum in Eucharistia

Acresta. Omphaciū. Lora. Acetum. Sapa.

Hæc ex Suario disp. 45. sect. 1. vbi addit quamuis ferè certum sit, uinum consecratum, si congeletur, retinere consecrationem, & non consecratum congelatum, postquam liquefactum fuerit, posse consecrari, tamen probabile esse, uinum, quandiu congelatum est, non posse consecrari, & si probabilius censeatur oppositum. De necessitate præcepti Ecclesiastici, Apostolici est, quòd aqua naturalis, seu elementaris misceatur uino consecrando, ut ex traditione Ecclesiæ, & Florentino probat Suar. citatus sect. 2. at non est de necessitate sacramenti, ut scilicet ualidè conficiatur. *Communio spiritualis* (ut exponit P. Ludou. Ponte p.1. medit. 54.) est exercitium actuum internorum, quibus non sumpta Eucharistia sacramentaliter, eius fructus participatur per ipsius Eucharistiæ uotum. P. Alphonsus Roter. p.2. tract 8. c.15. ex Trid. sess. 13. c.8. sic definit: Est uotum, seu desiderium sumendi Eucharistiam sacramentaliter, quod prouenit à fide charitate formata.

Communio spiritualis.

SECTIO III,

De alijs spectantibus ad Eucharistiam.

1573 VT rectè intelligatur, quid sit *consecratio panis, & vini* in Eucharistia, hoc uerbum *consecrare* apud Theologos, & etiam apud Latinos teste Cicerone 2. Tuscul. est idem quòd *sacrare*, id est Deo dicare, sacrum facere. Apud Canonistas est simul sacrare, seu cum alijs sacrare. *Cap. pudenda 24. q. 1.* ubi sic; *Is qui cum vniuersali detrectat consecrari Ecclesia, consecratus dici, vel esse nulla ratione poterit. Consecrare enim est simul sacrare, sed ab Ecclesiæ visceribus diuisus, & ab Apostolicis sedibus separatus execrat ipse potiùs, & non consecrat. Iure ergo execratus tantum non consecratus poterit dici, quem simul sacrare in vnitate coniunctis membrit non agnoscit Ecclesia.* Vbi iuxta Glossam *Execratus* dicitur, qui non est sacratus secundùm consuetudinem. Nam præpositio (*Ex*) deformitatem signat. Sicut *l. & generaliter ff. de Culumn.* idem ualet *Depactus*, atque turpiter pactus.

Consecrare. Sacrare. Execratus. Depactus.

Apud

Apud Legiftas confecrare eft adiungere. *L. fi quando C. de bonis vacant. lib.* 10. & confecrari dicuntur ædes Principis,& eius palatium. *L.* 1. *C. de palat. lib.* 11. Eft igitur *confecratio* apud Latinos,Theologos,& Canoniftas idem atque folemnis Deo dicatio, vel facratio. Et quamuis propriffimè confecrari dicatur Epifcopus; ordinari verò Clericus. *Cap.* 2. §. *diebus, de ferijs*, tamen *Confecrationis appellatione* comprehenditur etiam ordinario quorumcũque ordinum. *Cap. pænitentes d.*55. *& c.nulli d.* 54. imò confecrandi verbum poteft etiam competere monialibus. *Cap. fanctimonialis d.* 23. Confecrandi poteftate poteft Papa aliquem priuare. *Capit. quod fedem de offic. ordin.*

Confecratio.

Ordinari,& confecrari.

1574 Inter *Confecrationem*, & *Benedictionem* videtur hoc intereffe difcrimen, quod illa maiorem folemnitatem præ fe ferat, quàm Benedictio, tum ratione perfonæ confecrantis, tum ratione modi, & aliarum circunftantiarum. *Benedicere* (vt inquit author Theatri vitæ humanæ V.eodem) trifariam vfurpatur; vel enim fignificat profpera alicui apprecari; vel idem eft, quod confecrare, dedicare;quomodo dicuntur benedici Ecclefiæ, & vafa facra, vel idem quod afferre munera; in quo fenfu benedictio fumitur pro donatiuo,& munere, fic Abigail petebat à Dauide, vt acciperet benedictionem, id eft munera, quæ illi attulerat.

Confecratio & benedictio.

Benedicere.

Item Benedicere apud Authores Ecclefiafticos accipitur in vtramuis partem, vt fignificet tam laudare, & gratias agere,quam maledicere, & irreuerenter fe erga aliquem gerere. In hoc fenfu pofteriori fumitur illud Iob c.1. *Nifi in faciem benedixerit tibi*. Vbi notat Pineda ex Græcorum, & Latinorum confenfu, fumi verbum *Benedixerit*, pro maledixerit. *Benedictio* igitur, vt colligitur ex dictis præter dictam fignificationem muneris, eft idem atque faufta apprecatio, item dedicatio facta Deo. Apud Gauantum Comment. in Rubric.Miffalis p.2. tit.2.ad n.3. Confecratio interdum fumitur pro fimplici benedictione fine vnctione.

Benedicere pro maledicere.

1575 Vt explicemus,quid fit conuerfio,& tranfubftantiatio in Euchariftia; & quod fides docet, Sacramentum Euchariftiæ confici per veram conuerfionem panis, & vini in corpus, & fanguinem Chrifti, fupponimus conuerfionem, & trãfubftantiationem ibi pro eodem vfurpari. Nam Trident. feff.13. cap.4. fic habet. *Quæ conuerfio conuenienter, & propriè à fancta Catholica Ecclefia tranfubftantiatio eft appellata*. Et can. 4. *Quam conuerfionem Catholica Ecclefia aptiffimè tranfubftantiationem appellat*. Notat igitur Gafpar Hurtado difp.4. diff. 9.ex Turriano dub. 8. & Vafq.difp.181. c.11. naturam, & effentiam conuerfionis, feu tranfubftantiationis Euchariftiæ formaliter fitam effe in fola defitione panis, & vini, vt relata ad corpus, & fanguinem Chrifti. Eft igitur conuerfio, feu tranfubftantiatio idem atque defitio panis, & vini in corpus, & fanguinem Chrifti.

Conuerfio.

Tranfubftãtiatio.

Pro cuius maiori declaratione rectè obferuat ad rationem conuerfionis tria requiri. 1. eft,quòd extrema illius fint pofitiua; quia neque carentia dicitur in rem pofitiuam conuerti;neque è contra res pofitiua in carentiam. 2. eft, ut res quæ conuertitur, definat effe;quod enim in fuo effe permanet, non dicitur in aliud conuerti. 3. eft, vt res quæ conuertitur definat effe ex ui illius rei in quam conuertitur, quafi hæc ex pugna,& incompoffibilitate deftruat eamrem, quæ definit effe, & conuertitur. Aliter fi eodem inftanti Deus anitilaret unum angelum,& alium crearet,diceretur unus in alterum conuerti; quod admitti nequit.

1576 Addit Bellanus q.75. a.4. dub.4. nu. 147. ad ueram conuerfionem duo alia requiri. 1. ut aliquid commune utrique termino perfeueret, refpectu cuius tam id, quod definit, quàm id, quod producitur, fibi mutuò fuccedant. Nam omnis conuerfio formalis habet commune fubiectum, in quo forma producta alteri fuccedit. Item fi daretur aliqua conuerfio materialis, feu unius materiæ in aliam, neceffariò deberet manere eadem forma,quæ utranque informaret. Sic igitur in tranfubftantiatione Eucharistica manent eadem accidentia, fub quibus primò fuit panis, & poftea ponitur corpus Chrifti. Secundum,vt terminus(à quo) conuerfionis aliquo modo definat effe,& terminus (in quem) aliquo modo incipiat effe.

Sic in Euchariftia panis definit effe, & corpus Chrifti incipit effe per fui reproductionem,uel faltem fub nouo modo, feu ubi definitiuo. Ex primo infert nihil poffe totaliter cum omnibus fuis accidentibus conuerti in alterum; quia tunc nihil maneret vtrique termino commune. Ex fecunda infert nihil poffe conuerti, feu mutari in Deum. Quia Deus nullo modo poteft de nouo incipere. Denique ibidem à num. 158. refoluit 1. & fi actio qua Chriftus ibi ponitur, fecundùm intrinfeca, & rationem phyficam, non differat à creatione, tamen non effe propriè creationem. Quia ut aliquid dicatur propriè creari debet fieri ex nihilo, & abfolutè incipere effe, & confequenter prius non exiftere. Corpus autem Chrifti verè priùs exiftebat, & non fit ex nihilo, fed ex pane. Refoluit 2. & fi fpectata præcisè intrinfeca rei natura, eodem modo defineret fubftantia, quo nunc de facto definit, fi defineret per nudam annihilationem,tamen de facto non annihilari. Quia non definit abfolutè in nihil, (quod fonat vox *annihilatio*) fed in corpus Chrifti, in quod verè conuertitur.

Creatio quid.

Annihilatio quid.

1577 Vt pauca fubijciamus de præfentia

Præsentia vt detur consecratio. hostiæ consecrandæ, cum iam exposuerimus, quid sit præsentia, num. 1449. roganti quanta sit necessitas, vt materia consecranda sit præsens ministro? Satisfaciemus ex doctina Suarij disp. 43. sect. 5. Constat necessariam esse sensibilem præsentiam huius materiæ; denotatur enim pronomine. *Hoc*, vel *Hic*. Vnde duplex requiritur conditio altera, quòd res sit aliquo modo coram homine, & non omninò à tergo, sed saltem ad latus; altera vt non sit nimis distans, etiamsi oculis videri possit. Nam quod nimis distat, potius designatur pronomine (*Illud*) quam pronomine (*Hoc*.)

Cum igitur certum sit, non exigi, vt materia actu tangatur, vel tangi possit; nec etiam, vt sonus ad eam perueniat, aut peruenire possit, nulla regula præscribi valet, qua propinquitas necessaria definiatur. Semper tamen eligenda est pars securior, ne dubitetur, quin veritas, & proprietas formæ retineatur. Non requiritur, vt tota distantia oculis pateat, panis enim, & vinum coopertum velo lineo consecrari potest; at non consecrabitur existens post parietem. Quia non illud, sed hoc obstaculum tollit præsentiam humano modo. Requiritur, quòd materia sit moraliter præsens secundùm omnes partes consecrabiles. Quia non omnis res præsens secundùm aliquam partem censetur tota præsens; aliter totus aer vsque ad cælum nobis esset præsens.

SECTIO IV.

De Sacrificio Missæ.

1578 NOn agemus modò de Missa, qua sacrificium est, scilicet exponendo naturam, & essentiam sacrificij, cum id iam præstiterimus num. 1346. Elucidabimus imprimis nomen, deinde rationem Missæ. Albericus V. Missa *ex Archid. ad cap. 2. de consecr. dist.* 1. dicit Missam esse vocem Græcam, quæ Latinè sonat interpellationem pro plebe. *Missæ nomē.* Reulin. lib. 2. de Hebrai. erudit. & Alciat lib. 7. parerg. cap. 10. putant esse vocem Hebraicam significareque voluntariam oblationem, quæ Deo offertur, aut tributum quoddam, quod ipsi persoluitur; nam Christi corpus in missa offertur, & instar tributi Deo soluitur.

Durandus de Ritibus Eccles. lib. 2. cap. 1. num. 2. & Azot. part. 1. lib. 10. cap. 8. quæst. 1. Rectiùs existimant esse vocem Latinam; nam veteres Patres solebant vsurpare participia præteriti temporis pro nominibus, quæ Grãmatici verbalia dicunt. Sic apud Cyprian. de bono patientiæ, & Tertull. lib. 4. contra Maricon. cap. 18. collecta pro collectione, & remissa pro remissione. Non igitur mirum est, si Missa sumatur pro missione. Et quidem sicut legis gratiæ sacrificium à Græcis appellatur *Liturgia*, hoc est munus, & ministerium publicum; à Syris *Quedossa*, hoc est sanctum, ita à Latinis vocatur Missa. *Liturgia. Quedossa.* Quæ vox antiquissima est, vtpote in vsu apud S. Augustinum serm. 91. de tempore; *In lectione* (inquit) *quæ nobis ad Missas legenda est*. Et S. Ambros. lib. 5. Epist. 33. initio; *Ego* (inquit) *mansi in munere: Missam facere cæpi*. Imò hac voce vtitur Clemens Epist. 3. & Euaristus iuxta Burchardum 3. Decret. c. 27.

1579 Notat Gauantus ad rubricas Missalis p. 1. tit. 1. hanc vocem (Missa) aliquam trahere originem ab Hebræis. Vnde Baronius anno 34. num. 59. à Iacobo vsurpatam vocem *Missah*, id est spontaneam oblationem in Liturgia dicit. *Missah.* Græci nunquam Missam vsurparunt, sed *Liturgian*, publicum opus; vel *Ierurgian*, sacrum opus; vel *Mystagogiam*, summum ministerium; vel *Prosphoran*, oblationem, can. 3. Apost. vel *Thysian*, sacrificium, eod. can. vel *Teletin*, mysterium. *Liturgia. Ierurgia. Mystagogia. Prosphora. Thysia. Teletiu.*

Alia nomina Missæ vltra 80. vsurpata à sanctis Patribus numerat Vicecomes de Missæ ritibus lib. 1. c. 7. Hoc nomen Missæ (vt docet Azor. p. 1. lib. 10. c. 8. q. 2.) accipitur multipliciter; à Iure Canonico, Concilijs, & Patribus pro missione, id est dimissione cathecumenorum. Nam S. August. serm. 237. ad mensam S. Cypriani. Ecce (inquit) *post sermonem fit Missa cathecumenis, manebunt fideles*.

Item in Concilio Carthag. 4. can. 74. sic habetur: *Episcopus nullum prohibeat vsque ad Missam Cathecumenorum, neque Iudæum, neque Gentilem Ecclesiam ingredi, & audire verbum Dei*. *Dimissio.* Hoc est vsque ad missionem. Eodem sensu Cassianus lib. 3. cap. 7. & alibi Missam orationis vocat dimissionem, orationε finita; & cap. 8. *Missam Congregationis*, hoc est dimissionem congregationis, *Missam vigiliarum*, id est dimissionem post vigilias exactas. *Vigiliarum missa.* Accipitur Missa interdùm pro ea parte sacrificij, in qua Christi corpus conficitur, consecratur, & offertur. Interdum pro ea parte, in qua sacerdos preces ad Deum pro congregato populo fundit, ac mittit; tandem pro toto diuino officio, quod coalescit ex Missa Cathecumenorum, & fidelium, ac precationibus sacerdotis.

1580 Est autem *Missa* (inquit Granadus controu. 6. de Euchar. disp. 1. sect. 3.) Latinum nomen propterea impositum sacrificio Missæ; *Missa cur sic dicatur.* quia in illo mittitur ad Deum sacratissima oblatio; vel quia Deus ad nos mittit hostiam ipsam, nempè Vnigenitum, quem illi immolamus, vel tandem quia plebs, aut congregatio assistentium ipsi sacrificio dimittitur. Hæc vltima nominis ratio placet Bellano q. 83. a. 1. dub. 3. num. 47. Est (inquit) iam olim hoc sacrificium ita dictum, quia eo peracto per Diaconũ populus olim solebat, & adhuc

huc solet his verbis dimitti: *Ite Missa est*, quasi dicat, licet abire peracto sacrificio, sit missio, siue dimittimini: atque inde totum sacrificium dictum est *Missa*. Et quia ante oblationem solebant dimitti Cathecumeni, prima illa pars officij solita est vocari *Missa Cathecumenorum*. Ex dictis patet, quid respondendum sit hæreticis, qui nomen (*Missa*) tanquam barbarum, & in scriptura minimè repertum immeritò rident. Vide Bellarmin. lib. 1. de Missa c. 1. Vasq. disp. 221. & Suar. disp. 14.

Ite Missa est

Missa Cathecumenorum.

1581 Quod attinet ad essentiam Missæ, eam Nauarrus in manuali Latino c. 25. num. 111. sic definit: *Missa est actio, qua ex institutione Christi, in memoriam eius passionis panis, & vinum in eiusdem corpus, & sanguinem transubstantiantur, & qua ipsum corpus, & sanguis Christi sub specie panis, & vini Deo Patri offeruntur*. Toletus lib. 2. summæ cap. 4. num. 1. Missam sic describit: *Est oblatio corporis, & sanguinis Domini sub alienis speciebus facta, expressiua, ac significatiua sacrificij cruenti semel ab ipso Christo Domino Deo Patri pro peccatis hominum exhibiti*. Has omnes particulas latè exponit Fagundez præcepto 1. lib. 3. c. 1. à num. 2. Vbi vox *Oblatio* idem valet atque sacrificium, quod in Missa propriè Deo offerri, & in eo Christum immolari de fide est, vt definit. Trident. sess. 22. cap. 1. & 2. & can. 1. 3. & 4.

Missa quid.

Notat benè Hurtado disp. 1. de sacrif. Miss. diff. 4. in Missa sex inueniri præcipuas actiones. 1. est oblatio panis, & vini statim post Euangelium verbaliter facta. 2. est consecratio realis vtriusque speciei, in qua includuntur desitio panis, & vini, & positio corporis, ac sanguinis Christi sub speciebus. 3. est oblatio corporis, ac sanguinis Christi paulo post consecrationem vtriusque speciei verbaliter facta. 4. est fractio hostiæ consecratæ. 5. est distributio sacramenri Eucharistiæ. 6. est sũptio illius facta à sacerdote.

De singulis per sequentes difficultates inquirit, an in eis actio sacrificij Missæ consistat? Ac tandem resoluit ex Suario disp. 75. sect. 5. & Vasquio disp. 222. c. 5. essentiam actionis sacrificij Missæ sitam esse in consecratione reali, id est positione corporis, & sanguinis Christi sub speciebus. Nam consecratio est immolatio, qua Christus tanquam victima iugulatur incruentè & mysticè: siquidem ex vi verborum consecrationis separatur corpus Christi à sanguine, & sanguis à corpore; quamuis enim per concomitantiam, & per accidens semper corpus cum sanguine, & sanguis cum corpore existat, tamen ex præcisa vi consecrationis corporis, solum corpus per se ponitur, & ex præcisa vi consecrationis sanguinis, solus sanguis per se ponitur, ac proinde existit immolatio Christi.

Consecratio est essentia. Missæ.

SECTIO V,

De partibus Missæ.

1582 Antequam accedamus ad singulas partes Missæ elucidandas suppo- nimus hanc vocem (sacrum) rectè cadere supra totam Missam per modum vnius acceptam, & supra singulas Missæ partes; Nam (*sacrum*) apud Latinos teste Macrobio lib. 1. Sarurn. est omne illud, quod Deorum habetur. Sumitur pro templo apud Paulum Iurisconsultum; vnde sacrilegi dicuntur, qui publica sacra compilarint, id est templa. Item pro sacrificio; ex quo inter Christianos inualuit, vt Missa sacrum appelletur. *Introitus*, qui à Conrad. lib. 1. cærem. cap. 1. idem est, atque proœmium, & initium Missæ, à S. Gregor. dicitur *Antiphona*, ab Ambrosianis *Ingressa*. Nomen habet iuxta Microl. de Ecclesiast. obseru. cap. 1. quia introeunte sacerdote ad altare recitatur, qui paulo ante dixerat; *Introibo ad altare Dei*: vel quia iuxta Rhenan. ad Tertullian. de cor. milit. populo introeunte Psalmus cantabatur. Componitur regulariter ex Psalmo Dauidis, versu eiusdem Psalmi, *Gloria Patri*, *Sicut erat*, & repetitione Psalmi.

Sacrũ quid.

Introitus.

Antiphona. Ingressa.

Post Introitum dicitur *Kirie eleison*, quæ vox Græca est, & per Syluestrum ad Romanos translata, vt testatur Radulph. propos. 23. eam fuisse in vsu in tota Italia ante S. Gregorium 150. annis ex Concil. Vasen. can. 3. probat Bellarm. lib. 2. de Missa c. 16. significat, Domine miserere, teste Augustino contra Pascentium epist. 178. Dicitur nouies, nempè (vt docet S. Thomas 3. p. q. 83. a. 4.) ter ad Patrem, ter ad Filium Christum, & ter ad Spiritum Sanctum. Causam cur dicatur ante vllam orationem, reddit Amalar. lib. 3. cap. 6. quia necesse est præcedere misericordiam Domini, vt tranquilletur mens sacerdotis ad intendenda, ea quæ ore profert, & sic fiat dignus, qui Deum alloquatur, & exaudiatur.

Kirie eleison.

1583 *Hymnus Angelicus*, alio nomine *Gloria in excelsis*, sic appellatur, quod prima illius pars fuerit decantata ab Angelis in Natiuitate Domini, quamuis reliquum addiderint varij Doctores ex Concil. Tolet. 4. can. 12. Telesphorum omnia addidisse, & dici in Missa iussisse, tradidit Innocentius 3. lib. 2. c. 20. Sunt, qui huiusmodi adiectionem Symacho Pontifici; sunt, qui S. Hilario Pictauiensi adscribant. Vide quid *ad c. consilium de celebrat. Missar.* tradant interpretes Iuris canonici.

Hymnus. Angelicus. Gloria in excelsis.

Hæc salutatio *Dominus vobiscum*, qua sacerdos populum salutat, quoties eum excitat, vel ad precandum, vel ad audiendum, desumpta fuit ex more Hebræorum, qui salutare solebant his verbis; *Dominus tecum*, & *Dominus vobiscum*, vt constat Ruth. 2. Iudicum 6. & Luc.

Dominus vobiscum.

1. Ritus defluxit à Clemente; ex Gemma lib. 1.c.78. vel Anacleto Papa; ex Hugon. Vict. lib.2.cap.11. Illius sensus est; Dominus in vobis maneat, & petitionibus vestris effectum tribuat. Dicitur Dominus, & non Deus, quia *Dominus* potestatis est titulus, vt aduertit Turrecrem. *in c. Iacobus de consec. dist.* 1.

Collecta. 1584 *Collecta* in Missa sunt precationes, quæ sic vocantur (vt docet Azor. p.1. lib. 10. c.34.q.5.) quia huiusmodi preces populo in vnum collecto funduntur. *Collecta* enim propriè est cætus populi in vnum collectus. Leuit. 23. Hinc transfertur ad significandos dies festos, in quibus populus conuenit. 2. Parali. 7. Item ad significandam Missam, cuius audiendi gratia populus in templum confluit: denique ad significandas eleemosynas, quæ in frequenti Christianorum conuentu in commune conferri solebant. 1. ad Corint. vlt. Ad singulas finitas in Missa precationes solet minister, vel Chorus respondere *Amen*: quæ vox Hebræa est, & significat fit, vel fiat. Est enim vox affirmantis, vel optantis. *Amen.*

Epistola. Post Collectam sequitur *Epistola*, quæ iuxta Gauantum p. 1. tit. 10. sonat supermissionem, seu superogationem. Litteræ enim, quæ mittuntur, continent aliquid supra id, quod viua voce nuncius refert, & ideo Epistolæ dici solent. Quæcunque post dictam collectam sequitur lectio, dicitur vulgari nomine Epistola; & quidem sumitur ex varijs libris sacræ Scripturæ, quorum non omnes Epistolas continent. Propriè autem quæ sumitur ex Prouerbijs, Ecclesiaste, Sapientia, Cantico Canticorum, & Ecclesiastico, dicitur *Lectio sapientiæ*: quæ petitur ex Prophetis, vocatur lectio Prophetæ; quæ ex Epistolis Apostolorum, dicitur *Lectio Epistolæ*. Mos iste dimanauit ab Apostolis, vt tradit Durandus lib. 2. de Ritibus Eccles. c. 18. & probat Gauantus citatus.

Graduale. 1585 Post Epistolam dicitur *Graduale*, quod semper dicitur præterquam tempore Paschali, cuius loco tunc dicuntur duo versus. Quod autem in Horis Canonicis vocatur *Responsorium*, eo quòd vno incipiente, alij respondent, in Missa appellatur *Graduale*, vel quia iuxta Rupert. lib. 1. de diuin. offic. c. 34. & Radulph. de Canon. obseru. propos. 12. cantabatur à Choro, dum Diaconus quibusdam gradibus suggestum ascenderet Euangelium recitaturus; vel quia iuxta Rabanum lib. 1. c. 33. cantabatur propè gradus pulpiti Euangelici. Illius institutio tribuitur Cælestino per Rupert lib. 2. diuin. offic. c. 21. Gelasio, & Gregorio per Duran. lib. 4. c. 19. *Responsorium.*

Tractus. *Tractus*, vt inquit Azor. p.1. lib. 10. c. 34. q. 8. sunt Versiculi, qui solum adhibentur temporibus luctus, & pænitentiæ, vt in Septuagesima, Quadragesima, & sacro lugubri pro defunctis; vnde sic appellantur, quasi sint ex imò pectore tractæ voces lugubres, quæ inter gemitus, & suspiria proferuntur. Inter Tractum, & Responsorium est discrimen hoc, quòd in Tractu, non vnus incipit, & alij respondent, sed omnes simul cantant; in Responsorio autem, vno incipiente, Chorus respondet.

1586 Post Graduale dicuntur duo *Alleluia*. Vox hæc reperitur in Liturgia S. Petri; Hebræa est, & indicat lætitiã (vt tenet Rupert. lib. 1. c. 35.) & ponitur ad exprimendum peregrinum gaudium, quod in cælesti Hierusalem nos manet. Durandus lib. 4. cap. 20. varias illius affert significationes, nempe ex Augustino; *Saluum me fac Domine*: ex Hieronymo, *Cantate laudem Domino*: ex Gregorio, *Pater, Filius, & Spiritus Sanctus*: vel ex S. Germano, *Lux, vita, salus*. *Alleluia.*

In Missis festiuis post Alleluia ponitur *sequentia*, quæ iuxta Hugon. Victor. de offic. Eccles. lib. 2. c. 19. sic appellatur, quia per cantus amænitatem ad sequentia præparat, significat iubilationem (inquit Gauantus p. 1. tit. 5.) & hoc nomine quamcunque sequentiam vocat ordo Romanus, vt idcirco cantari debeat, cum solemniùs celebratur pro defunctis. SS. Ambrosio, & Augustino adscriptas fuisse aliquas sequentias refert Durandus lib. 2. c. 22. earum vero primum authorem fuisse Abbatem Nogerum, seu Notherum, & Nicolaum Papam eas approbasse tradit Radulph. propos. 23. *Sequentia.*

1587 *Euangelium*, de quo iam quædam diximus num. 488. est nomen Græcum, quod iuxta Isidor. lib. 1. c. 11. significat bonum nuntium. Hic accipitur pro contextu Euangelicæ historiæ, quem Apostolos in Missa legisse testatur Schulting. p. 1. c. 19. Et quidem fuisse huiusmodi lectionem perantiquam, satis patet ex omnibus Liturgijs; ex Concilio Laodiceno c. 16. Valentico can. 2. & Carthagin. 4. can. 84. Eam consuetudinem decreto firmasse Alexandrum Papam refert Radulph. propos. 23. Esse præceptum Apostolorum, vt omnes, tum clerici, tum laici assurgant, dum legitur Euangelium, testatur Clem. lib. 2. Constitut. Apostol. c. 61. *Euangeliũ paris Missæ.*

Ex Decreto S. Marci, teste Radulpho prop. 23. post Euangelium dicitur *Symbolum*. Hoc idem valet, atque indicium, seu signum, seu collatio. Nam Apostolorum symbolum est indicium fidei, eiusdemque regula, & continet (vt inquit Isidor. lib. 2. de diuino officio c. 22.) omnes eiusdem fidei articulos. Olim recitabatur in Missa symbolum Apostolorum, vt tradit S. Dionys. Areop. c. 3. Postea recitari Nicænum iussit S. Marius, qui S. Syluestro successit, teste Bernone c. 25. de offic. Miss. Hodie recitatur Constantinopolitanum cum adiectione *Filioque procedit*, facta per Concilium Toletanum sub Leone 1. ex Baron. an. 447. Quod symbolum Damasus recitari præcipit, vt tradit Rupert. lib. 2. c. 21. *Symbolum Missæ.*

1588 *Offertorium*, alio nomine *Offerenda*, dici- *Offertoriũ. Offerenda*

dicitur,authore Isidor.lib.6. ethym.c.19.quasi obferium, quæ est oblatio, siue feretrum, genus libi dictum,quod crebriùs ad sacra ferebatur. Innocent.3.lib.2.c.53.dicit nomen habere ab offerendo, quia tunc oblationes fiunt. Quis offertorij fuerit author, dissentiunt scriptores; ex Gemma ann.lib.1. c.88. id tribuitur S.Gregorio; ex Petro ab Opmeer. de offic. Missæ,adscribitur Eutychiano; ex Demochare to.4. c. 15. Cælestino. Sequuntur orationes,quæ vocantur *Secreta*,teste Amalardio lib.3. c.20. quòd secretò recitentur, & tot numero dicuntur, quot fuerunt collectæ ante lectionem Epistolæ.

Secreta orationes.

Præfatio ab ipsis Ecclesiæ primordijs ortum duxit, vt testatur Clemens l 8. Constit. Apostol. c.16. authores illius fuisse Dionysium, & Leonem Papam, dicit Honor. in Gemma. lib.1.c.89. Gelasio id attribuit Alcuin. de celeb.Miss.apud quem idem est præfatio, atque prælocutio ante Canonem. Apud Azorium p.1.lib.10.c.34.q.11. Est præparatio quædam, & excitatio populi ad eam actionem in qua propriè, & principaliter sacrificium consistit, videlicet ad consecrationem, & oblationem corporis, & sanguinis Domini. Incipit in verbis illis, & salutatione, *Dominus vobiscum*, Nam verba illa *Per omnia sæcula sæculorum* claudunt priores orationes, vt eas confirmet populus respondendo Amen.

Præfatio. Missæ.

1589 *Canon* in Missa adeo vetustus est, vt illius author ignoretur. Illud scimus antiquiorem esse Ordine Romano,in quo habetur canon, vti iam vsitatus. De illo meminit S. Gregorius lib. 11. Epist.16. & lib.7. Epist. 63. Ab authoribus multiplici nomine insignitur. Vualfrid. de rebus Eccles.c.22. appellat *Regulam Ecclesiasticam* Optatus Mileuit. lib.2. contra Parmen vocat *Legitimum ordinem*, qui in sacrificio offerendo obseruari debet. Microlog.lib.de Eccles.obseru.c.12.appellat Actionem, in qua ordo seruatur. Isid. 1. de diuin. offic. c.15. dicit *Ordinem precum*. Basilius de Spiritu S.c.27. *Secretum* nominat. & Gregor. citatus lib.7.epist.63.*precem* nuncupat.

Canon. Missæ.

Regula Ecclesiastica.

Canon (vt exponit Suar. to.3.in 3.p.disp.83. sect.2.& Azor. citatus q.12) sic dicitur, quòd sit regula præscripta, fixa, & stabilis in Missa à sacerdote obseruanda. Est totum id, quod in Missali legitur ab illis verbis, *Te igitur clementissime Pater*, vsque ad consumptionem sacramenti. Circa huiusmodi Canonem quatuor docet ac definit Trid. sess. 22. c.4. Primum est Ecclesiam Catholicam multis ante sæculis illum instituisse. Secundum est, constare hunc canonem ex Christi verbis, Apostolorum traditionibus, & sanctorum Pontificum pijs institutionibus. Tertium est esse ab omni errore purum. Quartum est nihil in eo esse, quòd non maximè sanctitatem, ac pietatem redoleat, mentesque offerentium in Deum erigat.

Verba Canonis exponit latè Suar. citatus dist. 83.sect.2.& Azor.part.1.lib.10. cap.34. quæst. 12. & capit. 35. Reliqua elucidatione non egent.

SECTIO VI.

De paramentis requisitis ad Missam.

1590 MVlta, quæ deseruiunt ad missam debito ornatu, & apparatu celebrandam, manent in præcedentibus elucidata. De templis enim sacellis, oratorijs, & multis alijs locis sacris, diximus à num. 1408. De vestibus, quæ personas sacras, Episcopum, sacerdotem, & alios ornant. cum sacris, & diuinis ministerijs se accingunt, à num.854. superest agendum de aris, & ipsarum ornamentis, ac tandem de vasis sacris. *Altare* requiritur omnino, vt in eo Missæ sacrificium celebretur. *Altare, & Ara* apud Romanos loca fuere, in quibus sacra faciebant, hoc discrimine, quia cum Dijs superis sacrificarent in ædificijs à terra eleuatis: in terra Dijs terrestribus, in effossa,Dijs infernalibus; *Altare* superis tantum consecratum erat. *Ara* tam superis, quàm inferis.

Altare, & Ara.

Dicitur igitur *Altare* ab altitudine, quasi *Alta ara*, quia vt notat Suar. disp. 81. sect.5. locus sacrificij in altum erigi solet, tum propter reuerentiam, tum propter significationē, tum propter sacrificandi commoditatem. Altare enim, vt ex varijs tradit Gauantus ad Rubric.Missal.part.1. tit.20. significat. 1. mensam Domini. 2.Crucem. 3. Christum per quē sacrificia à Deo acceptantur. 4. Ecclesiam spiritualem,cuius cornua sunt quatuor mundi plagæ. Altaris vsum desumptum ex sacra Scriptura Genes 8. & 1. Corinth. 9. Sixtus 2. decreuit.

1591 *Ara* sumitur pro altari; est autem propriè illa superior altaris pars, quæ area plana vocari potest. Hinc nomen habet ab area, vel ab ariditate, quam ignis affert, vel ab ardore ignis,quo sacrificia cremantur, iuxta Gemmam.lib.1. c. 122. Item apprecationibus,quæ coniunguntur sacrificijs, quas Græci aras vocant,teste Vualafr.c.5.vbi addit, quòd imprecatio *Antara* dicitur. Ara nominatur multifariam ab Ecclesiasticis authoribus; scilicet *Viaticum* à Bonifacio 8.*Cap. vlt. de priuil. in 6.* Dicitur *Antimense* à Nicephoro apud Belingerum lib.3.c.30. & Balsamone ad Concil.6 can. 31. *Tabula itineraria*, ab Ordine Romano; & *Tabula altaris* in Concil. Triburiensi, & *cap. Concedimus de consec.d.1.* Præcipitur in Rubr. 20. Missalis, vt ara sit lapidea, ab Episcopo consecrata,altari inserta,& tam ampla, vt Hostiam, & maiorem partem Calicis capiat.

Ara quid.

Antara. Viaticum altare. Antimense.

Tabula itineraria.

Notat Bellanus q.83.art.3. dub.2. altaria esse in duplici genere;quædam sunt stabilia, quæ

Altare duplex.

quæ ita loco,& basi,cui insistunt,affixa sunt,vt potius erigantur,ac solidentur,quàm cõsecrationem accipiant, proindeque eam non amittunt per leuem fractionem. *Cap. ligneis, & c. quod in dubijs de consec. Eccles.* Sed vel per fractionem enormem,vel per solam amotionem à basi,cui affixa sunt. Quædam sunt mobilia, alio nomine *portatilia* alio *Viatica*, quæ ita fabrefiunt, vt possint transferri in diuersa loca: & ideo per se consecrantur, proindeque solum deperdunt consecrationem,quando ita franguntur, vt maiori parti non possit imponi calix cum patena, quæ hostiam continet.

Portatile altare.

1592 Quod attinet ad paramenta, & ornatum altaris, *sigillum*, alio nomine *Sepulchrum*, teste Bellano citato num. 140. dicitur paruus locellus in ipsa mensa, vel basi altaris, in quo conditæ sunt reliquiæ. De illo habetur mentio. *Cap. 1. de Consecrat. Eccles.* his verbis: *Si altare motum fuerit, aut lapis ille solummodo superpositus, qui sigillum continet, confractus*, De hoc sigillo latè meminit Syluester V. Altare num. 1. Vbi Affirmat id requiri, vt altare sit legitimum. Videtur id suaderi ex *Cap. Placuit, de Consecr. d.* 1. & Synodo 7. generali can. 7. Vbi præcipitur deponi, qui templum consecrarit sine sanctis reliquijs. Verum Hugo, & Alensis apud Syluest. citat. & Sotus in 4.d. 13. q.2.art.3. dicunt consuetudinem contrariam euicisse: eo quòd in tanta altarium multitudine impossibile sit reliquias vbique habere. Spectant ad ornatum altaris mappæ, pallium, candelabra, tabella secretarum, cussinus,& manutergium,de quibus p.1. Rubr.tit.20.

Paramenta altaris. Sigillum altaris. Sepulchrum altaris.

1593 Singula nomina expediamus. *Mappæ* alio nomine citato loco *Tobaliæ* vulgò *toallas de mesa*, sunt lintea, quæ super mensam sternuntur. Lineis vestitur altare ex Decreto Bonifacij 3. apud Polidor. Vitgil. lib.5. cap.6. Mappæ illæ appellantur *Sindones* in Actis mediol. Eccles. S. Clemens *Pallam* vocat altaris vestem,quia palliat mysteria. *Pallium* ibidem præcipitur esse talis coloris, qui festo, vel officio conueniat; & videtur esse illud,quod vulgò dicimus *Frontal*. Non solet benedici separatim ab alijs paramentis; imò sine illo celebrari potest,si v.g.altare ornatum fuerit auro, vel lapide pretioso. Significat mysticè ornamentum virtutum in Christo, iuxta Durand. lib. 1. cap. 2. sicut ipsius *auriphrygium* charitatem.

Mappæ. Tobaliæ.

Sindones. Palla. Pallium altaris.

Auriphrygium.

Decet in medio sui habere Crucem, vt tenet Fortunatus lib. 2. epist. 3. *Candelabrum* est, quod sustinet candelam, vulgò *Castiçal*. Duplex in altari esse decet, vt significetur populus Iudaicus, & gentilis. *Tabella secretarum*, vulgò dicimus *secreta*, ad maiorem commoditatem præscribitur. Duplex alia commodè paratur, altera ad cornu Euangelij, in qua scriptum est S.Ioannis Euangelium, *In principio*. Altera ad cornu Epistolæ, in qua legitur Psalm. *Lauabo inter innocentes*. *Cussinus*, alio nomine *Puluinar*, vulgò *Coxim*, supponitur Missali loco ambonis. *Manutergium* de quo fit mentio in Concil. Carthag. 4.c.5. dicitur à tergendis manibus,& est torale,seu mappula, qua sacerdos manus tergit. *Purificatorium*, vulgò *sanguinhos*,fit è tela neque tenui,neque crassa nimis,& habet crucem acu pictam.

Candelabrũ.

Tabella secretarum.

Cussinus. Puluinar. Manutergium. Purificatorium.

1594 Quomodo altare ornari debeat, vt missa in eo celebretur,latè exponit Suar. disp. 81. lect. 6. cuius doctrina in compendium missa, est quæ sequitur. Super altare, vel aram consecratam requiritur duplex linteum, vel vnum plicatum,quo ara cooperiatur. *Cap. altaris palla, de consecr, dist.* 1. Præter has duas pallas lineas non benedictas, requiritur *Corporale lineum* ab Episcopo consecratum, vt habetur *c. consulto de consecr, d.* 1. Hæc consecratio, cum fiat sine Chrismate per simplicem benedictionem, interdum simplici sacerdoti committitur, & multi superiores religionum ad id habent priuilegium. Durat consecratio, quandiu durat corporale integrum absque notabili ruptione. Sacrificare sine corporali mortale est, item sine vtraque palla illa non benedicta; alteram ex necessitate omittere, sine contemptu, fortassis mortale non erit.

Corporale.

Insuper eodem præcepto requiritur alia *palla*, quam *Filiolam* vocant, vt cooperiatur calix, & consecrata, ac linea, saltem quoad interiorem partem, quæ calicem tangit, esse debet. Præterea necessaria est lucerna ardens, saltem vna, sine qua (vt omnes docent) peccaret mortaliter, qui Missam diceret. Quando candela cerea haberi non posset, non damnarem peccati mortalis eum, qui lucernam ex oleo haberet. Ex seuo, vel simili materia, nullo modo adhibenda est. Debet etiam in altari esse liber *Missalis* continens sufficienter ea, quæ in missa dicenda sunt, saltem integrum Canonem. Nec sufficiet, quòd sacerdos omnia memoria retineat, nisi forte in magna necessitate. Denique requiritur Crux in altari iuxta regulas Missalis;non tamen ita sufficienter præcipitur, vt obligationem peccati lethalis inducat. Esset peccatum lethale, vti vestimentis, ac præsertim corporalibus enormiter immundis.

Palla calicis. Filiola.

Missalis liber.

1595 Quod attinet ad vasa sacra, imprimis *Cimelia* dicuntur omnia vasa Ecclesiæ, iuxta *Gloss. 2. c. 3. de offic. Archidiac.* Vbi *Cimeliarcha* idem est atque sacrista, seu custos vasorum, & aliarum terum Ecclesiæ. *Cimeliarchium* ibidem, & *l. fin. §. sin autem, de bon. autor. iud. poss.* est locus vbi reponitur thesaurus. Inter vasa præcipua recensentur Calix, patena, pyxis, ciborium. *Calix* iuxta Varronem lib. 4. ling. latin. & Festum lib. 3. dicitur ab aqua calida, quam vino mixtam habebant in delicijs veteres; & fuit poculi genus.

Cimelia. Cimeliarcha. Cimeliarchium. Calix.

genus. Calix sacer, quo vtimur in Missa, ab authoribus Ecclesiasticis multiplex nomen sortitur. Vocatur *Poculum* à Clemente lib. 8. constit. c. 15. *Poculum sanctum* à Nazianzeno orat. 25. *Vas mysticum* à Synesio Constitut. 2. & *Vasculum* à Patribus Concilij Tribur. c. 18.

Poculum sanctum. Vas mysticum. Vasculum.

In calice argenteo consecrasse dicitur Christus à Baronio ex Beda, anno 34. n. 63. Materia calicis (inquit Suar. disp. 81. sect. 7.) esse debet aurum, argentum, vel saltem stannum, nec sufficit plumbum. Reliquæ materiæ prohibentur, v. g. lignum, quia porosum, æs, & aurichalcum, quia æruginosum, & vitrum, quia fragile. Probabile est, etsi non consulendum, sufficere, quòd in calice *Scyphus*, seu *Cuppa superior* argentea, vel stannea sit, quamuis reliquum ex materijs prohibitis. Quidquid Hurtadus de Missa disp. 4. diff. 10. quoad stannum repugnet. Vide Azorium p. 2. lib. 9. cap. 7.

Scyphus calicis. Cuppa.

1596 *Patena* alio nomine *Patina*, apud Latinos est uasis genus, quo dapes elixæ, & esculenta in mensam feruntur. Iuxta Isidor. lib. 20. orig. cap. 4. dicitur ab oris patentibus, & dispansis, quas habet. Apud Ecclesiasticos etiam dicitur à patendo, teste Amalario lib. 3. c. 27. & quia patula est, ut tenet Vualaf. c. 24. *Discus* appellatur in Liturgia S. Iacobi. Materiam eandem, quæ est calicis, sortitur, ut docet Suarius disp. 81. sect. 7. Cum olim adhiberetur pro pyxide, ut in missa multi communicarent, habuit formam longè maiorem, quàm hodie habet. Refertur in uita S. Syluestri apud Damasum fuisse ponderis quindecim, uel triginta librarum.

Patena. Patina. Discus.

Pyxis apud Latinos uasculum fuit e buxo, quamuis teste Quintiliano lib. 8. cap. 6. etiam ex alia materia fieri soleret. Apud Ecclesiasticos est id, quod vulgò dicimus *Custodia*, & multipliciter nominatur. Ab Hesychio apud Buleng. lib. 2. c. 18. *Arca illustrationis* Dei dicitur. A Gregorio Turon. lib. 1. de gloria marty. c. 86. nuncupatur *Turris*, forte ob formam, qua turrim effingit. A S. Chrysostomo hom. 42. in actu Apost. uocatur *Ciborium*, nempè à cibo quem continet. Frequentiùs tamen appellatur Pyxis, quo nomine utitur Symmachus Papa in lib. Pontificali, S. Leo Papa ad Michael Imper. & Missale Rom. in Rubr. p. 2. tit. 10. n. 6.

Pyxis. Arca illustrationis. Turris. Ciborium.

Non requiritur, quòd *Pyxis* sit eiusdem materiæ, cuius est calix, uel patena, monet tamen Gauantus p. 2. tit. 2. uas interius deaurandum esse, ut melius Eucharistiæ fragmenta colligantur. Suar. citat. disp. 81. sect. 7. dicit sufficere, ut quando materia auro, & argento inferior, includatur aliud uas lineum simile corporali. Addit quamuis non sit omnino certum consecrari debere pyxidem, sicut & fistulam illam per quam S. Pontifex sanguinem attrahit, tamen id securius, & consulendum esse. Gauantus citatis ait decere, quòd Pyxis benedicatur saltem ut corporale, & ab eo benedici posse, à quo & corporale.

1597 Ministerio altaris deseruiunt etiam uasa alia *Ampullæ*, de quibus est mentio in Rubr. Missal. p. 1. tit. 20. dicuntur, quasi parum amplæ, iuxta Vualaf. c. 24. & sunt, quas vulgò dicimus *Galbetas*. Apud Latinos dicebantur *Simpula*, uel *Simpuuia*. Ordo Romanus uocat *Gemelliones*, item *Amulas*. Alij cum aspiratione *Hamulas*. Sunt autem *Hamæ* iuxta Turneb. lib. 19. Aduers. c. 23. vasa aquaria globosi ventris, ac formæ rotundæ. Iuxta Isidorum lib. 2. de offic. c. 10. *Amula* propriè vini est, *Scyphus* aquæ. *Vrceos* dixit Clemens Epist. 2. *Vrceolos* Concil. Carthag. 4. c. 5. Rubrica citata Missalis iubet, vt collocentur *Ampullæ vitreæ vini, & aquæ, cum peluicula*; Vbi *peluicula* nomen est diminutiuum huius nominis *Peluis*, vulgò *Bacia*, & videtur ibi significare vel catinum, in quo sustinentur ampullæ, vel paropsidem vbi recipitur, aqua absterfionis.

Ampulla. Simpula. Simpuuia. Gemellio. Amula. Hamula. Hama. Vrcei. Peluicula.

Thuribulum, quod S. Ambrosius 4. de sacerd. cap. 1. vocat *Thymiamaterium*, cuius vsum ad nos ab Hebræis emanasse tradit Bellarm. lib. 2. de Missa c. 15. est vas, quo adoletur thus: aptari debet cum quadruplici catenula, & operculo, ita vt longitudo catenularum sit cubitorum duorum, & vnciarum circiter duodecim. Thuribolum (ut notat Amalarius lib. 3. c. 5. & 18.) significat Christum igne S. Spiritus plenum, & odore bono. Tres catenulæ denotant tres uniones in Christo, quibus iunguntur diuinitas, & humanitas, scilicet vnionem carnis ad animam, diuinitatis ad carnem, & eiusdem ad animam: quarta catenula deitatis ad compositum. Ita Innoc. 3. lib. 2. cap. 17.

Thuribulũ. Thymiamaterium.

1598 *Nauicula* nomen habet, quia formam nauis exprimit: *Acerra* uocatur à Tertull. apolog. aduersus gentil. cap. 9. vulgò dicimus *naueta*: est uas seruando thuri aptum, & ex argento, uel aurichalco, cum cochleari eiusdem materiæ fieri debet, ita capax, ut quantitatem thuris ultra quam sit necessarium, in Missa recipiat. *Credentia*, de quibus fit mentio in Rubr. Missalis p. 2. tit. 2. est mensa breuis, dimissa, simplex, cooperta linteo usque ad terram pendente, & iuxta Cæremoniale Episcop. lib. 1. c. 11. collocatur ad latus Epistolæ, sine gradibus, sine cruce, & imaginibus, ut in ea ponantur calix, & alia necessaria, alio nomine dicitur *Abacus*, & fieri debet ex tabulis populeis, abiegnisue longè patens (ut docet Gauantus p. 5.) circa cubitos tres, pro templi magnitudine, choriue, seu presbyterij ratione, latè cubitis duobus; altè non ultra duos cubitos, & uncias duodecim.

Nauicula. Acerra. Credentia. Abacus.

Tin-

Tintinnabulum. *Vmbella altaris.* *Baldachinū.*

Tintinnabulum, vulgò dicimus *Campainha* (inquit Gauantus citatus) pro eleuatione sacramenti, si appendatur, parieti laterali affixum hæreat, & appenso funiculo, tam longo vt minister genuflexus ad coruu Epistolæ commodè illud pulsare possit. *Vmbella* in sacra supellectili est duplex: altera altaris, quæ vocatur Docel, & latè extensa protegit altare, & ipsum sacerdotem celebrantem: altera quæ defertur super sanctissimam Eucharistiam in processionibus, & vulgò dicitur *Pallio*: alio nomine *Baldachinum*.

ELVCIDATIO IV.

De Pænitentia, Extrema vnctione, Purgatorio, suffragijs, & indulgentijs.

1599 *APtè instituimus, quartam elucidationem de Pænitentia, vtpote, quæ inter reliqua sacramenta quartum locum obtineat: vt sumitur ex Tridentino sess. 14. & exponit Suarius in præf. de pænit. Est autem huiusmodi locus quartus, non ratione dignitatis, sed ratione vsus Necessariò enim supponit Baptismum: deinde ex natura rei Confirmationem, & Eucharistiam, cum hæc sint sacramenta viuorum, quæ per se loquendo peccatum non supponunt. Igitur elucidabimus Pænitentiam, quà virtus, & quà sacramentum est: deinde Extremam vnctionem, vtpotè cum Pænitentia connexam: quia sicut illa ad tollenda peccata, ita hæc ad peccatorum reliquias prorsus extinguendas ordinatur. Denique exponemus Purgatorium, suffragia, & Indulgentias, quibus animæ liberantur à reatu pænarum, quas expiandas, vel soluendas culpæ relinquunt.*

SECTIO I.

De nomine, & essentia Pænitentiæ, quà virtutis.

Resipiscere. *Resipiscentia.* *Pænitere.*

1600 HAeretici nostri temporis, quibus tantum dulcia arrident, & nihil triste cordi est, vt dolorem de peccatis, nec in ipso nominè conciperent, & à verbo *Pænitere*, & *Pænitentia* omnem austeritatem, & dolorem auferrent, vbicunque in sacris litteris inueniunt *Pænitere* vertunt *Resipiscere*, hoc est ad sanitatem mentis redire, seu nouam vitam inchoare absque dolore vllo vitæ præteritæ: sic enim sumitur apud Legistas *L. ex facto ff. de vulgari, & pupilla*: & vbi inueniunt hac vocem *Pænitentia*, vertunt *Resipiscentia*, quæ est reditus ad sanam mentem per nouam vitam.

Vnde Erasmus ad 3. Matth. deducit verbum *Pænitere* à pone tenere, vt idem significet ac postea sapere. At egregiè desipit in hoc errore; non enim dicitur *Ponetere*, sed *Pænitere* nec *Pouisentia*, sed Pænitentia, ac proinde non à Pone, sed à Pæna. Rectè igitur Author de vera, & falsa pænit. c. 19. & S. Isidor. lib. 3. etym. c. vlt. dicunt *Pænitentiam* à pæna, ita vt idem sit *Pænitere*, quod pænam tenere, & *Pænitentia*, quod pænæ tenentia, seu punientia. Pænitentia enim sine pæna, & dolore non intelligitur, vt constat ex sacra Pagina Iobi 42. *Ago pænitentiam in cinere, & fauilla.* Ioelis 2. *scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & conuertimini ad Dominum Deum vestrum* Vbi, & in multis alijs locis videtur sequi proprietatem Latinam. Ouidius enim 1. de Ponto eleg. 1.

Pænitet, o si quid miserorum creditur vlli,
Pænitet, & facto torqueor ipse meo.

Pænitentia. *Metanæa.*

Sic Ausonius in Epigram. dixit occasionem vocari *Metanæam*, quæ vox Græcis pænitentiam sonat, ex eo quòd pæna de facto, vel non facto per pænitentiam exigat. *Sum Dea quæ facti, non factique exigo pænam. Nempe, vt pæniteat: sic Metanæa vocor.*

Pænitentia quid sit. *Retractatio.* *Retractare.*

1601 Quod ad essentiam pænitentiæ attinet, ea tripliciter accipitur. 1. latè pro quodam tædio, contemptu, & aspernatione, etiam si operatio non sit. In qua acceptione dixit Plinius lib. 5. c. 17. *Gens æterna in qua nemo nascitur; tam fæcunda illis aliorum pænitentia est.* 2. apud Iuristas pro retractatione, siue contractus, siue criminis. Ita Gloss. ad *l. qui ea 67. ff. de furtis*, & hæc per metaphoram tribuitur Deo Genes. 6. *Pænitet me fecisse hominem*. Est autem *Retractatio* prioris tractationis reprobatio, seu reuocatio. *Retractare*, quod tractatum fuerat, reprobare, reuocare.

3. Apud Theologos pro dolore de peccato commisso, ita vt ex vi nominis significet primariò internum animi dolorem, secundariò externam corporis afflictationem. Sic Dauid suam pænitentiam manifestans dixit Psalm. 37. *Ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper.* In hac acceptione multipliciter definitur. Ab authore Hypognost. lib. 3. in hunc modum: *pænitentia est res optima, & perfecta, quæ omnes defectus reuocat ad perfectam*. A S. Gregorio homil. 34. in Euang. *Pænitentiam agere, est & perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare*. Vbi innuitur ad pænitentiam duo requiri, scilicet dolorem de peccatis præteritis, & propositum efficax de non committendis in posterum. A S. Augustino Epist 108. ad Seleucianum; *Est pænitentia bonorum, & humilium fidelium pæna quotidiana, in qua pectora tundimus dicentes; Dimitte nobis debita nostra.*

Pænitentia formalis ratio.

1602 Cum verò inter Theologos communis, & vera doctrina sit Pænitentiam habitualem esse in rigore virtutem supernaturalem, moralem, & distinctam à reliquis,

liquis, vt perspicuè dignoscamus formalem rationem Pænitentiæ actualis, notandum est cum Bellano disp. 1. de pænit. dub. 2. nu. 5. varios esse actus, vel Pænitentiæ intrinsecos, vel qui illam comitantur. 1. est odium quoddam, seu detestatio, qua peccatum præsens aspernamur. 2. est dolor, seu tristitia, quæ illam detestationem consequitur. *Dolor* huiusmodi consistit formaliter in quadam lucta, & inquietudine animi conantis malum exosum fugere: sicut *gaudium* consistit in oblectatione animi quiescentis in bono amato præsente. 3. est voluntas delendi peccatum, quantum fieri potest. 4. est voluntas satisfaciendi ei, quem peccato nostro læsimus. 5. est propositum absolutè vitandi peccata in posterum.

Dolor in pænitentia.

Resoluit igitur n. 10. & 11. Pænitentiam ita requirere actum detestationis, & doloris formaliter elicitum, vt secundùm rationem suam omninò intrinsecam formaliter præcipuè consistat in dolore connotando detestationem, quam aliquo modo etiam includit. Est discrimen inter detestationem, & dolorem, quòd in contritione plus disponatur anima ad remissionem culpæ per detestationẽ, quàm per dolorem: detestatio enim per se formaliter repugnat peccato, à quo voluntatem auertit: dolor verò propriè est punitiuus peccati, & consequenter satisfactiuus pro reatu pænæ temporalis post remissionem culpæ remanente.

Detestatio, & dolor.

1603 Denique vt innotescat plenè formalis ratio, & quidditas Pænitentiæ, paucis dicemus, quodnam sit illius obiectum formale, & materiale. Aduerte 1. ex S. Thoma 1. 2. q. 18. obiectum formale in qualibet virtute esse proximum, & intrinsecum eius motiuum. Patet, quia motiuum est proprius, & intrinsecus finis, qui in moralibus speciem tribuit, atque adeo virtutes specificare debet. Aduerte 2. obiectum materiale esse materiam illam, circa quam versatur quælibet virtus, & esse duplicem, alteram amplectendam, quam possumus vocare obiectum materiale prosecutionis, & alteram vitandam, quam possumus dicere obiectum materiale fugæ. Explicatur in castitate; nam hæc prosequitur mentis, & corporis puritatem, fugit verò delectationes venereas illicitas. His positis dicimus 1. cum Suario tom. 4. in 3. p. disp. 2. sect. 3. num. 4. & Bellano tom. 2. disp. 1. dub. 4 Obiectum formale pænitentiæ virtutis esse ius diuinum, quod scilicet habet Deus, ne offendatur conseruandum, & idem læsum reparandum. Nam hoc est in se honestum, & sufficienter pænitentiam à reliquis virtutibus distinguit. Dicimus 2. cum authoribus citatis, & Lugone disp. 3. à n. 2. pænitentiæ obiectum materiale prosecutionis esse omne bonum, quod ita aduersatur malo culpæ, vt iudicetur necessarium, vel vtile ad ius diuinum illæsum conseruandum, aut si læsum fuerit, reparandum, deinde obiectum materiale fugæ vitandum, & destruendum esse peccatum, ratio vtriusque ex dictis, & suppositis petenda est.

Obiectum formale.

Obiectum materiale.

SECTIO II.

De quibusdam alijs spectantibus ad pænitentiam quà virtutem.

1604 **P***Aenitentia* à SS. Patribus Hieronymo Epist. 8. ad Demetriad. & Ambros. ad Virg. lapsl. c. 28. & Tridentino sess. 6. cap. 14. appellatur *secunda tabula post naufragium* ob duplicem caussam, prior assignatur à Suario de pænit. disp. 1. sect. 1. num. 4. ita vt per naufragium intelligatur lapsus totius naturæ humanæ in primo parente, & sic Baptismus est prima tabula, quà à tali naufragio eripimur. pænitentiæ verò est secunda tabula: quia licet Baptismus in se frangi non possit, in suo tamen effectu per peccatum mortale amittitur; at per solam pænitentiam recuperatur. Posterior assignatur à S. Thoma q. 84. a. 6. ita vt per naufragium intelligatur, quodlibet peccatum mortale; & sic vitæ innocentia, & integritas est prima tabula ad salutem æternam, quæ si frangatur peccato mortali, adest pænitentia in subsidium, quæ proinde secunda tabula nuncupatur. Quodnam sit à Deo maius beneficium collatum homini, innocentia, an pænitentia? Latè disputat Suar. citatus disp. 13. sect. 3. à n. 21.

Tabula prima, & secunda.

1605 Patres quandoque Baptismum Christi vocant *Baptismum pænitentiæ*, non quòd (inquit Bellanus disp. 4. dub. 1. num. 8.) sit idem cum sacramento pænitentiæ, aut Baptismate Ioannis: sed quia ij, qui mortaliter aliquando peccarunt antequam baptizentur, debent præmittere pænitentiam, vt constat Act. 2. Quid sit *Renouari ad pænitentiam*, vt explicetur locus difficilis Apostoli ad Hebr. 6. num. 6. *Impossibile est eos, qui sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cæleste, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pænitentiam.* Constat ex duplici expositione, quam huic loco adhibet Cornelius, supponens ex Græco idem esse *Ad pænitentiam*, atque *Per pænitentiam*. Prior est, Apostolum loqui de pænitentia Baptismi, seu quæ præit Baptismum, quasi solum intendat damnare iterationem Baptismi. Nam sicut illuminatio sumitur pro Baptismo, ita Renouatio, dicitur enim Baptismus lauacrum regenerationis, & Renouationis, Posterior, quam magis probat, dum vocat magis planam, & genuinam, est loqui Apostolum propriè de pænitentia, quam dicit impossibilem, id est valde difficilem esse peccatoribus, non quibusuis, sed pessimis, & ingratissimis, putà Apostatis, qui post tot insignia lumina, & dona cælestia à Deo accepta, post tot gratias, & consolationes Spiritus Sancti, à fide, & agnita

Pænitentia Baptismus.

Renouari ad pænitentiam.

Pænitentia Baptismi.

veritate ad Iudaismum, & infidelitatem deficiunt, sicut olim Hebræi aliqui deficiebant.

Impœnitēs. Incorrectus Incorrigibilis.

1606 Hùc spectat explicare, quis sit; *Impœnitens*, quis *Incorrectus*, & quis *Incorrigibilis*, & quo discrimine inter se. *Impœnitens* est ille, quem commissi criminis non pœnitet, quamuis in aliud simile crimen non relabatur. *Incorrectus* est, qui de facto non corrigitur, sed in simile crimen relabitur. *Incorrigibilis* apud Syluestrum V. eodem, dicitur, qui corrigi non potest, siue de facto, siue iuridicè. *Incorrigibilis de facto*, quamuis nullus simpliciter sit, quia omne peccatum esse debet ita voluntarium, seu liberum committenti, vt absolutè vitari possit, tamen est aliquando incorrigibilis secũdum quid, nempe corrigibilis difficulter, ille nempe, qui ita assuetus est vitijs, aut ex complexione naturali ita propensus ad malum, vt difficulter, ac proinde rarò se euincat.

Incorrigibilis iuridicè. Contumax.

Incorrigibilis iuridicè secundùm Bald. dicitur, qui iudici non paret in extremo iurisdictionis, quod est sententia; *Contumax* verò, qui non patet in principio, quod est citatio. Secundùm Anton. de But. dicitur incorrigibilis, qui postquam penitùs est condemnatus iterum fertur in idem crimen, vel peius, nec facit sui præsentiam iudici. Si enim ita præsentetur, vt iudex possit eum apprehendere, incorrigibilis non est. Denique apud Rodriguez. tom. 1. qq. reg. q. 30. a. 14. & Portelium tom. 2. respons. moral. casu 29. n. 8. *Religiosus incorrigibilis de facto* ad effectum expulsionis est, qui licèt non fuerit tèr, aut quatèr punitus, commisit tamen multa, & grauia delicta, & ex illius moribus non speratur emendatio. *Incorrigibilis de iure* est ille quem aliqua lex, vel regula iudicat incorrigibilem, & sicut talem præcipit expelli à Religione, v. g. sibis, aut tèr punitus non resipiscat. Vide, quæ de correctione diximus n. 568.

Religiosus incorrigibilis.

Contritio. Contero.

1607 Cum Pœnitentia habeat tanquam præcipuos actus Contritionem, & Attritionem, hos elucidari oportet. *Contritio* iuxta Grammaticos deriuatur à verbo *Contero*, quod significat comminuo, seu in puluerem redigo, & in sacris literis. Psal. 50. & Danielis 3. nobili metaphora transfertur ad significandam perfectam detestationem peccatorum, ratione cuius humanum cor, seu spiritualis animus (vt pulchrè loquitur Granadus controu. 7. tract. 2. d. 7. sect. 1.) culparum malitia induratus quasi confringitur, & comminuitur, tum quia vehemens dolor aptè declaratur per scissionem iuxta illud Ioelis 2. *Scindite corda vestra*, tum quia sicut res materialis destrui solet dum confringitur, ita peccata perfecto dolore, seu perfecta contritione destruuntur. Quid autem sit perfecta contritio, qua peccator disponitur ad gratiam, desumunt Theologi ex Deuteron. 4. & Trid. sess. 6. c. 6. docentes tanquam certum ad perfectam contritionem requiri duo, nempe amorem Dei, & dolorem, seu detestationem peccatorum. Nam S. August. serm. 7. de tempore. *Veram pœnitentiam* (inquit) *non facit nisi odium peccati, & amor Dei.* Ratio est, quia per veram contritionem peccator conuertitur ad Deum, & auertitur à creatura, at non intelligitur conuersio ad Deum sine dilectione Dei, neque auersio à creatura sine formali detestatione peccati.

Contritionis essentia.

1608 Est dissidium inter authores, sit ne contritio vnus actus simplex, an multiplex? Et posito, quod sit vnus actus simplex, à quonam motiuo elici debeat, charitatis ne, an pœnitentiæ virtutis specialis? Bellanus disp. 2. dub. 6. à num. 47. existimat ad perfectam contritionem requiri duplicem actum distinctum, alterum amoris Dei, alterum detestationis peccati. Valentia disp. 7. q. 8. punct. 1. putat vnicum actum sufficere. S. Bonau. in 4. d. 16. 2. p. d. a. 1. q. 2. dicit satis, esse quòd detestatio eliciatur ex motiuo pœnitentiæ virtutis specialis. Bellarminus lib. 2. de pœnit. c. 8. §. quod verò, affirmat elici debere ex motiuo charitatis.

Dico 1. ad detestationem peccati, quæ est vera contritio, non requiritur actus amoris Dei distinctus, sed sufficit, quòd ipsa detestatio eliciatur ex motiuo charitatis. Ita Lugo disp. 5. de pœnit. sect. 1. num. 10. Patet, quia in illo vnico actu includitur amor Dei, & odium peccati, quæ duo requiruntur, & sufficiunt ad veram contritionem, vt ostendimus. Dico 2. Vt detestatio peccati elicita ex motiuo Pœnitentiæ virtutis specialis, sit vera contritio, exigit formalem actum amoris Dei, ex cuius imperio eliciatur. Ita ex S. Thoma 3. p. q. 83. a. 6. Arrubal in manuscript. d. 3. §. Dico 3. Patet, quia huiusmodi actus prout sit remotè ex motiuo charitatis imperatus à desiderio placendi Deo, censetur extrinsecè conuersio ad Deum, quatenus fit proximè ex motiuo pœnitentiæ, est auersio à peccato.

Attritio quid. Attero.

1609 *Attritio* ex vi nominis apud Latinos minus est, quàm *Contritio*. Deriuatur à verbo *Attero*, quod significat rem aliquam ad aliam terere, & quodammodo confricare. Apud Theologos, teste Suario disp. 5. sect. 1. num. 1. sic describitur. *Est detestatio peccati, qua hominem ad gratiam suscipiendam disponit, ex se quidem, seu solitariè sumpta, remotè, & insufficienter: cum sacramento autem sufficienter*. Desumitur hæc descriptio ex Trid. sess. 14. cap 4. quod vberiùs Attritionem explicat: *Contritionem* (inquit) *imperfectam, quæ attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex Gehennæ, & pœnarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ, declarat non solum non facere hominem hypo-*

hypocritam, & *magis peccatorum*, *verùm etiam donum Dei esse*.

Ex quibus satis apertè constat, ad tria reduci posse quidquid ad naturam attritionis postulatur. 1. est attritionem habere pro obiecto turpitudinem peccati, metum Gehennæ, & pœnarum. 2. præter spem veniæ, quam adiunctam habet, ita efficaciter auertere voluntatem à peccato, vt vel formaliter, vel virtute includat propositum non peccandi de cætero. 3. est ita debere esse supernaturalem, vt nullus dolor naturalis de peccato gradum attritionis attingere possit. Diuiditur adæquatè Attritio (vt docet Suar. disp. 5. sect. 2. n. 14.) in eam quæ habetur ex metu Gehennæ, & pœnarum, atque in eam, quæ habetur ex turpitudine peccati. Sumitur ex Tridentino citato, & ratione: quia per attritionem detestatur quis peccatum, vel vt malum morale concipitur, vel vt causa mali pœnæ: neque enim alia detestandi ratio in peccato, qua obiecto attritionis apparet: si priori modo, habetur attritio ex turpitudine peccati: si posteriori, habetur ex metu Gehennæ, & pœnarum: est igitur diuisio adæquata.

Ex attrito contritus. 1610 Quomodo intelligi debeat ille loquendi modus Theologorum. *Ex attrito fieri contritum*: seu potiùs sumptis formis in abstracto, *Ex attritione fieri contritionem*, latè exponit Suar. de pænit. disput. 5. sect. 3. Certum est 1. illum hominem, qui modo attritione afficiebatur, proindeque attritus erat, posse accipere à Deo contritionem, qua contritus denominetur. Certum est 2. attritionem non posse fieri contritionem, vel per additionem alicuius perfectionis accidentalis, quæ in ipso actu fiat, v. gr. intensionis, aut durationis: neque per mutationem vnius actus ab vna specie in aliam. Si verò loquamur non de contritione, quæ sit vnus actus simplex: sed de contritione quæ consistat in duplici actu, & sit aggregatum ex dolore de peccatis propter motiuum pænitentiæ, & amore Dei super omnia: tunc attritio aliquo modo, & si impropriè fieri potest contritio. Patet quia detestatio peccatorum ex motiuo pænitentiæ, præciso amore Dei, est quædam attritio: deinde per coniunctionem amoris formalis resultat contritio, vt ostendimus num. 1617. ergo attritio per additionem alicuius actus fit contritio, saltem impropriè Dico (impropriè) quia sicut materia ex eo, quod subeat formam rationalem, non propriè dicitur homo, sed componere hominem, ita ille actus, qui dicebatur attritio, ex eo quòd admittat consortium amoris, non dicetur propriè contritio, sed componere contritionem.

Contritio formata. 1611 Quid sit *contritio formata*, vel *informis*, petendum est ex Suario disp. 4. de pænit. sect. 7. n. 1. Vbi late disputat, vtrum contritionis actus sit semper gratia sanctificante formatus, an aliquando informis, ita vt à gratia nullum recipiat valorem moralem? Actum enim (inquit) esse formatum tali gratia, nihil aliud est, quàm esse hominis sancti actum, & grati Deo: ratione cuius habet valorem quendam, & dignitatem moralem. Ex quibus paret contritionem non dici formatam gratia, quasi gratia sit forma, quæ physicè afficiat contritionem, eo modo, quo habitus afficit potentiam, cui inhæret: sed quia afficit moraliter, hoc est dignificando contritionis actum, eique valorem quendam moralem conferendo. Nam gratia habitualis sicut est forma physica animæ, cui immediatè inhæret, ita est forma moralis actuum hominis iusti, quos moraliter dignificat.

Denique inter contritionem, & attritionem esse discrimen essentiale, sumitur. 1. à priori, quia contritio est detestatio peccati quatenus opponitur bonitati diuinæ, & soluit amicitiam cum Deo: attritio verò est quæuis alia honesta, & supernaturalis detestatio ex motiuo inferiori, scilicet peccati, qua opponitur beatitudini æternæ, vel honestati virtutum. 2. à posteriori, quia contritio ex sua natura postulat esse semper cum gratia, non ita attritio: illa enim in lege naturæ, & scripta per se tantum, in lege gratiæ cum voto sacramenti ad iustificationem sufficienter disponit: hæc verò nempe attritio sine sacramento in re suscepto nunquam sufficit. *Contritio, & attritio.*

1612 *Propositum* deriuatur à verbo (*Propono*) quod significat statuere, deliberare, estque deliberatio, seu quoddam statutum, quod quis habet apud se aliquid faciendi, vel non faciendi. Satis est ad verum actum pænitentiæ propositum non peccandi virtuale, seu implicitum, quod nempe continetur in detestatione: nec requiritur formale, seu explicitum, vt docent Nauarrus in Summa cap. 1. nu. 6. & Vasq. q 86. a. 2. dub. 4. Debet tamen huiusmodi propositum esse absolutum, & efficax, & cadere super omnia peccata, saltem mortalia, quouis tempore cauenda. Nam particula illa (*de cætero*) quam affert Trid. sess. 14. cap. 4. omne tempus futurum comprehendit. *Propositū. Propono.*

Notat verò Suar. disp 4 sect. 3. n. 5. non esse idem habere propositum non peccandi de cætero, & sibi persuadere iam amplius non peccaturum. Quia optimum propositum non peccandi habere potest, qui licèt existimet futurum vt peccet, tamen obsirmato animo contendit, & nititur contra id, quod euenturum timet, ac opinatur. Tale enim propositum (addit Bellanus disp. 2. dub. 6. n. 59.) quandiu durat, ita efficaciter mouet voluntatem, vt actu omne peccatum mortale vitet. *Versus peccator* idem valet, atque conuersus *de pænit. dist. 7. cap. si scirem vbi* sic habetur: *Versum puto qui dolet de crimine*. Apud Latinos differentia est inter *Pudere*, & *Pigere*: nam *Pudere* verecundiæ est, *Pigere* pænitentiæ: *Pudere* *Versus peccator. Pudere.*

Qq est

est in his, quæ turpiter fiunt: *Pigere* in his, quæ cum damno, ac malo. *Pudere* ad dedecus, *Pigere* ad dolorem refertur. Vnde Pigere, & Pænitere videntur coincidere.

Pigere,

SECTIO III.

De Pænitentia quà sacramento.

Pænitētia sacramētū.

1613 DAri in Ecclesia sacramentum Pænitentiæ à reliquis distinctum, & à Christo Domino institutum pro remittendis peccatis baptizatorum, inter Catholicos indubitatum est. Vt illius essentiam, seu formalem rationem elucidemus, notandum est hoc sacramentum sumi dupliciter, vel quà totum metaphysicum compositum ex genere, & differentia, vel quà totum physicum compositum ex materia, & forma. Metaphysicè acceptum definitur in hunc modum. *Pænitentia est signum efficax gratiæ quo remittitur peccatum post Baptismum commissum per modum iudicij.* Particula (signum efficax gratiæ) ponitur loco generis. Nam significare gratiam, eam causando, siue physicè, siue moraliter est generica ratio in omnibus sacramentis nouæ legis. Reliqua ponuntur loco differentiæ. Nam peccata remittere commissa post Baptismum, idque per modum iudicij, peculiare huius sacramenti est. Phycè acceptum declarabitur explicatis illius partibus quasi physicis, nempe materia, & forma ex quibus tanquam totum morale artificiale constat.

Reiecto hæreticorum errore, qui confessionem, satisfactionem, & dolorem, nec esse pænitentiæ partes, nec ad illam illo modo requiri asserunt, quos latè refellit Bellarmin lib. 1. de pænit. cap. 18. Communis, & vera sententia est formam huius sacramenti esse verba illa sacerdoti: *Ego te absoluo*: materiam esse hos pænitentis actus, scilicet contritionem, confessionem, & satisfactionem: ita tamen, vt forma illa, seu verba absolutionis à sacerdote prolata sit illius pars essentialis; item confessio, & contritio sit pars essentialis: satisfactio verò pars integralis sit spectans ad compositionem materiæ. Ita Suar. disp. 18 sect. 2. & Lugo disp. 12 sect. 2. Per partem essentialem intellige illam, sine qua essentia sacramenti dari nequit: per integralem illam, sine qua datur quidem sacramentum essentialiter, non tamen omninò integrum: sicut datur homo essentialiter, absque vtroque pede, non tamen omninò integer. Sic essentia Pænitentiæ non potest consistere, vel sine absolutione, vel sine confessione, vel sine contritione perfecta, aut imperfecta: nec illius integritas sine satisfactione.

Forma pænitentiæ.

Pars essentialis.

Pars integralis.

Materia Pænitētiæ.

1614 Quando dicimus materiam Pænitentiæ esse dolorem de peccato, & confesionem, id intelligimus de materia proxima: nam materia remota huius sacramenti sunt peccata actualia pænitentis, circa quæ dolor, confessio, & absolutio versatur, sicut medicina circa vulnera. Vt Pænitentiæ partes seorsim elucidemus, cum iam satis dixerimus de dolore, & detestatione, quatenus in contritione, & attritione continentur, sequitur, vt confessionem, satisfactionem, & absolutionem exponamus. Dari in Ecclesia *Confessionem sacramentalem*; eamque iure diuino necessariam, & à Christo Domino institutam, de fide est, vt contra hæreticos nostri temporis rectè ostendit Bellarm. lib. 3. de pæn. à cap. 1.

Confessio sacramentalis.

Vt exponamus quid sit, eam ex doctrina S. Thomæ in 4. dist. 17. q. 3. a. 2. & 3. p. q. 7. art. 1. rectè definiunt Valent. q. 9. punct. 1. & Granadus controu. 7. tract. 9. disp. 2. in hunc modum; *Confessio est accusatio peccatorum in specie facta sacerdoti ad obtinendum illorum remissionem beneficio clauium* Particula (*accusatio*) denotat confessionem esse debere non solum interiorem, sed etiam exteriorem per ritum externum. Dicitur (*peccatorum in specie*) vt significetur materia, nempe peccata, quæ per se loquendo in specie & numero, si lethalia sint, exponi debent. Dicitur (*facta sacerdoti*) quia solus sacerdos est legitimus minister ad confessionem sacramentalem audiendam. Ponitur (*ad obtinendam illorum remissionem*) vt exponatur religiosæ, & christianæ confessionis finis, cui proinde media accommodari, & proportionari debent.

1615 Tandem vltima particula (*beneficio clauium*) satis ostendit solam esse materiam confessionis ea peccata, quæ sub Ecclesiæ clauibus continentur, & clauibus subijci possunt, qualia sunt ea, quæ post Baptismum committuntur. *Potestas clauium*, iuxta doctrinam Theologorum in 3. dist. 18. idem valet, atque potestas ligandi, atque soluendi, quà iudex Ecclesiasticus dignos recipere, & indignos excludere debet à Regno. Sumitur ex illo Matt. 16. *Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum, & in Cælis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in Cælis.* Et latius patet potestate iurisdictionis, tum in foro interno sacramentali, tum in foro externo, & contentioso circa censuras: cum etiam extendatur ad concessionem indulgentiarum. Hæc enim procedit (vt inquit Bellan. disp. 12. dub. 2. n. 13.) à potestate publica aperiendi regnum Dei, per sublationem impedimenti, quod eius ingressum retardabat.

Potestas clauium.

Concessio autem Indulgentiarum facta defunctis, non est propriè actus iurisdictionis, cùm non exerceatur in subditos. Rectè ducitur metaphora à claue materiali, quæ est instrumentum, per quod quis ostium clausum referare, & referatum claudere potest. Clauem (inquit Syluest. v. eod. nu 1.) qui tradit, putà horrei, videtur omnia, quæ in eo sunt, tradidisse, iuxta Innocent. *de fide instrument. cap. 2.* & ea

data videtur data possessio omnium, quæ sub ea sunt. *Cap.ex litteris de consuet.* Vide quæ de potestate, & iurisdictione diximus supra à n.1180.

1616 Quas conditiones requirat *Confessio sacramentalis*, latè prosequitur Suarius disput. 21. sect. 1. & 2. Qualis olim fuerit *Publica confessio*, & quomodo à Nectario sublata, refert Bellanus disput.5.dub.1.à n.22. *Integritas confessionis* in eo consistit, quòd pænitens, nec plura, nec pauciora peccata, quam quæ commisit, in confessione aperiat. *Duplex integritas* datur, altera *materialis*, quæ est de omnibus peccatis commissis, prout fuerunt post Baptismum commissa, nullo excepto. Altera dicitur *formalis*, quæ licèt non sit de omnibus, quia datur causa ad aliqua occultanda, est tamen de omnibus à quibus explicandis nulla datur sufficiens excusatio. De his latè Suar. disp.22.& 23.

Publica confessio. *Integritas cōfessionis.*

Confessio informis teste eodem disp. 20. sect. 5. nu. 7. dicitur quæ est valida ad sacramentum constituendum, & informis quoad effectum ex defectu attritionis extensiuo, non intensiuo, seu ex defectu integritatis, non qualitatis ipsius attritionis, qui proueniat ex inculpabili inaduertentia, vel ignorantia. Nam si quis eliciat attritionem de duobus, vel tribus peccatis ex peculiari motiuo deformitatis illorum, ignorans inuincibiliter se alia lethalia commisisse, & illa tantum bona fide confiteatur, valida erit confessio, vtpote legitimè dolorosa, supra quam cadet vera forma: at carebit effectu gratiæ, ex obice, seu peccato lethali, in quod nullus dolor cecidit. Dicitur igitur *Informis* quasi non formata per gratiam sanctificantem. *Exomologesis* vox Græca est, de qua fit mentio 27. *qu. 1. cap. nec aliqua*, & interpretatur confessio, siue sit laudis, qualis illa Matth.11.*Confiteor tibi Pater, Domine cæli, & terræ*: siue sit peccatorum. *Ora senatoribus ostendere* pro sacerdotibus peccata confiteri: est modus loquendi, quem affert Albericus *V.eod.citata dist.1.de pæn. §. hinc est*. At non inueni.

Informis confessio. *Exomologesis.* *Ora ostendere.*

1617 Explicata materia huius sacramenti, quæ est confessio dolorosa, sequitur, vt declaremus illius partem integralem, quæ est satisfactio, non quidem exhibita inter homines, de qua iam diximus num. 893. sed quæ ab omnibus exhibetur Deo. Cū verò duplex satisfactio considerari debeat, altera pro culpa, quæ à contritione non distinguitur: altera pro pæna temporali, quæ remanet etiam post condonatam culpam: hæc posterior si imponatur à sacerdote confitentibus, dicitur pars integrans materiam, habetque vim ex opere operato. Vulgari nomine *Pænitentia* appellatur. Inter satisfactionem, & satispassionem ponit discrimen Bellanus disp.10.dub.1. n. 2. quòd satisfactio debeat exhiberi per actum liberum ipsius qui læsit, siue per voluntariam pænæ alicuius susceptionem: sic pænitens dicitur satisfacere, quia pænam iniunctam à sacerdote liberè acceptat, & subit: at *satispassio* est punitio, quæ infertur lædenti etiam inuito, itaut tantum patiatur, quantum meretur, iuxta illud Deuter. *Iuxta mensuram peccati erit, & plagarum modus*. Nam eo ipso quo, ei qui offendit etiam inuito condigna pæna à iudice infligitur, læsa offensi authoritas reparatur. Vnde animæ in Purgatorio non dicuntur satisfacere, sed satispati, quia ab earum voluntate non dependet pænarum executio: deinde quia sicut non sunt in statu merendi, ita nec in statu satisfaciendi.

Satisfactio sacramentalis. *Satispassio.*

1618 *Absolutio* est forma sacramenti Pænitentiæ, & proferri debet his verbis: *Ego te absoluo à peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*. Duo autem verba ex numeratis, *Absoluo te*, requiruntur, & sufficiunt, vt cum communi, & vera sententia docent Suar.disp 19.sect.1.n.20.& Vasq.3.p q. 84.a.3.dub. Patet, quia sine altero ex duobus illis verbis, nec fit propositio, nec significatur actus iudicialis: deinde vtrunque simul acceptum, satis significat effectum huius sacramenti, nempe liberationem à peccatis, quæ fit per infusionem gratiæ sanctificantis. Vt autem verificetur semper forma absolutionis, illud notandum est, quòd licèt generatim significet omnem solutionem vinculorum peccati, secundùm culpam, pænam, obligationem confitendi, & quamcunque aliam rationem, iuxta quam ligare potest, tamen hic, & nunc non significare determinatè omnem solutionem, sed aliquam ex dictis indeterminatè hic, & nunc conferri, scilicet confitentem absolui à peccato quatenus ligat, vel secundùm culpam, vel secundùm pænam æternam, aut temporalem, vel secundùm aliquam aliam rationem.

Absolutio sacramentalis.

1619 Ex his patet discrimen inter absolutionem sacramentalem, & eam quæ impenditur per sententiam in foro externo. Nam in hoc non remittitur peccatum ei, qui absoluitur sed hic solum declaratur innocens. At per absolutionem sacramentalem remittitur peccatum, vel soluitur aliqua ligatio à peccato relicta. *Absolutio à culpa, & à pæna*, quæ dicitur fieri per Indulgentiam, latè explicatur à Suar.de cens. disp.22. sect. 4. nu. 19. Vbi tractat de Excommunicatione, quæ est in *Clement. Religiosus 1. de priuil.* contra regulares, qui Indulgentias malè, & sine potestate concedunt. Indulgentia (inquit) quæ appellatur à culpa, & à pæna non includit absolutionem sacramentalem: sed supponit culpam remissam per sacramentum in re, vel in voto, & concedit remissionem totius pænæ: & ita consummat remissionem à culpa, & à pæna, ideoque sic appellatur.

Absolutio fori externi. *Absolutio à culpa, & à pæna.*

Quid sit *Absolutio indirecta*, quæ in confessione cadit supra peccata oblita, non inueni

Indirecta absolutio.

clarè explicatum in authoribus. Quantum ex eorum doctrina deprehendi: *Directa absolutio* est, quæ cadit primariò, quasi ex primaria intentione supra peccata sufficienter subiecta clauibus. *Indirecta* est, quæ cadit veluti secundariò,& per consequentiam in peccata, quæ ex causa, non dum sufficienter clauibus subiecta sunt;cadit verò absolutio consequenter supra illa, propter connexionem, quam peccata mortalia inter se habent, vt vnum sine alijs remitti nequeat. Hinc Suar. disp.30. de pœn.sect.3.n.10.ponit discrimen inter culpam,& censuram: quòd interdùm(inquit)vna culpa potest indirectè, & concomitanter tolli per iurisdictionem, & absolutionem circa aliam, propter connexionem, quam mortalia peccata habent inter se in ordine ad remissionem. Excommunicatio verò non potest tolli nisi per directam absolutionem, & iurisdictionem: quia non habet talem connexionem cum alijs excommunicationibus,vel etiam cum culpa, vt tolli nequeat sine illis. Vox illa (*nec indirectè quidem*) quæ datur in voto non prætendendi dignitates, quod emittunt Professi Societatis,ita explicatur à Sancio lib. 6. decal. c.18. num. 23. vt vel nihil addat supra directam prætensionem, sed solum innuat quãdam strictam illius prohibitionem; vel vt directa prætensio sit, quæ claris verbis, & signis exprimitur: indirecta, quando non ita expressè,sed alio prætextu,& simulato colore palliatur.

Directa absolutio.

Indirectè pretendere.

SECTIO IV.

De alijs spectantibus ad sacramentum Pœnitentiæ.

1620 Pœnitentiæ forum, & Conscientiæ forum iuxta Suarium lib. 8. de legib. c.6.n.13.ita differunt inter se,vt hoc latiùs pateat,quàm illud. Quamuis enim *omne forum Pœnitentiæ* sit forum conscientiæ, non è contra, *omne forum conscientiæ* est forum Pœnitentiæ: nam multi sunt effectus pertinentes ad conscientiam, qui extra sacramentum Pœnitentiæ fieri possunt, sicut est absolutio à censura, absolutio, vel dispensatio ab irregularitate, concessio, & lucratio indulgentiæ:at Forum Pœnitentiæ, est forum sacramentalis iudicij, quod magis limitatum est. Sic exponit Sanch.lib.2.decalog. c.11.n.14. illam particulam (*In foro conscientiæ*) Tridentini sess. 24. de refor. c. 6. Vbi conceditur Episcopis facultas absoluendi ab hæresi occulta. Vnde videntur forus internus, & forus conscientiæ coincidere. Quid sit forus, & quotuplex, exposuimus n.120.

Pœnitentiæ forum. Conscientiæ forum.

1621 *Conscientiæ casus*, quid sit, & cur sic dicatur, eruditè tradit Sayrus in claui lib.1. c. 1. *Casus* (inquit) à cadendo dicitur, & apud Latinos significat lapsum, & ruinam. A Grammaticis vsurpatur ad significandas formas vocabulorum, quibus in aliam, atque aliam cadunt effigiem, qualis est casus Nominatiuus,à quo tanquam a suo recto Genitiuus, Datiuus, & alij cadere dicuntur. Ab oratoribus, & Poetis transfertur ad significandam miseriam, & calamitatem, per quam quis à statu feliciori, in quo priùs vixerat, cadere dicitur. A Philosophis sumitur pro euentu inopinato. Sic Aristot. 2. Phys. disputat de casu, & fortuna. A Iurisconsultis omnis quæstio de iure proposita casus appellatur. Apud S. Theologiæ moralis professores casus conscientiæ dupliciter vsurpatur. 1. latè & minùs propriè pro omni quæstione facta de moribus, siue spectet ad peccata, siue ad censuras, siue ad vota, & iuramenta, siue ad quodcunque aliud quod mores, & conscientiam respiciat.

Conscientiæ casus. Casus quid.

2. Pressè, & magis propriè, & vt sic solum significat peccatum, quo quis verè à rectitudine virtutis cadit. In qua significatione vsurpatur in Bullis, & Gratijs in quibus conceditur facultas,vt possit quis eligere confessorē, qui possit absoluere ab omnibus casibus, & censuris: vbi manifestum est distingui casum à censura. Ex quibus Sayrus citatus n. 5. infert.1.si Episcopus concedat alicui facultatem absoluendi à casibus reseruatis sibi, non concedere censuras sibi reseruatas, vtpote diuersas à casibus propriè acceptis. Infert.2. si Prælatus concedat facultatē absoluendi ab omnibus suis casibus, & censuris, non ideo concedere facultatem dispensandi in irregularitate, votis, aut iuramentis in quibus ipsemet Prælatus potest. Nā hæc sunt diuersa,vt diximus.

1622 Quæ sint species peccatorum, & eorum circunstantiæ aperiendæ in confessione, tradunt Suar. disp. 22. sect.2. & Bellanus disp.7.dub.2.& 3. Ex quibus noto 1.duplicem esse alicuius actus speciem,scilicet physicam, & moralem, qua constituitur in ratione talis virtutis, & vitij, & variari potest manente priori inuariata v. g. comestio carnium facta feria quinta,& feria sexta, est eiusdem speciei physicæ: vna tamen differt ab alia in specie morali. Item occisio hominis facta gladio,& altera facta sclopeto differunt specie physica, & tamen sunt eiusdem speciei moralis. Ad confessionem igitur non refert explicare diuersam speciem physicam,quando est eadem moralis: secùs econtra, necesse est explicare diuersam moralem,quamuis sit eadē physica.

Species moralis, & physica.

Noto 2. circunstantias actus de quibus diximus n. 79. esse triplicis generis. Quædam enim dicuntur *mutantes speciem*, & sunt, quæ addunt actui malitiam specie distinctam, v. g. sit homicidium in templo, circunstantia loci efficit, vt præter malitiam homicidij in peccato contra iustitiam, detur etiam malitia sacrilegij contra religionem, ratione loci sacri viola-

Circunstantiæ quæ.

violati. Aliæ efficiunt, vt id, quod solum esset peccatum veniale, fiat mortale: vt si quis in re leui alterius famæ detrahat, aduertens tamen hic, & nunc ei inde oriturum graue damnum; aut è contra, quod ex suo genere est mortale, efficiunt veniale, vel omninò nullum, vt si quis alteri graue damnum inferat ex ignorantia leuiter, aut nullo modo culpabili. Denique quædam vocantur *aggrauantes*, & sunt, quæ, neque mutant speciem, neque peccatum à veniali ad mortale transferunt, sed solum intra eandem speciem augent malitiam, v. g. intra speciem furti aggrauatur malitia per maiorem quantitatem ablatam. Circunstantias primi, & secundi generis esse de necessitate confessionis, certum est: tertij generis, seu aggrauantes, si notabilitèr aggrauent, etiam spectare ad necessitatem confessionis probabilissimum est.

Aggrauantes.

1623 Superest explicandum, quid sit Approbatio ad audiendas confessiones, quid Proprius sacerdos, quid Reseruatio, quid Articulus mortis, quid sigillum, quid solicitatio. *Approbatio*, de qua Trident. sess. 23. cap. 15. de Reform. nihil aliud est, quàm quædam legitima declaratio idoneitatis ad audiendas confessiones, quam prælatus confert sacerdoti subdito. Non enim per approbationem (inquit Bellanus disp. 8. de pænit. dub. 7.) confertur vllum ius, vel iurisdictio ad audiendas confessiones, sed solum persona iudicatur idonea, cui iurisdictio illa conferatur. Est igitur approbatio, testimonium authenticum, quo approbatus iudicatur idoneus, seu aptus, cui iurisdictio, seu munus audiendi confessiones committatur.

Approbatio.

Proprius sacerdos iuxta S. Bonau. in 4. dist. 17. 3. eius parte a. 1. q. 3. dicitur quasi per oppositionem ad sacerdotem alienum, quicunque habens ius administrandi sacramentum Pænitentiæ, quocumque titulo, & modo id habeat, siue ordinaria, siue delegata iurisdictione. In qua acceptione Proprius Sacerdos distinguitur ab eo, qui omnino est quasi alienus ab hoc ministerio. Verùm huiusmodi acceptio pugnat cum cap. *Omnis vtriusque sexus*, in quo proprius sacerdos distinguitur ab alieno, etiam si delegatam iurisdictionem habeat. Quare iuxta Suarium disp. 25. de pænit. sect. 2. num. 2. hæc vox propriè, sed latè significat quemcunque pastorem animarum, qui in foro sacramentali habet iurisdictionem ordinariam, siue illa sit proxima, & immediata, qualis est in parocho, siue sit vniuersalis, & quasi remota, qualis est in Episcopo, vel summo Pontifice, ita vt non dicatur sacerdos proprius, vt distinguitur à communi sed, vt distinguitur ab alieno. In significatione autem stricta, & rigorosa *Proprius sacerdos* dicitur, qui proximam curam, & obligationem habet ex officio ministrandi fidelibus sacramentum pænitentiæ.

Proprius sacerdos.

1624 *Reseruatio* in præsenti (vt definit. Suar. disp. 29. sect. 1. nu. 1.) nihil aliud est, quàm ablatio, seu non concessio iurisdictionis ad absoluendum ab aliquo peccato, quamuis circa alia concedatur. Seu verbis alijs: Reseruatio est limitatio, seu coarctatio iurisdictionis commissæ sacerdotibus inferioribus, vt nimirum in sacramento Pænitentiæ ab aliquibus peccatis absoluere nequeant. *Articulus mortis* (in quo quilibet sacerdos etiam simplex, irregularis, degradatus, excommunicatus, & hæreticus iuxta Sanch. lib. 2. decal. c. 13. num. 5. & Suar. tom. 5. in 3. p. disp. 11. sect. 1. n. 15. potest absoluere ab omnibus peccatis, & censuris) idem valet, quo ad hunc effectũ, atque probabile periculum mortis: vt præter eundem Sanch. citatum, tenet Bellanus disp. 8. dub. 2. num. 16. quidquid in oppositum dicat Couarrub. *Cap. Alma p. 1. §. 11. n. 18.* Illud autem datur, quando est probabile dubium de morte, & frequenter in eo casu euenire solet; v. g. cum fœmina partui appropinquans, eius est complexionis, vt periculum verisimilitèr timeatur: aut si eo anno parientes soleant communiter periclitari. Item cum grauis tempestas exoritur: vel cum datur aggressio nauigationis periculosæ, aut conflictus in bello, aut itineris prædonibus interficere solentibus expositi: aut cum quis incidit in morbum periculosum, qualis est ille qui maiori ex parte mortem inferre solet: aut datur periculum probabile incidendi in amentiam.

Reseruatio. *Articuli mortis.*

1625 *Sigillum* dicitur, quasi paruum signum, cuius diminutiuum est, & propriè significat id, quod vulgò dicimus *finete*, quo Epistolæ signantur, & clauduntur: nam *sigillatæ litteræ*, id est clausæ, & annulo impressæ; *Sigillare*, id est claudere. Hinc sigillum per metaphoram transfertur ad significandam obligationem, qua quis tenetur seruare rem aliquam secretam. Per antonomasiam verò significat obligationem maximam, qua sacerdos obstringitur ad seruandum secretum de his rebus, quas in confessione audit. Dixi (*maximam*) quia tanta est, vt in nullo casu, & propter nullum finem, etiam pro tuenda tota Republica ab ingenti malo temporali, aut spirituali violare illam liceat. Quod tanquam certum cum multis docet Suar. disp. 33. de pæn. sect. 1. n. 2.

Sigillum. *Sigillatæ litteræ.* *Sigillare.*

Secretum apud Latinos dicitur, quod est ab alijs separatum, item quod est arcanum, & intimum. Apud Theologos *Secretum naturale* vocatur, quod paucis est notum, & lege naturali tenemur non reuelare, nisi ob bonum publicum. Est in multiplici gradu, quem latè explicat Molin. to. 5. à disp. 3. Primus gradus est, quando illa obligatio nascitur solum ex natura rei, & quis obligatur ex iustitia nihil facere, quo proximus in bonis suis lædatur. 2. est quãdo quis vlteriùs rei illius occultæ notitiam iniustè comparauit. 3. est gradus secreti ex pacto,

Secretum naturale.

seu promissione, qua quis post agnitum, quid promittit se non reuelaturum. 4. est quando, quis accepit secretum ex pacto, seu ea lege, vt illud non manifestet cuiquam alteri, sed *Commissum secretum.* omninò retineat, vt dicitur *Secretum commissum.*

Celare quid. 1626 *Celare* apud Latinos est abscondere, & sciri nolle. Apud Legistas *in l. 1. ff. de action. empt.* quid sit, sic habetur: *Venditor si eum sciret deberi seruitutem celauit, non euadet ex empto actionem, si modo eam rem emptor ignorauit. Omnia enim quæ contra bonam fidem fiunt, veniunt in empti actionem. Sed scire venditorem, & celare sic accipimus, non solum si non admonuit, sed & si negauit seruitutem istam deberi, cum esset ab eo, quæsitum.* Apud eosdem Legistas *Intima*, id est secreta *l. 3. §. 1. ff. de arbit.* Ad *Intima.* materiam Pænitentiæ spectat, quod iuxta *Cap. Omnis vtriusque §. Caueant de pænit.* Prodere non debet sacerdos verbo, vel signo peccata sibi confessa. *Prodere* autem est reuela- *Prodere.* re. *L. qui falsa ff. de testib.* seu manifestare, *L. 1. C. de desertoribus lib. 12.*

Proditor. Hinc *Proditor* est, qui secreta nunciat hostibus. *L. omne delictum §. Explorator ff. de re milit.* Item dicitur, qui pronunciat mendacium, vel non liberè loquitur veritatem 11. *Solicitare.* *q. 3. cap. Nolite. Solicitare*, tam in iure ciuili *L. mancipia C. de seruis fugit* & *l. 2. ff. ad leg. iul. maiest.* quàm in iure Canonico. *Cap. per In-* *Solicitatio.* *quisitionem de elect.* Est idem atque prouocare *Solicitatio* idem atque prouocatio. Quænam sit obligatio denunciandi solicitantes ad turpia in confessione, constat ex Bullis Summorum Pontificum præsertim Gregorij XV quas exponit Dian p. 4. tract. 5. resolut. 3. & 31. *Solicitare ad turpia*, vt exponit Fragos. p. 2. lib. 5. d. 15. §. 1. n. 1. est prouocare, seu allicere, seu inuitare, seu precibus rogare ad turpia, etiamsi actus inhonesti non sint completi.

SECTIO V.

De Extrema vnctione, & suffragijs.

1627 Ante huius sacramenti explicationem, placet elucidare, quid sit in iure Extremum, quid Vnctio. *Extremum* *Extremum.* apud Latinos propriè est vltimum, & postremum: aliquando significat initium alicuius rei, teste Sipontino, interpretante illud Plauti: *Ab extremo narrare incipiam*, id est ab initio, seu principio. Vsurpatur pro nequissimo, perditissimo, ac pessimo, quasi à consortio humanitatis remoto. Hinc *Extrema malitia*, *Extrema malitia.* pro maxima. Apud Iurisperitos *Extremum* ponitur pro minimo *L. Ordinariorum in fin. C.* *Extrema voluntas.* *de Cohortali lib. 12.* Item pro vltimo: Vnde *Extrema voluntas*, quod vltima *L. 2. C. si secundo* *Extrema iurisdictionis.* *nupta mulier.* Hinc *Extremit*, pro in vltimis vitæ. *Cap. Raynucius de testam.*

Quid sit *Extremum iurisdictionis in l. 1. §. 2. ff. si quis ius dicenti*, exponit ibidem Gloss. tripliciter interpretando. 1. Vt idem sit extremum, atque minimum, infimum, vel vilissimum. 2. Vt sit idem, atque vltimum, id est executio sententiæ, & missio in possessionem, quæ petitur, quæ vltimo fit. 3. vt sit vtrunque, nempè primum, & vltimum iurisdictionis, quibus extremis iurisdictio clauditur.

1628 *Vnctio* nomen verbale est huius *Vnctio.* verbi (Vngo) & idem valet, atque vngendi *Vngere.* actio: dicitur, *Vngo*, quasi vnum ago: vn- *Vnctio triplex.* gendo enim coniungitur, atque vnitur caro. Vnctio Ecclesiæ iuxta Syluest. v. eod. est triplex: vna quæ nec sacramentum, nec sacramentale est: quia nec per se gratiam causat, nec ad aliquod sacramentum perficiendum, vel suscipiendum ordinatur, qualis vnctio regum; vnde ea fieri non debet cum materia consecrata, & multo minus cum chrismare; nec fit in capite, sed in humero, vel armo. Imperatoris vnctio habetur *in Clement. de iureiur. cap. vnico. §. Edictus.* Secunda est sacramentalis non sacramentum; quia scilicet ad sacramentum ordinatur, vel suscipiendum, vt Catechumenorum, vel perficiendum, vt vnctio baptizati in vertice. Tertia est sacramentum per se, & duplex, scilicet chrismatis in fronte per Episcopum, de qua satis diximus Elucid. 2. sect. 3. & olei sancti per sacerdotem in extremis.

1629 *Extrema vnctio*, quæ iuxta Suarium *Extrema vnctio.* disp. 39. de pænit. sect. 1. sic appellatur, tum quia per quandam vngendi actionem confertur: tum quia extremum est omnium sacramentorum, & in extremo vitæ periculo impenditur; est sacramentum nouæ legis propriè dictum, à Christo institutum, & à S. Iacobo promulgatum. Ita de fide definitum est à Trident. sess. 14. & sess. 7. Quo tempore fuerit institutum, certo non constat. Verisimilius est non ante Eucharistiam, & Pænitentiam, sed ante Ascensionem fuisse institutum. Quia Christus plenè fundauit Ecclesiam antequàm ex hoc mundo discederet. Quæ- *Materia S. vnctionis.* nam sit huius sacramenti essentia constabit explicatis materia, & forma, ex quibus coalescit.

Materiam remotam huius sacramenti esse oleum oliuarum, de fide est, prout definitur à Florentino in Decreto Eugenij. Nam Iacobus cap. 5. absolutè dixit, *Vngentes eum oleo:* & sicut pro aqua absolutè *Oleū quid.* prolata intelligitur elementaris, & pro pane triticeus, ita pro oleo intelligitur olaginus. Constat inter fideles dictum oleum debere esse ab Episcopo benedictum, saltem ex necessitate præcepti. Dubitatur an sit etiam hoc de necessitate sacramenti? Respondet affirmatiuè Suar. disp. 40. sect. 1. cum communi sententia: & meritò; quia vtrunque Cōcilium Florent. & Trident. dixit materiam esse

esse oleum ab Episcopo benedictum. Concilia autem solent assignare ea, quæ essentialia sunt. Quare nec Pontifex dispensare valet, vt talis materia sit oleum ab Episcopo non benedictum.

Materia proxima S. Vnctionis. 1630 Materia proxima huius sacramenti est vnctio facta à sacerdote. Patet, quia hoc sacramentum consistit in actione transeunte, quam indicat verbum Iacobi: *Vngentes eum oleo*, & qua significatur gratia inungens animam ægrotantis. Quòd autem fiat in forma crucis, non est de essentia sacramenti. Imò nec de necessitate præcepti, saltem sub culpa graui. Florentinum recenset septem vnctiones, quibus perficitur hoc sacramentum, scilicet in oculis propter visum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum, vel locutionem, in manibus propter tactum; in pedibus propter gressum, in renibus propter delectationem ibi residentem.

In qualibet ex dictis partibus sufficit, quælibet etiam minima vnctio, dummodò iuxta communem vsum vera vnctio dici possit. Nec requiritur absolutè in singulis sensibus duplex vnctio, v. g. duorum oculorum, vel duarum aurium. Has omnes septem vnctiones simul, nec esse necessarias ad sacramentum, nec ex præcepto, constat; quia plerunque omittuntur duæ, nempè pedum, & renum, præsertim in fœminis ob honestatem. Quinque aliæ, quibus quinque sensus inunguntur, vel sunt de necessitate sacramenti, vel saltem (quod omninò certum putamus) sunt de necessitate præcepti. Ordo quo fiunt quamuis omninò seruari debeat, tamen ad valorem sacramenti non postulatur. Hæc ex Suario disp. 40. de pænit. sect. 2.

Forma S. Vnctionis. 1631 Quod attinet ad formam, ea legitima est, qua vtitur Ecclesia, & præscribitur ab Eugenio IV. in suo decreto, & à Trident. sect. 24. c. 1. in hunc modum. *Per istam sanctam Vnctionem, & suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per visum, amen*. Et sic de reliquis sensibus. Vnde formam deprecatiuam esse sufficientem, de fide constat. Esse autem huiusmodi deprecationē ita necessariā, vt solum verbū indicatiuū sine formali deprecatione nō sufficiat, probabilius est. Ratio à priori sumitur ex institutione Christi, qui singulis sacramentis præscripsit formā quā voluit. Cōgruētia est, quia hoc sacramētū

Deprecatiua forma. impenditur solis moribundis, qui iam quasi destituti omnibus viribus acquiescunt in sola Dei misericordia, quæ proinde oratione implorari debet. Per hanc formam non explicatur materia remota ex qua fit vnctio, sicut in confirmatione explicatur chris-ma.

Quamuis incertum sit, & fortasse verius, non esse essentiales has mutationes, v. g. si quis omittens (*sanctam*) dicat Per istam vnctionem, vel *Vngendo te parcat tibi Deus*: vel loco *misericordiæ* ponat bonitatem, & omittat particulam illam *pijssimam*, quæ clariùs videtur non essentialis; tamen sine graui culpa ob periculum, & fractam Ecclesiæ consuetudinem omitti nequeunt. Quòd *Oleum* aliquando ponatur pro chrismate, & è conuerso, tradit Albericus. v. eod. *ex 20. dist. illud superfluum*. Ex prædictis sic explicatis concinnat Suarius citatus sect. 4. duplicem definitionem huius Sacramenti, alteram physicam, alteram metaphysicam, quæ constatur in hunc modum: *Extrema vnctio est Sacramentum ex sacra vnctione olei, & prece sacerdotis confectum, & ad salutem mentis, & corporis ægrotantis hominis, diuina institutione ordinatum.* *Oleum pro chrismate.* *Extrema vnctio definitur.*

1632 Vt altera sectionis partem elucidemus, *suffragium* apud Latinos duce Tullio 1. de legib. propriè dicuntur voces illæ, quæ olim in comitijs dabantur tabellis descriptæ, quibus vnusquisque suam manifestabat voluntatem de aliquo, in magistratum eligendo. Deriuatur à verbo *suffragor*, quod significat adiuuo, fauotem, & auxilium fero, cuius oppositum est *Refragor* pro aduersor, repugno. Apud Legistas suffragium accipitur pro dono. *Authent. vt indic. § fruguint*, pro expresso consensu in scriptis redacto. *l. de quibus ff. de legi* pro pecunia, eo quòd suffragium præstet. *Authent. Quomodo oport.* Episc. pro patrocinio aduocati *L. vnica C. de suffrag.* Item pro salario, quod aduocato impertitur *Authent. Vt litigantes*. Est autem *suffragator* aduocatus. *L. militem, C. de procur.* Item *suffragari*, quod adiuuare. *Auth. de monachis §. pe.* Hinc dicuntur *suffraganei*, id est auxiliarij diæcesanorum Episcoporum. *Cap. suffraganeis de elect.* Vide plura *in l. vniuersi C. de lega. lib. 10.* *Suffragium.* *Suffragor. Refragor.* *Suffragator. Suffraganei*

1633 Suffragium apud Canonistas, duce Gloss. ad *Cap. Cum creatura celebr. Missar.* & apud Theologos duce S. Thoma in 4. dist. 45. est auxilium quoddam quod vnus fidelis præstat alteri ad obtinendum à Deo remissionem pœnæ temporalis, vel aliquod commodum spirituale. *in cap. Animæ, 13. quæst. 1.* quatuor genera suffragiorum recēsentur. 1. Oblationes, seu sacrificia sacerdotum. 2. preces sanctorum, siue ij in cælo, siue in terra sint. 3. Eleemosynæ, quibus animæ iuuantur, tum quia satisfactoriæ sunt, tum quia eas excipientes mouentur, vt orent pro defunctis. 4. ieiunia, per quæ intelliguntur reliqua opera pænitentiæ. Tribus modis (inquit Suar. disp. 48. de pænit. In exord.) potest opus vnius fidelis suffragari alteri, 1. ex opere operato per sacrificium Missæ, de quo supra. 2. per Indulgentias, quæ etiam iuuant per modum operis operati, de quibus infra. 3. ex opere operantis de quo in præsenti. *Suffragium animæ.*

1634 Certum de fide est dari inter fideles aliquam bonorum operum communicatio- *Suffragia fidelium.*

nem,

nem,quibus se inuicem iuuare possint. Nam opus vnius valet ad obtinendum alteri remissionem alicuius pœnæ temporalis. Id enim postulat charitatis vnio, quæ sicut efficit cor vnum, & animam vnam, ita omnia bona facit communia, & communicabilia. An verò id fiat per modum satisfactionis, seu debitæ solutionis? Affirmandum est cum vera sententia, quæ fundatur in diuina institutione nobis per Ecclesiæ sensum, & Catechismum Pij V. declarata. Ex quo colligitur quoties vnus pro alio efficaciter satisfacit, se ipsum priuare fructu illius satisfactionis, quantum ad remissionem pœnæ.

Quod attinet ad animas in Purgatorio detentas, de fide est ex Tridentino sess. 25. decreto 1. suffragia viuentium illis prodesse. Per modum ne impetrationis, an condignæ satisfactionis? Suarius citatus sect. 5. sic resoluit; Quamuis pium, & probabile sit Deum interdum remittere gratis pœnam animabus Purgatorij propter orationes, & merita iustorum, tamen hoc valdè incertum est, & oppositum valdè verisimile, nempè Deum nunquam remittere alicui pœnam pro peccatis debitam, nisi oblata condigna satisfactione. Hoc enim diuinæ iustitiæ vindicatiuæ magis consentaneum videtur. Quæ conditiones requirantur, tum ex parte eius pro quo offertur suffragium, vt infallibilem habeat effectum, tum ex parte offerentis suffragium latè tradit, & prosequitur Suar. sect. 7. & 8.

SECTIO VI,

De Indulgentijs, & Purgatorio.

1635 INdulgentia deriuatur à verbo *Indulgeo*, quod significat obsequor, consentio, inseruio, & apud Latinos sumitur non solum pro simplici concessione, sed etiam pro molli quadam permissione, quæ seueritati opponitur, item pro pulchritudine. Apud Iuris ciuilis peritos accipitur in malam partem. *l. 1. ff. de collusione deteg.* vbi sic: *Ne quorundam dominorum erga seruos nimia indulgentia inquinaret amplissimum ordinem.* Hoc est nimius fauor, & licentia. Apud eodem etiam in bonam partem sumitur pro remissione pœnæ. *Authent. Retulit collat. 9. tit. 2.* Item *Authent. Quantam ead. collat. tit. 30.* Dicitur Indulgentia, & humanitate dignos esse eos, quibus aliquid remissum est.

Indulgētia. Indulgere.

Apud Iuris canonici professores, vt sumitur ex *Cap. vlt. de lite pendente. Cap. dudum de priuil.* & *Cap. Interfectores 33. q. 2.* teste Suar. de Pœnitent. disp. 49. init. Indulgentia generatim accepta in bonam partem, dici solet quælibet gratia, seu liberalis concessio, vel debiti remissio, aut etiam iusta legis dispensatio, imò aliquando etiam ius, quod benignam aliquam concessionem, seu moderationem continet. Sic Indulgere est concedere *c. 2. de dilat.* & *cap. vlt. in fin.* Vide Sylu. v. eod. n. 23.

1636 Apud Theologos simul, & Canonistas accommodatur hæc vox ex vsu Ecclesiæ ad significandum specialem remissionem pœnæ debitæ pro peccatis iam remissis, quoad culpam, quæ fit à pastore Ecclesiæ habente ad hoc potestatem, iuxta *cap. Quod autem de pœnit. & remiss. & c. de Indulg. eod. tit. in 6.* in qua acceptione iuxta Suar. citatum sect. 4. definitur in hunc modum: *Est quidam actus spiritualis iurisdictionis, quo peccator in foro Dei liberatur à reatu pœnæ temporalis extra sacramentum.* Particula *(à reatu pœnæ)* denotat per Indulgentiam non remitti culpam, sed supponi remissam. Particula *(Extra sacramentum)* ponit differentiam, quæ distinguat Indulgentiam ab omni remissione pœnæ temporalis, quæ indulgentia non est. Particula *(in foro Dei)* denotat posse peccato in hoc foro remisso, manere reatum pœnæ temporalis in foro humano, siue ciuili, siue Ecclesiastico. Indulgentia igitur solum tollit pœnam diuina lege luendam in Purgatorio, si pro illa in hac vita non satisfiat.

Indulgentia quid.

1637 Quod attinet ad multiplicitatem, hæc rectè deprehenditur ex primario effectu Indulgentiæ, qui est remissio temporalis pœnæ relictæ in foro Dei ex peccatis remissis, quoad culpam, qui effectus licèt vnus sit in specie, est tamen multiplex in quantitate; iuxta quem diuiditur Indulgentia in totalem & partialem. Ita *Clem. 6. in Extrau. Vnigenitus de pœnitent. & remiss.* *Totalis*, quæ alio nomine dicitur *Plenaria* est illa, quæ totam pœnam remittit ei cui applicatur; *Partialis* est, quæ tantum remittit partem pœnæ. Quibus modis huiusmodi indulgentia concedatur, latè explicat Suar. citatus sect. 5. Ex illis omnibus duplex vsitatissimus est, alter per numerum dierum, aut annorum, & sic concedi solent *Quadragena*, id est, quadraginta dies indulgentiæ, & *Septeuna*, id est indulgentia septem annorum; vocari solet alia *Carena*, quæ vtranque prædictam complectitur. Tempus illud non denotat durationem pœnarum in Purgatorio, sed proximè significat durationem pœnitentialis satisfactionis in hac vita exhibitæ pro peccatis; quæ si per indulgentiam remittatur non sola satisfactio illa pœnitentialis, sed tanta pœna Purgatorij, quanta per pœnitentiam vnius diei, vel anni remitteretur. Olim enim pro grauioribus peccatis. v. g. adulterio, & similibus solebant iniungi pœnitentiæ septem annorum, & pro grauissimis longiores. *Cap. hoc ipsum 33. quæst. 2.* Vbi Gloss. Alter modus est, quando in concessione additur particula, *Contritis & confessis*.

Indulgentia quotuplex.

Plenaria. Indulgentia

Quadragena. Septeuna. Carena.

1638 Cum Indulgentia *plenaria* totalis sit, nec proinde recipiat magis, nec minus, frustra volunt aliqui ponere discrimen inter Indulgentiam Plenariam, Pleniorem, & Plenissimam;

Plenissima. Indulgētia.

mam; quibus vocibus vtuntur Pontifices in varijs textibus. Rectè igitur Bellarm.lib. 1. de Indulg. cap.9. docet has non distingui, sed Pontifices his vti formulis, vt ostendant se absolutè dare quantas possunt maximas. Suarius disput. 50. sect.4. num. 7. dicit eas voces poni ad maiorem rei declarationem, & ad tollendos scrupulos, qui ex varijs opinionibus oriri poterant. Et fortasse (inquit) non improbabiliter possumus vlterius considerare, sicut philosophi dicunt priuationem rotalem, non recipere in se magis, & minus, interdum tamen ratione causæ vnam vocem vocari maiorem alia, vt quando dicitur maior, & minor cæcitas: ita in præsenti. Indulgentiam appellatam esse pleniorem, & plenissimam, non quia in remissione magis aliquid efficiat: sed quia maiorem, vel maximam habet causam, quæ de effectu Indulgentiæ certiores potest reddere fideles. In iure *Plenum* dicitur perfectum, cui nihil addi debet, vel potest. *Plenarium* dicitur, quod adiectione non indiget. *Plenissimum* importat idem, quod *omni meliori modo*. Vnde *securitas plenissima* vocatur, cui nulla obstat exceptio, & contra quam nulla datur restitutio. Ita cum varijs Tuschus lit. D. concl. 329. num. 5. & concl. 330. num. 2. & 3.

Plenum. Plenarium. Plenissimũ. Securitas plenissima.

1639 *Plenaria Indulgentia* concedi intelligitur, quoties non additur signum, aut verbum determinans ad partem pœnæ. Quid quando vltra Indulgentiam plenariam conceduntur tot dies, vel quadragenæ Indulgentiæ? Respondeo cum Suario sess. 4. num. 9. si concessio ad diuersa tempora, & actiones referri possit, dari tunc duas indulgentias, alteram plenariam pro hoc tempore, & aliam partialem pro alio tempore. Si verò concessio vnica sit, ita vt ad diuersa tempora referri nequeat, sensum verborum esse, vt post plenariam Indulgentiam, quam quis sibi lucratur, applicare valeat illos dies, vel annos Indulgentiæ per modum suffragij. Cum Pontifex non possit concedere Indulgentias defunctis per modum absolutionis, sed per modum suffragij, vt benè docet, & probat Sua. disp. 53. sect.2. ex eodem hic. & sect.3. explicandus est hic duplex modus. Concedere *per modum absolutionis*: nihil aliud est, quàm authoritate iudicatiua, quæ in solos subditos exercetur, remittere pœnam. *Concedere per modum suffragij*, est offerre Deo pretium æquiualens ex thesauro communi, cuius potestas, & dispensatio penes Pontificem est. Talis autem modus, nec iurisdictionem in concedente, nec subiectionem in recipiente postulat.

Plenaria adiectis aliquot diebus.

Absolutionis modus. Suffragij modus.

1640 *Thesaurus* absolutè, quid sit, exposuimus n. 866. Dari verò in Ecclesia communem Thesaurum, qui est veluti basis, & fundamentum indulgentiarum, & est infinitus, constans nempè satisfactionibus Christi, & sanctorum, inter Catholicos indubitatum est. Possunt autem Ecclesiæ Prælati huiusmodi Thesaurum dispensare ex iusta causa applicando certis fidelibus aliquam eius partem, qua satisfiat Deo pro pœnis debitis. Quæ dispensatio extra sacrificium, & sacramentum fieri potest per Indulgentias. Inter Indulgentiam plenariam (inquit Bellanus disp.12.n.5.) & Iubilæum in ratione Indulgentiæ, non est vlla distinctio, nisi quædam accidentalis ratione adiunctorum, quia in Iubilæo solet concedi maior potestas absoluendi à reseruatis casibus, vel censuris, & dispensandi in quibusdam votis. *Iubilæus* enim (vt docet Suar. disp.50. sect.4. num.8.) ex prima impositione significat annum remissionis, qui Romæ olim fuit centesimus, & modò post viginti quinque annos recurrit. Deriuata deinde est vox ad significandam plenam, seu totalem Indulgentiam, quæ sub plenissima forma conceditur; maximè quando cum illa adiunguntur alij fauores, vt commutatio votorum, & absolutio à reseruatis.

Thesaurus Ecclesiæ.

Iubilæus, & plenaria Indulgẽtia.

1641 Accedit, quòd *Iubilæus* pro determinato tempore, & concurrentibus grauioribus circumstantijs, & conditionibus concedi soleat, per quod distinguitur à Cruciata. *Bulla Cruciatæ* (vt definitur in summa Diana V. eod.) est diploma Pontificium, per quod certæ Indulgentiæ, & priuilegia conceduntur soluentibus certam eleemosynam in subsidium belli contra Infideles *Bulla compositionis* ab eodem sic describitur. Est peculiare diploma Pontificis, in quo conceditur cuilibet habenti debita incerta, aut bona malè acquisita ignoto domino, infra summam 300. aureorum, & viginti vnius cum carenis octo, & granis sex, vt accipiendo tot Bullas, quot requiruntur computando per singulas Bullas vnicas duas, tarenos septemdecim, & granos quatuor, illa sibi retineant. Ita tamen, vt talia debita, aut furta incerta facta non sint ex confidentia talis Bullæ. Si verò summa debitorum excedat summam præfatam, non potest debitor vti beneficio Bullæ, saltem quoad excessum, sed potest facere peculiarem compositionem cum Cõmissario Cruciatæ. *Bulla Cœnæ* dicitur processus generales, & sententiæ excommunicationis, quas singulis annis Feria v. in Cœna Domini Summus Pontifex fulminat contra qualscunque personas delinquentes, & committentes crimina in eadem Bulla contenta.

Cruciatæ. Bullæ.

Bulla Cœnæ

1642 *Fidelium nomine*, qui veniant, vt Indulgentias lucrentur, rectè exponit Suar. disp. 53. sect. 1. n.6. & 7. vbi latè probat inter defunctos solum prodesse Indulgentias animabus Purgatorij, & his solum, quando in ipsa indulgentiæ forma, seu concessione id expressè declaratur. Imò satis non erit, si generatim concedatur omnibus fidelibus, nisi dicatur *fidelibus viuis, & defunctis*. Nam fidelium nomine, si

Fidelium nomine.

ne, si nihil aliud exprimitur, tantum viuentes comprehenduntur: vel quia illi tantum simpliciter sunt in statu viuorum, vel quia illi solum propriè, & immediatè subijciuntur clauibus Ecclesiæ.

Priuilegiorum nomine Indulgentia non venit. Denique, vt plenè intelligas, quid sit Indulgentia, nota ex Suar. de leg. lib. 8. c. 9. n. 11. Indulgentiam, quamuis habeat specimen quoddam priuilegij, communi tamen vsu non ita vocari, neque comprehendi sub nomine priuilegiorum in generalibus rescriptis Pontificũ, nisi mentio illius proprio nomine fiat. Patet, quia Indulgentia est quædam absolutio, & nõ est facultas aliquid agendi, vel nõ agendi, quã priuilegium specialiter importat. Item Indulgentia est quædam spiritualis eleemosyna de thesauro Christi per dispensationem eius facta; eleemosyna autem non est priuilegium, sed purum beneficium alterius rationis.

Purgatoriũ. 1643 *Purgatorium* dicitur à purgando, & teste Syluestro. V. eod. est locus expiandæ pænæ debitæ peccato, vel ad expiandum ipsum peccatum veniale post hanc vitam; vbicunque sit, siue sub terra, siue in hoc nostro hemisphærio. Quod verò sit aliquis locus in quo animæ non plenè purgatæ post hanc vitam exactè purgentur, de fide est, & definitur à Tridentino sess. 6. can. 30. Quod talis sit certus, & determinatus, suadetur, quia spectat ad prouidentiam Dei, vt sicut sceleribus certas pænas, ita certum pænarum locum definierit. Quòd sit subterraneus, ex eo apparet, nam debet esse tenebrosus, & in modum carceris accommodatus, ergo subtus terra. Theologi enim, vt videre est apud Suar. disp. 45. de pæn. sect. 2. & Bellarmin disp. 11. dub. 2. quatuor locos intra terram solent assignare tanquam receptacula animarum.

Infernus. Gehenna. Primus est *Infernus* damnatorum, alio nomine *Gehenna*, & dicitur profundissimus, ac mundi centrum occupare; in quo animæ torquebuntur in æternum. Secundus illi proximus, tum propter conuenientiam in pæna sensus, & ignis, tum propter maiorem humiliationem purgandorum, est *Purgatorium*, in quo decedentes in gratia persoluunt pænas criminum, pro quibus in hac vita non satisfecerunt. *Limbus.* Tertius est *Limbus*, qui licèt apud Latinos accipiatur pro infima parte vestis muliebris, tamen apud Theologos locus est puerorum, qui sine Baptismo moriuntur, & solam pænam damni æternam subeunt. *Sinus Abrahæ.*

Quartus dicitur *Sinus Abrahæ*, & fuit locus in quo ante Christi aduentum iusti ab omni peccato purgari post mortem detinebantur.

ELVCIDATIO V.

De Sacramento Ordinis.

1644 QVamuis multa quæ spectant ad Sacramentum Ordinis elucidauerimus lib. 1. Elucid. 10. vbi sect. 2. egimus de gradibus Ecclesiæ, quoad iurisdictionem, & dignitatem, de Papa, Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs, ex quibus efflorescit Ecclesiastica hierarchia; modò elucidabimus potissima, quæ locum habent tum in sacramento Ordinis communissimè accepto, tum in singulis ordinibus seorsim, ac priuatim sumptis.

SECTIO I,

De Sacramento Ordinis accepto communissimè.

ORdo apud Latinos propriè est diggestio, & in suo loco rei cuiusque collocatio; veluti in acie fit, vbi pedites, vbi alæ, cætera que omnia, suo quæque ordine disponuntur. *Ordo quid.* Apud Philosophos, teste Vasquio. 1. p disp. 67. c. 1. Est habitudo plurium ad vnum primum, seu ad vnum prius; sic de Ordine loquitur Aristoteles 12. Met. cap. 10. tex. 52. Vbi inquirit, vtrum bonum vniuersi coordinato quodammodo sit. Hac etiam ratione Ordo significat statum quemuis, siue ciuilem, siue Ecclesiasticum, vt dicamus aliquos esse in ordine Senatorio, equestri, plebeio, laico, clericali, Religioso, de quo egimus nu. 1369. Non discrepat à prædictis definitio ordinis, quam affert S. August. lib. 9. de Ciuit. c. 13. *Ordo* (inquit) *est parium, dispariumque rerum sua cuique loca tribuens dispositio*. In hac definitione Ordo importat respectum, quem inter se habent res, quæ & aliquo modo differunt, & in aliquo conueniunt.

1645 Apud Iurisperitos diuersimodè vsurpatur Ordo, scilicet pro recto tenore litis secundùm ius, & dicitur Ordo iuris, de quo supra diximus; item pro Curia, & Concilio; *Ordo iuridicus.* iuxta quam acceptionem est titulus 59. *C. lib. 10. de his, qui in exilium dati, vel ab ordine moti sunt.* Ad quam Rubr. Garcia Toletan. num. 4. Ordo (inquit) cuius hic fit mentio, *Ab ordine moti.* est Ordo antiquus ille Decurionum, qui appellatur Curia, & idem est, quod hodie Concilium, Capitulum, Consistorium Decurionum, Consiliariorum, & Rectorum Ciuitatum, ac municipiorum, de quo loquitur titulus *ff. de decretis ab Ordine faciend.* Vnde *ab ordine moti* dicuntur, qui à Consilio, Consistorio, & Curia Decurionum remoti, interdicti, & suspensi sunt ad tempus, vt colligitur ex *l. 1. & l. 2. sub illo titul. 59. Cod. lib. 10.*

Apud Theologos Ordo latiùs patet, quàm gra-

gradus, quia (vt benè notat Albericus V. Ordo) in Personis diuinis datur Ordo, & non datur gradus. Verùm Ordo strictè acceptus, & quasi antonomasticè significat certum quendam gradum, siue statum Clericorum, ad certa ministeria Ecclesiastica consecratum. Sic Trident. sess. 23. c. 4. ex Anacleto Epist. 1. c. 1. Cypriano lib. 2. epist. 5. & alijs Patribus. Ordines Ecclesiasticos gradus vocat. Sumitur etiam pro illa actione, qua Clerici conseciantur, quæ distinctionis causa *Ordinatio* propriè appellatur.

Ordo, & gradus.

Ordinatio.

1646 Quod attinet ad essentiam Ordinis, seu Ordinationis, sic definitur à Magistro in 4. d. 24. *Est signaculum id est quoddam sacrum, quo spiritualis potestas traditur ordinato, & officium*. Clariùs definitur à Sancio lib. 7. Opusc. c. 1. dub. 1. *Est sacramentum quo potestas spiritualis significatur, & traditur in Ordine ad corpus Christi consecrandum*. A Gaspare Hurtado tract. de Ordine diff. 1. *Est gradus eminens in Ecclesia Dei, quo supra laicos ascenditur ad officium aliquod Ecclesiasticum, ordinatum ad sacrificium Missæ peragendum, sacro, seu Ecclesiastico ritu collatus, & stabilis pro vita initiati*. Rectè etiam definitur à nonnullis apud Bellanum disp. 20. dub. 1. n. 2. in hunc modum: *Ordinatio est quædam sacra cæremonia, qua alicui peculiaris potestas traditur destinata aliquo modo ad mysterium venerabilis Eucharistiæ ritè peragendum*.

Ordo definitur.

Vt verò perspicuè intelligas, quomodo omnes ordines inseruiant ad eum finem, vt Venerabile Sacramentum Eucharistiæ in Missa ritè conficiatur, *Ostiarius* dignos admittit, vt illius celebrationi intersint: indignos excludit. *Lector* sacra lectione præsentium animos excitat ad debitam tanto mysterio pietatem. *Exorcista* dæmones ab obsessis expellendo, eos reddit aptos, qui sacrificio possint interesse. *Acolythus* ministrat cereos deferendo, & ampullas suggerendo. Denique Subdiaconus, & Diaconus inseruiunt sacerdoti celebranti, & ipsum sacrificium peragenti. Quæ omnia manifestiùs constabunt cum de singulorum ordinibus sectione sequenti egerimus. Ordinem esse sacramentum, & imprimere characterem de fide est, vt definit Triden. sess. 23. c. 2. 4. & can. 3.

Ostiarius, Lector.

Exorcista, Acolythus.

1647 Antequam Ordinis multiplicitatem explicemus, notandum est omnes ordines vnum constituere sacramentum, vt docet Sanch. lib. 7. Opusc. c. 1. dub. 1. Vbi ait, quòd forma huius sacramenti conuenienter traditur per imperatiuum illud: *Accipe potestatem, &c.* Nam Florent. in decreto Eugenij definit Formam esse ea verba, quæ Episcopus profert, cum porrigit ordinandis materiam. Vnde materia est illa per cuius traditionem confertur Ordo. Inuocatio S. Trinitatis est solum de decentia illius: cum in solo Baptismo, & Confirmatione sit de essentia, vtpote in quibus solum sit professio fidei. Constat inter Catholicos, ipso Tridentino definiente sess. 23. c. 2. septem esse Ordines Ecclesiasticos, scilicet Ostiariatum. Lectoratum, Exorcistatum, Acolytatum, Subdiaconatum, Diaconatum, & Presbyteratum. Nonnulli prædictis addunt Episcopatum, Primam tonsuram, & Psalmistatum, seu officium Cantoris. At non rectè, quia Episcopatus non differt essentialiter a sacerdotio, seu Presbyteratu. Psalmistatus non est ordo, sed officium annexum Ordini Lectoratus. Similiter Prima tonsura non est ordo: cùm per illam nulla detur potestas, sed deputetur quis ad chorum, & ordines suscipiendos.

Forma, & materia Ordinis.

Ordo quotuplex.

1648 Ex prædictis Ordinibus alios esse maiores, & sacros, nempè Presbyteratum, Diaconatum, & Subdiaconatum, reliquos *Minores*, & non sacros, desumitur ex Trident. sess. 23. c. 2. *Maiores* sic appellantur, quia suos ministros in maiori, & altiori gradu constituant. Presbyteratus dicitur Ordo maior propter sui eminentiam: Diaconatus, & Subdiaconatus, etiam dicuntur maiores, eo quòd de illius dignitate in ministerio altaris participēt. Reliqui *Minores* vocantur, quia suos ministros in gradu inferiori collocant. *Sacri* appellantur Maiores, teste Bellano disp. 20. dub. 3. quia habent annexum votum continentiæ, atque eos, qui illis initiantur, omninò & in perpetuū Deo consecrant, ita vt non possint iterum fieri sæculares, seu laici. Reliqui suos ministros non sic Deo consecrant: & sic enim iuxta Vasq. 3. p. disp. 238. num. 57. tales ministri non possint ordinem amittere, possunt tamen ducendo viduam, omne eius officium deponere, & omne priuilegium amittere, ac fieri quasi laici. Singulis Ordinibus materias, formas, & officia infra assignabimus.

Maiores. Ordines qui

Minores ordines.

Sacri ordines.

1649 *Ordinum appellatione*, in dispensationibus intelliguntur solum minores Vnde illegitimus dispensatus ad Ordines, solum censetur dispensatus ad minores. Cum enim dispensatio sit stricti iuris, strictè interpretari debet. *Cap. 1. & 2. de fidelis presbyt. in 6. c. non potest depræhen. eod. lib.* vt cum multis tradit Barbos. de potest. Episc. p. 2. alleg. 45. num. 1. sufficit enim, quòd dispensatio facta ad ordines sortiatur suum effectum in minoribus Ordinibus, vt videre est apud Henricum in Sum. lib. 7. c. 30. §. 2. Sayrum de cens. lib. 6. c. 11. nu. 19. Azonium p. 2. lib 6. c. 3. q 6. Maiolum de irregul. lib. 1. cap. 8. Auilam de cens. p. 7. disp 5. dub. 6. & alios. Imò ampliatur prædicta resolutio vt procedat etiam si dispensetur ad omnes Ordines: nam quoad solos minores intelligetur dispensatio, vt tenent Sanctarel. Variar. resol. p. 1. q. 38. num. 4. Sayrus citatus c. 11. num. 19. & Maiol. d. c. 8. num. 6. Limitatur verò nisi petens dispensationem habuerit iam minores Ordines. Quia Papa de hoc certus, & dispensans, quo ad omnes ordines, videtur dispen-

Ordinū appellatione.

dispensare ad sacros, reste Sanch. lib.8. Matr. disp.1. n.26. vt priuilegium aliquid operetur. Ordinis appellatione an veniat 1. tonsura, dicemus n.1666.

SECTIO II.

De Singulis Ordinibus seorsim acceptis.

Tonsura prima.

Character clericalis.

Psalmistatus.

1650 CVm Ordo sit gradus, & in gradibus ab inferioribus ad superiores fieri soleat ascensus, singulos ordines elucidaturi ab inferioribus auspicamur. Omissa *prima tonsura*, quam diximus num.1656. non esse Ordinem: quamuis enim Sixtus V. motu proprio edito anno 1588. Non. Ianuar. illam appellet *Characterem Clericalem* non ex eo est, quòd existimet per primam Tonsuram imprimi qualitatem characteris, sed quia nomine characteris intelligit destinationem ad statum clericalem, vt benè interpretatur Vasq. tom. 3. in 3. p. disp. 236. Item omisso *Psalmistatus*, quem dixit Bernar. *ad cap. Cum contingat de ætate, & qualit. Ordin.* coincidere cum prima tonsura: quod rectè negans Vasq. cit. c.1. nu. 12. adhuc negat esse Ordinem, cum tantum sit officium psallendi, & cantandi psalmos in choro: veniamus ad Ordines, quorum minores quatuor, maiores tres numerantur.

Ostiariatus. Ostiarius. Ianitor.

1651 Primus Ordo dicitur *Ostiariatus*, nempè gradus ostiarij, seu ianitoris. *Ostiarius* enim in veteri testamento idem erat, quod ianitor 31. *dist. cap. Cleros.* Fuisse in Templo Salomonis ianitores, qui ianuarum Templi curam haberent, tradit Isidorus lib.20. offic. Eccles. c.14. huius Ordinis materia est traditio clauiũ Ecclesiæ. Forma est hæc *Sic agit, quasi reddituri Deo rationem pro his rebus, quæ his clauibus recludantur.* Ostiario in Pontificali attribui vt pro munere. 1. aperire Ecclesiam, & sacrarium. 2. aperire librum ei qui prædicat: qui vsus iam aboleuit. 3. percutere cymbalum, & campanam: intellige tempore Missæ. Secundus Ordo est *Lectoratus*, seu gradus Lectoris. Huius ordinis materia est traditio libri prophetiarum; forma est hæc; *Accipite, & estote verbi Dei relatores, habituri, si fideliter, & vtiliter impleueritis officium vestrum, partem cum his, qui verbum Dei benè ministrauerunt ab initio.* Lectoris iuxta Pontificale officium est, 1. legere ea quæ prædicantur. 2. lectiones cantare. 3. benedicere panes, & omnes fructus nouos, minori tamen solemnitate, quam quæ subdiaconis, diaconis, & presbyteris benedicentibus competit.

Lectoratus.

Exorcistatus.

1652 Tertius Ordo est *Exorcistatus*, seu gradus Exorcistæ; habet pro materia traditionem libri exorcismorum. Forma correspondens est: *Accipite, & commendate memoriæ & habete potestatem imponendi manus super energumenos, siue baptizatos, siue Cathecumenos.* Exorcistæ officium est. 1. per manus impositionem dæmones ab energumenis pellere. 2. dicere populo, vt qui non communicat, det locum alteri volenti communicare. 3. fundere aquam in ministerium Baptismi. Notat Vasquez citatus inter Ordines minores peculiare esse, & quidem vsu receptum, vt qui non est ordine exorcistatus insignitus nequeat fungi munere exorcizandi.

Quartus Ordo est *Acolythatus*, seu gradus Acolythi, quem alij potiùs vocant *Acoluthum*, Latinè Ceroferarium. Habet pro materia duplicem traditionem, cui correspondet forma per verba conuenientia. Altera traditio fit per hæc verba: *Accipite ceroferarium cum cereo, & sciatis vos ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipatos, in nomine Domini.* Altera per hæc, *Accipite Vrceolum ad suggerendum vinum, & aquam in Eucharistiam sanguinis Christi, in nomine Domini.* Veriùs est (inquit Sanchez lib.7. Opusc. cap. 1. dub. 12.) imprimi characterem in traditione Vrceoli, vtpote actu magis accedente ad celebrationem Eucharistiæ. Acolythorum officium est 1. Ceroferarium ferre. 2. luminaria Ecclesiæ accendere. 3. vinum, & aquam ad Eucharistiam ministrare.

Acolythatus. Ceroferarius.

1653 Quod attinet ad maiores ordines. *Subdiaconatus* est gradus, seu ordo *Subdiaconi*, quem aliqui *Hypodiaconum* vocant. In hoc ordine datur duplex traditio: altera libri Epistolarum, quam facit Episcopus dicendo: *Accipite librum Epistolarum, & habete potestatem legendi eas in Ecclesia sancta, tam pro viuis, quam pro defunctis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Altera, in qua consistit propria materia, est traditio calicis vacui cum patena superposita. Huic correspondet forma, quando Episcopus dicit; *Videte cuiusmodi ministerium vobis traditur; ideo vos admoneo, vt ita vos exhibeatis, quod Deo placere possitis.* Nam idem valet, ac si diceret. Trado vobis potestatem ministrandi in tali ministerio. Igitur multiplex officium Subdiaconis assignatur in Pontificali. 1. aquam ad ministerium altaris præparare. 2. pallas altaris, & corporalia abluere. 3. Diacono ministrare, idest subseruire in his, quæ spectant ad sacrificium. 4. eidem calicem, & patenam in vsum sacrificij offerre. 5. Epistolam in Missa canere. 6. oblationes populi suscipere, & supra altare ponere. Vocatur *Subdiaconus*, quod subiaceat præceptis, & officijs Diaconorum, seu Leuitarum. *Cap. Cleros 21. dist.*

Subdiaconatus. Hypodiaconi.

1654 *Diaconatus* est Ordo, seu gradus Diaconi; est autem *Diaconus*, qui apud Hebræos *Leuites*, & apud Latinos *Minister* veluti antonomasticè: quia sicut in sacerdote conse-

Diaconatus Diaconus. Leuites. Minister.

cra-

cratio, ita in Diacono ministerij dispensatio habetur; dicto c. *Cleros dist.* 21. Huius Ordinis materia est traditio libri Euangeliorum: per eam imprimitur caracter, quando accedit forma, nempè hæc; *Accipe potestatem legendi Euangelium in Ecclesia Dei, tam pro viuis, quam pro defunctis, in nomine Domini*. Diaconorum officium est ministrare ad altare, baptizare, & prædicare. Hæc tamen duo vltima non conueniunt illis nisi (vt tenet Hurtad. diff. 5.) ex commissione presbyteri, & graui necessitate vrgente, & absq; vlla commissione absente presbytero, in extrema necessitate. Inter ministeria ad altare, quæ competunt Diaconis, olim fuit præcipuum administratio sanguinis populo. Hodie in vsu non est, sed perseuerat officium cantandi Euangelium in sacrificio Missæ.

Sacerdotiũ. Presbyteratus. Presbyter.

1655 Vltimus, & septimus ordo est, *Sacerdotium*, alio nomine *Presbyteratus*, nempè gradus Sacerdotis, seu Presbyteri. *Sacerdos* dicitur à sacris, & nomen Latinum est significans eum, qui Deo dicatur ad sacrificia peragenda, *Presbyter* vox Græca est, quæ propriè significat seniorem, & in sacris litteris vsurpatur pro honoratiore, imò pro principe populi: eo quòd (inquit Vasquez disp. 236. cap. 9. num. 96.) senioribus potissimum principatus conueniat, qua ratione, & dominũ Hispanicè vocamus *Senhor*, & Italicè *Signiore*, quasi seniorem. Hinc est, quòd sicut apud Gentiles sacerdos dicebatur *Vates*, item *Flamen*, quasi *Filamen*, à filo quo vtebatur, *cap. Cleros dist.* 21. ita apud Christianos sacerdos vocatur Presbyter.

Senior. Dominn. Vates. Flamen.

Sacerdos.

Sacerdos autem est proprius minister sacrificij Missæ, qui apud Fagund. in 1. præcept. Eccles. lib. 3. initto sic definitur. Est vir cultui veri Dei, authoritate diuina, determinatis personis concessa, firmiter depuratus. *Presbyteri appellatione*, quamuis propriè veniat, qui habet ordinem sacerdotalem: tamen huiusmodi appellatio, etiam ad simplicem clericum extenditur, vt sumitur ex *cap. Vestra de cohabit. Cleric.* & docent Paris. cons. 50. num. 12. & seqq. lib. 4. & Rochus de iure patron. Verbo honorificum q. 4. num. 26. Et quod ita vulgaris loquendi consuetudo obtineat, tradunt Mantic. decis. 129. num. 2. & Gonzal. ad reg. 8. gloss. 5. num. 86. *Presbyterorum nomine* venire sæpè in sacris litteris Episcopos, probat ex Apostolo 1. ad Timoth. 4. & multis alijs Castro Palaus de Ordine pun. 4. n. 1.

Presbyteri appellat.

Sacerdotis materia, & forma.

1656 Quod attinet ad essentiam, & impressionem characteris, vt intelligatur materia, & forma, in Sacerdotio (inquit Sanch. lib. 7. Opusc. cap. 1. dub. 12.) imprimitur character saltem, quoad potestatem consecrandi per traditionem Calicis, cum vino, & aqua, ac patena superpesita cum hostia, dicente Episcopo verba formæ. *Accipe potestatem offerre sacrificium Deo, Missasque celebrare, tam pro viuis, quàm pro defunctis, in nomine Domini*. Alia verò potestas, nempè absoluendi à peccatis, probabilius est, quòd confecratur quando Sacerdoti Episcopus imponit manus dicens: *Accipe Spiritum sanctum, quorum remiseris peccata, remittuntur eis, & quorum retinueris retenta sunt*.

Sacerdotis officium.

Vnde sunt, duæ formæ partiales, & duæ materiæ etiam partiales. Prioris formæ materia est traditio Calicis cum vino, & aqua, ac patena superposita cum hostia. Posterioris est manus impositio. In secunda non imprimitur nouus character, sed idem extenditur Presbyteris, seu sacerdotibus (inquit Hurtad. diff. 5.) in Pontificali hæc quinque attribuuntur, videlicet offerre, Benedicere, Præesse, Prædicare, & Baptizare. *Offerre*, idem est, quod consecrare, & sacrificare. *Præesse*, est idem, quod pascere, & regere, ac sub se continet absoluere à peccatis. Ex dictis, quinque muneribus benedicere populum, fructus, aquam, & alia, illis competit iure humano, reliqua vero quatuor iure diuino conueniunt.

Offerre quod sacrificare. Præesse.

SECTIO III.

De quibusdam alijs spectantibus ad Ordinem.

Numerus 1. Ordo.

1657 Apud Legistas vsurpatur *Numerus* pro Ordine, & turma militum. Vnde *l. 1. ff. de bon. poss. ex testam. mil.* dicuntur numeri militum, hoc est Ordines, & turmæ. *Ordinem*, id est ordinis executionem. *Extra de renunciat. Ordinare*, id est consecrare. *Cap. Si tibi absenti de præb.* item Ordinationem petere. *l. fin. C. de admi. tut.* Monachorum tonsura videtur accipi pro corona. *Authent. de Monachis. §. Scimus*, vbi dicitur esse rotunda. Quamuis *cap. vlt. de Cleric. coniug.* supponatur tonsuram differre à Corona clericali; Quid autem sit tonsura, rasura, & corona, tradit Gloss. *ad Clem. 2. de vita, & honest. Cler.*

Ordinem. Ordinare. Tonsura 1. corona. Rasura.

Quamuis *Prima tonsura* iuxta Theologos non sit in rigore ordo, sed tantum quædam dispositio ad ordines, tamen Garcia de Benef. p. 7. cap. 1. num. 6. citans Suarium de Relig. tractat. 3. lib. 4. cap. 13. nu. 8. pro comperto habet verbum *Ordo* generaliter prolatum comprehendere etiam primam tonsuram, iuxta communem vsum loquendi, & Canonum. Vnde addit nu. 7. & dixerat supra. p. 5. cap. 7. num. 95. ex Nauarro cons. 27. de temp. Ord. & Fr. Man. Rodr. in Sum. 2. tom. cap. 14. num. 6. in decreto Trident. sess. 7. cap. 10. de Reform. vbi prohibetur Capitulum Sede vacante infra annum à die vacantionis concedere

Tonsura venit ordinis appellat. Ordinis appellat.

ordinandi licentiam, aut litteras Reuerendas, etiam contineri Primam tonsuram. Quidquid dicat Zerola in prax. Episc. 1. p. Verbo Dimissoriæ §. 2.

Promotio. 1658 *Promotio* est de minori ad maius, *Cap. Legimus XCIII. dist.* item idem valet, quòd sacrorum ordinum susceptio *Cap.* 1. *de filijs presbyt.* & c. 1. *de seruis non Ordin.* *Promoti.* Quamuis *promoti* interdum dicantur ijdem, qui confirmati, sed non ordinati: iuxta Ber. Inno. Host. *ad c. Cum in cunctis de elect.* Vt ad aliqua quæ pertinent ad priuatos Ordines descendamus, *Exorcismus. Exorcizare.* *Exorcismus* est adiuratio. *Exorcizare* iuxta D. August. lib. 1. de beata vita, est per diuina immundum spiritum adiurando pellere. Seu vt sumitur *ex cap. Sane paruuli dist. 4. de consec.* idem est, quod adiurare; vt exi ab eo immunde spiritus. Nam *Exorcista* est adiurator. *Catechismus* (inquit Syluest. V. eod. num. 1.) & *Exorcismus* sic inuicem differunt; quia secundùm S. Thom. in 4. dist. 6. *Catechismus* est in- *Catechismus.* structio credendorum explicitè Baptismum præcedens, ordinans ad bonum, nihil efficiendo, sed instruendo tantum: vnde, & dicitur à *Catechizo*, id est doceo, vel in- *Catechizo.* struo.

Exorcismus autem est adiuratio contra Diabolum, & ordinatur ad remouendum malum etiam operando, & efficiendo. Energumeni, Dæmoniaci, & Fanatici parum inter se distant, & sunt, quia Diabolo intus latente corripiun- *Fanatici.* tur. *Fanatici*, de quibus meminit *l. 1. ff. de ædil. edict.* vbi Budæo dicuntur à fando, quòd olim futura prædicerent numine quodam afflati, qualis describitur Sibylla Cumæa Aeneid. 6. Vide Parlad. diff. 86. de discrimine inter furiosum, & fanaticum. *Energumeni*, de *Energumeni* quibus fit mentio in *cap. Omni die dist. 5. de consecr.* sunt à Dæmone obsessi, vel qui men- *Dæmoniaci.* tis defectum patiuntur in defectu Lunæ. *Dæmoniaci* dicuntur quasi possessi à Dæmone. *Dæmoniacus* (teste Syluest. V. eod) vtrum sit quis nec ne, deprehendi potest, si triginta diebus indifferenter carnibus vesci cogatur, maximèque hædinis, quæ Dæmones prouocant. 7. *q. 2. cap. 2.* in textu, & Glos. quia si nullam senserit læsionem, apparebit, quòd Dæmoniacus non sit. Dæmon, & Dæmo- *Dæmon.* nium differunt (inquit Alberic. v. eod.) quia *Dæmonium.* *Dæmonium* est collectio Dæmonum. Dæmon *Arreptitius.* verò vnus tantum, vt notat *Archid. 12. q. 1. cap. 2.* *Laruatus.* *Arreptitius* dicitur, qui à Dæmone rapitur. A Veteribus dicebatur *Laruatus*, quasi à laruis arreptus.

1659 Quæ fuerint olim fœminæ *Subdiaco-* *Subdiaconæ.* *næ, Diaconæ, Presbyteræ, & Episcopæ*, seu po- *Diaconæ.* tius alijs nominibus, *Subdiaconissæ, Sacerdo-* *Diaconissæ.* *tissæ, & Episcopissæ*, latissimè, & eruditissi- *Presbyteræ.* mà tractat Vasq. in 3. p. disp. 245. cap. 3. De *Sacerdotissæ.* illis meminit Epiphanius hæresi 79. Concil. *Episcopæ.* Laodicen. can. 11. & Arausf. 1. can. 26. Videatur Baron. tom. 1. anno Christi 34. §. Qui nam fuerint, & §. Rursum vero, & Layman. cap. 6. Cum autem fœminæ omnes iure diuino sint incapaces ordinationis, ita vt de fide sit ad essentiam huius sacramenti requiri, vt suscipiens sit vir, pro comperto habetur nunquam in Ecclesia fuisse mulieres aliquo ordine initiatas.

Fuere tamen olim (vt ex citato Vasqnio tradunt Bellan. disp. 20. dub. 10. num. 96. & Huttad. diff. 20.) *Diaconissæ* sic dictæ, quasi *Diaconissæ.* ministræ deputatæ ab Ecclesia, vt haberent curam fœminarum, ijsque in diuersis necessitatibus assisterent, ac præsertim dum præparabantur ad Baptismum, ne à viris deberet aliqua parte denudari, aut attingi. Similiter, quædam appellatæ sunt alia ratione Subdia- *Subdiaconissæ.* conissæ, Diaconissæ, Presbyteræ, seu Sacer- *Presbyteræ.* dotissæ, & etiam Episcopæ; non ab aliquo officio, & consecratione, sed ex eo, quòd ea- *Sacerdotissæ.* rum viri, facta priùs separatione tori forent *Episcopissæ.* initiati Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, & Episcopi.

1660 Videndum est, qui sint Mystæ, Symmistæ, Nemystæ, & Mediatores. *Mystæ* sunt *Mystæ.* sacerdotes, dicti quasi sacra discentes, mysteriorum periti, & initiati sacris numini, *Sym-* *Symmistæ.* *mistæ* dicuntur, quasi Consacerdotes eisdem *Nemystæ.* sacris initiati. *Nemystæ* de quibus meminit Bellanus 3. p. q. 82. art. 2. num. 12. sunt noui sacerdotes, nempè recens initiati, illi præsertim, qui Missam primam vna cum Episcopo cele- *Mediatoris.* brant. *Mediator* cuius officium ad sacerdotes aliqua ratione spectat, fuit propriè, & in toto rigore Christus Dominus inter Deum, & homines, iuxta illud Apostoli. 1. ad Timoth. 2. *Vnus est mediator Dei, & hominum homo Iesus Christus.* Non solùm quia est aliquid medium inter Deum, & hominem, quatenus vtramque naturam diuinam, & humanam in se habet; sed quia exercet mediatoris officium inter Deum, & homines.

Nam multipliciter huiusmodi munus exerceri solet 1. per modum iudicis arbitri ad lite, vtriusque partis decidendas, & componenda dissidia. Hoc habuit Christus teste Sancto Ambrosio ad locum Apostoli citatum: at non ita propriè, quia non fuit Iudex Dei. 2. per modum proxenetæ deferentis pacta, & conuentiones ex vna parte ad alteram, & hoc etiam Christus habuit deferens voluntatem, & mandata Dei ad nos, item preces ac desideria nostra ad Deum. 3. per modum intercessoris, quando quis intercedit pro vno ad alterum, & hoc fecit Christus sua infinita authoritate interponens apud Deum preces infiniti valoris. 4. per modum satisfactionis, & solutionis, quando quis non solum precatur, sed etiam satisfacit, ac soluit apud vnum pro altero, & hoc potissimum fecit Christus, qui pro hominibus condignè satisfecit.

1661 Cum sit indubitatum inter Theologos,

logos, & Canonistas primam tonsuram, & Ordines debere conferri à proprio Episcopo: *Proprius Episcopus*, quoad hunc effectum (inquit Lessius lib. 2. cap. 34. num. 92.) est triplex, domicilij, originis, & beneficij, vt habetur *Cap. cum nullus 3. de temp. Ordin. in 6.* Episcopus domicilij dicitur Episcopus loci, vbi quis habet domicilium. Quid autem sit domicilium, & quomodo comparetur, diximus n. 1440. vbi etiam de domicilio originis. *Episcopus originis* est Episcopus loci, cuius quis ratione originis dicitur ciuis, vel originarius. *Episcopus beneficij*, est Episcopus loci vbi, quis habet beneficium postulans residentiam: tale enim beneficium constituit domicilium, secus, si non postulet residentiam, vel si cum eo sit dispensatum, vt non teneatur residere. Ita sentiunt Authores *ad c. Quia in tantum. 5. de præbend.* Vide Dianam p. 6. tract. 7. res. 35. Apud Sanch. 7. Opusc. c. 1. de Ordine dub. 20. n. 40. *Officialis Episcopi*, de quo dicitur *c. 3. de tempor. Ordin. in 6.* non posse regulariter dare Reuerendas, nisi quando Episcopus in remotis agit; Est idem qui Vicarius Generalis in spiritualibus, id est *Prouisor*.

Proprius Episcopus. Domicilij. Episcopus. Originis. Episcopus. Beneficij. Episcopus. Officialis. Episcopi. Prouisor.

1662 *Patrimonium* debet, quis habere, vel saltem beneficium vt ordinari possit, de quo latè Sanch. citatus dub. 34. & 35. Illud autem tale esse debet teste Azorio p. 2. lib. 3. cap. 4. q. 8. vt ad vitam commodè sustentandam sufficiat. *Patrimonium* apud Latinos à patre nomen habet, & sunt bona paterna, id est hæreditas relicta à Patre. Vide Garciam, Toletanum ad tit. 41. Cod. lib. 10. num. 4. vbi sic; Patrimonium (inquit, dicitur quod nobis à parentibus relictum est, & à maioribus nostris obuenit. Frequenter tamen pro quibuscunque bonis accipitur, & pro quocunque lucro ad quod potest, quis honestis rationibus anhelare. *L. Cura, §. 1. ff. de muner. & honor.* Vnde secundum *l. 1. ff. de vsuf. & l. 1. ff. de rerum diuis.* in bonis esse, & in patrimonio esse, idem valent. Quid sit *irrita, & vacua ordinatio* in iure Canonico. *Cap. nemiuem, & cap. sanctorum dist. 70.* vbi animaduertitur in ordinatum sine patrimonio, & beneficio exponit Sanch. lib. 7. Opusc. cap. 1. dub. 34. num. 6. nempè quòd intelligatur ordinatio irrita, & vacua quoad executionem, non verò quoad valorem ordinis, scilicet, vt dicto modo ordinatus suspensionem incurrat. Quomodo autem huiusmodi pœna correcta fuerit per *cap. cum secundùm de præb.* declarat ibid.

Patrimonium. Irrita ordinatio. Vacua Ordinatio.

1663 *Pontificalia exercere*, est ordinare clericos, conficere chrisma, Episcopos consecrare, dedicare basilicas, & conuocare ad Concilium, vt *ex cap. quod sicut de elect.* tradit Sanch. citatus dub. 16. num. 9. *Ordinatus per saltum*, quis dicatur ad effectum incurrendi suspensionem, exponit Suar. de Cens. disp. 31. sect. 1. num. 44. Sunt (inquit) septem Ordines ita inter se subordinati, vt per minorem ad proximè superiorem ascendendum sit. Vnde per saltum, quis promoueri dicitur, quando intermisso inferiori ordine superior, sumitur, vt si quis ordinetur Lector, antequam Ostiarius, vel Diaconus priusquam Subdiaconus. *Cap. Abbates de priuil. in 6.* dicitur eos posse conferre ordines iis, qui ad sua monasteria conuolauerint. Vbi difficultas est, quid intelligatur ibi per verbum *Conuolauerint* Gloss. ibid. Angelus v. Ordo, init. Tabiena v. Abbas. q. 2. & Syluest. v. Ordo. 3. p. q. 2. sic exponunt: *Ad monasteria conuolauerint*: id est adierint, vt fiant monachi.

Pōtificalia exercere. Ordinatus per saltum. Promoueri per saltum. Conuolare ad monasteria.

ELVCIDATIO VI.

De Sacramento Matrimonij.

1664 *Superest elucidandum septimum, & vltimum Sacramentum, quod est matrimonium. Igitur erit prior nobis sermo de sponsalibus, vtpote præuijs ad matrimonium: deinde de matrimonio quoad essentiam, & multiplicitatem: mox de matrimonij impedimentis, postea de donationibus, & bonis coniugum, tandem de diuortio, & concernentibus.*

SECTIO I.

De Sponsalibus, & matrimonio quoad nomina, & essentiam.

Sponsalia deriuantur à verbo *Spondeo*, quod idem valet, atque sponte promitto. Apud Latinos teste Gellio lib. 4. cap. 4. dicebantur contractus stipulationum futurarum nuptiarum. Nam moris fuit veteribus stipulari, & spondere sibi futuras vxores. Qui promittebantur (inquit Sanch. lib. 1. Matrim. disp. 1. num. 1.) dicti sunt *Sponsus, & Sponsa*, quasi alteri promissi, qui promittebat, dictus est *Sponsor*; ipse verò contractus *Sponsalia*. Vt enim tradunt Varro lib. 5. de ling. Latin. & Akiat. lib. 1. parer. cap. 2. mos fuit antiquis, vt puella nuptura promitteretur viro à parte, vel tutore, vel amicis. Apud iuris ciuilis professores sponsalia etiam significant munera, quæ sponsæ à sponso dantur. *L. 1. C. si nuptiæ ex rescripto petantur*, sic habetur; *Sponsalia hoc est, arrharum data nomine, reddi sibi præcepto legum cum statuta pœnæ deposcunt.* In quo sensu videtur loqui S. Pagina. 1. Reg. 18.

Sponsalia. Sponsus. Sponsa. Sponsor.

Rr 2 Non

Non habet Rex sponsalia necesse. Apud Theologos, & iuris canonici peritos *sponsalia* usurpantur dupliciter. 1. latè pro matrimonio nondum consummato, sic appellatur sponsa nupta alteri per verba de præsenti nondum cognita. *Cap. tertio loco de præsumpt. Cap. quidesponsatam* 27. *q.* 2. quia & si iam coniugata sit, adhuc censetur promissa respectu effectus matrimonij. De sponsa, vxore, viro, marito, & similibus latè egimus lib. 1. Elucid. 13. sect. 2. strictè pro futuri matrimonij promissione *cap. Nostrates* 30. *q.* 5.

Sponsalium essentia.

1665 In hac secunda acceptione, quæ proprijssima est, vt sponsalium essentia perspicuè intelligatur, à Nicolao Pontifice *cap.* proximè citato, sic definiuntur: *Sunt futurarum nuptiarum promissio*, scilicet mutua. Pro cuius declaratione aduerte tres ad sponsalia postulari conditiones. Prima est, vt sit promissio futuri matrimonij mutua, vnde solum propositum nubendi non sufficiet, item non sufficiet, si detur promissio ex altera tantum parte, sine alterius repromissione, etiam si sequatur acceptatio, vt si quis alteri promittenti matrimonium respondeat, *Placet, accepto:* quia ibi non apparet signum repromissionis. Nam acceptans potest illam promissionem acceptare, quanium est in sui fauorem, nempè vt promittens solum ipsi obligetur.

Secunda conditio est, vt mutua illa promissio fiat inter personas habiles ad contrahendum. Illæ autem censentur habiles inter quas matrimonium consistere potest. Vnde quæcunque laborantes impedimento dirimenti inhabiles sunt. Addo ex Sanch. lib. 1. Matrim. disp. 15. illud impedimentum quod non dirimit, sed solum impedit matrimonium, reddere irrita sponsalia. Nam promissio rei illicitæ obligare nequit. Tertia conditio est, vt promissio verbis, aut alijs signis manifestetur. Vnde promissio merè interna, siue Deo, siue homini facta ad sponsalia non sufficit. An verò obliger, & quomodò? Videatur Sanch. citatus disp. 3. & 4.

Clandestina sponsalia.

1666 *Sponsalia clandestina* appellari possunt ad instar matrimonij clandestini, ea quæ fiunt clam, sine præsentia Parochi, & testium. De quibus sponsalibus dixit Sanch. lib. 1. Matrim. disp. 12. esse valida, quia nullo iure irritantur, & disp. 13. dixit esse licita, quia nullo iure prohibentur.

Sponsalia in diem.

Sponsalia in diem, sunt quando datur promissio matrimonij non statim, sed post certum tēpus exequendi, ut si dicas, Contraham tecum, abhinc vno anno. De quibus dixit Sanch lib. 5. Matrim. disp. 19. n. 11. quamuis non obligent ad contrahendum ante anni lapsum, at non suspendi, sed statim esse pura, & obligare. Nam quod in diem stipulamur, statim debetur, quamuis ante illam diem exigi nequeat. Per quæ verba contrahantur sponsalia, latè edisserit idem Sanch. lib. 1. Matrim. disp. 18. & 19.

Osculum sponsæ. Columbæ osculum.

Sponsarum osculum, quod Græci vocant *Columbarum osculum* iuxta S. August. 21. de Ciuit. c. 11. quantum operetur, vt firmentur donationes inter sponsos, decernitur expressè, & clarè *l. si à sponso. C. de donat. ante nuptias.* Quod sit discrimen inter Speratam, Dictam, Sponsam, & Pactam asserit ex Nonio, & Budæo Spiegel. v. Dicta: Inter Speratam, Dictam, Pactam, & Sponsam hoc interest, quod virgo postquam petitur, *Sperata dicitur*: dehinc promissa, *Dicta*, vel *Pacta*.

Sperata. Pacta. Dicta.

Matrimonium vnde dictum.

1667 Quod attinet ad *matrimonium*, hoc teste Syluestro v. eod. 1. dicitur Quasi matris munium, id est officium: vel dicitur, quasi matrem muniens, aut monens: vel (inquit Gellius lib. 18. cap. 6.) sic dicitur, quia mulier nubit, vt fiat mater. Cur autem potiùs à matris, quàm à patris nomine deriuetur, cum ad vtrunque pertineat, duplicem causam assignat Sanchez lib. 1. Matrim. in proœm. alteram, quia in matrimonio mater certa est, pater incertus; alteram ex Gregorio Nono *cap. 2. de conuers. infid.* quia fœmina in partu ingentes dolores patitur, atque adeo præcipuum, quod in generatione datur, onus subit. Alia etiam sunt nomina, quibus matrimonium significatur, nempè connubium, Nuptiæ, Coniugium.

Connubium. Nuptiæ. Nubere.

Connubium & Nuptiæ dicuntur ab obnubendo, seu velando, quia moris fuit Romanis caput nouæ nuptæ, dum viro tradebatur, flammeo, seu velo præ pudore obuoluere, vnde factum est, vt *Nubere* accipiatur pro viro tradi, & *Nuptiæ* pro maris, & fœminæ coniunctione, quamuis propriè sint cæremoniæ, & solemnitates, seu hilaritates in ducendis vxoribus. Ex sacris litteris. Gen. 22. etiam apud Christianos desumpta est consuetudo, vt mulier velo, quasi nube obtegatur, vel in peccati admissi erubescentiam, quia à serpente decepta virum suum ad peccandum induxit, vel faciem, & caput suum obtegit, quo se viro inferiorem, illique subditam ostendat.

Coniugium. Consortium.

1668 *Coniugium* pro matrimonio vsurpatur, & sic appellatur ab effectu, eo quòd duos, vt fiant vna caro, coniungit. In iure ciuili accipitur *Consortium* pro matrimonio, & coniugio. *l. fin. ff. de sponf. & l. quæcunque C. de bonis quæ liber*, & ita vocatur, quia omnis societas inter eos communicari debet, vt notatur *per Gloss. Instit. de pa. potest.* Quid sit *Agnominatio*, sic declarat Alexand. Scor. v. eod. vt idem sit, quòd agnomen, & quandoque etiam dicatur fœdus coniugale. *Contubernium* quandoque appellatur in seruis, quod in Quiritibus matrimonium est. *l. Liberorum ff. de verb. sign. & Instit. de nupt. in Gloss. super verbo, Ciues. Instrumenta nuptialia* idem valent, atque matrimonium factum interuenientibus instrumentis. *Authent. qui mo-*

Agnominatio.

Contubernium. Instrumēta nuptialia.

mo.na. effi.circa princ. in Glos. *Morganatica lex*, vt testatur Iacobus Spiegel. v. eod. est apud Mediolanenses, quæ alibi Salica nuncupatur. Extat in lib. feud. titulus *de filijs natis ex matrimonio ad Morgan. contract.* Vbi quidam non contemnendus interpres ex vetustissimo Codice *Morgengabicum* legendum putat, & interpretatur donationem propter nuptias à voce Germana *Morgen*, quod mane, & *Gab* quod donum significat.

Morganatica. Morgengabicum.

Matrimonium.

1669 Matrimonij essentia, vt explicetur, notandum est cum Sanch lib. 2 Matrim. d. 1. n. 1. in matrimonio septem reperiri. 1. mutuum consensum. 2. externum contractum. 3. mutuam corporum traditionem, quæ ex contractu immediatè oritur. 4. quoddam vinculum ortum ex eodem contractu. 5. mutuam obligationem ad reddendum debitum, quæ sequitur ex illis. 6. ius, quod est in vno quoque ad alterum. 7. vsum, & consummationem.

Essentia matrimonij nec consistit in vsu, & consummatione: quia B. Virgo verum contraxit matrimonium, & non consummauit: nec in consensu interno, aut externo contractu: quia sunt causa efficiens matrimonij, & transeunt eo durante: nec in mutua corporum traditione: quia hæc transit, matrimonio permanente: nec in obligatione, aut iure ad debitum, quia huiusmodi obligatio, & ius cessant, vel adulterio, vel ingressu Religionis per communem consensum, matrimonium autem perseuerat. Igitur superest, vt consistat in vinculo illo, quo formaliter sunt coniuges vniti, quod nascitur ex mutua traditione, & quandiu vtriusque vita manet, indissolubile est.

Matrimonij definitio.

1670 Quare matrimonium *ex cap. Illud de præsumpt. & 27. q. 2. in Summa, & l. 1. ff. de ritu nupt.* sic definit Sanch. lib. 2. Matr. d. 1. n. 1. *Est coniunctio maritalis viri, & fœminæ inter legitimas personas indiuiduam vitæ consuetudinem retinens.* Dicitur (Coniunctio) vt explicetur vinculum in quo diximus consistere illius essentiam. Dicitur (maritalis) vt explicetur fundamentum vinculi, quod est traditio, sicut sponsalium est promissio. Dicitur (viri, & fœminæ) vt explicetur subiectum. Dicitur (inter legitimas personas) hoc est non impeditas impedimento dirimente. Dicitur (indiuiduam vitæ consuetudinem retinens) id est perseuerantem, vt explicetur finis, quæ est cohabitatio. Vide hanc particulam eo modo, quo habetur, & explicatur *Instit. de pa. pote. inis.* Qualis autem sit indissolubilitas matrimonij, & à quo iure proueniat, exponit Sanch. lib. 2. Matr. disp. 13.

Matrimonij essentiam expendens Bellan. disp. 24. dub. 1. notat illud accipi dupliciter. 1. pro contractu, quo sponsi sibi mutuo tradunt corporum dominium, & sic definiri. Est contractus quo legitimæ personæ in sua corpora, sibi mutuum dominium tradunt ad vsum coniugalem. 2. pro ipso vinculo, quod ex tali contractu inter coniuges nascitur, & sic matrimonium essentialiter est ipsum dominium ita traditum, eique ex vtraque parte correspondens subiectio. Nec enim potest intelligi quomodo illa coniunctio consistat, nisi in dicto dominio. Idem author dub. 3. n. 35. matrimonium (inquit) habet pro materia circa quam, corpora contrahentium, sicut pænitentia peccata pænitentis, intrinsecè verò componitur ex mutuo consensu signis expresso, quatenus habet rationem traditionis, tanquam materia, quatenus habet rationem acceptationis tanquam forma.

Matrimonij materia, & forma.

SECTIO II.

De matrimonio, & nuptijs quoad multiplicitatem.

1671 **M***Atrimonium* apud Sanch. lib. 2. Matr. d. 19. diuiditur in legitimũ, ratum, & consummatum. *Legitimum* dicitur, quod legitimo consensu perficitur, seu contrahitur, etiam si sacramentum non sit, quale est inter infideles. *Ratum* dicitur, quando est sacramentum, non dum tamen copula carnali consummatum, sic matrimonium infideliũ vocatur *legitimum*, non verò ratum, quia non est sacramentum, vt expressè habetur *Cap. Quanto de diuort.* Sacramentũ enim inter fideles eleuans contractum, matrimonium ratificat. Videatur Couar. 4. decret. 2. p. c. 1. §. vnico n. 4. *Consummatum* dicitur, quando est cum copula carnali perfectum. Inter ratum, & consummatum illud est discrimen, quoad significationem, nam ratum significat dissolubilem vnionem Christi cum anima existente in gratia, quam per peccatum amittere potest, consummatum significat vnionem indissolubilem Christi cum Ecclesia per carnem assumptam. Vnde non hoc, sed illud dispensabile est à Pontifice. Quando, & quomodo censeatur dari consummatum matrimonium, latè exponit Sanch. lib. 2. Matr. disp. 21. & 22. Præterea matrimonium apud eumdem lib. 7. disp. 84. n. 2. aliud dicitur de iure, id est validum, aliud de facto, id est irritum.

Matrimonium quotuplex. Legitimum matrimon. Ratum matrimoniũ. Consummatum. Matrimonium de iure & de facto.

1672 Sub prædictis multiplex continetur, nempè Firmatum, Solutum, Redintegratum, occultum, Clandestinum, Coactum, Conditionatum, & per coemptionem. *Firmatum matrimonium* prout habetur *cap. super eo de testi. in fi.* idem valet atque contractum. *Solutum* prout habetur *l. si quis ff. solut. matr. & l. Cum quærebatur de verb. sig.* dicitur morte, siue diuortio. *Redintegratum* Canonistæ vocant *Reconciliatum* apud Aphricanum *l. redintegrato Rer. amot.* idem valet, atque renouatum. *Occultum*, *sicut impedimentum*

Firmatum matrim. Solutũ matrimonium. Redintegratum. Reconciliatum. Occultum impedimentum.

matrimonij prout exponit Sanch. lib. 2. disp. 37. n. 11. idem valet, atque id, quòd probari nequit; & sic non sumitur prout distinguitur contra publicum, sed prout distinguitur contra plenè probabile.

Clandestinũ matrim.

Clandestinum matrimonium est illud, quod clam fit Iuxta D. Anton. 3. p. tit. 41. c. 16. §. 5. sex modis fit. 1. quando contrahitur sine testibus. 2. quando consummatur ante nuptiales benedictiones. 3. quando contra fidem priorum sponsalium alia vxor ducitur. 4. quando ante ætatem legitimam initur matrimonium. 5. quando contrahitur tempore, quo solemnitas nuptiarum prohibetur ab Ecclesia. 6. quando denuntiationibus omissis matrimonium celebratur. Rectiùs tamen Sanch. lib. 3. disp. 1. n. 3. duplex tantum agnoscit clandestinum, alterum, in quo testes deficiunt, proindeque clam omninò celebratur; alterum in quo solum desiderantur denuntiationes petitæ ab Ecclesia, ad perfectam eius publicationem; reliquis autem solemnitatibus omissis, non clandestinũ, sed minùs solemne vocabitur. Vide n. 406.

Coactum matrim. *Conditionatũ matrim.*

1673 *Coactum matrimonium* dicitur, quod fit per consensum coactum, seu extortum, de quo latè Sanch. lib. 4. disp. 1. Vide quæ de coacto, & violento diximus lib. 1. Eluc. 3. sect. 2. *Conditionatum matrimonium* est, quod fit per consensum conditionatum, ita vt contractus conditionatus, seu sub conditione fiat. De quo latè Sanch. lib. 5. Matr. à disp 1. & Bellanus disp. 29. Vide quæ diximus de conditionibus lib. 2. Elucid. 11. sect. 4. n. 953. *Matrimonium per coemptionem*, seu *coemptio* in matrimonio dicebatur, cum vir, & vxor se inuicem emerent. Hinc Seruius ad illud Virgilij 1. Georg. *Teque sibi generum Thetys emat omnibus vndis.* Quod ait (emat) inquit, ad antiquum nuptiarum pertinet ritum, quo se maritus, & vxor inuicem emebant. *Matrimonij appellatione* iuxta August. Barb. Appel. 144. Couar. de spons. p. 2. c. 1. Gutier. de iuram. p. 1. c. 51 n. 2. & alios non veniunt sponsalia, sed matrimonium contractum per verba de præsenti, etiam si cõsummatum non sit. At Sanch. lib. 1. Matr. d. 1. n. 3. sic distinguit; vel materia est odiosa, vel fauorabilis, vel indifferens; si sit odiosa, nomine matrimonij, non veniunt sponsalia etiam per verba de præsenti ante consummationem; si sit fauorabilis, veniunt sponsalia per verba de futuro; si sit indifferens, veniunt sponsalia contracta per verba de præsenti, adhuc ante consummationem, non autem per verba de futuro.

Coemptio in matrim. *Matrimonij Appell.*

Nuptiæ multiplices. *Acerbæ nuptiæ.* *Acerba amatio.* *Iustæ nuptiæ*

1674 Quod attinet ad nuptias, multiplicem subeunt denominationem; appellantur enim Acerbæ, Iustæ, Incestæ, Nefariæ, Interdictæ, & Secundæ. *Acerbæ* prout habentur in *Auth. de restit. & ea quæ parit §. pen.* sunt quæ intra tempus luctus factæ subiacent pœnæ. Vsurpauit autem venustè Plautus *Acerbam amationem* pro dura, & toleratu difficili. *Iustæ nuptiæ*, alio nomine *legitimæ* sunt (inquit Azor. p. 2. lib. 2. cap. 19. q. 8.) in quibus nihil potest lege aut iure desiderari. Sic *Iusta vxor*, idem valet, atq; legitima. *l. si Senator ff. de ritu nupt. & l. si vxor ff. ad leg. Iuliam, de adult.* Similiter *Iusti liberi* vocantur *l. cum quis §. 1. de natural. liber.* qui ex iustis, seu legitimis nuptijs nascuntur.

Legitimæ nuptiæ. *Iusta vxor.* *Iusti liberi.* *Incestæ nuptiæ.* *Nefariæ nuptiæ.* *Interdictæ nuptiæ.*

Incestæ dicuntur, quæ inter collaterales, seu ex latere consanguineos, aut affines homines contrahuntur. *Nefariæ* sunt, quæ celebrantur inter homines ascendentis, & descendentis lineæ. *Interdictæ* dicebantur illæ quas inibant homines aliqua lege ciuili à nuptijs prohibiti, vt si Senator libertam, vel tutor papillam suam duceret. *Secundæ nuptiæ* prout desumitur *ex rub. C. de secundis nupt.* vocatur omnes quæ sequuntur primas, siue sint tertiæ, siue quartæ, & sic de reliquis vlterioribus; *Secundus hæres*, vt deducitur *ex l. precib. C. de impub.* & exponit Boet. lib. comment. in topic. Cicer. 11. dicitur, qui hæredi instituto substituitur: vt si pater instituens filium hæredem scribat tali filio intra pubertatem decedente, nepotem, vel talem alium hæredem esse oportere.

Secundæ nuptiæ. *Secundus hæres.*

Nuptiarũ appellatione.

1675 *Nuptiarum appellatione* continentur primæ; quia secundæ nuptiæ sine adiuncto non cadunt sub nuptiarum nomine. Ita Sebast. Medic. de regul. iuris. reg. 4. singularis sermo n. 73. Zabarel. cons. 49. num. 4. Ver. ad secundum, & Tusch. to. 5. lit. N. concl. 161. n. 4. vbi n. 5. cum Castren. cons. 309. lib. 1. declarat, quòd licèt nuptiæ primæ sint fauorabiliores, tamen secundæ etiam sunt fauorabiles; ac proinde legatum relictum filiabus cum nupserint, etiã comprehendit viduas. *Nuptiarum secundarum appellatione* veniunt tam secundæ, quàm tertiæ, quartæ, & vlterius. Quia (vt notat Alex. cons. 6. Attentis n. 5. vers. quia respondeo lib. 7.) post primas omnes sunt secundæ. Ex quo infert statutum quod prohibet patri, & matri inæqualitatem inter filios primarum, & secundarum nuptiarum, comprehendere omnes nuptias post primas. Vide Menoc. cons. 4. n. 38 & Tuschum d. concl. 161. n. 6.

Monogamia. *Monogamus.* *Polygamia.* *Bigamia.* *Digamia.* *Bigamus.* *Digamus.*

1676 Hoc loco explicandum est, quid sit Monogamia, Polygamia, Bigamia, Digamia, & Deuterogamia. *Monogamia* est matrimonium vnum & simplex, in quo *Monogamus* est vnius vxoris vir. *Polygamia* est matrimonium multiplex, vt si vir habeat plures vxores simul, vel successiuè. *Bigamia*, alio nomine *Digamia*, est duplex matrimonium ab vno contractum; sic *Bigamus*, seu *Digamus* est, qui duplex contraxit matrimonium. Cum igitur Bigamia habeat defectum in significatione sacramenti matrimonij; hoc enim significat coniunctionem Christi cum Ecclesia, nempè vnius cum vna, propterea ex illa nascitur irregularitas, de qua latè Sanch. lib. 7. Matr. disp. 83. 84. 85. Nam decuit sacramentorum ministros nullum sacramenti defectum pati.

Deutero

Deuterogamia idem valet, atque Bigamia, quasi secundum matrimonium: nam *Deuteron* Græcè idem est, atque secundum Latinè. Vnde *Deuteronomium*, quasi secunda nomia, vel noma, idest lex.

Deuterogamia. Deuteronomium. Noma. Bigamia quotuplex. Interpretatiua bigamia.

1677 *Bigamiæ* tres sunt species. Prima dicitur *Bigamia vera*: habetur *cap. debitum, de bigamis*, & datur quoties quis duplex legitimum matrimonium init, vtrunque consummans. Et dicitur vera, quia in hoc duplici matrimonio verè deficit significatio, seu repræsentatio vnius matrimonij Christi cum vna Ecclesia. Secunda dicitur *Bigamia interpretatiua*, & est, cum duplex matrimonium initur, & consummatur vtrunque, non tamen vtrunque est validum, sed solum alterum, vel neutrum, aut cum quis licèt non virginem, vel si virginem duxit, eam post adulterium cognouit.

Ex qua declaratione patet quatuor modis haberi bigamiam interpretatiuam. 1. quando quis duo init, & consummat matrimonia, alterum de iure, idest validum, alterum de facto, idest irritum, siue priori coniuge viuente, siue defuncta. 2. quando duo init matrimonia de facto, idest ambo irrita. 3. quando ducit viduam à priori viro cognitam, vel fœminam fornicatione corruptam, & cum ea consummat matrimonium. 4. quando virginem à se ductam, atque postmodum adulterij ream carnaliter cognoscit. Tertia bigamia dicitur *Similitudinaria*, & datur, quando quis professus, aut in sacris constitutus matrimonium init, & consummat etiam cum vnica, & virgine. Nomen habet à similitudine: nam huiusmodi bigamus post matrimonium similitudinarium initum cum Christo per votum solemne castitatis, alias nuptias copula consummauit.

Similitudinaria bigamia.

SECTIO III.

De bonis, & muneribus, seu donationibus inter coniugatos.

1678 DE bonis absolutè acceptis, quatenus sunt materia iustitiæ, egimus lib. 2. tota Eluc. 6. De donationibus etiam absolutè sumptis, satis diximus eodem lib. Eluc. 12. sect. 2. Consulto ad hunc locum reseruauimus, quæ spectant peculiariter ad bona, & donationes matrimoniales. Primatum inter omnia tenet *Dos*, quæ iuxta leges canonicas, & ciuiles definitur à Molin. to. 2. iust. disp. 423. initio in hunc modum: *Dos est quod viro datur, aut promittitur, ratione matrimonij ad onera illius sustinenda, hoc est ad alendam, ac sustentandam vxorem, communes filios, & familiam.* Quo fit, vt sine matrimonio dos neque esse, neque intelligi possit *l. cum multa, C. de donat. l. 3. l. promittendo ff. de iure dotium.* Ex quibus Molin. cit. infert. 1. dotis promissionem, imò, & traditionem habere tacitam conditionem, si nuptiæ sequantur, ita vt promissa dos peti nequeat ante celebratas nuptias. Infert 2. si tempus constitutum sit, in quo dos solui debeat, vt v. g. intra annum, tempus currere incipere à puncto celebrationis nuptiarum, non verò à puncto initi contractus: nisi fortè expressum fuisset, quòd tempus currere deberet à puncto conuentionis, aut certus dies V. g. S. Ioannis designaretur solutioni: tunc enim nuptijs intra id tempus celebratis, soluenda esset dos die illo designato. Si autem conuentum fuisset, vt ante nuptias statuto die dos solueretur, eo die solui deberet, ita tamen vt si nuptiæ non sortirentur effectum, repeti posset quidquid in dotem datum fuerat.

Dos quid.

1679 Diuiditur 1. Dos in profectitiam, & aduentitiam. *Dos profectitia*, vt sumitur *ex l. profectitia ff. de iure dot.* est quæ proficiscitur seu constituitur viro à patre vxoris, aut ab alio descendente per lineam masculinam; vt ab auo, vel proauo, paternis: & tunc si ab eis detur, vel promittatur de ipsorum bonis, vel ab aliquo alio nomine, aut intuitu horum, ita vt ea bona ab his ascendentibus censeantur proficisci in dotem eius mulieris, *Dos aduentitia* (vt exponit Sylu. v. dos n. 2.) est quæ non proficiscitur à patre, vel quasi patre: sed eam dat mulier pro se ipsa, vel quilibet alius à patre, auo, & prædictis, siue sit frater, siue auunculus, siue quilibet alius. Imò si pater non dedit tanquam pater, sed vt extraneus putà quia debebat filiæ, & eius voluntate dedit in dotem viro, aduentitia est. Discrimen, quod secundum ius commune datur inter dotem profectitiam, & aduentitiam, neque in Castella, neque in Lusitania locum habet: cum in his Regnis mulier eo ipso, quòd nubit, emancipata, suique iuris maneat, teste Molin. disp. 423. cit. Qua ratione dos, quæ à patre confertur, profectitia dici possit, exponit idem ibidem, & disp. 233. Diuiditur 1. dos in æstimatam, & inæstimatam: *æstimata* idest taxata quando sic traditur, periculum spectat ad maritum. Quando verò inæstimata, seu non taxata, ad mulierem *l. Plerunque ff. de iure donat.*

Dos quotuplex. Profectitia dos. Aduentitia dos.

Æstimata dos.

1680 Quid *Dos certa*, quid *Dos integra*, explicemus. Dos certa vt tradit Iacob. Spieg. v. eodem, quæ secundùm patrimonium promittentis, & conditionem eius, cui promissa est, accipienda *l. enim post. §. gener. ff. de iure dot. l. si cum ea. C. de dot. promiss.* Dos integra ita debet intelligi, teste Marsil. sing. 687. & Alex. cons. 3. n. 15. vt si maritus promittat restituere dotem integram mortua vxore, censeatur renunciare lucro quartæ partis ipsius dotis, quod per mortem vxoris ex forma statuti lucrari debet: restringitur tamen quoad impensam funeris apud Tusch. to. 2. lit. D. concl. 297. n. 10. & 11. Quæ differentia sit inter dotem, & donationem factam filio in potestate patris constituto, contemplatione matrimonij, exponit Guido

Dos certa. Dos integra.

do Papa in suis decision. q. 145. *Dotis appellatione* nulla simpliciter facta partis mentione, venit propriè tota dos *l. legatis vxori ff. de leg.* 2. Ita Adria. Negusant in sylua Respons. p. 13. n. 18. & Roland. conf. 62. n. 15. *Dotis appellatione* in tota vocabuli proprietate venit promissum, & datum nomine dotis, ita ut statutum tribuens marito defuncta vxore lucrum in matrimonio dotis datæ, locum habeat etiam in dote promissa, vt latè tenent Caldas Perey. consil. 14. n. 9. Menoch. de præsum. lib. 6. præs. 1. n. 11. Achil. decis. 18. n. 1. & Socin. iun. cons. 35. n. 40. lib. 5. Dotis congruæ appellatione continetur illa, quæ non est minor legitima, vt tradunt Steph. Gratian. Marchiæ decis. 27. n. 9. Eman. Roter quæst regul. tom. 2. q. 48. a. 4. & Sanch. lib. 4. matr. disp. 26. n. 8. Item quando pater constituit dotem filiæ iuxta patrimonij existentis facultatem, & contrahentium dignitatem, vt docent Mascard de probat. conf. 570. à princip. & Menoch. de Arbitr. casu 149. à n. 36. & conf. 6. n. 12.

Dotis app.

1681 *Dotem legare*, & pro *dote legare* non differunt *l. eum quis §. sed si & l. enim scriptum ff. de dote præl.* Dotale dicitur quidquid ad dotem pertinet. Hinc *Dotalia bona*, & *Dotales fundi*, hoc est ad dotem spectantes, & in quibus dos mulieris collocatur, vel quos vir accepit pro dote mulieris. Dotales res esse videntur *l. cum vir, & vxor. §. pen. ff. de iur. dot.* quæ dotali pecunia emptæ sunt. *Dotale prædium* etiam retinet nomen soluto matrimonio *ff. de fund. dot. Dotale prædium*, vt habetur *l. dotale ff. eod. tit.* intelligimus non solum cum iam marito eius dominium quæsitum est, sed etiam destinatum. *Recepticius* seruus est dotali seruo oppositus, nempè is, quem vxor sibi proprium retinet, neque doti dat. *Dotalitium*, alio nomine *Dotalium* prout notant Doctores ad *cap. ex parte, de foro compet. & cap. nuper, de donat. inter vir. & vxor.* idem valet, atque donatio propter nuptias, vel res paraphernales, ideſt vltra dotem datæ.

Legare dotem. Dotales res. Dotale prædium. Recepticius Dotalis seruus. Dotatitiũ.

1682 Quid sit *Donatio propter nuptias* secundùm ius Cæsareum, & Hispanum, & quomodo differat à Donatione ad nuptias, præspicuè elucidat Molina to. 2. disp. 290. ad fin. *Donatio propter nuptias*, seu ante nuptias secundùm ius *Cæsareum. Instit. de donat. §. est & aliud, & l. vlt. & auth. dos data. C. de donat. ante nupt.* erat donatio quædam, quam maritus, vel mariti pater, aut alius loco mariti, faciebat vxori propter matrimonium in dotis recompensationem, atque ad maiorem dotis securitatem, & cautelam. Erat verò vxoris constante matrimonio, tametsi administratio & fructus illius spectarent ad maritum. Soluto matrimonio redibat ad maritum, & eius fiebat. Quia verò huiusmodi donatio olim solum fiebat ante nuptias, dicta est *Donatio ante nuptias*: at decursu temporis cum permissum fuerit, vt tam ipsa, quam dos fieri, constitui, augerique possent post nuptias celebratas, cæpit appellari donatio propter nuptias. Hodie iam aboleuit vsus donationis huiusmodi præsertim in Hispanijs, & eius loco successerunt arrhæ, & si ab ea dicto modo acceptæ longè differant. Hodie etiam in Castella (vt probat Mol. d. 238.) *Donatio propter nuptias* id dicitur quod à parentibus, aut ab alijs masculo datur, vt vxorem ducat. Rectius tamen appellari solet, *Donatio ad nuptias*, vt tollatur æquiuocatio, & periculum confusionis cum donatione propter nuptias, quam iuxta ius Cæsareum proximè exposuimus. Vide quid de prædictis donationibus affert Azor. p. 3. l. n. c. 12.

Donatio propter nuptias. Donatio ante nuptias. Donatio ad nuptias.

1683 *Sponsalitia largitas*, vt definit Sanch. lib. 6. matr. disp. 1. n. 1. Est donatio, quæ fit inter sponsos de futuro, seu ante contractum matrimonium per verba de præsenti ad matrimonij ineundi spem, eiusque causam. Quādo autem fiat res sic donata donatarij, & ad quem pertineat constante, vel soluto matrimonio, tradit Molin. disp. 290. Hæc tria, donatio inter virum, & vxorem, donatio propter nuptias, & largitas sponsalitia, distinguente Azor. p. 3. lib. 11. c. 12. q. 2. sic differunt, quòd *Donatio inter virum & vxorem* fit solum constante matrimonio, scilicet postquam initum est, & perseuerat: at donatio propter nuptias fit, cum ipsæ nuptiæ contrahuntur, donatio verò sponsalitia fit, non quando matrimonium contrahitur, sed cum inter sponsam de futuro promissio est, ac de matrimonio ineundo fides datur, & accipitur. Sponsalitiæ largitatis (inquit Sanch. lib. 6. Matr. d. 18. a n. 1.) ea natura est, vt pacto inito inter sponsos, ne ad donantem vllo casu redeat, statim acquiratur irreuocabiliter donatario, quamuis, neque copula, neque osculum intercedat, & eius culpa matrimonium non sequatur. Præciso illo pacto, si non sequatur matrimonium culpa donantis, amittet dictam largitatem, & fiet accipientis: si culpa donatarij, restituet donanti: si casu v. g. Quia alter mortuus est, tunc si sponsa recepit interueniente osculo, acquiret dimidiam partem, & alteram donanti restituet: si autem sponsus recepit, nihil acquiret per osculum, sed integrè restituet. Idem (inquit Sanch. cit. n. 4.) procedit de localibus: sunt autem *Iocalia munera*, quæ sibi inuicem sponsi dare solent, vulgò dicimus, *Brincos, & joyas.*

Sponsalitia largitas. Donatio inter virum, & vxorem. Osculum in largitate sponsalitia.

1684 *Arrhæ* alio nomine Græco *Arrhabones* apud Palaum tr. 18. d. 1. punct. 12 iuit. sumuntur pro ipsismet sponsalibus, ita ut Iuristæ sponsalia ipsa arrhas vocent. *l. 1. C. nuptiæ ex rescripto putantur, & tit. de spons. & Cod. Theodosiano.* Apud Sanch. lib. 1. Matrim. disp. 35. accipiuntur pro donatione propter nuptias, quāuis eodem teste ibidem, & lib. 6. disp. 1. & eod. lib. disp. 27. præcipuè sumantur, vel pro pignore, quod inter sponsos traditur in signum complendi matrimonium dummodò expresse

Arrhæ. Arrhabones.

sè

sè dicatur dari in ſignum futuri matrimonij: nam ſimpliciter traditæ ſponſalitia largitas ſunt: vel pro donatione, quam facit vxori vir, ſiue in præmium dotis receptæ, ſiue nobilitatis, ſiue pudicitiæ.

Hanc duplicem acceptionem pro ratione iuris communis, & priuati tradit, & optimè declarat Molin. tom. 2. diſp. 431. Arrhæ (inquit) de quibus loquitur ius commune *l. vlt. C. de Sponſ. & l. vnica C. ſi rector. prouin.* erant id, quod conuentione facta de matrimonio inter aliquos futuro, tradebatur in pignus, atque in robur & firmitatem, quod matrimonium celebratetur. Sicut in contractu emptionis, & alijs ſimilibus aliquid tradi ſolet in ſignum, & pignus perficiendi contractum, vulgò dicimus *final*. Hinc *Arrhare, & ſubarrhare* eſt artha illa, ſeu pignore obſtringere. Hodie verò ſecũdùm ius Caſtellæ l. 50. Tauri, & ſequent. quæ ſunt l. 2. 3. & 4. tit. 2. lib. 5. nouæ collect. & ſecundùm ius Luſitaniæ lib. 4. Ordin. tit. 9. §. vltimo arrhę, quæ è maritis promittuntur vxoribus, ſunt quædam promiſſio, quam ſponſus facit ei, cum qua contrahit, aut contrahere paciſcitur, & quam mulier ſtatim, matrimonio contracto, & conſummato per copulam, ſibi acquirit, vnà cum dote ſoluendam, ac tradendam diſſoluto matrimonio. Vide plura loco citato, præſertim de diſcrimine inter arrhas, & donationem propter nuptias. *Arrhare ſubarrhare.*

1685 *Antipherna* prout Alexand. Scot. v. eodem tradit ex Iuſtin. *l. vlt. C. de donat. ante nupt.* dicuntur ea, quæ maritus conſtante matrimonio largitur vxori ſuæ quaſi remunerandæ dotis cauſa. *Paraphernium*, ſiue *Paraphernale* dictum eſt quaſi iuxta dotem, à *para* quod eſt iuxta & *phema* dos. Hinc *Paraphernalia bona* (vt exponit Azor. p. 2. lib. 12. cap. 11. q. 4.) dicuntur, quæ accepit vxor à parentibus, vel cognatis, vel alijs præter dotem in ſuos vſus. Vltra dotem (inquit Molin. tom. 2. diſp. 430) ad capitale vxoris ſpectant bona omnia paraphernalia, nempè quæcunque alia bona præter dotem, quæ tempore celebrati matrimonij ad vxorem pertinebant, aut temporis progreſſu illi obueniunt. Hæc enim omnia vna cum dote ſpectant ad capitale vxoris, vt conſentiunt Doctores ad l. 17. tit. 11. p. 4. *Superlucrata bona* ſunt exceptis arrhis, dote, donatione inter coniugatos, & alijs, quæ illis obueniunt ex teſtamento, vel ab inteſtato, vel per donationem, reliqua omnia, quæ tam à viro, quàm ab vxore comparantur à puncto, quo incipit inter eos eſſe ſocietas, nempè quando dote viro tradita incipiunt cohabitare, & vir ſuſtinet onera matrimonij. De quibus vide Molin. diſp. 433. *Antipherna. Paraphernalia. Superlucrata bona.*

SECTIO IV.

De impedimentis matrimonij.

1686 Impedimentum apud Latinos, vt ſumitur ex Tull. 1. de Orat. dicitur id, quo quis impeditur, vt non perficiat, quod deſiderat. A Verbo *Impedire*, quod eſt obſtare, ne quid fiat: ſeu implicare, inuoluere, ac propriè de pedibus dicitur; etſi ad alia transferatur. In iure Canonico *Impedire* dicitur qui retardat. *Cap. pia §. fin. de except. in 6.* vt ibi notatur per Archid. *Impedimentum Canonicum* apud Theologos, & Canoniſtas quid ſit, prout de illo fit mentio *Cap. de Cætero de ſent. excomm.* vt quis excuſetur ab obligatione Pontificem adeundi cauſa petendæ abſolutionis, latè exponit Suar. de cenſ. diſp. 22. ſect. 1. n. 68. Impedimenti Canonici nomine (inquit) non eſt hic intelligendum aliquod impedimentum per Canones introductum, ſeu impoſitum quomodo irregularitas, vel ſuſpenſio dici ſolent impedimentum canonicum ad miniſtrandum, vel ſuſcipiendum ordines. Dicitur ergo hic impedimentum canonicum, id eſt per canones approbatum, vel generaliter omne impedimentum *legitimum*, & rationi conſentaneum. Vnde quando *in cap. Quamuis de ſent. excomm.* habetur *Impotentia corporis, aut alio impedimento canonico*, hoc poſteriùs verbum ſolum addit illa impedimenta, quæ non conſiſtunt in corporis debilitate, aut defectu, ſed in quacunque alia cauſa rationabili, qualis eſt ſubuenire parenti grauiter indegenti, alere vxorem, vel filios, exercere aliquod munus publicum, ad quod ex officio tenetur, quodque ſine graui damno, vel communi, vel priuato deſerere non poteſt. *Impedimentum. Impedire. Canonicum impedimentum. Legitimum impedimentum.*

1687 Quod attinet ad impedimentum matrimonij, illud dici poteſt canonicum in priori acceptione, hoc eſt per Canones inductum, ſeu impoſitum, & idem valet, atque obſtaculum matrimonij, ſeu id quod matrimonio obſtat, ne licitè, aut validè contrahatur. Impedimenta matrimonij ſunt in duplici genere: alia enim vocantur *Impedientia* tantum, & ſunt quibus matrimonium validè quidem, ſed non licitè contrahitur. Quædam dicuntur *dirimentia*, non quòd matrimonium validè contractum dirimant, ſed quia illis obſtantibus, matrimonium validè contrahi nequit. Explicemus membra, quæ ſub prædictis duobus generibus continentur, incipiendo ab impedientibus tantum, quæ duodecim numerari ſolent, 1. eſt *Interdictum*, ſeu vetitum Eccleſiæ, quod tunc datur quando prælatus, vel etiam parochus vetant matrimonium ad tempus, nempè prohibent aliquibus in particulari inter ſe contrahere, idque ob legitimam cauſam, qualis erit examinatio impedimenti, quod opponitur, compoſitio rixæ ſubortæ, *Impedimentum quotuplex. Impedimentum impedientia.*

aut

aut veneratio festi. Huc spectare potest excommunicatio, tam maior, quam minor, qua ligati prohibentur ab vsu omnium Sacramentorum. Addunt aliqui tempore Interdicti prohiberi matrimonium: at oppositum verius est, teste Bellano disp. 30. dub. 3. n. 23. modò omittatur benedictio, quæ tunc illicita est. 2. est *tempus feriarum*, nempè ab initio aduentus, vsque ad diem Epiphaniæ, & à die Cinerum vsque ad octauam Paschæ inclusiuè: nam ob venerationem horum dierum Ecclesia vetat solemnitatem nuptiarum, scilicet benedictionem, & solemnem traductionem sponsæ in domum sponsi Trid. sess. 24. cap. 10. de Reformat.

1688 Tertium sponsalia: his enim cum vna contractis, & nondum legitimè dissolutis, illicitè cum alia contrahitur. 4. est votum simplex Religionis, aut castitatis, aut non contrahendi matrimonij: huius enim contractio illi voto obstat. 5. est tenere aliquem in catechismo, qui solet præmitti baptismo respondendo eius nomine sacerdoti an credat, an renunciet diabolo, &c. 6. incestus cum consanguinea coniugis in primò, & secundo gradu: aut fornicatio habita cum matre, & filia. 7. raptus alienæ sponsæ, quando scilicet qui sponsam alterius de præsenti, causa libidinis explendæ sponso renitente de loco in locum abducit: etiam si sponsa consentit. 8. siquis *Vxoricidiū.* occidit propriam vxorem: quod *Vxoricidium vocatur*. 9. baptizare filium, vel leuare de sacro fonte, vel tenere in confirmatione animo insidiandi matrimonio, vt scilicet post cognationem spiritualem, alter coniux debito coniugali priuetur, impedit sequens matrimonium licitè inire, postquam prius dissolutum fuerit. 10. Occisio iniusta presbyteri. 11. publica, & solemnis pænitentia quandiu durat. 12. nubere scienter moniali. Ex his duodecim impedimentis numeratis notat Bellanus disp. 30. dub. 3 n. 25 septem vltima sublata iam omninò esse per contrariam consuetudinem. Ita Sanch. lib. 7. Matrim. disp. 17. n. 29 addens propter huiusmodi consuetudinem iam hodie sola impedimenta voti, sponsalium priorum, ac interdicti Ecclesiæ vim habere.

Impedimēta dirimentia. 1689 *Impedimenta dirimentia*, quæ scilicet obstant ne matrimonium validè contrahatur, iure antiquo numerātur duodecim, quibus adduntur duo Trid. sess. 24. de Matr. cap. 1. & 6. proindeque sunt quatuordecim contenta his carminibus.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, si fortè coire nequibis,
Si parochi, & duplicis desit præsentia testis,
Rapta ve sit mulier, nec parti reddita tutæ.
Hæc faciendo vetant connubia, facta retractant.

Error in matrimonio. Singula elucidemus: primum impedimentum est error: pro cuius elucidatione supponimus. 1. quadruplicem esse errorem. 1. est personæ, cum vna persona pro alia supponitur. 2. conditionis seruilis, cum liber contraxit cum ancilla, quam liberam putabat. 3. qualitatis, cum putat se contrahere cum pulchra, nobili, virgine, & est deformis, plebeia, corrupta. 4. fortunæ, cum putatur diues, & est pauper. Supponimus 2. quemcunque ex prædictis erroribus esse duplicem, scilicet vel antecedentem actum, qui causam præbet actui faciendo, & à Iurisperitis vocatur *dolus dans causam contractui*; vel concomitantem, sine quo actus fieret, & dicitur à Iurisperitis, *dolus incidens in contractum*. *Dolus dans causam. Dolus incidens.*

His positis: dico 1. error personæ antecedens dirimit matrimonium: imò concomitans etiam dirimit, vt si ducens Mariam existimans esse Catharinam, libenter, aut libentiùs duceret, si Mariam esse cognosceret. Quia ad matrimonium requiritur consensus positiuus, quem error etiam concomitans impedit. *Qualitatis error.* Dico 2. nullus error qualitatis, vel fortunæ dirimit matrimonium. Patet, quia licèt omnis error sit causa inuoluntarij: at non omnis efficit inuoluntarium simpliciter, sed is solus, qui est circa qualitatem per se, & ex natura rei requisita ad ipsius contractus essentiam: dum autem qualitas se habet per accidens, solum consurgit inuoluntarium secundùm quid. Erit dictum matrimonium nullum. 1. si qualitas apponatur per modum conditionis ex intentione actuali, vel virtuali, non verò habituali, vt si quis expressè intenderet, non contrahere, si talis qualitas personæ non insit. 2. si talis qualitatis error in personæ errorem vertatur.

1690 Secundum impedimentum est *conditio seruilis* ignorata per liberum. Nam error conditionis seruilis, quando liber contrahit cum ancilla, vel libera cum seruo dirimit matrimonium. *Cap. siquis ingenuus. 29. qu. 2. & cap. 3. 3. & fin. de coniug. seru.* Procedit quamuis matrimonium ineatur cum seruo libero ad tempus, vel cum ancilla statu libera, quæ postea scilicet acquisitura est plenam libertatem, si contrahens conditionem seruilem ignorauit. Secus de errore seruitutis adscriptitiæ, vel originariæ. Vide de his latè Sanch. lib. 7 Matr. disp. 19. *Conditio seruilis.*

Tertium impedimentum dirimens est votum solemne castitatis, siue sit inclusum in professione Religiosa, siue annexum Ordini sacro: de quo latè Sanch. citatus disp. 26. & 27. Vide quæ diximus supra num. 1362. Quartum impedimentum est *Cognatio*, de cuius ratione, & distinctione inter cognatos & agnatos egimus num. 1117. Est autem cognatio triplex scilicet carnalis, spiritualis, & legalis. *Cognatio carnalis*, alio nomine *Consanguinitas*, sic definitur; *Est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum*. Durat inter eos omnes, qui secundum commune hominum iudicium eun- *Cognatio triplex. Consanguinitas.*

dem

dem sanguinem participant. Latè explicatur à Sanch.lib.7.disp.8.& sequentibus. Vide quæ diximus num. 1118. *Cognatio spiritualis*, sic definitur: *Est propinquitas quædam personarum ex statuto Ecclesiæ consurgens propter collationem Baptismi, vel Confirmationis, vel susceptionem recipientis hæc sacramenta*. Hanc latè exponit Sanch.cit.disp.54. Ex qua declarata infert. 1. cognationem spiritualem ex Baptismo, & Confirmatione, nec esse de iure diuino naturali, nec de diuino positiuo, sed de solo Ecclesiastico. Infert. 2. propterea fuisse expediens, vt cognatio spiritualis dirimeret matrimonium, vt exhiberetur reuerentia illis à quibus impenditur esse spirituale. Infert 3. ex alijs sacramentis præter Baptismum, & Confirmationem, nullam oriri cognationem spiritualem, quæ matrimonium dirimat, aut impediat.

Cognatio spiritualis.

Cognatio legalis sic definitur apud Sanchez lib.7.Matr.disp.63.n.5. *Est propinquitas ex adoptione proueniens*. Vox illa (propinquitas) denotat conuenientiam, quam habet cum cognatione carnali. Particula (ex adoptione proueniens) significat eius causam, ac differentiam à cognitione carnali. Cum verò duplex sit adoptio, altera perfecta, per quam adoptatus transit in potestatem adoptantis, illique succedit, & dicitur *Arrogatio*: altera imperfecta, per quam adoptatus non transit in potestatem adoptantis, & dicitur *simplex adoptio*. De quibus diximus lib.1.Elucid. t 3. à n. 379. sola perfecta inducit impedimentum, quod matrimonium dirimit. Vide Parlad. diff.98.

Cognatio legalis. *Arrogatio.* *Adoptio.*

1691 Quintum impedimentum est *crimen*, nempè duplex, alterum adulterium cum fide data de contrahendo post coniugis mortem: alterum adulterium cum machinatione mortis alterius coniugis: ex *Cap. super eo qui duxit in matr. & cap. relatum* 31. q. 1. De vtroque quomodo intelligatur, & quas conditiones requirat, latè agit Sanch.lib.7.disp. 78. & 79. Nos de Adulterio diximus lib. 2. Elucid. to. sect. 3. à n. 905. Sextum impedimentum est: *Cultus disparitas*, seu fidei, qua Deus colitur, disparitas, qualis datur inter fidelem, & infidelem. Certum enim est matrimonium inter fidelem, & infidelem esse irritum: imò inter personam baptizatam, & catechumenam: vt ait textus. *Cap. Caue* 28. q. 1. Vnde non valet matrimonium Catholici cum ficte baptizata, neque hæretici, aut apostatæ cum infideli: illi enim cum sint verè baptizati subduntur legibus Ecclesiæ. Septimum impedimentum est *vis*, nempè vt consensus ad matrimonium per vim, seu metum extorqueatur. Matrimonium igitur contractum metu cadenti in virum constantem, ad eum finem iniustè incusso, est nullum in vtroque foro. Habetur *ex cap. significauit, de eo qui duxit in matrim.* & ratione, quia matrimonium significat coniunctionem Christi cum Ecclesia, quæ per libe-

Criminis impedimentum. *Cultus disparitas.* *Vis in matrimonio.*

rum amorem facta fuit.

1692 Octauum impedimentum est *Ordo sacer*, cui nempè annexum est solemne votum castitatis ex Ecclesiastica institutione. Quamuis enim, teste Sanch.lib.7.Matr.disp. 27. probabile sit obligationem continentiæ in eo, qui sacris initiatus est, consurgere ex pura Ecclesiæ institutione: tamen probabilius est consurgere ex voto castitatis, quod Ecclesia suo præcepto annexuit sacris ordinibus: non quidem, vt voueat expressè, sed tacitè, & facto ipso. Constat *ex cap. 1. d. 28. & cap. Diaconi ead. dist.* Nonum impedimentum est *Ligaminis*, seu *alligationis* de quo latè Sanch.lib.7.Matr.disp.80. vbi initio sic definitur: *Est vinculum prioris matrimonij, quo durante posterius irritum est*. Cum enim Catholica fides doceat (vt definit Trident.sess.24.de Matr.can.2.) in lege Euangelica prohibitum esse iure diuino plures simul habere vxores, etiam Papa Syricius in Epist. 1. Innocent. 1. Epist. 9. & alij Pontifices deciderunt posterius matrimonium, priori constante, irritum esse.

Ordo sacer ad matrimonium. *Legaminis impedimentum.* *Alligatio.*

Decimum impedimentum dicitur *Publicæ honestatis*, & sic definitur: *Est propinquitas ex sponsalibus proueniens robur trahens ab Ecclesiæ institutione, propter honestatem eius*. Dicitur (Propinquitas) vt significetur conuenientia, quam habet cum affinitate. Dicitur (ex sponsalibus proueniens) quia in hoc distinguitur ab affinitate, quæ ex copula oritur. Dicitur *ab Ecclesiæ institutione* (vt denotetur hoc impedimentum solo iure Ecclesiastico ductum esse. Olim per *Cap. vnic. de spons. in 6*. Ex quibuscunque sponsalibus certis, & absolutis etiam irritis, dummodo non fuissent irrita ob defectum consensus, oriebatur impedimentum publicæ honestatis, & extendebatur vsque ad quartum gradum. Hodie verò hoc ius correctum est à Trident. sess. 24. de Matr. cap. 5. tum quoad sponsalia irrita: ex quibus ibi deciditur, nullum prorsus oriri impedimentum: tum quoad gradum: nam deciditur ex sponsalibus validis solum extendi ad primum gradum consanguinitatis: quod intelligitur in linea, siue recta, siue transuersa. Vnde iniens validè sponsalia non potest inire validè matrimonium cum patre, matre, fratribus, sororibus, vel filijs sponsi, aut sponsæ: secùs cum alijs inferioris gradus consanguinitatis.

Publicæ honestatis impedimentum.

1693 Vndecimum impedimentum est *Affinitas*, quæ sic appellatur, quasi finium propinquitas: & sic definitur: *Est propinquitas personarum ex carnali copula proueniens, omni carens parentela*. Vox (propinquitas) denotat conuenientiam cum consanguinitate. Dicitur absolutè (ex carnali copula) vt intelligatur oriri tam ex licita, quam ex illicita. Particula (omni carens parentela) intelligitur per se, & ex parte affinitatis, cui per accidens est, vt aliquando affinitas, & consanguinitas in eodem coniungantur. Duodecimum impedimentum est

Impotentia quid. Impotenter.

Im-

Impotentia, quæ à Sanch. lib. 7. disp. 92. n. 1. sic definitur: *Est vitium naturale, aut accidentale impediens coitum.* Vnde *impotentes* dicuntur qui non possunt habere talem copulam, ex qua fiat vna caro: ad quod requiritur, vt vir intra vas muliebre semen immittat. Consurgit tum ex causa intrinseca naturali, vt ex frigiditate, quæ soli viro accidit, & ex fœminæ arctitudine: tum ex causa extrinseca accidentali, vt ex maleficio, quod vtrique sexui commune est: aut ex castratione, quæ viris peculiaris est. Rursus impotentia alia est perpetua, alia temporalis: deinde quædam ad copulam, quædam ad generationem, quæ vocatur *sterilitas*. Perpetua vel est absoluta respectu omnium, vel respectiua respectu huius, vel alterius similis.

Sterilitas.

Clandestinitas.

1694 Decimum tertium est *Clandestinitas*, quæ in matrimonio datur per defectum præsentiæ parochi, aut testium. Hoc impedimentum dirimens introduxit Trid. sess. 24. cap. 1. quatenus matrimonium sic contractum irritauit, tum indirectè inhabilitando personas his verbis: *Eos ad sic contrahendum inhabiles reddit*, tum directè annullando contractus his verbis: *Eiusmodi contractus irritos, ac nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit.* Matrimonium qua sacramentum irritauit non directè, sed indirectè. Notat autem Sanch. lib. 3. Matrim. disp. 4. num. 8. prædictam irritationem posse dici pœnam, quatenus inducitur in odium, & punitionem clam contrahentium, & posse dici non pœnam, quatenus incurritur etiam ab his qui ignoranter, & sine culpa agunt. Vide quæ de Clandestino dixi num. 1681.

Raptus quid sit.

Decimum quartum impedimentum est *Raptus*. Nam Trid. sess. 24. de Matr. cap. 6. decreuit, vt matrimonium inter raptorem, & raptam consistere nequeat, quandiu rapta in potestate raptoris manserit; secus si extra illam in loco tuto, ac libero collocetur. Quid sit raptus in ordine ad forum conscientiæ, exponit Sanch. lib. 7. Matrim. disp. 12. n. 30. docens illius malitiam consistere in eo, quòd homo affectu luxuriæ impulsus, eo perueniat, vt quò libidinem expleat, vim inferat fœminæ, aut ijs, sub quorum potestate, & cura est. Raptus enim habet duplicem specificam malitiam, quarum altera castitati, altera iustitiæ aduersatur. Quatuor requirit conditiones, vt pœnis antiqui iuris subiaceat. Prima est, vt adsit violentia. Secunda, vt raptus fiat causa libidinis. Tertia, vt detur traductio de loco ad locum. Quarta, vt mulier rapta sit honestæ vitæ. Has prosequitur Sanch. cit. à n. 3.

SECTIO V.

De Consanguineis, & affinibus.

1695 Pro maiori explicatione quarti impedimenti, quod est consanguinitas, quam paucis exposuimus num. 1690. nonnullos consanguineos in iure frequentiores seorsim exponamus. Distinguitur consanguinitas (inquit Sanch. lib. 7. Matr. disp. 50. à n. 2.) per lineas & gradus. *Linea* dicitur ordinata collectio personarum ab vno stipite descendentium diuersos continens gradus. *Gradus* est habitudo, seu mensura distantium personarum, qua cognoscitur quota consanguinitatis distantia aliqui coniunguntur. Linea absolutè duplex est, altera recta, altera collateralis. *Recta* est tum ascendentium, in qua continentur personæ à quibus origo deducitur: tum descendentium, quæ claudit personas ab eodē stipite descendentes. Hæc re ipsa vna, est & solum ratione distinguitur, quatenus per illam ascenditur ad stipitem, & à stipite descenditur ad sobolem. *Collateralis*, alio nomine *Transuersa*, est in qua continentur personæ, quæ ex latere, & ex transuerso iunctæ sunt, à quibus nos non ducimus originem, nec ipsæ à nobis. Pro maiori elucidatione vtriusque lineæ, eiusdem singulos gradus exemplificemus in singulis consanguineis.

Linea consanguinitatis. *Gradus cōsanguinitatis.* *Recta linea.* *Collateralis linea.* *Transuersa linea.*

1696 In linea recta incipiunt computari *ascendentes* à patre, & matre, de quibus satis diximus lib. 1. elucid 13. sect. 3. Ab illis fit gradus ad Auum, & Auiam. *Auus* sic dicitur quòd ad duos attineat, quasi *Aduus*: est enim patris, vel matris pater: ille vocatur *Auus paternus*, hic *Auus maternus*. Similiter Auia est mater parentum, sicut Auus pater parentum. *Hinc Auia paterna* dicitur mater patris, & *Auia materna* dicitur mater matris. Ab auo proximè ascenditur ad Proauum. Proauus dicitur pater aui, vel auiæ. *Proauia*, dicitur mater aui, vel auiæ *L. Iurisconsf. §. tertio gradu, de grad. & affin.* vulgò dicimus *Bisavo, & Bisavò*. A proauo immediatè ascenditur ad Abauum, & Abauiam: Abauus est pater proaui, vel proauiæ. *Abauia* est mater proaui, vel proauiæ. Ab abauo fit immediatus ascensus ad Atauum, & Atauiam. *Atauus* est pater abaui, vel abauiæ. *Atauia* est mater abaui, vel abauiæ. Ab atauo immediatè ascenditur ad Tritauum, & Tritauiam. *Tritauus* est pater a taui, vel atauiæ. *Tritauia* est mater ataui, vel atauiæ. A tritauo non fit ascensus ad aliquos, qui peculiari nomine distinguantur: sed omnes ascendentes deinceps *maiores* appellari solent.

Ascendētes. *Auus.* *Auia.* *Proauus.* *Proauia.* *Abauus.* *Abauia.* *Atauus.* *Atauia.* *Tritauus.* *Tritauia.* *Maiores.*

1697 In eadem recta linea incipiunt computari descendentes à filio, & filia, de quibus satis diximus lib. 1. elucid. 13. sect 4. à filijs descenditur immediatè ad nepotem, & neptim. *Nepos* vulgò dicimus *Neto* est filius filij, vel filiæ.

Nepos.

Neptis. Pronepos. Proneptis. Atnepos. Abneptis. Atnepos. Atneptis. Trinepos. Trineptis.

filiæ. *Neptis* est filia filij, vel filiæ. A nepotibus fit descensus ad Pronepotem, & Proneptim. *Pronepos* est filius nepotis, vel neptis. *Proneptis* est filia nepotis, vel *neptis*. A pronepotibus descenditur ad Abnepotem, & Abneptim. *Abnepos* est filius pronepotis, vel proneptis. *Abneptis* est filia pronepotis, vel proneptis. Ab abnepotibus descenditur ad Atnepotem, & atneptim. *Atnepos* est filius abnepotis, vel abneptis. *Atneptis* est filia abnepotis. Ab Atnepotibus tandem descenditur ad Trinepotem, & Trineptim. *Trinepos* est filius atnepotis, vel atneptis. Qui rursus descendunt, peculiari nomine carent.

Frater. Germanus. Soror. Germana. Patruus. Amita. Auunculus. Matertera. Patrueles. Sorores patrueles. Sobrini. Sororini.

1698 Per lineas collaterales disponuntur illi, qui sunt ad vtrunque latus ascendentium, & descendentium. v.g. Filius, & Filia habent ad vnum latus Fratrem, & ad aliud sororem. *Frater* dicitur quòd sit fere alter, scilicet pater. Fratres inter se dicuntur, qui sunt filij eiusdem patris, vel matris: & latius patet Frater, quam *Germanus*: hic enim est filius eiusdem patris, & matris: vulgò dicimus *Irmaõ inteyro*. Nam sic dicitur quasi ab eodem germine natus. *Soror* dicitur quasi diuersa sorte nata, vel (vt tradit Gellius lib. 13. cap. 10.) quòd seorsum à sua stirpe nascitur, separaturque ab ea domo in qua oritur, & in aliam familiam transgreditur. Latiùs patet soror, quàm *Germana*: illa enim est filia eiusdem patris, vel matris: at Germana, est semper filia eiusdem patris, & matris, à quibus germanus oritur. Vulgò dicimus *Irmãa inteyra*. Fratris filij, nepotes, & reliqui: similiter sororis filij, & reliqui sunt in linea collaterali. Pater, & mater habent ad latus vnum Patruum, & Amitam, ad latus aliud Auunculum, & Materteram. *Patruus* est frater patris mei, vulgò *Tio irmão do pay*. *Amita* est soror patris mei, vulgò *Tia irmãa do pay*. *Auunculus* est frater matris meæ, vulgò *Tio irmaõ de minha may*. *Matertera* est soror matris meæ, vulgò *Tia irmãa de minha may*. *Patrueles* dicuntur patruorum, hoc est marium fratrum filij. *Sorores patrueles*, sunt fœminæ ex duobus fratribus genitæ. *Sobrini*, quasi *Sororini* vocantur duarum vel plurium sororum filij.

Patruus magnus. Amita magna. Auunculus magnus. Matertera magna. Propatruus. Proamita. Proauunculus. Promatertera.

1699 Prætetea Auus, & Auia habent ad vnum latus Patruum magnum, & Amitam magnam, ad aliud latus auunculum magnum, & Materteram magnam. *Patruus magnus* est frater aui. *Amita magna*, est soror aui. *Auunculus magnus* est frater auiæ. *Matertera magna* est soror auiæ. Horum filij, & Filiæ currunt ab vtroque illo latere. Deinde proauus, & proauia habent ab vno latere Propatruum, & proamitam, ab alio latere Proauunculum, & Promaterteram. *Propatruus* est frater proaui, *Proamita* est soror proaui, *Proauunculus* est frater proauiæ. *Promatertera* est soror prauiæ. Horum filiæ, & filij continuant ex vtroquē illo latere duplicem eam lineam collateralem. Insuper Abauus, & Abauia habent ad vnum latus Abpatrum, & Abamitam, ad aliud latus Abauunculum, & Abmaterteram. *Abpatruus* est frater abaui. *Abamita* est soror abaui. *Abauunculus* est frater abauiæ. *Abmatertera* est soror abauiæ. Horum filij, & filiæ perpetuant collaterales lineas, quæ incipiunt ab vtroque latere abaui, & abauiæ. Denique Atauus, & Atauia habent ab vno latere Atpatruum & Atamitam, ab alio latere Atauunculum, & Atmaterteram. *Atpatruus* est frater ataui. *Atamita* est soror ataui. *Atauunculus* est frater atauiæ. *Atmatertera* est soror atauiæ. Gradus hactenus numerati constant *ex Instit. de grad. cognat. & ex l. Iurisconf. ff. de grad.*

Abpatruus. Abamita. Abauunculus. Abmatertera. Atpatruus. Atamita. Atauunculus. Atmatertera.

Affinitatis gradus.

1700 Quod attinet ad affines, iam diximus, quid sit affinitas num. 1702. Notat verò Sanchez lib. 7. Matr. disp. 64. à n. 3. affinitatem non habere propriè gradus: sed gradus inter affines mensurarij iuxta gradus consanguinitatis. Cum enim affinitas ex consanguinitate nascatur, distinctio graduum illius mensuratur per distinctionem graduum huius, vt sumitur *ex cap. porro 33. q. 5.* Vnde omnes consanguinei vxoris Francisci, vel fœminæ ab eo illicitè cognitæ, sunt Francisco affines in eo gradu, in eo gradu in quo sunt consanguinei talis fœminæ. Similiter è contra consanguinei Francisci sunt fœminæ illi affines in eo gradu, in quo sunt Francisci consanguinei. Quare *stipes* in affinitate est duplex illa persona, quæ per carnis copulam commiscetur. Vtraque enim affinitatis radix est: proindeque inter vtranque affinitas non intercedit, sed ab illis procedit. Igitur sicut consanguinitatis, ita affinitatis duplex linea datur: quædam est recta ascendentium, & descendentium. Ascendentes sunt socer, socrus, vitricus, Nouerca. Descendentes sunt gener, nurus, priuignus, priuigna. Alia est linea transuersa collateralium. Hi sunt qui alterutri coniugi sunt consanguinei in linea transuersa, qualis leuir, & glos.

Stips in affinitate.

Socer. Socrus. Prosocer. Prosocrus. Vitricus. Nouerca. Gener. Nurus. Pronurus. Progener. Priuignus. Filiaster. Priuigna. Filiastra.

1701 Singulos dilucidiùs explicemus. *Socer* est pater mariti, vel vxoris. *Socrus* est mater mariti, vel vxoris. *Socer magnus*, alio nomine, *Prosocer*, est auus mariti, vel vxoris. *Socrus magna*, alio nomine *Prosocrus* est auia mariti, vel uxoris. *Vitricus* est maritus matris meæ, uulgo dicimus *Padrasto*. *Nouerca* est uxor patris mei, uulgò *Madrasta*. *Gener* est maritus filiæ meæ. *Nurus* uulgò *Nora* est uxor filij, & eius appellatione *Pronurus*, & deinceps: continetur *l. nurus ff. de verb. sign.* Est autem Pronurus uxor nepotis: sic Progener maritus neptis. *Priuignus* alio nomine *Filiaster*, uulgo *Enteado*, dicitur qui ex marito mulieris natus est, antequam fuisset maritus eius, & è contra Priuigna, alio nomine *Filiastra*, uulgò *Enteada* dicitur propriè

filia vxoris ab alio viro priori genita; vel è conuerso filia mariti ex alia vxore prædefuncta. Ad lineam transuersam sequentes spectant. *Leuir* est frater viri, seu mariti. *Sororius* est maritus sororis: vulgò *Cunhado marido de minha irmana*. Item *Fratria* est vxor mei fratris, vulgò *Cunhada casada com meu irmano*. *Glos* appellatur à Latinis mariti soror, vulgò *Cunhada irmana de marido*, à Iuristis, vxor fratris. *l. non facile §. affinitatis ff. de grad.*

Leuir. Sororius. Fratria. Glos.

SECTIO VI.

De nonnullis alijs ad consanguineos, & affines spectantibus.

Genealogia. Parentela.

1702 GEnealogia est sermo de origine generationis. *Parentela* dicitur à parentibus, quasi coniunctio sanguinis eorum, qui ab ijsdem parentibus originem dicunt. Nam iuxta Tiraq. de retractu lignig. §. 1. glos. 8. n. 1. parentela importat idem, quod agnatio, & consanguinitas: ita ut teste Flamin. Paris. de consid. q. 22. n. 43. comprehendat agnatos, & omnes collaterales. *Parentelæ appellatione* veniunt parentes vtriusque sexus vsque ad tritauum, & ab eo supra dicuntur maiores, at nec parentes, nec de parentela. Ita Lara de anniuers. lib. 2. cap. 2. n. 24. & Tusch. tom. 6. lit. P. concl. 82. n. 1.

Parentelæ appell.

Illegitimus non dicitur de parentela iuxta *Barthol. in l. tutelæ de capit. dim.* Quomodo autem id intelligi debeat, tradunt Gido Papa decis. 536. & Aloys. Licc. in praxi rerum fori Eccles. resol. 185. n. 2. Quomodo veniat creatus de parentela, vel adoptatus, vt sit patronus, vide Lambert. de iur. patron. lib. 1. à n. 9. q. 2. & Roch. simili tract. verbo ipso n. 73. *Stipes, itis* apud Latinos est truncus arboris, apud Iurisperitos est persona illa, à qua alij ducunt originem. *Oriundus* de Ciuitate, vel loco (vt tenet Alexand. Scot. v. eod.) dicitur is, qui vel ibi, vel in vico Ciuitatis illius ortus est. *L. qui ex vico ff. de muni.* Oriundus (vt tenet Spiegel. v. eod.) vulgò est, qui ipse natus est, vel qui inde originem duxit: Putà, quia pater, vel eius maiores ex eo loco antiquitùs prognati sunt. *Cap. 1. de vsuris in 6.* Peritiores tamen (inquit Alciat.) oriundum non esse, qui ipse natus sit, existimant, sed qui genus duxit. T. Liuius, *Nati Carthagine, sed oriundi à Syracusis.*

Stipes quid. Oriundus.

1703 *Primogenitus*, vt habetur cap. Ioseph de verb. signif. dicitur qui primo natus fuit. *Primogenitura* est ius, qualitas seu prærogatiua primogeniti. Vide Alberic. ad *l. pen. C. de donat. inter virum, & vxor.* An sit discrimen inter Prognatum, & Natum dissentiunt Authores. *Prognatus* iuxta Alexand. Scot. & Alberic. v. eodem est idem, atque pronepos, quasi procul à me natus, quia in quarto gradu. Id tamen reprobans Spiegel. v. eod. ridiculum appellat inter eos, qui latinè scirent. Et quidem Prognatus vsurpatur pro simplici, vt idem valeat atque natus, tum apud Legistas, duce Iustiniano. *Instit. de hæred. ab intest. §. 2.* tum apud Latinos Tullium. 3. Tusc. Terent. in Phor. Liu. 1. ab vrb. & Horat. 2. serm. Satyr. 1. *Posteri* de quibus latè disputat Bart. in *l. his verbis de leg. 3. & l. Titius ff. de liber. & posth.* sunt quicunque ex nobis, & post nos nati sunt, vt filius, nepos, pronepos, abnepos, atnepos, trinepos: reliqui carentes nomine, *Posteriores*, & *Minores* appellantur. *Posteritas* significat posterum sæculum, siue homines qui post nos nascuntur: atque adeo descendentiam, & procreationem iuxta Menoch. cons. 390. n. 14. Apud Iuristas *l. cum scimus. C. de agric. & Censit lib. 11.* refertur Posteritas ad filios, sicut *Antiquitas* ad parentes.

Primogenitus. Primogenitura. Prognatus, & natus.

Posteri. Posteriores. Minores. Antiquitas.

1704 *Posteritatis appellatione* veniunt descendentes etiam ex fœminis, vt docent Tiraqu. de retractu lig. §. 1. glos. 9 n. 203. & 239. Dec. in l. 2. num. 62. ff. de regul. iur. Ruin. cons. 58. n. 4. lib. 5. & alij, quos sequitur Fusar. in tract. de substit. q. 330. n. 12. Oppositum tamen quoad fœminas tenet Alex. cons. 160. n. 4. lib. 2. affirmans, vocata posteritate, solum masculos venire. Feudum posteritati concessum ratione subiectæ materiæ restringitur ad masculos per virilem sexum descendentes, quamuis ad vtrunque sexum propria illius significatio referatur, vt cum multis docet Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 23. tit. 27. num. 23.

Posteritatis appell.

Posterorum appellatione propriè ueniunt descendentes, ut *ex l. quod his verbis in fin. ff. de leg. 3. & l. vocatio ff. de muner. & honor.* tradunt Socin. Senen. cons. 51. n. 3 lib. 4. Peregrin. de fideicomis. art. 22. n. 23. Menoch. cons. 40. nu. 28 & alij quos refert Fusar. de substit. q. 330. n. 1. qui n. 2. traddit uenire omnes in infinitum, & in perpetuum: & n. 3. subdit si testator uocasset omnes posteros, censeri uocasse transuersales, ob uim clausulæ uniuersalis, iuxta ea, quæ scribit Peregrin. citat. num. 26. Imò ueniunt posteri, & descendentes nati post mortem testatoris, ut docet Menoch. de Præs. lib. 4. præs. 91. in fine. Posteriorum appellatione ueniunt etiam fœminæ, & descendentes ab eis, ut cum multis tenent Mantica de coniect. ult. uol. lib. 8. tit. 12. n. 41. Tusch. tom. 6. lib. 8. concl. 455. n. 1. & Barb. de uerb. appell. appel. 209. Vbi quinque limitationes adhibet, quas ibi uide.

Posterorum appell.

1705 *Aui, & auitæ lineæ appellatione*, iuxta Ruin. cons. 166. n. 8. lib. 1. uenit proauus, & linea proaui: quatenus exponit *Authent. matri, & auiæ. C. Quando mulier tut. offic.* quæ loquens de auia, habet locum in proauia, prout illum citant Surd. de Aliment. tit. 1. q. 13. n. 10. & Fusar. de substit. qu.

Aui appel.

313.n.3. Hoc tamen limitatur iuxta Tuſchum tom. 3. concl. 656.n. 15. quando communis vſus loquendi oppoſitum ſuadet: item quando verſamur in materia ſtatuti odioſi, ſeu correctorij; imò in materia iuris communis, quando incidenter fit mentio de auo, aut linea aui, non autem principaliter. *Maiorum appellatione non veniunt* tranſuerſales quantumuis antiqui, vt *ex l. Iuriſconſultum ff. de gradib.* ſumit Alexand.conſ.4.col.1.lib. 4. at veniunt ſoli aſcendentes ſupra tritauum: tritauus verò, & alij infra dicuntur parentes, vt tenent Rebuf. *ad l.2.ff. de verb. ſign.* v maior, ver. 2. & Tuſch.tom.5.lit.M.concl.41.n.1. & 2. Verificari aliquando etiam in patre, & auo dicit Angel.conſ.268.in princ. ſed in ſignificatione impropria.

Maiorum appellat.

1706 *Matrueles*, vt habetur *leg. 1. ad l. Pomp. de parri.* ſunt filij, & filiæ matertera: ſicut Patrueles dicti ſunt, quorum patres germani, vel fratres fuerunt, & *Patrueles ſorores*, ſunt duorum fratrum filiæ. *Amitini* ſunt amitæ filij.35.q.5.*cap. vlt. Fratres conſanguinei*, alio nomine *Germani* apud Iuriſconſultos, vt teſtatur Spicgel. v. eod. dicuntur qui ex eodem patre naſcuntur, vtcunque diuerſas habeant matres. *Fratres vterini* Græci *Adelphos* vocant, ſunt ex eadem matre, diuerſis licèt patribus orti. *Fratres gemini:* non gemini fratres, vt docet Quintil.lib 9.cap. 4. vulgò dicimus *geneos*, ſunt eodem partu editi. *Fraternitas* eſt vinculum conſanguinitatis inter fratres, ſicut *Germanitas* inter germanos. *Conſobrini*, dicuntur duarum ſororum filij, vulgò *primos filhos de irmanas*: quaſi *Conſororini*: poſſunt etiam duorum fratrum filij hoc nomine vocari: licèt ij veriùs conſanguinei dicantur, vel Patrueles. *Inſtit. de grad. §. 4. gradu. & §. Plerique.*

Matrueles. Patrueles. Sorores patrueles. Amitini. Fratres cõſanguinei. Germani fratres. Vterini fratres.

1707 *Fratris appellatione*, propriè venit frater in primo gradu, vtpote frater ſimpliciter, non verò frater patruelis, vel frater conſobrinus, vtpote fratres ſecundùm quid, Ita Steph. Gratian. diſcept. forenſ. 757. num. 15. Neguzant in Sylua Reſponſ. qu. 87. n. 6. Caſtrenſ. conſ. 118. ſtatutum lib. 2. & Tuſch. tom. 4. litt. F. concl. 450. à n. 1. De lata verò ſignificatione venire patrueles, tenet Decian. conſ. 43. n. 3. & conſ. 160. n.37. vol.3. ſecuti etiam in ſtatuto excludente ſororem cauſa patris, iuxta Menoch. conſ.1146.n.11.

Adelphi. Gemini fratres. Fraterni. tas. Germanitas. Cõſobrini. Cõſororini. Fratris appellat.

Fratris appellatione in materia fauorabili venit frater etiam vterinus, vt videre eſt apud Caſtrenſ.conſ. 119. ſtatutum iſtud in prin. lib. 2. vnde Rodan.conſ.411. Quatuor col. 2. Socin. conſ.1.lib.1.& Tuſch.tom. 4. lit. F. concl. 450.n.29.& concl.421. n. 1. Reſoluunt ſtatutum excludens filias fæminas, extante fratre defuncti, habere locum, ſi extet frater vterinus, prout ſi extaret frater vtrinque coniunctus. Secùs in materia agnationis conſuetudæ, de quo vide Caſtrenſ.conſ. 196. In puncto n.2.lib.1. Fratrum appellatione in materia indifferenti veniunt ſorores iuxta *Bald. in l. tres fratres.361.ff. de pactis*. Fallit hoc ſi mens diſponentis aliter ſe habeat ex coniecturis. In odioſis, fratris appellatione non venit ſoror. Vide plura alia apud Barboſam de Appell.verb. Appell. 104. Vbi quòd fratrum appellatione veniant quandoque filij fratrum. *Sororis & filiæ nomine*, qui veniant, declarat Suar. de cenſ. diſp.21.ſect.1.n.36.

Sororis appell.

1708 *Patrui appellatione* iuxta diſpoſitionem iuris veniunt patrui vterini, vt teſtatur Menoch. conſil.187. n. 13. Eſt autem *Patruus vterinus* frater vterinus patris. Patrui appellatione abſolutè venit patruus ſimpliciter, nempè frater patris, non autem patruus magnus nempè frater aui, vtpote patruus ſecundùm quid. Ita Tuſch.tom.8.lit.V.concluſ.92. n. 18. & 20. Limitatur in fauorabilibus, ſi materia non repugnet, & ſit eadem ratio in patruo vtroque: tunc enim venit patruus magnus. *ex l. 1. C. de ſucceſſ. edicto* iuxta Roman. conſ.411. & Bald. conſ. 411. conſideratè vol. 2. Quidquid ſentiat Alex. conſ. 97. viſo themate n.11.

Patrui vterinus.

Nouercæ appellatione venit nouerca ſimpliciter, non autem nouerca magna, vtpote ſecundùm quid, teſte Alex.conſ.97.cit.n.7.& 8. lib.2. apud Tuſch.tom.8.lit. V.concl.92. num. 29. Quia verba in dubio ſunt intelligenda ſimpliciter, non ſecundùm quid *l. hoc legatum ff. de leg.3.* Eſt autem *Nouerca magna* vxor mei aui, quæ non eſt mea auia, ſeu à qua non duco originem: ſicut dicitur *Amita magna*, quæ eſt ſoror mei aui. *Cognatio ſeruilis*, de qua eſt tit. 7. lin. 3. Inſtitutæ prout habetur Rubricæ explicatione, idem valet atque cognatio, quæ habuit originem in ſeruitute.

Nouercæ appell. Nouerca magna. Amita magna. Cognatio ſeruilis.

1709 Superest exponendum, quid ſit propinquitas, quid neceſſitudo, quid affinitas naturalis, ciuilis, & ſpiritualis. *Propinquitas* apud Latinos dicitur à prope: & idem valet, atque proximitas, & coniunctio: ſumiturque pro affinitate. Apud Iuriſperitos eſt idem, atque cognatio, ſeu conſanguinitas. *Propinqui* enim (vt tradit Spiegel.v. Cognatio) ſunt conſanguinei, vel in linea recta, qui ſcilicet nos genuerunt, vt pater, auus, & reliqui aſcendentes, vel qui à nobis geniti ſunt, vt filius, nepos, & alij deſcendentes: vel in linea tranſuerſa, qui neque nos genuerunt, neque à nobis gignuntur, ſed ſtirpem ſuam, & radicem nobiſcum habent communem, vt frater, ſoror, patruus, & auunculus.

Propinquitas. Propinqui.

Propinquorum appellatione continetur agnati, & cognati, qui admitterentur abinteſtato ad ſucceſſionem de iure ciuili vſque ad decimum gradum. *l. vlt. C. de verb. ſign. l. vlt. C. de teſtam. milit. & l. ff. vnde vir, & vxor.* Vide Peregrin de fideicom. art. 22. num. 36. Fuſar. in tract. de ſubſtit. q.367. num. 1. & Tuſch

Propinquorum appell.

tom.6.lit.P:conf.914 n. 1. vbi num. 3. subdit remotiores non includi. At Pet. Greg. Syntag. lib.26.cap.15.n. 3. tenet legem loquentem de propinquis dilatari vſque ad ſextum, vel ſeptimum gradum. Propinquorum appellatione veniunt fœminæ; hoc tamen habet multiplicem declarationem, quæ latè exponitur à Fuſar.cit.q.366.à n.3.& Barboſ. appel. 228. à n. 7. Quòd non veniant affines, docent Peregr. de fideic art.22.n.36 fin. Bart. Iaſon, & alij, quamuis oppoſitum teneant Sim.de Pretis de interp.vlt. volunt.fol.288. n. 14. fin. & Alciat. conſ.107.n.14.lib 9.

Neceſſitudo.

1710 *Neceſſitudo* apud Latinos interdùm eſt idem, atque neceſſitas, nempè illa vis vrgens, quæ nos ad aliquid faciendum cogit. Frequentiùs tamen ſignificat familiarem quēdam amicitiæ vſum, & coniunctionem quandam affinitatis, vel ſanguinis. Apud Iuriſtas vſurpatur, tum pro neceſſitate *l. omnes ff. de re mil.* tum pro affinitate iuxta Vlpian. *l. hac autem* §. 1. *ff. quibus ex cauſ.* Similiter *neceſſarij* apud Tullium Planco lib. 13. Epiſtolar. pro Cluent. & alibi dicuntur Cognati, vel affines, vel amici, & ij, quibus vti ſolemus familiariter: quòd in eos neceſſaria officia conferantur. In iure qui veniant *Neceſſariorum appellatione* tradunt Tiraquel. de retract. lig. §. 1. gloſ.9.n.20.& Fuſar. de ſubſtit. qu. 374. Berrazol.de Clauſ.inſtium. clauſ. 7. gloſ. 12. ſub num. 5. vbi ſubdit, quòd veniunt maritus, & affines.

Neceſſarij. *Neceſſariorum app.*

Affinitas triplex. Naturalis affinitas. Ciuilis affinitas. Spiritualis affinitas.

1711 *Affinitas naturalis* eſt, quæ contrahitur per copulam carnalem alicuius cum conſanguineo alterius, de qua diximus nu. 1702. *Affinitas ciuilis* quamuis videretur alicui definienda, & declaranda per ſimilitudinem ad naturalem, ita ut foret illa proximitas, quæ naſcitur ex copula carnali habita cum cognato ciuili, ſeu legali; tamen conſultis viri docti, exiſtimo non diſtingui Affinitatem ciuilem à cognatione ciuili, ſeu legali, de qua egimus num. 1690. *Affinitas ſpiritualis* prout habetur in *gloſ. ad cap. qui dormiuit* 27. *q.* 2. & ſumitur *ex cap. Ita diligere.* 30.*q.*2. idem valet, atque cognatio ſpiritualis, quam expoſuimus num. 1690. *Affinitatis appellatione* venit naturalis vtpote vera, non verò ciuili. Ita Roman. conſ. 82. in princ. vbi dicit contrarium eſſe verum, quando de mente conſtat. Refert Tuſch. to. 8. lit. V. concl. 102 n. 2.

Affinitatis appell.

Affinium appellat.

Affinium appellatione veniunt maritus, & vxor. Quamuis enim illi non ſint affines, ſed caput affinitatis, vt notat Gloſ. *in l. non facilè* §. *affines de grad.* tamen continentur in ſtatuto vbi de affinibus ſermo eſt, iuxta varios, quos refert Bertaz. clauſ. 7. gloſ. 12. n. 5. Affinium appellatione, ſi vocentur à teſtatore, veniunt cognati viri, & vxoris. Ita Tiraquel. de retract. leg. §. 1. gloſ. 9. n. 20. Peregrin. de fideicom. art. 22. n. 40. Sim. de Prettis de interp. vlt. vol. fol. 288. n. 34 & Fuſar. de ſubſtit. q. 370. n. 1. vbi n. 2. obſeruat quòd teſtatores, & notarij intelligunt vocare conſanguineos: ſi autem teſtator non haberet affines, intelligerentur vocari agnati, ne diſpoſitio illuſoria reddaretur. Ita etiam Sim. cit. n. 20.

SECTIO VII.

De Diuortio.

Diuortium. Diuerticulum. Diuertere.

1712 **D**iuortium apud Latinos dicitur à diuertendo, ſeu (ut loquebantur ueteres) à diuortendo, & propriè eſt idem, atque *diuerticulum*, nempè ſemita tranſuerſa, qua à uia regia deflectimus. *Diuertere* enim eſt aliò ſe uertere, ſeu ab una re ad aliam uertere. Apud Iuriſconſultos frequenter uſurpatur pro diſtractione matrimonij, quam Terentius *Diſceſſionem appellat*; dicitur autem *l.* 2. *ff. de diuort.* à diuerſitate mentium, uel potiùs diuerſitate itinerum, qua in diuerſas partes eunt, qui matrimonium diſtrahunt. *Diuortium* ſic definitur à Syluest. V. cod. *Eſt viri ab vxore, vel vxoris à viro ſeparatio legitima*: nempè non ſine lege, uel ratione facta: quia quos Deus coniunxit, homo non ſeparat. 31. *q.* 1. §. *obijcitur.* Apud Theologos, & Iuriſtas duplex eſt, ſeu dupliciter accipitur, 1. prout importat diſſolutionem matrimonij quoad thorum, & cohabitationem, remanente uinculo, qualis datur propter adulterium, uel cauſa religionis poſt carnalem copulam. In quo euentu neuter eorum contrahere poteſt. 2. prout importat diſſolutionem etiam quoad uinculum, & tunc diu dicitur matrimonium quoad totum, ita quòd poſſit uterque coniux contrahere, ut in maleficiatis, & impotentibus. Sed tunc propriè non fuit data ablatio uinculi, ſed ſolum declaratio non uinculi.

Diuortium quid, & quotuplex.

1713 Eſt diſcrimen inter Diuortium, Repudium, & Friuiculum: nam *Diuortium* propriè (inquit Sanch. lib. 10 Matr. diſp. 1. n. 1.) ſolius uxoris dicitur: *Repudium autem*, tum uxoris, tum etiam ſponſæ de præſenti nondum cognitæ *l. inter ſtuprum q.* 1. *ff. de verb. ſignif.* & *l. inter diuortium.* 191. *cod. titul.* Differunt igitur teſte Paulo lege citata 191. Quod repudiari etiam futurum matrimonium poteſt: non rectè autem ſponſa diuertiſſe dicitur. Diuortium propriè eſt, ſi uir, & uxor ſeparentur: Repudium uerò, ſi ſponſus a ſponſa dirimatur. *Repudiare* propriè quærendorum eſt, non partorum. *L.* 1. §. *decretalis ff. de ſucceſſ. edict.* Repudiatio iuxta Bartol. & Bald. *ad l. pupillorum Cod. de repud.* nomine alienationis non uenit. *Friuiculum* apud Vlpian. *l. cum hic* §. *diuortium ff. de donat. inter vir.* eſt leuis offenſiuncula inter uirum, & uxorem, quam ſequitur ſeceſſio. Dicitur quaſi friuola ira, & leuis momenti: uel iuxta alios *Friguſculum*, quaſi paruum frigus cum

Repudiū diuortium.

Repudiare. Repudiatio. Friuiculum Friguſculum.

cum per illud coniugalis amor remittatur, & paululum frigescat. Datur igitur cum propter subitam iram coniuges recedunt, non tamen diuertunt, sed quiescente ira, & oblita offensione reuertuntur.

Vsurpatio in Diuortio.

1714 Inter Romanos (vt ex Rosino lib. 5. antiq. cap. 58. narrat Sanch. citatus n. 2.) tripliciter dissoluebantur connubia, vsurpatione, diffarreatione, & remancipatione. *Vsurpatione*, quia mulieres in potestate parentum, aut tutorum erant: quare vxor nondum vsucapta ante annum à marito recedens vsurpabatur, hoc est à parentibus, aut eis deficientibus, à tutore, solemni quadam ratione apprehendi, & viri potestate liberari solebat, si ab eo trinoctium abfuisset. *Diffarreatione*: hæc erat quoddam sacrificij genus, sic dicta à fratre, & libo adhibito, quo inter coniuges fiebat dissolutio. *Remancipatione*, quia mulier quasi coemptione in matrimonio ineundo in manum mariti tradebatur. Vnde eadem in repudio remancipabatur: hoc est vir in cuius manum conuenerat, manum ipsam parentibus, aut tutoribus reddebat. Præter diuortium, & repudium dabatur inter Romanos alia dissolutio matrimonij (vt refert Blondus de Roma triump. lib. 8. pag. 2.) quam *Diremptionem* vocabant. Hæc ab illis in eo solum distabat, quòd repudium, ac diuortium vniuscuiusque coniugis arbitrio, & voluntate fierent: Diremptio autem principis arbitrium desideraret.

Diffarreatio. Remancipatio. Diremptio in diuortio.

Diuortij forma.

1915 Forma diuortij (vt refert Iurisconsultus *l. 2. ff. de diuort.*) hæc olim fuit. *Conditione tua non vtor*: vel *res tuas tibi habeto*; vel *res tuas tibi agito*. Quam inculcauit M. Tullius orat. 2. contra Anton. loquens de Mima ab ipso repudiata. *Frugi factus est Mimam illam suam, suas sibi habere res dixit*. Illud autem prouerbium de diuortio vsurpari solitum: *Pro repudio aquam igni inijcere* ortum habuit ex formula apud Cardienses, vt testatur Petrus Greg. Syntag. par. 2. lib. 9. cap. 5. fin. Solebant enim sacerdotes mariti ædes adire, vbi vxore conueniente ignis accendebatur, qui si extingueretur, antequam simul coniuges quadraginta annos vixissent, fiebat diuortium, quod instar repudij erat. De forma repudij seruata inter Hebræos, & de libello repudij ipsis concesso, Vide Abulens. ad cap. 19. Mattg. q. 52. Causæ autem repudiandi vxorem recensentur. *l. consensu C. de repudio*.

Repudij forma.

Diffidium pro diuortio. Diffidere. Diuertere.

1716 Quod attinet ad voces, & modos loquendi spectantes ad diuortium, & repudium, *Diffidium* pro diuortio vsurpatur *l. Miles §. vlt. ff. ad leg. Iul. de adult.* vbi sic habetur *Quæro an causam diffidij præstitisse videar*. Deriuatur diffidium à diffidere, quod est discordare: sicut Diuortium *à diuertere*, quòd est discedere diuortio, idest contractum matrimonium separare: hinc dicitur *l. 3. & l. si filia ff. de diuort.* Mulier diuertit se à viro. *Distractio* sumitur pro diuortio. Authent. de nuptijs §. nuptias. Vbi Gloss. Nam *distrahere matrimonium l. 1. ff. de diuort.* sumitur pro dissoluere. *Remittere nuntium*, pro facere diuortium, vel discedere à viro apud Iacobum Spiegel. v. eod. *Abiurare mulieres* apud Canonistas (vt inquit Spiegel. v. eod.) est eas iuramento repudiare. Oppositum tamen dicit Hostiens. *ad cap. 3. de cohabit. Cleric.* Quidquid quæstionis, & difficultatis est circa diuortium, exactissimè tractat Thomas Sanchez toto libro 1. de Matrimonio. *Discutere matrimonium* i. dirimere *l. 1. ff. de donat. inter vir.*

Distractio. Distrahere matrimonium. Remittere nuntium. Abiurare mulieres. Discutere matrimon.

SECTIO VIII.

De quibusdam alijs ad matrimonium spectantibus.

1717 PRo maiori elucidatione eorum, quæ in materia matrimonij crebrò vsurpari solent, voces alias, & phrases expediamus, *Paranymphus*, & *Paranympha* dicuntur apud Græcos illi, qui apud Latinos, *Pronubus*, & *Pronuba*, hoc est nuptijs præsidentes, vulgò dicimus, *Padrinhos nas vodas*. *Pronubus* autem dicebatur olim *Auspex* ab antiquis, qui pro nuptijs celebrandis auspicium capere solebat, & erat ille qui præerat huic rei pro parte viri: *sicut Pronuba*, quæ pro parte mulieris adhibebatur. *Patrinum* dicitur, quod est patris, sicut *Matrinum* quod est matris: hinc *Patrinus*, & *Matrina*, vulgò dicimus, *Padrinho*, & *Madrinha*, sunt enim *Patrini nobis* spirituales patres in spirituali generatione Baptismatis, & Confirmationis. Vt verò plenè intelligatur impedimentum cognationis spiritualis de qua supra n. 1699. olim iure antiquo (ut notat Sanch. lib. 7. Matr. disp. 54 n. 9.) *cap. de eo 30. q. 1.* triplex dabatur illius species, scilicet Paternitas, Compaternitas, & Fraternitas. *Paternitas* dabatur inter baptizantem, & baptizatum, inter confirmantem, & confirmatum. Similiter inter patrinum baptizati, uel confirmati, & ipsum baptizatum, & confirmatum.

Paranymphus. Paranympha. Pronubus. Pronuba. Auspex. Patrinum. Matrinum. Matrina. Patrini qui Cognationis spiritualis species.

Paternitas spiritualis.

Compaternitas dabatur inter parentes baptizati, uel confirmati, & ipsum baptizantem, uel confirmantem, & patrinos baptismi, uel confirmationis. Hæc duplex cognatio transfundebatur à uiro in uxorem. *Fraternitas* erat inter filios carnales baptizantis, uel confirmantis, uel patrinorum, & ipsum baptizatum, uel confirmatum. Triplex explicata cognatio partim ablata est, & partim restricta per Trid. sess. 24. de Matr. c. 2. ablata est omnino Fraternitas: restricta autem Paternitas, & Compaternitas, ne refundatur in uxorem: similiter restricta Compaternitas ne contrahatur inter baptizantem, uel confirmantem, & patrinos.

Compaternitas. Fraternitas spiritualis.

Banna.

1718 *Banna* prout habetur *cap. Cum in tua §. aliquando, qui Matrim. accus. poss.* sunt quæ vulgò dicimus *Banhos*, nempè denuntiationes in matrimonio. Quæ autem sint, & requirantur denuntiationes ad matrimonium, tradit latè Sanch. lib. 3. disp. 5. *Bannum* sumitur pro vexillo. Vnde *cap. pia mater dist. 3. de consecr.* dicitur *Bannum Christianitatis*, idest fidei. *Ianitrices*, tum apud Legistas *L. non facilè §. nominis ff. de grad.* tum apud Canonistas *cap. Notificamus 35. q. 5.* vocantur vxores duorum fratrum. *Iugalis*, vt habetur *l. consensu §. vir. C. de repud.* idem valet, atque vxor. *Gynecocratumeni*, vt refert Budæus in *l. ius ciuile de iust. & iure*, dicuntur, qui sub vxoris imperio viuunt, & fuere populi Amazonibus vicini, à quibus cum essent subacti, in id obsequij adstringebantur, vt procreandæ soboli inseruirent. *Proclamationes* sunt in matrimonio contrahendo apud Concilium Mechliniense tit. de desponf. cap. 3. quæ appellantur *Denuntiationes* à Trid. sess. 24. Matr. cap. 1. Vbi præcipitur, vt antequam celebretur matrimonium, coniugandi denuntientur publicè ter à proprio contrahentium parocho, tribus continuis diebus festiuis, inter Missarum solemnia.

Bannum. Christianitatis. Ianitrices vxores. Iugalis vxor. Gynocoeratumeni. Proclamationes. Denuntiationes.

1719 *Præsbyteræ*, vt habetur *cap. vlt. dist. 83.* sunt apud Græcos, quæ apud nos viduæ. *Vidua* (vt tradit Syluester v. eodem) ex vi, & ethymologia nominis dicitur mulier sine viro, siue aliquando virum habuerit, siue non; dicitur enim quasi sine duitate, seu dualitate; à vi, quod est sine, sicut vecors dicitur sine corde. *L. modum §. viduas ff. de verb. sign.* At iuxta communem vsum loquendi, *Vidua* appellatur illa cuius maritus est mortuus, à quo fuerat cognita. *Cap. Viduæ 34. dist.* Illud notatum *ex l. librorum §. quod tamen ff. de leg. 3.* vsum loquendi præferri proprio significato verborum. *Vacans mulier*, prout habetur *l. qui cœtus ff. ad leg. Iuliam de vi priuata*, est idem atque vidua. *Viduæ appellatione* propriè, & iuxta communem vsum loquendi, continetur illa, cuius maritus mortuus est. Ita *ex cap. significantibus de offic. deleg. & cap. ex tenore, Cap. ex parte de for'. comp. & alijs*. Rebuff. *ad l. 242. §. Viduam ff. de verb. sign. pag. 773.* Viduæ appellatione quoad priuilegia illi concessa, & personis miserabilibus, non venit vidua luxuriosè viuens, vt ex *l. vn. C. quando Imperator inter pupillos*, tradunt Couar. in pract. cap. 7. n. 1. Curia Philip p. 1. §. 9. n. 13. & Paul. Fusc. lit. V. sing. 28. At quoad dicta priuilegia nomine viduæ venit mulier habens virum inutilem, vt videre est apud Tiraq. l. 6. connub. num. 12. Bobadil. in sua politica lib. 1. cap. 11. n. 7. Surd. de alim. tit. 1. q. 14. n. 67. & Tusch. tom. 8. lit. V. concl. 101. nu. 13. quod procedit etiamsi viduæ diuites sint, iuxta Barb. Appel. 15 1. n. 6.

Præsbyteræ. 1. viduæ. Vidua quæ. Vsus loquendi. Vacans mulier. Viduæ appell.

1720 *Hermaphroditus*, alio nomine *Androgynos* est, qui habet vtrunque sexum nempè virilem, & fæmineum. Quomodo autem se habeat, vel ad matrimonium ineundum, vel ad ordines suscipiendos, exponit Syluester v. eodem. Hermaphroditus (inquit) nec potest iure ordinari propter monstruositatem, nec ordinatus ministrare, *arg. 36. dist. illiteratos, & 49. dist. cap. vlt.* Si tamen ordinetur, suscipit ordinis caracterem, si magis vergit ad virilem sexum, non autem si ad fæmineum, aut si est parilitas. Quoad matrimonium, ille (vt docet Sanch. lib. 7. Matrim. disp. 106.) iuxta sexum præualentem iudicandus est, aut vir, aut fæmina: si neuter præualeat, æquè vir & fæmina iudicabitur. Ille potest iuxta sexum præualentem matrimonium inire, vt si præualeat fæmineus, viro, si virilis, fæminæ nubat: adeo vt iure naturæ irritum sit matrimonium, si iuxta alium sexum contrahat. Quando vterque sexus æqualis est: potest iuxta alterutrum nubere: ita tamen vt coram iudice Ecclesiastico iuret se in posterum non vsurum, altero præter semel electum nec parochus debet assistere matrimonio, donec illa præstatio fiat. Si autem viduus iuxta alterum sexum nubat, peccabit, sed matrimonium valebit.

Hermaphroditus. Androgynos.

Ordines hermaphroditi.

1721 *Hominis appellatione* non venit hermaphroditus, si vel sexus fæmineus magis vigeat, vel si paritas in vtroque sexu, vt ex Gloss. in cap. si testes 4. q. 3. tradit Barbos. de potest. Episcop. par. 2. alleg. 10. n. 28. & de appellat. verb. appellation. 116. n. 4. vbi benè addit, si in constitutione esset dictio *Si quis*, sub hac comprehendi hermaphroditum. Illa enim complectitur, tam masculos, quam fæminas. *l. verb. ff. de verb. signif.* vbi Rebuff. ver. quod in hermaphrodito. pag. 14. An testis ad testamentum adhiberi possit, qualitas inualescentis sexus ostendet iuxta Vlpian. *l. quæritur ff. de statu hominum.* Hominum certi loci appellatione non venit vniuersitas, sed particulares homines, vt tenet Tusch. tom. 6. lit. P. concl. 318. nu. 10. Quare iuxta Pute decis. 84. num. 1. lib. 1. in correctis dispositio loquens de conueniendis hominibus ex tali collegio, non intelligitur de collegio, sed de singulis: quia aliud sunt singuli, aliud vniuersi.

Hominis appell. Si quis dictis. *Homines certi loci.*

1722 *Debitum coniugale* (vt definit Syluest. v. eod.) est actus, qui ex contracto coniugio debetur compari, nempè coitus. Hic autem debiti rationem ideo vendicat: quia secundùm Doctores, & Apostolum 1. Corint. 7. illum coniuges sub pœna peccati mortalis inuicem reddere tenentur, nisi causa rationabilis excuset. *Nubere in familiam* iuxta Tullium pro Cælio: *Cum ex amplissimo* (inquit) *genere in familiam clarissimam nupsisset*: est de familia illa coniugem accipere.

Debitum coniugale. *Nubere in familiam.*

Nubere, & si magis propriè accommodetur fæminæ, vtpote velatæ ob pudicitiam, vt sumitur ex dictis nu. 1676. atque adeo rectiùs dicatur fæmina nubere viro, quàm vir nu-

Nubere quid.

nubere fœminæ, tamen vsus Latini sermonis fecit iam verbum hoc commune vtrique conjugi. Non defuere autem, qui dicerent virum tum nubere, cum seruit vxori, tanquam illa potiùs vir sit, quam ille. Vnde Martial. lib. 8. *Vxori nubere nolo meæ*. Hic loquendi modus, *collocare se nuptui* habetur *l. 1. C. de indicta viduitate*, & est idem atque matrimonium contrahere. *Ignem & aquam recipere* interpretatur Scæuola *l. pen. ff. de donat. inter vir. & vxor.* pro nuptias celebrare. Vide Budæum in fin. prior. connot. Iuxta Parlad. dif. 48. ex Terent. in Phorm. *l. cum vir C. ad l. Iuliam de adult.* & *l. si quis officium ff. de ritu nupt.* est discrimen inter nubere, vxorem ducere, & collocare. Quia *nubere* ad fœminam pertinet, *ducere* ad virum, *collocare* ad patrem, qui filiam marito tradit.

Vxori nubere. Collocare se nuptui. Ignem, & aquam recipere. Ducere. Collocare.

ELVCIDATIO VII.

De Censuris.

1723 *NE Elucidationibus Sacramentorum, quæ opportuniùs elucidare seorsim decreueram elucidationem censurarum intermiscerem: deinde cum hæc materia spectet ad tertiam partem Angelici Doctoris, cuius methodum sequi, quoad licuit, animus fuit, consentaneum duxi hoc loco explicare censuras, & hac postrema Elucidatione totum opus claudere. Dicam imprimis de censuris in genere: earum deinde singulas prosequar species: tandem de irregularitate sermo erit.*

SECTIO I.

De Censuris in genere acceptis.

Censura. CEnsura apud Latinos in latitudine suæ proprietatis duplicem habet significationem, nam primò ac præcipuè idem valet atque censoris munus, & dignitas, sicut enim Prætura dicitur à Prætore, sic censura à censore appellatur. *Censor* de quo iam diximus alibi, fuit Romæ Magistratus institutus pro corrigendis singulorum ordinum moribus, dictus à censendo, nam *Censeo* significat constituere, & præcipere *l. 3. ff. de verb. signif.* item taxare, & iudicare, dictus igitur censor, siue quòd censio, seu taxatio census ad hunc magistratum spectaret, siue quòd ea, quæ censores censuissent rata ab omnibus haberentur. Sumitur inde censura pro censione, sententia, animaduersione, seu correctione per censorem illata. Sic vsurpauit Plinius in Paneg. Vide Nauarr. in man. c. 27. à n. 1.

Censor. Censere.

Censuræ acceptio. 1724 Apud Theologos, & Canonistas vox illa translata est ad significandum censionem, seu correctiuam sententiam iudicis Ecclesiastici, sub qua latitudine tripliciter vsurpatur. 1. latissimè pro omni seuera correctione Ecclesiastica, quæ per modum pœnæ, seu mulctæ infligitur. 2. minùs latè pro sententijs Ecclesiasticis, quæ pœnæ quidem sunt, sed non valdè odiosæ, sed potiùs salutiferæ, & medicinales, sub qua amplitudine quinque continentur, scilicet, Excommunicatio, Suspensio, Interdictum, Cessatio à Diuinis, & Irregularitas.

3. Strictè ac propriè, prout ab Ecclesia frequentiùs sumitur, & à Suario de cens. disp. 1. sect. 1. num. 5. in hunc modum definitur: *Est pœna spiritualis, & medicinalis priuans vsu aliquorum spiritualium per Ecclesiasticam potestatem ita imposita, vt per eandem ordinariè absolui possit*. Loco generis ponitur (Pœna) & excludit irregularitatem, quæ pœna non est. Dicitur (spiritualis,) quia primariò est priuatio bonorum spiritualium, quamuis secundariò aliquo bono corporali priuet. Additur (priuans vsu aliquorum spiritualium bonorum,) quia non priuat bonis habitualibus, quales sunt character, & virtutes infusæ. Particula (per Ecclesiasticam potestatem) denotat censuram esse pœnam legitimam, quæ proinde non nisi ab habente iurisdictionem, & potestatem infligi potest. Denique particula (per eandem ordinariè absolui possit) ostendit censuram esse ligamen dissolubile, & ex se pœnam temporalem: si enim foret perpetua, & absque sper emissionis, medicina esse non posset. Per illam igitur reijcitur omnis pœna quæ ab Ecclesia imponitur, vt perpetua absque spe remissionis, vt depositio, degradatio, & similes.

Censuræ definitio.

1725 Quod attinet ad multiplicitatem, quæstionem satis clarè diremit Innocentius III. qui interrogatus, quid nam censuræ nomen significaret, quando in iure aut literis Apostolicis apponitur hæc clausula (*Per censuram Ecclesiasticam*) Respondit per eam intelligi sententiam excommunicationis, suspensionis, & interdicti. Sic habetur *in cap. quærenti, de verbor. sign.* Sunt igitur tres censuræ species, nempè excommunicatio, suspensio, & Interdictum. Nam responsio Pontificis fuit doctrinalis per verba indefinita, atque adeo æquipollens vniuersali, ac si diceret omnem censuram illis tribus membris contineri. Singulas suis locis infra declarabimus. Cessatio à Diuinis vel continetur interdicto, vel censura non est. Quare *Censuræ Ecclesiastica appellatione* venire excommunicationem, suspensionem, & interdictum docent Auila de cens. p. 1. disp. 2. sect. 5. Henric. in Summa lib. 13. c. 6. & Flamin. Parisiens. de Resign. benef. lib. 5. q. 6. num. 69. & non venire irregularitatem, tradunt Cened. ad Decretum Collect. 52. n. 2. Fr. Emman. Rod. quæ regul. tom. 1. q. 62 art. 12.

Censuræ quotuplex. Censura appellatione.

Censurarum omnium nomine, quando datur facultas per Bullam vel Iubileum absoluendi

uendi ab omnibus censuris, non veniunt reseruatæ, vt probat Suarius, de cens. disp. 7. sect. 5. num. 10. Ex quo apud eundem num. sequent. deducitur 1. sub generali facultate ad absoluendum à casibus reseruatis Pontifici non intelligi casus Bullæ cœnæ, quamuis expresse non excipiantur. 2. sub generali concessione omnium censurarum Papalium etiam contentarum in Bulla Cœnæ, non intelligi excommunicationem hæresis, quamuis probabile sit intelligi, si hæresis sit occulta. 3. quando Pontifex concedit generali clausula censuras sibi reseruatas, intelligi concedere etiam censuras, quas inferiores Episcopi sibi specialiter reseruant.

Casuum reseruatorum appellatio.

1726 Celebris est diuisio censuræ in eam quæ est à iure, & quæ est ab homine: quamuis enim omnis censura fundetur in potestate, & voluntate alicuius hominis, tamen cum duobus modis ferri possit, sortitur distinctionem, & diuersum nomen. Est igitur *Censura à iure*, quæ habetur per legem stabilem, ac permanentem, latam, & obligantem sub pœna censuræ, quam ipso facto incurrat transgressor. Licèt enim ius ab homine processerit, iam talis censura in ipso iure includitur. *Censura ab homine*, datur quando homo illam profert ferendo sententiam, aut præcipiendo aliquid in singulari actione vel negotio, in quo non stabilitur ius, vel lex aliqua, sed solum datur mandatum transitorium. *Hominis appellatione*, hoc loco iuxta Suar. de cens. disp. 3. sect. 1. nu. 2. venit tum singularis persona, tum Collegium hominum. *Iuris appellatione* venit quæcunque lex habens omnes conditiones requisitas, vt verè & in rigore lex dicatur. Quare ille tantum potest ferre censuram à iure, qui ius, & legem condere potest.

Censura à iure.

Censura ab homine.

Hominis appellat.

1727 Expendamus paucis, quæ luce digniora ad doctrinam censurarum spectant, nempè monitio, contumacia, absolutio. Nam de censura lata, & ferenda, quid sit, constabit ex ijs, quæ diximus de pœna lata, & ferenda. num 171. *Monitio canonica*, de qua *in cap. Constitutionem de sentent. excommun. in 6.* est, quando interuenit citatio cum tribus monitionibus, vel vna peremptoria tres continente. *Contumacia, & Contumax* iuxta Sylu. v. eod. dicitur à contumeo, quod est super verbis, aut aspectu tumere, vel à contemnendo: & idem valet atque inobedientia voluntaria, qua quis monitionem iudicis implere contemnit. *Cap. 2. de dolo, & contum.* Vnde propriè accipitur in ordine ad superiorem qua iudex est, & consistit in non faciendo voluntariè, quòd facere, quis scit se debere. *Contumax* in iure etiam ciuili. *L. contumacia ff. de re iud.* est, qui tribus edictis propositis, vel vno pro tribus, quod vulgò *peremptorium* appellatur, literis euocatus præsentiam sui facere contemnit. Triplex numeratur contumacia, nempè *Euidens*, alio nomine *Manifesta*, alio *expressa*, datur quando reus citatus in faciem dicit iudici, vel eius ministro se nolle comparere, se nunquam pariturum: aut si illicentiatus recedit. *Præsumpta* alio nomine, *Dubia* est cum citatur reus ad domum, non in faciem aut si familiæ suæ vel vicinis denunciatur ista citatio: aut in albo Prætoris: vel in Valuis curiæ figitur, & non comparuit. *Vera est*, cum in faciem citatus non comparuit, & si citatus tacuerit.

Censura lata, & ferenda.

Canonica monitio.

Contumacia Contumax.

Peremptorium edictū.

Cōtumacia quotuplex.

1728 *Absolutio* est liberatio ab aliquo vinculo, siue physico, siue morali. Qualis detur à morali vinculo peccatorum in foro sacramentali, diximus num. 1628. Qualis & quotuplex detur à morali vinculo censurarum, modò expedimus præmittendo differre absolutionem à reuocatione 1. quia (vt notat Alex. Scot. v. eod.) absolutio est à sententia excommunicationis, vel Interdicti, iuxta formam Ecclesiæ solemniter, at reuocatio est sententia verbis sine solemnitate. 2. quia absolutio impenditur, quando censura tenuit, reuocatio autem quando non tenuit.

Absolutio à censura.

Reuocatio, & absolutio

Quadruplex est absolutionis diuisio. Prima fit in absolutionem ab homine, & absolutionem à iure, prior egreditur immediatè ab homine habente potestatem, posterior fit immediatè à iure vt si in lege aliqua reperiatur hæc forma; *Qui hoc fecerit, ex tunc sit absolutus.* 2. diuisio fit in absolutionem latam absolutè, & latam sub conditione, de præsenti, præterito, vel futuro. Conditionata de præsenti, vel præterito esse potest valida, sed nunquam incipiet valere, nisi impleta conditione, propter non vsum Ecclesiæ regulariter non est licita, erit tamen si probabili necessitate, vel vtilitate cohonestetur.

Absolutio quotuplex.

Conditionata absolutio

1729 Tertia diuisio fit in absolutionem simpliciter, & absolutionem ad cautelam. Illa datur, quando de censura nullo modo dubitatur. Absolutio ad cautelam datur, quando dubium est de valore censuræ, vel præmittitur ante alium actum cuius valor per censuram impediri potest. Vnde confertur ei (inquit Bellanus disp. 14. dub. 16. nu. 200.) qui non scitur esse excommunicatus, vt si forte sit, ab excommunicatione liberetur, idq; vel absolutè, & sic solet communiter præmitti ante absolutionem sacramentalem, vel ad certum tantum effectum, ne v. g. collatio gratiæ sit irrita. Quarta diuisio est in absolutionem simpliciter, & absolutionem ad reincidentiam. Illa est absoluta, & perpetua; *Absolutio ad reincidentiam* datur, quando censura non tollitur in perpetuum, sed vt reditura post certum tempus, vel effectum. V. g. post collationem beneficij, quæ non valeret persistente censura. Alio modo, (vt docet Suar. disp. 7. sect. 8. num. 22.) & quidem magis propriè, datur absolutio ad reincidentiam, non ad certum tempus, vel actum, sed sub conditione satisfaciendi intra certum tempus, quo tran-

Absolutio ad cautelā.

Absolutio ad reincidentiam.

Satisfacta parte.

transacto, & non impleta conditione, reincidatur in censuram. Quid operetur clausula *(satisfacta parte)* in concessione potestatis absoluendi, & quid partis nomine veniat? declarat latè Suar. disp. 7. de cens. sect. 5. à n. 38.

SECTIO II,

De Excommunicatione.

Excommunicationis nomina. Districtio. Ecclesiasticæ censuræ. Abominatio subtractio gratiæ. Censura diuina.

1730 Multipliciter in iure solet nominari excommunicatio. Nam vocatur *Districtio Ecclesiastica censura*, prout habetur *cap. 1. de offic. vicar. in 6.* Dicitur *abominatio*, & excommunicatus *Abominatus* sæpè apud Alciatum, vt notat Alex. Scot. v. eod. Dicitur *subtractio gratiæ Apostolicæ Sedis* in cap. quæ sedem de offic. ordin. Appellatur *Censura diuina* à Tertulliano in Apolog. aduersus gentes cap. 39. Item *censura Ecclesiastica* ab Innocent. III. *in cap. Nuncios de Decimis*. Rectè autem censuræ nomen in illam quadrat, vtpotè pænam qua hominum contumacia reprimitur, sicut olim reprimebatur apud Romanos censorio munere. Dicitur *Mors* à Cypriano lib. 1. Epist. 11. & à iure cap. Absit 11. q. 3. & *cap. per venerabilem. §. sunt autem Qui filij sint legitimi*. Quia sicut mortuus vitæ huius fructibus caret, ita excommunicatus spiritualis vitæ fructibus priuatus est. Vocatur *Medicina* à S. Augustino hom. 50. cap. 12. & refertur cap. *Multi 2. q. 1.* quia ad eum finem proferri debet, vt corrigat, & sanet, iuxta Apost. 1. Corinth. 5. *Vt spiritus eius saluus fiat in die Domini*.

Mors 1. excommunicatio. Medicina.

Mucro Episcopi. Virga ferrea. Neruus disciplinæ.

1731 Præterea nuncupatur *Mucro Episcopi* à Ioanne Papa. *Cap. Vasis 16. q. 2.* quia (vt inquit Cyprian. lib. 1. Epist. 11 aliàs Epist. 62. ad Pomponium) spirituali gladio superbi, & contumaces necantur, dum de Ecclesia eijciuntur. *Virga ferrea* dicitur à S. Hieronymo Epist. 58. quia nulla alia censura æquè atque excommunicatio superbiam comprimit, & confringit *Neruus Ecclesiasticæ disciplinæ* à Clem. V. in *Clement. 1. de sentent. excommun.* & Innoc. III. quia sicut neruis membra corporis ligantur, & stringuntur, vt munia sua obeant, sic fideles hac censura in suo officio continentur. *Maxima omnium pænarum* dicitur à Sancto Augustino de Corrept. & gratia cap. 15. & refertur *cap. Corripiantur 24. q. 3.* Quia in *cap. Cum non ab homine de iudic.* Cælestinus 3. ait: *Ecclesiam post anathema latum non habere vltra quod faciat*. Constat etiam *ex cap. Omnis Christianus 11. q. 3. vbi ponuntur hæc verba: Omnis Christianus, qui à Sacerdotibus excommunicatur, Sathanæ traditur, quomodo? scilicet, quia extra Ecclesiam Diabolus est, sicut in Ecclesia Christus: ac per hoc quasi Diabolo traditur, qui ab Ecclesiastica communione remouetur.*

Maxima pænarum.

1732 *Anathema* frequentissimè pro excommunicatione vsurpatur in Concilijs, & sacris canonibus, quos latè refert Sayrus de Cens. lib. 1. cap. 3. num. 5. Vocem hanc esse Hebræam tradit Alciatus *ad cap. Cum non ab homine de iud. num. 106.* Græcam esse docet S. August. tom. 4. in cap. 41. Num. & significare idem quod *deuotare*, hoc est maledicere. Vt dissidentes conciliet Nauarr. in Commenr. de datis, & promissis notab. 5. affirmat dictam vocem vsu quidem esse Græcam, origine autem, & inuentione Hebræam. Quidquid tamen sit de illius radice, consentiunt omnes eam dici à sursum ponendo, vel suspendendo, ita vt anathema dicatur omne separatum à communi vsu hominem.

Anathema.

Deuotare.

Anathema (inquit S. Thomas in cap. 1. ad Galat.) *componitur ab (ana) quod est sursum, & (thesis) positio, quasi sursum positio. Et est ortum ex quadam antiqua consuetudine, antiqui enim quando pugnabant, & prædam aliquam capiebant ab hostibus, quam nolebant conuertere in vsum proprium, suspendebant illum in templis, vel aliquo publico loco ciuitatis, quasi separatam à communi hominum vsu, & omne tale sic suspensum nominabant Græci Anathema. Ex hoc inoleuit consuetudo, quod omne illud, quod excludebatur ab vsu communi, diceretur anathematizatum. Et ideo hoc in Ecclesia inoleuit, vt illi qui excluduntur à communi societate Ecclesiæ, & à participatione Sacramentorum dicantur anathematizati.* Vide Parlad. disp. 119. Hinc verbum *anathematizare*, pro maledicere, & seiungendo execrari apud S. August. tom. 4. cap. 40. Aliquando dicitur *Anathema Maranatha*, vt 1. Corinth. 16. Est enim *Maranatha* vox Syriaca, quæ significat *Vsque ad Dominî aduentum*. Quasi dicatur *Anathema Maranatha* hoc est sit excommunicatus vsque ad Domini aduentum, nisi pæniteat. His positis, differunt excommunicatio communissima ab anathemate, tanquam genus à sua specie, de qua verè prædicatur. Excommunicatio maior (vt docet Suar. disp. 8. sect. 2. num. 3.) non distinguitur in substantia ab anathemate. Hoc enim solum addere dicitur publicam denuntiationem, cum quibusdam signis terrorem incutientibus.

Thesis.

Anathematizatus.

Anathematizare.

Maranatha.

1733 Denique vulgatissima, & celeberrima vox *Excommunicatio*, de qua integris rubricis *De Cleri excom. minist. & de sent. excom.* sic appellatur, quasi priuatio communicationis, seu communionis: priuat enim à communione, seu à sumptione Eucharistiæ. Cùm igitur sumentes Eucharistiam Christi capiti copulati, & in eius carnem transformati in vnum corpus Ecclesiæ coalescimus, ita vt communio inter fideles per antonomasiam vni Sacramento Eucharistiæ tribuatur, sic excommunicatio, quæ à tali participatione excludit, ab huiusmodi exclusione primario

Excommunicatio quid.

nomen

nomen desumpsit: quamuis etiam ab alijs Sacramentis, bonis alijs, & consortio fidelium repellat.

Excommunicationis definitio.

Excommunicatio definitur à Suario disp. 8. sect. 1. in hunc modum; *Est censura, qua quispiam separatur ab Ecclesiastica communione fidelium*. Explicatiùs definitur à Sayro de Cens. lib. 1. cap. 2. num. 10. in hunc modum; *Est censura Ecclesiastica à Canone, vel iudice Ecclesiastico prolata, qua Christianus à commune Ecclesiæ quoad fructum, & suffragia: generali eius, & conuictu fidelium excluditur*. (Censura) ponitur loco generis, & diuidit excommunicationem ab irregularitate, & alijs pœnis Ecclesiasticis, quæ censuræ non sunt. Reliqua ponuntur loco differentiæ, & distingunt hanc censuram à suspensione, & Interdicto. Quia nec suspensio, nec interdictum priuant formaliter, & per se communicatione: sed suspensio priuat Ecclesiastico ministerio, interdictum verò, solum diuinis rebus, seu officijs. Definitio comprehendit excommunicationem tam maiorem, quàm minorem, quatenùs communio abstractè sumitur, siue pro totali, siue pro partiali. *Communicatio* alia est in sacris, alia in humanis: hæc ciuilis est, sed prout datur inter fideles, & in finem supernaturalem ordinari potest, sub Ecclesiastica communicatione continetur. Quid sit communio, seu communicatio, & quotuplex latè exponit Suar. disp. 15. de cens. sect. 1 n. 2.

Communicatio ciuilis

Excommunicatio quotuplex.

1734 Quod attinet ad multiplicitatem excommunicationis, hæc diuiditur 1. & principaliter in Maiorem, & Minorem, & sunt nomina correlatiua: nam maior dicitur habito respectu ad Minorem; sicut è contra Minor vocatur, non vt quidam sentiunt, ob paruitatem obiecti, sed respectu Maioris; quia est pars maioris, vt tenet Sotus in 4. dist. 22. q. 1. a. 1. *Maior excommunicatio* sic definitur à Suario disp. 8. sect. 2. *Est censura, quæ à communione fidelium totaliter, & omninò separat*. Vnde rectè obseruat Sayrus citatus cap. 4. n. 19. quòd excommunicatio maior simpliciter, & absolutè dicatur excommunicatio, vt semper intelligatur, quando vox (Excommunicatio) præcisè ponitur.

Maior excommunicatio.

Minor excommunicatio.

Minor excommunicatio, vt sumitur ex cap. penult. de sent. excom. sic definitur; *Est censura priuans Sacramentorum participatione*. Quare (vt docet Suar. disp. 24. sect. 2.) proprius, & adæquatus huius censuræ effectus est priuare hominem vsu, & participatione Sacramentorum; quamuis enim sic ligatus hac excommunicatione celebret, vel sacramenta suscipiat, nec irregularitatem, nec aliam pœnam ipso facto incurrat, tamen peccat grauiter. Omnes alij actus Ecclesiasticæ communicationis, tam sacri, quam ciuiles illi excommunicato licent. Nec dicas positam definitionem competere peccato lethali, quatenus hoc priuat receptione passiua sacramentorum. Quia peccatum illud non impedit directè & per se prohibendo, imò non reddit incapacem Sacramenti pœnitentiæ, secùs excommunicatio Minor. Vnde ad illud tollendum sufficit contritio, ad hanc requiritur absolutio.

Iusta excõmunicatio.

1735 Diuiditur 2. excommunicatio maior in iustam; & iniustam. *Iusta excommunicatio* est, quæ in nullo deficit à iustitia, ac proinde vendicat tria. Primum vt detur causa iusta, & rationabilis propter quam feratur. Secundum vt debito modo feratur. Tertium vt animo recto, ac habente potestatem, id est à proprio iudice feratur. *Iniusta* dicitur, quæ in aliquo ex tribus assignatis deficit. Diuiditur 3. ratione efficaciæ in validam, quæ efficax est, & inualidam, quæ nulla, & inefficax est. Diuiditur 4. ratione potestatis absoluendi in reseruatam, & non reseruatam. Quæ est ab homine, communiter reseruata est, suo authori, vel eius successori, ita vt iuxta Couar. in *cap. Alma mater* §. 12. *num.* 3. nec per superiorem eius absolui possit, nisi de eius scientia. Quæ est à iure & reseruata, à nemine regulariter potest absolui, præterquam ab eo, cui reseruata est. Si autem nulli reseruetur, absolui potest ab Episcopo, imò à proprio parocho in foro conscientiæ. Diuiditur 5. ratione causæ efficientis in excommunicationem in iure, vel ab homine latam. Huius explicatio constat ex diuisione censuræ, quam exposuimus num. 1735. Excommunatio lata ab homine diuiditur in generalem, & specialem, de quibus *cap. à nobis de sent. excom.* apud Nauar. in man. cap. 27. num. 2. & Henr. lib. 13. §. 2.

Reseruata excommunicatio.

Excommunicationis appellat.

1736 *Excommunicationis appellatione*, siue proferatur à iure, siue ab homine, venit maior. *Ex cap. si quem* 59. *de sent. excom.* Nauar. in man. cap. 23. num. 52. Mascard. de Probationib. conf. 691. in fin. & Reginald. in praxi. lib. 32. tract. 2. nu. a. Suar. de cens. disp. 8. sect. 3. num. 3. Bonacin. de Cens. disp. 2. q. 1. p. 2. num. 2. & Tusch. tom. 8. lit. V. concl. 101. num. 12. Nam sola maior simpliciter, & absolutè excommunicatio dicitur. Limitatur. 1. vt veniat Maior, quando agitur de materia concernente præiudicium tertij iuxta Put. decis. 62. num. 5. lib. 1. in correct. Felinum, & Riuiul. apud Barbos. appel. 91. num. 2. Limitatur 2. vt intelligatur Minor in odium opponentium, quando vox (Excommunicatio) profertur in exceptione excommunicationis iuxta authores proximè citatos. Vnde excipiens tenetur exprimere speciem excommunicationis, an sit maior, vel minor, vt docent Mendez à Castro in praxi Lusitan. lib. 2. c. 7. & Suar. de Pace in pract. tom. 1. part. 1. temp. 5. num. 63.

Vitandus excommunicatus. Toleratus.

Excommunicatus vitandus idem est atque non toleratus, seu quem vitare tenemur. *Excommunicatus non vitandus*, alio nomine *toleratus* est, quem non tenemur vitare in conuictu, & com-

Excommunicatus. Denũciatus excommun. Notorius percussor. Inedia excõmunicatio.

& communicatione. Pro quorum explicatione notat Bellanus disput.14. dub.2. num.8. olim omnes omninò excommunicatos fuisse vitandos, ita vt, qui publicè noscerentur esse excommunicati, publicè vitarentur, priuatim verò, qui priuatim noscerentur excommunicati. Hodie iuxta Concil. Constantiense Extrau. *Insuper ad euitandum*, solum esse vitandos, & non toleratos, qui vel fuerint nominatim, & publicè denunciati, aut notorij Clericorum percussores, vt factum nulla tergiuersatione celari, vel excusari possit. Vide Suar. disp.9. de Cens. sect.2. *Acerrimis macerentur inedijs*, id est pœnis excommunicationis. *Cap. Si quis contristatu, dist.90.* per Gloss.

SECTIO III.

De Suspensione.

Suspensio. Suspendo.

1737 Suspensio deriuatur à verbo (suspendo,) quod apud Latinos significat sursum pendo, seu altè ligo, vt pendeat: & sumitur pro quadam incertitudine, & perplexitate. Apud Legistas idem valet atque *suspendium*, certum supplicij genus, vulgò dicimus, *pena de forca*: vnde suspendiosi, qui suspensi sunt *l. Liberorum ff. de his, qui notan. inf.* & accipitur pro dilatione, quæ in vsu, vel rei expeditione interponitur: sic dicitur sententia, & officium suspendi. Apud Canonistas, & Theologos eandem ferè significationem retinet, diuersæ tamen maternæ applicatam: nam *suspendere* significat actum pendentem facere, & suspensio refertur ad ipsum exercitium actus, ita vt beneficij, ordinis, & iurisdictionis actum in pendenti teneat. Est autem *teneri actum pendentem* idem, atque prohiberi actus ipsius exercitium, donec aliud fiat.

Suspendiũ. Suspendiosi. Pendens actus.

1738 Apud eosdem tripliciter suspensio accipitur. 1. latissimè iuxta *Gloss. in Clem. Cupientes de pœnis*. prout importa prohibitionem actus alicuius officij, qualiscunque actus ille sit, etiam sæcularis. 2. strictè prout dicit prohibitionem exercitij spiritualis, vel spiritualibus annexi, ex quacunque causa, & quomodocunque eueniat talis prohibitio, siue ex morbo inculpato, vt habetur *Cap. Tua nos de rector, & cap. fin. de Cler. ægrot. in 6.* siue ex vi alicuius censuræ, vt *cap. Reperiuntur 1. q. 1.* siue ex peccato lethali, in cuius statu sacros Ordines exercere prohibetur. *Cap. fin. de cohabit. Cleric.* 3. magis strictè, & propriè pro censura Ecclesiastica, qua quis ita prohibetur celebrare, & alios actus exercere, vt si contra suspensionem celebret, fiat irregularis, & si alia officia exerceat, depositionem, & alias pœnas incurrat.

Suspẽsionis acceptio.

Suspensio definitur.

1739 In qua tertia acceptione definitur à Bellano disp. 15. dub. 1. num. 1. sic: *Suspensio est censura Ecclesiastica, qua clericus priuatur vsu potestatis, qua illi ratione officij clericalis, aut beneficij conuenit.* A Sayro de cens. lib.4. cap.1. num.13. in hunc modum; *Suspensio est censura Ecclesiastica, qua clerico, quatenùs clericus est, ob suam culpam prohibetur exercitium ordinis, officij, vel beneficij ab habente potestatem ad tempus, vel in perpetuum, in totum, vel in partem.* Duæ vltimæ particulæ (vt notat) non spectant ad quidditatem suspensionis, sed ad declarationem pleniorem. A Suario disp.25. sect. 1. num.2. sic definitur; *Est censura Ecclesiastica, qua minister Ecclesiæ impeditur, ne functiones Ecclesiasticas exerceat, aliquane Ecclesiastica potestate vtatur.* Omnes tres definitiones bonæ sunt, & inter se consentiunt. Particula (censura) ponitur loco generis, & distinguit suspensionem, tum ab irregularitate, tum ab omni pœna Ecclesiastica, quæ censura non est, nec contumaciam in delinquente supponit.

Per alias particulas loco differentiæ positas distinguitur suspensio ab alijs censuris; *ab excommunicatione minori*, quòd hæc priuet susceptione passiua Sacramentorum, illa ab actiua, & extendatur ad alias functiones: ab interdicto, quòd hoc priuet vsu passiuo, & actiuo Sacramentorum, Ecclesiastica sepultura & diuinis officijs, non ita suspensio, nam suspensus, & sacramenta recipere, & diuinis officijs interesse, & sepultura Ecclesiastica frui potest; *ab excommunicatione maiori*, tanquam inclusum ab includente; nam excommunicatio maior non solum priuat omni Ecclesiastica functione sicut suspensio, sed multis alijs bonis, & commodis; sub diuersa tamen formalitate. Suspensio enim non respicit rationem communicationis, sicut excommunicatio, sed formaliter priuat alijs functionibus, quatenus sunt vsus, & exercitium talis potestatis. Deinde suspensio limitatur ad clericos, excommunicatio ad omnes Christianos extenditur.

1740 Quod attinet ad multiplicitatem suspensio diuiditur 1. ex parte causæ propter quam fertur, & est duplex, altera quæ fertur ob culpam, altera quæ fertur ob contumaciam. Ita Sylu. v. eod. q.4. Reijcitur tamen hæc diuisio, quia vel contumacia illa est culpa, & sic secundum membrum coincidit cum primo, vel non est culpa, & tunc suspensio censura non est. 2. ex parte causæ efficientis in suspensionem à iure, & suspensionem ab homine: quæ diuisio patet ex diuisione censuræ. 3. ex parte materiæ, & fit in omninò totalem, qua quis suspenditur simul ab officio, & beneficio, & in partialem, qua quis suspenditur, vel solum ab officio, vel solum à beneficio. Ad has pertinet suspensio Maior, & Minor, nam illa pluribus, hæc paucioribus priuat, & quidem suspensio Maior, non nisi propter culpam lethalem, Minor etiam propter venialem ferri potest. 4. ex parte modi suspendendi, in absolutam, & conditionatam; absoluta

Suspensio multiplex

Maior, & Minor suspensio.

luta est, quæ secum desert executionem, conditionata non habet executionem, nisi postquam ponitur conditio. 5. ex parte durationis, & est triplex prima fertur simpliciter sine vlla mentione temporis, secunda fertur cum determinatione temporis, v. g. vsque ad annum, vel donec satisfecerit, Tertia cum exclusione temporis, in perpetuum. 6. ex parte cessationis eius, & est duplex, altera quæ cessat sine absolutione per solum lapsum temporis: altera per omissionem, vel exercitium alicuius actus.

Depositio, & suspensio

1741 Cum num. 170. exposuerimus, quid sit *depositio*, & *degradatio*, modò quærimus. 1. quomodo suspensio ad depositionem se habeat in conuenientia, & differentia? Respondetur ex Suario disp. 30. sect. 1. conuenire 1. quòd vtraque sit pæna Ecclesiastica. 2. quòd etiam depositio priuet Ecclesiasticis functionibus. 3. quòd vtraque sit propria pæna clericorum. 4. quòd sicut suspensio esse potest ab officio, & beneficio, ita & depositio. Differunt autem 1. (vt exponit Bellanus disp. 16. num. 3.) quòd suspensio non priuet propriè ipso officio, aut beneficio, sed solum eorum vsum impediat: at depositio vtroque priuet. 2. quia suspensio ex natura sua non exigit, vt sit perpetua, sed potiùs, vt sit temporalis, quamuis perpetuitas ei non repugnet, è contra depositio exigit, vt sit perpetua, ex quo sequitur tertium descrimen, scilicet quòd in suspensione longè faciliùs dispensetur, quàm in depositione. Vide Suarium, & Bellanum citatos, apud quos alias differentias reperies.

Degradatio & depositio

Depositio duplex.

1742 Quærimus secundo, quomodò inter se differant Depositio, & Degradatio? Nota depositionem esse duplicem, alteram verbalem, quæ fit verbis quando sententia profertur, alteram realem, quæ fit re ipsa quando sententia executioni mandatur. Quamuis igitur *cap. 2. de pænis in 6.* tam depositio verbalis, quàm realis appellari soleat degradatio, tamen in rigore sola depositio realis degradatio est. Comparantur enim inter se sicut sententia, & sententiæ executio; nam per verbalem depositionem profertur sententia, per degradationem executioni mandatur.

Depositio, & degradatio.

Verbalis depositio, & degradatio (vt docet Suar. de cens. disp. 30. sect. 2. à num. 2.) conueniunt in eo, quòd vtraque sit pæna Ecclesiastica, & propria Clericorum, neutra priuet charactere clericali, & neutra feratur à iure ipso facto incurrenda, sed per hominis sententiam imponatur, & vtraque reddat hominem infamem.

Differunt. 1. quòd degradatio non requirat præsentiam aliorum Episcoporum, sicut verbalis depositio; nam prolata sententia coram alijs Episcopis, postea solus Episcopus potest publicè degradationem complere. 2. quòd degradatio priuat priuilegio clericali, non autem depositio. Vnde fit, vt percutiens degradatum non incurrat censuram canonis (Si quis) secùs si depositum percutiat. Deinde per degradationem priuatnr, quis priuilegio fori, vt possit iudex secularis contra illum procedere, secùs per depositionem. Ex dictis apud Suar. citatum num. 9. definitur depositio verbalis sic; *Est priuatio perpetua clericalis muneris per canonicam sententiam cum debita solemnitate prolata*. Degradatio autem, seu depositio realis sic; *Est perpetua priuatio clericalis muneris, & priuilegij effecta post similem sententiam, adiuncta reali actione, & ceremonia per canones instituta*. Quænam sit dictam solemnitas, exponit Suar. disp. 30. sect. 1.

SECTIO IV,

De Interdicto, & cessatione à diuinis.

Interdictū. Interdicere:

1743 INterdictum apud Latinos, idem valet atque maximè prohibitum, sicut *Interdicere*, à quo deriuatur, maximè prohibere. Apud Legistas *ff. de interdicto, & Institut. eod. tit.* sumitur amplissimè pro solemni dicto prætoris aliquid prohibentis, vel præcipientis inter duos, Reum nempè, & actorem, & est interùictum, quasi inter duos dictum; definiturque à Glossa ad *Cap. Pastoralis de caus. possess.* in hunc modum: *Erat olim quadam formata, & solemnis concessio verborum, quibus prætor aliquid fieri iubebat, vel prohibebat*. Sic acceptum diuiditur in tria, scilicet *Prohibitorium*, quo Prætor vetat aliquid fieri; *Restitutorium*, quo Prætor aliquid restitui iubet, & *Exhibitorium*, quo agitur ad aliquid exhibendum. Accedit *Fraudatorium*, quo reuocantur alienata in fraudem creditorum. Strictè verò accipitur pro solo Prohibitorio, quia propinquiùs deducitur ab interdicendo, prohibendo. Vide quæ diximus de Interdicto à n. 204.

Prohibitorium. Restitutorium. Exhibitorium. Frandatorium. Interdicti acceptio.

1744 Apud Canonistas, & Theologos sumitur dupliciter (vt notat Sayrus de cens. lib. 5. cap. 1. num. 5.) 1. pro prohitione iudicis Ecclesiastici, seu iuris canonici, vt *habetur c. Miror 17. q. 4. cap. significasti de offic. archid. & cap. Cum illorum de sentent. excom.* Et hoc modo non differt hæc acceptio à secunda Legistarum acceptione, nisi quòd ibi sermo est de prohibitione Prætoris, hic verò de prohibitione Ecclesiæ, siue per iudicem, siue per ius Ecclesiasticum. 2. sumitur pro sententia iuris, vel Prælati Ecclesiastici prohibentis alicui diuina officia, sacramenta, vel sepulturam Ecclesiasticam in pænam delicti, vel contumaciæ, siue illius, qui interdicitur, siuè alicuius alterius. In qua acceptione rectè definitur à Suar. de cens. disp. 32. sect. 1. num. 4. in hunc modum; *Est censura Ecclesiastica prohibens vsum quarundam rerum diuinarum, vt fidelibus communem, quatenùs talis est*. Vbi intelligitur rectè definiri

Interdicti definitio.

Inter-

Interdictum acceptum in genere, vtpotè abstrahens à loco, & personis, interdicto locali, & personali, item ab vsu actiuo, & passiuo: siquidem in particulari, vel vtroque, vel altero ex his modis fertur. Particula (*vt fidelibus communem*) distinguit Interdictum à suspensione, quæ priuat determinato vsu potestatis Ecclesiasticæ, ideoque in solos clericos ferri potest. Particula (quatenùs talis est) distinguit interdictum ab excommunicatione, nam hæc priuat quidem vsu rei sacræ, non tamen vt est vsus rei sacræ, sed vt est communicatio cum fidelibus. Ponitur (*quarundam rerum diuinarum,*) quia non semper priuat omnibus, sed illis, quæ in iure exprimuntur.

Interdicti multiplicitas. Locale interdictum. 1745 Quod attinet ad multiplicitatem, diuiditur primò ac præcipuè interdictum in locale, & generale, *ex cap. Præsenti. Cap. si sententia de excomm. in 6.* Locale quamuis redundet in personas, tamen immediatè afficit locum, seu directè fertur in locum prohibendo ne in eo fiant diuina officia secundùm modum à Canonibus præscriptum. Quare datur (inquit Sayrus citatus n. 11) quando solus locus, v. g. ciuitas interdicitur, ne ibi officia audiantur, aut celebrentur: per hoc autem non interdicitur persona, quia extra talem locum, vnusquisque exceptis illis, qui causam interdicto dederunt, officia celebrare, & sacramenta sumere possunt. *Personale* est, quod personas immediatè afficit interdicendo eis participatione dictorum, vbiuis locorum. Nam directè fertur in personam, eique interdicit vbique vel alicubi certum quemdam vsum diuinarum rerum. Addunt aliqui prædictis duobus interdictum mixtum, quod vtrunque contineat: vt si æquè directè, & immediatè populus alicuius Ciuitatis, & ipsa Ciuitas interdicatur. At satis probabile est hoc nec esse tertium membrum, nec vnum interdictum, sed duo distincta.

Personale interdictū.

Mixtum interdictum.

Generale locale interdictum. 1746 Diuiditur 2. vtrunque in generale, & speciale. *Generale locale* dicitur, quod in aliquem locum quasi generalem, & plura particularia loca complectentem dirigitur, siue locus ille sit prouincia, siue diœcesis, siue ciuitas, siue parochia, sub qua sunt varia templa. Ita Suar. de cens. disp. 32. sect. 2. Sed satis probabile est, quod cum varijs tradit Bonacin. de cens. disp. 5. p. 1. n. 7. Interdictum quo interdicitur aliqua parochia vnius ciuitatis in qua sunt variæ parochiæ, esse speciale. Quia generale solum cadit supra integrum locum vniuersalem, v. g. regnum, diœcesim, ciuitatem, oppidum, castrum. *Speciale locale* datur, quando specialis locus, v. g. hoc templum interdicitur. Notabis ex Sua. de cens. disp. 32. sect. 2. n. 9. interdictum contra hanc ciuitatem seruare rationem generalis, quamuis ab illo vnū vel alterum templum excipiatur: è contra interdictum templorum seruare ratione specialis, si in sola templa huius ciuitatis, & non in alia loca feratur. *Generale personale* respicit aliquod corpus politicum, collectiuum plurium personarum, & personas singulas solum vt sunt partes talis communitatis. *Speciale personale* in determinatam, vel determinatas personas fertur, ita vt ad singulas per se, & ad omnes (vt aiunt) per modum plurium tendat. Interdictum quod fertur in collegium, vel academiam alicuius populi, generale est.

Speciale interdictum.

1747 Rogabis vtrum ingressus Ecclesiæ prohibitus sit ex vi interditi, an huiusmodi prohibitio constituat aliam interdicti speciem? Quæstio solum habet locum in interdicto personali, ita tamen vt non sit effectus communis omnibus interdictis personalibus priuare ingressu Ecclesiæ. Est igitur censura hæc peculiare genus interdicti spectans ad personalia, ab alijs personalibus differens, quòd partiale sit, & forte addat aliquem effectum, quem non habent reliqua personalia. Vnde homini sic interdicto extra Ecclesiam existenti licitum non est audire diuina, quæ intra illam fiunt. Nam ideo ingressus Ecclesiæ illi interdicitur, vt diuinorum, quæ in ea celebrantur, particeps non fiat. Quare irregularis fiet diaconus, si vel existens extra Ecclesiam cantet solemniter Euangelium ministrando sacerdoti celebranti in Ecclesia: vel è contra in Ecclesia illud cantet ministrando celebranti extra Ecclesiam. *Interdictū ab ingressu Ecclesiæ.*

Quamuis iuxta *cap. Is cui de sent. excom. in 6.* prohibeatur Ecclesiastica sepultura etiam in cæmiterio non contiguo Ecclesiæ, at non priuatur, quis ingressu cæmiterij, etiam contigui, nec celebratione diuinorum officiorum in illo. Quia pænalia restringenda sunt, quantum proprietas verborum tulerit. Communis differentia inter hoc Interdictum, & reliqua est, quòd hoc priuet hominem ingressu Ecclesiæ, non ita reliqua. Denique & si communior, fauorabilior, & forte in praxi secura sententia sit huiusmodi priuationem ingressus Ecclesiæ, solum esse ad celebranda, audienda, vel recipienda diuina, non verò ad priuatas orationes fundendas; tamen vera opinio docet priuationem illam extendi etiam ad orationes priuatas. Sumitur ex *cap. Latorem 33. q. 2.* Ad alias actiones, quæ non sunt proprij muneris Ecclesiæ, vt ad audiendam concionem, faciendam electionem, & similes non extenditur prohibitio. Hæc ex Suar. disp. 35. sect. 4. *Ingressus Ecclesiæ.*

1748 Pro altera sectionis parte, *Cessatio à diuinis*, quam alij *suspensionem organorum* vocant per allusionem ad Psal. 139. *Suspendimus organa nostra:* sic definitur à Nauarro cap 27. num. 188. *Cessatio à diuinis est quædam desistentia à diuinis officijs, & administratione Sacramentorum, sub præcepto obligans.* Est enim (inquit Suar. de cens. disput. 39. sect. 1.) morale vinculum, seu præce- *Cessatio à diuinis. Suspēsio organorum.*

 ptum,

ptum, quo obligantur ministri Ecclesiæ ad cessandum à diuinis; & illud imponitur tam nocentibus, quàm innocentibus in signum doloris, seu afflictionis Ecclesiæ: quãuis inde resultet aliqua pœna in nocentes. Nomen habet

Diuinorum appellatio. ab effectu scilicet cessandi à diuinis. *Diuinorum nomine* (vt docet Suar. cit. sect. 2. num. 1. & 2.) veniunt diuina officia, sub quibus comprehenduntur Missæ celebratio, horarum canonicarum publica recitatio, omnes solemnes benedictiones, & cæremoniæ, quæ in Ecclesia fiunt: Item Sacramenta, & Ecclesiastica sepultura, à quibus omnibus priuat cessatio à diuinis. Priuatæ orationes etiam in templis, & priuata recitatio horarum canonicarum non prohibentur. Hæc prohibitio directè cadit in Ecclesiasticos ministros. & consequenter in laicos, ne audiendo participent.

1749 Notat benè Aegidius Bellanus disp. 17. dub. 7. n. 80. hanc cessationem esse valdè affinem interdicto locali, quia in vtroque ferè

Interdictũ, & cessatio à diuinis. similia prohibentur. Differre tamen primò, quia non est censura, imò non habet propriè rationem pœnæ: cum non tendat directè ad aliquod crimen puniendum, sed solum assumatur in signum grauissimi doloris, quem Ecclesia concepit ob enormem iniuriam honori diuino illatam: quam significationem exhibet per modum iustæ defensionis, vt cogat lædentem ab iniuria desistere. At interdictum locale censura est, & fertur per modum pœnæ. 2. quia cessatio nullas vnquam personas secundùm se afficit, sed solum prohibet certo loco diuina celebrari: vnde per illam præcisè nullus prohibetur celebrare diuina in alijs locis. At interdictum locale secundùm se afficit personas, illas nempè quæ interdicto causam dederunt. 3. quia per violationem cessationis nulla irregularitas incurritur: secùs per violationem interdicti.

SECTIO V,

De Irregularitate.

Irregularitas Acanonia. 1750 IRregularitas, quæ Græcè vertitur *Acanonia*, apud Latinos primæ no-

Irregulare. tæ non reperitur: est tamen in vsu frequentissimo apud Theologos, & Canonistas: componitur ab *In*, & *Regula*, & dicitur quasi sine regula. Nam præpositio (In) vim habet significandi priuationem. Sicut enim (*Irregulare*) vocatur, quod intra regulam non continetur; ita vox abstracta *Irregularitas* ponitur ad significandum impedimentum, ratione cuius homo fit incapax illius gradus, vel actionis, quæ alijs communis est, atque adeo extra communem, & generalem regulam collocatur.

Regulare. Canonicum. *Regulare* appellatur id, quod est secundùm regulam. *L. Regulariter ff. de petit. hæred.* & idem valet Latinè quod Græcè *Canonicum*.

Hinc Ludouicus Viues super. D. August. lib. 3. ciuit. cap. 15. *Canonicos Regulares* appellat ambitiosos, quòd bis vno nomine vocentur, ne semel Regulares putentur. *Regulares. Canonici.* At non aduertit canonicos olim sic dictos fuisse, quòd in communi iuxta Ecclesiam viuerent, postquam verò hanc regularem vitam omiserunt, *Regulares canonicos* fuisse appellatos illos, qui S. Augustini regulam retinuerunt, & exactè seruant, ad differentiam eorum, qui canonici simpliciter, vel canonici sæculares nuncupantur.

1751 His positis, multas irregularitatis definitiones affert Sayrus lib. 6. de cens. cap. 1. nu. 16. & ante alias tanquam communem approbat hanc. *Irregularitas definitur.* *Irregularitas est canonicum impedimentum ex facto vel defectu proueniens, quo quis ad Ecclesiasticos ordines promoueri, & iam promotus in iisdem ministrare prohibetur.* Cum hac fere coincidit definitio, quam affert Suar. disp. 40. de cens. sect. 1. *Est inhabilitas, seu impedimentum canonicum ex se directè, ac primariò impediens acceptionem ordinum Ecclesiasticorum, & consequenter etiam vsum eorum. Loco generis ponitur (Inhabilitas)* & non pœna, quia non omnis Irregularitas pœna est. Additur (*seu impedimentum canonicum*) quia Irregularitas humano iure, non ciuili, sed Ecclesiastico introducta est. Vnde non baptizatus, & fæmina irregulares non sunt, quia illorum inhabilitas à iure diuino, & non canonico orta est.

Particula (*Ex se directè, ac primariò impediens*) distinguit irregularitatem à censuris. Quia excommunicatio priuat ex se communicatione fidelium, Interdictum auditione diuinorum officiorum, & suspensio muneribus sacris. Accedit quòd suspensio solum respicit actus, eorumque vsum prohibet. Irregularitas verò quantum est ex se, ipsam capacitatem ordinum aufert. Imo particula (*Ordinum Ecclesiasticorum*) includit non solum sacramentales ordines, sed etiam primam tonsuram, quam suspensio non impedit, sed supponit. Particula (*ex se*) etiam posita est ad occurrendum difficultati de sacerdote, qui irregularis fit post omnes ordines susceptos. Quia irregularitas ex se habet vim impediendi susceptionem ordinum, ita tamen ut si subiectum sit incapax susceptionis futuræ, quia iam suscepit, saltem impediat ordinum vsum, sicut in matrimonio affinitas in primo, & secundo gradu per fornicationem contracta ex se dirimit matrimonium, at superueniens matrimonio solum impedit eius vsum. Irregularitatis effectus latè exponit Suar. d. 40. sect. 2.

1752 Quod attinet ad multiplicitatem S. Antonin. 3. p. tit. 20. de irreg. c. 1. Angel. v. irregul. 1. & Maiol. lib. 1. de irreg. cap. 3. multas *Irregularitas quotuplex.* enumerant irregularitatis species sine ullo ordine. Sayrus de cens. lib. 6. c. 1. n. 27. omnes irregularitates reducit ad duo capita ita vt

vt quædam sint, quæ contrahuntur absque vlla culpa, nempè ex defectu, aliæ sint, quæ contrahuntur ex delicto, & dicuntur contrahi ex facto proprio. Breuiter, & dilucidè Bellanus irregularitatem diuidit disp. 18. dub. 1. n. 8. Irregularitas (inquit) alia contrahitur sine vllo proprio actu ob aliquem corporis, aut natalium defectum, sic sunt irregulares cæci, & illegitimi. Alia contrahitur ob aliquem actum proprium, quæ iterum subdiuiditur in eam quæ fertur ob aliquam culpam eam contrahentis, v. g. patrantis homicidium, & eam quæ incurratur sine vlla culpa, nempè ob bigamiam, defectum lenitatis, & similia. Denique alia est totalis, & alia partialis.

Totalis irregularitas. *Totalis* ab omni ordine suscipiendo, aut exercendo perpetuò excludit. *Partialis* alio nomine *Secundùm quid*, est quæ non impedit omne exercitium ordinum. v. g. Sacerdos, qui amisit pollicem, manet irregularis ad celebrandum, non verò ad audiendas confessiones, & alia sacerdotalia munera obeundum. Item iuxta Lessium lib. 2. cap. 34. num. 120. Diaconus, vel Subdiaconus potest fieri irregularis ad suscipiendum Sacerdotium, ita tamen vt non sit irregularis ad functionem ordinis suscepti. v. g. ad canendum Euangelium, vel Epistolam. Aliqui Authores dicunt irregularitatem aliam esse iuris diuini, aliam iuris humani. Sed perperam: quia nulla irregularitas est iuris diuini, vt latè probat Suar. d. 40. sect. 4.

APPENDIX MISCELLANEA

AD ELVCIDARIVM.

1753 CVm infiniti penè laboris sit, & vastitatis propè immensæ vniuersum idioma Theologicum, Canonicum, & Ciuile elucidare: nec proindè intra metas Theologici iuris, cui hactenus institimus, omnes dictiones, & modos loquendi poterimus concludere, visum est ad libros, elucidationes, & lectiones, quas seriatim, & methodicè digessimus, appendere sine vllo discrimine, vel ordine quæ subsequuntur. *Onus intrinsecum*, & *extrinsecum* in legatis habetur in Peregrino de fideicommissis art. 41. num. 47. *Et onus intrinsecum* videtur esse quota pars legati, vt si relinquantur alicui decem aurei ea conditione, seu eo onere, vt ex eis soluat duos Petro. *Extrinsecum* onus est, quod est annexum legato, tota ipsius substantia salua; ut si relinquatur fundus, seu uinea cum onere, ut dicantur tot Missæ, uel recitentur bis calculi Virginei. *Prorogasti*, id est *Prærogasti*, pro soluisti, habetur *l. si tibi C. de locato*, *vbi Gloss.*

Onus intrinsecum. Onus extrinsecum.

Prorogasti. Prærogasti.

Expositus.

1754 *Expositus* prout habetur. *Cap. vnic. de infan. expo.* & declarat Syluest. v. eod. dicitur infans, seruus, libertus, & languidus, si dimittatur sine cura, uel ei negentur alimenta à parentibus, à dominis, uel patronis. *Hæteriarchæ* (ut tradit Spiegel. v. eod. ex Budæo in posterior. annot.) dici possunt, qui eorum præcipuam curam habent, quos vulgò Dominicanos, & Franciscanos uocamus. *Embateuticum ius*, de quo meminit Vlpian. *l. 3. §. fin. de reb. eorum, qui sub. tut.* iuxta aliquos ualet idem, quod Pedagium dicimus, & ad Regalia pertinet. Rectiùs tamen Alciat. lib. parerg. 1. cap. 36. dicit id ius intelligi, quod respicit quandam detentionem, seu rei possidendæ facultatem, tametsi proprietas vera ad alium spectet. Quale ius est superficiarij, vel eius, qui fundum vectigalem possidet, vel id, quod creditor in bonis sibi pignoratis retinet.

Hæteriarchæ.

Embateuticum ius.

1755 *Describere*, propriè est, quod barbarè dicimus copiare. Descriptio apud Iurisconsultos est, quæ à Dialecticis vocatur *Definitio accidentalis*, vt si Leo definiatur animal quadrupes, villosum, pedatim incedens. Differunt inter se *Descriptio*, *Subnotatio*, *Cognitio*, & *Dispunctio rationum*. Nam *describimus* ea, quorum exemplum accipimus. *Subnotamus*, cum quasi Inuentarium conficimus: adscribimusque quot corpora instrumentorum sint, & de qua re. *Cognoscimus*, cum ea legimus, atque relegimus. Qui enim rationes recognoscit, verè cognoscit, sicut qui reddit, dat, qui repetit, petit. *Dispungimus*, cum data, & accepta conferimus, excutimus, & examinamus. Hinc *Dispunctio* pro diligenti percontatione, & examinatione sumitur. *L. si statu lib. pænæ ff. de statu lib.* iuxta Alciat.

Describere. Descriptio. Definitio. Descriptio rationum. Subnotatio. Cognitio.

Dispungere. Dispunctio.

1756 *Animi virilis esse* eleganter dixit Triphoninus *l. fin. ff. qui pet. tut. vel curat.* pro eo, quod ad partem pertinere, vt tutoria, curatoriave facta dijudicet, & æstimet. *Antiades* apud Vlpianum. *l. quæritur ff. Ædilit. edict.* à Latinis *Tonsillæ* vocantur, & sunt veluti glandulæ, quæ in gutture nascuntur. *Antidotum* apud Paulum *l. non omne ff. de penu. leg.* & habetur *l. quod sæpè ff. de contr. empt.* est medicamentum, quo nos contra venenum præmunimus. Hinc *Antidotarius* Clem. de iure iur. cap. 1. in Gloss. est liber in medi-

Animi virilis esse. Antiades.

Tonsillæ. Antidotũ.

Aconitum. Pardalachis.

eina. *Aconitum* apud Marcell. *l. eiusdem ff. ad leg. corn. de sicar.* Græcis dicitur *Pardalachis*, est celebratissimum veneni genus ex herba quadam, quæ iuxta Ouid. 7 Met. in cotibus nascitur, dicitur enim ab *Aconi*, quod interpretatur eos.

Cantharis. Chrysulca.

Cantharis apud eundem Marcell. l. proximè citata est species quædam Scarabei oblongi oris maculas rubras transuersarias habens. Vide Plin. lib. 18. *Chrysulca* est aqua illa, qua mista metalla diducuntur, vulgò *Agoa forte*, eius vim ignorasse veteres colligit Alciat. ex Vlpian. *l. idem Pomp. de rei vend.*

Dictare. Dictātibus rebus. Dictata.

1757 *Dictare* in Plinio epist. 11. est suggerere verba alicui excipienti, seu scribenti. Hinc *Dictantibus rebus* translatitiè vsurpauit Pomponius *l. 2. de orig. iur.* Nam sicut *Dictata* censentur verba, quæ alio præeunte scribi consueuere, ita & quæ natura nobis excipientibus suggerit, dictare dicitur.

Cœna recta.

Recta cœna, & Recta absolutè sine addito apud Romanos dicebatur, quam Princeps, opulentiores, & ciuiliores suis clientibus, & conuictoribus recto ordine discubentibus lautè præbebant. Hæc, teste Steph. Rob. Sportulæ opposita erat. Nam

Sportula.

Sportula (inquit Bud.) dictum est obsonium, quod diuites Romani salutatoribus dabant, secretò ipsi cœnantes. Hinc Sueton. in Claud. dixit Neronem cœnas ad sportulas reuocasse.

Operæ, & opus. Officiales operæ. Artificiales operæ. Fabriles operæ. Gratuitæ operæ. Conductitię operæ.

Operæ, iuxta Paulum. *l. 1. ff. de oper. libert.* labor est diurnus, seu officium diurnum. Differt ab opere, quòd in vno opere plures operæ consumi, & per vnam operam, plura opera fieri possint. Operarum quædam dicuntur officiales, quædam artificiales. Illæ rem domini, eiusque personam, victum, curationem, otium, quietem, voluptatem directè respiciūt. Hæ verò spectant ad artificium, quales operæ pictoriæ, & quæcunque *fabriles*, nempè quæ fiunt ministerio fabrorum. Sunt aliæ *seruiles*, hoc est seruorum propriæ. Inter prædictas aliæ vocantur *Operæ gratuitæ*, quæ ex mera liberalitate exhibentur, aliæ *Conductitiæ*, quæ scilicet mercede vel locantur, vel conducuntur, & ex sola lege contractus consistunt.

Sacra mens. Pestibilis fundus. Pestilens cælum. Parephippius. Ephippios. Parippus. Res suo marte decurret.

1758 *Sacra mens* (vt interpretatur Iacob. Spieg. v. eod.) dicitur benè instituta, valens ratione, solido iudicio, rectè, & sanè statuens de rebus. *Pestibilis fundus* apud Imper. Diocli. & Maximi. *l. pen. C. de edil. action.* vt ipsi exponunt, pestibiles herbas, su lethiferas habens. *Pestilens cælum* l. 1. §. 1. ff. de Cloac. salubri opponitur. *Parephippium* apud Iustin. *l. Parephippium C. de curs. publ. lib.* 12. est ille qui præter rationem equestris disciplinæ equos agit; *para* pręter, & *ephippios* equestris. Vide Alciat. ad leg. cit. apud quem *Paripus* idem valet, atque parum custodiens mandata. *Res suo marte decurret*, id est per ordinē. *l. 1. C. ne liceat poten.*

Appropriatio.

Appropriatio videtur exercitium proprietatis, seu dominij, & definiri potest in hunc modum; Est actus appropriandi, siue faciendo rem propriam, id est suam, siue utendo, & disponendo de re vt propria, scilicet per donationē, venditionem, mutationem, aut aliter. Sic accipitur hæc vox in 2. casu ex reseruatis Societatis Iesu lib. ordin. gener. c. 4.

Reficere. Reducere.

Reficere, & reducere, quid sit exponitur. *l. Vnde etiam §. penult. ff. de itinere actuque his verbis: Reficere sic accipimus, ad pristinam formam iter, & actum reducere, hoc est, ne quis dilatet, aut producat, aut deprimat, aut exaggeret. Aliud enim est reficere: longè aliud facere. Est etiam reducere* apud Latinos, prodeuntem, seu progredientem retrahere.

Pœnæ fiscales.

1759 Pœnæ fiscales, de quibus est tit. 7. Codicis lib. 10. apud Garcian. Tolet. ibid. n. 1 nomen habent à fisco & sunt, quæ à lege, vel iudice pro criminum punitione imponuntur, fiscoq; & Cameræ regiæ applicantur, siue consistant in pecunijs, siue in bonis alijs delinquentium. *l. 1. ff. de iure fisci l. multarum C. de modo multæ.* Sunt in duplici genere; nam quædam sunt certæ, & determinatæ à iure, nempè illæ, quas leges imponunt, v.g. punientes in quadruplo, vel in amissione quartæ partis bonorum, vel omnium, aliæ sunt incertæ, & arbitrariæ, quas iudices infligunt delinquentibus pro arbitrio.

Implere stipendia.

Implere stipendia, vt exponatur titulus 54. Codic. lib. 10. est idem atque pleno stipendiorum numero militiam exercere, toto tempore legitimo, quod erat viginti annorum. *l. fin. & l. viginti. C. de his qui non impletis lib.* 10. similiter tit. 55. Codic. lib. 10. dicuntur

Implere militiam.

Impleuisse militiam, qui per annos viginti milites fuerunt in bello, vt veterani appellentur, item

Implere aduocationem. Militia duplex.

impleuisse aduocationem, qui annis viginti aduocati fuerunt instar militum armatæ militiæ. Nam militia duplex est, altera *armata*, cuius milites armis instructi bellum subeūt, & altera *inermis*, cuius milites sunt aduocati, iudices & alij, qui in republica aliquod publicum munus gerunt.

Exilium.

1760 Exilium latè acceptum comprehendit deportationem. *l. 5. C. de sacros. Eccl. & relegationem l. 5. ff. de interd. & releg.* de vtraque egimus num. 163. est duplex scilicet temporarium & perpetuum. *l. vlt. ff. de iniur.* Nomen habet ab his particulis Ex, & solum quasi ex solum, id est extra solum. Inde Exules, vt do-

Exules.

cet Quintil. de clam. 366. dicuntur, qui solo patriæ expulsi sunt. *Exules, & in exilium dati* coincidunt in tit. 59. Codic. lib. 10. ita tamen, exponente ibi Toletan. n. 3. vt id intelligatur de exilio temporario, non perpetuo.

Potiores.

Potiores, de quibus est *tit. 65. Cod. lib.* 10. interprete Garcia ibid. num. 2. sunt meliores, diuitiores, digniores, idoneores, atque maiores; non solum gradu generis, sed etiam substantia rei familiaris *l. ad subeunda C. de curion. lib.* 10.

Faber.

Hoc nomen *Faber* latissimum est, vt declarat ex varijs Toletan. ad *tit. 9. C. lib.* 11. & accipitur tripliciter 1. pro quolibet opifice cuiuslibet artis, etiam lignorum, & lapidū. 2. largè,

pro

Fabrica. Fabricenses. pro quolibet colente, & operante ferrum, qui iuxta Plin. lib. 14. cap. 4. *Fabri ferrarij* dicuntur. 3. strictè pro cudentibus, & fabricantibus arma, qui *Fabricenses* appellantur; de quibus num. 622. *Fabrica* deriuatur à fabro, & extenditur ad significandum omnem fabrilem operarionem: at in titul. proximè citato accipitur pro armorum factione, vel pro loco in quo arma Principis fabricantur, vt tenet Lucas de Pena ad l. 1. *sub eod. tit.*

Artifices Palatini. 1761 *Artifices Palatini*, sic dicuntur à Palatio, & iuxta Toletan. ad tit. 11. Cod. lib. 11. sunt opifices, & officiales, qui intra Palatium, & aulam Principis, vestes, & ornamenta ipsius conficiunt. *Curcunia. Primates.* Quid autem sit *Curcunia* (inquit idem author loco citato) se nescire fatetur Alciatus hic, & Cuiarius l. vnica: idcirco cum Accursio, & alijs antiquioribus dicendum est, quòd Curcunia est morsus fræni equestris, vulgò *Bocado de freyo*. Vt intelligatur *titulus* 28. *Cod. de primatibus Alexandriæ lib.* 11. Primates Alexandriæ (inquit Garcia Toletan. ibid. num. 1.) appellantur ij, qui inter reliquos maioris au- *Sumates. Optimates.* thoritatis, potestatis, & dignitatis habentur, qui & *Sumates*, & *Optimates* vocantur. *l. cum nauiculariorum. C. de Nauicularijs lib.* 11.

Executores varij. Cōpulsores. Exactores. Admonitores. Portitores. Viatores. Scholastici. 1762 *Executores* in iure ciuili (inquit Toletan ad *tit. 61. Codic. de Executoribus, & exactoribus lib.* 12.) multiplices sunt, nempè alij, qui rem iudicatam exequuntur. *l. 4. ff. de appellat.* & alij testamentarij, seu vltimarum voluntatum, de quibus diximus num. 1072. At in titulo citato Executores censentur apparitores ministri, & officiales iudicum, & magistratuum, qui eis in officio suo deseruiunt, eorumque mandata exequuntur. Hi alijs nominibus dicuntur Compulsores, Exactores, Admonitores, Portitores, & Agentes in rebus Palatini. *l. 2. eod. tit.* & Viatores §. *Tripli, Instit. de action.* Cuiacius *ad l. 2. C. de lucris aduocatorum lib.* 12. cui assentitur Toletan. num. 3. multis contendit probare Scholasticos, quorum ibi fit mentio, pro aduocatis accipiendos esse *Seruaculum* vox est, quam adducit Calepinus Passeratij citata *l. 29. §. 1. ff. ad leg. Aquil.* *Seruaculū.* & interpretatur gubernaculum nauis.

Ab re. 1763 *Ab re* particula est, à qua Vlpianus auspicatur librum primum de Reb. cred. vt textus Noricus rectiùs habet, & significat modò frustra, modò præter, aut contra vtili- *Ere.* tatem, aut sine vtilitate, & opponitur *Ere* *Abderitiū imperium.* id est ad vtilitatem. *Abderitium imperium*, iuxta Spiegel. v. eod. est vbi quis fortunam tenuem, sed cum libertate coniunctam anteponit amplis opibus, sed obnoxijs seruituti. *Abditamentum. Abiecta. Abijcere.* *Abditamentum*, iuxta Beroal. est detractio, seu deductio pretij: sicut ex opposito Abditamentum est adiectio. *Abiecta* vt sumitur ex *l. falsus §. qui alienum de furt.* dicuntur quæ incendij causa sub diuum emittuntur. *Abijcere rem* videtur, qui exiguo pretio vendere cogitur. *l. ita vt omnes ff. mandat.* *Ablocare* vt tenet Zas. in §. *Item seruiana Instit. de action.* est denuò locare fundum tertio lo- *Ablocare.* catum. *Abolitio criminis* habetur *l. abolitio ff. ad Turpilian.* & dicitur criminis remissio, *Abolitio criminis.* accusationisque peremptio.

1764 *Absoluere creditorem*, alio modo *Liberare creditorem* iuxta Bud. *in l. & in contraria de vsur.* est reddito pretio, aut mutuo liberum dimittere. Sunt enim veluti ligati illi à quibus debetur. *Absoluere* etiam sumitur pro finire. Vnde *Institut. de perpet. & temp. acti.* sunt *Absolutoria iudicia* id est finem recipiunt actiones, quæ olim perpetuæ erant. *Abstentus* iuxta Ritium Neapol. sumitur pro excommunicato. Apud Vlpian. *l. fin. si quis caut.* & African. *l. tutor pupilli ad Vell.* dicitur *Abstentus pupillus*, qui scilicet paterna hæreditate abstinuit. Vnde *Abstentio* datur quando hæres necessarius abstinet hæreditate: *Absurdum*, de quo fit mentio. *l. nam absurdum ff. de bon. libert.* est, quod omnium mentes aspernantur, ac respuunt. *Accedere ad pactionem*, id est consentire, iuxta Iacob. Spiegel. v. eod. *Accensus, & Præco*, in hoc conueniunt, quòd ambo iussu Consulis, alteriùsve magistratus ad imperium præsto essent; at ille vt ad concionem, hic vt ad comitia Quirites vocaret. Vide Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 27. *Accepta sententia* iuxta Spiegel. v. eod. dicitur, quæ rata habita est. *Acceptum ferre. l. si accepto latum, de acceptil.* est pro accepto habere. *Accipit ab aliquo beneficium*, (inquit Seneca apud Spieg. v. eod.) qui prius nihil ei contulit: *Recipit*, qui iam contulerat.
Absoluere creditorem. Liberare creditorem. Absoluere iudicia. Abstentus. Abstentio. Absurdum. Accedere ad passionē. Accensus. Præco. Accepta sententia. Acceptum ferre. Accipere. Recipere.

1765 *Accumulatio* iuxta Alciat. *in l. edita. C. de eden.* est plurium actionum iudicialis adiunctio: vt si ex vna causa plures actiones nascantur contra diuersos: vel ex pluribus actionibus ex diuersa causa contra eundem. *Acerrima indagatio*, pro diligentissima. *l. vbi C. de falsis.* Sicut *Acerrima condemnatio* pro grauissima *l. 2. C. de his, qui latron.* *Aceruus* (de quo *l. quia aceruus. ff. quod vi, aut clam.* dicitur non contineri appellatione soli) propriè est congeries minutarum rerum vt frumenti, leguminis, salis. *Acta à Commentarijs* distare ostendit Bud. in Annot. ad *l. abesse de muner.* nempè commentarios esse priuatam memoriam: Acta autem debere esse, memoria publica testata, quæ in ærario esse solebat. *Adactum iuramentum* iuxta Spiegel. v. eod. dicebatur id, quod non vernaculum esset, sed perigrinum, & aliunde ascitum: vt si Christianus Iudaico ritu iurasset. *Additionales*, vulgò appellant nouos articulos prioribus addendos. Vide Spec. de deposit. §. quarto. *Adiecisse*, pro vendidisse apud Paul. *in l. 2. §. tueor. pro emptore*, intelligit Spieg. v. eod. *Adiectiones*, de quibus *Instit. §. fin. de success. libert.*
Accumulatio. Acerrima indagatio. Cōdemnatio acerrima. Aceruus. Acta. Commētarij. Additionales. Adiecisse. Adiectiones

libert, accipit Alciat. lib. 1. parer. c. 17. pro modis Romanæ ciuitatis, familiarumque Romanarum ius assequendi.

Aegra mulier. Aegre ferre. Affecta. Affectares. Agnatio.

1766 *Aegrè ferre* sumitur *in l. 3. ff. de quest.* pro molestè ferre. *Aegra mulier* apud Papinian. *l. vlt. ff. si quis aliq. test. prob.* pro tristi, difficili, & irata. *Affecta* iuxta Spieg. v. eod. ea propriè dicuntur, quæ non ad finem ipsum, sed proximè finem progressa deductaue sunt *Affectas res* pro debilitatis Rhenanus obseruauit. *Agnatio* (inquit Spieg. v. eod.) est inter personas, quæ idem habent gentilitatis nomen, easdem imagines, eandem familiam, ita vt sint, ex eodem masculo parente. Tandiu (inquit Theophilus) per ordinem procedit Agnatio quandiu nulla interuenit fœmina, quæ causam det cognationi. Est autem cognatio naturalis quæcunque consanguinitas, proindeq; latiùs patet agnatione. *Agnati* iuxta Molin. de Primon. p. 2. lib. 3. c. 5. n. 3. *ex l. sunt autem ff. de legit. tut.* dicuntur illi cognati, qui sunt per virilis sexus cognationem coniuncti. Alienatum, *l. alienatum ff. de verb. sign.* plus est quàm venditum. Vnde alienatum non propriè dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet: venditum autem rectè dicitur. *Alieni* appellantur (inquit Spieg. v. eod.) qui amici, aut affines, aut propinqui non sunt, vulgus extraneos dicit, *Alienus posthumus*, qui non est testatoris futurus suus hæres. *Instit. de leg. §. Posthumo.*

Cognatio. Agnati. Alienatũ. Alieni. Alienus posthumus.

Altercationes.

1767 *Altercationes antiqui iuris à Iustiniano placatas in § & delitieos, Instit. de libertis*, rectè exponit Cl. Cant. priscæ obseruationis difficultates resecatas. *Ambitiosa diligentia* pro nimia, & anxia apud Vlpian. teste Bud. *in l. si benè collocatæ ff. de vsuf.* Quid sit *Amnestia*, videre est apud Alciat. in *l. qui in potestate C. de in ius voc.* à quo dicitur obliuio iniuriarum, quasi lex obliuionis, vbi cauetur ne de iniurijs, damnisve vltro citroque illatis, ius ciuiliter, vel criminaliter reddatur. *Amphoteroplon* iuxta Bud. in annot. ad *l. nihil interest de naut. fœn.* est fœnus nauticum, cum fœnerator, & commeatus, & remeatus periculum suscipit. *Heteroplon* verò, cum commeatus tantum. *Amplior summa* pro maiore. *Instit. per quas pers. §. ideoque.*

Diligentia. Ambitiosa. Amnestia. Amphoteroplon. Heteroplon. Amplior summa.

Anaclisis apud Vlpian. *l. si arborem de seru. vrb. præd.* quòd repercussio, reuerberatio. *Anagraphe* iuxta Haloand. apud Vlpian. *in l. fin. de bon. iud. auth. possid.* est descriptio, seu inuentarium. *Anguillarius lacus* apud Proculum *in l. Rutilia Pola de contrah. empt.* pro anguillarum altore. *Annonarij:* teste Alciat. *in l. mercis appel. 2. de verb. sign.* continentur nomine venalitiorum, & sunt, qui à rusticis esculenta emunt, vt deinde vendant. *Annuli leues* sunt Iurisconsulto, qui rem non excedunt aureorum quinque *l. vlt. de bon. damn.*

Anaclisis. Anagraphe. Anguillarius. Annonarij. Annuli leues.

Acceptum. iudicium.

1768 *Acceptum iudicium*, vt tenet Alberic. *l. amplias ff. rem ratam hab.* est lis contestata, *Anticategoria* iuxta Bud. dicitur *recriminatio*, seu mutua accusatio: & fit, aut quum litigatores idem crimen inuicem tentant, aut aliud atque aliud. *Antipelargia* iuxta Bud. *ad l. 1. de iust. & iure.* Vocatur quasi *Ciconiaria lex*, qua liberi parentes alere iubentur. Fertur enim ciconiam parentes suos senio confectos alere, & volatu imbecillis, alis suis subuehere. *Antiquarius* iuxta Alciat. *ad l. hac parte. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12.* est, qui verba antiqua interpretatur, qui curat vetera, & qui rerum antiquarum memoriam Principi suggerit. *Arabarches* est præfectus officio publicanorum. *Arabarchia* est huiusmodi præfectura: fit autem mentio huius vocis *in Constit. C. de vectig. commis.*

Anticategoria. Recriminatio. Antipelargia. Ciconiaria lex. Antiquarius. Arabarches Arabarchia

Arguere reum.

1769 *Arguere Reum* iuxta Alciat. *ad l. qui accusare. C. de eden.* est ipsum primo iudici deferre; deinde probationes in eum inducere, tum receptis testimonijs, & facto (vt vocant) processu, cum aduersario, id est ad causam dicendam cogere introductis aduocatis. *Aspernari* apud Vlpian. *l. 1. quod quisque iuris*, pro non agnoscere, recusare. *Assignare libertum*, vt ait Modestin. *de verb. sign.* est hoc testari, cuius ex liberis libertum eum esse velit. *Assolet* apud Marcell. *in l. diuus Marcus de offic. præs* pro consuetum est. *Assultus* ob quem quis feudo priuatur, iuxta Baron. tit. V. lib. 1. feud. est impetus in personam, vel locum: siue fiat pedibus, aut equo, aut machinis, siue alia quacunq; re assiliatur. *Attingere hæreditatem* (vt loquuntur Iurisconf. ex Tullio ad Atticum epist. lib. VI.) reperire est. *Attingere rem*, quis dicatur. Vide *l. sed & si. §. si quis re sua ff. de pet. hæred.*

Aspernari. Assignare libertum. Assolet. Assultus.

1770 *Attributæ pecuniæ* (inquit Iacob. Spieg. v. eod.) nuncupantur, quas nunc *Assignationes* dicimus. Et tributum è tribubus dictum; quod ea pecunia, quæ à populo assignata, seu imperata erat, tributum à singulis proportione census exegebatur. *Auraria*, vox fuit in Codice Theodosiano, quam sustulit Iustinian. in Cod. lib. 11. & significabat functionem, quæ collatione lustrali exigebatur de rebus promercalibus, & venalitiarijs. *Auocare* apud Callistrat. *§. fin. de testibus*, pro auertere, retrahere. *Aures propitiæ* opponuntur hebetibus Vlpian. *l. si extraneus de iure dot.* hebetes dicitur habere, qui non curat audire, quæ audienda sunt. *Authores pupillorum* apud Pompon. in *Auth. tut. l. 1111.* vocantur, in quorum administratione infirma ætas, resque eorum sunt. *Axiomata* sunt disciplinarum principia, & propositiones quædam indemonstrabiles, quæ in communi sensu, conceptuque versantur Bud. ad tit. *de offic. præf. prat.*

Authores pupillorum. Axiomata.

1771 *Baiulare* iuxta *l. ferri, de verb. oblig.* propriè dicitur, qui suo corpore portat. Tractum verbum à *Baiulis*, qui onera mercedis graria proprijs humeris subeunt. *Barbã expilare* affert

Baiulare. Baiuli. Barbam expilare.

Bardus. Biduum cōtinens. Bubulcus. Bubulonicus. Bunas indicat. Calendæ quintæ.

affert Spieg.v.eod. ex *Placit. Feud. de Pact. teneu.§.si quis aliam*, at non exponit. Videtur barbam vellere extrahendo pilos. *Bardus* apud Zasium in Epit. Feud. tit. de Feudi success. est elumbis, & ignauus, qui strenuo, ac bellicoso opponitur. *Biduum continens*, seu perpetuum, est quod vulgò dicitur per duos integros dies. Spieg.v.eod. *Bubulcus* apud Paul. *l.cum de lanionis.ff.de fund.instr.* est qui bobus vtitur, aut bouum custos. *Bubulonicus* eodem titul. *l.sed et*. est res ad bubulcum spectans. *Bunas indicat*, prouerbio dicitur (inquit Spiegel.v.eod.) vbi lis in longum profertur, nec vsquam explicatur. *Calendæ quintæ* apud Vlpian. *l. 1. de verb. oblig.* interprete Alciato censentur menses quinque; ita ut idem valeat: Intra *Calendas quintas* dabis, atque intra menses quinque dabis.

Caminus. Cancelli. Capistrum. Carbone notare. Creta notare. Carbonum appell. Casito. Celeusma.

1772 *Caminus* in *l.si arborem ff. de seruit. vbi præd.* est idem atque fornax. *Cancelli* apud Aphric. *l. cætera, de leg. 1. & l. quæsitum, de fund. instruc.* sunt ligna inter se modicis inter vallis in transuersum connexa, quibus tribunalia, scenæ, & fenestræ muniri consueuerunt. *Capistrum* apud Vlpian. *l.2. Depositi*, est capitis amiculum cuiuscunque animalis: transfertur ad vites, & similia. *Carbone notare*, idest damnare, cui contrarium est *Creta notare*, pro absoluere. *Carbonum appellatione*, quæ veniant, tradunt Iurisconsl. *l.lign. l.pali. de leg 3. & l. Carbonum de verb.sign. Casito* frequentatiuum à *Caso* frequentatiuo verbi cado vsurpatur à Paulo *l. seruitutes, ff. de seruit. vrb. præd. Celeusma*, alij dicunt *Celeuma* apud Bud. *in l.1. ff. de recep. arbit.* est nautarum cantus, quo remiges, vel concitantur, vel inhibentur remis insistere.

Censere territorium. Ceruicem erigere. Chartacei codices. Membranei codices. Chironomi. Chironomia.

Censere territorium, vt habetur *l.1. C. in quibus cau. inf. pig.* & *l. omne territorium de censibus lib. x.* est imperare censum territorio. *Ceruicem erigere*. Imper. Constant. est, in eum cui gratitudo debetur, irreuerentem esse. *Codices chartacei*. Vlpian. *l. librorum in princ. de leg. 3.* sunt facti ex charta, sicut ibid. *Membranei* sunt facti ex membrana. *Chironomi* apud Bud. *in l.2. de his, qui not. infam.* sunt gesticulatores, & *Chironomia*, saltatio gesticulatrix.

Cingere arborem. Ciuile est. Clausi.

1773 *Cingere ardorem* prout habetur *l. in lege locationis ff. locati*, & explicatur *l. cædere ff. arbor. fur. cæs.* est illam delibrare, seu decorticare. *Ciuile est*, apud Imp. Alex. *l. ciuile C. de furtis*, idem valet, atque ad officium ciuis pertinet, seu ciuilis moris est. *Classici testes* iuxta Bud. *l. vlt. de pig. act.* dicebantur olim qui signandis testamentis adhiberi solebant, hoc est primæ classis homines, quasi primæ authoritatis, & idonei veritatis sponsores. *Clausos* Vlp. *l. si quis graui §. subuenitur. Ad sil.* pro vinctis accipit: si tamen ita vincti sint, vt nullo modo erumpere possint.

Clauatæ vestes. Clyster.

Clauatæ vestes, de quibus Iurisc. *in l. cum aurum ff. de aur. & arg. leg.* sunt quæ clauos, seu flores habent ex textili auro. *Clysterem*. Vlpian. *in l. item si obstetrix §. si quis per vim. Ad leg. Aquil.* vsurpat pro instrumento, quod inferiori parte in ventrem immittitur ad recrementa proluenda, *Xeringa* vulgò dicimus.

Colere nūmis.

Colere nummis, dicitur colonus, qui singulis annis præstat pecuniam pro fructibus, vt ea præstita omnes fructus percipiat. *l. si apes de furt.* Vnde *Coloni* propriè dicuntur, qui colunt nummis.

Cōmotus. Concursus. Contēnere, & despicere. Contra bonos mores.

1774 *Commotus* apud Vlpian. *l. 2. de donat. cau. mort.* est idem, atque excitatus ad aliquid faciendum. *Concursus* (vt notat Spieg. v. eod.) sæpiùs de personis, quam de rebus inanimatis dicitur. Exemplum prioris extat *in l. Idemque ff. qui pot. in pig.* posterioris *in l. fin. Instit. si quod paup. fec. dic. Contemnere, & despicere* (vt ait Spieg.v.eod.) eo distant: quod Despicere, est grauius, quam contemnere. Paratus soluere etiam si non offerat, contemnere non censetur. Vide Archid. & Io. Andr. *in cap. 1. de sent. excom. in 6. Contra bonos mores*, peculiaris locutio est, quam etsi Iurisc. pro re nata interpretentur, tamen in iure ciuili (inquit Spieg.v. eod.) videtur esse quod publicam lædit honestatem, non scripto, sed vsu solum communis sensus introductam. Iure canonico id solum esse censetur, quod peccatum inducit.

Coram, & in præsentia. Crustuarij.

Coram, & in præsentia idem est iuxta Bart. *ad l.1. ff. de aut. tut.* & ad corporalem præsentiam refertur. *Crustuarij* à crustis: quarum mentio apud Paul. *in l. pediculis de aur. & arg. leg.* dicti illi, quorum artificio vasa crustis illigabantur.

Dare nomen.

1775 *Dare nomen* apud Arrian. *in l. 3. ff. de re milit.* est iurare nomen inscribendum: seu interprete Bud. ad delectum sese exhibere. *Decernere quæstionem* iuxta Bud. in annot. est quod vulgò dicimus, ordinare, vt fiat informatio, & vt contra delinquentes procedatur. *Decessio* (inquit Spieg.v.eod.) est diminutio. Vlpian. Hæreditas nomen iuris est, quod & accessionem, & decessionem in se recipit. *Decessio* damnum. *accessio* lucrum *l. si quis putans §. si quod ff. com. diuid.* Alberic. *Decedere iuri suo*, est non summo iure agere, aliquid sui comiter condonare Bud. Anno, *Dedicare*, & *Dicare*, vt habetur *C. de sacros. Eccles. Auth. Ingressi*, propriè est dicendo deferre, ac obsequij dare alicui numini, & in perpetuum constituere.

Deesse. Adesse. Deformare. Deformatum.

Deesse (inquit Spieg.v. eod.) pro deserere, idest non defendere; sicut *Adesse* pro defendere sæpè dici, non ignorant, qui in probæ latinitatis authoribus versati sunt, in quibus Iurisconsulti suas tenent non infimas. *Deformare* pro deturpare. *l. vlt. ff. ne quid in loco pub. Deformatam*, modò sumitur pro informato, modò pro eo, quod deforme ex pulchro factum est.

Delicatus debitor. Demagogi.

1776 *Delicatus debitor*, est quasi luxui consecratus. Nam quod nunc dedicatum priores delicatum dixere. Vlpian. *l. si seruos in fin. ff. de pig. act.* Igitur hæc (inquit) à iudice erunt despicienda, vt neque delicatus debitor, neque onerosus creditor audiatur. *Demagogi*, teste Bud. *in l. venditor com. præd.* apud Athenienses vocabantur duces quidam vulgi, popularem

au-

Depressa nauis. Deproperare. Depuber. Descendere in causam. Desistere. Destinatum habere.

aurem concionibus aucupantes, homines populariter factiosi. *Depressa nauis* pro mersa, *l. si nauis aduersa, & l. cum depressa ff. ad leg. Rhod. de iactu. Deproperare*, prout habetur *l. vni. fin. de oper. nou. nunt.* est valdè properare. *Depuber.* iuxta Spieg. v. eod. est qui ad annos pubertatis non potuit peruenire. *Descendere in causam*, est se causæ adiungere. *Desistere*, est à negotio abstinere, vt dixit Vlpian. *in l. destitisse de iud.* vt dixit Terent in Phorm. *Desistere litibus*, pro renuntiare. *Destinatum habere*, pro deliberare, apud Triph. *l. tres tutores de admin. tut.* pro deputare, & assignare apud Pompon. *l. quod in rerum, de leg.* 1.

Detinere. Deuestire. Deuotæ gentes. Deuotus, & Religiosus. Diaturei. Dice. Dicastes. Dicaspolos. Dicæ.

1777 *Detinere* pro occupare: & per *tex. l. apud antiquos. C. de furt.* etiam de eo dici volunt, qui possidet bona fide. *Deuestire* pro veste exuere vsurpauit Apule. lib. 3. apud Iurisperitos in princ *tit. VII. de nat. feud. significat.* Feudalium placitorum conditionibus, adimere. *Deuotæ gentes* dicebatur *l. alligatis. C. de venia elig. & commiss.* quæ olim Romano populo parebant. *Deuoti*, qui professi uulgò dicuntur. *Deuotus, & Religiosus* olim (inquit Alciat. in Rub. de verb. sign.) in malam partem solum, at hodie solum in bonam. *Diaturei* apud Alciat. *in l. 1. ff. naut. caup. stab.* custodes nauis sunt, qui non pretio conducti, sed solo victu nauem custodiebant. *Dice* apud Bud. in Annot. *ad l. 1. de iust. & iure.* Dea putebatur iudiciorum præses. *Dicastes*, iudex litium diremptor, & *Dicaspolos*, qui circa reddenda iura versatur. Item quas Græci *Dicas* vocabant, eas Romani Actiones, causas, seu iudicia dixerunt.

Digito summo tangere. Digitum tollere. Digito liceri. Diorthoticum ius. Dirimere. Actionem dirimere. Dirimere tempus. Disquisitio iudicii per opiniones.

1778 *Digito summo tangere* apud Iustin. *in fin. instit.* vt exponit Erasm. cent. 9. Chil. 1. est extremo digito breuiter, seu leuiter attingere *Digitum tollere*, & alio modo *Digito liceri* significat (vt Spieg. v. eod.) quemquam emptioni allubescere. In emptione enim antiquis post licitationem digitus leuabatur. *Diorthoticum ius* apud Bud. *in l. ius ciuile de iust. & iure* dicitur quasi emendatiuum, quod in commercijs versatur. *Dirimere* propriè est componere inter se concertantes. Apud Iurisconsl. *l. 1. ff. de Repud.* vsurpatur pro dissoluere, & separare. *Actionem dirimere* Bud. interpretatur, interrumpere, & in alium diem reijcere eius exitum. Apud eundem *Dirimere litem*, est dissoluere, & decidere. *Dirimere tempus*, est diffindere, vel diffundere diem. *Disquisitionem* vocabant antiqui iudicium per opiniones (vt nunc loquimur) cum opinionem, vel sententiam omnes rogantur. Bud. *in l. posterior. de origin. iur.*

Dolare. Faber figuarius. Dubia causa. Duracinæ vuæ.

1779 *Dolare* dicuntur fabri, cum materiæ asperitatem complanant. Vnde Iurisc. *in l. ferri de verb. sign. Fabros signarios* (inquit) dicimus non eos dumtaxat, qui signa dolarent, sed omnes qui ædificarent. *Dubia causa* iuxta Glos. *in l. admonendi ff. de iureiur.* dicitur, quæ semiplenè probata est. *Duracinæ vuæ.* Græcè *Troximos* in *l. qui fundum de verb. sign.* dicuntur, quæ comestibiles, & maturæ sunt. Effusores apud Imper. Frid. 3. (vt tradit Spieg. v. eod.) dicuntur qui patrimonium peculiumue largè, ac temere expendunt.

Troximos. Effusores.

Elementa prima. Elimatum. Expolere. Eluscare. Eluscatio. Luscitio.

Elementa prima apud Iustinian. *§. pen. in proœm. Instit.* sunt primordia: sic principia dicuntur elementa à corporibus elementaribus per quæ omnia gignuntur: litteræ etiam vocantur elementa, quia iunctæ orationem velut vnum corpus efficiunt. *Elimatum in l. 2. §. cum perspexerimus C. de veteri iure enucl.* est idem, atque expolitum. *Expolire* autem aliquid ampliùs perfectionis denotat, quàm Polire. *Eluscare*, est aliquem altero oculo orbare, *l. in hac actione de condit. trit. Eluscatio* est actio orbandi altero oculo. *Eluscationem* aliqui malè legunt apud Vlpian. *l. item officius de Ædil. edict.* legendum enim est *Luscitionem*, & datur vbi homo lumine adhibito, nihil videt.

1780 *Emicare* apud Iustinian. *l. 2. §. hæc omnia de vet. iur. enu.* pro excellere. *Erubescimus*, ideſt pudore afficimur, eum quid sine lege dicimus. *Authen. de trient & sem. §. Consideramus.* Eruere pro detegere apud Vlpian. *l. inde Neratius §. sed si seruus ad leg. Aquil. Euagari* plus est quam *vagari*, vt sumitur ex Modestino. *l. desertorem, de re milit.* Nam euagari desertoris est, vagari, emansoris. Quid sit desertor, & emansor diximus num. 615. *Eunomia* apud Bud. in Annot. prior. est recta iuris, legumque constitutio *Euocare sacra*, apud Vlpian. *l. sacra de rer. diuis.* est expugnatores sacrilegij nomine exoluere. Inter *Euocari, & vocari* nullum est discrimen apud Vlpian. *l. cum vero is de fideicom. libert.* Apud Latinos, *Euocati milites* sunt qui subita aliqua necessitate ex agris tumultuariè vocantur, *Exaruit patrimon.* in *Authen. do in offic. donat. & C. eod. l. si mater*, pro exhaustum est. *Excedere*, propriè exire est. Sed Paulus *l. 3. de offic. pref.* iuxta Gloss. accipit pro decedere, hoc est se abdicare administratione.

Excedere. Decedere.

Excludi tempore. Exclusio. Excrescere. Decrescere. Executio.

1781 *Excludi tempore* apud Papinian. *l. quærebatur ff. ad S. C. Turpil.* est impediri, ne quis quid possit agere propter tempus. *Exclusio* est exceptio. *l. 2. de except.* Excrescere, & Decrescere aqua dicitur. *l. 1. in princip. de aqua pluu. arc.* iuxta Alberic. *Executio*, ideſt actio iudicati, quam tertius (inquit Spiegel. v. eod.) quod mirari possis, impedire potest, ratione interesse, quod prætendit. Et vulgò iste casus contractionis: qui & causa emergens appellatur iuxta Zasium. *Exberismus dies*, ideſt exemptilis: propterea sic dictus, quòd ex mense eximi solebat, vt annus cum Solis, ac Lunæ ratione congrueret. *Eximere diem*, est prolongare: sic *eximere actionem* dixit Vlpian. cum per dilationem effectum est, vt iam agi lege non posset. Vide exemptam actionem num. 1233. *Eximere ex reis*, hoc est remittere actionem in causis criminalibus, seu reorum, & accusatorum albo delere. *Eximere ex ærarijs* est condo-

Exberismus dies. Eximere diem. Eximere actionem. Eximere ex reis.

Eximere multiplex. Existere. Experiens. Expertes. Explicitè. Explicito. Exportare. Exportatio. Exsyngrapha obsignatis. Tabellis agere.

donare mulctam. *Eximere noxa* est gratiam criminis facere. *Eximere nota*, est remittere infamiam: sic Budæus. *Existere* operari est, & afficere, vt monuit Zasius in Gloss. nouis *ad l. in ratione*.

1782 *Experiens* pro experto *l. ex aula C. de priuil. eorum qui in sacr. pal. milit.* Alberic. *Expertes*, qui nullã rerum experientiam habent. *C. de tut. & cur. illust. pers.* Explicitè (inquit Spiegel. v. eod.) non est distinctè, & apertè, vt Canonistę vsurpant, hoc enim explicatè significat, sed expeditiùs, & celeriùs denotat. *Explicito* pro absoluto apud Vlp. ad S. C. Treb. *Exportare* apud Martian. *l. 2. de export.* est extra portare, seu auferre. Hinc *Exportatio* pro exilio apud Senec. de tranq. vitæ. *Ex syngrapha agere*, id est *obsignatis tabellis agere*, sunt formæ apud Iurisconf. pro eo quod est, rigidè, parumque ciuiliter, sed velut ex obligatione agere.

Facere paria.

Facere paria apud Scæuolam *l. fin. §. argentarius de stat. lub.* significat reddere iustas rationes, & totum debitum soluere. Callistratus in *l. semper §. Conductores de iur. immun.* accipit. *Paria fisco fecisse*, pro satisfecisse, & satis dedisse. Alciat. in lib. Rationum ait: Ab vna pagina acceptũ describitur, ab alia expensum: vnde paria facere dicitur, qui tantum accepit, quantũ expendit.

Facere partem. Coniuncto. Facere promissa. Factum, & gestum. Vmbraticũ factum.

1783 *Facere partem coniuncto*, iuxta Zasium, est efficere, vt partiarius remaneat, nec totum accipiat. Ex diuerso, collega tunc alteri coniuncto partem non facit, quando ipso collega à parte sua excluso, legatum ex vtrisque partibus coniunctus recepit. Vnde regula illa: *Qui ad partem admittitur, partem coniuncto facit*, id est, id efficit, vt coniunctus non plus parte sua recipiat, scilicet vt non recipiat totum. *Facere promissa* (inquit Spiegel. v. eod.) pro stare conuentis, seu verba in rem conferre. *Facere Reum l. si veris. C. de fid. instrum.* est idem atque accusare, & indicare. *Facere sponsionem l. 3. de aleat.* vulgò *apostar*, cum alius alium fore victorem affirmat. *Factum, & gestum* nihil distant apud Caium. *l. licet inter, de verb. sign.* *Factum vmbraticum*, dicitur, quod in nihilum recidit, vt si iudex (inquit Spieg. v. eod.) acta deneget appellationem prosecuturò.

Facundia. Canina facundia. Faida. Faidosus.

Facundia vt sumitur *ex l. Magistros C. de Profess. & magist. lib. 10.* est facultas differendi cum gratia. *Facundia canina*, dicebatur olim quæ forensi oblatratione aduocatorum omnia fora perstrepebat. *Faida* vox est Teutonica, quam Albericus indicat in iure Longobardorum, modò pro iniuria, vt *l. si caballus tit. de paupere*: modò pro hostilitate, & inimicitia *l. in omnibus de plagiar. berer.* *Faidosus*, qui hostis est publicus.

Fallere fidẽ. Fari, & loqui.

1784 *Fallere fidem* apud Vlpian. *l. 1. de Constituta pecun.* est contra quod dictum conuentumve est, facere. *Fari* apud Vlpian. *in l. 2. Rem. pup. sal. for.* nihil aliud est, quàm ferre, id est loqui. Tametsi Varroni faturis, qui primus significabilem vocem ore emittit, nullo seruato ordine verborum. Vnde pueri antequam id faciant, *Infantes* dicuntur. Loquitur autem is, qui suo loco vnumquodque verbum sciens ponit. *Fauere* apud Vlpian. *l. si post mortem §. liberi ff. de bon. poss.* est benè precari alicui, siue alicuius commodum, & laudem tueri. *Fauorabile* (inquit Spiegel. v. eod.) non est vt vulgò putant, fauore dignum, sed quod plenum fauoris apud omnes est.

Infantes. Fauere. Fauorabile.

Tertiana febris. Quartana febris. Festinatio praeceps. Properare, & festinare.

Tertiana febris sontici morbi nomine contineri, hoc est annumerari potest inter eos morbos, qui cadunt sub iusti impedimenti rationem. Sumitur ex *l. qui tertiana, de ædil. edict.* Vbi Iurisconf. dicit non inter sanos censeri, qui tertiana laborant. Hoc non tribuitur Quartanæ, quæ excusationem requirit vt ad *l. quæsitum de re iud.* tradit Barth. *Festinationem præcipitem* opponit Iurisconf. moratoriæ cunctationi. *in l. tutor qui §. 1. de admin. tut.* Inter Properare, & Festinare discrimen est apud Catonem. Qui (inquit) vnum quid maturè transigit, is properat: qui multa simul incipit, neque perficit, is festinat.

Flagrum. Forma causæ. Substantia. Solẽnitas. Formidolosus. Formiter iurare. Informiter iurare.

1785 *Festuca* (inquit Spieg. v. eod.) virga Prætoria, qua quis fiebat liber, alio nomine *Vindicta* dicebatur. Fidem suam adstringere apud Papinian. *l. procurator de procur.* pro se obligare fide præstita. *Figere leges*, est eas in æs incidere. *Refigere* est leges iam ære incisas abolere, & remouere. *Flagrum*, vt sumitur *ex l. Pedius ff. de incend. ruin. naufr.* est idem, quod flagellum, eius diminutiuum. virga nempè, qua cædi consueuerunt serui: sicut liberi fustibus. *Forma causæ*, teste Alciat. cap. 15. lib. 5. Paradox, ordinata series, est rem ad substantiam deducens. *Substantia* verò, quæ primam rei essentiam præstat. *Solemnitas*, modus est, seu qualitas quædam rei accedens, qua actus fit solemnis. *Formidolosus. §. si quis Instit. de pupill. subst. & l. fin. C. de vir. & delib.* est qui formidat, & qui formidatur. *Formiter iuratur* apud Zasium §. *Item si quis de Institut. de action.* quando cum causa adiecta, vel cum expressione contractus iuratur. *Informiter* vero, cum causa iuramenti non exprimitur.

Formula. Formulæ iuris. Foro cedere. Fractum. Fragmentum. Fugitiuum iumentum. Geminata verba.

1786 *Formula* diminutiuum à forma est, & accipitur pro præscripto, norma, vel nota: item actione apud Paulum *l. si seruus de furt.* Formulæ iuris sunt solemnitates iuris. *Foro cedere* apud Bud. *ad l. si hominem Depositi*, dicuntur argentarij, cum tabernis, seu mensis suis, quæ erant in Romano foro, cedentes, alio habitatum migrant: quod est negotiationem mensariam abrumpere. *Fractum interdam* significat dissolutum; *& in l. Marcel. de verb. signif.* continetur, sub verbo rupisse. *Fragmentum*, vt habetur. *l. autem §. Arist. ff. si seruit. vendicet.* est pars fractæ rei. *Fugitiuum iumentum* aut erronem, etiamsi fugiat, aut erret, non dici, author est Pompon. in *fin. l. Labeo eod. tit.* *Geminata verba*,

hoc

Gemmati lecti. Genium Principis. Gerere rem, & res.

hoc est repetita *l. balista ff. ad Trebell.* voluntatem constantem indicant. *Gemmatos lectos*, id est Gemmis distinctos, & ornatos dixit Paul. *l. 3. de supell. leg.* *Iurare per genium Principis*, vt iurabant milites, se nunquam militiam deserturos apud Modest. *l. 3. §. in bello ff. de re mil.* est idem, atque iurare per Principis maiestatem. *Gerere rem, & res*, aliud esse (nam hoc est belligerare, illud *Negotia gerere*) Budæus notat: propterea in *l. desertorem §. in bello de re mil.* legendum putat, cesserit, pro gesserit.

Genisia. Gerontes. Gignere, & parere. Gloria viuere. Græca fide mercari. Grandiculi. Gratiam legis facere. Soluere legibus. Gratuita libertas.

1787 *Genisia* apud Glos. *l. archigerontes C. de Episcop. audien.* fuit in Lacædemonia id, quod Senatus Romæ, dicta scilicet à senibus, qui Græcè *Gerontes* vocantur: *Gignere, & parere*, factum, & operationem quandam important. Hinc teste Barth. *ad l. liberorum de verb. signif.* dispositio loquens de filijs, ex viro, & vxore natis, nisi in veris filijs locum habere potest, maximè illis superstitibus. *Gloria viuere* apud Iustinian. *§. si in bello, Instit. de excus. tut.* dicitur, qui pro Republica cecidit. *Græca mercari fide* (inquit Spieg. v. eod.) id est numerata pecunia, vbi non verbis, neque stipulationibus, sed præsente pecunia res agitur. *Grandiculi pueri* apud Canonistas *cap. 1. de delict. puer.* sunt doli capaces. *Gratiam canonis legisue facere* pro dispensare dici posse, monuit Bud. in Annot. Quid & *soluere legibus*. *Gratuita libertas*, quæ datur gratis, & sine pretio, *in l. 1. ff. de libert. & eor. liber.*

Hepaticus. Horologiũ. Iacere testes. Ianthinus. Idioma. Igniarium. Ignotus. Illexerat. Illunies.

1788 *Hepaticus* inter morbosos censetur *l. qui clauum de ædil. edict.* & est qui hepatis morbo laborat. *Horologium*, Vlpian. *l. quæsitum. §. Papinianus, est horarium*. *Iacere testes* dicuntur, qui vim testimonij habere non possunt legibus. *Ianthinus* Vlpian. *l. si cui Buccinum deleg. 3.* est color violaceus. *Idioma* (inquit Spieg. v. eod) est proprietas. Nam vnaquæque lingua sua quædam habet peculiaria. *Igniarium* (inquit Budæus apud Spieg. v. eod.) est quo ignis atterendo elicitur: constat silice, & ferro quo silex atteritur percussu: vnde scintillæ decusse, & in fomite, linteoque concepto exceptæ flammam excitant. *Ignotus* Iustinian. *paragr. Item propter Instit. de excus. tut.* est incognitus: non visus. *Illexerat* Vlpian. *l. 1. paragr. si omnes de ventr. in spic.* pro persuaserat in sententiamue attraxerat. *Illunies*, & non *Ingluuies*, vt antiqui Codices habent apud Trebatium *l. qui clauum de ædil. edict.* spurcitiam, immunditiam, fætoremque oris notat.

Imagines subitæ. Imbuti artificijs. Imbuere. Imitari chirographum. Impluuiũ. Importuna.

1789 *Imagines subitæ* apud Budæ. *in l poster. de orig. iuris*, dicuntur quarum nobilitas parum antiqua est, & quæ repentè, fortunæque beneficio acquisita. *Imbuti serui artificijs* apud Vlpian. *l. si seruos de pignorat. act.* sunt instructi in scriptura, vel pictura, vel simili artificio. Nam *imbuere doctrina aliqua*, idem est, atque docere, instituere, vel formare. *Imitari chirographum* (inquit Spieg. v. eod.) hoc est adulterare, capitale crimen est. *Impluuium, Chortem, Pluteam*, & *Hypetrium*, quæ veteres distinctè appellarunt, vnico nomine Aream dici posse, videtur Alciato *ad l. fundi de verb. sign.* *Importuna* propriè sunt inuecta, & illata. Innoc. *in l. 1. de migrando*. Improuisum debitum *l. vlt. §. 1. C. de iure delib.* id est inopinatum hæredi, cum deliberaret de adeunda hæreditate. *Impune*, sine pœna, sine damno, vel periculo. *l. qui seruum ff. de verb. oblig.* Imputare pro subducere rationem. Vlpian *l. 1. §. de seruis ff. de tut. & rat. distra.* *Inateres* (inquit Spiegel. v. eod.) duorum fratrum vxores Græcis inter se vocantur. *Incidere* pro insculpere *l. 1. §. sed ne. ff. de orig. iur.*

Indotatus. Ingerere. Ingressus contractus.

1790 *In creditum possidere*, vt habetur *l. à diuo § si pignora ff. de re iud.* dicitur, qui in possessionem pignorum debitoris, ex decreto prætoris missus est. *In dictu causæ damnari* teste Bud. in post. add. dicuntur, qui ad iudicium vocati, non affuerunt, absentesque sententiam sustinent, *Indictum* autem significat, tum quod non dictum est, tum quod solemniter promulgatum est. *Indotatus*, id est non dotatus. *l. si dotaturus ff. de condi. cau. doe.* non cogitur quis ducere vxorem indotatam, hoc est, quæ non affert dotem. *Ingerere* est inserere, inducere: sed in iure plerunque vitium sonat. *Vnde* in *l. quia omnia § nec ferendus ff. de procur.* suspectus est Vlpian. Ingerens operam suam inuito. *Ingressus contractus* apud Vlpian. *l. iuris gent. de pactis*. non est principium contractus, sed proposita ipsius contractus materia, vt dolet Alciat. lib. 3. cap. 24. Parat. *Inhonestum* nempè id, quod honestè fieri non potest, dicitur in iure impossibile, *l. filius qui ff. de condit. instit.*

Iniuriæ scriptæ. In litem iurare. Intentare actionem. Instituere. Intergerinus paries. Intermissio. Intermittere. Intimare. Isonomia.

1791 *Iniuria scripta, vel picta* apud Zasium ad *l. cum lex ff. de legibus* vocantur perpetuæ: quia in eis annus non transit. *In litem iurare* est inire iuramentum affectionis, de quo num. 1372. *Intentare actionem* est apud vulgus, quod *Instituere* apud peritos. *Intergerinus paries*, est qui diuidit domum à domo. Papiniano tamen *l. si fratres §. item si ff. pro socio*, concratitius est. Vide Alciat. *l. maiore parte, de verb. sign.* & Baptist. Pium in poster. annot. cap. 83. *Intermissio* est vacatio ab aliquo munere ad tempus. *Intermittere* in *l. nam & seruus § suo ff. de neg. gest.* pro non continuare. *Intimare* in *l. 2. C. de iud.* pro denuntiare. *Isonomia* apud Bud. in *l. ius ciuile de iust. & iure* est æquabilis bonorum, honorumque distributio, in qua omnia omnibus paria, ac demensa respondent.

Laborante naue. Laceratam. Lacessere famam. Lagena.

1792 *Laborante naue* Paulus dixit in *l. 2. ad legem Rhodiam* pro periclitante. *Laceratum* apud Vlpian. *l. item Offilius de ædil. edict.* pro discisso, aut vulnerato. *Lacessere famam patroni* (inquit Papinian. *l. si adulterium paragraph. pen. ad legem Iulium de adult.*) liberto non facilè conceditur: nempè per accusationem: quia non licet eum accusare, nisi in certis casibus. *Lacessimus* hoc est prouocamus, seu impellimus scripto, verbo, facto: & accipitur, tum in bonum, tum in malum. *Lagena* apud Scæuolum *l. cum quis decedens paragraph. se iam, de leg.*

3. ge-

3. genus mensuræ est: accipitur etiam pro vase testaceo, tum ad vinum, vel aquam, tum ad alios humores continendos accommodato, *Langor* defectus virium, & succi naturalis, *in l. iusto paragr. cum qui ff. de vsucap.* transfertur ad animum. *Lanifica mulieres* apud Alphen. *l. Villæ instr. de fund. instruct.* sunt quæ lanæ artem exercent. *Lanista* apud Budæ. ad *l. Athletas* sunt gladiatorum magistri, atque instructores. *Laux* vas est escarium: vulgò diximus *Prato*. Erant autem lances maximæ, mediæ & minimæ, vt ait Iurisc. *l. qui laucem. de auro & arg. leg* Earum quadratæ aliæ, de quibus *l. vestes ff. de aur. & arg.* aliæ rotundæ, de quibus *l. si rem, de rei vendic.*

Langor. Lanista. Lanx.

1793 *Lapidicina* Græcè latomia apud Bart. *l. 1. ff. de contr. empt.* Locus est vbi lapides exciduntur. *Latafuga* apud Martianum *l. exilium ff. de inter. & releg.* fuit species exilij, cum scilicet locorum omnium, præter certum quendam, aditus permittebatur. *Lateres* vt exponit Budę. ad *l. si fratres pro socio*, ex terra alba & cretosa fiebant, siue etiam ex rubrica, & maiusculo sabulone. Vnde non rectè interpres ad *l. si venditor paragraph. firmius, de action. empt.* dixit significare lapides. *Laxitas* vt habetur *paragraph. planè instit. de rer. diuis.* est naturalis libertas animantium.

Lapidicina. Latomia. Latafuga. Lateres. Laxitas.

Leonina societas, quæ extat *l. si non fuerint paragr. Arist. pro socio*, est qua alter lucrum tantum, alter damnum sentit: & talis solet inire inter præpotentes & tenues. *Lictores* apud Hermogenian. *l. antepen. de manumis. reincid.* vt exponit Bud. in *l. Proconsules, de offic. proconsul.* dicebantur, qui ante prætores, & consules ferebant insignia magistratus, nempè virgarum fasces, & secures. *Liquamen* habetur *l. 1. quæ res ex por. non deb.* & dicitur pinguedo ab igne liquata, quæ coquinatio vsui pro condiendis edulijs reseruatur.

Leonina societas. Lictores. Liquamen.

1794 *Logodædalus* apud Bud. ad *l. ius ciuile de iust. & iure*, est loquendi peritus, ciuilium verò rerum ignarus: verborum nundinator inanis, qui venustatem verborum, non sensum consectatur: qui orationis concinnitatem potiùs, quàm pondera sententiarum præstare potest. *Lucrificare iniuriam*: Budæo teste, est iniuriam impunè committere, & pœnam non luere. *Ludificatio* apud Imp. *l. cum te C. de pact.* sumitur pro friuola dilatione. *Luere* est soluere, & captiuos redimere, aut res captas recipere pretio dato. Item *paragr. sed & si rem suam. Instit. de delez.* Legislatori hoc tantum significat, cum hæres ius pignoris soluit eius rei, quæ alicui legata est. *Luere pœnas* in *l. si u. de bon. damn.* est idem, atque dare pœnas. *Lusoria edicta* apud Iulianum *l. si prætor, de iudic.* sunt elusoria, & sic legit Haloander.

Logodædalus. Lucrificare iniuriam. Ludificatio. Luere. Luere pœnas. Lusoria edicta.

1795 *Machina* vt habetur in *l. si vt tertio paragr. sed interdum* Vlpiano est vbi non tam materiæ ratio, quàm manus, atque ingenij ducitur. *Machina frumentaria* eidem Vlpian. in *l. quæsitum paragr. 2. de fund. instr.* sumitur pro instrumento, quo frumenta facilè in granaria impelluntur. *Magistri caremoniarum*, olim dicebantur *Designatores*, vt notat Budæ *ad l. Athletas, de his qui not.* & sunt qui in regum aulis cum pompa fit, vnicuique incedendi locum, ordinemque præscribunt. *Magisteriani* habentur in *Authen. de mand. princip.* vel potiùs de *præcep. præsid.* & inter magistratus genera referuntur. *Matrices*, per diminutionem, *Matricula*, de quibus frequens est mentio in posteriori lib. Cod. fuere libelli, in quibus describebantur, qui Cæsareo fisco aliquid pensitabant. *Matrices aquarum.* Albetic. in *l. eos C. de aquæd. lib. 12.* indicat poni pro fistulis. *Mamillare* est fascia, qua fœminæ mamillas cogunt. Id, si cui legatum est (inquit Spieg. v. eod.) etiam detractis ornamentis, deberi videtur: sicut Paulus dixit de inauribus *l. pediculis de aur. & arg.*

Machina. Frumentaria Machina. Magistri cæremoniarum. Designatores. Magisterium. Matriculæ. Matrices aquarum. Mamillare.

1796 *Menstruum* pro alimento in singulos menses legato: vt *Annuum* in singulos annos. Vlpian. *l. qui bonis, de Cess. bon. & in l. ex annuo, de don. inter vir. & vxor.* Qui fuerint *Mensularij* apud Vlpian. *l. si ventri paragr. in bonis, de priuil. credit.* alio nomine nummularij, mensarij, & argentarij, declarat Budæus his verbis: Habebant (inquit) causam publicam, & rationem accepti expensique faciebant, & tam pecuniariam permutationem, quàm maiorem negotiationem exercebant, quibus olim moris fuit, pecunias custodiendas dari, fœneratè interdum, interdum gratuitò. *Mercalem vxorem* Albericus. *C. de condict. ob turd. caus.* interpretatur meretricem. *Metæcus* apud Pompon. *l. pupillus de verb. signi.* est qui sedes mutat, & de loco in locum transit, Latinè transmigrator, seu incola. *Minister nudus*, est merus executor, iuxta Barth. in *l. si quis Titio. de leg. 2.* quamuis Iurisconf. simpliciter ministrum legatario opposuisse videtur.

Menstruũ. Annuum. Mensularij. Mercalis vxor. Metæcus. Minister nudus.

1797 *Misocalus* apud Bud. in *l. 1. de iust. & iure*, dicitur osor honesti, atque is, qui omnem literarum elegantiam, nitoremque dicendi perosus, ab omnibus doctrinis humanioribus abhorrens, rusticus, inuenustus, illepidus, & hircosus est. *Mittere plenam opinionem* apud Vlpian. *l. inter pœnas de interd. & releg.* pro eo, quod vulgò dicitur, totalem facere informationem. *Mortalitas* pro morte apud Iustinian. *Instit. Quibus mod. test. infir.* vbi dicitur quis mortalitate præuentus. Sic Triphonius *l. pen. ff. de vi, & vi arm.* subtractos mortalitate seruos dixit. *Multam committere* apud Bud. in annot. ad l. 2. de iudic. est vt vulgò dicitur, incurrere pœnas. *Hinc multa commissa* censetur, quando quis aliquid commisit propter quod multa afficiendus est. *Multam irrogare* (inquit Bud.) hodie, forensi vocabulo dicitur, *Concludere ad multam*, & *Conclusiones multtatitias assumere*: quod & pœnaliter intendere dici potest Latinè loquentibus. *Muliebria passus* est Sodomita paticus, quem Imp. in *l. cum vir C. de adul.* gla-

Misocalus. Mittere plenam opinionem. Mortalitas. Multam cõmittere. Multa cõmissa. Multam irrogare. Conclusiones multtatitiæ. Muliebria passus.

gladio puniunt. *Mutare statum* pro perdere. *l. si ex causa paragr. Pomponius de minor.*

Nancisci. Naturæ concedere. Negotiari animas. Nidus. Nominatū delictum. Speciale delictum. Nouelletū. Nouissimū supplicitū. Nouum quid.

1798 *Nancisci* (inquit Spieg. v. eod.) non est simpliciter acquirere: sed is nancisci dicitur propriè, qui paratus ad tenendum antequam possit reperire, quod teneat, statim quod occurrerit, prehendit. In iure pro consequi ponitur. Vide Alex. Neap. l. 1. genial. cap. 21. *Naturæ concedere l. 1. C. ad Tertullian.* pro naturæ satisfacere, id est mori, *Negotiari animas*, teste Spieg. v. eod. dixit Plinius venustè de medicis, pro facere lucrum in occidendis animabus. Et quidem Iuristæ frequenter dicunt impune hominem occidere, licere medicis. *Nidus* dicitur à nidore, quod mali odoris fiot auium cubilia. *§. apium Instit. de rer. diuis.* Nidi etiam vocantur receptacula in quibus merces continentur in tabernis. *Nominatum delictum* (vt tradit ex Alciato Spieg. v. eod.) interpretes appellant, quod Iurisconsulti generalis delicti nomine intelligunt. *Speciale* verò delictum videtur, quod innominatum dicunt: vt cum quis in ius vocatus non paret, eum temerè appellat, cum ius dicentem contemnit. *Nouelletum* apud Alphen. *de fund. dot.* & Paulum *de impens. in reb. dot. fact.* est vinea ex nouellis vitibus consita. *Nouissimum supplicium* pro morte in *Auten. de leuonib.* *Nouum* non est quod vsitatum. *l. non est nouum ff. de legib.* Nouum non facit, qui detergit, quod vetus est *l. adeo §. cum quis ff. de acquir. rer. Dom.* Nouum interdum dicitur, tametsi quid de veteri extat. Arg. *l. Prætor §. fin. ff. de damno. inf.*

Nuces pomi appell. Nugatoriū. Numeralia.

1799 *Nuces*, cæterosque fructus non minus propriè pomi nomine comprehendi, quā mala, indicat Alciat. ad *l. qui fund. de verb. sign.* Hodie tamen in vulgari vsu aliud est. *Nugatorium* apud Vlpian. *l. si quis sit fugitiuus §. erronem. ff. de ædil. edict.* est nugarum plenum, seu quod est leuium rerum, ac nullius ponderis. *Numeralia simplicia*, teste Zasio *ad §. omnes Instit. de action.* Iurisperiti dicunt, quæ Latini nomina Cardinalia, scilicet vnum, duo, tria, & cætera. *Numeralia multiplicatiua* sunt duplum, triplum, quadruplum, &c. Vide apud Parlad. diff. 116. discrimen inter numeralia, cardinalia, & distributiua.

Obliterare. Obnuntiare. Obnuntiatio. Obrogare. Obsequiū.

Obliterare, vt notat Alber. ad *l. hi qui sanctam C. de Apostat.* est abolere, & quasi è literarum monumentis delere. *Obnuntiat* (inquit Spieg. v. eod.) qui malam rem nuntiat: qui bonam, annuntiat. Alciat. in Comment. scribit quòd denuntiatio, quæ prohibitoria erat, *Obnuntiatio* propriè dicebatur. *Obrogare*, vt ait Tusan Annot. lib. dud. Epist. 4. est legem legi contrariam rogare. *Obsequia* rectè distinguntur ab operis: nam obsequia in honoris exhibitione, & reuerenti verecundia consistunt: operæ verò ipsum operarij laboris tractum significant. Aug. *l. operæ ff. de opo. libert.* Illud in *l. qui pro tribunali*, scilicet *Pro personarum obsequio* idest pacabilitate, modestia, comitate.

Obsequior vita. Obsignare. Ob stare. Obstringere. Obstrictus tutor. Obuenit hæreditas. Occisorum appell. Occurrere odores.

1800 *Obsequior vita* in *l. cum hi §. sed, & ff. de transact.* est vita indulgentior, & delicatior, quę plus ab alimentis pendet. *Obsignare* apud Martian. *l. diuus 2. ff. de cust. & exhib. reor.* est signi impressione occludere. Vnde in *l. fin. de leg. 2.* *Obsignata epistola* pro occlusa, & sigillata. *Obstare* pro impedire *l. 3. de offic. prox.* propriè autem contrastare significat. *Obstringere res suas*, *l. si pater C. de crim. stell.* est pro pignore obligare. Sic *obstrictus tutor.* l. 1. C. de tut. est obligatus. *Obuenit hæreditas* (inquit ex Vlpian. Spieg. v. eod.) *vel ex hæreditate, vel hæreditate*, hoc est, quòd vulgò dicimus per successionem: quasi ex hæreditate obueniat, quando quis ab alio liberè institutus est hæres. *Occisorum appellatione* apud Vlpian. *l. 1. ad Sylla.* veniunt qui per vim, & cædem sunt interfecti, vt putà iugulati, strangulati, præcipitati, vel saxo, vel fusto, vel lapide percussi, vel aliquo alio telo. *Occurrere* pro obsistere *l. 1. §. 1. de ædil. edict.* vt occurratur fallacijs venditorum. *Odores* id est aromata apud Vlpian *l. idea ff. de in rem vers.*

Oedasticus. Officiosè. Officio fungi. Oleagineū. Olfacere. Opacum. Opitulatio, & auxiliū. Oppignerare. Repignerare. Optare. Optio. Optionatus.

1801 *Oedasticus* apud Alciat. *l. 1. C. de ponderatione lib. 10.* vir ponderum, & staterarum rationem optimè callens. *Officiosè* apud Paulum in *l. portiones ff. de his quibus vt indig.* pro diligenter, & ex animo. *Officio fungi l. 1. C. qui pet. tut.* est officium exercere. *Oleagineum poculum* apud Zaboleoum *l. concubinam de leg. 3.* non pro eo, quòd oleum continet, sed quod est ex olea arbore, accipitur. *Ol fecit equus mulam* honestè dixit Alphenus in *l. vlt. ff. si quadrup. paup. fecis. dic.* pro coitum appetiuit. *Opacum* vt notat Accurs. ad *l. æquissimum ff. de vsuf.* est vmbrosum, seu afferens vmbram. *Opitulatio, & auxilium*, quomodo inter se differant, tradit Alber. ex *l. 1. ff. de minor.* vbi prætor opitulationem pollicetur minoribus annis xxv. aduersus captiones, hoc est dolum aduersarij: auxilium verò, si facilitate decepti sunt: vnde videtur opitulatio esse quid maius auxilio, & quæ propriè in rebus dubijs, & malis dicitur. *Oppignerare* (quo verbo vtuntur Iurisconsulti teste Beroal. comm. in Asinum 3. est pignus dare fæneratori: *Repignerare*, pignus recipere est, resoluta cum fænore pecunia. *Optare* in *l. 3. ad exhibendum* est simpliciter eligere: sicut *Optio* est electio, vt sumitur ex toto titulo *ff. de option.* *Optionatus*, de quo fit mentio in tit. *de iure fisci C. lib. 10.* Optionis quæstoriæ munus est *Optare beneficium* est illud sibi eligere, de quo Lotarius lib. 2 q. 25 à n 21.

Optimum maximūq; Optiones.

1802 *Optimum maximumque tradere* (vt inquit Spieg. v. eod.) Vlpiano significat liberum esse, hoc est nulli seruire. *Optimus, maximusque* apud Paulum *l. illa verba de verb. signi.* in eum cadere possunt, qui solus est. Bud. in *l. fin. de iur. immun.* Optionem accipit pro eo, qui adiutor est centurionis, aut decurionis. Et quidem *optiones* vocantur hi milites, quos decurio, aut centurio optat sibi rerum priuatarum ministros, quò facilius obeat publica officia. Vnde optio-

Pædago-gium. Optiones dicti, quòd sint electi. *Pædagogium*
est idem, atque mancipium, seu potiùs man-
cipiorum grex Vlpian. *l. quæsitum ff. de fundo in-*
struct. si instructum (inquit) fundum legas-
set: & pædagogiæ, quæ ibi habebat, vt cum ibi
venisset, præstò essent in triclinio, legato con-
tinentur. Apud Latinos pædagogium est lo-
cus in ædibus, vbi pueri ac serui commoran-
Pali. tur. *Pali* non continentur lignorum appella-
Paruchla-mys. tione *l. pali de verb. sign.* & *l. puli. de leg. 3. Para-*
chlamys vestimenti genus non modò militare
Plauto in Persa, sed etiam puerile Vlpian. *l.*
vestis de aur. & arg. leg.

Parere. 1803 *Parere* enitentis mulieris actum si-
gnificat: vnde ex *l. anniculus in fin. & l. qui*
mortui. de verbor. significat. si exacto vtero in-
fans mulieri detrahetur, peperisse non vide-
Pariet multiplex. tur, vt nec si mortuos pepererit. *Paries* diuidi-
tur in murum & maceriam *l. paries. de verb. si-*
gni f. & *l. quantum* eod. tit. appellatur etiam sine
calce, aliaue compactione formetur. Est mul-
tiplex apud Spieg. v. eod. *Lateritius* est ex la-
Lateritius. tere crudo ad solem siccato. *Testaceus* ex late-
Testaceus re cocto: *Cæmentitius* est ex temerè conie-
Cratitius. ctis lapidibus, calceque permixtis: *cratitius*,
seu *cratitius* ex cratibus insertis, seu asseribus
Solidus paries. transuersis in modum cratis. *Paries solidus* in
quo nullus arcus est. *Fornicatus*, qui arcum ha-
Fornicatus paries. bet. *Communis*, quem communiter ædificant
vicini: ad quem ius habet vicinus iungendi
Communis paries. ædificium. *l. fluminum, & l. inter quos ff. de damn.*
infect.

Partus. 1804 *Partus* est actus periendi, & ipsa pro-
les. *l. si post diuorsium ff. de iure dot.* Sexto mense
natus (inquit Spieg. v. eod.) vulgò quæsitus di-
citur, non legitimus: fecus in septimo mense.
Pauimentū. *Pauimentum*, vt sumitur ex *l. foramen ff. de seru.*
verb. est ipsum domus solidamentum, dictum
Peculiare crimen. à pauiendo, id est tundendo. *Peculiare crimen*
l. 1. C. ne banc bap. & *l. si quenquam de Episcop. &*
cleric. dicitur commissum, quòd sanguine, hoc
Pelargici-moni. est vita, & extremo supplicio expiatur. *Pelar-*
gicimoni dicti, quasi Ciconiariæ leges, quibus
Pendere. filij parentes alere iubentur. *Pendere* pro sol-
uere *l. 1. ff. si ager. vet.* Accipitur etiam pro æsti-
Perductores. mare. *Perductores* (inquit Spieg. ex Asco-
nio) in hoc differunt à lenonibus, quòd le-
nones fint scortorum, Perductores etiam
inuitarum personarum. *Peregrinitatis Reus*
dicitur, si falsò quis pro ciue Romano se
gessisset. *Perfide agere* circa rem pupilli tu-
tor dicitur potiùs, quam contrectare *l. tres tu-*
tores ff. de adminiſt. tut. Inter Perfugam, &
perfuga. Transfugam nullum videtur esse discrimen.
Sunt qui dicant *Perfugam* esse, non tam qui
alios fugiat, quàm qui ob spem commodorum
perfugium. ad quempiam perfugiat. *Perfugium* enim si-
profugium. gnificat locum fugæ tutum. Sicut *Profugium*
magis fugæ spatium notat.

perimere legatum. 1805 *Perimere legatum*, vt sumitur *in l. qui*
hominem ff. de adim. legat. non est prorsus tolle-
Adimere. re, sed extenuare. *Adimere* verò est tolle-

re, interficere. *Perissologia* apud Coloss. *perissologia.*
ad *l. Lecta ff. si cert. pet.* est verborum adiectio *Conculcatio.*
superflua, quam & *Conculcationem* Iurisæ ap-
pellant. *Pernicies* apud Iustinian. § 1. *in fin. In-* *pernicies.*
stit. Quibus alien. licet. non destructionem, sed *perpetrare.*
propriè exitum significat. *Perpetrare* denotat *perscribere.*
perfectionem actus, & plerunque in mala re. *perscriptio.*
l. fin. §. si quis autem ff. de bon. eor. qui mort. Perscri- *phrenesis.*
bere est in tabulas publicas, in actuque referre: *pila ludere.*
vulgò dicunt in Registro scribere: *Perscriptio* *pirata.*
apud Modestin. in tractat. de decur. est ipsa
perscribendi actio. *Phrenesis* apud Spieg. ex
Vlpiano, quem citat, est cerebri passio, princi-
pales actiones eius lædens, mentem commo-
uens, & insanire faciens. *Pila ludere* vulgò *iu-*
gar à pela reperitur apud Vlpian. *l. Item Mela*
ait & Alphon. *l. si ex plagis. De lege Aquil.* Pira-
ta id est prædo *l. in rebus ff. commod.*

1806 *Plumbata* est pila plumbea, quam *plumbata.*
veteres *Manobarbalum*, & milites, qui plumba-
tis vtebantur, *Manobarbalos* vocabant. *l. 2. Cod.* *Manobarbalum.*
de exact. trit. lib. 10. Potitus hostium apud Papi-
nianum *l. quod si filius de capti, & postlimi. re-* *potitus hostium.*
uer. Sumitur in passiua voce pro eo, qui fa-
ctus est hostium præda. *Precarium clientela-* *precarium*
re (inquit Spieg. v. eodem) Latinè toleran- *clientelare.*
tia dicitur: vt quando patronus clienti in-
dulsit, vt precario possideret. *Præcidere* apud *præcidere.*
Budæ. *ad l. poster. de orig. iur.* vulgus *quotare* ap- *Quotare.*
pallat, id est designare quotum quemque ar-
ticulum, quotum quodque caput oppugnare
velit litigator: ne in vniuersum admissus, li-
ceenter tergiuersari, & identidem variare pos-
sit. *Præcingimus vestimenta* (inquit Spieg. verbo *præcingere*
eod.) Accingimus arma. *Præfectorius vir* Vlp. *& accinge-*
l. 1. de Sen. est, qui fuit præfectus. *Præfocare in l.* *re.*
notare ff. de liber. agnosc. est spiritum faucibus *præfectorius vir.*
claudere. *Prægnantes clausulæ* sunt ad tollen- *præfocare.*
dum omnem ignorantiam, & errorem, quales *prægnantes*
censentur Plenitudo potestatis, Motus pro- *clausulæ.*
prius, certa scientia.

1807 Hoc verbo *Prægrauari* vtitur Iusti- *prægrauari.*
nian. eleganter *paragraph. quædam actiones in-*
stitut. de action. sumpta nempè metaphora a
libra, quæ ad æqualitatem respondere debet.
Præstare culpam apud Budæum, hoc est alie- *præstare culpam.*
nam culpam in se recipere, & rei euentum
suo periculo, ac fide esse velle, vel iubere. *Pro* *pro suo.*
suo est titulus generalis, eum dominium no-
bis acquiri putamus, & ex ea causa possidе-
mus, ex qua acquiri solet, siue iure gentium, si-
ue iure ciuili. Aliquando concurrit cum cum
titulo speciali. Nam ex causa emptionis, &
pro emptore, & pro suo possidetur. Item in re
legata, vel donata, vel alijs modis legitimè
tradita *l. 1. ff. pro suo*. *Processus viri* in *l. nam &* *processus*
imperator ff. de donat. inter virum & vxor. pro *viri.*
progressu, quem facit in honoribus adipiscen-
dis. *procreare* in *l. 1. ff. de solut. matrimon.* est libe- *procreare.*
ris operam dare. *Prodere legem* est destituere,
Vlpian. *ad l. Iul. de adult.* vbi legem prodi-
disse quis dicitur ob hoc, quod accusationem

Proferre. Producere.

adulterij aggressus, accusare destitit. *Proferre* apud Bud. in Annot. prior. est, quod vulgò dicimus *Producere* id est apud acta deponere. Producere autem de testibus, non de litis instrumentis dici debet.

Probedri. Proscindere terram. Proscribere. Proxenetria. Promnestria. Pruna, & Carbo. Pictae. Pythones.

1808 *Probedri*, vt notat Bud. ad tit. *de off. praef. praet.* dicebantur Praesides, Magistratus quidam primi subsellij, quibus caeteri omnes sedendi loco cedebant. *Proscindere terram* apud Paulum *l. Sylua. de verbor. signific.* est illam vertere, cum primum aratur. *Proscribere* vt habetur *Cod. de fide instrum. & de iure hastae fisci. l. decimo. l. vlt.* est aliquid per scripturam venale proponere, & publicare. *Proxenetria* alio nomine *Promuscitria* apud Alciat. l. 1. dispun. cap. 22. dicitur conciliatrix nuptiarum. *Pruna* dicitur quandiu ardet; *Carbo* cum extincta fuerit. Horum appellatione materia non venit, *l. carbonum de verbor. sign. Pictae* sunt pugiles *l. 2. de his qui not. infam.* & aliorum nomen ad gallinaceos pugnaces transfertur. *Pythones* daemonibus obnoxij, qui sint canonicis decretis *caus. 26. q. 3.* declarat Caelius Rhod. lib. 8 cap. 10.

Quadrigarum app. Quaestionẽ ferre. Quaesitor. Quiet

1809 *Quadrigarum nomine* intelliguntur etiam equi, qui quadrigas agunt *l. peculium §. quadrigae de lege 2.* est locutio per Synedochen. vide Zas. ad *l. scir. debemur ff. de verbor. obligat. Quaestionem ferre* apud Budae. *l. 1. ad leg. Cornel. de Sicar.* est vindicandum facinus iudicibus praebere, & mandare, vel potiùs ad senatum referre, vt de vindicando scelere extra ordinem senatus consult. in iudicium res deducatur. *Quaesitor* apud eund. loco citato, is dicitur, qui quaestionem habet, hoc est, qui inquirendum curat de crimine, de eoque iudicium exercendum. *Quier* apud Vlpian. *l. 1. § cura curnir de offic. praef. vrb.* pro laxamento, & otio. Quies (inquit) popularium, & disciplina spectaculorum ad praefecti vrbis curam pertinere videtur. *Radijs maritorum* vxores coruscant, hoc est fulgent, & conspicuae sunt. Authent. de consul. *Rebellis*, & fidelis contraria sunt apud Barth. in constit. Imp. Henrici VII. Nam qui arripiunt (inquit ille) arma in eum, cuius iurisdictioni subditi sunt, vel qui fidem illi datam non seruant, & iussis magistratuum, in ijs, quae ad commissum eius officium pertineat, repugnant, propriè rebelles appellantur.

Recensio. Recidere. Referre in commentarium. Refragari obsequijs. Refuga. Refutare feudum. Reijcere calcem. Relocare. Remunerare. Remuneratio.

1810 *Recensio* apud Vlpian. *l. 3. §. si quis noxali, Ad exhiben.* pro recognitione. *Recidere* vt habetur *l. fine contr. de liber. agnosc. & Institut. quibus mod. iur patr. potest.* est sui iuris fieri non posse: id est de potestate in potestatem descendere. *Referre in commentarium* iuxta Bart. in Annot. prior. vulgò dicimus registrare. *Refragari obsequijs* apud Imper. *l. fin. C. de obseq. pot. praest.* est ea praestare, non velle. *Refuga* Vlpian. in *l. aut damnum de poenis* est, qui aliorum dominium fugit. *Refutare feudum* in Placitis feudalibus *l. vnica de vas. qui coat. constit.* pro non ita esse ostendere. *Reijcere calcem. l. fin. ff. si quad. pau. feci.* dic. pro tetro iacere. *Relocare* vt habetur *l. item quaeritur §. si. in l. ff. locati*, est opus ad diem constitutum non perfectum, alij artifici, idem denuò faciendum locare. *Remunerare* apud Budae. ad *l. sed si logr. paragr. consuluit. ff. de petit. hered.* est mutuam gratiam referre, hoc est munere aliquo munus aliud compensare, beneficioque beneficium reddere. *Remuneratio* est muneris alicuius munere aliquo compensatio. *l. 1. ff. si mensor.*

Renouare. Protelare. Repedare. Repellere. Repurgiũ. Reputare. Restagnare. Rimari. Saccus.

1811 *Renouare* est iterum nouum facere. Est frequens in iure *l. 1. de damn. infect.* Renouatur grex *l. grege de pign.* Renouatur contractus *l. iuri gent.* de pactis. Renouatur autem (inquit Spieg. verbo eodem) quod finitum est, *Protelatur*; quod adhuc durat. *l. dies. de damn. infect.* Renouata dos instrumentis non reuocatis, interpretanda est, vt censuit Vlpian. *l. Diuus seuerus, de iure dot. Repedare l. qui ex grege.* C. de cohor. 12. pro reuerti. *Repellere* est propulsare, vt *l. quae omnia de procurat.* Conuitium conuitio repellitur. *Repurgium* apud Imperat. Constant. *l. 1. C. de aqued. l. 11.* pro emundatione. *Reputare* aud Paulum in *l. Nesennius Negot. gest.* pro computare. *Restagnare l. 1. paragr. sed, & ff. de aqua pluu. arc.* pro redundare, & aquam non continere. *Rimari* apud Canonistas *cap. indicantem 3. q. 5.* est diligenter quaerere, scrutari: & propriè ad iudicantis officium pertinet. *Saccus* apud Vlpian. *l. vulgaris de furt.* est mantica quaedam ad maioris summae continendas pecunias *Cum sacco debitorem adire*, vt prouerbialiter loquitur Paulus de soluto, est petere rem absque mora sibi praestare: quasi cum sacco adeat mox recepturus.

Sacramentales. Sagum. Sarmenta. Sarpere. Scala, & Scalae. Sceptrum. Scopus causae.

1812 *Sacramentales* teste Zasio ad tit. de *Iud. Feud. proc.* in iudicijs Feudalibus fuerunt viri numero duodecim, qui cum litigante iurabant, se credere verum esse, quod litigans iurauerit. *Sagum* iuxta interpretem ad *l. non patimur, C. de cursu publ. lib. 12.* est vestis tenuis, & abrasa. Rectiùs dixerit militare, ac bellicum gestamen fuisse. Vide Bayfium de re vest. cap. 15. *Sarmenta* sunt virgulae abscissae *l. ligni appell. ff. de leg. 3.* Nam *Surpere* apud antiquos purgare significabat. *Scalum ab Scalis* distinguunt nonnulli, vt *Scala* sit, quae hùc, atque illùc transferri possit, *Scalae* verò latiores habeant gradus, & immobiles permaneant. At hoc discrimen *l. vlt. ff. de rer. diuis.* confunditur. *Sceptrum in Authen. vt omnes obed. iudic. §. 1.* est virga, qua Reges maiestatis gratia vtuntur. *Scopus causa* (inquit Spieg. v. eod.) in iure ciuili est initium; quod causa sequentium fuerit, velut principalis pars negotij. Nam cuiusque rei potissima pars, principium est *l. 2. ff. de orig. iur.*

Secreto fieri.

1813 *Secreto fieri* vt sumitur ex *l. pen. iuit C. qui pot. in pig. hab.* etiam intelligitur quod

Solicitator. Solicitare. Solidum. Sordidæ stirpes. Spatha. Semispatha. Speculatores. Spiritum emittere. Stabulum, Stare.

quod interuenientibus amicis confit. *Solicitator l. 1. ff. de extraor. crim.* est qui instat, & velut allicit sponsas matronasue. Dicitur *Solicitare* quasi ex loco citare, id est ex suo loco mouere. *Solidum* dicitur, quod integrum est, neque inane, neque parte aliqua fractum Vlpian in *l. erg. de fideicom. libert.* De solido (inquit) sic accipere debemus, de sorte, & de vsuris: vt nempè pro solido intelligamus, & sortem, & vsuras. *Sordidæ stirpes* apud Imp. Dioclet. & Maxim. *l. super statu C. de pænis*, splendidis, & ingenuis natalibus opponuntur. *Spatha*, est gladius maior. *Semispatha*, est gladius minor. *Authen. de armis §. penult. Speculatores* apud Callistr. in *l. diuus ff. de pæn. damn.* pro apparitoribus. *Spiritum emittere* apud Martian. *l. sed, & ff. de reb. dub* est mori. *Stabulum* accipitur pro diuersorio, & taberna. *l. vrbana prædia. de verb. sign.* sumitur etiam pro septo, in quo iumenta, vel greges stabulantur *l. eo iure ff. in quibus cau. pig. tac. cont.* Stare pro manere, & firmum esse. *l. saucimus, Cod. de testam.*

Statua, & imago. Status dies. Iustitium.

. 1814 *Statuas, & Imagines* quidam hoc inter se differre existimant: quòd statuæ sint æneæ, eboreæ, lapideæ: *Imagines* cereæ, & pictæ. Vide *l. vnic. C. de his, qui ad stat. priu. conf. Status dies* iuxta Bud. in Annot. prior. ad *l. tertiam pro socio* id èst constitutus, vel præfixus iudicij causa. *Iustitium*, dictum quasi iuris statio, & est iuris dicendi intermissio, quod fieri solet publico luctu in reipublicæ calamitatibus. Vide Parladorum diff. 94.

Stemmata. Stercorare. Sterquilinium. Strabo. Structores. Subiectus partus.

Stemmata in *l. stemmata ff. de gradibus*, sunt gradus generis, & ordines descendentium: qui ramis quibusdam, & velut incurrentibus lineis distinguebantur. *Stercorare l. 5. de ver. oblig.* est stercorare pingue facere. *Sterquilinium*, apud Vlpian. *l. fundi de act. empt.* est receptaculum stercoris. Strabo apud Vlp. *l. qui clarum §. is, cui de ædil. edict.* Est qui oculos distortos habet. *Structores* apod Imper. *l. priore C. de excus. artif. lib.* 10. sunt ædificatores. Insulan. accipit pro ijs, qui ad principum mensas minutatim suo more esculenta concidunt. *Subiectus partus l. 1. C. de falsa.* pro subito, & supposito.

Sublimitas. Submittere pretia. Submissa vox. Suppressa vox. Succumbere. Summus digitus. Extremis digitis

1815 *Sublimitas sua in l. post C. de indiction. lib.* 10. id est celsitudo sua: *Altesa* dicunt Lusitani. *Submittere pretia* apud Budæum est minuere. *Submissa vox, quam Canonistæ capit. si cum de verborum signification.* Suppressam vocant, opponitur concitatæ, & eleuatæ. *Succumbere*, & non obtinere *in l. Pola C. de his quibus vt indig.* paria sunt, *Summus digitus* apud Iustinian. sub finem institut. teste Accursio, digitus index est. Rectiùs dicit Alciat. posse accipi de tabula, seu vt Græci vocant, elencho. Non ineptè explicari potest extremus, quatenus prouerbialiter dicimus. *Extremis digitis attingere* pro eo, quòd est leuiter tangere. *Superfederit* apud Papinian. in princip. *l. si cum venditor. de euict.* pro omiserit. *Suppetere* apud Vlpian. *l. si quis vxori de furt.* aliqui interpretantur latenter, & per fraudem petere. Rectiùs accipitur pro succurrere, sufficere, abundare. *Surdaster* hoc est minùs audiens, tutor esse potest. *l. pen. & vlt. ff. de legit. tuto. Sylua cædua* est, quæ ad hoc habetur, vt excisa à radicibus, vel stirpibus renascatur. *l. Sylua cædua* apud Spigerium verbo eodem.

Superfederit. Suppetere. Surdaster. Sylua cædua.

Tempestatis app. Tenuit dānatio. Terrena via. Terribilis. Tetrum. Thesmophylaces. Torcular.

1816 *Tempestas* est cælestis iniuria, siue terram, siue mare conturbet *l. 2. paragraph. quod diximus ff. si quis caut.* Vnde *Tempestatis appellatione* continentur niues immoderatæ, quæ frumenta corrumpunt. *l. fistolas paragraph. fin. ff. de contrah empt.* Tenuit damnatio *in l. 2. ff. de pænis* pro accepta est, & probata. *Terrena via* apud Vlpian. *l. 1. ff. si quis de via publ.* fabulosæ opponitur. *Terribilis inde x, Terribiles leges* dicuntur, quòd terrorem inijciant delinquentibus: sicut & diuina eloquia *l. vnio C. si rect. prouin.* Tum ad mentem, tom ad sensus *Tetrum* pertinet; & *l. 1. C. de emendat. seru.* malum, fædum, impollutum, & insuaue significat. *Thesmophylaces* apud Budæum Annot. prior *ad l. 1. de iust. & iure* dicuntur legum, & institutorum custodes, *Torcularia* sunt machinæ vuis premendis aptæ. Vlpian. *l. fundi de action. emp.* censuit illa instrumenti magis esse, quàm ædificij, etiam si ædificio cohærent.

Tormentū. Trabes ac Tigna. Trahi, & Transfundere. Transfusio, & Translatio. Transiungere.

1817 *Tormentum* quamuis sumatur pro omni machina globos, saxa, tela, & id genus alia torquente, tamen *l. diuus Pius ff. de quæstion.* Significat cruciatum, qui infligitur alicui ad pernoscendam veritatem. Vide discrimen inter quæstionem & tormentum apud Parlad. diff. 113. *Trabes* habentur *l. quod si neque de peric. & comm. rei vendi* & iuxta Festum, propriè sunt duo tigna ædificij gratia simul compacta. Nam cum simplicia sunt, non trabes, sed tigna dicuntur. *Trahimur* inuiti, *Ducimur* volentes. Vide Bart. *ad l. 1. C. de agric. & censf. lib.* 11. Apud Iurisper. *Transfundere* propriè est ab vno ad alterum transferre, At inter *Transfusionem*, & *Translationem*. Gloss. ad *l. 1. ff. de noua* hoc ponit discrimen, vt si quid nouatur in eadem persona, Transfusio sit: in altera verò Translatio vocetur. *Transiungere* apud Vlpian. *l. ædiles de ædil. edict.* est in quadrigis locum veterinis mutare: vt mulam, quæ præcedere solebat, temonariam facere: vel dexteram facere, quæ sinistra esse solebat. *Trutina* est id libræ genus, quo vel minutissimum ponderis momentum sentitur: Latini *Æquilibrium* vocant. Hinc *Trutinare* pro æqua lance ponderare *l. eum quis C. de natura libert.*

Trutina. Trutinare

Tueri. Tumultuosus. Turbulentus. Tyrbe. Vado transire. Vadum. Vagari.

1818 *Tueri in l. statuas ff. de acquir. rerum dom.* hoc est defendere per actionem. *Tumultuosus* apud Callistr. *l. fin. de offic. procur. cæs.* qui turbas excitare, & commouere solitus est. *Turbulentus l. 1. si quis imper. maledic.* pro irato, & commoto. *Tyrbe* apud Iurisconsult. *l. Prætor ait 2. vi bonor. rap.* Græcis est, quod nobis tumulus. *Vado transire l. vlt. ff. de seruitut. rustic. præd.* pro vadare. *Vadum* est cuiuscumque aquæ fundus, per quem via datur. *Vagari* apud Vlpian. *l. prætor edixit de iniur.* pro errare. *Vagari sine causa l. si quis sit paragraph. erronem. de AEdil. edic.* est inutiliter huc, atque illuc ferri. *Vallum fidei l. desertores paragraph. in bello ff. de re militari, & l. quamquam C. de episc. & cleris.* est propriè castrorum munitio. Vsurpatur metaphoricè pro summa totius negotij, omni momento, & præsidio. *Vberius, & Arctius* inter se opponuntur apud Sabolen. *de verbor. signific.* inter illam (ait) conditionem, cum fari potuerit, & postquam fari potuerit, multum interest: nam posteriorem scripturam vberiorem esse constat: cum fari potuerit, arctiorem. *Vegetari* apud imperat. Constantium *l. 1. de custod. reor.* pro recreari, siue sanum tueri.

Versuram facere.

1819 *Versuram facere* pro eo, quod dicunt, pecuniam ad interesse mutuari, quod frugi homines facere non solent. *Versuram facit debitor* iuxta Zasium ad *paragraph. item si quis Institution. de Action.* cum pecuniam mutuò accipit, & per eam pecuniam demittit priores creditores insolutos. *Vinarius* apud Vlpian. *l. ob quæ de AEdil. edict.* Pro vinoso, & ebrioso. *Vindemia* habetur apud Papinian. in *l. diuortio digestis solut. matrimon.* Dicitur à vino demendo quasi vini demia. Transfertur etiam ad alia, & dicitur mellis vindemia à Colum. lib. 10. Vindemiam pendentem collectæ rectè opponit Iulian. *l. qui pendentem. de action. emption.* Inter vindemiam, & vindemias ponunt aliqui discrimen, vt vindemia sit generalis totius orbis, vindemiæ singularum partium: atque adeo plus se extendat in singulari, quam in plurali. Aliter Seruius: cum vindemiam (inquit) numero singulari dicimus, vnius anni significamus; cum plurali, multorum: vt messem, messes, hyemem, hyemes.

Vinarius. Vindemia Collecta & pendet vindemia. Vindemia & vindemiæ.

Viriolæ. Viriæ. Vocare in ius. Vsus reciprocus.

1820 Viriolæ habentur apud Paulum *l. si tibi de opt. leg.* & Vlpian. *l. argumento, de auro, & argent. legat.* & fuere armillæ ex gemmis, margaritisque auro cælatis, quibus vtebantur Celtæ. Dicebantur etiam *Viriæ*, & ijs vtebantur Celtiberi. *Vocare in ius l. 1. de in ius vocandi*, nihil aliud est, quàm causa experiundi, id est agendi, vocare. *Vsus reciprocus* est cum quis vsum præstat alicui, vt ab eo vsum accipiat. Verbi gratia commodo tibi boues meos per tot dies ad arandam terram tuam, vt tu vicissim commodes tuos, cum ego arauero. Non cadit in actionem commodati, sed Præscriptis verbis, tex. *l. 6. tibi rem inspiciendam paragraph. 1. ff. de Præscr. verb.* Ex Zasio. *Vulgaris mulier in l. si vxor ff. de adult.* iuxta Accurs. intelligitur meretrix: iuxta Alciat. lib. 11. Paragraf. est ex aduentitio vulgo, & non ex ciue Romana. Zoxeni iuxta Alciat. in *l. ad reparationem C. de aquæduct. l. l. 11.* sunt operarij qui in diem viuunt. Qui laborant in aquæductibus *Siliearij* vocantur. *Zygocephala* sunt iumentorum capita iugo illigata. Iustin. tamen in *Auth. de offic. Præsid. const. 17.* in Nouellis ab Holandro versis 5. *compelles* vsurpauit vocem hanc pro eo, quod iuncti boues vna die exarare solent.

Vulgaris mulier. Zoxeni. Silicarii. Zygocephala.

Idoneus Confessarius.

1821 *Confessarius idoneus* ad audiendas confessiones, prout olim postulabatur in Pontificijs diplomatibus antè Concilium Tridentinum, erat sacerdos expeditus, hoc est neque irregularis, neque excommunicatione, suspensione, vel interdicto ligatus, neque per superiorem impeditus. Ita Emman. Roder. in explic. cruciatæ paragraph 9. dub. 2. At post Tridentinum nullus sacerdos potest iudicari idoneus, vt per quodcumque priuilegium Bullæ, aut Iubilæi eligatur ad audiendas confessiones sæcularium, nisi vel parochiale beneficium obtinuerit, vel Episcopi approbationem: sic enim definiuit Tridentin. sess. 23. cap 15. de reformat. Vide Suar. de pœn. disp. 28. sect. 4. numer. 9. & Vasqu. de pæn. quæst. 93. à 2. dub. 5. *Conseruatiua conditio est*, quæ conseruat actum quandiu durat: vt si Papa concedat priuilegium alicui, quandiu Episcopus consenserit, hic consensus est conditio conseruatiua, qua persistente persistit priuilegium, & qua deficiente, finitur.

Conseruatiua conditio.

Patrimonialis Ecclesia. Receptiua Ecclesia.

1822 Quid sit *Ecclesia Patrimonialis*, alio nomine *Receptiua*, de qua meminit Tridentin. sess. 24. capit. 18. optimè ex Cassiodoro decis. 8. num. 1. de præbend. & Couarr. in pract. quæst. capit. 36. numero 3. exponit Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloss. 9. paragraph. 1. definiens in hunc modum: Est quæ ex Apostolica concessione, vel statutis Synodalibus Apostolica authoritate confirmatis, vel ex immemorabili consuetudine necessariò debet conferri natis, incolis, vel originarijs alicuius patriæ, ciuitatis, oppidi, vel parochiæ, ita ut illi duntaxat, qui filij naturales, & patrimoniales sint, prouideri debeant de huiusmodi Ecclesia, seu beneficio. Vnde dicitur Patrimonialis, vel à paterna hæreditate, à qua veniat, quod nempe fuerit instituta à patribus, seu auis, vt conferatur filijs, & alijs successoribus in infinitum: vel à patrimonio, eo quòd ab aliquibus de proprio patrimonio data fuerint bona ordinandis, vt

in

in posterum beneficia remanerent. *Receptiua* videtur appellari à recipiendis incolis, & originarijs talis patriæ, vel ciuitatis. Quamuis Mandof. ad cit. reg. q. 15. n. 21. dicat filios *Patrimoniales*, & *naturales* differre inter se, quod *naturales* dicantur illi, qui intra fines parochiæ nascuntur, *Patrimoniales* illi, qui descendunt ex patre, vel matre, auo, vel auia alicuius parochiæ, esto ipsi nascantur in alia parochia, vel diœcesi, tamen Gonzalez cit. n. 15. vtrosque indiscriminatim accipir, & iuxta peculiarem loci constitutionem definiendos existimat.

Naturales patrimoniales.

Subrogatio. 1823 Subrogatio, (inquit Paulus de benefic. disput. 2. punct. 31. paragr. 6.) est in alterius locum successio, iuxta *l. proponebatur ff. de iudicijs*. Hinc subrogationis rescriptum dicitur, quo Pontifex alicui concedit ius litigiosum, quod alius in beneficium habebat, illud tamen amisit ob mortem, cessionem voluntariam, vel priuationem.

Rescriptum subrogationis.

Enxarauia. Polaina. *Euxarauia*, vel *Polaina* est insigne quoddam infame, quod in pænam lenocinij gerunt in capite delinquentes, iuxta nostram Ordin. lib. 5. tit. 32. num 6. De quo Thomas Valascus alleg. 13. num. 106.

Subrogatio (vt ait Palaus de benefic. disp. 2. punct. 31. paragraph. 6.) est in alterius locum successio, iuxta *l. proponebatur ff. de iudic.* Hinc *Rescriptum subrogationis* dicitur illud, quo Pontifex alicui concedit ius litigiosum, quod alius in beneficium habebat, illud tamen amisit ob mortem, vel cessionem voluntariam, vel priuationem.

Rescriptum subrogationis.

Consistere aduersus adolescentem. *Consistere aduersus adolescentem*, vt exponitur à Glossa, & habetur in *l. admone 1. C. de legitima tutela*, est litigare cum minori.

Constituti clausula. *Constituti clausula* est quando venditor, & quilibet alienator rei suæ constituit se possessorem nomine eius, in quem eam vult alienare. Vide Molin. tract. 2. disp. 13. paragr. quintus est.

Illiteratus. Litteratus. *Illiteratus*, vt sit incapax beneficij, est qui legere, & scribere Latinè nescit. Ita cum Palao tract. 13. disput. 4. punct. 6. num. 9. Lugo de iust. disput. 35. numer. 9. Nam *Litteratus est* sciens scribere. *l. vlt. C. de testam.* Vide Menoch. lib. 3. de success. paragraph. 22. numero 34.

1824 Iurisperitis ad *l. qui hoc anno ff. de verbor. obligation.* & *l. 1. C. dies legati, & fideicommiss. quando cedat*, ponunt discrimen inter Debitum annuum, & Debitum in singulos annos, affirmantque *Debitum annuum* soluendum initio anni, *Debitum in singulos annos*, soluendum in fine anni. Ita Gloss. in *Instit. de verborum oblig. §. Ac si ita* verbo annuos.

Annuum debitum. Debitum in singulos annos.

Milites in expeditione. Milites vt fruantur priuilegio testamenti militaris debent esse in expeditione: in qua esse censentur, quando vel sunt in castris, seu sub tentorijs, vel sub signis procedunt armati ad pugnandum, & à fortiori, quando pugnant. Vall. consil. 104. num. 7.

Subscribere est aliena manu scriptum proprio nomine infra scripto firmare. Nam iuxta *Institut. 1. de emption. & vend.* subscribens censetur scribere omnia contenta in præcedenti scriptura. Nec oportet quod *subscribat specialiter*, vt dicendo, Rata habeo omnia, & singula hic contenta: sed sufficit vt *subscribat generaliter*, verbi gr. dicens subscribo hoc meum testamentum. Vide Vallasc. consil. 67. num. 11. *Subscribere.*

1825 *Rusticanorum nomine*, pro conficiendo testamento priuilegiato veniunt quicunque homines etiam nobiles & clericij, qui rure pro maiori anni parte viuunt, vt in villis, & ibi testamentum conficiunt. Ita Tiraq. de nobil. cap. 2. num. 54. & AEgid. ad l. 1. C. de sacros. par. 2 §. 2. num. 12. *Rusticanorum appellatio.*

Vsurarius manifestus iuxta Couarruu. lib. 3. Varr. capit. 4. numer. 4. & Socinum consil. 127. numer. 1. lib. 3. ille dicitur qui palam, & publicè vsuras exercet, ita ut propter facti euidentiam non possit excusari. Item qui coram iudice, & testibus fatetur se esse vsurarium, aut de vsuris à iudice damnatus fuit. Vide Molin. tractat. 2. disputat. 137. §. testam. man. & Fagund. de iust. lib. 6. cap. 9 num. 25. *Manifestus vsurarius.*

Olim omnes Christiani, etiam laici appellabantur religiosi, vt tradit Petrus Gregor. Tholos. de repud. lib. 12. cap. 2. num. 7. *Christiani omnes religiosi.*

Battuti & disciplinati apud Menoch. de arbitr. casu 237. num. 28. sunt qui se publicè flagellant. *Battuti & disciplinati.*

Ius reuocandi domum est priuilegium, quod quis habet, vt si extra patriam, vel domicilium suum degat, & ibi conuentus sit, possit reuocare domum, hoc est in patriam, seu in locum domicilij, vt ibi conueniatur. Vide Petrum Barb. ad *l. 2. paragraph. legatis, de iudicijs* à n. 335. & nostram Academ. numer. 396. *Ius reuocandi domum.*

1826 Territorium dicitur à terrendo, & (vt exponitur in nostra Academia numero 1026.) sumitur dupliciter, 1. pro ipsa ditione, seu prouincia, quæ alicui regenda committitur, vt in *l. pupillum ff. de verborum significat.* 2. non pro certa & limitata prouincia, sed pro certis finibus intra quos in personas certas iurisdictio est: & in hac secunda acceptione latiùs paret territorium, cum accipiatur pro circumscriptione iurisdictionis circa locum, & si non sit locus ipse, seu territorium materiale commissum: sic in vrbe Romana erant plures iudices singuli diuersis causis propositi, & in hoc sensu accipienda est lex *finalis ff. de iurisdict.* & oportet accipi districtum *lib. 1. feud. tit. 5. ver. fin.* Est igitur discrimen inter vtrumque territorium, scilicet materiale & *Territorij quod & quotuplex. Materiale territorij.*

Circumscriptum territoriũ.

circumscriptum, quòd in materiali præcipuè attendatur ad materiale solum, vt nempe ratione illius competat iurisdictio in personas: at in circumscripto attendantur præcipuè personæ & causæ, vt nempe ratione illarum competat iurisdictio intra certum spatium.

Prorogatio iurisdictionis.

Prorogatio iurisdictionis, de qua iam supra, ex communi doctorum sic definitur in nostra Academia num. 1033. Est extensio iurisdictionis ordinariæ ad causam, seu personam, aliàs sub ea non comprehensam, ex consensu partium. Vnde vt fiat vera prorogatio in materia iurisdictionis duo postulantur, alterum, quòd is, in quo illa facienda est ex partium consensu, iurisdictionem habeat non solum habitu, sed etiam actu, seu quoad exercitium: alterum, quòd iurisdictio proroganda sit ordinaria, vel ordinariæ saltem æquiparetur. Latè vtrunque probat Monet. de consecr. cap. 7. à num. 382.

Officialis qui.

1827 *Officialis* lato modo (vt tenet Mastril. tractat. de magistr. lib. 1. capit. 20. numer. 15.) dicitur, qui exercet officium, quodcunque etiam sine iurisdictione, & vile, vt circuitur, portarum custos, & Macellarius. At strictò modo iuxta Narbonam de appellation. à Vicario ad Episcopum part. 1. num. 15. ita dicitur quasi alterius officium exercens, & in omni proprietate officialis ille est, qui sub alio iurisdictionem exercet, quales rectores, gubernatores, & magistratus, qui ad munia reipublicæ assumuntur. Vide Academ. num. 1103.

Docilis, & docibilis.

Ad *Can. qui Episcopus 25. dist.* Gloss. verbo si docibilis, ponit discrimen inter docilem, & docibilem his verbis: Docilis (inquit) & docibilis differunt: quia homo dicitur docilis, & doctrinabilis, liber docibilis: quandoque tamen dicitur vnum pro alio. In eandem sententiam Alexand. Scotus verbo eodem sic distinguit: Docibilis (inquit) propriè dicitur liber, sed docilis est homo doctrinalis. Quasi (vt clariùs loquamur) docibilis sit ipsa doctrina, seu doctrinæ obiectum, & quidquid discipulo audienti inculcatur: docilis verò sit ipse discipulus promptus, & facilis ad discendum.

Vellationes in matrimonio.

Vellationes in matrimonio quæ sint, satis declarat Thomas Vellasc. alleg. 29. quatenus ait num. 50. Vellationem esse benedictionem accipere.

Seysina, seu arrestũ.

1828 Quid sit *Seysina*, *seu arrestum*, & quòd differat à sequestro, satis inculcat Cabedus par. 1. decis. 8. numer. 32. his verbis: Nota (inquit) quòd in salarijs senatorum non potest fieri Seysina, seu arrestum, quod nos dicimus *embargo* Et tunc subdit, & nunc dicitur arrestum fieri quando iudex arrestauit debitum mihi, in manibus mei debitoris ad petitionem alterius, cui ego debebam. Quod nota: nam sequestrum, seu sequestratio aliud est, vt videbis apud Corrasium Miscellan. orum lib. 3. cap. 2.

Arrestare debitum.

Arrestare debitum (inquit) Cabed. pag. 1. decis. 86. numer. 1. intelligimus id, quod vulgariter dicimus *Embargar*, quo verbo vtitur Ordin. lib. 1. tit. 1. paragr. 34. Incipit *Ao officio* depositum namque facere aliud est.

Releuium.

Quid sit *Releuium* insinuat Cabed. pagin. 1. decision. 17. numer. 6. his verbis: Hoc limitatur, nisi alicui concedatur priuilegium speciale, ne soluat *releuium*, id est illud ius, quod in cancellaria solui solet: tunc enim à decimæ solutione exempti sunt.

Legitimare suam personam vt agat in iudicio.

1829 *Legitimare suam personam*, vt possit agere in iudicio, est probare se succedere in ius creditoris. Sic hæres aut successor suam personam legitimat, vt possit agere, alioquin caret actione, iuxta Cabed. pag. 1. decil. 33. num. 5.

Assistens in causa. Pars in causa.

Vt expendamus, quid sit assistens, & oppositor in causa, seu lite apud Cabed. pagin. 2. decision. 119. *assistens* videtur ille, qui est in causa loco actoris, vel rei, quasi alterius vicens agens. Vnde si contingat, quòd partes citandæ sint, quia elapsi sunt sex menses, quòd acta dormiunt, ex Ordin. lib. 1. titul. 83. paragraph. 28. quando actor citatur, & reus, etiam citari debet assistens vni ex illis. Quia assistens in causa reputatur pars. Nam in vna quaque causa pars illa est, de cuius interesse agitur, cui sententia, & acta præiudicium afferre possunt. *l. nam ita diuus ff. de adoption.* Qui autem in iudicio defensionem pro aliquo suscepit, eo quod causam ad illum tangit, & illi præiudicare potest, pars est. (Oppositor vt colligitur ex Cabedo citato numero 18.) est ille, qui duobus inter se litigantibus se opponit, dicens litem ad se spectare, verbi gratia si duobus de maioratu contendentibus tertius se opponat dicens maioratum ad se pertinere.

Beetrias.

1830 Quasnam terras dicamus *Beetrias*, exponit Cabedo part. 2. post decisiones, & aresta pagin. 445. De illis fit mentio in lege Castellæ lib. 3. titul. 25. partit. 4. Dicitur Beetria iuxta Ambrosium de Morales, quasi benefactoria, Hispanicè, *Bien te baria*, cum benefacere debeat illis terris, qui eas vellet. In Chronica Regis Petri Castellæ capitul. 14. narratur alias esse Beetrias, quas vocant de mari ad mare, quia intra duo maria possunt eligere dominum: alias, quæ non possunt eligere dominum, nisi ex designata generatione, alias, quæ ad libitum eligere pos-

possunt in dominum quemcunque, & mutare etiam septies in die. Sunt in Lusitania certa oppida, quæ recenset Cabedus citatus, & in iudicio coronæ, scriba Augustino Rebello prætendunt esse Beettias.

Manus mortua. Amortizatio.

1831 Quid sit *Manus mortua*, alio nomine *Amortizatio*, cum Authores de illa meminerint, vt Petrus Gregor. de Republ. lib. 13. cap. 16. num. 3. Diana p. 3. & latè egerit Cassanæus in consuet. ducatus Burgundiæ de Manusm. rub. 9. §. 2. nullus tamen quid sit, perspicuè exponit. Apud Guidonem Papæ in secunda editione quæst. 361. in Summario, sic habetur: *Manus mortua est, quod si rusticus decedat sine libero alio descendente, dominus totum occupet iure peculij*. Vnde videtur esse ius illud quod dominus prædij habet, vt rustico, qui erat seruus addictus glebæ, moriente sine descendentibus, occupet totum quasi peculium. Quare hic modus loquendi;

Alienari in manū mortuam.

Alienari in manum mortuam, videtur habere locum, quando dominus concedit seruo suo rustico prædium, reseruando sibi prædictum ius manus mortuæ. Vide n. 1963.

Ganea.

1832 *Ganea* est amica, vel amasia, & non potest illam scholaris inuitis socijs in hospitium ducere. *l. non aliter ff. de vsu, & habit.* Multis conantur exponere, & definire prorogationem iurisdictionis Mench. quæst. vsu freq. cap 14. num. 1. & Petr. Barbos. ad leg. 1. ff. de iudic. art. 1. n. 10. Definitionem quæ

Prorogatio iurisdictionis.

mihi magis arrisit, tradidi in mea Academia num. 1033. in hunc modum, Prorogatio est extensio iurisdictionis ordinariæ ad causam, seu personam, aliàs sub ea non comprehensam, ex consensu partium. Vide quomodo à nobis loco citato hæc definitio explicetur.

Ius offerēdi Releguium.

Ius offerendi in re addicta apud Gabriel. Pereyr. decis. 70. est, quod competit solum hypothecarijs creditoribus posterioribus contra priores. *Releguium* vulgò *Relego* apud Emmanuel. Barbos. Ordinat. lib. 2. titul. 29. est tempus illud, in quo vt vendantur Regis vina, prohibentur alia vendi. Dicitur (inquit) quasi vina videantur relegata, durante tempore in quo Regis vina vendi solent.

Ius de fogo morto. Nouale de fogo morto.

1833 *Ius*, quod vulgò dicunt, *de fogo morto* apud Gabriel. Pereyr. decis. 37. num. 1. est, quod habet colonus contra dominum directum, ne expellatur, seu amoueatur à noualibus, quæ sumptibus & labore ipsius coloni ad cultum rediguntur. Id pragmatici vocant *de fogo morto*, quia per ignem, qui jam extinctus est, sylua illa sterilis & inculta consumptis, & in cineres, ac stercora redactis vepribus feracitatem recepit.

Locare ad beneplacitū. Locare ad precarium.

Locare ad beneplacitum conducentis, est ita locare, vt locatio duret quandiu conducens velit, seu quādiu permaneat in tali voluntate. *Locare ad precariū conducentis*, est ita locare, vt locatio duret, quandiu cōducens non reuocauerit voluntatem. Vnde habent discrimen, quòd prior locatio finitur morte conducentis, qua eius voluntas finitur, posterior non finitur morte conducentis, sed transit ad hæredes. Quia per mortem non censetur reuocata voluntas, sed solum finita. Vide Vallasc. tom. 2. consult. 76. & Molin. d. 489. fine ex *l. 4. ff. locati.*

Pastinare. Pastinatores. Pastinum instituere.

1834 Petrus Barbos. ad *l. Diuortio* 8. §. *fin. à num.* 32. exponit eleganter, quid sit Pastinare, Pastinum, & Pastinum instituere, his verbis. *Pastinare* (inquit) significat terram arboribus, vel vitibus consitam fodere, vt dicit Columel. lib. 3. de re iustit. cap. 13. & colligitur ex *l. semper. §. is cui, inf. quod vi aut clam*, & ideo *cap. 1. ad fin. 13. quæst. 1.* appellantur *pastinatores* vinearum. Deriuatur hoc nomen à verbo, *Pastino*, quod significat ferramentum bifurcum, quo semina panguntur. Igitur *Pastinum instituere*, est de nouo inducere, vt arbores, & vites sæpius fodiantur. Non omitto (addit idem Barbos. n. 35.) quod Græci commentatores in hoc §. exponunt. *Pastinum instituit*, id est, noualia fecit. Et facit pro illis, quia Iureconsultus non dixit *pastinationē instituit*, sed *pastinum instituit*, quod propriè significat terram pastinatione renouatam, atque adeò terram effossam ad vineas ponendas aptam.

Triticaria condictio.

Apud Petrum Barb. ad *l. si alienam ff. solut. matr. n. 36. & 37.* *Condictio triticaria* est illa quæ datur domino rei: item datur respectu solius possessionis, & quidem non solum pro re immobili, sed etiam pro mobili, & quando datur ratione dominij, non competit aduersus omnes, sed solum aduersus fures, & violentos possessores.

Egestas. Paupertas. Mendicitas

1835 Quænam in iure dicatur paupertas, egestas, vel mendicitas ad varios effectus, v.g. accipiendi eleemosynam, vel capiendi legatum relictum pauperibus, & similes, doctè & copiosè tractat Petrus Barb. ad *l. Maritum 13. n. 5. & 6.* Egestas (inquit) consideranda est, habito respectu ad personarum qualitatem, ita vt si homo sit illustris genere, vel eminentis scientiæ, dicatur pauper, & si habeat victum, & tamen sine dedecore non possit carere famulis, qui ei deseruiant. Qui enim habet victum, adhuc potest egere alijs, scilicet necessarijs ad conseruandum dignitatem, & statum suum.

Precarium, & Precaria.

Apud Lugonem tom. 2. de iust. disp 33. nu. 15. 16. & nostrum Promptuarium Theologicum *Precarium*, & *Precaria* differunt in eo, quòd Precarium *l. 1. ff. de precario* est, quod precibus petenti vtendum conceditur, quandiu is, qui concedit, non reuocauerit: *Precaria* verò, de qua fit mentio in iure Canonico *cap. vlt. de precarijs*, significat concessionem ad totam vitam, vel ad certum tempus, intra quod reuocari non potest, & fiat aliquando ob remunerationem meritorum, aliquando pro

certa

certa pensione annua, aliquando in commutationem, & reuocari solent huiusmodi precariæ de quinquennio in quinquennium, necius Ecclesiæ concedentis obliuione extinguatur, vt habetur *c. 1. de precarijs*.

Castratus, & Spado. 1836 Tex. in *l. si serua 40. §. fin. ff. de iure dotium* quatenus dicit castratum non posse contrahere matrimonium, & tamen spadonē posse, manifestè ostendit dari discrimen inter castratum & spadonem: quale vero sit huiusmodi discrimen, multiplex assignant Doctores, quos doctissimè affert Petr. Barb. ad *partem legis primæ ff. solut. matr.* à num. 90. videtur tamen num 93. magis probare illud, quòd castratus sit, qui nec generare, nec matrimoniū consummare possit, Spado verò qui licèt generare nequeat ob seminis imperfecti rationem, tamen consummare potest emittendo, & infundendo illud in vas fœmineum.

Incapitatū tributum. Incapitatum tributum est, quod imponitur soluendum per capita. Lugo de iust. tom. 2. disp. 36. num. 48. sic exponit: Quando tributum (inquit) est incapitatum. vt dicunt, hoc est, quando aliqui artifices, vel mercatores conuenerunt omnes de soluenda tanta summa, quam postea ipsi inter se diuidunt, vt singuli teneantur ad portionem, quæ singulos tangit.

Cedere actionem. Mandare actionem. 1837 Inter *Cedere actionem*, & *Mandare actionem* ponit discrimen Glos. ad *l. Data C. de oblig. & action. v. mandatum*, his verbis. Aliud est cedere actionem, & aliud mandare: nam primo casu nil penes cedentem remanet: secundo casu remanet directa secundùm quosdam. Sed lo. dixit quòd, qui cedit, retinet directam, vtilem transfert: sed qui mandat, tantum committit causæ exercitium, & non transfert directam, vel vtilem. Vide nonnullas exceptiones huius doctrinæ quas affert ibi citata Glossa.

Molestia in iure quid. Iudicium. lis, & causa. *Molestia* quid sit in iure, explicat latè Moneta de conseruat. c. 7. n 95. & nos supra exposuimus num. 53. 109. 944. *Iudicium, lis, causa, controuersia* quomodò differant, declarat Paz in praxi Ecclesiastica & seculari init. Annot. 1. & 2. in sequentibus agit de personis necessarijs ad iudicium, & nos suis locis declarauimus. *Paragium* apud Iuristas, quos affert Steph. Gratian. discept. Forens. to. 2. c. 232. à n. 27. significat pariationem, seu æqualitatem factam, vt si lex iubeat dari paragium in filiabus dotandis, idem est, atque filias æquari in dotibus. *Paragium.*

Ius sepulchri, & ius inferendi in sepulchrum. 1838 Differunt inter se ius sepulchri, & ius inferendi in sepulchrum, vt notari debet pro intelligenda *l. familiaria & sequen. ff. de relig. & sumpt. funer. l. si sepulchrum, & l. ius sepulchri C. eod. tit.* Nam (vt rectè exponit Lugo de iust. disp. 24. num. 314.) *Ius sepulchri habet*, qui siue ex concessione & donatione, siue ex contractu ius habet inferendi quos voluerit, & prohibendi omnes alios à tali capella, vel sepulchro. *Ius* inferendi in sepulchrum dicitur, quod quis habet, vt ipse & ij, quos voluerit, inferantur in tale sepulchrum, manente iure penes Ecclesiam, vel monasterium sepeliendi ibi quos voluerint.

In mea Academia n. 1153. sunt hæc verba. Animaduersione dignum est, quod Stephan. Gratian. to. 4. discep. forens. c. 692. num. 77. ex Azoue in Summa de pactis col. 4. ante medium nu. 13. ponit discrimen in hac transpositione *Magister Petrus*, & *Petrus Magister*, vt primus intelligatur de scientia, secundus de carpentario, quasi voluerint Iurisprudentes (vt arbitror) in Doctore magisterium præferendum: secùs in fabro. *Magister. Petrus. Petrus Magister.*

1839 *In creditum ire* apud Calepinum v. Credo, dicitur, non qui rem suam, seu certam speciem vindicat, sed qui in personam agit, ut sibi satisfiat. Quomodò intelligatur modus hic loquendi, *Iudex competens præparati est etiā præparantis*, habetur apud Themudum decis. 18 n. 13 sed ibi non exponitur. Existimo idem ualere atque iudicem præparati, scilicet illius, qui ad aliquid præparatur, esse iudicem præparantis, nempè rei illius, quæ ipsum præparat, v. g. iudicem pupillorum, qui suis bonis præparati sunt, vel præparandi erunt, esse etiam iudicem talium bonorum, quæ pupillos ipsos præparant. *Ire in creditum. Iudex competens præparati est etiam præparantis.*

Submissio ad emphyteusim apud Valasc. consult. 35. nu. vlt. datur, quando res submittitur, seu subijcitur in emphyteusim, & huiusmodi contractus appellatur submissionis in emphyteusim. *Submissio ad emphyteusim.*

1840 De triplici specie venationis, nempè oppressiua, arenaria, & saltuosa, quæ continetur sub clamosa, quasi sub genere, agunt Thomas Valasc. allegat. 31. n. 7. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 413. num. 3. & alij Iuristæ, sed (vt illorum mos est) à nullo, quem viderim, explicatur. Igitur pro meo captu exponam: *Clamosa venatio* illa omnis dicitur, quæ sine clamoribus exerceri nequit. *Oppressiua* dicitur, quæ exercetur cum oppressione, seu perturbatione ad feras obruendas & enecandas. *Arenaria* est, quæ exercetur, veluti in arena per pugnam & conflictum. Nam *Arenarius* dicitur, qui in arena pugnat. *Saltuosa* est quæ fit in saltibus, seu syluis. *Venatio triplex. Clamosa venatio. Oppressiua venatio. Arenaria venatio. Arenarius.*

Abdicatio opponitur adoptioni iuxta Plinium lib. 7. cap 45. Deinde abdicatio contraria est dicationi, seu dedicationi. Dicat, qui alteri proprium aliquid facit: abdicat, qui alienat. Differt abdicatio ab exhæredatione, quòd illa in vita fieri solebat, nimirum cum quis familia eijciebatur; hæc verò, scilicet exhæredatio in testamento, uimque suam post mortem habere solebat. Ita Alciat. lib. 2. dispunct. 2. *Abdicare se* dicitur præses *l. pen. de offic. præsid.* qui ante diem munus suum deponit. *Abdicatio. Dicare. Abdicare.*

1841 *Abolere* est tollere, infirmere, & delere Iustin. in *l. 1. C. commun. de legat.* Idem valet *Abolere.*

Abruptum lucrum. Abscedere.

let *Abruptum lucrum*, cuius meminit Vlpian. in *l.1.§.3.ff.quar.rer.act.* atque subreptum, iuxta Accurs. Alij interpretantur præceps, & præter spem obiectum *Abscedere* est recedere *l.vnic.C.de colon. Palust.lib.11.* Idem valet *Accincti artibus magicis*, atque instructi, vt habetur *l.4.in prin.C.de malef.& maleficiut.* Quando fit potestas *l.1.C.de quæst.& magistr.officior.* & *l.3.in prin. C.de offic.Rect. prou.* vt iustissimi & vigilanrissimi iudices publicis acclamationibus collaudentur, idem est atque quòd festiuo plausu excipiatur.

Acclamare. Acclamatio. Accrescere.

Nam *Acclamare* est festiuo plausu, & laudatorijs vocibus excipere. *Accrescere* dicitur alicui res cum ei, qui iam partem habet, accedit, atque adiungitur. *In l.124. de verb. signif.* aliud est Accumbere, aliud sedere: nam qui accumbit, neque stat, neque sedet, neque ambulat, sed medium quid facit.

Aceo.

Aceo est acidus fio, acorem contraho. Huius verbi præterito vsus fuit Vlp. *de peric. & commod. rei vendic.* vbi ait: *Si vinum venditum acuerit, vel quid aliud vitij sustinuerit.*

Acerbitas.

1842 *Acerbitas* pro graui duritia, vt Acerbitas catenarum *l.1. C.de custod.reor.* & pro grauitate, vt Acerbitas conuitij *l.1.C.de ingrat.liber.* & Acerbitas morbi. *l.29.in prin. C.de testa.*

Acucula. Acicula. Adaquatio. Adamas. Addicere.

Acucula alio nomine *Acicula* est acus crinalis, vt habetur 1. & 2. *C.Theodos. de repud.* *Adaquatio* est æquabilis diuisio hæreditatis intra fratres Lombar. lib.2. tit.29. *Adamas* species est ad vectigal pertinens. Marc. in *l. interdum §. species ff. de public.* *Addicere* est aliquid alicui adiudicare. *Addici iudex* dicitur pro dari à Prætore. *l.cum furiosus ff. de iudic.* Addicere pænæ est damnare. *Addicere litem* in l. 12. tab. est secundùm aliquem iudicare.

Adiudicare. Adiudicatio.

Adiudicare est rei dominium iudicio attribuere: seu iudicio peracto, rem controuersam actori addicere. Vnde *Adiudicatio* est modus acquirendi dominij, earum rerum, quas defunctus habuit, & quæ adiudicatæ sunt: ac propriè locum habet in iudicijs diuisorijs. *l.a ff. fin.reg.* Adiudicatio necessaria, emptio voluntaria *l.si pignori ff.fam.herc.*

Adolescere. Attentare.

1843 *Adolescere* est ætate progredi, crescere. Vlpian. *l.3 § si duo impuberes ff. de Carboniano edicto.* Apud eundem Vlpian. *l.annon. ff.de extruor. crimin.* idem valet *Attentare annonam* atque vexare, & quid in eam moliri, quale solent Dardanarij.

Agulacta.

Agalactu apud Cælium c.8.l.28. appellarunt Veteres medici pascua, lacti minùs accommoda.

Agrimensores. Aliculæ. Culigulæ. Antestatus. Testatus. Intestatus.

Agrimensores vt habetur *l.præcipimus ff.de sepul.* sunt, qui fines regunt, limites dirigunt. *Alicula* numerantur ab Vlp. *l.23.§.2. ff.de aur. & arg.* inter pueriles vestes. Sed quidam *Caligulæ* legendum putant. *Antestato* opponitur *intestatus*, id est testato non conuentus. Nam *Antestatus* is erat, qui testato, id est testibus adhibitis conueniebatur. Vide Cuiac. 7.obs.16.

Apertū ius. Varium.

Apud Salomonem in *§.responsa pruden.Instit. de iur.nat.* datur oppositio inter *Apertum ius*, & *Varium ius*, quasi apertum dicatur, quod clarum & indubium est. Varium autem quod in opinione Iureconsultorum vagatur, quod & controuersiam appellant.

Arbitrator & arbiter.

1844 Inter arbitrum & arbitratorem est discrimen, quasi Arbiter sit, qui quasi vir bonus inter aliquos eligitur sub pæna, vt finem sua sententia controuersijs imponat *l.3.§.1.ff. de recept. arb.* Arbitrator est, qui sine pæna ad hoc eligitur, vt totis animi viribus exploret ius controuerteosium, & æqua compositione definiat *l. Societatem mecum ff. pro socio.* Old. & Goth. Vide Parlad. diff.43.

Arioli.

Arioli, quorum mentio fit in *l.5. & 7. de malefic. & mathem.* similes sunt impostoribus, qui profitentur ineptè se fata cuiusque, & natalitias syderum obseruationes nosse.

Aromata.

Aroma Indicum species est ad vectigal pertinens. *l.16. paragraph.7.ff. de public.* Sunt aromata quarundam herbarum fructus grati admodum odoris & saporis, quibus vtimur ad calefaciendum, & roborandum ventriculum. *l.vlt. ff. de vsufr.* Idem est

Artitus. Astulium facere. Atornuti.

Artitus apud Turneb. aduers. lib. 24. cap.31. ex Festo lib. 1. atque bonis artibus instructus. *Astalium facere* est decipere. *l.6. Lang.de malef. & pub.crim.* Nam Astalium ab astu idem est, quòd felonia. *Atornati* dicuntur procuratores apud acta constituti *in c.vnic.paragraph.porro de stat.regul.in 6.* vbi Glos.

Attendere. Attingere.

1845 *Attendere* iuxta Arcadium *l.fin. de testib.* verbum est non plenum, sed nudum: animum enim subaudiendum est, significatque aduertere. *Attingere* id est contrectare *l.9. C.vnde vi.*

Auena. Auersa charta.

Apud Vlpian. in *l. si seruus seruum §. inquit lex ff. ad l. Aquileam* ponitur *Auena*, & est frumenti vitium, quod sole maximo, cælique humore accidit: & aliquando etiam seminis imbecillitate, cum diutiùs terra retentum est, priusquam erumpat. *Auersa charta* id est Opisthographos *l.chartæ ff. de bonor. possess.* scilicet à tergo scriptus.

Auiaticus. Auiaria.

Auiaticus est nepos *lib.3. feud. tit.1. paragraph.3.* vbi sic habetur: *Si verò filios non habuerit, an auiaticum ex filio masculo reliquerit.* Reperiuntur *Auiaria* apud Paul. *l. auibus ff. de legat. 3.* & sunt caueæ quibus aues concluduntur. *Auxaria impensatio* habetur *l.2. C. de fun. patr. lib. 11.* & dicitur ab Auxarijs, quæ sunt secreta nemorum, sic dicta ex eo, quòd ibi frequentant aues.

Bina sponsalia. Bispellio.

Bina sponsalia constituere est vnam duobus spondere vt vtriusque sit vxor. Vnde *l. quid ergo ff. de his, qui notantur infam.* dicitur vna filia duos generos facere. *Bispellio* apud Marcel. *l.72. paragraph.5. ff. de solut.* idem est atque Versipellis, & veterator, planus.

Blatire & blaterare.

1846 *Blatire* apud Tertull. Iurisconsul. de pallio est inaniter, & inconditè loqui. Parum distat à *Blaterare* quòd authore Festo lib. 2. est stultè & percupidè loqui. Camelos etiam,

cum

Blattaserica. Bodones, seu Botones. Bonarij. Quiritarij. Cadauer. Caducarij. Caduceatores. Spinter.

cum voces edunt, blaterare dicimus. *Blattaserica*, quòd semioblata. *Bodones*, seu *Botones* apud l.Paulum lib.3.sent.tit 22. dicuntur, qui vicem præstant terminorum, aut ipsi termini sunt, & grauiter puniuntur, qui eos conuulserint. *Bonarij* Theop.*Instit. de libert.§. libertinorum*, dicuntur, qui naturali iure domini sunt, sicut *Quiritarii*, qui iure Quiritium. *Cadauer* à cadendo dicitur. Extat titulus lib. 48.ff.de *cadaueribus punitorum*, quæ ab Vlpiano, Martiano, & Paulo appellantur corpora ff.eod.lib.l.1.2.& 3.*Caducarij* sunt Caducariorum librarij in castris. *l.vlt. de iure immun.* qui rationes conscribunt eorum, quæ per mortem militum in legionem cadunt. *Caduceatores* dicuntur legati pacem petentes, sic dicti à caduceo, quem manu gerebant. Vruntur hodie Spintere, quæ armilla dicitur Budæo *l.sanctum ff.de ser.diuis.*

Cæsa. Cæsalis lapis. Tiburtinus. Calamitosi. Calamitas. Calamus. Callon. Calopodiũ. Capi.

1847 *Cæsa* sunt arbores cæsæ, carbones, titiones, & similia *l.fundi 17.§.6.ff. de action. emp.* Apud Dolabel. lib. de limit. *Cæsalis lapis* finalis erat, & alio nomine *Tiburtinus* dicebatur. *Calamitosi* apud Callistratum *l. obseruandum ff. de offic. præsid.* rei delati sunt ærumnosi, & calamitatibus prægrauati. Est autem *Calamitas* infelicitas, & miseria, quæ euacuatur omni bono. Sumitur pro morte *l. ex liberis C.de vsufr. & habit.* Item pro status mutatione *§ è contrario Instit. de ingen.* Apud Martianum *l. vlt. §.species ff. de publ.* numeratur *Calamus* inter species, & alij dicunt esse lapidem pretiosum, alij esse arborem aromaticam. *Callon* apud Vlpian. in *l. sed ei si ff. de vsufr.* significat lignum, & hoc etiam nomine appellantur, qui ligna subministrant, vel qui elauas ligneas gerunt. *Calopodium* est idem atque soccus. Vide *l.cartbularij §. fiunt autem C. de sacrof. Eccles.* Accipitur *Capi* pro fraudari, & decipi. *l.21.ff.ex quib.caus.maior.*

Almutia. Arredium.

1848 *Almutia* sunt tegumenta capitis vltra caputium habitus, & hæc quandoque dicuntur tegumenta pellium varorum quibus vtuntur canonici Ecclesiæ cathedralis. Card. in *Clem.in prin. de statu monach.* Vide Bertachinum. v. eod. *Arredium* est illud quod mulier secum portat ad maritum vt consumatur, v. g. panni linei. Ita Aug. in *l. hac lege C. de pactis conuen.*

Barataria. Burgũdines. Salsati. Aestiuales.

Apud Paul. de Cast. cons.151. & Menoch. de arbitr. casu 342. *Barataria* est illud, quod datur iudici pro iniustitia, vel ne fiat ius. *Burgundines* de quibus fit mentio in *Cap. Volumus 11. q.1. & in l. In Lusitania ff. de censi.* sunt à censu immunes. Et refert Cassan. post Guaguinum in Chron, quòd dicuntur *Salsati*, ex eo, quòd effecti fuissent Christiani, & Sal in eorum os immitteretur. Sed verius est à nobili illo fonte Salinario nuncupatos esse, qui totam Burgundiam, & maximam Allobrogũ partem sale nutit. *Aestiuales* sunt calcei de corio apti ad vsum in æstate. Gloss. in *Clem. 1. §. in vestibus de statu monach.*

Reus credendi. Reus debendi. Reus actiuè & passiuè. Reus stipulandi. Reus promittendi. Reus satisdandi. Capio nomen. Capio mortis.

1849 Vt intelligas, quis sit *Reus credendi* inter mercatores, apud Valasc. consult. 143. num. 5. nota quòd *Reus credendi* est ille, cui debetur res, non quòd ei res credatur, sed quia res credat, vel perinde sit ac si crederet. Reus verò promittendi est. *Reus debendi* id est, qui rẽ sibi creditam debet, eamque promittit soluere. Et nota, quod Reus actiuè est Reus stipulandi & credendi, sed passiuè est Reus debendi, seu promittendi *Reus stipulandi* is dicitur, qui stipulatur, id est interrogat: & *Reus promittendi* is, qui promittit. *Reus satisdandi* dicitur, qui satisdato obligatus est, id est fideiussore dato: *Reus verò satis accipiendi*, qui fideiussores accepit ob debitum. *Ius capiendi* est idem, atque ius testamento consequendi *l. 27.ff.de prob.* Vnde non capienti reddere, id est ei, qui ius capiendi non habet. *l. 41. ff. de iure fisci.* *Capio, onis*, est acquisitio, & differt à donatione mortis causa. Est enim acquisitio cum eo scilicet effectu, vt capione fias dominus rei, nec eam captam restituere tenearis. Comment. ad instit. de vsucap. num. 3. *Capio mortis* est quidquid mortis alicuius occasione percipitur. *l.8.ff.de donat.mortis causa.*

Capitatio. Censiti capite. Iugatio. Carbasea. Cardamomum.

1850 *Capitatio* fuit tributum, quod in singula venalium quadrupedum capita pendebatur *l. sacrosf. 8. C. de sacrosf. Eccles. l. quisquis 15. C. de Episc. & cler.* Capitatio annonariam pro mensura agrorum functionem, indictamque possessionibus pro iugorum & capitum, quibus arantur, & coluntur numero, collationem designat. *l. 9. C. de action. emp.* Capitatio personalis erat, quæ capiti, siue personæ magis quàm rebus imponebatur, & ab ijs, qui etiam si nulla prædia possiderent, exigebatur, sicut olim Romæ capite censiti fuerant *Iugatio* apud Cabed. pag. 1. decis. 188. num. 1. & Valasc. de Emphy. q. 19. num. 7 reperitur, sed non exponitur. Est autem iugatio tributum quod Lusitani vocant *Iugada* & dicitur ac soluitur à numero iugorum quibus campi arantur. *Carbasea* species est ad vectigal pertinens *l.1. §.7. ff. de pub. & vect.* Apud Martianum *l. fin. §. species ff. de publ. & vectig.* reperitur. *Cardamomum* & est fruticis genus amomo simile, semine oblongo, quod in Arabia nascitur.

Iuramentũ multiplex. Purgationis iuramentum. Necessariũ iuramentũ. Voluntariũ iuramentũ. Credulitatis iuramẽtum.

1851 *Iuramentum suppletorium* est, quod defertur ad supplendam probationem. *Iuramentum purgationis* est, quod defertur purgando & absoluendo, pro quo sunt præsumptiones. *Iuramentum necessarium* est, quod defertur compulsò & coactò ad iurandum. *Iuramentum voluntarium* est, quod defertur spontaneo, & volenti iurare. *Iuramentum decisorium* est, quod defertur ad causam, vel litem decidendam. *Credulitatis iuramentum* est quod defertur alicui, vt iuret quid in tali re credat, vel existimet. Vide Gabr. Perey. decis. 68. num. 5. & Cabed. part. 1. decis.

Cassianus furor. *Catabolenses.* *Catastrum.*

34. *Cassianus furor* habetur *l. vlt. C. ad legem iul.* & dicitur furor concitatus ab Auidio Cassio, qui auidus imperij duorum fratrum temporibus res nouas in Oriente molitus est. *Catabolenses* in rubr. *C. Th. de pist. & Catab. l.* 14. *tit.* 4. qui fuerint, non planè constat, nisi dicamus eos fuisse, qui panes exercitui præstant. *Catastrum* videtur appellare Bart. in *l. forma §. si cum ego ff. de censib.* librum quo tributa & census æstimari solent. Vnde quæstio est apud Menoch. consf.147.n.51.consf. 252.n.13. & consf.191.n 83. Catastrum an probet dominium.

Caudicarij. *Cauena.* *Cauillari.* *Cessim ire.* *Cessum dare.* *Cheliniæ.* *Circuncelliones.*

1852 *Caudicarij* prout habetur in *l. 2. Th. de pistor. & Catabol.* genus erat frumentariorum Romæ, qui pistoribus frumenta venundare cogebantur. *Cauena*, vel apud Ardizonem Caueua. Vnde feudum de Cauena, *lib. 2. tit. 1. §. 1.* sumitur pro cella, cellario, vel loco in quo frumentum, vinum, oleum, & huiusmodi cætera seruantur. *Cauillari* in iure, vt Vlpian. & Iuliano refert. *l. natura* 177. *ff. de verb. signif.* est ab euidenter veris, per breuissimas mutationes disputationem ad ea, quæ euidenter falsa sunt, perducere. Est etiam fraudare & frustrari *l. si caluitur ff. de verb. signif.* Item scienter falsa dicere *l. 1. ff. de regul. Catoniæ.* *Cautor formularum* vocatur Iurisconsultus ab Anton. lib. Cicer. 1. de orat. *Cessim ire* vt habetur in *l. si ex plagis §. in diuo ff. ad leg. Aquil.* Deinde *Cessum dare* prout habetur in *l. 43. ff. de Aedil. edict.* interpretatur à Gothof. calce percutere. *Chelinia* in *l. fin. §. species ff. de public.* sunt gemmæ testudinis oculo similes. *Circuncelliones l. 52. de hæret. in C. Theod.* genus hominum, teste 5. Aug. de hæres. c. agreste fuit, audaciæ famosissimæ non solum immania facinora pattando in alios, sed etiam nec sibi parcendo, necesse atroces inferendo.

Clibanarii. *Clibanus.* *Cludere, & clusus.* *Coæstimare.* *Coalluere.* *Cocinatorium.*

1853 *Clibanarij*, de quibus meminere Imper. in *l. annonas 9. C. Theod. de annon. ciuil.* dicti sunt equites catafracti, qui rota specie ferrea, sic contegebantur, vt tanquam pannis, sic ipsi clibano obtecti forent. Est autem *Clibanus* thorax, quo totum pectus tegitur. *Cludere* pro claudere, & *Clusus* pro clausus apud Vlpian. *l. verum est, & l. tabernæ ff. de verb. signif.* Apud Celsum in *l. inficiando 67. §. 1. ff. de furt.* Idem valet *Coæstimare* atque simul & cum alia causa æstimare, vt cum varijs ex causis mea interest, quid factum esse, vel non factum *Coalluere* apud vulg. Codic. *l. ergo 30. ff. de acquir. rer. domin.* significat per alluuionem aliquid augere. *Cociuatorium instrumentum* pro coquinario, seu ad coquinam pertinente, sumitur in *l. cui aurum 19. §. si cui escarium ff. de pen. leg.* Coctilitia taberna erat in qua coquebantur ligna, ne fumum facerent. *l. ligni appel. de verbor. sign.*

Coercitio multiplex. *Collata nuptia.* *Collectarij.* *Collegatarij.* *Colligere hæreditatē.* *Columnæ.* *Comagena.* *Combinæ.* *Comitialis morbus.* *Commonitorium.*

1854 *Coercitio* est in corpus punitio, siue pecuniaria animaduersio, quæ multiplex est, scilicet capitalis *l. hac stipulatio 200. ff. de verb. sign.* Modica apud Paulum *l. fin. ff. de offic. eius cui mand.* & leuis apud Vlpian. *l. prætor §. præterea ff. de iniur.* Apud Connan. lib. 8. c. 2. num. 1. *Collata nuptia* dicuntur quando mulier adducitur in domum viri, & in vnum eundemque larem coniunguntur. *Collectarij* in iure dicuntur collectores, qui in actionibus reliqua publicanorum solent emere, quæ illi vel ob grauiores curas, vel ob debitorum procrastinationem nequiuerunt exigere *l. quisquis C. si cert. pet.* Dicuntur in iure *Collegatarij* illi, quibus coniunctim legatum est *l. 10. ff. de vsuf. acor.* Apud Brissonium *Colligere hæreditatem* est adire, subire, amplecti. *Columnas* inde dici scribit Festus lib. 3. quòd culmina sustineant, & sic eas accepit Vlpian. in *l. sicut 8. §. 1. ff. si serui. vindic.* Habetur in *l. 23. ff. de aur. & arg.* hæc vox *Comagena* & est vnguenti genus ex adipe anserum, de quo Plin. lib. 10. cap. 23. *Combinæ* vocantur diplomata, vel tractoriæ, quæ dantur cursu publico vtentibus, vt scribit Cuiac. *ad 1. l. continuis §. cum ita ff. de verb. oblig.* Apud Iauolenum in *l qui tertiana 51. ff. de ædilit. edict.* & Vlpian. *l. 1. ff. de auct. tut.* reperitur *Comitialis morbus*, & dicitur quòd in comitijs accidat, & quòd cuiliber de populo supetueniens comitia dirimat; est idem atque morbus sacer, seu Herculeus. *Commonitorium* in *l. 2. C. Th. si cert. pet. & in l. vni. C. de suffrag.* adnotationem & scripturam conuentionis significat.

Componere. *Compromissum.* *Compulsoriæ litteræ.* *Conatus.*

1855 *Componere* prout habetur *l. 2. C. de exhib. reis.* Significat multas res apta quadam cohærentia simul ponere, coniungere, & de suis rebus disponere. Item instituere. *l. 2. §. postea ne diutius ff. de orig. iuris.* Apud Corras. lib. 4. Miscell. cap. 18. *Compromissum* prout habetur in *l. diem proferre § fin. ff. de recep. arb.* est simultanea illa partium promissio, qua sua sponte ad alicuius boni viri arbitrium suam remittunt controuersiam. Vide discrimen inter compromissum, transactionē, & latis æstimationem apud Parlad. diff. 44. *Compulsoriales litteræ* dicuntur à compellendo. Iudex enim appellationis, quoniam superior est, compellere solet ad hoc inferiorem iudicem, à quo appellatum est, vt acta edat cum refutatorijs *l. à proconf. C. de appell.* Debemus *Conatum* accipere in *l. 1. in fin. ff. quod quisque iur.* pro tentatione, periculo, & nisu ad aliquid faciendum. Conatus puniri oportet in his, quæ facilè trahuntur ad perniciosa exempla. Nam à corrumpente iam (quantum ipse potuit) perfecta res est *§. sed & si credat, Instit. de oblig.*

Concordiū.

1856 *Concordium* pro concordia legitur in genere neutrali *l. si liberis 28. ff. de pact. dotal.* Legitur *Concubatus* pro concubinatu in *l. 3. ff.*

de

Concuratores. Conditionales. Conditionales creditores. Confuga. Coniectio causa. Coniicere causam. Coniectura.

de concubin. Dicuntur Concuratores, qui simul curam administrant. l. 19. ff. de admin. tut. Olim Conditionales dicebantur tabularij l. scripturas C. qui potior in pign. inde deducto nomine, quod ea conditione munus illud adepti essent, ne ad aliud aspirarent. Conditionales creditores apud Vlpian. l. conditiones ff. de verb. sign. dicuntur quibus nondum competit actio, est autem competitura: vel qui spem habent, vt competat. Confuga est is, qui ad asylum, vel ad Ecclesiam confugit l. præsenti C. de iis, qui ad Eccles. confug. Apud Asconium interpretem Coniectio causæ prout habetur in l. 1. ff. de diuers. reg. iuris. Idem valet atque causæ in breue coactio, vt quæ diffusa erat, quasi in compendium redigatur. Conijcere causam, vt Duarenus lib. 1. cap. 46. forense verbum est nec aliud significat, quàm causæ argumentum iudici, apud quem agenda est, summam exponere. Coniectura habetur potissimum in his, quæ clandestina sunt, vt attentis his & illis circunstantijs in notitiam veniant, & iudicatur potior quàm stricta verborum significatio l. cum proponebatur ff. de legat. 2.

Consanare. Consponsores. Coracinus. Cornuarij. Cremia. Cremiales arbores.

1857 Consanare pro sanum effici dixit Vlpian. l. idem ofilius ff. de Aedil. edict. Sed in nonnullis exemplaribus legitur Consolidauerit. Apud Tullium ad Attic. lib. 12. Consponsores dicuntur, qui apud Iurisconsultos appellantur Correi debendi, id est, qui eiusdem obligationis sunt debitores. Contusa vasa apud Vlpian. l. 1. in prin. ff. de peric. & commod. rei vend. sunt, quæ liquorem non continent. Coracinum colorem, & non Crocinum, vt alij legunt, Iurisconsultus dicit in l. quæsitum §. coccum ff. de legat. 3. & est idem, atque color niger, seu coruinus. Cornuarij prout habentur in l. fin. ff. de iure immun. sunt, vel qui cornua conficiunt, vel qui cornu canunt, vt cornicines, quos æneatores vocant. Cremia sunt ligna ad cremandum præ cæteris apta: sunt autem surculi tenues & aridi, qui facilè comburuntur. l. ligni ff. de leg. 3. Vnde Cremiales arbores dictæ apud Vlpian. l. diuortio §. si fundum ff. solut. matr. quæ surculos illos suppeditant.

Critologia. Crocotia, & Crocotarii. Cruciarii. Crustæ. Curtis. Damnum existimationis. Dari in metallum.

1858 Critologia, vt habetur l. 1. de frum. dicitur cura frumenti suscipiendi & excutiendi Apud Tiraq. in 3. leg. connub. Gloss. 1. p. 3. Crocotia sunt vestes delicatæ, & Crocotarij infectores huiusmodi vestium. Cruciarij alio nomine patibulati dicti, qui tolluntur in crucem. l. capitalium ff. de pœnis. Crustæ sunt fragmenta quædam tenuia vel lapidis, vel vitri, aut aliarum rerum, quæ non comeduntur. Vnde Crustæ marmoreæ. l. 17. §. quæ tabulæ ff. de acti. emp. & Crustæ aureæ l. 32. de aur. & arg. Habetur Curtis pro curia in feud. lib. 2. tit. 52. §. 1. Habetur in l. si seruus communis §. his etiam §. quod verò ff. de furt. hic modus loquendi Damnum decidere pro soluere; præstare, sarcire damnum. Damnum existimationis habetur l. 1. C. si contra matris voluntatem: est idem, atque infamia. Dari in metallum sicut ad bestias, ad opus publicum, in exilium, in ludum venatorium dicuntur, qui in eas pœnas damnantur. l. 8. §. seruos l. 17. l. 21. l. 28. in priu. ff. de pœnis.

Dasumiano. Datus iudex. Debiles personæ. Decernere quid & quotuplex.

1859 Dasumiano vel Dasumaiano 5. C. vt habetur in l. 36. ff. de fideicom. libert. de his cauebatur, qui fideicommissariam libertatem præstare rogati, iusta ex causa abessent, vt nec libertas impediretur his, qui fraude carent. Datus iudex id est delegatus: Nam in iure ciuili (vt notat Zasius ad l. duo iudices ff. de re iudic.) raró inuenies verbum delegari pro iudice, sed frequenter verbum dari: & propriè iudex datus dicitur, cui respectu vnius causæ, vel articuli tantum mandata cognitio est. Debiles personæ sunt, qui propter infirmitatem ex perpetuo aliquo morbo, suis negotijs superesse non possunt. l. 4. & 5. ff. de postul. l. 2. ff. de curat. furios. Idem valet Decernere atque cognitionaliter statuere l. pen. de offic. prætor. Vnde princeps cognoscens decernit l. 1. ff. de constit. pec. Item prætor decernere dicebatur, cum causa cognita citra negotij definitionem, authoritatem suam permittendo, iubendo, vetando, alioue modo interponebat. Decernere actionem id est dare prætor dicitur l. 2. §. interdum ff. de vulg. & pupil. Decernere quæstionem, pro eo, quod nunc dicimus, ordinare, vt fiat informatio, & procedatur contra delinquentes.

Decerpere. Decumani agri. Dedecoratio. Deditio noxæ. Dedititia libertas. Definire. Definitio.

1860 Decerpere est aliquid ex aliqua re detrahere, vt pomum ex arbore l. 45. de vsuris. Apud Brechæum l. inter publica ff. de verb. ac rei sign. dicebantur olim Decumani agri ex quorum fructibus pars decima Populo Romano soluebatur. Dedecoratio sacerdotij quòd illius dehonestatio l. 34. § 4. circa finem C. de Episc. audient. Idem valet Deditio noxæ l. 5. §. si seruus ff. de seruo. cor. atque deditio illius corporis, quod nocuit, vel deliquit. Dedititia libertas dicta est, qua quis consequebatur libertatem vt toto uitæ tempore seruituti suæ obnoxius esset: & morte demum ea liberabatur. Huiusmodi libertinorum conditionem tollit lex vnica C. de dedit. liber. tollen. uolens quòd eo modo sint liberti, quo simpliciter manumissi, & ab eis non differant. Definire in iure est pro regula aliquid statuere: & plerumque est generaliter & summatim, quid statuere l. 4. §. puto ff. de hæred. instit. Definitio propriè accipitur pro rei finitione, scilicet cum res à genere suo vsque ad specialem & propriam differentiam sic demonstratur, ut quasi finibus certis cognosci possit. Est enim definitio earum rerum, quæ sunt eius rei propriæ, quam definire uolumus breuis & circunscripta quædam explicatio.

1861 Defraudare est priuare, unde Defraudare

dare

dare libertate *l.6. Cod. de necessar. ser.hared.* &
Defraudare defraudare hæreditate *leg. 25. Cod. de legat.*
Degener. Appellatur *Degener* qui maiorum suorum
moribus non respondet Tex. & Gloss. in
Authen. de non alien. §. *nunc ergo* Vnde
Degeneres homines id est naturales tantum
leg. 1. ff. de vi, & vi arm. *Deijcitur* in interdicto, vnde vi, id est expellitur is, qui possidet, siue naturaliter, siue ciuiliter possideat.
Deiectum & effusum. *Deiectum & effusum* intelligitur, quod pendens decidit, vel effunditur, etiam si nemo deiecerit, vel effuderit, non tantum in ciuitatibus & vicis, sed etiam ruri in quibusdam vijs *l. pen. ff. de his, qui deiec. & effund.*
Delegare. Habetur *Delegare* in *leg. Nesenniss. ff. de re iudic.* & est alium debitorem loco sui substituere.
Delegare se. *Delegare se* in *leg. 4. de manumiss.* est alieno creditori vice debitori se obligare. *Hereditatem delibare* dicuntur legata, quæ dodrantem non excedunt, sicut onerare cum dodrantem excedunt, & exhaurire, cum assem absumunt.
Delibare. Delibatio hæreditatis. *Delibatio hæreditatis* dicitur legatum *l. 16. ff. de legat.* quando testator ex eo, quod vniuersum hæredis foret, aliquid decerpit. Ex diuerso *Illibatus quadrans* in *l. 20. §. Papinianus ff. famil. ercis.* est integer & non imminutus legatis.
Illibatas quadrans.

1862 *Deliberandi ius*, de quo toto tit. *ff. & Cod. de iure delib.* quod à prætore hæredi concessum est ad statuendum, vtrum hæres esse velit, an non.
Deliberandi ius. *Deliciæ.* *Deliciales tegulæ.* *Deliciæ* apud lib. 15. C. Theod. tit. de aquæductu, deriuationes vocantur, ac sulci aquarij. Inde *Deliciales tegulæ* apud Maioragium lib. 3. Miscel. cap. 8. ex Catone de re rust. cap. 14. videntur appellari tegulæ quædam maiores, quæ in tectis influentem aquam accipiunt, deorsumque eliciunt, ac proinde pro deducendis pluuijs eum præstant in tectis vsum, quem in agris elices.
Demandare *Demandare suo dispensatori* id est mandare *l. vlt. §. si inter ff. de verb. obl.* Apud Pompon. ff. de legat. 1. *Denotare* pro ignominia notare.
Denotare. De plano cognoscere. *De plano* id est ex æquo loco, & non excelso Vnde iudex dicitur cognoscere de plano, quando procedit sine libello, & sine vllo iudiciali strepitu *l. de sabmerris C. de naaf. lib. 10.* Vocatur *Deprecator*, qui reum ad impunitatem exposcit, & reatu eximit, vulgus intercessorem appellat.
Deprecator. Depretiatus. *Depretiatus* habetur *l. 21. §. 1. in fin. ad leg. Aquil.* & est vilis, ac nullo dignus pretio.

1863 *Deputati* habentur *l. fin. Cod. de fera. fugit.* & sunt milites annonas ferentes ex publico, qui numeri cuiusque militum arma procurabant. alio nomine *fabricenses*. Leguntur etiam deputati scholæ agentium in rebus, deputati domesticorum, & deputati equitum ac peditum apud Iustin. in Nou. de armis.
Deputati. *Deridere sententiam.* *Deridere sententiam* apud Vlpian. in *l. sed an vltro ff. de neg. gest.* pro improbare.
Deriuare. *Deriuare aquam*, vt legitur *leg. 2. C. ad leg. Aquil.* est illam à riuo deducere: sic *Deriuare crimen* est deflectere ab eo ad quem pertinet, ad eum ad quem non pertinet.
Detentatio. *Detentatio* habetur *Auth. nisi triennale Cod. de bon. mater.* & est insistentia corporalis, non dominij causa, sed ratione alterius effectus, vel iuris, quod ibi dicitur. *Detentator* in *leg. 29. in prin. Cod. de iure dot.* idem est, quod detentor.
Deterior. *Deterior* est idem, quod peior, in qua significatione reperies passim in iure, vt deterior statio, deterior via, deterior causa, deterior conditio.

1864 *Deuocare* idem quod vocare. Vnde Deuocare in iudicium *l. 1. Cod. de ordin. iudic.* Deuocare ad munus ciuile *leg. 2. C. ne filius pro patr.*
Deuocare. *Deuotissimus exercitus.* Dicebatur *Deuotissimus exercitus leg. 4. Cod. quæ res non potest.* quasi addictissimus ad aliquid faciendum.
Difficile. *Difficile* pro eo, quod nullo modo fit *2. quæst. 6. cap. bidaum*. Interdum pro eo, quod difficulter aut rarò fit *l. Seio & l. hæres meus ff. de legat. 3.* Aliquando pro periculoso. Host. *cap. requisiuit, de spons.* Apud Vlpian. famil. ercisc. Difficile & impossibile propè non distant. *Dilucerare bona* est dilapidare, quod prodigorum proprium est *l. 1. ff. de curat. furios.*
Dilaniare. *Dilaniare* est torquendo acerbissimè punire: sic *Dilaniare corpus panis publicis* habetur *l. 1. Cod. de emendat seru.*
Dilatio & dilatoria exceptio. Apud Iuristas *Dilatio* est tempus, quod indulgetur actori vel reo ad faciendum aliquid in re iudiciaria: Vnde *Dilatoria exceptio* apud Vlpian. *leg. 2. ff. de except. & præscript.* est, quæ differt actionem.
Diluere crimen. *Diluere crimen* est infirmare & refutare obiectas criminationes.
Dimissum iudicium. *Dimissum iudicium* est absolutum *l. 3. fin. C. de fructib.*

1865 *Diptycha* apud Gothofr. ad *leg. 7. paragraph. 1. Cod. de sum. iren.* sunt tabellæ, vel diploma.
Diptycha. Apud Modest. *leg. Titio ff. de vsuf.* idem valet *Discedere à persona* atque immutare personam.
Discedere à persona. *Discessio.* Apud Gellium libr. 3. capit. 18. *Discessio fieri* dicebatur, cum in diuersas sententias senatores ibant.
Disortiones. *Disortiones*, alio nomine discretiones, sunt diuisiones patrimoniorum inter consortes.
Dispensator. *Dispensator*, vt habetur *leg. 51. & 62. ff. de solut.* appellatur seruus, qui familiæ rationes dispensat, peculijque administrationem habet.
Distractores argenti. *Distractores argenti* Iustinianus *leg. 27. in princ. Cod. de pign. & hypot. & in leg. vnica Cod. negotiatores ne militant lib. 12.* appellauit mensarios & collistas.
Doarium. *Doarium* inter Gallos ex Balduino *ad paragraph. fuerat antea Instit. de act. putet.* est vsus fructus certæ portionis bonorum mariti, qui tribuitur vxori superstiti.
Dogæ. *Dogæ* apud Cuiac. 9. obseruat. 26. significant capacitatem vasis, & videntur esse vas, quod vulgus appellat *Butticullam*. Apud Budæum libro de asse,

asse, *Draghmalis vsura* Græcis dicebatur, quæ *Draghmalis vsura.* Latinis centesima. Vt enim Romani ex assibus, ita Græci à draghmis vsuras denominarunt.

Ebur. 1866 *Ebur* seu *Ebor* sumitur pro elephanti dente, & inter species ad vectigal pertinentes numeratur *l. vlt. §. species ff. de public.* Illi, qui ex ebore opus faciunt, vocantur *Eborarij* & in *l. priore Cod. de excusat. artif. lib.* 10. numerantur inter artifices, qui à principibus *Edulitas.* vacationem munerum habent. *Edulitas*, apud Papin. *l.* 12. *ff. de compens.* est rerum edulium largitio & donatio, quæ à principe in populum, cum magna esset annonæ *Effodere & efformare.* charitas, fieri solebat. *Effodere ossa* est illa è tumulo eruere. *leg.* 8. *ff. de re lib. l. vlt. ff. de sepulc. viol.* Effodere terminos est lapides finium causa positos auellere & eijcere *leg.* 1. *C. de accus.* Efformare, prout habetur in *tit. ff. ad leg. Corn. de falsis* est monetæ formam *Egregiatus.* dare. *Egregiatùs* dignitas, qua quis tanquam *Elidere & Elidi.* egregius decoratur *leg.* 1. *Cod. Theod. de murileg. Elidere* est lædendo minuere. vnde *Elidi* apud Paul. *leg. si vnus §. pactus ne peteret ff. de pactis* est non omninò tolli, sed inutile & in efficax effici. *Eligimus* re ipsa, *Electio & optio.* quod prius mente optauimus: vnde promiscuè *optio electioque* assumitur. Elegit, qui non reiecit *leg. vlt. §. vlt. ff. furti aduersus nautas.*

Elugere. 1867 *Elugere* vt sumitur ex *leg.* 1. *l.* 11. *ff.* *Emanese.* *de his, qui notan. infa.* est luctum deponere, seu finem lugendi facere. *Emanere* est diutiùs extra castra vagari *leg.* 3. §. 2. *ff. de re* *Emasculare* *mil.* Hoc verbum *Emasculare* & illud *Eniva-* *Euirare.* *re* est castrare, seu mascula virilitate spo- *Ementita professio.* liare: & ne fieret. *l.* 1. *C. de Eunuch.* vetitum est. *Ementita professio* prout habetur *l.* 14 *C.* *Emergere.* *de probat.* videtur falsa & simulata. *Emergere* dicuntur, quæ in occulto cum essent ac laterent, ex post facto apparent. Sic emerge- *Incidens & emergens.* re inopinata seruitus *l.* 1. *ff. de act. empt.* Vnde differunt *Emergens quæstio, & incidens*: nam *Emergens* est, quæ extrinsecus accedit, & nihil habet commune cum negotio principali, & tantum processum respicit, ac tendit ad ipsum impediendum: vt testem admittendum, vel non; *Incidens* est, quæ respicit merita causæ; & habuit ortum ante litem contestatam, vt exceptio transactionis, pacti, & compensationis.

Emissarij. 1868 *Emissarij* iuxta Aconium sunt internuncij furtorum eorum, quæ committuntur à magistratibus. Sumitur etiam *Emis-* *Enata insula.* *sarius* pro calumniatore submisso & subornato. *Enata insula* vel in mari, vel in fluminibus *leg.* 17. *ff. de leg.* 3. quæ nimirum repente in aliquo mari, vel flumine emergit. *Eniti* est parere, seu partum *Eniti & enixa.* edere: vnde *Enixa ancilla* habetur *l.* 44. *ff. de vsurp.* hoc est ancilla, quæ peperit. *Enixa preces* id est diligentiores, quæ cum *Enixa preces.* maiori studio fieri solent. *l. cum pater filium ff. de legat.* Apud Vlpian. in *l. lex Cornelia ff.* *Epithesis.* *de iniur.* habetur *Epithesis* & est inscriptio, *Ergastici, vel Ergasiotani.* quædam appostitia, in contumeliam fraudemque alicuius facta. *Ergastici* vel *Ergasiotani*: vt habentur in *leg.* 5. *prin. C. de Episc. audien.* sunt operæ, quæ in operibus publicis conductis ab aliquo magistro guber- *Erogare erogari.* nantur. *Erogare* est distribuere *l. ciuitatibus ff. de legat.* 1. item præstare *l.* 32. § *Lucius ff. de administr. & peric.* Erogari per codicillos id est dari, vel relinqui. *l.* 4. *fin. ad l. Corn. de fals.* *Erogatio.* Vnde *Erogationes*, id est distributiones. *Eua-* *Euacuata obligatio.* *cuata obligatio* id est sublata *l.* 4. *fin. Cod. de solut.*

Euanescit actio. 1869 *Euanescit actio* id est intercidit. *l. cum fundus §. ff. si cert. petat.* Habentur *Exarchi* *Exarchi.* *monasteriorum* Nouel. 133. cap. 4. & viden- *Exarchiatri.* tur esse, qui iam fuere principes, sicut *Exarchiatri* apud *l.* 6. *Cod. de profess. & med.* *Excessus.* *lib.* 10. & sunt, qui iam fuere archiatri. *Excessus* accipitur in *leg.* 23. *Cod. de procurat.* pro obitu, seu morte; sumitur etiam pro digressione, vel cum quis altiùs rem petit, vel cum capta occasione obiter extra argumentum aliquid dicit *leg. iam dubitari ff. de hæred. instit.* Apud Turnebum aduers. lib. 24. cap. *Exculcatores.* 12. *Exculcatores* dicuntur, qui missilia & *Excusatio.* lapides & glandes exculcant & eijciunt. *Excusatio* est allegatio immunitatis à tute- *Excussatus.* la, vel à cura, quam immunitatem, quis habet ex iusta causa. *Excussatus* pro *Excussus* apud Paul. *l.* 46. *paragraph.* 6. *ff. de admin. tut.* Apud Vlpian. *l. item si res ff. de aliem. ind. mut. caus.* Idem valet *Execrari li-* *Execrari lites.* *tes* atque abhorrere à iudiciali strepitu. *Exercitor, & institor.* *Exercitor & institor* in hoc differunt, quòd hic terrestri negotiationi, ille maritimæ præpositus est *l.* 1. *& leg. Institor ff. de institoria.*

Confessio spontanéa dicitur, quæ facta *Spontanea voluntaria.* est nullo metu adhibito, vel quæ post torturam ex interuallo ratificata est; sed facta in tortura, quamuis dicatur voluntaria, non dicitur spontanea. Bal. in *cap.* 1 §. *iniuriæ in* 8. *collat. vers. quæ de pace iuram. firm.* Apud Bert. v. Confessio. Sed Alex. in l. quæst. dicit contrarium, nempe, quòd confessio post torturam tanquam metu extorta etiam ratificata non nocet, quia metus præsumitur durare tempore confessionis, & tempore ratificationis, nisi reus iam vt antea omninò liber sponte reuertens ad iudicem confiteatur.

Exercere. 1870 *Exercere* idem valet, atque émittere. *l. fin. C. qui admit* Idem valet *Exigere* atque quod sibi debetur, per Iudicem reposcere vnde per Alciat. exegisse dicitur, qui id recepit, quod instituta actione petebat. *Exigere.* Sumitur etiam *Exigere* pro condicere *leg.* 5. *Codice de secund. nupt.* Vsurpatur

Expe-

Expedire impeditus. Expeditio. Exproximi. Ex seminario. Exuere crimine.

Expedire pro absoluere S. *sed ea maior. Instit. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* Est autem propriè expedire, pedem retentum liberare, quòd *impeditus* is dicatur, qui pedes alligatos ita habet, vt progredi nequeat. *Expeditio* propriè est profectio cum expeditis militibus. In *l. 6. §. 2. C. de appellat.* habetur *expeditio itineris faciendi*, & est confectio, seu absolutio *Exproximi scriniorum* vt habetur *l. 1. C. de magist. sacr. scrin. lib. 12.* dicuntur illi, qui proximorum dignitate functi sunt. *Ex seminario* prout interpretatur Vlpian. in *l. vitem §. quod si, quis arb. fur.* idem valet, atque stirpitùs. *Exuere debitorem ære alieno*, prout habetur *l. 11. Cod. si cert. pet.* est eximere, liberare; sicut *Exuero aliquem crimine* est soluere, liberare, purgare *leg. 19. Cod. de his, qui accus.*

Facies. Factores. Falces multiplices. Fataliter. Fato facere. Feralis pestis. Feralia.

1871 *Facies eadem* id est forma *l. 3. Cod. de ædific. princ.* Sumuntur *Factores* in iure pro scelerum authoribus, qui nempe scelus admittunt. *l. 6. §. qui præpositum ff. de re milit. & l. solent ff. de cust. & exhib.* Apud Vlpian. *l. instrumenta ff. de fun. inst.* falces multiplices sunt, nempe messoriæ frumentorum sunt, putatoriæ, vitium: fœnariæ, quibus fœnum secatur: dumariæ quibus spinæ vepresque cæduntur. *Fataliter fieri* pro diuinæ voluntatis præstituta serie accidere, interpretatur Alciatus Vlpian. in *leg. quæreret aliquis ff. de verb. sign.* Quid sit *Fato facere*, quo loquendi modo vtitur Vlpian. *l. 2. ff. de condit. & demonst.* vbi sic habet: *Nam si fato fecerit, non videtur obtemperasse voluntati*: constat ex declaratione: Nimirum pro eo, quod casu, siue suo, quis nutu facit, insciens alienæ vel voluntatis, vel conditionis. *Feralis pestis*, quæ fit Constantin. *l. 6. C. de malefic.* non planè constat: existimo pestem dici feralem, quòd feriat, vel quòd multis ferat interitum. Nam Festus dixit *feralia* dijs manibus sacrata festa sic vocari à ferendis epulis, vel feriendis pecudibus.

Fibulæ. Fines. Finium regundorum. Flagellare annonam. Dardanarij. Flagrans crimen.

1872 *Fibulæ* de quibus fit mentio in *l. 1. Cod. nulli licer. in fren. lib. 11.* dicuntur propriè ornamenta cinguli ad vestem subligandam: & tam viriles, quàm vxoriæ habentur. *Fines* agrorum termini appellantur, & limites. *l. 16. paragraph. 2. ff. de vsu & habit.* Vnde datur titulus in *Cod. finium regundorum*. Est autem *fines regere* idem atque distinguere. Inde est *Actio finium regundorum*, quæ producitur gratia separandi fines in rusticis prædijs *Flagellare annonam* prout habetur *l. 6. ff. de extraor. crimin.* est fruges horreis clausas tenere: nam qui hoc faciunt, annonam onerant, coemptas vndique fruges recondunt, *Dardanarij* vocantur. *Flagrans crimen* (quo verbo vsus fuit Iustin. in *l. vnic. C. de rap. virg.*) dicebatur illud in quo quis deprehenditur. *Flare numos*, & *Flatæ massæ*, quid sit in *l. 9. ff. ad leg. Corn. de falsis*, perspicuè desumitur ex eo. quòd *Flatores auri* apud Pompon. in *leg. 2. paragraph. Deinde cum esset ff. de orig. iur.* vocantur signatores auri. *Flare* enim inter alia signare dicitur. Hinc *Flauissæ* apud Gellium lib. 2. cap. 10. dicebantur olim thesauri, quod in eos non rude metallum, sed flata signataque pecunia conderetur.

Flare numos. Flatæ massæ. Fratores auris. Flauissæ. Floci. Cuculla. Fluctuare. Formale pretium. Fornacator. Fouea. Fragauæ. Frustrator. Furca.

1873 In *Clem. ne in agro §. verum, de statu monach.* intelligitur *Floci* nomine habitus habens manicas longas, & amplas: sicut *Cucullæ* nomine habitus longus & amplus sine manicis. *Fluctuare* pro dubitare *cap. illa autem nauicula 1. quæst. & 12. dist.* Quid sit *Formale pretium* prout habetur in *l. 63. in fin. ff. ad l. Falsid.* alij interpretantur formatum & præscriptum à contrahentibus, alij forma censuali definitum. *Fornacator* in *leg. 14. ff. de instructo vel instr.* est, qui in balneo succendendæ fornacis curam gerit. *Fouea* apud Paul. *ad l. Aquil.* sumitur pro scrobe venandarum ferarum causa facta. *Fragauæ* apud Gothof. ad *rub. Cod. ad l. Fab. de plagiar.* sunt plagiarij, qui ingenuorum liberos, aut seruos alienos vendunt, vel supprimunt. *Frustrator* dicitur, qui in iudicijs deest. *l. 31. paragraph. litem. paragraph. de negat. gestis.* Item tergiuersando remoratur executionem rei iudicatæ. *l. 7. C. de exec. rei iud.* *Furca* apud Callisti. *l. capitalium ff. de pœnis* est patibulum, ex eo dicta, teste Isid. lib. 5. cap. 28. quòd ferat caput, suspensumque & strangulatum statim exanimet.

Furnarius. Fusiones. Fustuarij. Gariophyllum. Folium barbaricũ. Gentilitiũ ius.

1874 *Furnarius* apud Vlpian. *l. 24. paragraph. 6. ff. de damn. inf.* est apud Ræuard. lib. 3. capit. 1. varior. *Fusiones* prout habentur ex *l. 27. paragraph. quid cloacarij ff. de vsuf.* sunt attributiones & indictiones, seu (vt aliqui volunt) functiones & illationes. *Fustuarium* mereri dicebant olim Romani, vt nunc Itali meritus est bastonatas. Er est teste Marcello in *l. seruorum paragraph. fin. de pœnis*, quæ fuste infligitur maior pœna pecuniaria. *Gariophyllum* reperiri in *l. fin. ff. de publ.* & numerari inter species ad vectigal pertinentes. Sed Holoand. veriùs legit pro *Gariophyllo* Folium barbaricum. *Generale* omne obscurum est, sicut omne multiplex dubium, vt dixit Bald. in *l. 1. C. de fer. fugit.* Habetur *l. 13. C. ad l. Iul. de adulteris*, *Genialis thorus* pro coniugali: nam Genialis thori (vt ibi dicitur) maritum vindicem esse oportet. *Gentilitium ius* erat, quod patritijs competebat, vt liceret eis vindicare hæreditatem cuiuslibet, qui habuisset idem cognomen, quocunque gradu consanguinitatis, excluso fisco.

Genuina pietas.

1875 *Genuina pietas*, (sic enim pro gemina legendum est, in *leg. 3. ff. de libr. hom. exhib.*)

Geometræ. Græcitas.

exhib.) est insita, atque ingenita patris affectio erga filios. *Geometræ* prout habentur *l. 22. ff. de excus.* sunt professores geometriæ, quæ metiendi ars est. *Græcitas* accipitur in *l. vnic. Cod. de stud. lib. vrb. Rom. & Constan. lib. 11.* pro Græcarum litterarum & facundiæ studio, vbi falso antea *Grauitas* legebatur.

Gratiosa featcatla.

Gratiosa sententia apud Vlpian. *leg. in hæred de calumn.* Est, quæ gratis absque vlla pacta mercede fertur.

Gubernacula.

Gubernacula nauis, de quibus *leg. 44. ff. de euict.* sunt quibus nauis contorquetur quò gubernarori libet; *Hermogeaiani eqai* repetiuntur in *leg. nunc C. de grege dom.* dicti sunt ab agitatore, vt vult Alciat. ex Græco interprete, vel quasi *Hermogeni*, id est sub Mercurio geniti.

Henones.

Henones habentur in *leg. 31. med. ff. locat.* & sunt centones, quamuis alij aliter legant apud Cuiac. 7. obs. 39. Apud Alciat. *ad tit. de vestibus holober.* reperiuntur

Holobrizæ. Holoserica.

Holobrizæ vestes, quæ totæ sunt ex obrizo: quod aurum purissimum, & quantumuis coctum non diminuitur. *Holoserica vestis* habetur l. 1. de expens. ludor. in C. Theod. id est tota serica.

Homologus. Homousion.

1876 *Homologus coloaus* reperitur *l. fin. C. Theod. de patroc. vic.* & est dedititius. *Homousion* Græcis apud Iustinian. *lib. 4. Cod. de sum. Trin.* Latinis est consubstantiale.

Hopia.

Hopia habetur in *leg. fia. §. species ff. de pablic.* & videtur esse veneni genus ex incisis pauperũ capitibus, succo expresso confectum; de quo Dioscor. lib. 4.

Horrearias.

Horrearius habetur *l. 5. de his, qai* & est horrei conductor. *Hosticas* apud Vlpian. *l. 1. in prin. ff. de boa. possess.* quòd

Hosticas. Hydromantici. Hydroparastatæ. Aqaarij.

hostilis. *Hydromantici* ponuntur *c. nec mirum rub. q. 1.* & sunt, qui aquæ inspectione diuinant. *Hydroparastata* quorum fit mentio in *l. 5. post priu. C. de hæret. & Manich.* sunt, qui aquam pro vino ad communionem exhibebant, & *Aquarij* Latinis dicuntur.

Hyperocha. Hypoboloa.

Hyperocha in *l. quærebatur ff. qui pot. in pig.* dicitur, quod plus est in pretio fundi, quàm in prioris credito. *Hypobolon* dotis est incrementum, vel quod mortuo marito vxori superstiti redditur supra dotem. Vide *lib. 1. feud. tit. 19.*

Hypostasis. Hypothesis.

1877 *Hypostasis* in Ecclesia pro persona accipitur. *Hypothesis* apud Alciat. in *leg. edita Cod. de edem.* Hypothesis est (inquit) determinata facti assertio, quæstionis, seu causæ modum complectens.

Iactare. Iactæ res.

Iactare pro concutere, fatigare, vexare apud Vlpian. *l. 1. de ædilit. edict.* Accipimus *Iactas res* nonnunquam, quæ tempestate maris, nauis leuandæ causa eijciuntur *leg. 21. §. 1. ff. de acquir. possess.* Apud Vlpian. *ad leg. Aquil.* est *Iaculans*

Iacalans. Idiochera.

quod proijciens *si à iaculantibus* (ait) *per laudum feraus fuerit occisus.* Apud Leonem Imp. *Idiochera* prout sumitur ex *l. scripturas 11. ff. qui potior in pign. hab.* appellantur scripturæ, quæ solent à quibusdam secretò fieri interuenientibus amicis, rerum contrahendarum causa.

Idiographũ. Ignoscere.

Idiographum est idem, quod Autographum. *Ignoscere* accipitur à Vartone pro vàlde noscete: tamen apud Vlpian. *leg. 2. ff. de uoxal.* est noxam remittere. Ignoscere omnibus & nulli, æquè crudele iudicat Senec. libr. 1. capit. 2. de clementia.

Illecebra. Illecta stipula.

1878 *Illecebra* omne blanditiarum genus, quibus allicimur *l. qaidam ignauiæ Cod. de decur. lib. 10.* Habetur *Illecta stipula* in *leg. 30. §. 1. ff. de verb. signif.* & dicuntur stipula illa, quæ messe facta remanent ad spicilegium, nondum lecta, seu collecta.

Illecta manus. Immaturũ.

Illatis manibus negotium aggredi apud Cuiac. ad *l. 1. ff. de orig. iur.* est imparatum, & non satis instructum accedere, nefas erat. *Immaturum* dicitur propriè de fructibus ac frugibus, cum ante tempus decerpuntur. Hinc *Immaturum matrimonium.* in *leg. 1. Cod. de secan. nupt.* quod ante tempus contrahitur. *Immatura virgo leg. 25. ff. de iniur. l. 32. paragraph. si quis sponsam ff. de donat. iater vir.*

Imminente iudice.

Apud Briss. in parerg. *Imminente iudice* ponitur ex *leg. 85. paragraph. vlt. ff. de legat. 1.* pro interueniente, & partes suas interponente.

Immittere, & proijcere

1879 *Immittere & proijcere* separantur *leg. 5. paragraph. meminisse ff. de oper. aoui nunc.* Planè inter proiectum & immissum id interesse aiebat habeo, quod *proiectum* esset id, quod ita proueheretur, vt nunquam requiesceret. *Immissum* autem quod ita fieret, vt aliquo loco requiesceret, veluti ligna, trabes & *leg. 242. paragraph. 1. de verb. sig.*

Impendia litis.

Quamuis immittere etiam dicimus cloacam, stillicidium, flumen, lumina, fumum & aquam *leg. 1. paragraph. item sciendum ff. de acq. & aqu. plu.* dicuntur *Impedia litis* in litem facti sumptus *leg. 46. §. litis ff. de procurat.* *imponere* est decipere: vnde impostores, impostura, Vlo. ff. *de crimiae stellionatus.* Hoc verbum *Importare* significat intendere, inferre. Vnde *Importata* pro iniecta & illata vsurpat Iurisconsultus in *leg. ictas sustium ff. de his, qui not. iasam.*

Inateres. Aelij. Inaugeri causam. Iacidere.

Apud Gæcos *Iaateres* duorum fratrum vxores vocantur: sicut *Aelij*, vel etiam Aælij dicuntur, quibus duæ nupserint sorores. *Inaugeri causam* prout habetur in *leg. diui fratres paragraph. quod si is ff. de lib. caus.* idem valer ibi, atque causam differendam esse ob absentiam eius, qui de libertate sua litigabat. Incidere dicimus in ea, in quæ casu & euentu magis quàm voluntate, aut iudicio deuenimus. Sic incidere in latrones *l. 51. ff. pro socio.*

Inciaile.

1880 *Iaciuile* dicitur, quod iniquum, inusitatum est, & contra mores ciuitatis. *leg. vlt. paragraph. pen. ff. quod met. caus.* In lib.

feud.

Inculpatus. Indebitum. Indicere. Indici. Forum indicere. Indictio. Indictiones.

fend. 1. tit. 19. paragraph. 1. ponitur *Inculpatus* & sumitur pro culpato, seu accusato. *Indebitum* prout habetur *l. in summa 65. ff. de cond. indeb.* est non tantum, quod omninò non debetur, sed & quod alij debetur, si alijs soluatur: aut si id, quod alius soluebat, alius quasi ipse debeat, soluat. *Indicere* est denunciare, item iniungere, imponere, item diem & locum statuere. *Indicere operas* liberto patronus dicitur, dum illi operas, quas edat, ac præstet, imponit, diemque illarum præstationi statuit *l. 23. ff. de oper. libert.* Præterea *Indici res* dicuntur à quibus crimina nunciantur, & ad magistratus deferuntur. *l. 1. & 3. paragraph. item qui ff. de sicar.* Ad hæc *Forum indicere* dicitur magistratus in prouincijs cum & locum & tempus designat, quo causæ in conuentu agantur. *Indictio* est denunciatio: sumitur etiam pro munere, seu onere, quod patrimonijs indicitur. *Indictiones* enim nihil aliud sunt, quàm annonæ, seu tributa: id est annonaria, & tributaria functio, rebus non personis indictæ, seu impositæ *l. 3. C. de annon. trib.*

Indignus. Inferre merces. Inficiari. Inficiatio. Inhiatio. Inire. Initiari.

1881 *Indignus* non semper est reprobus, sed propriè immeritus, qui non meretur id, de quo agitur. Sic indignus tutor, indignus hæres. De quibus vide comment. *Instit. quibus modis testam. infir. paragraph. 4.* Verbum *Inferre* frequenter accipitur in iure: dicitur enim quis *Inferre merces*, pro importare *Inferre mortuum*, pro sepelire *l. diui fratres ff. de relig. & sumpt. fun.* Inferre pœnam, pro infligere *l. 12. ff. de manumiss.* Inferre pensiones, vectigalia, pro imponere *l. 18. ff. de vsuf.* Apud Festum lib. 9. *Inficiari*, est creditum fraudare: & *l. 2. in fin. ff. de except.* est creditum, depositumue abnegare. Vnde *Inficiatio* apud Neratium *l. iudicatum digestis iud. solui* est negatio. *Inhiatio* est vehemens cupiditas vt in *libro 1. Codice de petit. bonor. subla. lib. 10.* Hoc verbum *Inire* non iungitur fere, nisi rebus aliquid momenti habentibus, seu grauibus, vt Ineo rationem, fœdus, pacem, societatem, bellum, consilium *l. si concubina paragraph. 1. rer. amot. l. meritò ff. pro socio.* Significat ingredi, & capessere, vt inire consulatum, magistratum: item contrahere, vt inire matrimonium, *l. 22. C. de nupt.* Apud Old. capit. 7. tit. 1. *Initiari* est sacris imbui, & habetur in leg. 12. tabul. Sic dicimus initiare vel initiari sacris ordinibus eum, qui sacris imbutus ad ordines deputatur.

Iniuriosus. Innotescere. Innubere. Enubere. Innuptæ nuptiæ. Inopinabile. Inopinatũ. Insita conditio.

1882 *Iniuriosus* dicitur facilis ad faciendam contumeliam & iniuriam *l. vlt. Cod. de offic. procon. & l. 8. Cod. de sent. pass.* *Innotescere* pro notum fieri habetur *leg. 1. in princ. paragraph. ff. de repu. reis* Apud Liuium lib. 1. & 10. *Innubere* est in mariti domum transire sicut *Enubere* è patris domo exire. Apud Tullium de orat. *Innuptæ nuptiæ*, id est falsæ. *Inopinabile* quod quis nunquam existimasset futurum. *l. 2. §. sed quia diuinæ C. de vet. iur. enucl.* Inopinatum est id, quod præter spem accidit *l. oratione ff. de serijs* idem valet *Inscribere accusationi*, atque subscribere, hoc est suũ nomen accusationis libello adscribere *l. vlt. C. de iniur.* Est enim *Inscribere* obligare se, si non probauerit, ad eam pœnam, quam reus debet pati, vel quam accusando inferre intendit, si probauerit accusator *Inserere conditionem* testator dicitur *l. 29. §. 1. ff. de obl. & act.* id est addere. *Insita conditio* legato prout habetur *l. 82. ff. de cond. & dem.* idem valet atque iniecta, seu inserta.

Inspectari conditio. Inspicere. Instantia. Instaurare. Instauratio. Instigator. Instructum & instrumentum.

1883 *Inspectari conditio* id est inspici & spectari *l. 12. ff. de vsur.* Nam *Inspicere* est rem diligenter considerare, & æstimare. *Instantia* dicitur tempus exercendi iudicij, videlicet à litis contestatione ad sententiam vsque Vlpian. in *leg. & post edictum paragraph. par. ff. de iudic.* Ex quo patet, quid sit prima, quid secunda instantia. *Instaurare* est redintegrare, seu ex integro, quid facere: & propriè est rem quæ prius erat, in pristinum statum reducere, *l. 26. ff. de don. inter. vir.* Hinc dicitur instauratio accusationis, litis, negotij; hoc est redintegratio *Instigator* Apud Papian. *tit. de his qui not. infam.* quod impulsor, incitator *Instigatus* pro instigatione *l. 1. paragraph. sed & si ff. si quadrup.* Iulianus *Instipulari* posuit in *l. aditio paragraph. vlt. ff. de acquir. hæred.* & est per interrogationem stipulari. Et certè *stipulari*, *instipulari*, *& restipulari*, apud Cuiac. ad *leg. si vnus paragraph. pactus ne peteret paragraph. de pact.* idem est atque promittere & repromittere. *Instructum ab instrumento.* sic differt, vt totum à parte; nam instructi nomine non modò, quæ fundo necessaria sunt, continentur, verum etiam quæ præterea testator habuit, quibus suum fundum instruxit. Instrumenti verò ea duntaxat, sine quibus fundus dici instructus non potest Vlpian. *leg. 12. ff. de instr. & inst.*

Intelligere. Intempestina cultura. Intercalare. Intercapedo. Internundinum. Intermenstruum. Internũcius.

1884 *Intelligere* est animo consequi, & mente percipere, quod agitur *leg. 208. ff. de verb. sign.* Habetur *Intempestina cultura leg. 25. paragraph. conductor ff. locati*, & est sera, vel non suo tempore facta. *Intercalare* est interserere. *Intercapedo* est interuallum; sic intercapedo temporis *leg. 3. paragraph. quoties ff. si cui plus.* Apud Turneb. aduers. libr. 15. capit. 5. *Internundinum* spatium, quod inter nundinas est veteres appellabant, sicut *Intermenstruum* quod inter menses. *Internuncius* dicitur, qui inter alios medius est ad aliquid tractandum. l. 21.

paragraph. iustum ff. *de acquir. & omitt.* Apud Connan. lib.6. cap. 1. num.4. Interuallum modicum dicitur, quod non rantum est vt stipulanti cogitationem adimere potuerit. Dicitur autem propriè *Interuallum*, quod est inter palos vallum castrense constituentes: à quo omne spatium interuallum nuncupamus. *l. per interualla ff. de iudic.* Idem valet *Interuenire* atque intercedere, interponi, accessionis nomine promittere, etiam alienam obligationem suscipiendo, *l. vlt. ff. de minor.* Vnde *Interuentores* sunt, qui alieno nomine obligantur. Est propriè *Interuentor*, qui interuenit, & impedit agentem aliquid. Vlpian. in *l. licet* posuit pro fideiussore.

Interuallũ. Interuenire. Interuentores.

1885 *Interuersa pecunia* domini *l. fin. ff. de fugit.* videtur dilapidata. Nam *Interuersores* quotum, fit mentio *l. 8. C. de iure fisc.* sunt administratores, qui dolo malo dilapidant rem, pecuniamve fiscalem. *Intimare* est denunciare *l. 2. C. de iudic.* sic *Intimare actis* est insinuare *l. 25. C. de donat. inter. vir. & vxor.* Habetur hoc verbum *Inuadiare* lib. Feud. 2. tit. 27. § 4. & *Inuadiare pecuniam* est vel ex commisso, vel ex condemnatione debere. *Inuadiare hominem* pro obsidem dare in Lombar. lib. 1. tit. 15. *Deuestire & Inuestire* contraria sunt. Nam vt inuestire est possessionem tradere, sic Deuestire possessionem auferre, quod alio verbo dicitur *Exfestucare* lib. feud. 1. tit. 7. *Exinaniri feudum* dicitur, quod deseritur & euanescit. lib. 1. tit. 15. §. 2. *Diffidare*, seu *Diffiduciare* est Feidam, hoc est bellum indicere, hostem declarare lib. Feud. 2. tit. 59. §. 4. *Inuestigare* rationem non solum dicimus; verum etiam inuestigare eum, qui sese celare tentauerit. *l. non distinguemus* §. *si arbiter ff. de recept.* In officio S. Palacij *Inuitatores* dicebantur illi, qui eos, qui vocari iubebantur, vocabant. *l. fin. C. de diuer. offic. lib. 12.* Accipere debemus *Inuitum* duobus modis, nempe eum, qui omninò non vult, & eum qui coactus vult. *l. si metus ff. de acqu. hered.* Vnde *Inuitus* non tantum, qui contradicit, sed qui consensisse non probatur *l. 8. ff de proc.*

Interuersa pecunia. Interuersores. Intimare. Inuadiare. Deuestire & inuestire. Exfestucare. Exinaniri feudum. Diffidare. Diffiduciare. Inuestigare. Inuitatores. Inuitus.

1886 *Inumbrata quies*, id est falsa, & falsò credita *l. 18. §. ff. de acquir. possess.* Idem est *Inuri probrosis notis* atque signari *l. 2. C. de secun. nupt.* Apud Paul. in *l. penul. ff. de seru. rust. præd.* reperitur hæc vox *Isthmus*, quæ iuxta Budæum significat collum: à cuius similitudinem terra oblonga & angusta inter duo maria *Isthmos* appellatur. Hinc posthmos, id est fretum opponitur, scilicet maris angustiæ inter duos continentes. Sic enim Isthmus à latiore terra protinus gracilescit, vt ceruix à corporis compage deductior eminet *Iteratio* est repetitio, sicut *Iteratò* est iterum, seu secunda vice. *Iteratione* (inquit Vlpian. inst. tit. 3.) fiebat ciuis Romanus, qui post Latinitatem, quam acceperat maior 30. annorum, iterum iustè manumittebatur ab eo, cuius de iure Quiritium seruus fiebat. *Laccarij* in *l. 1. C. de excus. artif.* sunt, qui lacus, fossas, vel puteos effodiunt. *Lacertus* prout habetur in *l. qui penum ff. de penu. leg.* est piscis, qui à Græcis *colias* dicitur *Laccus* apud Budæum, *l. 27. §. vlt. ff. ad leg. Aquil.* pro vase torculario, alio nomine vini cisterna *l. vulgaris* §. *sed si ff. de furtis*.

Inumbrata quies. Inuri probrosis notis. Isthmus. Posthmos. Iteratio. Iterato. Latinitas. Laccarij. Lacertus. Colias. Laccus. Cisterna vini.

1887 *Lædere* ad omne genus offensionis transfertur. Alterum non lædere *l. 10. paragraph. 1. ff. de iust. & iure.* Est alterum damno vel iniuria non afficere. *Læsio* sumitur pro damno & iniuria. *Lamna* pro lamina *l. Qui Mutius ff. de aur. & arg. leg.* Sumitur *Largiri* pro sufficere *l. 11. paragraph. si filio ff. ad leg. Falci.* pro pati, ferre, admittere *l. 14. paragraph. in causa ff. quod met. caus.* Sumitur *Largiter esse l. 81. ff. pro socio* pro interesse. *Largiter refert* id est multum refert. Apud Iulium Modestum est discrimen iter large & largiter: quòd *Largè* sit qualitatis, *Largiter* quantitatis. *Laterculensis* dicebatur ille cui laterculi cura & custodia mandata erat *l. 3. & l. vlt. C. de prox. sacr. scrin. libro. 12.* Item dicebantur *Laterculenses*, qui præerant codicibus edendis *l. 13. Cod. de præpos. sacr. scrin. lib. 12.*

1888 *Latrunculator* prout est in *l. 61. §. vlt ff. de iudic.* dicitur, qui ad conquirendos & persequendos latrones à Principe mittitur. Est etiam iudex qui de criminibus tantum, non verò de pecuniaria iudicare potest. *l. Solemnus* §. *fin. de iudic.* Apud veteres *Lauare* significabat corpus aqua in balneo abluere *l. 2. §. si quis ff. ne quid in hoc publ* Recenset *Lauationem* Vlpian. *l. 25. §. 4. ff. de aur. arg.* inter ea, quæ mundi sunt muliebris, quibusque mulieres mundiores fiunt; *Veluti* (inquiunt) *Lauatio, riscus*. Videtur esse arculam lauandæ faciei, aut alteri corporis parti paratam, in qua spongia, aut tale quippiam immergeretur. *Lauernæ* apud Goth. ad rubr. *C. ad leg. Falc. de plagiarijs*, sunt plagiatij, qui nempe ingenuorum liberos, aut seruos alienos vendunt, vel supprimunt. *Tabellæ laureata* idem omninò sunt quòd *Litteræ laureata*. Moris enim fuit apud Romanos, vt quoties imperator hostium exercitum deleuisset, aut vrbem expugnasset, lauro victoriæ signo litteras inuolutas ad senatum mitteret. Vide Budæum in Miscel. lib. 1. cap. 33.

Latrunculator. Lauare. Lauatio. Lauernæ. Tabellæ laureatæ. Litteræ laureata.

1889 *Lenas* appellat Vlpian. *l. 43. §. lenocinium ff. de ritu nuptiar.* eas, quæ mulieres quæstuarias prostituunt: lenam etiam accipimus eam, quæ alterius nomine hoc vitæ

Lena.

vitæ genus exercet : & quæ cauponam exer-
Lenitas, & lenitudo. cens, in ea corpora quæstuaria habet *Lenitas*,
& lenitudo in hoc differunt, quòd illa sit lauda-
bilis, & proniores ad lenitatem, quam seueri-
tatem iudices esse debeant *l. 11. ff. de pænis*.
Lenitudo sit vituperabilis, accipiaturque *l. v-*
nica C. de mend. val. pro inertia, & ignauia. *Leua-*
Leuamentū. *mentum* prout habetur in *l. quoties in fin. ff. si*
Leuari culpa. *fam. furt. fec. dic.* sumitur pro auxilio *Leuari &*
onerari culpa opponuntur apud Marcum *l. di-*
uus §. fin. ff. de offic. præf. Apud Honor. Imp. hic
Leuato velo. modus loquendi, *Leuato velo cognoscere* (si Al-
ciato credimus) idem valet, atque cognosce-
re de plano, seu absque erecto tribunali, & si-
Leuiores vsuræ. ne iudiciali strepitu. *Leuiores vsuras* Iuriscon-
sultus *l. tutore. ex cæteris causis ff. de admis. tut.*
appellat quicunces, & trientes ex sententia
Libertinitas. Hot. lib. 1. de vsur. cap. 7. *Libertinitas* est liber-
tinorum status & conditio *l. 34. ff. de prob.* Su-
Libido. mitur *Libido* in *l. 815. qui ancillam ff. de furtis*
pro venereæ voluptatis stimulis, & appetitu.
Sandapilarij. *Libitinarij* Vlpiano in *l. quicunque §. idem ait ff.*
de inst. act. dicuntur quasi defunctiferi, qui San-
Vespillones. dapilarij, & Vespillones appellari solent : &
Vulturij. non multum differunt à vulturijs, codonopho-
Codonophori. ris, id est tintinnabula gerentibus, quos ante-
ambulones attratos, vel ferales præcones vo-
care possumus.

Lignarius. 1890 *Lignarius faber*, & absolutè Ligna-
rius in *l. 235. ff. de verb. signi.* Sumitur pro quo-
cunque ligni fabro, seu opifice. Apud Iurisc.
l. 24. C. de euiction. l. 1. C. de satisdat. sunt modi lo-
quendi frequentes *In limine contractus*, *In ipso*
Limen. *limine litis*. *Limen* enim omnem ingressum de-
Liquere. notat. *Liquere* dicitur, quod constat *l. 5. paragr.*
Locupletari. *1. ff. quibus ex caus. impos.* Idem valet *Locupleta-*
ri, atque locupletior fieri *l. 17. ff. de donat. inter*
vir. & vxor. Apud Iustinian. *Instit. de legatis* ac-
Lucubratio. cipitur *Lucubratio* pro studio nocturno. *Lugu-*
Lugubria. *bria* accipiunt in *l. 8. ff. de ijs qui notant. infam.*
pro veste lugubri, & cæteris luctus insignibus.
Vnde apud Vlpian. in *l. generu ff. de his qui not.*
Lugubria sumere. *infam.* opponuntur *Lugubria sumere, & Lugubria*
deponere eo modo quo *Luctum sumere* quod est
Luctum sumere. lugere, & luctum deponere, quod est elugere.
Lunatici apud Paulum in *l. bouem §. aliquando*
Lunatici. *ff. de Aedil. edic.* sunt in quos luna agit, quales
potissimum, qui morbo comitiali, aut insania
laborant. *Lusitanorum*, qui hodie Portugallen-
ses vocantur, fit mentio à Paulo in *l. nam &*
seruius ff. negot. gest. Sunt autem *Lusitani* pro-
priè dicti, qui ad Lusitaniam spectant ortu,
origine, sanguine, & habitatione, vt docet
Franc. Velascus tract. Analyt. de Ioan. IV. pag.
2. pun. 1. §. 9. num. 29.

Lusoriè agere. 1891 *Lusoriè agere* dicitur, qui cum aduer-
sario colludit *l. 50. §. 1. ff. de legat. 1.* Idem valet
Lustrale aurum. *Lustrale aurum* prout reperitur in tit. *C. de lustr.*
auri collat. lib. 11. atque aurum solui solitum
Lustralis census. singulo lustro, nempe quinto quoque anno.
Sic *Lustralis census* Lustralis possessio quin-
Luxuriosus. quennalis *Luxuriosus* opponitur homini, qui
est vitæ emendatioris *l. non debet dari ff. de do-*
lo. Habentur *Lychni* in *l. statuæ 245. ff.* de verb.
signif. & nihil aliud sunt, quàm candelabra,
quæ contignationibus & parietibus affixa de-
pendent. *Maiorina pecunia*, quæ vetabatur in *Manarina*
Cod. Theod. sicut maioris pecuniæ figuratio. *pecunia.*
Manare aqua est fluere *l. 11. ff. de aqua, & aqua*
pluu. Vnde *Manalis fons* ex quo aqua perpetuò
manat. *Manifestè constare* dicitur, quod etiam
ex coniecturis probabilibus constat. *l. 1. C. de*
testam. vbi Iason. *Mansio & Decessio* contraria *Mansio, &*
sunt. Sic mansio in vita, cui contrarium est ex- *decessio.*
cessus, vel decessus è vita. Est & Mansio iter
vnius diei *l. fin. ff. de muner.* Habetur *Mala man-* *Mala man-*
sio apud Vlpian. *l. 7. ff. de pos.* & est genus tor- *sio.*
menti, quod aliqui dicunt equuleum, alij ar-
culam, in qua sontes includebantur.

1892 *Mansuarij*, quòd manentes, seu com- *Mansuarij.*
manentes vt in Concil. Calced. cap 1. *Man-* *Mansueta-*
suetarij, qui feras mansuefaciunt. Quænam sint *rij.*
Mansueta feræ, declarat Iustin. *paragr. pauonum* *Mansuetæ*
Instit. de rer. diuis. Dicuntur *Marmorarij* in *l. 1. C.* *feræ.*
de excus. artif. lib. 10. qui marmorum in crustas *Marmora-*
secandorum curam tenent. *Massa* idest pila ar- *rij.*
genti legata, scyphi ex ea facti debentur *l.* *Massa*
quæsitum paragr. illud ff. de legat. 3. Legitur à
quibusdam *Matercula*, quæ est parua mater in *Matercula.*
l. 5. C. de offic. præf. vrb. Ab alijs legitur Matricu-
la. *Medographus* prout accipitur in *C. de tabul.* *Medographus.*
scrib. lib. 10 est medicinæ scriptor. *Meliorare*
Vlpian. *l. 13. paragr. 5. ff. de vsufr.* Est meliorem, *Meliorare.*
& fructuosiorem efficere. Apud Sigonium
lib. 2. de iure antiq. ciuium Rom. *Mercuriales* *Mercuria-*
mercatores sunt, dicti à Mercurio, quem cole- *les.*
bant.

1893 *Merces* propriè laboris præmium est, *Merces.*
& sic dicitur operarius dignus mercede sua. *Merces, &*
Merces eximij laboris eleganter interpretatur à *pensio.*
I.C. quæ pro salute alicuius datur *l. si pater pa-*
ragraph. si quis ex donat. Accipitur etiam *merces*
pro pecunia, quæ ex prædiorum rusticorum
locatione percipitur : quæ verò ex vrbano-
rum, *pensio* appellatur *l. 27. & 29. ff. de hæred.*
pet. & l. 2. paragr. 1. ff. locati. Apud Caium *l. 35.*
paragr. 5. ff. de contrab. empt. dicitur *Metretes* *Metretes.*
Græcè vasis genus, quod cadus Latinè appel-
latur Metreta (inquit Isidor. lib. 16. Orig. cap.
25.) est mensura liquidorum, quæ generali
mensura nomen habet. *Migrare* dicuntur in- *Migrare.*
quilini, cum exacto tempore locationis cum
suis rebus illatis discedunt. Vnde *Rub. ff. de mi-*
grando. Notat tamen Hot. ad verr. 4. esse dis-
crimen inter migrare, & exire : nam *Migrare* *Migrare, &*
vsurpatur pro vasis relictis ad tempus disce- *exire.*
dere. *Exire* verò pro vasa efferre. *Miliarenses* *Miliaren-*
numismatis Constantinopolitani genus, quod *ses.*
permissum erat consulibus, vt in populum
spargere possent. *paragr. hoc quæ ipsos spargere*
in Nou. de consul.

1894 *Milium* genus frugis, nomen à maxi- *Milium.*
ma numerorum summa, quæ est mille, cepis-
se quidam putant. Vlpian. ad leg. Aqu. sic ha-
bet :

bet : *Sed & si quis milium, vel frumentum meum effuderit in flumen, sufficit Aquilia actio*. Apud *Paulum* in *l. hæc autem in princ. Si cui plus, quàm per Faleid.* habentur *Minæ elusoriæ* pro vanis.

Mina elusoriæ.

Minera. *Minera* iuxta interpretes ad *cap. 1. in verb. Argentariæ in vsib. feud.* & *l. diuortio §. si via ff. solut. matr.* in regalibus, terræque fructibus numerantur: Lusitani dicimus Minerays:

Miniculalarius. *Miniculalarius* appellatur, qui minio, quid inficit, & illinit *l. 3. C. Theod. de indulg.* debit. lib. 11.

Mirabilis partus. *Mirabilem partum* Imper. appellat, qui à maiore 50. annorum editur *l. si maior C. de legit. hæred.*

Missi. Accursius *Missos* pro vocatis intellexit *ad l. vlt. ff. de muner.* Budæus verò pro transmissis, & præteritis.

Mittendarij. *Mittendarij* apud Connan. lib. 4. cap. 15. num. 4. vocantur Palatini milites, quòd plerumque in prouincias mitterentur *ex l. 3. 7 & 8. C. de Palatin. sacr. largit. lib. 12.*

Modiatio. Apud Cassiod. lib. 4. var. est *Modiatio*, quæ reperitur *l. super naufragiorum C. de naufrag.* & Cuiacius modium frumenti intelligit.

Modioli. 1895 *Modiolos* inter præparatoria ad bibendum recenset Iurisc. in *l. Sciæ dulcissimæ, de aur. & arg. legat.* apud quem *Modiali* mendosè legitur Sunt autem *Modipli* vascula quadrata, quibus cum tympanis ad hauriendas aquas ex puteo, siue fonte vtimur. Est etiam Modiolus vas potui paratum, non tamen poculum, vt ait Scæuola ad l. proximè citatam. *Momenti nullius esse, & valere* opponuntur *l. 32. paragr. si ambo ff. de donat. inter vir. & vxor.*

Momentũ. Est enim *Momentum* vtilitas & emolumentum, aut etiam vim & effectum significat. Vide quæ not. *ad l. 1. C. de donat. & l. si post mort. de leg. 1.*

Puncta. *Minuta.* Sumuntur etiam *Momenta* pro horis & articulis temporum in *l. 3 § minorem ff. de minor.* Accursius putat Momenta decem punctum conficere, & quatuor puncta horam. Minutis sexaginta constare horam, receptum est.

Momento fieri. *Momento fieri* (vt dicit Alciat.) in iure intelligitur, quod nullo extraneo actu interueniente fit. Certè momentum in iure breuissimum tempus est

Monebenerium. *Monbenerium* spectaculi genus, quasi vnius diei dictum apud Iustinian. in *Nouel. de Consul paragr. Ac primus.*

Monumentum, & sepulchrum. 1896 *Monimentum, seu monumentum* à sepulchro distat, quòd illud inane sit, Græci *Cenotaphium* vocant, sepulchrum verò religiosus locus, in quem cadauera inferuntur. Vide Brech. *ad l. eum in testam. ff. de verb. & rer. signif.* Apud Holoan. *ad l. pen. ff. de via pub.*

Morticiniũ. Sumitur *Morticinum* pro exangui, corrupto, ac per se mortuo. *Mortiferè vulneratus* Vlpian. in *l. ait lex ff. ad l. Aquil.* est sauciatus vulnere mortifero.

Mortiferũ. Est autem *Mortiferum*, quod mortis causam præstat. *l. 7. paragr. sed si quis seruum ff. ad leg. Aquil*

Mortua manus. Hæc locutio *Mortua manus*, Gallis in vsu est, de ijs, quorum possessio veluti immortalis est: quia nunquam hæredem habere desinunt: vt de Ecclesia dicitur *lib. Feud. 1. tit. 13.* Ex quo res nunquam ad priorem dominum reuertitur. Nam ibi manus accipitur pro possessione, mortua pro immortali. Sic municipium dicitur non mori *l. an vsufr. 16. ff. de vsufr.*

Mortuus, & occisus. Quo distat *mortuus ab occiso*, notatur in *l. proinde ff. ad l. Aquil.* *Mulctatitium* est, quod nomine mulctæ exigitur.

Munis. Apud Festum munem significare officium, certum est; vnde è contrario *immunis* dicitur, qui nullo fungitur officio.

Munem rẽ. *Munem rem* prout habetur *l. fraudari ff. de publ. & vectig.* exponunt quidam rem obligatam fisco.

Munificus. *Munifex.* 1897 Munificus & Munifex in hoc distant, quòd *Munificus* dicitur, qui ad munera, siue illa sint officia, siue onera, obligatus est: *Munifex* appellatur qui huiusmodi munera subire, & expedire solet.

Murgiso. *Murgiso* apud Vlpian. *l. 4. paragr. Idem Pomponius ff. de Ædil. edict.* dicitur iners, desidiosus. Aliqui legunt *Morio*, & est fatuus.

Myriades. *Myriades* vulgo milhoens, in *l. 12. C. de veter. iur. enucl.*

Myropola. Apud Senecam nat. quæst. lib. 4. *Myropolæ* sunt vnguentarij, corporum effæminandorum artifices, quos proinde Lacedæmones vrbe expulerunt.

Natio. *Natio* apud Vlpian. *l. quod si nolit paragr. qui mancipia vendunt ff. de ædil. edict.* Sumitur pro gente, quæ seorsim habitat in aliqua regione. Quamuis à Latinis pro ordine, societate, & nonnunquam pro secta accipiatur.

Natum. *Insula nata.* *Natum* dicitur de repente ortis, sic insulam repente apparentem, natam dixit Imper. *paragr. Insula Instit. de rer. diuis.*

Nauicella. 1898 *Nauicellæ* sunt nauiculæ piscium capiendorum causa præparatæ *l. 17. paragr. 1. ff. de instr. vel instr. leg.*

Nauigare. Quamuis dicantur *Nauigare* nautæ & vectores, ipsa etiam nauis nauigare dicitur. *l. 1. paragr. nauem ff. de exercitoria.*

Nautipibatæ. Est discrimen inter *Nautipibatas*, & *Nautobatas*: quia Nautipibatæ in *l. debet paragraph. hæc actio ff. naut. caup. stab.* sunt qui nauem inscendunt, & pro pretio vecturæ, seu naulo, ipsi nautarum officio funguntur.

Nautobata. *Nautobatæ* sunt qui funes nauium inscendunt.

Neci datus. *Nex.* *Neci datus* propriè dicitur, authore Festo, qui sine vulnere interfectus est, vt veneno, aut fame: item qui quid fecerit contra hominis necem, quod legibus permissum non est *l. 4. ff. ad leg. Corn. de sicarijs*. Est autem *Nex* mors siue cædes, quæ ferro fit, aut alia via. Apud Budæum Vlpian. In *necem alterius* dixit, pro in damnum & fortunarum euersionem *l. 3. paragr. sed & si quis ff. de crim. stellion.*

Negatiua multiplex. 1899 *Negatiua*, vel est vniuersalis, vel facti, vel iuris, vel qualitatis. *Negatiua vniuersalis* omnia post se destruit, & actum & potentiam, vt dicunt Logici *Negatiua facti* est, qua negatur factum, vt si aliquis dicat se non fuisse citatum: & tunc ei, qui sic negat, incumbit onus probandi. *l. 2. ff. de probat.* *Negatiua iuris* est, qua negatur ius. Vt si quis neget emancipationem iure, vel rectà factam: & tunc a negante debet probari *l. ab ea parte ff. de probat.* *Negatiua qualitatis* dicitur illa, vbi qualitas negatur, vt cum dicitur, Iste non est idoneus, non est dignus: & hæc probari debet ab eo, qui eam proponit Gloss. in *l. 2. ff. de prob.* Diuersa

no-

Nocere & non prodesse. Nomothetæ. Nomophylaces. Norma. Normale. Notare. Notare notis. Notitia. Noxa, & delictum. Noxa, & noxia.

longè sunt Nocere & non prodesse: quia *Nocere* est damnuo dare, incommodum afferre, obesse *l.1.§.hæc autem ff.de an. & aq. plun.* Non prodesse, est neque lucro afficere, neque damno eximere. *Non nocere* accipitur interdum pro prodesse, vt cum dicitur ignorantiam iuris non nocere *l. regulæ ff. de iur. & fact. ignor.* idem valet, atque prodesse.

1900 *Nomothetæ* sunt non simpliciter legum authores, sed & ipsi, qui principaliter leges suas promulgant, quales apud Græcos Solon, Draco, Minos, Lycurgus: apud Romanos Pompeius, qui tulit legem Pompeiam, Iulius qui Iuliam. Vide Alciat. lib. 2 disput. cap. 8. *Nomophylaces*, qui curabant vt leges seruarentur. *Norma* accipitur pro formula præscripta in §.*pen. Instit. de Attil. tut.* Hinc *Normale* accipitur pro recto, quale scilicet regula efficit. *Notare* est animaduertere, & determinare, vt noscatur *l. liberto & amico §. litem ff. neg. gest.* Est idem apud Sueton. in Galba cap. 15. *Notare notis*, quibusdam compendijs litterarum aliquid breuiter perstringere, non omnibus litteris integrum perscribere. *Notitia* apud Imp. recent appellatur breuis, seu libellus in quo descriptio status, administrationis & diœcesios alicuius continentur *l.1.§.8.C. de off. præf.* Differunt noxa & delictum, quia noxa generalior vox est, quàm delictum: *Delictum* enim non omnis dolus & omnis culpa, sed quæ in speciem & similitudinem criminis incidit, & vi criminis, quod inest facto, coerceri debet, vocari potest: at *Noxa* de omni dolo, omni culpa, omnique negligentia dici potest. Noxa & noxia differt. *Noxa* enim tum corpus, quod nocui, (scilicet damoum dedit pænæque reum est) tum pænam delicti, ac ipsum delictum significat *paragr.1. Instit. de nox. act.* Sed *Noxia* & pænam, & ipsum delictum siue priuatum, siue publicum, non verò hominem qui nouit, significat. *l. quis sit fugitiuus 17. paragraph. quod aiunt ff. de Ædil. edict.* Vide Parlad. diff. 52.

Numeratio. Nummuli inueterales. Decargyrus. Nuper. Nuptalitius. Nurus socrus. Nyctostratici.

1901 *Numerationis appellatione*, speciei datio continetur *l.1.C. de dote caut. non num.* Callistratus in *l. diuus ff. de bonis damnat.* exponit. *Nummulos inueterales*, quos victus sui causa in promptu habuerit damnatus ad supplicium. *Nummus Decargyrus* in *l. fin. C. Th. si quis pecun. confl.* videtur ille, qui habebat decem pondo argenti. *Nuper* prout habetur *l. nuper constitutum ff. de legat. 3.* nec ad longum tempus, nec ad horas refertur, sed vel ad paucos dies, vel ad paucos menses. *Nuptalitius* quòd ouptialis Vlpian. *l.194. ff. de verbor. signific.* Habetur hæc vox *Nurus* in *l. 4. Affines ff. de gradibus affin.* & dicitur filij vxor, cui respondet socrus. *Nyctostratici*, vel iuxta alios *Nycostrategi* sunt nocturni magistratus in prouincijs, qui armati noctu vrbem perlustrant publicæ quietis gratia *l. vult. 1. ff. de mun. & honor.*

Obire hæreditatem. Obire munus. Obiter. Obijt diem. Obliuuerit. Obnoxia obnoxij. Obsecundatores. Obstinatior animus. Obtemperare. Obtingere. Obtrectator. Obthurare. Obuagulare. Obuagulatio. Obuiare.

1902 Apud Tullium pro lege Agrar. *Obire hæreditatem* est hæreditatis possessionem acquirere. *Obire munus* est fungi munere. *Obiter* pro interim, incidenter. *l. 1. in fin. ff. de rescid. vend.* vbi obiter liberari, id est per consequentias. *Obijt diem* pro mortuus est *l. . C. de condit. insert.* in *l.1.§.1. ff. de extra. crim.* legitur *Obliuuerit* pro obliniuerit, vel oblinierit *Obnoxia* idest pignori obligata *l.1. C. de precario.* Idem valent *Obnoxij* in *l.9. C. de præscript. 30. vel 40. annorum* atque debitores. *Obsecundatores* sacrorum scriniorum *l.13. de proxim. comit. disposit. in Cod. Theod.* videntur illorum custodes obsequiosi. *Obstinatior animus* pro pertinaciore apud Imp. in *l.2. C. de summ. Trinit.* *Obtemperare* habetur in *l.2. ff. de condit. & demonst.* pro consentire. *Obtingere* est obuenire, contingere, accidere. *l.35. paragr.1. ff. de mort. cau. donat.* Apud Iustinianum *Obtrectator* est laudis detractor. *l. vnic. C. si quis Imp. maled.* Apud Caium *l. hæc autem iura sia. ff. de seru. vrb. præd.* Idem valet *Obthurare* atque occludere. *Obuagulare* apud Decemuiros in sua lege Decemuirali, est facere iustum conuitium: ibi enim sunt hæc verba: *Obuagulatum ito* hoc est aduersario iustum, testibus adhibitis, conuitium facito. Vnde *Obuagulatio* authore Festo, definitur quæstio, hoc est inquisitio cum conuitio, vt existimat Ræuard. ad l. 12. Tabul. cap. 11. *Obuiare* pro resistere *l.1. C. quando lic. se vind.*

Otium, & negotium. Otiosum. Otiosa pecunia. Oliturgesia. Olinetum. Olus. Omissa actio. Omittere. Omninò, & omnimodò.

1903 *Otium* est vacatio à labore: vnde sunt contraria otium & labor, sicut otium & negotium. Sumitur etiam pro tranquillitate, pace, & quiete. *Otiosum* apud Vlpian. in *l. quod ait lex ff. de adult.* quod vulgo dicitur sine mysterio. *Otiosa pecunia* Iurisconsultis in *l. qui semisses de vsur. & l. quintus ff. depos.* est quæ in arca iacet nullum suo domino fructum afferens. *Oliturgesia* est immunitas, seu excusatio à publicis oneribus. *Olinetum* locus est oliuis coositus. *l.58. ff. de contrab. empt.*

Apud Iustinian. *Olus* dicitur omnis herba satiua, quæ est vsu cibario: ab alendo, quòd oleribus alerentur homines, aote quam fruges & carnes essent *Instit. in prin. de vsu & habit.* Habetur *Omissa actio* in *l. si cum ff. si quis caut.* & idem valet atque relicta, ac præterita. Est enim *Omittere* rem quampiam penitùs demittere. *Omninò* & *omnimodò* præcisam necessitatem frequenter significant. *l.10. paragr. in arrogato ff. de vulg. & pupil.* & idem valent, quod indistinctè *l. pen. ff. pro socio.*

Onerari. Opimiora. Opimus.

1904 *Onerari* est prægrauari, vt loquitur *lex 21. ff. de his qui not. infam.* Testator hæredes *Onerare* dicitur quibus iubet aliquid dare, vel præstare. *l.36. paragr. vlt. ff. de vsuf.* Apud Gellianum in *l. qui fundos C. de om. agro. deser.* sunt *Opimiora* ex comparatiuo nominis *Opimus*. *Opinor* est puto, existimo, quibus verbis suas de iuris quæstionibus sententias Iurisc. concipiunt. *l.1. paragr. in hoc ff. de contratute.* Apud Alex. in *l.1. C. de calum.* dicitur *Ordinata causa criminis* id est inscriptione deposita, fideiussore de lite exercenda præstito, eoque, qui accusatur sub-

cu-

custodia officij facto. *Ordinati libelli* habentur *l. 3. in fin. ff. de accus.* & sunt concepti & compositi, *Origo* est principium, initium & causa alicuius rei *l. fin. §. pen. ff. de munic. l. 6. ff. ad municip.* Idem est *Oriri* atque nasci, seu ortum habere, sic dicitur aqua in alieno loco oriri *l. 8. C. de seru. & aqu.* Apud Paulum in *l. qui fundum de contrah. empt.* Os tribuitur auibus. *Os olere alicui* non esse morbosum Trebatius ait, vt refert Vlpian. in *l. 12. §. vlt. ff. de adil. edict.*

Ostentare. 1905 *Ostentare* est affingere sibi maiora, & magis praeclara, quàm re ipsa sint, & quàm facultas & ingenium ferat, proindeque magis narratu, quàm honoratu digna lactare (ait Rhod.) magis verbis est, ostentare rebus. Hinc *Ostentatio* apud Vlpian. *l. 3. paragr. fin. ff. commodati.* *Non potest* (inquit) *commodari id, quod vsu consumitur, nisi forte ad pompam, vel ostentationem quis accipiat.* Apud Adrianum Iunium lib. 4. animaduers. cap. 8. *Ostracismus* genus relegationis erat inter Athenienses, cum populus testulis in vrnam mistis aliquem relegabat. *Oxobapta* apud Connan. lib. 7. cap. 7. num. 1. dicuntur rubro tincta *Pabula* sunt animalium sumptus: vt annonae familiae dominicae *l. 9. C. de iure fisci lib. 10.* Pabulare illo censu *paragr. fin. de pac. ten. in vsib. feud.* Apud Bald. *l. verum ff. de furt.* non dicitur *Rumpere pacem*, qui furtum facit ei, cum quo pax est.

Ostracismus. *Oxobapta.* *Pabula.* *Pabulare.* *Rumpere pacem.*

Paedagogiani pueri. 1906 *Paedagogianos pueros* Cuiacius in *Rub. C. de castren. & minister. lib. 12.* refert inter castrensianos, & ministerianos aulicos: & videntur sic dicti à paedagogio in quo alti & edocti. *Pegma* vox est apud Vlpian. *l. quaesitum ff. de fundo instr.* ludus interpretatur: erat autem machina in sublime tendens, in qua puerorum cantantium nidi erant. *Palpatus est* idem valet, atque blanditus est apud Vlpian. *l. 1. ff. si quadrupes paup. fec. dicat.* Palus, pali, est lignum acutum, quod in terram defigitur: quando verò pro pedamento vitis accipitur, id propriè vocatur ridica, seu adminiculum vitis *l. is qui in puteum paragraph. si quis vineas ff. quod vi aut clam.* Apud Imp. in *Nouel. de Consul. paragr. ac primus quidem* vetus interpres *Pancarpum* syluam exponit: est autem spectaculi genus, quasi omnium arborum fructibus concinnata sylua. *Pannarios* dicunt Iurisconsulti pannorum venditores. Rhodig. lib. 6. cap. 12. *Paradogum* barbarum & Longobardicum vocabulum, feudi nobilitatem significat: quemadmodum feudum ignobile paedagogum vocabatur. Ita Tautemburg lib. 2. feud. *Paragium* pro parlatione, & ea quam Feudistae adaequationem haereditatum appellant. *Paragogia* aquarum pori, & meatus dicta. Alciat. in *l. decernimus C. de aquad. lib. 11.*

Pegma. *Palpatus est.* *Palus.* *Pancarpū.* *Pannarij.* *Paradogū.* *Paragium.* *Paragogia.*

Parangaria. 1907 *Parangaria* vt sumitur ex *l. 2. C. de Episc. & cler. & l. 2. C. de quib. muner. vel praestation. lib. 10.* dicuntur sumptus, aut labores, agendi faciendiue alicuius causa à Principe impositi, eum non per viam, sed alia versum iter suscipitur. *Parapherna* Vlpian. in *l. 9. paragr. 2. ff. de iur. dot.* dicuntur ea, quae praeter dotis causam ad viros deferuntur, vt res vxoris extra dotem constitutae, vel res, quas vxor in domo mariti in vsu habet. Vide Parlad. diff. 124. de discrimine inter dotem & parapherna. *Pararium aes* apud Senec. lib. 3. de benef. cap. 15. vocabatur id, quod equitibus duplex pro binis equis dabatur.

Parapherna. *Pararium aes.*

Pararius. *Pararius* alio nomine Proxeneta, qui nominibus faciendis interuenit conciliator inter venditorem, & emptorem. *Paratus soluere* vt habetur in *l. Praetor ff. de oper. non nunc.* dicitur, qui numeratam fert pecuniam. *Parere aeri alieno* pro soluere *l. 1. paragr. non passim ff. de rebus cor.* Item *parere pensionibus* pro satisfacere in *l. 54. paragr. 1. ff. locati.* Pro *Pariata causa* vt reperitur in *l. ex damni 40. paragraph. 1. ff. de damn. inf.* intellige parem redditam. *Pariator* est, qui sic rationes retulit, vt expensa paria sint acceptis: nam ei *Reliquator* opponitur *l. 8. ff. de condit. & demonst.*

Paratus soluere. *Parere aeri alieno.* *Pariata causa.* *Pariator, & Reliquator.*

Partiaria pecora. 1908 *Partiaria pecora* apud Imp. *l. si pascenda C. de pactis* ea dicuntur, quorum faetus certis portionibus inter dominum & pastorem diuiduntur. *Parthenon* apud Tiraq. in 10. l. connub. Glos. 1. par. 10. Virginum locus est superior & separatio in tectis interioribus *Parum est vt non* locutio est idem significans quod parum abest quin, apud Iauol. *l. 102. de reg. iur.*

Parthenon. *Parum est vt non.*

Pascua. Reperitur *Pascuum*, *Pascui* & in plurali *Pascua, orum*, & locus est in quo pecudes pascuntur, in tit. 60. *lib. 11. C. & in tit. 41. lib. 5. eiusdem C.* Dicitur *Passum vinum*, quod ex vuis passis conficitur. Nam ab igne decoquendo patitur Vlpian. *l. si quis 9. ff. de tri. & vin. leg.* Quinam fuerit *Patritiatus honos* de quo fit mentio in *l. 3. C. de Consul.* dissidium est inter scriptores. Illud scimus eos senatores, qui magistratibus curulibus functi erant, Patritios vocari, proindeque Patritiatu fulgere.

Passum vinum. *Patritiatus honos.*

Patrociniū. 1909 *Patrocinium* pro aduocatione *l. 2. C. de postul.* Quamuis *Paulatim* idem valeat, atque sensim *paragr. praeterea Instit. de rer. diuis.* significat etiam tractu & successu temporis *paragr. sed cum Instit. de testam.* est etiam idem, atque per partes *l. 8. C. de contr. empt.* Apud Iustinian. *Pauus* qui & *Pauo* auis nota est, quam dicimus pauaon *paragr. pauonum Instit. de rerum diuis.* Habetur *Pecten* in *l. vnic. C. de monopol.* & apud Plin. lib. 9. cap. 33. piscis est de genere cochlearum, reconditus & ipse in magnis frigoribus, & magnis aestibus. *Pecuaria* dicebantur omnia, ex quibus olim Popul. Rom. habebat reditus. *Peculator* apud Bald. *Instit. de public. iudic.* est qui furtum facit pecuniae publicae, hoc est de Principis, vel populi aerario. *Peculiares serui* prout habentur in *l. 3. paragr. miles ff. de suis & legit.* sunt de peculio, & vocantur quandoque, quia peculio seruorum annumerantur similiter, ac reliquae res eorum peculiares. *Peculiaria mancipia* similiter habentur, & di-

Paulatim. *Pauus, & pauo.* *Pecten.* *Pecuaria.* *Peculator.*

& dicuntur *l.4.§.1. in fin. ff. de his qui notat. infam.*

Pediculus. 1910 *Pediculus* Paulus in *l.32. ff. de aur. & arg.* vocat de quibus signa sustinentur, bases, sed tenues. Pediculis argenteis adiuncta sigilla ænea *l.32. ff. de aur. arg. leg.* Apud Festum *Pegmata.* *Pegmata* sunt ornamenta ex ære aut marmore confecta, quæ vt plurimum in atrijs, & porticibus, aulisque affiguntur, maiorum, aliorumque fortium virorum gesta certiùs, quàm pictura ostendentia. Vnde *Pagma* Apud Papin. in *l.peculium ff.de legat. 2.* & in *l. Titiu seruis ff. de manum. testam.* *Pedissequa.* hæc vox *Pedissequa* significat ancillulam, quæ dominum sequitur. *Pelles multiplices.* *Pelles* in iure sunt multiplices, nempe Babylonicæ *l. vlt. C. de public.* *Pensata pecunia.* lanatæ in *l.70. paragr.1. ff. de leg. 3.* Indutoriæ in *l.25. paragr. vlt. cum l. sequen. ff. de aur. arg. leg.* Tentoriæ, ad tentoria, & tabernacula paratæ *l.7. ff. de suppellec. leg.* Apud Vlpian. *Pensata pecunia l. in exception. ff. de probat.* pro compensata. *Pensatio.* Sicut *Pensatio* pro compensatione in *l. Manius paragr. arbiter ff. de arbit.* Similiter *Pensi* pro expensi: Vt pensi in societatem sumptus *l. 52. paragr. si quis ex socijs ff. pro socio.*

1911 Apud Corras. 4 Miscel. cap. 24. num. 7. *Pentathli.* *Quinquatriones.* *Pentathli* Græcis sunt, quos Latini à quinque artibus quiuquatriones dixerunt. *Penteros* est pater vxoris. Modest. in *l. 4. paragr. & quidem ff. de gradib. & affin.* Dicitur *Peragere adulterium* in *l. 5. ff. de adult.* qui accusationem aduersus adulterum institutam implet. *Peragere quid.* Sic & *Peragere litem* in *l.22. ff. de inoff. testam.* ad exitum perducere. *Peragere causam* is dicitur l.22. citata, qui in iudicio non obtinet, sed victus discedit. Item *Peragere reum* condemnare est *l. 2. ff. ad leg. Iul. de adult.*

Perceptio. *Percipere.* *Perducere.* Sumitur *Perceptio* pro solutione, & præstatione *l.4. ff. de his qui deiec.* Nam *Percipere* pro valde capere *l. si plagis paragr. fin.* Accipitur *Perducere* pro litura per medium traducta delere *l.1. in princ. ff. de his, quæ in testam. del.* *Perducta.* Vnde *Perducta* Vlpian. in l. cit. pro perinducta, seu omninò deleta. *Perfectissimi.* *Perfectissimi* dicebantur, qui iudicio Principis, vel ad præsidatum prouinciæ, vel ad aliam administrationem promoti fuissent *l.7. C. Theod. de priuil. eorum qui in sacr. palat. mil.* *Perfectissimatus.* Vnde *Perfectissimatus* erat dignitas illa perfectissimorum, de qua meminere Imp. *l.1. C. de nat. lib. 11.*

Perferre accusationem. 1912 *Perferre accusationem* pro peragere *leg. 8. Cod. de his, quæ vt. indign.* Dicuntur etiam *Perferri res* id est exportari *leg. 20. paragr. vlt. ff. de præsc. verb.* *Perimachia.* Idem valet *Perimachia*, atque depugnatio, certamen, velitatio, & parum differt à *Sciomachia*, *Sciomachia.* quamuis hæc vox mitiùs vsurpetur, nempè pro pugna vmbratili. *Perire.* *Perire* dicitur id, quod in rerum natura esse desinit, & rebus humanis substrahitur. *l. 22. ff. de rebus dubijs.* Perire etiam dies dicuntur patrono, vel hæredi, quibus operæ non eduntur *l. 24. ff. de oper. libert.* Perire verbum, & scissum & fractum, & vi raptum comprehendit Vlpian. *l. 9. ff. de verb. signif.* *Perones.* *Perones* sunt calceamenta rusticorum apud Alphenum *l. in nauem 3. ff. locati*, ibi enim Budæus legit *Paronibus* quamuis alij legant centonibus. *Perorare.* *Perorare* causam, est concludere in causa. Vide *l. patre ff. de quæst.* *Persistere.* Idem valet *Persistere in actione* atque continuare actionem propositam. *Auth. qui semel C. quem & quandoq.* Apud Budæum *Peruellere ius*, *Peruellere ius.* est de iure nostro obstrectare. *Peruerterit* apud Martian. *l. 2. de falsis*, pro subuerterit *Peruertere.* *Philosophia vera* est iustitiam colere, boni & æqui notitiam profiteri *l. 1. ff. de iust. & iure.* *Philosophia.* Apud Budæum in *l. athletas ff. de his, qui not. infam.* habentur *Phonasci*, & sunt moderatores vocis, & *Phonasci.* magistri, qui eam intorquere, mittere, lenire, exasperare, & supplantare docent.

1913 *Phormones.* Vlpian. in *l. quæsitum est §. acetum ff. de fund. instr.* videntur esse lecti viles, *Phormiones.* qui seruorum causa parari solent. Phormos *Phormos.* enim Græcis storea est. *Phylacteria* dicuntur *Phylacteria.* chartæ in quibus continentur incantationes. *cap. 2. 35. quæst. 5.* vbi Glos. *Philarchum* Iulianus *Philarchus.* Nouel. 102. rectè interpretatur ducem Sarracenorum, quos ex fæderatis Romano nomini fuisse constat. *Pythonissa* apud Alciat. in Parerg. vox est, quæ in Canonicis decretis *Pythonissa.* barbarè *Pythonissa* reperitur scripta: accipitur pro vaticinatrice muliere, quam Græci Pytho vocant.

Picariæ sunt picis fodinæ, quales populus *Picariæ.* Rom. in reditu habuit *l. 17. in fin. ff. de verbor. sign.* vt in pandectis Flor. benè legitur. *Picturæ cedit tabula* *Picturæ cedit tabula.* vt sumitur ex *l. qua ratione paragr. sed non vt litteræ ff. de acquir. rer. dom.* Nam pictura non est simplex tabulæ accessio, sed specificatio, formam tabulæ adimens, vt non amplius tabula, sed pictura, seu imago sit, & vocetur. *Pigmentarius* apud Martian. *l. 3. paragr. 1. ff. ad leg. Corn. de sicar.* poni videtur pro pharmacopola, idest medicamentorum venditore. Est autem *Pigmentum* vnguentum, quo vtuntur puellæ ad venustandam faciem.

1914 *Planta* dicitur ea, quæ transferendi *Planta.* gratia, vel de arboribus rapta, vel de seminibus est orta: & de herbis quoque dicitur. *paragr. si Titius Instit. de rer. diuis.* Apud Connan. lib. 4. cap. 1. num. 9. *Plantarium* est locus plan- *Plantariū.* tarum, & ipsa planta in terra nata, quæ cum radicibus transfertur de vno loco in alium. Apud eundem lib. 4. cap. 6. num. 9. *Plantatus ager* *Ager plantatus, & proscissus.* ab agro proscisso differt, quòd ager proscissus ad serendas segetes, aruum dicitur, Plantatus autem, plantarium, arbustum, aut vinetum nominatur. *Plostrarius* est is, qui plo- *Plostrarius.* strum ducit *l. 27. paragr. si ex plostro ff. ad leg. Aquil.* Est autem *Plostrum* id quod plaustrum.

Plumarij sunt, qui vestimenta ex plumis a- *Plumarij.* uium conficiunt. Vnde pro *Plumbarij*, quod est in *l. 1. C. de excus. artif.* legendum *Plumarij*, existimat Cuiacius, & sic reperiri in antiquis codicibus testatur. *Plutei* quos vulgo estantes di- *Plutei.*

cimus,

cimus, sunt tabulæ affixæ parietibus eo modo,& ordine, quo possint seruare libros *l. 31. paragr. 7. de legat. 1.* Vlpian. *l. 17. paragr. 2. de action. empt.*

Poliptici.

1915 *Poliptici* non sunt chirographa, vel apochæ, vt putat Alciat parerg. lib. 3. sed rationes publicæ l. 2. C. Theod. *Polire vestimenta,* seu interpolare fullonici artificij est *l. 9. §. pen. l. 13. §. si fullo ff. local.* Apud Vlpian. *Politor* reperitur in *l. 52. §. vtrum ff. pro socio,* & est artifex agri diligenter excolendi, & quodammodo poliendi. Ibi enim legendum est *Politori* & non licitatori, vt Budæus ait. *Polliceri* voce passiua habetur in l. 1. paragr. est autem ff. de exerc. Vbi Vlpian. ait, *Actio pollicetur* hoc est promittitur. *Pollinctores* dicebantur non, qui cadauera vngebant dumtaxat, sed quibus cadauera eluenda, exornandaque locabantur. *l. 5. paragraph. 1 ff. de instit. act.* Nam *Pollincere* vt refert Brech. in *l. cum in testam. n. 6. ff. de verb. sign.* veteribus erat curare funus *Ponere* in iure est fingere, vt pone casum *l. 12. paragr. si quis ff. de bonis liber.* Ponere ædificium, est, extruere, *l. 37. ff. de rei vind.* Ponere rationem, est subducere, dispungere, & ad calculos rem vocare *l. 83. ff. ad leg. Falcid.* Apud Paulum *Pontones* sunt naues, quibus in traijciendis amnibus loco pontium vtimur *l. fin. ff. de seruit. rust. præd.*

Polire, & interpolare. Politor. Polliceri. Pollinctores. Pollincere. Ponere quid in iure. Pontones.

1916 *Populitari* pro populari, seu diripi apud Papitium in *l. 21. in fin. ff. de appellat.* Habentur *Porcæ* in *l. 34 ff. de aq. & aq. plun.* & dicuntur sulci aquarij deriuandæ aquæ gratia facti, dicti ab eo quòd porceant, id est prohibeant aquam frumentis nocere. *Pornæ* à Iustiniano *tit. de Consulibus in Nou. paragr. ac primus quidem,* sunt ludi scenici, sic dicti à productione meretricum in scenam. *Porrina* apud Scæuolam in *l. defuncti paragr. sempronio ff. de vsufr.* dicitur genus oleris porracei, vel idem, quod porrus.

Populitari. Porcæ. Porceant. Pornæ. Porrina.

Porticatio vt habetur in *l. funeris 36. paragr. 1. ff. de relig.* sumitur pro porticu: quidam exponunt pro septis, quæ circa sepulchrum fiebant. Est discrimen inter Poscere, Postulare, Petere, Rogare, Obsecrare, Flagitare: nam Poscimus imperiosè, Postulamus iure, Petimus precario, Rogamus per amicitiam, Obsecramus per sacra, Flagitamus multo verborum strepitu. *Positionalis libellus,* qui alio nomine Articulatus vocatur, est ille, qui singulas partes & circunstantias facti, seu casus breuissimè pronunciatis complectitur.

Porticatio. Poscere. Petendi verba. Positionalis libellus. Articulatus libellus.

1917 *Positio* apud Vlpian. *l. 3. ff. de annum. leg.* accipitur pro sorte. *Positio* à ponendo, quæ à Græcis dicitur *Thesis*, est alicuius particularis rei ad causam pertinens assertio. Est item positio breuis verborum formula mentem proponentis continens, ad veritatem eliciendam concepta. Vide Gloss. in *cap. 1. de confess. in 6.* Idem valet *Posthabita,* atque postposita *l. 1. C. de spons.* Cuiacius in *l. 36. paragr. 1. ff. ad muni.* legit *Postmagistratus* vnica dictione, quemadmodum dicitur post factum, post delictum.

Positio. Thesis. Posthabita. Post magistratus.

Postulationibus vacare pro expedire supplicantium desideria. Nam postulationes pro desiderijs, & interpellationibus iudicialibus vsurpantur *l. 2. paragr. in bonorum ff. quis ordo in bonor. possess.* Idem valet apud Papinian. in *l. quod si filius,* & apud Triph. *l. seq. paragr. codicilli in ff. de cap. & postl. reuers.* hic modus loquendi *Positus hostium est*, atque factus est hostium præda, & peruenit in hostium manus. *Præauditas* id est prius auditas, vt legati præauditas custodias ad proconsulem remittant. *l. 6. ff. de offic. procons.* In *cap. ex parte, de sepult.* idem est *Præcipitare,* atque in præceps deijcere. *Præcipuum habere* quis dicitur, quod neque in collationem, neque in diuisionem venit. Certè *Præcipuum* appellatur, quod hæredibus *per præceptionem legatum est*: id est, quod ijsdem, quibus hæreditas relicta est, ita est legatum, vt in iudicio familiæ hercíscundæ, id antequam partes distribuantur, capiant. *l. 19. ff. ad legat. Falcid.*

Postulationibus vacare. Positus hostium est. Præauditas. Præcipitare. Præcipuum habere. Lregari per præceptionem.

1918 *Prædiatores*, de quibus Caium scripsisse, constat ex iudice *l. 54. ff. de iure dot.* dici putantur, qui iuris ad prædia, & prædes pertinentes periti sunt *Præferre diem* idem est, atque proponere. *l. 1. paragr. editiones ff. de eden.* Idem est *Præficere* atque rei cuilibet, seu numeri præponere *l. 31. ff. de adimend. leg.* Idem valet *Præfinire* atque Præscribere *l. 23. ff. de hæred. instit.* Illa dicitur *Præsidialis iussio*, quæ à præside prouinciæ oritur *l. 10. C. de pign. act.* Dicitur etiam *Præsidialis notio,* quam præses prouinciæ accommodat. *Præteriti* liberi dicuntur, qui à testatore, neque hæredes instituti, nec vt oportet, exhæredati sunt *paragr. eadem Instit. de hæred. quæ ab intest.* Idem valet, *Principalis* in *l. meminimus 2. C. quando & quibus quarta pars deb.* atque curialis *Priuatiani* alio nomine *Largitionales* dicuntur appatitores comitum, & sic accipiuntur *l. vlt. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11,*

Prædiatores. Præferre diem. Præficere. Præfinire. Præsidialis iussio. Præteriti liberi. Principalis. Priuatiani. Largitionales.

1919 *Probatoriæ* dicuntur litteræ, quibus approbantur officiales per Principem. *l. probatorias C. de apparit. iud.* Accipitur *Procedere* apud Iurisconsultos in *l. vlt. ff. de interd. & releg.* pro accedere, & progredi. *Procedente tempore* pro eo, quod dicimus successu temporis. *l. 2. ff. de orig. iur.* Est etiam *procedit* idem, atque valet, locum habet. Vlpian. *l. 7. paragr. 3. ff. ad leg. Aquil.* Apud Vlpian. *l. 2. ff. de adult.* dicitur *Prodere legem,* qui præuaricatur, & accusatione instituta desistit. *Prodigere* pro consumere apud Modest. in *l. plebiscito de offic. præsid.* Apud Paulum in *l. vnius paragr. pen. ff. de quæst.* est discrimen inter *Proferre diem & Differre,* Nam *Proferre* est diem prodictam prorogare. *Differre* est rem in aliud tempus conferre, nulla cum dies ante prodicta fuisset. *Proficere* apud Vlp. *l. 3. ff. de iureiur.* est prodesse. *Proficisci* apud Paulum in *l. 2. ff. de reb. cred.* est transferri. *Mutuum* (ait) non potest esse nisi proficiscatur pecu-

Probatoria. Procedere. Prodere legem. Prodigere. Proferre, & differre. Proficere. Proficisci.

cu.

Profligare tributa. cunia ad accipientem. *Profligare tributa* pro exigere *l. iudices C. de ann. & trib.*

Promagister. 1920 *Promagister*, qui olim fuerit, exponit Ræuard. ad *l. omnia quæcunque de regulis iuris*. Solet (inquit) libellorum magister Principibus adesse, isque ex Iurisperitorum numero sumebatur, & promagister dicebatur, qui Principis rescripto diem, & Consulem adiiciebat.

Propagari arbitria. *Propagari arbitria*, hoc est in alios transferri, prohibetur in *l. non distinguamus ff. de recept. arbitr.*

Propensus. Idem valet *Propensus*, atque valde inclinatus *l. 2 paragr. si simul. ff. ad l. Iul. de adult.* Proponi dicebantur olim Imperatoribus, prudentibusue, quæ in facti specie enarrabantur, prout ex facto acciderant.

Proponere & opponere. *Proponere* actoris est: *Opponere*, rei. *l. 1. C. de iurisd.*

Proquiri nata. Fuit vox 12. Tab. *Proquirinata* quæ significabat promulgata.

Prosecutores quos. *Prosecutor* is dicitur, qui quæ transmittuntur, publico nomine, ac mandato prosequitur. Vnde Prosecutores reorum *l. soleut ff. de cust. reor.* qui reos transmissos deducunt. Prosecutores auri publici in Rub. *C. de auri publ. prosec.* qui aurum sibi rationibus illatum, dum transmittitur, prosequuntur. Et sic de alijs.

Prospectus, & luminis seruitus. 1921 *Prospectus* seruitute constituta id acquiritur, ne vicinus quid ponere possit, quod officiat ad gratiorem, & liberiorem aspectum. Vnde prospectus, & luminis seruitus in hoc differunt, quòd in prospectu plus quis habet, ne quid ei officiatur ad gratiorem prospectum, & liberum: in luminibus autem ne lumina cuiusquam obscuriora fiant. *l. 12. & 15. ff. de seruit. vrb.*

Prostates. In lib. poster. C. *Prostates* significat præsidem, adiutoremque in bello, aut vicarium, aut defensorem.

Protestari. *Protestari* propriè dicimur, cum an imi nostri sententiam declaramus: & sic iuris nostri rationibus in futurum consulimus.

Protestatio. Vnde *Protestatio* est animi nostri declaratio iuris acquirendi, vel conseruandi, vel damnum depellendi causa facta. *l. si duo paragraph. eum inquilinus ff. vti possidet.*

Protopraxia. Apud Alciat. lib. 1. dispunct. cap. 11. *Protopraxia* id est prima actio, hoc est ante alios ius habere exigendi pecunias à debitoribus.

Protutor, & Tutor. Apud Connan. lib. 8 cap. 6. numer. 7. *Protutor*, & *Tutor* differunt: *Tutor* enim non tantum bonorum, sed etiam personæ custodiam habet, cuius etiam officio incumbit conditionem pupillo suo quærere, & omni in re parum abest patris potestate, & reuerentia. At in protutore nihil huiusmodi est, qui bonorum gestioni præest, in eoque operam suam vltro accommodat.

Proxima causa. *Proxima causa*, quæ sit, vide *l. pen. ff. de condict. ob turp. cau.*

Pseudothyrum. 1922 *Pseudotyrum* apud Alciat. *l. pen. ff. de verbor. signif.* est falsum ostium: vnde pro postico accipitur.

Pubescere. *Pubescere* Vlpian. in *l. 3. ... ibid. Iul. ff. de Carb. edict.* est adolescere, seu lanuginem emittere, ac pubertatis, vel adolescentis attingere ætatem.

Puer. *Puer* in *l. 36. ff. de stat. liber.* impuberem filium significat.

Puerpera. *Puerperæ* sunt, quæ in annis puerilibus pariunt. *cap. puberes, de sponsal. impub.*

Pulmentarium. Apud Vlpian. in *l. quæsitum paragr. Trebatius ff. de fund. instr.* hæc vox *Pulmentarium* est, quæ à pulmento dicitur. Est autem cibus solidior vt, cunque, siue ex aquatilibus, siue terrestribus fiat.

Pusilla pecunia. *Pusilla pecunia* idem valet, atque peculium Vlpiano in *l. depositi ff. de pecul.*

Apud Paulum in *l. Nesenn. Apollin. ff. de neg. gest.* accipitur *Putare* vulgari significatione pro æstimare, opinari. Sumitur apud Scæuolam in *l. Thais. paragr. Titius ff. de fideicommiss. libert.* pro conferre, rationem subducere.

Puteal. *Puteal* est id, quo operitur puteus in *l. 14. cum leg. ff. de a. l. empt. & vend.*

Puteus, & fons. 1923 *Puteus* omnis fons est, non omnis fons puteus. Vbi enim aqua de terra manat, & vsui præbetur haurientibus, fons dicitur: sed si in promptu & superficie sit, fons tantum dicitur: si autem in alto, & profundo sit, ita puteus vocatur, vt fontis nomen non amittat. Vide Vlpian. in *l. Vnica, de fonte*, & Cuiac. 11. obser. 3.

Aperire puteos. *Puteos operire* teste Rhodig. positum eleganter apud Iurisconsf. pro excauare in §. *fin. l. flamin. Puteus apertus ff. de damn. infect.*

Quadrantal. Apud Alciat. in *l. vinaria vasa ff. de verborum significat.* reperitur hæc vox *Quadrantal*, & est idem, atque amphora, seu metreta.

Quadratus lapis. *Quadratus lapis* prout reperitur in *l. 6. paragraph. plane ff. de aur. & argent. leg.* idem valer, atque lapis quadrangularis, seu in speciem quadratam cæsus.

Quadrimestrui. *Quadrimenstrui* prout habentur in *Rub. Cod. de quadrim. breu.* dicuntur, quod quarto quoque mense conficiuntur. Hi breues à chartularijs conficiebantur, & ad officia palatini, aut præfecti prætorio transmittebantur.

Quærere legibus. 1924 *Quærere legibus* apud Veteres dicebantur, qui criminum quæstiones exequebantur: quippe quæstiones publicas exercebant Plin. epist. vlt. lib. 5.

Quæri liberi. *Quæri liberi* dicuntur, vel iure, qui ex legitimis nuptijs, vel vulgo, qui extra illas suscepti sunt *l. 18. ff. de bon. liber.*

Quæsita hæreditas. Dicimus *Quæsitam hæreditatem*, quæ vel ex testamento, vel ab intestato, vel ciuili, vel honorario iure est comparata. *l. 9. C. de pet. hæred.*

Radicitùs. Idem valet *Radicitùs* atque à radice, vel vsque ad radicem, & ponitur pro omninò *l. furtim §. 2 ff. arbor. furt. cæsar.* Sic radicitùs amputari, Radicitùs excindere *l. 7. paragr. 8. C. de cur. furiosi.* Apud Gothof. ad *l. 1. C. de interd.*

Ramorum appell. *Ramorum appellatione* veniunt quandoque radices propter identitatem rationis.

Recautum. *Recautum* habetur *Nouel. 130. de trans. mil.* & est apochæ species, quam faciebant *Delegatores*, id est hi, qui prouidebant copijs militaribus, collatoribus annonæ militaris, de susceptis, vt loquitur vetus interpres *Nou. 72.* & est securitas de suscepta pecunia. Vide

Relegator. Recedere.

 num.

num. 1965. *Recedere* id dicitur, quod prius accessit in *l. 6. §. aliud ff. de acquir. rer. dom.* Recedere à conditione, à persona, à statu est, quod dicimus immutare conditionem, personam, statum *Recensitio* pro recognitione. Vlpian. in *l. 3. §. si quis nouat. ff. ad extr.* *Recensitio.*

Recludere. 1925 *Recludere* est iterum includere *l. 1. in princ. C. de cadnc. tollem.* Apud Martian. in *l. 1. paragraph. inter filic. ff. de fals.* ponitur *Recognoscere* pro approbare. *Recognitio* est dispunctio *l. 15. ff. de rebus auct. iud. possid.* Apud Modestin. in *l. si pater filium ff. de adoption.* idem est *Redadoptare*, atque iterum, & demum optare. *Reconuentio* à Caio in *l. si cum idem paragraph. sed si & mutuæ ff. de iurisdiction.* eleganter appellatur mutua actio. *Reconuentio* igitur, quæ rei, & conuentio, quæ Actoris est, dicitur mutua petitio. Sunt enim quasi connexa *l. penult. C. de Iudæis.* Quinam sint *Redempti ab hostibus*, apparet ex *l. 43. ad fin. ff. de legat. 1.* Nam quasi species quædam seruorum sint, dicuntur, qui pretio pro se soluto, ita nobis seruiunt, vt tamen pignoris tantum vinculo, donec satisfecerint, teneantur. *Recognoscere. Redadoptare. Reconuentio. Redempti ab hostibus.*

Redire hæreditas. *Redire hæreditas* dicitur, quæ lege, & ab intestato obuenit *l. 49. ff. de legat. 2.* Apud Vlpian. *l. 3. §. fin. ff. de isin, actuque priu.* idem est *Reducere*, atque in formam pristinam instaurare. *Reducere vxorem*, est prouocare in matrimonium, quæ repudiata erat. *Refecta pecunia*, est redacta ex re quapiam. *l. 1. paragr. si frater ff. de collat. bonor.* Apud Scæuol. *l. 78. § 10. ff. ad senat. consf. Trebell.* idem est *Refectus*, quod reditus, prouentus. *Reducere vxorem. Refecta pecunia. Refectus.*

Refugia. 1926 *Refugia* sunt abscessus ædium, & interiora loca *l. 13. paragr. sed si ædium ff. de vsufr.* Idem valet *Refundere* prout est in *l. 3. C. de fund. patrim.* atque reddere: vt apud Senecam: Id erat (inquit) non tam accipere beneficium, quàm refundere. *Refutatoriæ preces* quæ fuerint, & quòd parum differentes ab epistolis refutatorijs, constat ex *l. 1. C. de relat. l. 18. C. de appel.* vbi sic: Iudex (inquit Imp.) à quo prouocatum erat, opinionis suæ exemplum litigatoribus dare debeat, & acta edere. Quòd si qui minus plena, vel contraria viderentur, is refutatorias preces offerebat, quæ simul mittebantur. *Refundere. Refutatoriæ preces.*

Regerendarij. *Regerendarij* vel iuxta alios, *Regendarij* dicebantur ij, qui erant à regestu, seu libellis, de quibus Cassiod. lib. 11. var. *Regesta* seu corrupto vocabulo regista apud Vopiscum in Probo: sunt acta tabulæ publicæ. *Remansor* pro emansor apud Arrium *l. 4. §. 13. ff. de re milit.* Apud Gothof. in *paragr. 2. l. 29. ad leg. Aqui* vbi isti *Remunculus* alij legunt Lenunculum, alij Ferraculum, alij Seruaculum, alij Gubernaculum. *Regendarij.*

Reparare. 1927 *Reparare* quasi rursus parare: sic reparare, quod amisisti, est recuperare *Auth. vt iud. sine quoque suffr. paragr. oportet l. fin. C. de pact. pign.* Apud Scæuolam *l. 121. de verbor. oblig.* *Reparare merces* is dicitur, qui earum loco, quas in aliquem locum importatas vendidit, alias comparat, aut eas alijs mercibus commutat. *Reposcimus*, quod nobis debetur, vel quod à nobis acceptum est *l. Pompon. lib. fin. de acquirend. rer. dom.* Idem valet *Repositum frumentum* atque reconditum *l. 18. paragraph. item cum Inst. vel Instr. leg.* Auctore Cæsare lib. 1. de bel. ciuil. *Reprehendi* dicuntur fugitiui, id est à fuga retrahi. Vnde *Reprehensores*, qui fugitiuos reducebant, iuxta Budæum in *l. si apud ff. de præscript. verb.* Idem valet *Reprobare testes*, atque eorum fidem comminuere, atque refellere, *cap. præsentium, de testib. in 6.* Est apud Iuristas *Requirere* pro desiderare, vt cum requirimus in teste, quod esse debet, & non est. *Requirendus* pro exquirendus apud Martian. in *l. 1. ff. de requir. reis.* *Reparare merces. Reposcimus. Repositum. Reprehēdi. Reprehensores. Reprobare testes. Requirere. Requirendus.*

1928 *Reputationes* sub Rubr. *C. de reput.* dicuntur compensationes, quæ contra minores in integrum restitutos emptori fiunt: vt enim illis aduersus venditorem restitutis, fundus cum fructibus restituuntur, sic illi pretium cum vsuris reddunt *l. minor. 40 paragr. 1. l. nutor 48. paragr. vlt. ff. de minor.* Illa appellatur *Residua hæreditas*, de qua nulla fuit institutio, sed quæ accedit post scriptos hæredes, quæ accrescit pro portibus hæreditarijs. *l. interdum ff. de hæred. instit.* *Reputationes. Residua hæreditas.*

Apud Vlpian. *l. 5. paragr. vlt. ff. de his qui deiec. vel effun.* habetur *Resticulus* hoc est paruus restis: *Si amphora (inquit) ex resticulo suspensa decidisset.* Legitur tamen Reticulo. Apud Connan. lib. 6 cap. 1. *Restipulari* idem est, atque repromittere. Est tamen ab eo, cui quid ante à nobis stipulanti promisimus, vicissim aliquid stipulari. *Resuscitari* dicitur legatum, quod alicui perijt *l. 27. ff. de adim. legat.* Sic & *Resuscitari* dicuntur obligationes, id est restitui *l. 29. paragr. vlt. ff. de iure fisci.* *Resticulus. Restipulari. Resuscitari.*

1929 *Roncalia*, de qua fit mentio in libris Feud. lib. 2. tit. 52. paragraph. 3. videtur esse campus, seu locus super Padum non longè à Placentia. Vide Othon. lib. Frider. 2. cap. 12. *Rosam* pro oleo rosaceo numerat Pompon. *l. 21. paragraph. 1. ff. de aur. & arg.* interea vnguenta, quæ valetudinis causa sunt parata. *Rota pænalis*, alio nomine *Rotarium supplicium*, quid apud veteres fuerit, exponunt Nicephorus lib. 7. cap. 14. & Adrian. Iunius animad. lib. 3. cap. 12. *Rudes* lapilli, vel gemmæ *l. 25. paragr. fin. ff. eod. tit.* sunt nondum ornati, aptati. Sic *Rudis massa* pro imposita *paragr. si quis ea aliena Instit. de rer. diuis.* *Roncalia. Rosa. Rota pænalis. Rotarium. Rudes gemmæ. Rudis massa.*

Quid sit *Sagaria* innuitur ab Vlpian. in *l. cum duobus paragraph. quidam ff. pro socio.* Est autem Sagaria quædam negotiatio vocabulo à sagis deducto, vt quando saga, vel alia id genus vestimenta emimus, & distrahimus lucri faciendi gratia. *Sagarius* est qui saga vendit. *Sagittarius*, prout accipitur in tit. *De sa.* *Sagaria. Sagarius. Sagittarius.*

ſagittarijs & balliſtarijs lib. 5. Decretal. eſt qui ſagittas emittit, eas præſertim, quæ in bello ex maioribus tormentis eiaculabantur longiùs.

Salamandra.
Saluit verbit.
1930 *Salamandra* habentur in *l. 3. §. alio ff. ad leg. Corn. de ſicar.* eſt animal lacerti figura ſtellatum, ac variatum. *Saluis verbis* legis fieri, quid dicitur, quod fit abſque offenſa verborum *l. contra legem 29. ff. de legib.*

Satrapia.
Apud Perſas hæc dictio *Satrapia* in vſu eſt, de qua fit mentio in *Nouel. conſtit. 31. cap. 1. paragr. 3.* & videtur eſſe dignitas, vel ditio Satrapæ. Herodotus enim lib. 3. refert Darium diuiſiſſe regnum

Scabro.
ſuum in 20. Satrapias. *Scabro* apud Vlpian. in *l. 1. paragr. fin. ff. de ædil. edict.* ille dicitur, qui dentes, aut gengiuas illuuie ſcabras, aut ſpurcas habet.

Sceleritas.
Sceleſtum.
Sceleritas à Martiano in *l. 3. ff. de bon. eor. qui ante ſent. mor.* dicitur à ſcelere, eo modo, quò malitas à malo pro malitia. *Sceleſtum*, quod peſſimum: Vnde ſceleſtum contubernium *l. 9. C. de inceſt. & inut. nupt.* Sceleſtus contractus, quo ſcelus committitur *l. qui contrabimus C. de iur. fiſc.*

Schema.
Obuia eſt hæc vox *Schema* in Authent. & Latinè ſonat formam, figuram, cultum & ornatum Iuſtin. in Nouel. de Sanct. Epiſc. per ſchema innuit ordinem, habitum, gradum, & omne pertinens ad profeſſionem monachalem.

Sculnæ.
1931 *Sculnæ*, & *Seculna* apud Connan. in commen. ſuper ius ciuile lib 7. cap. 4. num. 6. erant olim tales, quales hodie apud nos ſunt ſequeſtres. Sculna enim dicebatur is, apud quem plures eamdem rem, de qua controuerſia erat, deponebat.

Sculptores.
Sculpere.
Sculptores in *l. 1. C. de excuſ. artif.* vocantur ſignarij, qui ſculpendo ſigna faciunt. Sculpere enim eſt imaginem cudendo effingere.

Sedere.
Sedere pro placere Vlpian. in *fin. l. ſi fideiuſſor. ff. qui ſatiſd. cog.* Dicitur etiam *Prætor ſedere*, cum pro tribunali iuris dicendi cauſa ſedet.

Seliquaſtra.
Sella.
Seliquaſtra genus eſt ſedilium antiqui generis apud Paulum *l. 4. ff. de ſupell. leg.* *Sella* à ſedendo dicitur quaſi *Seda*: Vnde *Sellæ prætoriæ*, de quibus fit mentio in *l. 1. paragraph. caſum ff. de poſtulat.*

Seminecis lingua.
Habetur *Seminecis lingua* pro mortua in *l. quoniam indignum C. de teſtam.*

Seruare.
Verbum *Seruare* frequenter accipitur pro tueri, cuſtodire, vt in *l. Iuriſgentium paragraph. prætor ait ff. de pact.* Interdum ſignificat præſtare priuatim: vt ſeruare fidem. Item accipitur pro recuperare *l. ſi mandato meo ff. de fideiuſſ. & mandat.*

Sigilla.
Sigillaria.
1932 *Sigilla* hoc eſt parua ſigna, in ædificijs fuiſſe legimus *l. 13. paragraph. ſed ſi ædium ff. de vſufr.* Vnde *Sigillaria* vicus Romæ, in quo non ſigilla tantum, ſed & libri, & lances, & alia id genus venales res exponebantur. *l. penult. paragraph. paterſamil. ff. de leg. 3.*

Significatio.
Nihil aliud eſt *Significatio* in Rub. *ff. de verbor. ſignificat.* quàm certa ſenſus demonſtratio, qua qualibet res dictionis attributione exprimitur. Vel breuiùs: Significatio eſt proprius, & verus verborum rerumque intellectus, quo quælibet res tanquam in picta tabella oculis quaſi ſubijcitur, & declaratur.

Significare.
Significare enim eſt rei alicuius eſſentiam veluti picta quadam tabella exprimere.

Signinum.
Signinum riuum lapideum interpretatur Vlpian. in *l. 1. paragr. vlt. ff. de riuiſ.* Eſt autem *Opus ſigninum*, quod ex teſtis tuſis fieri calce addita ſcribit Plin. lib. 55. cap. 12.

Siſtere.
Siſto frequenter ſignificat ſtare facio. Siſtere eum in iudicio dicimus, quem exhibemus *l. 1. & 4. ff. de in ius vocat.*

Iudicio ſiſti.
Iuriſconſulti promiſcuè dicunt *Iudicio ſiſti*, tam de ipſo reo, quàm de fideiuſſore eius.

Sociare.
Sociare pro adiuuare dixit Iuſtinian. in 1. Epiſt. ff. præpoſita, Et iuſſimus, (inquit) quos probaueris, ad ſociandum laborem eligere.

Sodalitiū.
1933 *Sodalitium* interpretatur Vlpian. in *l. 2. paragr. ſi quis ff. ne quis in loc. publ.* vectigal hoc, quod imponitur ei pendendum, qui in ſolo publico ædificat. Ponitur etiam pro gnomone, quo horæ ad ſolem denotantur. *l. ſi arborem, vbi Budæ. ff. de ſeru. vrb. præd.*

Solida res.
Solida legata.
Soli res.
Soluta actio.
Soluta prædia.
Soluti rei.
Solutæ ſtipulationes.
Sontes.
Idem valet *Solida res*, quod *res integra* in *l. 15 paragr. vlt. ff. de pignorib.* Vnde *Solida legata* in *l. 23. ff. de dolo* id eſt integra *Soli res* dicuntur ædes, agri, fundi, & cæteræ res immobiles ſolo coniunctæ. *l. 1. ff. de rei vendic.* Dicitur *Soluta actio* id eſt finita *l. 21. ff. de acceptil.* Dicuntur *Soluta prædia* apud Tullium Orat. de leg. Agrar. id eſt nulli obligata. Dicuntur *Soluti rei* id eſt liberati à vinculis & cuſtodia *l. 10. ff. de cuſtod.* Dicuntur *Solutæ ſtipulationes* id eſt ſublatæ *l. 6. de acceptilat.* Illi dicuntur propriè *Sontes*, quorum culpa iam ſonat, hoc eſt, qui erroris conuicti ſunt *l. 1 paragr. fin. ff. de ædil. edict.*

Specimen.
Apud Spiegelem, illud propriè *Specimen* dicitur, quod de re venali oſtendit venditor, vt inde poſſit cæteras merces æſtimare, vulgò dicimus *moſtra*: v. g. particulæ panni, aut parum frumenti, vel vini guſtus.

Specificatio.
1934 *Specificatio* apud Vult. in comment. *ad paragraph. cum ex alien. 16. numer. 1.* datur, quando ex materia ſiue vna eademque, ſiue diuerſa, noua quædam ſpecies, ſeu corpus conſtituitur, vt ſi ex ſolo auro, vel ex auro & argento fiat poculum: aut ex vuis exprimatur vinum.

Spongiæ.
Spongiæ quibus columnæ, pauimenta, podia exterguntur, inſtrumenta ſunt domus. *l. quæſitum §. canales ff. de fund. inſtr.*

Stamen.
Quamuis *Stamen* ſit quidquid in colo ad nendum ponitur, tamen iuxta Sipontinum *Stamina*, dicuntur fila recta in opere textorio, & ſtabilia, per pectinem tranſmiſſa, quibus illa alia, quæ ſubtemina vocantur, intertexuntur.

Subtemen.
Subtemen enim vocatur, quod ſubeſt ſtamini. Vlpian. *l. 70. ff. de legat. 3.*

Sterilis pecunia, dos.
Dicitur *Sterilis pecunia* otioſa, quæ vſuras non parit *l. 3. paragraph. vſuras ff. de contr.* ſicut dicitur *Sterilis dos*, quæ eſt ſine commodo aliquo *l. 4. in fin. ff. de patr. pact. dot.*

Subdole.
Subdolè cautè fraudulenter *l. quiſquis C. de poſtul.* Apud Tullium

Subductiones. Subductus reus.

lib. 2. de Orat. *Subductiones* ſunt inanes, ac Sophiſticæ argutiæ. Vnde *Subductus reus l. ſi pendent appell. & l. 3. C. ſi reus vel accuſ.*

Subijcere. Subijci.

1935 *Subijcere* apud Paul. in *l. & qui natura paragraph. cum me ff. de negat. geſt.* pro loco alterius ponere. *Subijcere teſtamentum* eſt pro vero falſum ſupponere. *l. 50. paragraph. 1. ff. de legat. 1.* Accipitur *Subijci beſtijs* pro obijci *l. vlt. C. ad leg. Fab. de plagia*. Sic Subijci quæſtioni, Subijci fuſtibus, Subijci pænis.

Subintroducta mulier. Subinueſtitus. Subire.

Subintroducta mulier in *cap. interdixit diſt. 32.* videtur clam introducta ad damnatum concubitum. *Subinueſtitus* eſt Vaſſallus Vaſalli, quando accipit inueſtituram. *Subire* pro ſuſcipere, & ſuſtinere *l. 7. ff. de dote praleg.* Vnde Subire defenſionem, inſtructionem, iudicium.

Subita vis. Submouere.

Subita vis l. 30. paragraph. vlt. ff. ad l. Aquil. quod improuiſa, ſic *Subita ſeruitus*. Idem valet *Submouere*, atque clam, vel ſubtus, vel à longè mouere *paragraph. autem inſtat. quibus alien. ſic.* Quæ ſunt in ſuburbijs Suburbana vocantur, vt *Suburbana poſſeſſio l. 41. paragr. legauerat ff. de leg. 3.* Suburbanum prædium *l. 38 §. Iulius ff. Ord.*

Sufficere.

Appellatur *Succedaneus alieni periculi* ille, in quem incommodum alieni periculi redundat Vlpian. *l. 3. in fine ff. de admin. tut.* Appellatur *Succedaneus culpæ* ille, qui in culpam succedit. *l. 4. ff. de magn. conuen.* Accipitur *Sufficere* pro ſatis eſſe *l. 2. ff. de orig. iur.* Item pro ſuppeditare *l. ſed ſi vnius §. cum ſeruus ff. de iniur.* vt Sufficere litis æſtimationem: Item pro ſubrogare, vt *Sufficere conſulem*.

Sycaminon. Syllogiſmus cornutus. Dilema. Complexio. Synonetum.

1936 *Sycaminon* apud Vlpian. *l. 10. ff. de extraor. crimin.* morus AEgyptia, qua vti ſolent in aggeribus Nili, per quos incrementa eius diſpenſantur, & coercentur. *Syllogiſmus cornutus* apud Commentatores iuris eſt, quod Græcis dilema, & Latinis complexio. *Synonetum* apud Imp. *l. 1. C. Th. de publ. compa.* fuit publica comparatio ſpecierum, quæ in commune fiebat. *Syſſitos* Latinè ſodalis apud Caium *l. vlt. ff. de colleg. & corp.*

Tabes in agris. Tablinum. Tagma. Tectores. Tectorium opus.

Quid ſit *Tabes in agris* apud Vlpian. in *l. ex conducto §. 1 ff. locati*, ſcilicet vitium quoddam, ſeu lues plantis familiaris, declarat Plin. lib. 17. *Tablinum* apud Iuriſconſ. in *l. mortis ff. de pænis* eſt Latinis, quod Græcis grammatophylacium. *Tagma* habetur *l. 1. ff. de mil. teſt.* vbi mille hominum multitudinem interpretatur Vlpianus. *Tectores* ſunt dealbatores, qui parietes calce illinunt & dealbant. *l. 27. in fin. ff. ad leg. Aquil.* vbi pro *Tectori* Budæus malè legit victori: Vnde *Tectorium opus* in *l. 241. ff. de verb. ſign.* eſt quo parietes incruſtantur calce & dealbantur.

Temonaria functio. Capitularia functio. Temonarij. Tenor.

1937 *Temonaria functio* prout habetur *l. 14. C. Th. de extraord. mun.* videtur coincidere cum functione capitularia. Sic *Temonaria onera l. 1. C. de palat. ſacr. larg. lib. 12.* id eſt præſtatio tyronum, equorum, & auri tyronici. Sunt enim Temonarij, qui tales res exigunt. *lib. 2. C. de priuil. eor. qui in ſacr. pal.* Et quidem *Temones* referuntur inter ſordidas præſtationes, & munera *l. maximarum C. excuſ. mun.* Idem valet *Tenor*, atque rei progreſſus. Sic Tenor actorum *l. 23. C. de fide inſtr.* Tenor ætatis *l. 28. paragraph. penult. ff. de liber. & poſth.* Sumitur etiam pro pactione contra communem feudi naturam in contractu interpoſita. *lib. feud. 2. tit. 1. paragr. 3.*

Tergiuerſari. Terminalis ſententia. Terminales arbores, & lapides. Teſtabilis. Inteſtabilis.

Apud Martianum *l. 1. ff. ad ſen. C. Turpil.* idem eſt *Tergiuerſari*, atque in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere. *Terminalis ſententia* id eſt definitiua *l. vlt. C. de iure dot.* Sic apud Paul. lib. 5. ſentent. tit. 22. *Terminales arbores*, & apud Ammian. lib. 18. *Terminales lapides*, qui terminos conſtituunt. *Teſtabilis* dicitur cui vel teſtandi, vel teſtimonium dicendi ius eſt: ſicut ex oppoſito *Inteſtabilis* pro incapaci ad teſtandum *l. 12. tab.*

Teſtitudines, lecti teſtudinei. Tractare. Tragœdi. Tragica veſtis. Tranſduci. Transferre. Transfigurare.

1938 Quæ ſint *Teſtudines* in legatis, & lecti teſtudinei pedibus inargentati *l. centeſima in fin. ff. de legat. 3.* & quòd veteres ſupellectili ex teſtudine vſos refert Celſus *l. 7. ff. de ſupell. legat.* conſtat ex Plin. lib. 33. cap. 11. vbi author eſt, quòd Caruilius Pollio teſtudines ſecaſſe in laminas, lectoſque, & repoſitoria his veſtiſſe inſtituerit. *Tractare pecuniam* pro adminiſtrare, *Tractare* pro excipere: ſic atrociter tractare ancillas *l. 2. ff. de his, qui ſui*. Item pro diſcutere, diſſerere. Sic Tractare ius *l. 11. paragraph. vlt. ff. ad leg. Iul. de adult.* Apud Iuſtin. in *Nouel. de Conſulib. paragraph. Ac primus quidem*, reperiuntur *Tragœdi*, & ſunt actores Tragœdiæ. Hinc Tragœdi ſerui *l. 12. ff. de fideicommiſ. liber.* & *Tragica veſtis* tit. de vſufr. *Tranſduci* dicitur grex *l. 4. paragraph. 1. ff. de ſeruitut.* id eſt transferri: & *Tranſduci* vites in arbores *l. 3. paragraph. item ſi ff. vti poſſid.* Idem valet in ſignificatu proprio. *Transferre*, atque de loco in locum ferre. Vnde metaphoricè dicimus Transferre domicilium. Transferre legatum, hoc eſt in alterum conferre *ff. de tranſferen. & adimen. legat.* Idem eſt *Transfigurare* apud Vlp. *l. quid tamen ff. quibus modis vſusf.* atque in aliam figuram vertere.

Triarij milites. Tributoria actio. Triereticũ. Triga. Tigarium.

1939 *Trarij milites* apud Aug. ad Modeſtinum *de excuſ. tut.* erant, qui tribus vexillis conſtabant. *Tributoria actio*, vt habetur in *l. fin. ff. de tribut. act.* eſt actio perſonalis prætoria, data ex contractu ſerui, vel filijſfamilias aduerſus dominum, vel patrem de mercede peculiari in qua ſeruus, vel filiusfamilias ſciente, & patiente domino, vel patre negotiatus eſt pro rata debiti inter dominum patremue, & creditores æquè diuidenda. *Trieteticum*, vt aliqui legunt, in *l. Septicia ff. de pollicit.* ſignificat quadriennale certamen.

Triga, a Vlpian. in *l. ædiles ff. de AEdil. edict.* à tribus equis iunctis currus dicitur, qui à tribus equis trahitur. Vnde *Tigarium* iuxta Plin. lib. 37. cap. 13. eſt curu-

le

Vagarius. Triuncium.

le certamen: & *Trigarius* teste eodem lib. 28. cap. 16. dicitur trigarum agitator. *Tri uncium*, prout habetur *Auth. de trient. & semiss.* quod trium vnciarum est.

1940 *Turba*, de quo meminit Iustin. in *paragr. aut arboribus Iustit. de empt. & vendit.* vocatur *Prester* ab Arist. lib. 2. Meter. & inter violentos ponitur ventos, appellaturque vis diuina, & vis maior à Iurisconsf. *l. si merces §. vis maior. ff. locati.* Apud Caium in *l. plerique ff. de in ius vocan.* ille dicitur *Tutus locus* in quo securè versari, aut quidpiam agere possumus: estque proinde securum cuique refugium, & receptaculum.

Vacantia bona. Caduca bona. Vacat probatio. Vadari.

Vacantia bona dicuntur eadem, quæ & caduca, nimirum, quæ illius fuerunt, cuius hæres nullus est *l. 1. C. de bon. vacan* Idem est *vacat causæ probatio* apud Modestin. in *l. consentiente ff. de manum.* atque superflua est. Idem est *Vadari*, atque vades postulare, id est locupletes fideiussores, qui aliquem certæ pecuniæ sponsione vadimonium obiturum præstabant. Vnde *Vadatio* erat illa denuntiatio quæ fiebat.

Vagulatio. Valor. Valetudo. Vanum. Varius. Vberes prouentus. Vbertas.

1941 *Vagulatio* in l. 12. tabul. authore Festo significat quæstionem cum conuitio, id est cum testes quæruntur magna voce, & boatu. Deducitur enim vagulatio à verbo Vagio, & non à vagor *Valere* pro vires habere: Vt si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum. Refertur & ad pretium. Vnde *Valor & Valitura* pro pretio *l. 1. C. nem. licet in comparat. spec.* Est *Valetudo* corporis quædam dispositio, quæ vel est integra, vel aduersa *l. vlt. digestis de iniust. rupt.* Vnde *Valetudo* pro morbo sumitur, & pro mala dispositione *l. quæritur ff. de ædil. edict.* Dicitur *Vanum*, quod nec possibile, nec verisimile est. Vnde *Vanum*, *cancellato habere* apud Scæuolam in *l. emptor. ff. de pact.* Apud Zabarell. in *cap. præterea, de testibus* ille dicitur *Varius*, qui modò vnum, modò aliud dicit. *Vberes prouentus* apud Vlpian in *l. annonam atten. ff. de extraord. crim.* pro copiosis. Nam *Vbertas* sterilitati opponitur *l. 8. ff. locati.*

Vectigales agri. Vectigaliarij. Telonæ.

1942 *Vectigales agri* ciuitatum, vel municipiorum vocantur, qui manente penes ciues, vel municipes dominio, in perpetuum locantur; id est, hac lege, vt tamdiu pro his vectigal pendatur, quandiu neque ipsis, qui conduxerunt, neque his, qui in locum eorum successerunt, auferri eos liceat: & sic semper in iure intelligi debent, aliàs emphyteuticarij vocantur *l. 1. ff. si ag. vect.* Habentur *Vectigaliarij* in *l. 12. § vlt. de publ. & vect.* qui alio nomine *Publicani*, & *Telonæ* dicuntur, & propriè ij sunt, qui vectigalia populi Romani, aut Principis, veluti portoria conducta habent, non tributa.

Vectiones.

Vectiones apud Paulum *ff. de fund. instruc.* sic interpretatur Rhodiginius: Vectiones (inquit) apud Iurisconsult. legimus: eas, sunt, qui vegetes intelligant, à vehendo nuncupatas. *Velamentum* ponitur in *l. cum duobus 51. paragr si in coeunda ff. pro socio* ponitur pro eo, quod velat & supplet. Sumitur etiam pro prætextu & colore quæsito *l. velamento C. de postul.* *Velamentū.*

Vena. Venalitiariam. Venalitas. Venditor. Venditum.

1943 *Venæ aquarum* habentur *l. 1. paragr. pen. ff. de fonte.* Venæ metallorum & lapidicinarum in *l. 13. paragr. inde est ff. de vsufr.* Artem vendendi, quam *Venalitiariam* dixit Vlpian. *l. 73. paragr. vlt. ff. de legat. 3.* eandem appellauit *Venalitatem* Leo Imper. *l. vnica in fin. C. de monop.* Quandoque *Venditor* ponitur pro emptore, & vice versa *l. veteres C. de action. empt.* Sicut *Venditum* pro empto *l. sed hoc nomine ff. de euict.*

Venia. Ventilare. Ventrale. Venter. Ventrem facere.

Accipitur *Venia* pro promisso tit. *de in ius vocan.* Sic *Venia ætatis*, indulgentia, & permissio est *C. de his, qui ven. ætat. impet.* Venia tamen in actione edicti de in ius vocando, non est intelligenda, quod sit permissus ille magistratus: cum hic absolutè postulanti iustitiam decernat citationem, vt nempe aduersarius in ius vocetur *Ventilari causa* dicitur *l. 6. C. pro socio.* cum de ea dubitatur, tractatur & agitatur. Alio sensu dicuntur serui domini mortui cadauer ventilare *l. vnic. paragr. sed & qui C. de lat. lib. toll.* id est thure adolere. *Ventrale* apud Vlpian. *l. 6. ff. de bon. damn.* videtur sacculi genus fuisse, pecuniæ ad vsum quotidianum necessariæ gestandæ accommodatum, & sub ventrem appensum. *Ventrem* appellant Iurisconsulti vterum quem mulier gestat, vel animal, quod in vtero est. *l. non est ambiguum ff. de bon. possess.* Paries apud Alphenum *l. 17. ff. de seruis. vendic.* dicitur *Ventrem facere*, cum intumescit, cum procumbit, cum proiectus est.

Verbosus. Versari. Vertacus. Veruex.

1944 *Verbosum* pro loquaci accepit Caius in *l. 1. ff. de orig. iur.* Est *Versari* in aliqua re assiduum esse. *l. 3. paragr. 1. ff. de offic. præf. vrb.* Vnde *Versari malè in tutela* pro non rectè fungi munere tutorio. *Vertacos* dixere antiqui canes vltro in venationem exeuntes *paragr. quidquid autem Institut. de rer. diuis.* Vbi Bald. *Veruex* apud Vlpian. *l. 1. paragr. ff. de abigeis* dicitur ab inuersis testiculis, & est mas inter oues. Differt veruex ab ariete sicut canterius ab equo, & caper ab hirco, nam veruex, canterius, & caper sunt castrati.

Vestigium. Vestispica. Vetitor.

Vestigium translatè iudicium est. *l. quidam paragraph. 1. C. de necess. seru.* Apud Paulum ad fin. *l. cum de lanionis ff. de instr.* habetur. *Vestispica*, & est ancilla vestium custos & inspectrix. *Vetitor* prout reperitur in *l. 51. ff. de re iud.* positum pro debitor, & non pro emptor, aut venditor, contendit Cuiac. 12. obser. 21. *Vexillationes* de quibus in *l. 2. de hæred. decur. lib. 9.* equitum alas dixit Veget. lib. 2. cap. 1.

Vicesima.

1945 *Vicesima* in tributis fuit multiplex. Nam fuit vicesima rerum venditarum, quæ ad fiscum pertinebat, de qua Plinius

lib. 7. Epist. Fuit vicesima eorum, qui manumitterentur, introducta per Cn. Manlium, de qua Pompon. *l. 2. §. ex his ff. de orig. iur.* Fuit vicesima hæreditatum, introducta lege Iulia, qua cautum erat, vt qui hæres extraneus institutus fuisset, is priusquam hæreditatem adiret, vicesimam eius partem fisco daret: de qua fit mentio in *l. 2. C. de transact.*

Vicesimarij. Octauarij.

Dicuntur *Vicesimarij* exactores, à vicesima parte, sicut *Octauarij* ab octauo.

Vietorec. Vinacia. Viridariu.

Vietorec apud Vlpian. *l. si seruum seruum paragr. fin ff. ad leg. Aquil.* sunt qui virilibus, id est flexilibus, quos vulgo circulos nominabant, vasa vinciunt, & circumligant. Lusitani dicimus *Tenoeyroc*. Apud Iulian. *l. 14. in fin. ff. de cond. furt.* Vinacia sunt grana vuæ compressæ. *Viridariu* prout habentur in *l. 26. ff. de instr. & instru.* significant loca virentibus herbis, graminibusque, & arbustis consita.

Viridarij serui.

Vnde *Viridarij serui* Vlpiano, illi sunt, qui viridarij curam habent.

Viscerutio. Viscera.

1946 *Visceratio* apud Pompon. *l. 54. de legut. & fideicom.* est largitio carnis, quæ publicis epulis fiebat. *Viscera* enim iuxta Seruium, non tantum intestina significant, sed quod quid sub corio est, nempe carnem, quæ est inter ossa, & cutem. Sic viscerum portio est partus antequam edatur *l. 1. paragraph. eu hoc ff. de iaspic. ventre*. Apud Iurisconsult. in *l. 31. ff. de euict. & l. 7. ff. ad Trebell.* habetur

Vispellio.

hæc vox Vispellio, quæ à nonnullis *Vespillo*, ab alijs *Bispellio* scribitur, & est vilium cadauerum elator.

Vitem teuere.

Vitem tenere apud Iurisconf. in *l. militec ff. de re milit.* est vitis pœnæ subijci. Nam vitibus tantus accessit honos, vt in delictis pœnam honorarent: siquidem lege Romana sancitum fuit, vt ciues non virgis verberarentur, sed vitibus.

Vitreaminu. Vnciuria vsuræ.

Vitreamina Vascula vitrea, quæ ornatus causa parantur. Paulus in *l. 18. §. 8. ff. de iustir. vel inst.* Dicuntur *Vnciariæ vsuræ* prout habentur in *l. 47 §. præfectuc ff. de admin. tuto.* teste Budæo, quæ singulos nummos è centenis quotannis efficiunt. Erat enim apud Tacitum lib.

Fænus vnciarum. Hæres vnciarius.

5. *Vnciarum fænus* omnium minimum, quod ex centum vnciam tantum in aurum reddebat. *Vnciariuc hæres* ex vncia scriptus *l. 34. §. inde dicitur ff. de legat. 1.*

Vngere veneno.

1947 *Vngere malo veneno* dixit Vlpian. *l. item si obstetrix ff. ad leg. Aquil.* Quid sit *Vociferatio* apud Modestinum *§. fin. l. 3. de re milit.* patet ex eo, quia

Vociferari. Vociferatio.

Vociferari est voce effrænata, non modò dolorem, sed etiam indignationem ostendere.

Volucris appell.

Volucris appellatione omne id. quod volat, non solum aues: sed apes quoque, vespæ, tabani, & reliqua huiusmodi continentur, teste Steph. Rob. Spieg.

Vrbicu procurutio.

Vrbica procuratio Vlpian. in *l. 11. §. 2. ff. de minor.* dicitur ea, quæ propter certam ciuitatis controuersiam mandata esset.

Vrbinariæ regiones.

Vrbicum id est Vrbanum *l. 9. ff. de oper. nou. nunc. Vrbinariæ regiones* quæ sint, vide *l. vn. C. Th. si per obrep. fuer.* Videntur esse, quæ plurimis abundant vrbibus.

Vredo.

Vredo apud Vlpian. *l. ux conducto 15. §. 1. ff. locati*, est vitium, seu morbus plantarum natus ex frigore, quo herbæ, frutices, arboresque percussæ arescunt.

Vrgenc necessitac.

Vrgenc necessituc, quæ nempe ingens & impellens est *l. 1. C. Nem. licer. in compar. spec. lib. 10.*

Vrnalia. Vrna.

Apud Proculum in *l. fin. ff. de trit. & vin. leg.* habentur *Vrnalia* & videntur esse vasa capientia multas vrnas. Est autem *Vrnu* mensuræ genus quatuor capiens congios.

Vrsuc.

1948 *Vrsuc* bestia est, quæ iuxta Caium in *l. 2. ff. ad l. Aquil.* in numero pecudum non continetur.

Vsto.

Vsto apud Veteres, & Vlpian. in *l. 27. paragr. 4. ff. de aur. & arg.* idem est, quod vsus

Vsurariu vxor.

Vsurariu vxor dicebatur olim quasi vsuaria, nempe mulier, qua quis tanquam vxore vteretur.

Vsuc reciprocus.

Vsuc reciprocus inter rusticos frequentissimus est: vt commodo tibi boues meos ad arandum terram tuam, certos dies, vt tu vicissim commodes tuos, cum ego arauero: non cadit sub actionem commodati, sed præscriptis verbis tex. in *l. sc tibi rem inspiciendum. l. 1. ff. de præscript. verb.*

Vteruc.

Accipitur *Vteruc* pro fœtu *l. 3. §. item Iulian. ff. de statu liber.* vbi habetur. Vno vtero tres edere, id est vno fœtu.

Vti, & Abuti.

Vti & Abuti sic differunt. Vtimur (inquit Boetius) ijs rebus, quæ nobis vtentibus permanent: ijs autem abutimur, quæ nobis vtentibus pereunt.

Vua hominis.

Vua in homine appellatur tumor quidam, & glandula carnea, id est pellicula, quæ vuæ instar in extremo palato dependet: cuius meminit Vlp. in *l. 14 §. 2 ff. de ædil. edict.* Vuæ vitis fructus, inter dulcia recensentur. *l. vlt. ff. de trit. & vin.* Vuas crudas, id est nondum maturas appellat Vlpian. *l. sc seruuc seruum §. sc oliuam ff. ad leg. Aquil.*

Xuadium.

Pro pignore accipitur *Vuadium* apud Guntherum lib. 8. prout habetur in Imper. *Constit. lib. Feud. 2. tit. 55.*

Vultures. Hæredipetæ.

Vulgari metaphora *Vulturec* appellantur captatores testamentorum, & hæredipetæ. *Vuina* apud Vlpian. *de ædil. edict.* dicitur matrix, qua concipitur fœtus: quæ cum destituitur vi attrahendi, & retinendi semen, sterilescit mulier.

Vxoriæ rei actio.

1949 *Vxoriæ rei actio* cuius vestigia habentur in *fin. l. pen. ff. solut. matrimon.* datur quoties post diuortium, de dote contentio est.

Xaratæ.

Xaratæ apud Græcos in *l. 1. C. de moril. lib. 11.* sunt, qui monetam cudunt.

Xyloc innamomum.

Xylocinnamomum, de quo fit mentio in *l. vltim. paragraph. speciec ff. de publ.* iuxta Dioscor. lib. 1. facit diuersam speciem à cinnamomo, diciturque lignosum cinnamomum, eo quòd sarmenta longa, robustaque ferat.

Zetarij.

Zetarij apud Paulinum lib. 3. sent. tit. 6. ijdem, qui Diætarij vocantur *l. quæsitum paragr. idem respondit ff. de instr. vel instr. leg.* Apud Catanæum in comment. ad lib. 2. Plin. Epist.

Zeta.

Zetu locus erat vnius cubiculi capax solem hybernum spectans, ita constructus vt per heliocaminum vaporem acciperet.

Va-

Variatio quid, & quotuplex. Cumulatiua variatio. Exclusiua variatio.

1950 *Variatio in beneficijs* contingit, quando patronis ad beneficium præsentat modò vnum, modò alium. Quomodò fit duplex, altera cumulatiua, & altera exclusiua, benè declarat Palaus tract. 1. de benef. disp. 2. pun. 6. à num. 2. Variatio (inquit) in beneficijs est, quando patronus laicus præsentar alium diuersum ab eo, quem priùs præsentauerat; & dupliciter euenire potest primò cumulatiuè non excludendo primum nominatum, sed illi alterum adiungendo. Nam si primum excluderet, nulla esset talis secunda præsentatio. Secundò exclusiuè, si nominando secundum, primum excluderet.

Corpus iuris canonici

Quid sit, & quotuplex *Corpus iuris canonici*, patet ex traditis per Palaum tract. 13. de benef. disp. 2. pun. 15. num. 2. ex Azotio par. 2. lib. 6. cap. 34. num. 4. Illa (inquit) dicuntur in corpore iuris contenta, quæ in aliquo ex sex libris Decretalium, vel Clementinarum continentur. Quia hæc omnia ius commune constituunt, & ad corpus iuris dicuntur pertinere. Extra corpus iuris habentur, quæ in alijs constitutionibus Extrau. decretis, & regulis Cancellariæ continentur.

Regulæ Cancellariæ

1951 *Regulæ Cancellariæ*, quæ sint, exponitur a Palao tract. 13. de benef. disp. 2. pun. 17. num. 1. in hunc modum: Hæ regulæ (inquit) sunt quasi generales leges de beneficijs disponentes, ad quarum valorem nulla alia solemni publicatione indigent, quàm quòd sunt publicè constitutæ: ita vt à puncto constitutionis earum effectum habeant, quoad nullitatem prouisionis in contrarium, esto non habeant effectum, quoad pœnas ibidem positas.

Sedes Apostolica & Romana curia.

Sedis Apostolicæ, & *Romanæ curiæ* appellatio quousque pertingat, traditur à Palao tract. 13. d. 2. punct. 16. n. 2. *Sedes Apostolica* (inquit) est vbi Pontifex seder & assistit Ecclesiam gubernaturus: *Curia Romana* videtur esse idem, ac sedes Apostolica, vt explicat Gonzal. Glos. 5. §. 1. à num. 1. Sed non inde fit idem esse vacare beneficium apud sedem Apostolicam, ac vacare in curia. Nam vacare apud sedem Apostolicam tunc dicitur iuxta *cap. præsenti, de præsentis in 6.* quoties vacat in Romana curia, vel in locis illi vicinis per duas dictas legales.

Curialium appellatione.

Curialium nomine (Palaus citatus addit) intelliguntur familiares seruientes Pontifici, & Cardinales, iudices notarij, aduocati, procuratores, & sollicitatores causarum Romanæ curiæ.

Recuperatores iudices.

1952 *Recuperatores iudices*, de quibus Tholos. lib. 2. Reip. cap. 6. num. 3. & Corral. Miscel. lib. 3. 1. 18. num. 9. erant, qui à prætore in priuatis controuersijs quacumque de re agerent, dabantur: quos à recuperando dictos apparet, & quòd per eos suum quisque ius recuperare posset.

Quaternatũ feudum.

Quaternatum feudum in constitutionibus Neapolitanis est, teste Cuiacio 1. *Feud. tit. 9.* quod in quaternionibus Doanæ inscriptum est.

Litteratus. Litterator. Grammaticus. Grammatista. Oriundus & naturalis.

Apud Petrum Gregor. de repub. lib. 17. cap. 1. num. 1. est discrimen inter Litteratum & Litteratorem, sicut inter Grammaticum & Grammatistam: nam *Litterati*, qui Græcis *Grammatici* dicuntur, pro peritis legendi & scribendi accipiuntur *l. vlt. C. de testam.* Litterator, Græcis *Grammatista*, est litterarum ignarus, qui se iactat litteratum. *Oriundus & naturalis*, qui dicatur, iam supra exposuimus. Sed id vide apud Palaum de benef. tract. 13. disp. 4. punct. 9. n. 2.

Miles habet dignitatem. Dignitas in seruo.

1953 Apud Iurisconsultos ex *l. milites & l. diuo C. de quæst. & l. sed & milites in prin. §. scribit ff. de excusat. tutor.* constat dari discrimen inter militem & priuatum. Huiusmodi discrimen exponit Tiraquel. de nobil. cap. 8. num. 3. Illi (inquit) sunt & dicunrur priuati, qui sunt sine dignitate, vt dicit Glos. in *cap. denique 4. dist.* & in *cap. qui contra pacem 24. q. 1.* quam ad hoc expendit Bart. in consil. col. 2. vt scilicet militia sit dignitas; & milites non dicantur personæ priuatæ. Ex quo sequitur milites esse in dignitate, & sic quoque in nobilitate. Notat idem Tiraq. n. 4 non quamlibet dignitatem nobilitare, nam inter seruos omnium hominum abiectissimos dignitas est, vt voluit Glos. in cap. *denique 4. dist.* Nam & seruus respectu alterius serui potest dici dominus.

Quinit & Requinit.

Quinit & Requinit in venditione Feudi in Gallia, quid sit, exponit Petr. Greg. Thol. de repub. lib. 2. c. 6. n. 3.

Preconizatio. Præconium in beneficijs

Quid sit *Præconizatio* alio nomine *Præconium* in creatione Episcoporum, quæ fit Romæ per Cardinales in primo & secundo consistorio, innuitur à Barbosa tom. 1. de Iure Ecclesiast. cap. 9. à num. 13. vbi declarat praxim, qua fieri solet. *Præconizatio* igitur in primo consistorio habet vicem electionis factæ de aliquo in Episcopum, prout Romano Pontifici proponitur: In secundo autem consistorio facta habet vim confirmationis, tunc enim transmittitur fides prouisionis Apostolicæ à Cardinale Proponente ad Cardinalem Vicecancellarium.

Acconitiũ.

1954 *Acceontium* est pars doris consistens in rebus mobilibus, quæ dantur in ipsius dotis supplementum. Ita colligo ex dictis per Stephanum Gratian. discep. forens. n. 3. c. 498. n. 57. & 58.

Suppressio beneficiorũ. Demens & mẽte captus

Suppressio beneficiorum, quid sit, & quomodo vsurpetur, latè Moneta de commutat. vltim. volunt. cap. 12. num. 2. *Demens, mente captus, stultus, fatuus, phreneticus, furiosus* inter se differunt apud Emman. Barb. in remiss. ad Ordin. to. 2. pag. 169. n. 7. Nos prædicta iam suis locis elucidauimus.

Triuium & Quadriuiũ docere. Magistri triuiales. Scientia triuialis quæ.

Quid apud Romanos fuerit *Docere triuium*, & *Docere quadriuium* prout habetur in Gloss. ad §. *Item Romæ Instit. de excusat. tut.* & proinde, qui fuerint *Triuiales & Quadriuiales*

magi-

magistri, patet ex traditis per Cassanæum in Catal. gloriæ par. 10. consid. 47. §. Et vt dicit. Grammaticem (inquit) Romani tanti fecerunt, vt in triuijs eam ex Senatus consulto publica mercede doceri edixerint, quocirca triuialis scientia diutiùs nuncupata est.

Scotatio.

1955 *Scotatio* prout habetur *in cap. 2. de consuet.* est genus donationis, quæ explicatur à Glos. supra verbo casus. Talis (inquit) erat consuetudo in Dacia, quod si aliquis in sanitate, vel in vltima voluntate vellet pro remedio peccatorum suorum conferre locis religiosis aliquas possessiones, accipiebat modicum terræ in extremitate pallij, quod pallium manu prælati sustinetur, & ponitur super altare sub testimonio videntium: huiusmodi donatio vulgariter dicitur scotatio.

Triseum & Vetus.

Inter *Triseum* & *Vetus* agnoscit discrimen D. Rotericus à Cunha in decretum pag. 810. num. 2.

Didisfcitis testificatis.

Didisfcitis testificatis, quid sit apud Menoc. de arbitrar. lib. 1. quæst. 34. ab eodem innuitur eodem n. 1. vbi sic proponit quæstionem, an iudex possit publicatis ac didiscitis testium testimonijs alios testes recipere? Videntur enim esse *testificata didisceita* idem atque testimonia producta & cognita, quasi ea iam didicerit iudex. Vide Cancerium p. 1. de testib. c. 20. n. 38.

Fatalium terminus.

1956 Quid sit, *Tempus pacto fatalium prorogatur* apud Gabrielem Pereyra decis. 61. num. 9. & quid *terminus fatalium* de quo meminit Cabedus part. 1. decis. 42. num. 3. facilè intelliget, qui intelligat fatales dies. Igitur *Fatales dies* iuxta Azon. in summa *Cod. de temp. appel.* dicitur spatium temporis intra, quod appellans debet appellationem prosequi *l. 31. Cod. de appell. & l. 2. C. de tempor. appell.* de quo iam alibi diximus.

Fatales dies.

Hæreditas futura.

In hac transpositione verborum *Hæreditas futura*, & *Futura hæreditas* inuenit discrimen Campeg. de dote p. vlt. quæst. 79. & Stephanus Gratian. discept. foren tom. 4. cap. 692. num. 77. sicut inter Petrum Magistrum, & Magistrum Petrum, de quo iam diximus n. 1838.

Crimen mixti fori.

Quid sit crimen mixti fori, & forum mixtum, quid præuenire & præuentio, & quid præuentiua gratia, expediendum nobis est. *Crimen mixti fori*, quale verbi gratia Sodomia, est illud, quod pertinet ad vtrumque forum, nempe laicum & Ecclesiasticum, ita vt de illo crimine possit cognoscere iudex vel laicus, vel Ecclesiasticus, data *Præuentione*, quæ scilicet datur, quando alter ex dictis iudicibus cœpit prior cognoscere. Vnde illa *Præuentio* est quædam anticipatio cognitionis, quæ impedit ne alter se intromittat. Cum enim *Præuenire* apud Latinos sit venire antequam alter veniat, sic apud Iuristas est præoccupare causam, seu venire ad illam antequam altet iudex veniat.

Præuentio.

Præuenire.

Præuentiua gratia.

Præuentiua gratia in beneficijs (vt benè notat Melchior Loterius de re benefic. lib. 2. quæst. 23. num. 1.) iuxta aliquos datur, quando Papa ad prouidendum beneficium, dum concurrit, præuenit, id est præoccupat partes Episcopi vel alterius inferioris collatoris, vt beneficium vacans prouideat. At rectiùs alij vim vocis huius non ad concursum, sed ad vacationem referunt, vt eæ dicantur gratiæ præuentiuæ, quæ vacationem ipsam præueniunt, & videntur coincidere cum expectatiuis gratijs. Vide Coccinum in annot. 217. lib. 2.

Adfirmatores.

Adfirmatores, qui idoneos esse tutores in iure affirmant, vulgo certificatores. Brisson.

Adiurnare.

Admallare.

Admezatores.

1957 *Adiurnare* est diem ad iudicem statuere. Cod. 11. antiq. *Admallare* est ante iudicem venire litigandi gratia. *Marcul. in iudic.* Cod. 11. ant. Qui dicantur *Admezatores* in Cod. 11. ant. nondum compertum habeo. Iudicent peritiores, & inuestigent diligentiores. *Admonitoriæ* sunt Epistolæ citatoriæ. Cod. 11. antiq.

Admonitoriæ.

Aldiones.

Aldius.

Aldiones sunt filij *aldiorum* in Italia, vulgo *Fisealini*. Cod. 11. antiq. *Aldius* est statu liber, item libertus, qui adhúc seruit patrono. Pap. *Aldia* ancilla quæ de libera nata est. Cod. 11. antiq.

Androlepsia.

Androlepsia apud Marco est inter represalia, & dicitur illa pignoratio hominum, seu corporum contra eos, apud quos homicidium patratum est.

Aplecta.

Aplecta, Idem quòd castra, vel loca quæ sunt vallo & fossa munita. Cod. antiq. & Leo constit. 11.

Apostole.

Apostole tributum quod ad Imperatorem mittebant Iudæi. *Apostoli* vero dicti exactores eorum. Buleng. Item deferentes epistolia Imperatorum. Cod. 11. antiq.

Apotimema.

Apotimema alio nomine *Apotimemata* vt videre est in Amalthea verbo eodem, sunt hypothecæ, seu pignora, quæ reposcebant ab sponso in dotis securitatem.

Arrigare.

Arrigare, in infirmitate res suas ordinare. Cod. 11. antiq.

Exercere Sodomiam.

Quid sit *Exercere Sodomia*, prout nefarium hoc exercitium punitur à Pio V. in extrauaganti quam refert Nauar. c. 27. n. 249. benè cum aliquibus citatis exponit Bonacina de Matr. quæst. 4. punct. 11. nu 2. dicens non incurrere pænas ibi illatas, qui solum bis aut ter hoc crimen admisit, quia verbum *exercere* significat fieri aliquid frequenti vsu, & quasi ex consuetudine.

Auorsum facere.

Bargus.

Bastonicum.

1958 *Auorsum facere* est committere præposteram libidinem. Cod. antiq. *Bargus*, Ramus arboris, seu scapus. Lege Salica. Salmas de ramo. Cod. 11. antiq. *Bastonicum*, Arctissima custodia. Simp. Cod. 11. an-

11. antiq. *Batalare* percutare. Vnde Batalia. Cod. 11. antiq. *Biduana* ieiunium duorum dierum. Cod. 11. antiq. Vnde *Biduanas*, *vel Triduanas leuare*, idem valet apud Heribert. atque ieiunium bidui, aut tridui soluere. *Blutare* expoliare, euacuare. Cod. 11. antiq. *Bunnarium* mensura terræ, *Bunnarius* eam possidens. Cod. 11. antiq. Sicut *Curtarius*, qui curtem, *Hobarius*, qui hobam tenet. Vide Amalteam in verbis iisdem. *Cadarfreda* consuetudo. Cod. 11. antiq. *Conceptus verbis iurare* id est dictatis à deferente iuramentum. l. 1. C.

Biduana. Triduana. Blutare. Bunnarium. Curtarius. Cadarfreda.

Congrex. *Congrex* vnanimis, & gregi copulatus: contra *Egregius* separatus ob excellentiam: at *Segrex*, *Segregius*, à segrego separatus à grege. Ita Amalthea. Vt planè intelligatur proprietas, & discrimen inter hæc verba *Consequor*, *Obsequor*, *Persequor*, *Prosequor*, *Assequor*, rectè id exponit Iosephus Laurentius in sua Amalthea, dicens, quod *Consequimur*, studio: *Obsequimur*, officio: *Persequimur*, iniuria: *Prosequimur*, ordine: *Assequimur*, voto.

Segrex. Egregius. Consequor. Obsequor. Persequor. Assequor.

1959 Inter *Contingere*, *Accidere*, & *Euenire* datur discrimen apud Iosephum Laurentium, in sua Amalthea, quòd *Contingunt*, bona: *Accidunt*, mala: *Eueniunt*, vtraque. In quocunque globo, seu corpore sphærico ac rotundo dicitur *Conuexum* pars exterior, sicut *Concauum* pars interior: nam *Conuexum* respicit circunferentiam, concauum respicit centrum. *Crocofusia* à iurisperitis numerantur inter ornamenta muliebria. Vide Tiraquell. Inter *Dedecoro* & *Deturpo* Iosephus Laurent. in sua Amath. ex don. ponit hoc discrimen, quòd Dedecorare respiciat animum. Deturpare respiciat corpus, ita vt *Dedecoretur*, quod honestum est animo, *Deturpetur*, quod honestum est corpore.

Conuexum. Concauum. Crocofusia. Dedecoro. Deturpo.

Inter Deos & Diuos penebant veteres discrimen, quod *Deos* perpetuos dicebant, *Diuos* ex hominibus fatos. Vnde *Diuus Imperator*. Est distinctio inter hæc tria nomina Desors, Exors, Consors. Nam *Desors* est, qui dissimili sorte, Exors, qui extra sortem: *Consors*, qui eiusdem sortis. *Disortiones* apud Festum in Amalthea sunt diuisiones patrimoniorum inter consortes: possumus vocare partilhas. *Duplares actiones* apud Iosephum in Amalthea, illæ fuere, quæ in duplum dabantur, sicut *Quadruplares* in quadruplum. Similiter apud Turnebum *Duplares milites* dicebantur, qui torque aureo ob virtutem donati duplam annonam accipiebant amplius quàm cæteri. *Simplares* dicti qui simplam.

Deus. Diuus. Desors. Exors. Duplares. Simplares.

1960 *Einateres* apud Modestinum, vt habetur in Amalthea, vocantur duorum fratrum vxores. *Embadia* apud Alciatum, vt testatur Iosephus in Amalthea, est ius quod creditor in bonis debitoris sibi pignoratis retinuit ea impediendi propria authoritate, vt sibi in solutum cedant. *Erogatorij* apud Lexic. Iur. conf. in Amalthea, sunt qui vltimam voluntatem exequi debent: nec possunt alijs suas vices mandare. *Excorticare*, excoriare, quasi pellem, seu corticem detrahere. Cod. 11. ant.

Einateres. Embadia. Erogatorij. Excortico.

Apud Festum in Amalthea, *Exilica causa* dicitur, quæ aduersus exules fit. *Farliganum*, seu *Farleganum* sumitur pro adulterio in Codice 11. antiq. *Foderum*, summa quædam frumenti, quam aduenienti in Italiam Regi populus persoluere tenebatur. Sigon. de regno Italiæ. *Foratica* tributum quod transitorium, vel tractorium dicitur. Cod. 11. antiq.

Exilica causa. Furliganum. Foderum. Foratica.

1961 Inter ornamenta sacerdotis numeratur *Palla linostima* & apud Gauantum parte 2. tit. 1. num 3. rubr. in comment. dubitatur an illa *Palla linostima* idem sit cum manupulo, quia ex lino erat apto ad tergendum, quam concessit Diaconibus S. Syluester, vt cum Dalmaticis ad læuam vterentur? Affirmans sententia valde placuit Card. Bellarmino, quo cum eam (inquit) communicauimus. Vox ipsa *Linostima* vim facit; quasi linostoma, quæ ex duabus constat vocibus Græcis, altera significante linum, altera os. Nam vsus manipuli erat ad tergendum os, & oris pituitam. S. Isid. lib. 19. Orig. c. 22. sic habet; *Linostema*, quam dicit ibidem esse ex lana linoque contextam, & sic dictam, quia in stamine linum, in trama, hoc est sub tegmine, lanam habet.

Linostima palla.

Graphio dicitur præses, iudex fiscalis Cod. 11. antiq. quasi præsideat *Graphiarijs*, nempe tabellionibus eleganter scribentibus, & pingentibus. *Guadia* est pignus. Vnde *Inguadiare* est impignorare. Similiter *guadiare*. Ex opposito *Deguadiare* uidetur pignus soluere, redimere. Lex I. C. & Cath. apud Amaltheam. *Hamallus* qui in iudicium mallatus est, nempe vocatus. Nam *Mallare in iudicium*, est vocare. *Mallatio publica* est iudicium publicum. Cod. 11. antiq. *Mallari ad æneum* est ad iudicium aquæ feruentis citari.

Graphio. Graphiarijs. Guadia. Guadiare. Inguadiare. Deguadiare. Hamallus. Mallare. Mallatio.

1962 *Haubertieum feudum*, vt ex Lexico I.C. uidere est in Amalthea verbo eodem, dicitur illud, quod datur Vassallo ea conditione, ut ad edictum loricatus, & cataphractus præsto fit. *Heribanum* est citatio ad delictum. Item edictum, quo feudatarij ad militiam in diem certum euocabantur. Item pœna non obtemperantis edicto eundi in hostes. l. 1. c. Cod. 11. antiq. *Heribergium* hospitium paratum. Vnde *Heribergure* est exercitum vel quemlibet uiantem hospitari. Cod. 11. antiq. Apud eundem Hetistelli est locus castrorum, & *Heristiz* depositio armorum. Inter hæc uerba *Incipio* & *inchoo* ponit discrimen Fronton apud Iosephum in Amalthea, si *inchoet*, qui incertum facit, *Incipiat* uerò cuius exitum spectat.

Hauberticū feudum. Heribannū. Heribergiū. Heribergare. Heristelli. Heristiz. Inchoare. Incipere.

Incla-

Inclamatus apud veteres Iurisconf. idem est atque vocatus in iudicio. Cod. 11. antiq. Apud Festum *Inclamo* est clamore obiurgo, voco; item maledictis insector. *Inconciliari* (vt ex Isidoro & Plauto habetur in Amalthea) est in concilium vocari, accusari, sic *Inforari*, in forum vocari. *Intertiare* est apud sequestrum deponere. Item triplicare. Cod. 11. antiq. Vnde *Intertiarius* est sequester. *Isangelia* apud Iosephum in Amalthea est nuncium conforme. Item iudicium & accusatio in proditores, & quorum crimina legibus non continentur.

Inclamatus. Inclamo. Incōciliari. Inforari. Intertiare. Isangelia.

1963 *Insti dies* apud Festum dicebantur triginta, qui erant destinati rebus repetendis. Vnde *Instidium* tempus illud dicebatur. *Libellarium ius* per libellos acquisitum. Sirm. *Libellarium*, quod libello, seu scriptura interueniente contractus certo pretio, sub certa illatione annua, & lege peragebatur. Cod. 11. antiq. Est insuper *Libellarius* libellus positionalis aut articulus, qui singulas facti circunstantias paucis complectitur. *Libellensis*, qui eis libris præest. *Libellistus* apud Iustin. à libellis dictus.

Apud Sanch. lib. 7. consil. c. 3. dub. 33. nu. 8. Gloss. reg. 17. Cancellariæ dicit *ætatis annos computandos esse à die conceptionis*, si id vtile sit ei de cuius ætate agitur. Sed Couarr. 4. decret. 2. pag. c. 8. §. 2. num. 3. dicit nihil in hac re falsius dici posse, quia generali vsu receptū est, non *à die conceptionis*, *sed à die natiuitatis computari*. Idem ait Mandos. de ætate minori cap. 1. n. 25 Idemque probat ibi, quando filius secto matris vtero editus est, ex tunc enim dicit annos esse computandos. *Litimonium*, seruitium, seu patronatus obsequium. Cod. 11. antiq. Apud Procop. *Mandatores* dignitatis nomen, fuere, qui Cæsaris nomine tumultum in circo sedabant. Item iuxta Turnebum dicebantur accusationem alicuius mandantes. *Manus mortua* est possessio immortalis, qualis est Ecclesiæ. Sic exponit Iosephus in sua Amalthea.

Ætatis computatio. Litimoniū. Mandatores. Manus mortua.

1964 Apud Iosephum in Amalthea est discrimen inter *Metuo*, *Timeo*, *Vereor*, nam (vt ait Donatus) *Metuimus* amicos, *Timemus* inimicos. Deinde *Metuit* seruus, *Veretur* liber. conueniunt igitur Metuo & Vereor, quòd vtrumque versetur circa amicos hac differētia, quod seruus *metuat*, liber *vereatur*. Apud Sirmon. Cod. 11. antiq. *Mundeburdes* est tuitio, defensio. Vnde *Mundiburdia* vt videre est in Papa dicuntur Principum præcepta & patrocinium. Eodem Cod. 11. antiq habetur *Mundium* pro dominio, & *Mundualdus* pro potestate. *Nouellæ* (vt ex Rebuf. tradit Iosephus in Amalthea) sunt leges nouissimè promulgatæ à Iustiniano post Codicis compilationē, quas Nouellas nuncupauit, ex quibus quasdam elegit, quas dixit Authenticas. *Oblationarij* apud Budæum sunt coactores canonarij,

Metuo. Timeo. Vereor. Mundeburdes. Mundiburdia. Mundium. Mūdualdus. Nouellæ. Oblationarij.

inditionales, fiscarij, ærarij, qui collectas & tributa legunt.

Obscariones custodes carcerum. Cod. 11. antiquo. Apud Iosephum in Amalthea est discrimen inter pennam & plumam, quòd *Penna* in auibus sit durior, *Pluma* tenuior. Ex Cod. 11. antiq. apud authorem Amaltheæ *Platearij* fuere platearum obseruatores; item exigentes plateaticum, erat autem *Plateaticū* tributum viarum publicarum nomine impositum. *Pontaticum*, sicut in sua Amalthea testatur Iosephus se inuenisse in Cod. 11. antiquo est vectigal, quod soluitur ex transitu pontis. *Prælatus dies* in iudicijs est idem atque anticipatus, sicut *Repetitus dies* est prælato diei contrarius scilicet postpositus.

Obscariones. Penna. Pluma. Platearij. Plateaticū. Pontaticū. Prælatus dies. Repetitus dies.

1965 *Proprindere* est inuadere, prendere, vsurpare, intraprendere. Vnde *Interprisum*. Sic ex Simon. Cod. 11. antiq. refert Iosephus in Amalthea. Apud Frontinum ex Cod. 11. antiq. reperitur *Pulueraticum* quasi dictum à puluere & labore contrahendo, & erat donatiui genus, quo quidem nomine binos solidos dari seruis, qui se militiæ offerebant, Imperatores iubebant. *Rapisma* apud Alciatum ex Cod. 11. antiq. dicitur alapa, & quicunque ictus ex percussione. In Amalthea Iosephi *Recauta*, *seu recautum* est apocha euacuatoria, acceptilationis species: *cautio* enim est obligatio, *recautio*, obligationis solutio, vulgò quitantiam, cum creditor affirmat sibi satisfactum, Vide n. 1924.

Proprindere. Interprisum. Pulueraticum. Rapisma. Recautum.

Reparissare vt habetur in Amalthea ex Lex Iurisconf. dicuntur ij, quos pœnitet instituti, aut à conuentis discedunt. Inter *Reperire* & *Inuenire* Frontonius apud Amaltheam ponit discrimen, quòd reperimus nostra, inuenimus aliena. Aliud sumitur ex Ouid. 1. Met. *Tu non inuenta, reperta es*, & ex Plant. Aulul. 31. quasi inueniatur quæsitum, reperiatur casu oblatum. Inter *Restituere* & *reddere*, inuenit discrimen Donatus, quòd restituamur volentes, & reddamur volentibus. Apud Donatum. *Segregatur*, quis à meretrice, *Seiungitur* ab vxore. *Soldata* stipendium militi concessum in pecunia, vel annona sub conditione fidei atque obsequij. Item præstatio annua gratuita. Sic ex Lex. Iurisconf.

Reparissare. Reperire & inuenire. Restituere & reddere. Segrego. Seiungo. Soldata.

1966 *Summistæ Apostolici* vt notat Scribanus apud Iosephum in Amalthea sunt, qui decernunt, quid à secretarijs oporteat registrari. *Triscabina* apud veteres Iuristas, vt reperitur in Cod. 11. antiquo dicebatur ingenuitatis charta, vulgo dicimus carta de alforria. *Tunginus* prout habetur in Cod. 11. antiq. dicitur iudex post comitem, olim nobilis magistratus. Ex Donelo apud Iosephum in Amalthea est discrimen inter visere, & videre, nam *Visere* est officij apud ægros, *Videre* est cognitionis. Inter vltionem, vindictam & vindicationem Frontonius

Summistæ. Triscabina. Tunginus. Visere. Videre.

Vltio.

nius agnoſcit diſcrimen, quòd *Vltio* vindicet factum, *Vindicta*, ſeu *vindicatio* futura prohibeat.

Viatores Theologicè in ordine ad recipienda ſacramenta ſunt homines in via, ſeu vita mortali degentes atque adeo qui extra viam non ſunt. Extra viam cenſentur non modò illi, qui adhuc producti non ſunt, vel qui ita ſunt corrupti, ut nihil eorum in hac vita ſuperſit, ſed etiam (vt docent Suar. tom. 3. in 3. part. diſp. 14. ſect. 1. §. Dico 2. & Henriq. lib. 1. cap. 12.) pueri in vtero. Quamuis enim puer in utero coram Deo ſit uiator, quatenus eſt perſona à matre diſtincta, capax originalis culpæ, & ſanctificationis, ſi Deus illam conferre uelit, tamen quoad nos viator non eſt, quia attingi nequit uiſibiliter à miniſtris Eccleſiæ.

Oppida notabilia.

1967 In regno Luſitaniæ, quid & quotuplex ſit *Oppidum notabile*, vulgo dicimus *Villa notauel*, poteſt deſumi ex traditis per Aluarum Vallaſcum conſulr. 26. n. 2. ubi citata Ordin. Regia lib. 1. tit. 2. §. 22. dicit in hoc regno eſſe quinque oppida notabilia, ſcilicet *Santarem*, *Setuual*, *Oliuença*, *Leyria*, *& Guimaraẽs*. Hæc enim (ut ibi inſinuatur) præter notabilem magnitudinem & populoſitatem, habent nonnulla, quæ ſolis ciuitatibus competunt.

Cæna legalis.
Cæna myſtica.

Pro intelligentia inſtitutionis S. Euchariſtiæ apud Suar. tom. 3. in 3. p. diſp 41. & Palaum tract. 21. diſp. unic. punct. 1. notandum eſt diſcrimen inter cænam legalem, uſualem, & myſticam. *Cæna legalis*, ſic dicta, quia lege præcipiebatur Hebræis, fuit quædam figura, ſeu repræſentatio cænæ Euchariſticæ, quæ alio nomine *Cæna myſtica* dicitur, ex eo, quòd in ea myſterium ſummum continetur. In cæna legali edebant Iudæi ſtantes agnum aſſum, huius oſſa neque frangentes, neque comminuentes *Cæna vſualis*, erat apud illos cæna vulgaris, & communis, in qua non ſtantes, ſed accumbentes veſcebantur.

Cæna vſualis.

Aurora.
Diluculum.

Aurora apud Latinos dicitur quaſi aurea hora, & eſt ipſe matutinus ſolis aſcenſus, ſeu prima pars diei, in qua ſolet pulſu ſolis aer commotus auram facere: vocatur etiam *Diluculum*, eo quòd tunc dies luceſcere incipiat. Apud Theologos due Suario to. 3. in 3. p. diſp. 80. ſect. 4. in ordine ad tempus aptum celebrandi Miſſam, ſumitur pro matutino crepuſculo, quod datur ante ſolis ortum: ita tamen vt accipiatur moraliter crepuſculum contineat horam & dimidiam, cuius initio liceat Miſſam inchoare.

Suſtentatio ſacerdotis.

1968 Quid veniat nomine ſuſtentationis, Petrus Nauarr. de reſt. lib. 2. cap. 2. n. 15. intelligit non ſolum victum, ſed etiam veſtitum tam proprium, quàm ſuæ familiæ. Henriq. lib. 9. ſum. cap. 22. num. 1. extendit ad victum & veſtitum cognatorum, quos alere tenetur ſacerdos. Apud Pereg. de iure fiſci lib. 2. tit. 2. num. 7. & Molin. de primog. lib. 1. cap. 9. n. 26. eſt diſcrimen inter indignos & incapaces. Nam *Indigni* à quibus fiſcus aufert, ſunt indigni per proprium factum & culpam: *incapaces* autem ſunt indigni per culpam alienam. Vnde plus iuris habet indignus quàm incapax: ſiquidem indignus acquirit fiſco auferenti, incapax verò ab initio omninò repellitur, & res ſubſtituto reſtituitur.

Indigni & incapaces.

Façanha.

Quid ſignificet hoc verbum (*Façanha*) in Ordin. Luſit. lib. 2. tit. 35. §. 26. exponit Eduardus Nonius de Leam 1. parte Chron. Regum Luſit. in vita Do. Alphonſi IV. fol. 167. vbi ait eſſe iudicium de aliquo dubio facinore, ſeu re aliqua dubia memorabili, quod ob authoritatem illud ferentis, debet obſeruari tanquam lex. Rectiùs Cabedus 2. parte deciſionum ad finem fol. 446. ex varijs citatis arbitratur eſſe opinionem altercatam, & controuerſam.

Teyga de Abraham.

Quid ſignificet *Teyga de Abraham*, in Ordin. lib. 2. tit. 33. §. 22. vbi ſunt hæc uerba: *Os lauradoresque lauram nos reguengos do Rabaçal & Anſiam, de quæ nos auemos huma dizima, & à teygade Abraham*. Reperitur etiam in foralibus oppidi Peuellæ, quæ inſtituit Alphonſus Rex I. & poſtea auxit Emmanuel Rex I. die 1. Iulij anno 1514. ubi habetur: *E depoys de tirada à dita teyga de cada huma das ditas ſementes, &c.* diu laborauí inquirendo, & poſtquam incaſſum conſului multos uiros iuris Luſitani peritiſſimos, tandem inueni in uolumine Ordinationum, quæ fuerant ex uſu Doctoris Iacobi Marchaõ Themudo eſſe quãdam annotationem manuſcriptam, quæ ita habet: *Teyga do Abraham* eſt quædam menſura, qua utebatur homo uocatus Abraham: & ita (addit) accepi ab incolis illorum oppidorum. Fertur etiam in Tranſtagana regione dari mẽſuram, quæ capit duos modios, & appellatur Teyga.

Tempus clauſulæ (pro hac vice.)

1969 Vt intelligatur clauſula (pro hac uice) & quanto tempore differri poſſit confeſſio reſeruatorum quando in illorum confeſſione apponitur: dicendum eſt, poſſe differri toto illo tempore, in quo moraliter uerificetur clauſula, & non ultra. Quantum autem tempus eſſe debeat, prudens ex circunſtantijs arbitrabitur. Vnde ſi facultas concedatur occaſione alicuius feſtiuitatis, uel neceſſitatis occurrentis (ut inter regulares fieri ſolet) minus tempus arbitrandum eſt: maius verò quando in ſacra pænitentiaria petitur & conceditur facultas ad reſeruata pro hac vice. Ita Cardin. Lugo de pæn. diſp. 20. num. 126. qui addit num. 127. quando nulla alia peccata noua poſt conceſſam facultatem commiſſam fuiſſent, uideri, quòd etiam ſi duo uel tres anni, aut plures elapſi eſſent, poſſet adhuc pænitens uti illo priuilegio.

Pactum

Pactum expressum & tacitum. Pactum vel est expressum, vel tacitum seu implicitum: *expressum* verbi gratia cum dæmone iuxta Bapt. Fragos. p. 2. lib. 8. disp. 19. §. 3. n. 1. contrahitur dupliciter, nempe vel expressis & conceptis verbis à dæmone institutis, vel ipso facto & actione, quando, quis operatur illud quod cognouit diabolum instituisse in signum seu pro tessera sui auxilij & efficaciæ. Pactum cum dæmone *implicitum siue tacitum* censetur quoties superstitiosis vtitur signis ignorans ea esse mala, & à dæmone instituta. In diœcesi Olysippon. est casus reseruatus, si ignorantia sit vincibilis.

Rigor iuris. 1970 *Rigor iuris* apud Iuris peritos strictum ius appellatur *l. placuit C. de iudic. l. 2. §. quanquam ff. de aqua pluui. arc.* Huiusmodi rigorem veteres summum ius appellabant. Vnde illud Salomonis Eccl. 7. *Noli esse nimis iustus*, vbi videtur corripere eos, qui vt rigorem amplectantur, æquitatem deserunt. Et celebratur illud M. Tullij lib. 1. offic. *Summum ius summa iniuria est*. Vide Parlador. de quotid. differen. diff. 2. n 4.

Professores diuini iuris. *Professores diuini iuris* (vt ait Parlador. de differen. differ. 4. num. 4.) Theologi hodie appellantur, quod nomen & apud veteres Philosophos in vsu fuisse apparet ex Tullio lib. 3. de nat. Deo. & Macrob. de somnio Scip. lib. 1 cap. 17. Quid sit *Palinodiæ cantandæ pæna*, Azeued. in l. 2. tit. 20. lib. 8. recop. dum ait pænam palinodiæ cantandæ ea lege Regia statuta perinde ac ad nobiles non pertinet, ita neque ad Doctores pertinere constat, nam *Palinodia* est contrarius cantus, & dici potest recantatio, siue retractatio. Vnde *Palinodiam cantare* est idem atque sententiam retractare.

Palinodiã cantare.

Facies Ecclesiæ. Quid sit *Facies Ecclesiæ*, vt intelligitur modus loquendi *Contrahere matrimonium in facie Ecclesiæ*, & quando aliter facientes pænas iuris incurrunt, bene ex Rebello 2. p. lib. 2. quæst. 7. Sanch. de Matr. lib. 3. d. 6. num. 4. & Bonacina de sacr. quæst. 2. punct. 6. numer. 4. dicendum est non accipi pro materialis Ecclesiæ seu templi fronte, aut intercapedine, sed pro præsentia parochi, & duorum testium in quocunque loco celebretur matrimonium iuxta præscriptum Ecclesiæ per Trident. sess. 24. de reform. cap. 1.

Beneficium Principis. 1971 *Beneficium Principis* acceptum latè complectitur priuilegium, rescriptum & dispensationem, vt exponunt Barr. & Iason. in *l. beneficium ff. de constit. princ.* acceptum strictè & propriè differt. à priuilegio, quia beneficium dicitur concessio facta à Principe secundum legem, vel præter legem, priuilegium verò est concessio facta à Principe contra ius commune, iuxta Barr. in *l. 1. C. de iuris & facti ignor.* & Parlad. diff. 13. n. 2. Vide quæ suis locis diximus de beneficio, priuilegio, rescripto, dispensatione.

Anima rationalis nomina. Animus. Mens. Ratio. *Rationalis anima* prout diuersos habet in hac vita actus & operationes, ita & diuersa sortitur nomina, vt ait S. Isidor. Ethym. lib. 1. Nam dum (inquit) viuificat corpus, anima est, dum vult, animus est, dum scit, mens est, dum recolit, memoria est, dum rectè iudicat, ratio est, dum spirat, spiritus est. Vide Parl. diff. 25. *Cohabitare*, vt intelligatur obligatio cohabitandi, quæ datur in coniugatis, & pæna quæ solet imponi sponsis de futuro cohabitantibus, iuxta Sanch. lib. 9. Matr. disp. 4. num. 3. non solum est in eadem domo viuere, sed etiam ad eamdem mensam accumbere, & in eodem thoro iacere, vt benè docet Anton. Cucus lib. 5. Instit. maior. tit. 11. n. 125.

Cohabitare.

Proprietas & dominij. *Proprietas & dominium*, de quibus iam supra num. 687, quamuis ex communi vsu coincidant, & promiscuè vsurpentur, tamen (vt notat. Parlador. diff. 27.) discrimen subeunt, quòd dominium est ius fere semper cum vsufructu coniunctum, at proprietas est ius ab vsufructu separatum. Vnde Iurisconf. in *l. 4. ff. de vsufr.* dixit vsumfructum esse partem proprietatis. Vide Pinel. de bonis mater. l. 1. 3. p. init.

Publicana actio. Rei vindicatio. Vsusfructus duplex. 1972 Apud Parlad. diff. 28. num. 8. discrimen datur inter rei vendicationem & publicanam, quia rei vindicatio datur habendi dominium, siue id directum sit, siue vtile *l. 1. ff. de rei vend. l. 1 ff. si agem emphyteu. Publicana autem actio* datur habenti bonam fidem, & titulum idoneum ad transferendum dominium, licet re vera illud translatum non sit, quia scilicet is à quo titulum habuit, verus non erat dominus. Nos hodie (addit Parlad. cit.) agendo, vtramque solemus actionem libello comprehendere: dicimus enim rem ad nos pertinere iure dominij, vel quasi, illa enim verba *iure dominij* ad rei vindicationem respiciunt, illa autem *vel quasi* ad publicianam spectant.

Causalis. Est duplex vsufructus, alter causalis, alter formalis: *Causalis* vocatur, qui cum proprietate coniunctus est, quoniam à sua causa, id est dominio pendeat; *formalis* est, qui à proprietate separatus est, qui vsufructus seruitus personalis dicitur. Hanc differentiam tradunt Accurs. in §. 1. *Instit. de vsufr.* Iason in §. *æquè si agat, num. 4. Instit. de act.* & Pinel. in *l. 1. C. de bonis mater. 2. par. num. 9.* Sed eam acriter impugnat Parlado. diff. 29. n. 1.

Comparendi onus. Quamuis apud Liuium dec. 4. lib. 2. *Comparare* idem sit atque extare vel superesse, tamen frequentiùs significat apparere, seu præsentem se exhibere. Vnde in materia pænitentiæ *Onus comparendi* est illud, quod prælatus concedens facultatem absoluendi à reseruatis, imponit subdito absoluendo, vt coram se appareat. Nam iuxta de pænit. disp. 30. sect. 5. sicut prælatus potest negare aliquando talem facultatem, ita potest illam con-

concedere sub onere, & aliquando solum quoad iudicandam culpam cum subordinatione imponendæ satisfactionis, vt ipse recognoscens mutet, augeat, vel confirmet. At non poterit concedere facultatem, sub conditione, vt postea subditus comparens sacramentaliter confiteatur. Onus illud comparendi potest impleri per tertiam personam.

Definitio & descriptio. 1973 Ex Aristot. Ethic. 5. & 6. Quintiliano lib. 6. Instit. & alijs Parladorius diff. 30. n. 1. & 2. ponit discrimen inter definitionem, descriptionem, ethymologiam, & analogiam Definitionis (inquit) appellatio latè patet: aliquando enim rei substantiam demonstrat, veluti ius est ars boni & æqui *leg. 1. ff. de iust. & iure*, & tunc propriè dicitur definitio: & aliquando non rei naturam, sed proprium insius ostendit, veluti acceptilatio est imaginaria solutio §. 1. *Inst. quibus modis*, & tunc *descriptio* appellatur. Est autem *proprium* id, quod alicui speciei soli & semper conuenit. Aliquando verbi deriuationem, seu significationem exponimus, vt testamentum est testatio mentis, donatio est doni datio §. 1. *Inst. de testam. & l. 1. ff. de transact.* & tunc *Ethymologia* propriè vocatur. *Analogia* verò est æqualitas rationum, seu proportionum, vt Budæus interpretatur.

Ethymologia. Analogia.

Directæ & contrariæ actiones. Ex Corrasio lib. 6. Miscel. cap. 6. & Parladorio diff. 35. num. 1. oportet aduertere discrimen inter actiones directas & contrarias: nam *directæ* dantur his, qui domini sunt, aut cuia principaliter interest ipsius contractus implementum origine spectata, *contrariæ* verò dantur horum aduersarijs, cuia minùs principaliter interest, & ideo non ex ipso contractu directa illis datur actio, sed ex æquitate per legis extensionem datur contraria actio, quia nempe contrariorum eadem est disciplina: verbi gratia, deponens habet directam actionem, vt res deposita sibi restituatur: depositarius autem habet contrariam, vt impensæ in re deposita factæ resarciantur sibi *l. ei apud quam ff. depositi*. Sic & debitori datur directa ad repetendum pignus: creditori autem contraria, vt sibi soluatur debitum, vel si qua in pignore fecit impendia. *l. 1. ff. de pignorat. action.* Vide apud eundem Parlad. diff. 36. 37. 38. multa de actione in rem, & in personam directa, vtili, & alijs.

Præscriptio & exceptio. 1974 Quamuis iam proprijs locis exposuerimus, quid sit exceptio, præscriptio, præiudicium, & defensio, quas voces nonnulli confundunt, placet ex Parladorio diff. 38. explicare discrimen inter easdem. Inter *Præscriptionem & exceptionem* hæc est differentia, quia in præscriptione controuersia non agitatur de ipso facto, vnde processit actio, seu intentio de qualis est, quoniam præscriptio extrinsecùs venit ob alias causas à iure introductas; at in exceptione tota controuersia est de facto ipso, vnde processit actio, seu intentio.

Præiudicium. Defensio. *Præiudicium* complectitur tam actiones quàm exceptiones præiudiciales, & est defensio proueniens ex lite mota vel mouenda, cuius cognitio natura sua præcedere debet causam, quæ nunc mouetur. Igitur hæc vox *Defensio* latiùs his omnibus patet: nam exceptionem, & præscriptionem & præiudicium complectitur.

Tabellio. Notarius. Quamuis iam lib. 1. Elucid. 15. sect. 4. ex posuerimus, qui sint tabellio, notarius, tabularius, & alibi qui sit librarius, modò discrimen inter hos omnes libet apponere ex Ioan. Parlad. diff. 45. *Tabellio* (inquit) est officialis, qui munere publico instrumentis rogandis præficitur, *Notarius* autem acceptus propriè est, qui ab alio dictata litteris excipit: seu est tabellio, qui alterius mandato instrumenta conficit, veluti qui Regis aut cancellarij mandato priuilegia, & diplomata expedit. *Tabularij* genus est tabellionum ad quorum officium spectat publicas conficere rationes, vt in tabulario, seu archiuo publico recondantur dicti Græcè *Logographi* vt habetur *l. 1. Cod. de tabular. lib. 10.* Vide Corrasium lib. 1. Miscell. cap. 11. *Librarius* est is, qui libros, ac monumenta ex exemplaribus transcribere solet. *leg. si librarius ff. de verb. sign.*

Tabularij. Logographi. Librarius.

Taxatiuè & demonstratiuè. 1975 Hæc aduerbia *Taxatiuè & demonstratiuè* habent diuersam significationem, quam capiunt à verbis taxare & demonstrare, quæ suo loco exposuimus, & frequenter subintelliguntur in legatis, & priuilegijs. Nam *taxatiuè legare vel concedere* restringit legatum, vel concessionem ad certum modum aut rem; secus *demonstratiuè legare vel concedere*. Quia tunc non datur restrictio, sed solum demonstratio per modum exempli; verbi gratia quando Pontifex in concessione Oratorij priuati dicit *Tibi diœcesis Panormitanæ*, ponit (inquit Tambur. lib. 1. de sacrif. Missæ cap. 3. §. 4. num. 2.) nomen talis diœcesis non taxatiuè, quasi priuilegium restringat & limitet ad illam, sed demonstratiuè, vt intelligatur persona, cui conceditur. Est enim priuilegium personale.

Dare & dedere. Vt intelligatur textus §. *præterea Instit. de action.* vbi dicitur *ex noxali causa seruum dedat*, notandum est discrimen inter dare, & dedere, nam *dandi* appellatio latè patet, *dedendi* propriè accipitur, cum aliqua persona alterius imperio & potestati subijcitur. Tull. 2. de leg. Iustin. lib. 1. Parlad. diff. 47. inter facti & iuris quæstionem, atque inter res facti & iuris ponit discrimen hoc modo; *Facti quæstio* dicitur, cum dubium est, quid inter partes actum sit; itaque

Facti quæstio.

Iuris quæstio.

de facto quæritur, non de iure: *quæstio iuris* dicitur, cum de facto certi sumus, sed de iure dubitamus *l. eum qui Kalendis ff. de verb. oblig.* Vide quæ iam de hac re alibi diximus.

Aes meum. Aes alienũ. Nominis appellatio.

Parlador diff. 50. ponit discrimen inter æs meum, & æs alienum, debitum, & creditum, & nomen: quamuis enim (inquit) re ipsa idem significent, nempe id, quod debetur: in vtendo tamen non mediocriter dissentiunt: nam *Aes meum*, est, quod mihi debetur; *Aes alienum* est, quod ego alijs debeo *leg. cedere diem §. as ff. de verbor. signif.* Deinde *Creditum* ad creditorem, *debitum* ad debitorem refertur. *Nominis* appellatio quanquam ad creditorem spectet *l. periculum nominum ff. si certum petat*. propriè tamen ad eos debitores pertinet, quorum nomina in codice vel calendario scripta erant.

Lacus. Stagnum. Palus. Portus. Statio. Sinus.

1976 Parlador. diff. 55. ponit discrimen inter lacum, stagnum, paludem, portum, stationem, sinum. Nam *Lacus* perpetuam habet aquam. *Stagnum* autem temporalem ferme collectam hyeme; *Palus* habet aquas fluminum in eorum ripis stagnantes. *Portus* est locus conclusus, quò portantur merces, & inde exportantur. *Statio* est omnis maris locus, in quo naues tutæ stare possunt: differt tamen à portu, quia portus est locus apricus, tutusque in quo naues hyemare possunt: statio verò non est ita locus tutus, & ideo naues ibi solum ad tempus manere solent. *Sinus* dicuntur littora curua, id efficientibus promontorijs quasi brachijs mare amplectentibus: vulgo golfo appellatur.

Fideiussor & mãdator

Iuxta eundem Parlad. diff. 59. est discrimen inter fideiussorem, & mandatorem: nam fideiussor est, qui pro reo obligatur, fidemque suam pro illo interponit: at *Mandator* est is, qui mandauit, rogauitque alicui, vt alteri pecuniam crederet, qui sanè tanquam fideiussor accipientis pecuniam, mandati obligatur creditori.

Nibilominus nibilomagis. Patronus. Aduocatus. Dicere causam. Indictu causa & indicare. Agere causam. Pragmaticus.

Discrimen inter *Nibilominus* & *Nibilomagis* inuenit Parlador. diff. 62. ex princip. *Instit. quibus non est permissum facere testam.* apud Accurs. *in l. 1. de pignor.* quod *Nibilominus* affirmat, *Nibilomagis* negat. Inter aduocatum, patronum & pragmaticum, causam docere, & causam agere, discriminat Parlador. diff. 64. nam *Patronus* pertinet ad eum qui in causa criminali reum defendit; *Aduocatus* latiùs patet iuxta Vallam eleg. lib. 4. cap. 12. est enim quicunque in iudiciali causa aduocat. Sic etiam *dicere causam* ad reum spectat *l. 1. C. de custod. & exbibit. rer.* Vnde *indictu causa iudicare*, est reum non auditum condemnare. *Agere causam* tam ad reum, quàm ad actorem pertinet. *Pragmaticus* comprehendit sub se aduocatum procuratorem, & omnem alium, qui alienis causis in foro promouendis studet. Vide Quintilian. lib. 3. c. 6.

Excusator & defensor. Fundus superficiarius

1977 *Excusator* & *defensor* discrimen habent apud Parlad. diff. 68. nam *Excusator* est, qui causas absentiæ, *Defensor* autem qui causas causæ, seu innocentiæ pro absente allegat. Qualiter differant Fundus vectigalis, emphyteuticus, & superficiarius, exponit Parlad. diff. 72. Ex *vectigali* soluitur pensio reipublicæ, ex emphyteutico soluitur priuato. *Superficiarius* spectat ad eum qui in alieno solo superficiem, seu superficiarias habet ædes, pro eoque pensionem præstat domino soli.

Ad mensuram vẽdere.

Hic modus loquendi *Auersione vendere, vel emere* est contradistinctus ab illo *Ad mensuram, pondus, aut numerum vendere, vel emere* vt ex varijs textibus *l. & hac distinctio, l. opus auersione, l. si prius ff. locati*, & alijs desumunt Iuristæ, & contra illos benè exponit Parlad. diff. 77. Nam *Auersione vendere, vel emere*, est, quod vulgo dicimus vender ou comprar a olho: *Ad mensuram, pondus, aut numerum vendere aut emere*, est, quod vulgo dicimus, vender ou comptar a pezo, medida, numero.

Colonus & inquilinus

Cum iam alibi de colono & inquilino egerimus, modo cum Parlad. diff. 80. vtrumque sic discriminamus; *Colonus* est, qui rustica prædia, *inquilinus* verò qui vrbana conducto habet *l. item quæritur §. fin. ff. locati*. Notat ibidem etiam in villa posse dari vrbana prædia, sicut & in ciuitate rustica.

Mendacii. Simulatio. Dissimulatio.

1978 Parlador. diff. 87. multis eruditè congestis ponit discrimen inter mendacium, simulationem, & dissimulationem; *Mendacium* (inquit) datur, quando scienter, quod verum non est, verum esse affirmamus. *Simulatio* est intentio occultandi, quòd facimus, diuersi actus ostensione. *Dissimulatio* autem in hoc differt à simulatione, quòd *Simulatio* pertinet ad res quas impræsentiarum agimus; *Dissimulatio* verò ad res iam antea factas. Calepinus aliter discriminat dicens nos simulare falsa, dissimulare vera.

Contentio. Rixa. Turba. Turba. Factio. Factiosi.

De contentione, rixa, turba, & factione iam egimus, modo ex Parladore diff. 88. ponimus discrimen in omnes, nam *Contentio* est in verbis, *Rixa* autem in factis. Inter rixam & turbam illud interest, quòd *Rixa* dicitur de duobus, *Turba* autem de pluribus. Denique quæ inter bonos amicitia est, inter malos *Factio* est, & semper sumitur in malam partem; suntque *Factiosi* amici vniti inter se ad nocendum, & turbandum.

Citatus author diff. 91. ex varijs textibus allatis inter filios, & liberos, patrem & parentem id agnoscit discrimen, quòd *Filiorum* appella-

Filij. Liberi. Pater. Parens.

appellatione non ueniant propriè nepotes; at *liberorum appellatione* ueniant nepotes & cæteri descendentes. Similiter *patris appellatione* non comprehenditur auus, *Parentis appellatione* & auus, & reliqui ascendentes.

Libido. Luxuria.

1979 Iam egimus de libidine, luxuria, lasciuia, & prodigalitate; modò uideamus qualiter discriminentur apud Parlad. diff. 105. *Libido* (inquit) est uitium ad rem ueneream attinens; *Luxuria* est uitium contrarium auaritiæ, nam *Libido* opponitur castitati, *Luxuria* frugalitati. *Libidinosus* itaque mulierosum significat, & rei uenereæ plus nimio deditum; *Luxuriosus* est, qui sua bona nimijs lautitijs, ac delicijs, putà ludis, scortis, epulisque absumit, & differt à prodigo, quia ille in seipsum profusus est, *Prodigus* in alios.

Libidinosus Luxuriosus Prodigus.

Quanti res est. Interesse.

Quod apud vulgus (inquit Parlad. diff. 118.) *interesse* dicitur, apud Iurisconsultos appellatur *id quod interest*. Videamus igitur, quid sit discriminis inter *quanti res est*, ad veram rei æstimationem refertur. *Interesse* autem, seu *id, quòd interest*, extra rem est, atque adeo emolumenta & accessiones, quæ ex re proueniunt significare solet *leg. 1. §. non tantum ff. de tutelis*.

Alienatio voluntaria & necessaria.

Alienationis voluntariæ, quæ nempe fit sponte, atque *necessariæ*, quæ fit per compulsionem, seu coactionem dissimilis est conditio, vt tenet Parlad. diff. 128. Quia necessaria alienatio plerumque excusat, vbi voluntaria non excusaret, *l. cum fidei hæredes ff. de fideicom. libert.* Vide exempla apud citat. auth.

Vniuersale, & generale.

De vniuersali & generali diximus n. 472. Addimus modò ex Parlad. diff. 131. *Vniuersale* dici, quod multa collectim comprehendit, in quorum quolibet ipsum non prædicatur. Quatuor autem sunt in iure nomina, quæ vniuersitatem significant, nempe hæreditas, patrimonium, peculium, & bonorum possessio: adijciunt alij dotem. Hæc dicuntur *Vniuersalia iuris & facti*. Sunt & alia *facti tantum*, veluti populus, legio, grex.

Generale nomen est, quod multa sub se complectitur, diuisim tamen, seu separatim, in quorum quolibet genus ipsum cernere est: vt in actione tutelæ, vel negotiorum gestorum: nam & si diuersæ sint rei gestæ species, quælibet separatim sub his actionibus comprehenditur. Vnde inter *Iudicia vniuersalia*, & *generalia*, longum est discrimen apud citatum auth. num. 7. *Particulare* (inquit num. 8.) est, quod vnam tantum speciem comprehendit, veluti fundus, equus *l. rerum mixtura ff. de vsu cap.*

Iudicium, generale & vniuersale. Particulare

1980 Ex Quintiliano lib. 3. cap. 7. Parlad. diff. 136. num. 10. sic ait: *Momentum in iudicijs* nihil aliud est, quàm articulus quidam magnam habens ad victoriam in alterutram partem efficaciam.

Momentum in iudicijs.

Est multiplex discrimen inter partem seu quotam hæreditatis, de quibus nos alibi, & latè agit Parlad. diff. 146.

Exhæredatio. Præteritio.

Idem author diff. 148. discriminat exhæredationem à præteritione, & querelam inofficiosi testamenti à iure dicendi nullum, hæc omnia definiendo. Nam *Exhæredatio* est exclusio ab hæreditate expressè, vel solemniter à testatore facta. *Præteritio* est omissio testatoris, qui eum, ad quem hæreditas iure spectat, neque hæredem instituit, neque exhæredem fecit.

Querela inofficiosi testamenti. Ius dicendi nullum.

Querela inofficiosi testamenti est actio, quæ datur filio iniustè exhæredato, per quod patris inofficiosum rumpitur testamentum. Longè autem interest (inquit num. 21.) an filio competat ius dicendi nullum, an dicta querela: nam querela illa non datur nisi intra quadriennium *l. si quis filium C. de inof. test.* At ius dicendi nullum non nisi 30. annorum repellitur præscriptione *l. licet C. de iure delib.* Hoc ius differt à *Supplemento legitimæ*, quia huiusmodi supplementum est remedium, quod loco querelæ inofficiosi testamenti datur filio, qui in minus legitima fuit institutus, vt quod deest ei suppleatur, & testamentum non rescindatur. *leg. omnimodo Cod. de inoff. testam.*

Supplementū legitimæ

Collatio & imputatio.

Idem Parlad. diff. 149. rectè distinguit inter collationem, & imputationem: nam *Collatio* est rei propriæ in commune latio: *Imputatio* est remedium introductum à iure ad excludendam querelam inofficiosi testamenti, per quod filius cui minus legitima portione relictum est, potest agere ad legitimæ supplementum, imputando in ea, quod sibi à patre datum est.

Acetabulū. Oxibaphus. Hemina. Acyrologia Agonisma. Agonizo.

Acetabulum est vasis seu mensuræ genus, Græcè *Oxibaphus*, ab aceto iuxta Hermolaum nomen vendicans, quam *Heminam* etiam dicimus, & continet partem amphoræ, vt credo, sextam. *Acyrologia*, impropria locutio, vt cum dicimus sperare dolorem pro timere dolorem. *Agonisma* est pugna, vel potius illius præmium, ab *Agonizo*, quod est pugno, contendo.

Agoranomus. Allophilus.

1981 *Agoranomus* est ædilis, Græcè sic dictus à foro rerum vænalium, cui regulam præscribit. Agoranomos Plato de legib. à cura res appellat rerum vænalium, qui fori venditionisque curam habent. *Allophilus*, quòd alienigena, siue diuersæ nationis: à *Philo* quod est natio, & *Allo*, quod est aliud, seu diuersum. *Simulata confessio*, vt resoluatur quæstio de denunciatione solicitantium (inquit Palaus tract. 4. disput. 9. pun. 8. numer. 1.) dari potest dupliciter, 1. si vterque tam pænitens quàm sacerdos vt liberiùs de rebus inhonestis tractent, simulant confessionem 2. si pœnitens non animo confitendi, sed alia negotia tractandi accedit ad confessarium in tali cir-

Simulata confessio.

circunſtantia, vt à videntibus credatur accedere ad confeſſionem.

Luſitania. *Luſitania* regnum in Europa celeberrimum, quod Rex Regum Chriſtus ſuo quinque vulnerum ſtemate inſigniuit, ſibique deſignauit in Imperium, id Alphonſo primo Regi promittens his verbis: *Volo in te, & in ſemine tuo Imperium mihi ſtabilire*, Hiſpaniarum regnorum appellatione venire teſtantur Naul. conſil. 1. n. 2. & Auguſt. Barb. de appellat. verb. Ap. 115. num. 1.

Anaglypha. *Anaglypha* apud Ambroſ. lib. de Tobia c. 13. ſunt opera cælaturis inæqualibus, & eminentibus aſpera quæ fiunt in materia lignea, aurea, argentea, & ſimilibus, vulgo, *obras de releuo*.

Cæmeterium. *Conditorium.* *Polyandrium.* *Cæmeterium*, apud Græcos eſt, quod apud Latinos *Conditorium* alio nomine *Dormitorium*. Dicitur enim à *Cæmeome* id eſt *Dormio*, Diſtinguitur à *Polyandrio*: quia hoc eſt cœmeterium, ſeu ſepulchrum multiplex hoſpitum. In fauorabilibus venit cœmeterium nomine Eccleſiæ, vt nempe in iubileo cenſeatur Eccleſiam viſitare, qui à cœmeterio viſitat. Vide Dianam parte 5. tract. 12. reſol. 19. Vnde gaudet immunitate, vt tradit Germon. de ſacra immun. lib. 3. num. 30.

Suffragari. 1982 *Suffragari* quid ſit in regula 53. Cancellariæ, vbi dicitur (*nullam diſpenſationem ſuffragari niſi litteris expeditis*) exponit Sanch. lib. 8. Matr. d. 29. n. 11. vbi ait talem gratiam ante litterarum expeditionem iam valere, ſed eſſe informem & imperfectam: quia in foro externo non ſuffragatur, hoc eſt non prodeſt.

Palaus tract. 25. punct. 1. num. 7. bene exponit diſcrimen inter indulgentiam, priuilegium facultatem, & gratiam. *Indulgentia* (inquit) eſt relaxatio pœnæ temporalis debitæ pro peccatis. *Priuilegium* eſt diſpenſatio legis communis alicui facta. *Facultas* eſt poteſtas exercendi actum, ſiue iuri communi aduerſum, ſiue non. *Gratia* eſt beneficium à Romano Pontifice conceſſum, ideoque indulgentiæ, priuilegia, indulta, & facultates in Bulla Cruciatæ conceſſa gratiæ dici poſſunt, quia ex Pontificis munificentia emanant.

Indulgentia. *Priuilegium.* *Facultas.* *Gratia.*

Confidentia poſitiua & negatiua. Quid ſit *Confidentia poſitiua*, & *confidentia poſitiua & negatiua* ad peccandum in eo, qui intendit accipere Cruciatam, vt abſoluatur à reſeruatis, exponit Aegid. Trullench. in Cruciata lib. 1. §. 1. dub. 9. à num. 2. *Confidentia poſitiua* (inquit) dicitur, quando confidentia Bullæ eſt cauſa, quæ poſitiuè inſtigat & mouet ad peccatum, & ſine qua id non committeretur, & hoc eſt *Peccare ex confidentia*. Dicitur autem *Confidentia* negatiua, quando Bulla non eſt cauſa primò & per ſe mouens, & ſine qua non, ad peccatum, ſed tamen habens Bullam ex paſſione vel alia cauſa peccans, gerit ſe negligenter in euitandis reſeruatis confidens ſe habere priuilegium: & hoc eſt *Peccare cum confidentia*.

Quadrageſimales dies. 1983 *Quadrageſimales dies*, qui ſint, vt intelligatur, neceſſe eſt uidere qualiter ex poſitimus, quid ſit. *Quadrageſima* num. 1483. Sunt enim quadrageſimales dies omnes, ex quibus componitur Quadrageſima, proindeque in quibus prohibetur eſus non ſolius carnis, ſed etiam ouorum & lacticiniorum. Vnde quæſtio eſt, vtrùm ad hunc effectum Dominicæ in Quadrageſima ſint dies quadrageſimales? Satis probabiliter negant Corduba in ſum. quæſt. 8. fol. 437. & Anton. Gomes in explicat. Cruciatæ clauſ. 7. num. 7. Ratio eſt, quia per dies quadrageſimales non intelliguntur hodie Dominicæ, quamuis olim intelligerentur.

Cum enim olim Quadrageſima inciperet à prima Dominica, tamen Gregorius Dominicas à Quadrageſima ſubtraxit, & loco illarum addidit quatuor dies Dominicę Quinquageſimæ, & duos ex hebdomada ſancta, ut ſumitur ex *cap. Quadrageſima, de conſecr. diſt.* 5. Iuncto *cap. denique diſt.* 4. ut uidere eſt apud Caſtrum Palaum tract. 25. punct. 7. num. 8.

Nobilis perſona. *Qualificata perſona.* Vt explicetur facultas data commiſſario Cruciatæ pro nobilibus & qualificatis perſonis, apud Caſtropalaum tract. 25. punct. 11. num. 10. ex Menochio lib. 2. de arbitr. caſu & Tiraq. ex nobil. à cap. 3. *Nobilis* eſt, qui iure communi, uel ſtatuto, uel conſuetudine patriæ nobilis creditur. *Qualificatus* verò qui aliqua qualitate generis, uel officij illuſtris in ſignitus eſt, ideoque illuſtris & egregius uir dici poterit.

Manifeſta ſuſpenſio. *Manifeſta ſuſpenſio* ob quam ſtatuitur in *cap. 2. de tempor. ordin. in 6.* poſſe clericum abſque licentia ſui Epiſcopi manifeſtè ſuſpenſi ordinari ab alieno, iuxta Sanch. lib. 7. conſil. cap. 1. dub. 20. numer. 19. dicitur illa, quæ eſt *notoria facti*, quia ſcilicet manifeſtè Epiſcopus ordinauit alienos ſine licentia proprij; vel eſt *notoria iuris*, quia ſcilicet eſt conuictus, uel confeſſus in iudicio.

Agere in remotis. 1984 *Agere in remotis*, quid ſit, ut intelligatur textus in *capit. 3. de tempor. ordin. in 6.* vbi dicitur poſſe Vicatium generalem in ſpiritualibus, vulgo *Prouiſor* dare reuerendas quando *Epiſcopus agit remotis*, exponit Sanch. libr. 7. conſil. dub. 20. num. 42. ex Gloſſa eo capit ver. *remotis* & alijs. Aſſerit igitur Epiſcopum *agere in remotis*, quando eſt extra prouinciam, uel ultra duas diætas, aut ſaltem unam; uel id eſſe iudicis arbitrio relinquendum.

Manum falſificare. *Manum*, uel *ſigillum falſificare*, ut intelligatur caſus, quem religioſis ordinibus refer-

reseruandum proposuit Clemens Octauus, & Sexta censura in Bulla cænæ, & Lusitana Ord. lib. 5. tit. 52. idem valet atque characteres alterius manu factos, vel alienum sigillum effingere, vulgo dicimus *furtar à letra*, *furtar o sinal*, *furtar o sinete*. Est igitur septimus casus, qui proponitur reseruandus per Clementem, *Falsificatio manus*, *seu sigilli officialis monasterij*. Ad quem notat Palaus tract. 23. punct. 15. num. 20. falsitatem committi debere in subscriptione officialis. Vnde si litteras officialis falsificasses, dempta illarum subscriptione, non incideres in reseruatum, quia de facto non falsificas manum vel sigillum. Nomine *manus* (inquit) subscriptio communiter intelligitur, præterquam, quòd litteræ fidem non faciunt, si nec sunt subscriptæ, nec sigillo firmatæ. Potest (addit) committi falsitas in sigillo, si prælati sigillo furtiuè accepto. vel alio simili aliunde efformato litteræ consignentur.

Subscriptionis falsificatio. Sigilli falsitas.

Notat citatus author ex Suario tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. cap. 18. num. 8. fabricationem sigilli similis sigillo officialis, etiam prauo animo factam, non esse casum reseruatum, quousque litteræ eo obsignentur.' Quia hæc falsificatio non debet intelligi de sigillo materiali, sed de formali, scilicet litterarum sigillatione.

Falsarios litterarum Apostolicarum: item *Falsò fabricantes litteras Apostolicas*, & *Falsò signantes supplicationes*, in sexta censura Bullæ cænæ Suar. de cens. disp. 21. sect. 1. à num. 44. ita intelligit, vt comprehendat duplicem actionem, alteram quæ est *Falsificare litteras Apostolicas*, id est à syncera veritate radendo, vel addendo immutare, & falsas litteras vero sigillo munire: alteram, quæ est *Fabricatio falsarum litterarum*, & grauior quàm præcedens, ideo grauiùs punitur extensa pæna ad fautores & defensores.

Falsarius litterarum. Fabricatio falsarum litterarum.

1985 *Dormire resurgere, & immutari*, quid significent in sacris litteris, præcipuè apud Apost. 1. ad Corinth. 15. num. 51. *Ecce mysterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* Exponit Cornelius à lapide apponens imprimis lectionem Græcorum, quæ ita habet: *Non omnes dormiemus, sed omnes immutabimur.* Iuxta quam, teste Cornelio, existimat Chrysost. Theod. Theophylac. Origenes, Tertullian. & S. August. q. 3. ad Dulcitium, non omnes homines morituros, videlicet non eos, qui in fine mundi obuiam rapientur Christo Domino: Isti enim non morientes immutabuntur, seu glorificabuntur. Nam mutatio ipsis pro morte erit, morietur enim in eis corruptio mutata in incorruptibilitatem.

Ex quibus patet in hoc loco idem valere *dormire*, atque mori: idem *immutari* atque glorificari. Nota obiter cum Cornelio ad locum citatum, & Suario tom. 2. in 3. p. disp. 50. sect. 2. ad fin. iuxta prædictam lectionem opinionem asserentium non omnes homines esse morituros, esse immunem ab omni censura falsitatis, & etiam temeritatis. At vulgata lectio, quæ magis placet; *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* Ita explicatur, omnes post mortem ad vitam reuocabimur, sed non omnes immutabimur per gloriam.

Quæ sint *Vestes quotidianæ*, & quæ sint *vestes pretiosæ* in sponsalitia largitate, exponit latè Sanch. libr. 6. matr. disput. 25. num. 20. & resoluit ad hoc decidendum prudentis arbitrio, attenta viri & vxoris qualitate, & patriæ consuetudine standum esse. Vnde infert 1. vestes sericas apud diuites & nobiles inter quotidianas, apud inferiores inter pretiosas numerari. Infert. 2. vestes distinctas pro anni tempore hyemali & æstiuo, si pro dignitate requirantur, censeri quotidianas. Infert. 3. quamuis probabile sit eas omnes esse vestes quotidianas, sine quibus mulier publicè comparere nequit, tamen probabilius esse, quotidianas dici, quibus quotidie domi mulieres vtuntur, pretiosas, quibus diebus fastis.

Vestes quotidianæ. Pretiosæ vestes.

1986 Notant benè controuersistæ pro soluendis argumentis hæreticorum, membra Ecclesiæ tribus modis accipi posse. 1. merito 2. numero, & merito. 3. numero, merito, & electione. Merito fiunt per fidem, numero per baptismum, electione per prædestinationem. Vnde quidam sunt merito & non numero, vt cathæcumeni, alij numero & non merito, vt hæretici per se occulti, alij numero & merito, vt omnes fideles, alij etiam electione, vt prædestinati. Inter. membra quæ sunt numero & merito alia sunt coniuncta, vt peccatores, alia coniunctiora, vt iusti, alia coniunctissima, vt iusti prædestinati.

Membra Ecclesiæ.

R. P. Doctor F. Isidorius da Luz Primarius lector controuersiarum in Academia Conimbricensi in opusculo de Ecclesia Catholica c. 14. eleganter explicat septem capita ex quibus efflorescit vniuersæ Ecclesiæ sanctitas. Primum est sanctitas formalis, qua membra Ecclesiæ sancta sunt, per gratiam & virtutes. Sanctum enim dicitur, quod est mundum & liberum ab omni sorte peccati. Sic enim definit sanctitatem S. Dionys. de diuinis nomin. cap. 12.

Sanctitas multiplex. Ecclesia qualiter sancta.

Secundum est sanctitas effectiua, quæ scilicet est causa sanctitatis Ecclesiæ. Hæc vel est principalis, vel instrumentalis, principalis est Deus, & homo Christus Iesus, instrumentalis sunt media, nimirum sacramenta, hæc enim sanctitas non est aliud quàm

Zz 3 virtus

virtus sanctificans, & per hanc efficimur sancti, dedicamur Deo, diuinoque cultui specialiter, quin in moribus aliquid peruersum, aut in cultu superstitiosum inueniatur.

Scientia speculatiua & practica.

Tertium est sanctitas scientiæ & doctrinæ, vt habet Turrecramata lib. 1. capit. 91. ex Thom. *Sanctitas* (inquit) *est virtus faciens seruare quæ ad Deum iusta sunt*. Scientia ista vel est speculatiua pertinens ad fidem, vel practica pertinens ad mores. Speculatiua est ne in Ecclesia doceatur aliquid contrarium fidei, veritati, rationi: practica est, ne doceatur aliquid in moribus, quod rectæ rationi repugnet.

Sanctitas quod firmitas. *Sanctiones.* *Sanguine tinctum.*

Quartum est sanctitas, quæ idem valet ac firmitas & stabilitas: etenim tam in sacris, quàm in prophanis litteris *Sanctum* idem est atque firmum & inuiolabile. Ideoque leges dicuntur *Sanctiones*, quia res muniunt ac stabiliunt.

Quintum dicitur sanctum id, quod *Sanguine tinctum*, vel respersum. Nihil enim apud Veteres dicebatur sanctum, quod sanguine tinctum non esset. Ideo sanguine respergebantur hostię, & in lege veteri omnia sanguine mundabantur.

Sextum sanctitas est obseruatio plena iustitiæ iuxta S. Thomam apud Turrecremat. lib. 1. cap. 9. qui sic definiunt sanctitatem, *Sanctitas est virtus faciens obseruare ea, quæ ad Deum iusta sunt.*

Septimum ex legibus & præceptis sanctitas sumitur. Nam leges & præcepta sancta dicuntur, iuxta illud ad Hebræos 7. *Lex Domini immaculata, lex sancta, & mandatum sanctum.*

Spes in hac vita in Christo.

1987 Difficilis locus Apostoli, *Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.* 2. ad Corint. 15. ver. 19. Quomodo spes in hac vita facit miserum sperantem in Christo, si est virtus supernaturalis Theologica, quæ solum in hac præsenti vita, & non in futura haberi potest. Cornel. ex Anselm. & Chrysost. sic explicat, vt vox *(Sperantes)* iuncta cum particula (*in hac vita*) significet non actum spei, sed obiectum spei, & reddatur hic sensus: Si in Christo sperantes sumus tantum illa bona, quæ sunt in hac vita, & non bona æterna quæ Deus suis electis præparauit, sumus miserabiliores omnibus. Non dixit (addit Cornel.) peiores, sed miserabiliores. Miserabile enim est ob virtutem se affligere, si non sequatur præmium.

Luxuriosè viuere.

Viuere luxuriosè quid sit, vt parentes exhæredare filiam possint iuxta ciuile ius Authent. *vt cum de appellat. cognosc.* §. *aliud quoque* exponit Sanch. de marr. lib. 4. disp. 24. num. 6. innuens sufficere quòd fæmina eligat vitam meretriciam faciendo frequenter sui copiam viris ad quod non sufficit, quòd semel aut bis sui copiam furtim faciat: nec requiritur, quòd meretrix fiat in lupanari publico.

Nuptiæ indignæ. Persona indigna.

Nuptiæ indignæ quæ dicantur iuxta *l. sed ex ea ff. de sponsal. & l. nuptiæ C. de nuptijs*, exponit Bapt. Fragosus part. 1. lib. 2. disp. 4. §. 2. num. 290. citans Menochium libr. 4. præs. 189. à num. 85. statuitque illas sic appellari, quæ non possunt celebrari sine aliquo dedecore, seu infamia alterius contrahentis, verbi gratia si sponsus sit moribus corruptus, vel turpitudine aut infamia notatus. Bald. *in l. penult. C. de sponsal.* vocat personam indignam, cum qua non permittitur nuptias celebrare, qualis habens impedimentum dirimens. Dicitur etiam indigna persona mechanica respectu nobilis, & famulus respectu fœminæ dominæ.

Permissio peccati. *Facere & permittere.*

1988 *Permissio peccati*, vt ex Suario lib. 3. de effect. prædest. c. 8. & Molina à 2. disp. 3. tradit Alarcon tract. 4. de præd. disp 4. cap. 5. §. 2. num. 14. & 16. nihil aliud est quàm negatio auxilij congrui, seu efficacis, quia, cum uideat Deus infallibiliter futurum peccatum ex negatione talis auxilij, non quidem ex vi talis negationis, sed ex prauitate voluntatis nolentis respondere auxilijs sufficientibus, quibus tangitur, Deus dicitur permittere, & non facere: permittere, quia videt futurum & posset impedire dando auxilium congruum, quod negat: non verò dicitur facere: quia non tenetur illud dare, nec negat ex intentione vt fiat tale peccatum, sed ex alio honesto fine. Hic poterat explicari, quæ sit gratia congrua, quæ sufficiens: sed cum spectent ad Theologiam speculatiuam, non sunt nostri muneris, quia solum elucidamus moralem.

Confirmatio in gratia. *Perseuerantiæ donum.*

Confirmationem in gratia quam habuerunt sancti Apostoli, & alij, consistere in decreto Dei, quo statuit dare semper iusto auxilia congrua, seu efficacia ad non peccandum mortaliter, constat inter Theologos. Solum est dubium, an & quomodo differat à dono perseuerantiæ in gratia. Valentia quæst. 3. punct. 4. §. 2. de gratia efficaci ver. 3. asserit confirmationem in gratia tollere absolutè libertatem ad peccandum mortaliter, non ita donum perseuerantiæ. Hūc modum confirmationis putat impossibilem Vasquez in 3. p. d. 120. cap 2. Meliùs tamen Suar. lib. 10. de grat. cap. 8. à num. 11. & si credat possibilem, existimat de facto non dari, & esse contra generales regulas S. Scripturæ, præcipuè Eccl. 31. vbi dicitur de iusto: *Qui potuit transgredi, & non est transgressus.*

Donum perseuerantiæ.

Cum igitur num. 27. fateatur non esse improbabile nullum esse discrimen inter hæc dona, tamen numer. 29. & l. 3. de prædest. cap. vlt. ait discrimen poni in eo, quòd

con-

confirmatio importet efficaciora auxilia, quàm importet communis perseuerantia. Vasquez tamen 1.2.disp.200 & 1.p.d.90.cap. 2.dicit confirmatum in gratia differre a communiter perseuerante, quòd confirmatus habeat suæ perseuerantiæ reuelationem, & per hanc ex parte sua securitatem, quam alius non habet. Vtrunque discrimen placet.

Camera cerrada. 1989 Quid sit in Ordinat. Lusit. lib. 4. tit. 47.num.1.*Camera cerrada*,vt intelligamus quid ibi sit *Prometer camera cerrada*, in nullo Iurista inueni, sed solum in Theologo Rebello de oblig.iust.lib.6.qu. 4. num. 7. vbi innuit idem valere atque *Promittere arrharum quantitatem incertam*,quæ proinde apta sit excedere legitimam taxationem. Talis autem promissio per citatam legem prohibita,& inualida est.

Discedere à matrimonio. *Discedere ab vxore* inter infideles ad effectum,vt matrimonium dissoluatur,apud Apostol.1.Corint.7.vt habetur *cap.si vxor 18.qu.1. & cap.gaudemus, de diuort.* datur quando vnus coniux ad fidem conuertitur, & alter conuerti renuit, siue tunc realiter discedat, siue moraliter, nempe volens manere cum iniuria creatoris. Ita Sanch. lib. 7. d. 75. in quo casu Castro Palaus tract.18.disp.2.punct 2 § 3. nu. 2. benè exponit duplicem discessionem, alteram physicam, alteram moralem: physica est quando infidelis corporaliter recedit: moralis quando discedit animo, manens corpore, nolens habitare pacificè, sed creatori irrogans contumeliam.

Cumprir confissões. Quid intelligatur in Ordin. Lusit. lib. 1. tit. 62.§.41.hoc modo loquendi *cumprir confissões*, facta diligentia non inueni explicatum ab aliquo scriptore regnicola: & prouisores conuentum,quos vulgo dicimus *Comarcas*, quibus incumbit examen executionis piorum legatorum, ægrè poterunt legem obseruare, si ignorent. Relatum mihi fuit Doctorem Thomam Pinheyro da Veyga, de hoc quæsitum respondisse,intelligendam esse Ordinationem de Salario, quod testator, seu pij operis institutor præscripsit dandum sacerdoti pro audiendis confessionibus.

Hæc tamen explicatio, quamuis sustineri possit, non videtur rectè cohærere cum illo Lusitano verbo. *Cumprir*. Dicimus enim *cumprir confissões* de illo verbi gratia, qui tempore quadragesimæ expiat sua crimina implendo præceptum annuæ confessionis. Mihi igitur plus arridet explicatio, quam accepi à D. Matthæo Mousinho Senatore regio, & regiæ coronæ procuratore existimante verba illa intelligenda esse de administratore alicuius Capellæ laico, vel clerico, cui institutor iniunxit,vt sua crimina præfixis diebus expiaret sacramento confessionis. Hæc enim explicatio magis accedit ad genuinum sensum verborum,*Cumprir confissões*.Et scimus dari in quibusdam capellis hoc onus. Non displicet intellectus, quem accepi à meo fratre Dominico Pereyra da Sylua Senatore Regio, scilicet Ordinationem intelligi de illis,qui morientes ab intestato ante quam decedant fatentur se debere hoc vel illud tali, vel tali creditori. Nam has confessiones tenentur implere successores ab intestato: & prouisor inquirere an impleantur, & hoc vulgo dicimus *Cumprir confissões*.

1990 Quid sit in Ordin.Lusit.lib.4. tit. 14. *Desembargos*, vt intelligatur ibi lex prohibens sub grauibus pœnis, ne quis vendat, aut emat *Desembargos*,diu inquirens laboraui, vt intelligerem. Doctis igitur consultis, mihi videtur esse chirographa,seu parua diplomata regia, quibus Rex præcipit suo quæstori, aut thesaurario,vt soluat tot aureos tali creditori regio, cui nempe pro debito regalia prædia, aut vectigalia hypothecata sunt. *Vender desembargos.*

Dicuntur igitur illa chirographa *Desembargos*,quasi expeditiones,quia per illa Regis bona obligata,seu impedita expediuntur,seu ab hypotheca liberantur.Ex quo intelligitur modus loquendi, seu stylus, quem obseruant senatores in relatione,quando dicunt,*Acordam, & mandam que o desembargo embargado se guarde*,& intelligitur Ord.lib.2.tit. 39. §. 3. vbi habetur *Pagar algum desembargo*.

Quid sit *Tangomao* in Ordin. Lusit. lib.1.tit. 16.§.6.vbi sic habetur:*E quando algum herdeyro de algum defuncto tangomao,que faleceße nas partes de Guine &c.* vt intelligatur, opem debemus implorare à Thesauro linguæ Lusitanæ in nostra Prosodia, vbi huic voci *Tangomao* respondet Latina vox *Profugus*. Est autem *Profugus*, qui longè aliquò fugit procul à finibus suis. Vnde Horatius profugos Scythas appellat,Sallustius Troianos. Sic explicata voce *Tangomao*, planè innotescet ratio ob quam in citata Ordinatione Rex præcipit sibi deferri, & ostendi sententiam latam circa bona illius profugi,antequam mandetur executioni:quia nempe vult examinare an bona illa propter delictum profugi spectent ad fiscum, & regiam coronam, & non pertineant ad profugi hæredem petentem. *Tangomao.* *Profugus.*

Hæc quamuis sint diuersa, possunt stare cum alijs, quæ affert Molina tract. 2. disp. 34. num.3. in hunc modum. Commorantur (inquit)inter AEthiopes illos Lusitani aliqui,qui inter eos mercaturam exercent,quoque *Tangosmaos* appellant. Hi etiam,cum nauigia aliqua Lusitanorum ad locum aliquem appellunt, ingrediuntur cum aliquibus ex AEthiopibus interiora earum regionum, secumque deferunt merces,quas in eorum nundinis,aut foro commutant pro mancipijs similiter captis,quæ vincta secum publicè ad nauigia portant, venduntque mercatoribus nauigatorum.

1991 *Solemnes nuptiæ*,quæ ab Ecclesia prohibentur tempore Aduentus, & Quadragesimæ(vt tradit Castro Palaus de spons. disp. 4. *Solemnes nuptiæ.*

p.2.

p.2.§.1.num.4.) secundùm ius antiquum continebant non solum benedictionem nuptialem, & solemnem traductionem sponsæ in domum sponsi, sed etiam ipsum matrimonij contractum, ipsiusque consummationem. At iuxta Tridentinum sess. 24. cap. 10. cui standum est, nomine nuptiarum solemnium intelliguntur benedictiones nuptiales, vulgo *Velaciones*. Ipse Palaus cum Basilio Ponce lib. 6. cap. 8. num. 14. existimat extendi ad illas benedictiones, quæ pro secundis nuptijs in aliquibus Episcopatibus conceduntur: quia hæ faciunt nuptias solemnes illis temporibus prohibitas. Existimat Sanch. lib. 7. matr. d. 7. num. 16. etiam extendi ad solemnem traductionem sponsæ in domum sponsi, conuiuia publica, choreas, aliaque lætitiæ signa, quæ nuptias comitantur.

Velaciones.

Quid sit in Ordin. Lusit. lib. 5. tit. 106. §. 5. hæc vox *Laquequas* & hæc vox *Matamingo*, vt intelligamus quid ibi sub his vocibus prohibeatur deferri ad insulas promontorij, viridis, facile est in genere declarare: sunt enim quædam iocalia exigui pretij, seu munuscula, quæ suo splendore, vel colore vanam præseferunt pulchritudinem, qua allecti AEthyopes in seruitutem rediguntur. In specie autem solum accepi *Laquequas* esse globulos pellucidos versicolores. Vide Molinam tract. 2. disp. 34. n. 3.

Laquequas. Matamingo.

Alfaqueque lib. 5. Ordin. tit. 108. est caducearor, internuncius, seu mandrarum ductor, vulgò dicimus *Cabo das cafilas*. Quid in Ordin. lib. 2. tit. 2. §. 2. intelligatur per hæc verba *Tença* & *mantença* si ea seorsim explicemus, facilis erit explicatio: nam *Tença* apud Latinos est idem, atque *panis ciuilis*, seu reditus annuus, qui ex regio ærario præstatur: *mantença* est parca & moderata alimonia, vel sustentatio. Si autem verba illa prout sunt in Ordin. citata coniungantur, difficilis expositio est. Mihi videtur posse intelligi decretum Ordinationis, vt equites ibi relati, vt fruantur priuilegijs commendatariorum, debeant habere panem ciuilem annuum, qui sufficiat ad moderatam sustentationem. Videatur Gabriel. Pereyra decis. 58. num. 12. & Phæbus decis. 85.

Alfaqueq.

Tença, & mantença.

1992 In Ordin. lib. 5 tit. 37. init. & tit. 60. hæ voces *Furtar*, *Roubar*, ex quibus deriuantur *Furbo, & Roubo*, habent discrimen in ordine ad pænas incurrendas: *Roubar* est idem, quòd grassari, seu furari palam cum violenta inuasione, *Furtar* est furati clam sine tali inuasione, ideo mitiùs punitur.

Roubar. Furtar.

Mammona apud Syros idem valet atque Pluto apud Græcos, scilicet Deus diuitiarum. Quid ergo velit significare, & persuadere Christus Dominus hoc documento: *Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis*. Lucæ 16. optimè exponit Cornelius ad eundem locum vers. 9. Quasi dicat Christus (ait) aurum vobis, ò diuites, est quasi idolum, quod ex auaritia adoratis: sed scitote illud idolum esse iniquitatis, id est vanum & mendax: illud ergo confringite, & in pauperes erogate, vt illi Deum æternarum opum largitorem vobis concilient.

Mammona iniquitatis.

Dicebat Ioannes Baptista loquens de Christo: *Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est*, Ioan. 1. Quomodo possunt hæc verba *ante me factus est*, per Baptistam de Christo prolata stare cum vera Theologia? Nam vel accipitur Christus secundum suam humanitatem, vel secundùm suam diuinitatem: si secundùm humanitatem, Christus non fuit factus, seu genitus à B. Virgine ante Ioannem, sed post ipsum: si secundùm diuinitatem, Christus non potest dici factus ab AEterno Parente, sed solum genitus, iuxta illud Symboli; *Genitum non factum*, quia hæc vox (factum) denotat causalitatem & dependentiam, quæ dari nequit in Personis diuinis. Hunc nodum paucis soluit Cornelius à lapide ad eundem locum vers. 27. sic exponens: *Qui ante me factus est*, id est mihi prælatus, & præpositus est. Vnde non loquitur Ioannes de antecedentia temporis in ordine ad generationem, sed de antecedentia prælationis in ordine ad dignitatem.

Factus Christus ante Ioannem.

1993 *Cedit tempus*: idem valet atque effluit, verbi gratia, vt quid debeatur: iuxta ea, quæ iam exposuimus in modo loquendi Iuristarum. *Cedere diem*. Hinc modus loquendi apud Sanch. lib. 7. matr. disp. 37. num. 19. *Tempus currit ignoranti*, hoc est effluit, cedit. Vnde quando relinquitur legatum soluendum post certam diem, statim ac moritur testator, incipit deberi *in diem*, qua adueniente, incipit deberi *à die*, atque adeo in primo casu cedit dies debitionis, in secundo cedit dies solutionis. Hinc *Cedere diem* (inquit Vlpian. apud Calepin.) significat incipere deberi pecuniam: sicut *Venire diem* significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit.

Cedit tempus ignoranti.

Cedit dies, venit dies.

Paradisus idem valet, atque pomarium, viridarium. Est enim hortus, seu locus voluptatis ad deliciandum, quem habuerunt nostri primi parentes in Oriente ad Eden iuxta terminos Arabiæ Orientalis. Verba illa, quæ dixit Christus in cruce latroni: *Hodie mecum eris in paradiso* Luc. 23. Explicat Cornelius à lapide supra ver. 45. in hunc modum, id est in loco voluptatis, vbi scilicet sis in beatitudine, & visione Dei beatifica. Quasi dicat hodie te felicem in perpetuum constituam. In hanc sententiam Cyrill. Hierosl. Cathech. 13. S. Chrysost. homil. 2. de cruce latronis, S. August. in Ioan. tract. 3 qui *in paradiso* explicat, *in cælo* id est in beatitudine cælesti.

Paradisus.

Conditio negatiuè, aut distributiuè, quomodò à testatore apponi soleat, exponit Palaus de spons. disp. 4. punct. 13. §. 7. num. 3. in hunc modum: Præmitto (inquit) conditionem excludentem à secundis nuptijs dupliciter à testa-

Negatiua, & distributiua conditio. testatore apponi posse, *negatiuè* vel *distributiuè*: negatiuè apponitur, quando nuptiæ absolutè negantur, vt si dicas: Lego coniugi centum, si non nupserit, si castitatem seruauerit. *Distributiuè* verò apponitur, cum iuxta executionem conditionis legatum distribuitur: vt si leges vxori hæreditatem, illiusque fructus quandiu, quousque, seu donec vidua fuerit. Hanc expositionem accepit à Sancio lib. 7. matr. disp. 91. num. 7.

Impotentia ad præceptum. Impotentia apud Theologos, & Iuristas non solum vocatur illa, quæ est impedimentum matrimonij, de qua num. 1693. sed etiam illa, quæ dicitur moralis impossibilitas, de qua num. 955. item, quæ est nimia difficultas, de qua num. 1864. Est etiam impotentia ad agendum, quæ excusat aliquando ab exequendo præcepto, verbi gratia restituendi, vel audiendi sacrum, quæ vel nullo modo, vel non nisi maxima difficultate, aut detrimento impleri possunt.

Appellatio legitima. 1994 *Appellatio legitima* illa dicitur, quæ fit secundùm leges, & teste Bonacina de censuris d. 1. quæst. 2. punct. 2. num. 9. duo requirit, alterum vt fiat cum probabili, & sufficienti causa, vel saltem appellans bona fide appellet existimans se habere causam sufficientem, & probabilem: alterum vt appellatio fiat tempore debito, quale est definitum per leges. *Inuadere, & occupare.* *Inuadere, & occupare* sunt actiones prohibitæ sub excommunicatione in Bulla cœnæ clauf. 20. & prout exponuntur à Palao ibid. disp. 3. punct. 21. num. 5. *Inuadere* est aggredi hostiliter. Vnde *Inuadere terras Romanæ Ecclesiæ* est in eas irruere, seu cum impetu aggredi, quod proprium est hostium. *Occupare* idem valet, atque rapere, seu vsurpare.

Malignitas, malignari. Quid sit *ex malignitate agere*, prout habetur in *cap. quamuis, de sent. excomm.* vbi agitur de ostiario, & meirino, qui prætextu officij percutiunt clericum, exponit Suar. de cens. disp. 22. sect. 1. num. 69. Potest (inquit) significare, quòd quis agat mala intentione, siue ex odio, siue ex passione, siue ex malitia. Omnia enim hæc cadunt sub significationem verbi *malignatus*. Verisimilius tamen ibi intelligitur de ostiario, vel meirino, qui exercendo officium ad iram prouocatus modum excedit, voluntarièque & videndo clericum percutit.

Annullare. *Annullare* est idem, atque nullum reddere: quia non esse, vel esse nullum, paria sunt. *l. duo sunt Titij ff. de test. tutel. l. non putauit, §. non quauis ff. de bon. possess.* Vide Marc. Anton. Var. lib. 1. resol. 78. num. 10. Videtur coincidere cum *Irritare*, de quo num. 212.

Suburbia. Per *suburbia* (inquit Castro Palaus de censuris disp. 5. punct. 2. §. 1. num. 2.) intelliguntur ædificia extra muros ciuitati interdictæ contigua, vel propè illam existentia, quæ Hispanè *arrabales* dicuntur, ad quæ incolæ ciuitatis *Ædificia continentia.* commodè pro diuinis audiendis, & celebrandis se conferre possunt. Per *ædificia continentia* intelliguntur, quæ esto sint extra ciuitatem à muris separata, & non contigua ipsis, at illi sunt propinqua: sed quantam propinquitatem habere debeant, vt censeantur ædificia continentia, vnica regula definiri non potest. Vide sequentia.

1995 *Peripsema* habetur apud S. Apost. 1. ad Corint. 4. num. 13. *Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc*. Hoc loco idem valet *peripsema*, teste Budæo, atque piaculum, & redditur hic sensus, *Nos tanquam piacula mundi facti sumus, & succidanea pro populo victimæ*. Piaculum enim quamuis accipiatur pro flagitio piando, dicitur propriè sacrificium, & omnis religiosus cultus, quo fit criminum expiatio, & accipiatur pro illo viro, qui olim dicebatur *homo sacer*, & immolabatur diris execrationibus pro populo. Est igitur Apostoli sensus: Non minùs apud gentium vulgus detestabiles sumus, quàm illi, qui diris execrationibus onerati, atque obruptι pro salute publica abijci olim solebant. Adde *Peripsema* vsurpari pro re vilissima & abiectissima: & idem valet atque rasura, limatura, fordes, cum deriuetur à verbo *Peripsemo*, quod est circunrado, abstergo, repurgo. *Liberi*, orum (vt iam diximus num. 377.) vox est, quæ sua significatione continet filios, nepotes, & alios descendentes. Vox est, quæ non reperitur in numero singulari, nisi in solo accusatiuo. *Liberum* in *l. ius autem agnationis ff. de pactis*, vt notauit Bertachin. v. eodem.

Peripsema. *Piaculum.* *Homo sacer.* *Succidanea victima.* *Liberi.*

Referre iusiurandum est delatum sibi ab aduersario iuramentum in eum transferre. *Paulus l. 38. iureiur.* apud Hotoman. *Manifestæ* (inquit) *turpitudinis, & confessionis est velle, nec iurare, nec iusiurandum referre*. Vnde iudex dicitur referre iuramentum in actorem, quando delatum Reo, & eo nolente iurare, in illum transfert. Similiter Reus dicitur iusiurandum referre actori, seu in actorem, quando id sibi delatum à iudice in actorem transfert. Hoc loquendi modo vtitur doctissimus Iurisconsultus Emmanuel Aluarez Pegas in suo locupletissimo tractatu resolutionum forensium propediem in lucem edendo cap. 2. num. 5. & alijs passim.

1995 *Intendere formulam* dixit Suetonius pro intendere, seu instituere actionem. *Complex delicti* vt iam exposui num. 545. idem valet, atque socius criminis, seu particeps eiusdem delicti, quod alter committit. Vnde quando quis solus absque socio, qui participet in crimine, committit delictum, non dicitur habere complicem. Quare si detur statutum, vt casus aliquis sit reseruatus solum quando delinquens habuerit complicem, verbi gratia in casu luxuriæ, aut furti, dubitari poterit, an euitet reseruationem, qui deliquit habens socium peccati non quidem formaliter, sed materialiter accepti: verbi gratia si fornicatus est cum fœmina carente vsu rationis ex insania,


Referre formulam. *Complex delicti.*

nia, vel ebrietate, aut credente ex ignorantia illum esse suum virum. Item si furatus est cum adiutore credente rem ablatam non esse alienam. Existimo talem fornicantem, vel furantem euitare reseruationem. Quia verè non habuit socium peccati: concurrens enim solum materialiter ad peccaminosum actum dicitur absolutè non peccare. Accedit, quia iuxta Sanchez lib. 1. decal. cap. 10. num. 73. quando dubium est an casus sit reseruatus, pro non reseruato haberi debet; est enim reseruatio odiosa, proindeque verba eius sunt strictè accipienda.

Reseruatio si detur complex.

Cum non inuenerim huius dubij resolutionem in authoribus, illam, sicut omnes alias huius operis, submitto saniori doctiorum iudicio. Denique quidquid studij, ac laboris in ipsomet opere concinnando, ac in lucem edendo collatum est, precor Deum optimum maximum, cedat in illius maiorem gloriam, & totius reipublicæ litterariæ emolumentum.

FINIS, LAVS DEO.



INDEX OMNIVM
QVÆ EXPONVNTVR IN HOC ELVCIDARIO.
VBI NVMERVS CITATVS MARGINALIS EST.

A

AB in termino ſignificatiuo. 32
Ab. 456
Abactores. 927
Abactus venter. 901
Abacus, abax. 777
Abalienare, Abalienatio. 735
Abamita. 1699
Abauus, Abauia. 1699
Abauunculus. 1696
Abbas. 275
Abbatia. 275
Abbatis appellatio. 275
Abbreuiaturæ. 498
Abderitiuni imperium. 1763
Abdicare, abdicatio. 1840
Abdicare ſe hæreditate. 1100
Abditamentum. 1763
Abducere. 840
Abducere furto. 932
Abduci coniuges. 932
Abhinc. 1159
Abeſſe, vide abſens.
Abhorrere. 447
Abiecta. 1763
Abiecta perſona. 1522
Abiecta pudicitia. 1522
Abiectus homo. 1522
Abigeatus. 927
Abigere, abigei. 927
Abigere. 901
Abigere, & abducere. 840
Abijcere. 1524.1763
Abinteſtato ſuccedere. 1088
Abire in creditum. 727
Abiurare. 1369
Abiurare mulierem. 1369
Abiurare mulieres. 1716
Abiuratio. 1369
Abiuratio quotuplex. 1369
Abiuratum pretium. 1023
Ablatiua vis. 55
Ablocare. 1763
Ablutio. 1548
Ablutio qualis. 1549
Abmatertera. 1699
Abnepos, abneptis. 1697
Abnoctare. 1442
Abnutare. 63
Abnutiuum. 63
Aboclere. 1841
Abolitio criminis. 1763
Abominari. 1383
Abominatio. 104.1730
Abominationis odium. 104
Ab ordine moti. 1645
Aborſus, ſeu abortus. 901
Abortiuus. 901
Abortiuus libertus. 837
Abpatruus. 1699
Abrenunciatio ſatanæ. 1552
Abrogatio. 212
Abruptum lucrum. 1841
Abſciſſe. 1473
Abſcedere. 1841
Abſens. 1440
Abſentes ad præſcriptionem. 1441
Abſentia multiplex. 1440
Abſoluere creditorem. 1764
Abſoluere pignus. 1045
Abſoluere iudicia. 1764
Abſoluere votum. 1357
Abſoluta coactio. 54
Abſoluta donatio. 973
Abſolutio quotuplex. 1728
Abſolutio ſacramentalis. 1618
Abſolutio, & diſpenſatio. 213
Abſolutio fori externi. 1619
Abſolutio à culpa, & pœna. 1619
Abſolutio ad cautelam. 1729
Abſolutio ad reincidentiam. 1729
Abſolutio voti. 1357
Abſolutio à cenſura. 1727
Abſolutio à culpa, & cenſura. 1619
Abſolutionis veritas. 1618
Abſolutionis modus. 1639
Abſolutoria iudicia. 1170
Abſolutum bonum. 71
Abſolutum votum. 1355
Abſque. 456
Abs re. 1763
Abſtentio. 1764
Abſtentus. 1764
Abſtinentia. 1476
Abſtinentia, & continentia. 1477
Abſtinere ſe hæreditate. 1098
Abſumere hæreditatem. 1099
Abſurdum. 1764
Abundantia. 140
Abuſus formalis. 252
Abuſus occaſionalis. 252
Abuſiua inueſtitura. 999
Abuti. 252
Ac. 415
Academia. 340
Acanonia. 1750
Acapna ligna. 1113
Accedere reiemptæ. 1022
Accedere ad pactionem. 1764
Acedia, vide acidia. 592
Accenſus, & præco. 1764
Accepta ſententia. 1765
Acceptare. 965
Acceptilatio. 938
Acceptilatio duplex. 938
Acceptilatio, & apocha. 500
Accepto ferri. 965
Acceptores rerum. 714.965
Acceptum iudicium. 1768
Acceptum ſcandalum. 596
Acceptum facere. 965
Acceptum rogare. 965
Acceptum ferre. 965.1765
Accerſiri. 173
Accerſitus. 173
Acceſſio. 818.1775
Acceſſorium. 818
Acceſſus. 1302
Accidentia. 1352
Accidere. 1959
Accidere pro mori. 173
Acidia. 108
Acidia, & pigritia. 593
Acidiæ filiæ. 593
Accingere, & procingere. 1806
Accipere, & recipere. 1765
Accipere, & capere. 728
Accipere iudicium. 1182
Acclamare, acclamatio. 1841
Accliuis locus. 1422
Accola. 1433
Accommodare. 990
Accontium. 1954
Accreſcentes. 629
Accreſcere. 1841
Accumulatio. 1765
Accumulatiua iuriſdictio. 1186
Accuſare. 1189
Accuſatio. 137.1190
Accuſatio legitima. 1190
Accuſatio capitalis. 1190
Accuſationem inſtituere. 1121
Accuſationis libellus. 508
Accuſator quis. 1191
Aceo. 1841
Acephalus. 326
Acerbe amatio. 1674
Acerbæ nuptiæ. 1674
Acerbitas. 1842
Acerra. 1598
Acerrima indignatio. 1765
Aceruus. 1765
Acetabulum. 1980
Acetum. 803.1572
Achos. 1361
Acicula. 1842
Acolythatus. 1652
Acolythus. 1646
Aconitum. 1756
Acontiados. 334
Acor. 105
Acquirere, & vendicare. 773
Acquiſita virtus. 120
Acreſta. 1572
Acrimonia. 169
Aeſi. 443
Acta. 501.1765
Acta & geſta. 501
Actio quid. 1233
Actionis defioitio. 1233
Actio & factio. 126
Actio & accuſatio. 1190
Actio & interdictum. 204
Actio multiplex. 1234
Actio danda eſt. 1246
Actio incerti. 94
Actio arbitraria. 1235
Actio ambulatoria. 67.1187
Actio furti oblati. 1237
Actio legis. 1237
Actio ad exhibendum. 1235
Actio æſtimatoria. 1235
Actio herciſcondi. 1237
Actio de in rem verſo. 1236
Actio ex conſtituto. 1237
Actionem dirimere. 1778
Actionem hæredi concedi. 1247
Actiones temporales. 1133
Actiones directæ. 1239.1973
Actiones mixtæ. 1239
Actiones contrariæ. 1973
Actiones ſtricti iuris. 1238.942
Actiones bonæ fidei. 942
Actiones legis. 1239
Actionis appellatio. 1240
Actiua occaſio. 599
Actiuum ſcandalum. 596
Actiuum & paſſiuum ius. 681
Actor. 384.1225
Actor eccleſiæ. 279
Actor & ſyndicus. 348

Acto-

INDEX

Actorum appellatio. 501
Actuale peccatum. 140
Actualis fides. 521
Actuarij. 501.1282
Actus pro ſeruitute. 1417
Actus appellatio. 842
Acucula. 1842
Acyrologia. 1980
Ad. 457
Adactum iuramentum. 1765
Adæquatio. 1842
Adærare. 1106
Adærare aderata prædia. 813
Adærata prædia. 754
Adæratio. 813
Adamas. 1842
Addictio. 1013
Addicere Addici iudex. 1842
Addictus ſeruus. 828
Ad diem. 1145
Additamentum. 819
Additionales. 1765
Adelphi. 1706
Ademptio legatorum. 1113
Adeptus. 729
Adeſpota bona. 748
Adeſpoti libri. 748
Adeſſe. 1437
Adhærentes. 63
Adhærentia. 63
Adiacentes prouinciæ. 336
Adiecisse. 1765
Adiectio. 1013
Adiectiones. 1765
Adiectitiæ actiones. 1238
Adigere. 66
Adijcere. 1013
Adimatur. 225
Adimere. 1805
Adinſtar. 443
Adinſtar priuilegium. 234
Adire hæreditatem. 1097
Adita Adire. 1094
Aditus domus. 1408
Adiudicare Adiudicatio. 1848
Adiungere. 516
Adiuratio quid. 1369
Adiuratio quotuplex. 1369
Adiurnare. 1957
Adiutor. 1225.1309
Adiutor tutelæ. 384
Admallare. 1957
Admeratores. 1957
Admioiſtrata tutela. 945
Adminiſtratio. 294
Adminiſtratio libera. 820
Adminiſtrationis appellatio. 820
Adminiſtrator. 598
Adminiſtrator & curator. 384
Adminiſtrator capellæ. 1119
Admiratio quid,& quotuplex. 117
Admiſſionales. 321
Admittere. 152
Admoneo, Moneo. 223
Admonere. 1181
Admonitio canonica. 1727
Admonitio fuſtium. 1181
Admonitores. 1762
Admonitoriæ. 1957
Adnotare. 516
Adnotatio. 516
Adoleſcentia. 1164
Adoleſcere. 1843
Adonai. 2
Adonai nomen Dei. 4
Adoptio. 381.1690
Adoptio preſſe. 381
Adoptiuus filius. 381
Ador. 1332
Adoratio quid. 1332
Adoratio definitur. 1333
Adoratio quotuplex. 1334
Adpromiſſor,& promiſſor. 1038
Adſcribere ſibi in teſtamento. 1074
Adſcriptitij coloni. 1031
Adſcriptitij ſerui. 826
Adſtipulator. 1040
Aduena. 1272
Aduena. 571
Aduenæ. 1333
Aduentitia dos. 1679
Aduentitium. 750
Aduerbium. 480
Aduerſaria. 483
Aduerſarius. 1221
Aduerſio. 966
Aduerſatiuæ voces. 435
Aduerſus. 457
Aduiuere. 393
Adulari. 1459
Adulatio. 1459
Adulterari. 1455
Adulterina pecunia. 812
Adulterinum. 1455
Adulterium. 905.907
Adulti,& paruuli. 383
Adultorum ætas. 1165
Aduocare. 1203
Aduocatia. 1205
Aduocatio. 1204
Aduocationem præſtare. 1204
Aduocationem implere. 1759
Aduocatione litem inſtruere. 1204
Aduocati appellatio. 1207
Aduocatus. 279.1976
Aduocatus qui. 1203
Aduocatus. i. magiſter ſcholæ. 273
Aduocatus legatus. 320
Aduocatus fiſcalis. 1207
Æcumenicum. 532
Ædes. 1406
Ædes & domus. 1406
Ædes binæ. 432
Ædicula. 1401
Ædificare. 1406
Ædificij appellatio. 1406
Ædificium. 1406
Ædificium continens. 1466.1994
Ædiles. 318
Ædilitius. 318
Ædilimus. 280
Ædituus. 280
Ædium appellatio. 1406
Ægra mulier. 1766
Ægre ferre. 1766
Ægritudo. 110
Ælia lex. 198
Ælij. 1879
Æmulatio. 108
Ænigma. 94
Ænum. 779
Æquiuocá. 409
Æquiuocos ſermo. 1455
Æquitas. 211.1462
Æquitas,& iuſtitia. 673
Æquum & bonum. 178
Æraria. 867
Aer. 855
Ærarij tribuni. 318
Ærarium. 813
Ærarius quæſtor. 317
Æris appellatio. 813
Æromantia. 1179
Æroſa pecunia. 813
Ærumna. 109
Æruſcare. 1462
Æs. 813
Æs meum, æs alienum. 1975
Æs pro pecunia. 813
Æs,& metallum. 871
Æs alienum, æs ſuum. 813
Æs nexum. 813
Æſtimare. 1021
Æſtimata dos. 1679
Æſtimatio. 1021. vbi
Æſtimatio litis.
Æſtimationis tempus. 1135
Æſtimatoria actio. 1235
Æſtiua aqua. 773
Æſtiuales. 1848
Ætas. 1164
Ætas prima. 1165
Ætas temporum. 1164
Ætates mundi quæ. 1167
Ætatis venia. 1166
Ætatis gradus. 1164
Ætatis computatio. 1963
Ætatis appellatio. 1166
Æterna vrbs. 1139
Æterna lex. 1139
Æterna authoritas. 1139
Æternitas. 1138.1139
Æternus paries. 1139
Æuitas & æuum. 1139
Æuum & æuitas. 1139
Æuum quod. 1138
Affabilitas. 1458
Affatim. 450
Affatus. 187.495
Affecta, Affecta res. 1766
Affectare nuptias. 99
Affectata ignorantia. 88
Affectio. 98
Affectio voluntatis. 1323
Affectionis iuramentum. 1372
Affectum beneficium. 1286
Affectus. 98
Afficere. 98
Afficere lucro. 98
Afflictare. 1049
Afflictus. 1049
Affidare. 557
Affinitas. 1693
Affinitas triplex. 1711
Affinitatis gradus. 1700
Affinitatis appellatio. 1711
Affinium appellatio. 1711
Affirmatiua lex. 208
Affirmatiui veſtes. 1198
Affirmatiuum præceptum. 208
Affirmatiuum priuilegium. 233
Affirmatores. 1198
Affixa. 1413
Afflictatio. 109
Affligere pro afficere. 99
Agaſacta. 1843
Agape. 591
Agapetæ. 591
Agareoi. 548
Agaſo. 401
Agellus. 759
Agentes in rebus. 398
Ager. 759
Ager plantatus,& proſciſſus. 1914
Ager, area. 1393
Agere,& facere. 649
Agere,& dicere cauſam. 1231.1976
Agere cuniculos. 625
Agere in remotis. 1984
Aggeres. 625
Aggrauantes circunſtantiæ. 1622
Aggreſſor, Aggredi. 904
Agi criminaliter & ciuiliter. 173
Agi & duci. 810
Agios Deus, ſanctus Deus. 6
Agitator. 1004.1205
Agmen. 627
Agnati. 1766
Agnatio & cognatio. 1766
Agnomen. 406
Agnominatio. 1668
Agnoſcere. 965
Agninæ pelles. 805
Agnus. 805
Agon. 1004
Agonia. 112
Agoniſma, Agonizo. 1980
Agonotheſia. 1004
Agonotheta. 1004
Agonothetica præmia. 1004
Agonotheticus fundus. 756
Agoranomus. 1981
Agraria via. 1418
Agrariæ leges. 194
Agricola & colonus. 1031
Agrimenſores. 1843
Agyographia. 484
Agyographus. 484

Agyos.

Agyos. 484
Ala. 627
Alacritas. 107
Alba. 854
Albergariæ. 1049
Alcauala. 1272
Alchymistæ. 130
Alcouce. 908
Alcoranus. 513
Aldiones, aldius. 1957
Alea emi. 1001
Aleæ emptio. 1001
Alearum appellatio. 1001
Aleas. 435.437.945
Aleator. 1001
Alere & nutrire. 388
Alfaqueque. 1991
Alicastrum. 1570
Aliculæ. 1848
Alienare, alinatio. 734
Alienare in fraudem. 949
Alienari in manum mortuam. 1831
Alienatio multiplex. 735
Alienatio voluntaria & necessaria. 1179
Alienationis acceptio. 734
Alienationis appellatio. 736
Alienatum. 1766
Alieni. 1766
Alienigena. 1433
Alieniloquium. 489
Alienus posthumus. 1766
Alimentarij. 389
Alimentorum appellatio. 389
Alimentum. 389
Alioquin. 435.957
Aliquandiu. 1160
Aliquando. 1160
Aliquis. 430
Alius. 443
Alix. 784
Allecti. 314
Allegare. 535.1293
Allegatio. 1692
Allegatio generalis. 472
Allegationes. 535
Allegoria. 489
Allegoricus seusus. 489
Alleluia. 1586
Allibrati. 511
Alligationis impedimentum. 1692
Allinere, illinere. 518
Allisconti venditio. 1015
Alliuilæ. 784
Allodialia. 747
Allodium. 747
Allocotheta. 475
Allophilus. 1981
Allusio. 478
Alluuio. 759
Alluuius ager. 759
Amiraldus. 332
Almus. 393
Almutiæ. 1848
Alogista tutor. 286
Alpha & Omega Christus. 1
Altare & ara. 1590
Altare duplex. 1591
Altaris ornatus. 1594
Alter. 452
Altercationes. 1767
Alternatio. 411.1312
Alternatiua. 411.1312
Alternatiua appellatio. 1267
Alueus fluminis. 778
Alumni cæliaci. 586
Alumnus. 393
Amanuenses. 513
Amasia, amasius. 1508
Amasius, amator. 102
Amatio. 102
Amator & amasius. 102
Amatorium poculum. 102
Ambages. 94.472
Ambasiata. 320
Ambasiator. 320
Ambidexter. 583
Ambiguitas. 94.472
Ambiguum. 94
Ambire & cupere. 1524
Ambitio. 1468.1524
Ambitiosa decreta. 181
Ambitus lex. 200
Ambitus maiestatis. 194
Ambolagium. 854
Ambulare & ire. 1422
Ambulatoria, ambulare. 67
Ambulatoria actio. 1235
Ambulatoria conditio. 956
Ambulatoria potestas. 1187
Ambulatoria voluntas. 1080
Amen. 1584
Amen Christus. 12
Amens & demens. 670
Amethodi. 1417
Amethystus. 869
Amica. 1508
Amica & comcubina. 1505
Amicitia. 1458
Amicitia & charitas 563
Amicitiæ pactum. 944
Amictus. 854
Amicus & amica. 102
Amicum. 802
Amissum. 888
Amita & matertera. 1698
Amita magna. 1699.1708
Amitini. 1706
Amnestia. 1767
Amodo. 1160
Amor quid. 101
Amor amicitiæ. 103
Amor vnde dictus. 101
Amortizatio. 1831
Amouere & rapere. 933
Amphibia. 1484
Amphibologia. 1455
Amphitapa. 784
Amphiteatrum. 1424
Amphora. 780
Amphorarium. 802
Amphoteroplou. 1767
Ampliare & augere. 819.1051
Ampliatus reus. 1210
Amplior summa. 1767
Amplissimus ordo. 314
Amplius. 449
Ampullæ. 1597
Amula, æ. 1597
Amurca. 804
Amussis. 85
Amylum. 1571
An. 451
Anabolagium. 854
Anachoresis. 1362
Anachorita. 1362
Anaclisis. 1767
Anadema. 327
Anadeo. 327
Anagaria bestia. 1034
Anaglypha. 1981
Anagoge. 489
Anagogicus. 489
Anagraphe. 1767
Analesis. 168
Analogia. 1973
Analogita tutor. 386
Anaphora. 477
Anaretes. 1789
Anathema. 1732
Anathema Maranatha. 1732
Anathematizare. 1732
Anathematizatus. 1732
Anatocisicus. 985
Anceps. 94
Anaciani. 343
Ancilla. 830
Ancille proles. 692
Ancillarij. 342
Ancoo. 779
Ancones. 779
Androgynos. 1720
Androlepsia. 1957
Aneclogista. 386
Anfractus. 1419
Anafractus litigiorum. 1221
Angaria & perangaria. 1274
Angello. 488
Angor. 112
Angues laticlauij. 791
Anguillarius. 1767
Angustus locus. 1398
Anhilatio quid. 1576
Animaduersio. 156
Animaduertere. 156
Animal. 808
Animalis amor. 101
Animi virilis esse. 1756
Animus & anima. 1971
Annale feudum. 997
Annalis exceptio. 1156
Annata in beneficijs. 1311
Anniculus. 1156
Anniuersaria. 1156
Annona & tributum. 1269
Annonæ ciuiles. 1051
Annonæ lex. 200
Annonæ fraudatæ crimen. 146
Annonariæ quantitates. 1028
Annonarij. 1767
Annotatio sacra. 507
Annua, bima, trima die. 1155
Annuatim. 1156
Annuere. 977
Annulus signatorius. 787
Annulus piscatorius. 492
Annulorum aureorum ius. 84
Annuli leues. 787.1767
Annuo biennio dare. 1155
Annus duplex. 1152
Annus extremus. 1155
Annus ciuilis. 1152
Annus naturalis. 1152
Annus solaris. 1152
Annus continuus. 1153
Annus vtilis. 1153
Anni partes. 1153
Anni appellatio. 1154
Annuum. 1150.1796
Annuum debitum. 1824
Anomala citatio. 1223
Anomala iurisdictio. 1187
Anomala exceptio. 720
Anomalus hæres. 1084
Anomolus tutor. 387
Anomia. 880
Anquirere. 1282
Ansa. 600
Antapocha. 500
Antara. 1591
Ante, antea. 1160
Ante & coram. 461
Antecedens ignorantia. 89
Antecedens necessitas. 50
Antecedens voluntas. 59
Antecessor. 338
Antecessor. i. Doctor. 345
Antechac. 1160
Antepagmentum. 1411
Antestas. 1843
Anteuertere supplicium. 173
Anteurbana prædia. 752
Antexetazentes. 347
Antropophagi. 1491
Anti. 477
Antiades. 1756
Anticategoria. 1768
Antichresis. 1044
Antichristus. 1513
Antidoralis obligatio. 978
Antidorum. 978
Antidotum. 1756
Antidotum mortis. 1567
Antimense. 1591
Antinomia. 216
Antipelargia. 1768
Antipherna. 1685
Antiphona. 1327.1582
Antiphona. i. pignus. 1044

I N D E X

Antiphraſis. 477
Antiportus. 1398
Antiptoſis. 477
Antiqua prudentia. 1136
Antiquarios. 1136. 1768
Antiquior. 1136
Antiqui appellatio. 1137
Antiquitas. 1136. 1703
Aotiquitas iuris. 1136
Antiquitatis appellatio. 1137
Antiquum ius. 1136
Antiſtes. 286. 1197
Antiſtitor. 1197
Antithesis. 477
Antitypa miſteria. 1565
Antypophor zat. 477
Antropophatos. 477
Antropos. 477
Anullare. 1994
Aoxietas. 108
apella. 1555
Aperire puteos. 1923
Aperta vſura. 982
Apertum ius. 1843
Apex. 857
Apex ioris. 218
Aphoriſmus. 185
Apiſci poſſeſſionem. 1100
Aplecta. 1957
Apocalypſis. 488
Apocalypſor. 488
Apocha. 500
Apocriſarius. 281
Apocryphus. 490
Apocrypto. 490
Apocryſiarij. 268
Apodocium. 482
Apographum. 503
ApoKiriais. 1101
Apolides. 163
Apoliſta. 622
Apologeticus. 1195
Apologia. 1195
Apoſtaſia. 547
Apoſtata triplex. 547
Apoſtata religioſus. 1366
Apoſtelo. 1265
Apoſtolatus. 262
Apoſtolatus in Papa. 493
Apoſtole. 1957
Apoſtolus quid. 262
Apoſtoli. 494. 1265
Apoſtolica Eccleſia. 262
Apoſtolicæ traditiones. 191
Apoteleſma. 1383
Apotheca. 1022
Apothecarius. 1022
Apotimena. 1957
Appanagium. 748
Apparens bonum. 71
Apparere. 1255
Apparitor. 1420
Appellare. 1262
Appellare virginem. 1501
Appellari. 1266
Appellatio. 1262
Appellatio qoid. 1263
Appellatio quotuplex. 1265
Appellatio legitima. 1994
Appellatio facta. 1267
Appellatiuum nomen. 406
Appellator, appellatus. 1266
Appendicia. 1101
Appendix. 1413
Appetere inſidijs. 642
Appetitus. 124
Appetitus elicitus. 37
Appetitus innatus. 37
Applicationis ius. 1091
Apprehendere, apprehenſio. 727
Apprehenſio mobilium. 931
Appretiatiuè diligere. 565
Approbatio & confirmatio. 1295
Approbatio confeſſoris. 1623
appropriatio. 1758
Approximare. 383
Apud & penes. 458
Appulſua pecoris. 771
Aqua. 768
Aqua miſcenda vino. 1572
Aqua viua. 768
Aqua luſtralis. 1544
Aqua profluens. 768
Aquæ hauſtus. 769
Aquam euocare. 768
Aquagium. 769
Aquarius. 769. 1876
Aquaticium. 803
Aquileges. 769
Aquiliana acceptilatio. 938
Aquiliana ſtipulatio. 941
Aquiminarium. 779
Ara quid. 1591
Ara & altare. 1590
Arabarches. 1768
Arabarcha. 1768
Arbiter. 1173. 1174
Arbiter duplex. 1258
Arbitraria actio. 1235
Arbitrator & arbiter. 1844
Arbitri æquitatis. 190
Arbitrium. 58
Arbor. 763
Arbor cædua. 764
Arbores fructiferæ. 692
Arboris appellatio. 764
Arboretum. 764
Arbuſtum. 764
Arca illuſtrationis. 1596
Arcalia. 1277
Arcarius. 399. 1281
Archarij. 130
Archetypa. 504
Archiater. 311. 321
Archiatri. 574
Archiatrorum comes. 311
Archidiaconi. 271
Archidiaconi poteſtas. 271
Archiepiſcopus. 269
Archiflamines. 269
Archigeron. 271
Archigubernus. 321
Archimandariæ. 622
Archimandrita. 275
Archimimus. 1003
Archinus. 266
Archiotæ. 512
Archipresbyteri. 271
Archipresbyter ruralis. 270
Architectonica. 652
Architectus. 1415
Archiuium. 349. 512
archos. 271. 298
Arctare. 128
Arctiùs, & Vberiùs. 1818
Arcus. 1415
Area. 759
Area, Ager. 1393
Arena. 1003
Arenaria venatio. 860. 1840
Arenarij. 1003
Arenarius. 1840
Arenga quid. 235
Areopagitæ. 1425
Areopagus. 1425
Areſcuſa. 361
Areſtum. 189
Argentarius. 1054
Argentifodina. 867
Argentum. 876
Argentum viuum. 876
Argenti appellatio. 877
Argenti facti appellatio. 877
Argenti eſcarij appellatio. 877
Argenti potorij appellatio. 877
Arguere iuridice. 1225
Arguere reum. 1769
Argumentatio iuridica. 1225
Aridi fruſtus. 794
Arinaticum. 802
Arioli. 1844
Ariſta. 796
Ariſtocratia. 296
Arithmetica proportio. 675
Arithmus. 486
Arma. 133. 617
Armorum appellatio. 617
Armata militia. 606
Armatura. 1414
Armentum & grex. 806
Armenti appellatio. 806
Armifactores. 622
Armillæ. 788
Aromata. 1844
Arreptitius. 1658
Arredium. 1848
Arreſtare. 988. 1828
Arreſtum quod ſyſina. 1828
Arrha in emptione. 1021
Arrhæ, Arrhabones. 1684
Arrhare, ſubharrare. 1684
Arrigare. 1957
Arrogantia. 1524
Arrogatio. 381. 1690
Arrugia. 867
Ars. 649
Ars quid. 128
Ars notoria. 1383
Ars qootuplex. 128
Artemon. 1415
Articulus mortis. 1624
Artifex. 129
Artifices Palatini. 1761
Artificiales operæ. 400. 1757
Artificialis rectitudo. 126
Artificianum. 203
Artificinm & officium. 128. 1305
Artitus. 1844
Arundinetum. 762
Aruſpices. 1379
Aruom. 759
As, pro hæreditate. 1092
Aſſis partes. 1092
Aſadura. 1275
Aſcendeutes. 1696
Aſceteria. 1425
Aſotia. 1503
Aſoti & Aſotia. 949
Aſperè & proſperè. 558
Aſpernari. 1769
Aſſalierint. 999
Aſſaſſini. 900
Aſſaſſinorum appellatio. 900
Aſſecla. 399
Aſſectari virginem. 1501
Aſſecuratio. 1061
Aſſenſus & conſenſus. 62
Aſſequor. 1988
Aſſerere in ſeruitutem. 841
Aſſerere manu. 841
Aſſertiuè & ſignificatiuè. 1539
Aſſertorium iuramentum. 1371
Aſſeſſores comites. 310
Aſſidei 552
Aſſidui teſtes. 1198
Aſſiduus fideiuſſor. 1039
Aſſiduus miles. 616
Aſſignare. 517. 1074
Aſſignare libertum. 1769
Aſſignationes. 1770
Aſſignatus ager. 759
Aſſignatitius libertus. 837
Aſſiſij. 1308
Aſſiſtere. 1314
Aſſiſtena in cauſa. 1829
Aſſiſteria. 1425
Aſſiſterium. 1425
Aſſolet. 1769
Aſſultus. 1769
Aſyſtator. 1473
Aſtalium facere. 1844

Aſtra-

Astragalomantia. 1382
Astrologia duplex. 1378
Astutia, Astuti. 658
At. 435
Atamita. 1699
Atauunculus. 1699
Atauus, Atauia. 1696
Athenæum. 342
Athletæ. 1003
Atmatertera. 1699
Atnepos, Atneptis. 1697
Atornati. 1844
Atpatruus. 1699
Atque. 416
Atqui. 416
Atri dies. 1141
Atrienses & Atriarij. 399
Atrienses serui. 827
Atroces fures. 1519
Atrocitas. 1519
Atrociter. 1519
Atrox. 1519
Atrox iniuria. 881
Attendere. 1845
Attentare. 1226. 1843
Attentare pudicitiam. 1501
Attentari pudicitia. 1497
Attentatum. 1226
Attentio externa & interna. 1331
Atterere. 480
Attero. 1609
Attestari. 1202
Attestatio quid. 1368
Attestationes. 1202
Attica libra. 1025
Attilia lex. 198
Attilianus tutor. 386
Attinentes. 1115
Attinentes, & familiares. 355
Attingere. 1845
Attingere hæreditatem, & rem. 1769
Attinia lex. 198
Attributæ pecuniæ. 1770
Attritio quid. 1609
Attritio quotuplex. 1609
Attritus. 583
Atypus. 403
Auaritia. 1461
Auaritiæ filiæ. 1461
Auctio. 1013
Auctorare militem. 639
Auctorati milites. 639
Auctorizare. 639
Auctorizatur. 733
Aucupatio & venatio. 861
Aucupium. 861
Audaces, & audentes. 113
Audacia. 113
Audacia & temeritas. 1465
Audacter. 113
Audenter. 113
Audiens id est obediens. 1446
Audientia Papæ. 331
Auditor. 346
Auditor cameræ. 278
Auditores rotæ. 278
Auditorium. 346
Auditus. 62
Auditus. 1195. 1446
Auena. 1845
Auelle. 66
Auersa charta. 1845
Auersaria. Vide Aduersaria.
Auerta. 788
Auersione emere. 1977
Auertere. 66
Auferre. 965
Auferre, & rapere. 66
Auferre, & mouere. 965
Augere, & ampliare. 1051
Augmentum. 819
Augures. 1379
Augurium. 1379
Augustalis. 313
Augustus. 306
Auiaticus. 1425
Auius. 1417
Aulæa. 777
Auiaria. 1845
Auocare. 1770
Auocari hæreditatem. 1097
Auorsum facere. 1958
Auraria. 1770
Aurea bulla. 491
Aureola quotuplex. 40
Aureolæ beatorum. 40
Aures propitiæ. 1770
Aureus & solidus. 816
Aurichalcum. 875
Auricularis reuelatio. 525
Aurifodina. 867
Auriphrygium. 1593. 857
Auripigmentum. 875
Aurora. 1967
Aurum ab Orin. 873
Aurum coronarium. 40
Auri facti appellatio. 874
Auspex. 1717
Auspices. 1379
Auspicium. 1379
Auspicium iuris. 217. 1220
Ausus. 113
Aut. 412. 417
Autem. 436
Authentica interpretatio. 210
Authenticæ tabulæ. 1072
Authenticum. 256. 503
Authentici diuisio. 260
Author. 91
Authoratum. 256
Authores pupillorum. 1770
Authoritas. 91. 526. 850
Authorizabilis consensus. 91
Autographum. 499
Automata. 777
Autophorus. 926
Auius. 1417
Auraria. 1845
Auunculus, & patruus. 1698
Auunculus magnus. 1699
Auus, & auia. 1696
Aui appellatio. 1705
Auxalia. 1845
Auxilium militare. 638
Auxilium iuris. 217
Axinomantia. 1382
Axiomata. 1770
Azymorum festum. 1341
Azymus panis. 1571

B

Babosus. 671
Baburtus. 671
Babylonicæ vestes. 791
Bacalaureus. 346
Bacchari amore. 1514
Baculus pro potestate. 1183
Baiulare. 1771
Baiuli. 1772
Balanus. 799
Balbus. 403
Baldachinum. 1598
Balinea. 1412
Balistarij. 130
Baliuus. 321
Balnearij. 930
Balneator. 1412
Balneatorium. 1412
Balneum. 1412
Balsamum in confirmatione. 1560
Baltheus. 852
Baluca. 207
Balucum, Baluca, Balux. 873
Bancarius. 1054
Banna. 1718
Bannire, Bannitus. 164
Bannire ad placitum. 164
Bannum. 164
Bannum Christianitatis. 1718
Bapheus. 789
Baptismalis ecclesia. 1308
Baptismus. 1545
Baptismus Christi. 1550
Baptismus fluminis. 1546
Baptismi definitio. 1547
Baptismi nomina. 1546
Baptisterium. 1545
Bapto. 789. 1545
Baptosericum. 789
Barataria. 1848
Barbaricani. 130
Barbam expilare. 1771
Barbarica pestis. 985
Barbari in iure. 402
Barbaricarij. 130
Barbarus. 402
Barboritæ. 544
Bardus. 1771
Bargus. 1958
Baria. 312
Baron. 312
Barones. 310
Baronia, & comitatus. 312
Baronis dignitas. 312
Baronissa. 312
Barius. 312
Basilica. 1401. 1418
Basilicarius. 280
Basilicum. 1401
Basis. 1426
Bastagarij. 792
Bastagiarij. 1034
Bastaya. 1278
Bastardorum appellatio. 378
Bastazo. 1034
Basternæ. 1412
Bastonicum. 1958
Battuti, & disciplinati. 1825
Batalare. 1958
Beare idest prodesse. 34. 737
Beatificus status. 35
Beatitas & beatitudo. 34
Beatitudo quid & quotuplex. 35. 36
Beatitudo quæ, & (qua.) 36
Beatitudo differt à fine. 34
Beatorum fructus. 41
Beatus. 34
Beatus & sanctus. 1404
Beetrias. 1830
Begardus. 1362
Beguina. 1362
Beguta. 1362
Bellum & prælium. 602
Bellum & seditio. 603
Bellum iustum formaliter. 609
Bellos. 620
Bellua & bestia. 808
Benedicere. 1574
Benedicere pro maledicere. 1574
Benedictio. 1389
Benedictio & consecratio. 1574
Benedictio Episcopalis. 1543
Beneficentia. 103. 564
Beneficiariæ actiones. 1238
Beneficiarij milites. 616
Beneficium iuris. 217. 1283
Beneficium Principis. 1971
Beneficium. 230
Beneficium quid. 1283
Beneficium quotuplex. 1284
Beneficium epistolæ. 1283
Beneficij appellatio. 1291
Beneficij Episcopus. 1661
Beneplacitum. 58
Beneplaciti voluntas. 59
Beneuolentia. 103. 564
Benignitas. 1458
Benignitas, quod bonitas. 69
Beresith. 485
Beris. 785
Beryllus. 870
Bes. 1092
Bes, vsura. 984
Bestia & Bellua. 808
Bestiæ appellatio. 808
Bestialitas. 1511

I N D E X

Bestiarij. 808
Biarchus. 612
Bibere, & potare. 1494
Biblia. 488
Bibliographus. 349
Bibliopola. 349
Bibliotheca. 349
Bibliothecarius. 349
Biblos. 349. 488
Bidens. 135
Biduana. 1958
Biduum continens. 1771
Biennium. 1155
Bigamia, Bigamus. 1676
Bigamia quotuplex. 1677
Bilis, Biliosa. 115
Bilinguis. 912
Bimestre. 1150
Bini & duo. 432
Bina sponsalia.
Biretum. 858. 1845
Birrum. 858
Biscoctum. 797
Bispellio. 1845
Bissextus, & Bissextilis annus. 1152
Biuium. 1419
Blachernæ. 1412
Bladum. 798
Bladi appellatio. 798
Blæsus. 403
Blandiri sibi. 1459
Blanditia. 1459
Blasmus. 1255
Blasphemia. 116
Blasphemia qoid. 1391
Blasphemia quotuplex. 1392
Blaterare & blatire. 1846
Blatta. 789. 792
Blattaserica. 1846
Blattearius. 792
Blotare. 932
Blutare. 1958
Bodones, & botones. 1846
Boethi. 964
Boeti. 513
Bombycinæ vestes. 791
Bombyx. 791
Bona. 737
Bona ecclesiastica. 843
Bona fides. 725
Bonæ fidei contractus. 942
Bonarij. 1846
Boni definitio. 70
Boni diuisiones. 72
Boni mores. 1774
Bonorum possessor, & possessor bonorum. 710
Bonorom possessio. 710
Bonorum appellatio. 737
Bonitas obiectiua. 71
Bonitas quod benignitas. 69
Bonitas, & bonum multiplex. 71
Bonitas supplet ætatem. 78
Bonitatis acceptio. 69
Bonum. 77
Bonum simpliciter. 72
Bonus vir. Vide Vir bonus.
Bonum & æquum. 178
Bonum odium. 105
Bonum nomen facere. 949
Botanomantia. 1382
Botones. 1846
Bouleuta. 314
Brabeuta. 1004
Bracharij. 530
Brachialia. 787
Brachium Patris. 13
Bractearius. 130
Brauium. 1006
Brephos. 573
Brephotrophium. 573
Brephotrophus. 573
Breue Apostolicum. 491
Breue tempus. 1134
Breuiarium. 1330
Breuiculus. 483
Breuiloqua substitutio. 1079
Breuis terminus. 25
Breuis scriptura. 483
Bria. 1492
Brupreftis. 809
brutus. 808
Bubalinæ stragulæ. 897
Bubalus. 807
Bubulconicus. 1771
Bubulcus. 807. 1771
Bubulnicut. 807
Buccellarius. 797
Buccellarij. 930
Buccellatum. 1572
Buccinum. 792
Buccula. 622
Buccularij. 622
Bucus. 403
Bufones. 1002
Bulla quid sit. 491
Bulla aorea. 491
Bullæ variæ. 1641
Bullari in facie. 173
Bulleuta. 314
Bunuarium. 1958
Bunas iudicat. 1771
Burdo & mulus. 809
Burgi. 1425
Bupreftis. Vide Brupreftis.
Burgense feudum. 994
Burgnndines. 1848
Bursale commodum. 811
Bustum. 1129
Butte. 781
Butyrum. 1484
Byocolitæ. 931
Byrsa. 1508
Byssinæ vestes. 791
Byssus. 791

C

Cabalistica. 1384
Caballatio. 810
Caballus & equus. 810
Cacabus. 781
Cadauer. 1846
Cadarfreda. 1958
Cadens in virum constantem. 110
cadere causa. 1097
cadere dominio. 1097
cadere hæreditate. 1097
cados Deus. 6
caduca bona. 1940
caducarij. 1846
caducum quid. 1109
caduceatores. 1846
caducum legatum. 1109
caduca bona. 745
caduca auspicia. 1109
caduca dos. 1109
caduca hæreditas. 1109
caducea. 133. 637
cadus. 780
cæcitas. 586
cæcus. 586
cædere. 900
cædere furtim arborem. 764
cædere pignora. 1045
cædes. 900
cædua sylua. Vide Sylua cædua.
cælare. 130
cælatura. 130
cælebs. 1502
cælestis aqua. 762
cælibatus. 1502
cæliaci, aluini. 586
cælicolæ. 1383
cælum. 283
cœna legalis, vsualis, mystica. 1967
cæna recta. 1410. 1757
cænæ Bulla. 1641
cænam condicere. 1241
cænaculariam exercere. 1410
cænacularium. 1410
cænaculum. 1410
cænatoria. 1410
cænobium. 1367
Cænopraxia. 1056
cænula. 1482
cæremonia, & sacramentale. 1540
cæritas. 505
cæsa. 1847
cæsalis lapis. 1847
cæsar. 306
cæsariani. 306
cæsarienses. 306
cæsones. 306
cætera. 453
cæteroquin. 437
cæterorum appellatio. 453
cæterum. 453
cætus. 304. 531. 1056
calamitas, calamitosi. 1847
calamus. 1847
Calantica. 787
calare. 336. 1149
calata comitia. 336
calcaria. 1426
calciatum. 637
calculator. 964
calculus. 86. 964
calendæ. 1149
Calendæ quartæ. 1771
Calendæ quintæ. 1149
Calendaria. 1335
Calendarium. 1149
Calidarium. 1412
Caliga. 612
Caligæ. 857
Caligæ Episcopales. 785
Caligæ scalatæ. 785
caligatus. 614
caligulæ. 1843
calix. 780. 1595
calliditas. 659
callon. 1847
calopodium. 1847
calor iracundiæ. 114
calos quòd bonum. 70
caluati. 1513
caluitur. 1455
calumniæ iuramentum. 1372
calumniari. 1191
calumniator. 1193
calypso. 488
calx pro fine. 15
cambagi. 857
cambium. 1052
cambium per litteras. 1053
cambium ad nundinas. 1053
camelarij. 130
camelasia. 130
camera. 1414
camera cerrada. 1989
cameræ auditor. 278
camerarius. 278
camerata arca. 1424
camiaca. 752
caminus. 1772
camisia. 854
campagæ. 785
campanici. 616
campobi. 857
campsarius. 1054
campsor. 1054
campus. 759
camum, seu camnium. 1495
canapis. 637
cancellare. 518
cancellariatus dignitas. 293
cancellarius. 342
cancelli. 1772
candelabrum. 776. 1593
candelæ altaris. 1594
candidatus Principis. 316
canina facundia. 1783
canis impudicus. 1513
cannetum. 762
canon. 184
canon Missæ. 1589
canon militaris vestis. 1276
canon frumentarius. 1276
canon emphyteuticus. 998

Canon

Canon glebæ. 998
Canon telonei. 998
Canonia. 273
Canonica portio. 848
Canonica infamia. 167
Canonica monitio. 1727
Canonica lex. 193
Canonicæ feriæ. 1346
Canonicari. 722
Canonicatus dignitas. 293
Canonici libri. 490
Canonici. 273
Canonicorum appellatio. 273
Canonicum. 1750
Canonicum impedimentum. 1686
Canonicus finis qui. 15
Canonizare. 1336
Canonizare. 184
Canonizatio. 1336
Cantare & legere officium. 1330
Cantharis. 1756
Cantharus. 1495
Cantica canticorum. 487. 1404
Canticum. 487. 1327
Canticum psalmi. 1327
Cantor. 272
Cantus reciprocus. 1327
Capacitas doli. 78
Capella vnde dicta. 1289
Capel'a & maioratus. 1118
Capellania duplex. 1289
Capellanus maximus. 276
Capere. 728. 1213
Capere & accipere. 728
Capere fructum. 793
Capeflata. 710
Capessere honorem. 718
Capi. 1847
Capio, nomen. 1849
Capio mortis. 1849
Capistrum. 1772
Capitale crimen. 143
Capitale iudicium. 1169
Capitales minæ. 111
Capitales inimicitiæ. 105
Capitales triumuiri. 320
Capitalis pœna. 161
Captatio. 1850
Capitis diminutio. 160
Capitium. 787
Capitula. 1328
Capitularia. 179
Capitularia functio. 1937
Capitulum. 284
Capituli appellatio. 285
Capi Vestales. 1367
Capnos. 1113
Cappa. 856. 857
Capsa. 777
Capsarij. 323
Capsella. 777
Capsula. 777
Captare. 1069. 1459
Captatoria conditio. 956
Captatoria institutio. 956
Captatorium testamentum. 1069
Captio. 642
Captio quid. 1069
Captio, Captiosum. 1453
Captura. 1213
Capulares. 1165
Caput. 326. 161
Caput quid. 265
Caput aquæ. 326
Caput Ecclesiæ. 13
Caput liberum. 326. 832
Caput liberum facere. 326. 832
Carbasea. 1850
Carbo & pruna. 1808
Carbone notare. 1772
Carboniana possessio. 710
Carbonum appellatio. 1772
Carcer. 1213
Carciaticon. 977
Cardamomum. 1850
Cardinales virtutes. 119
Cardinalis. 267
Cardinalium declarationes. 190
Cardinalium appellatio. 267
Cardinare. 267
Cardo rei. 267
Carena. 169. 1483. 1637
Careum. 578. 799
carica. 799
caritas & inopia. 562
caritas & vilitas. 1023
carnearij. 102
carnifex. 1519
carnificare. 1519
carnificina. 1519
carnium appellatio. 1484
carpentarij. 130
carpentum. 130
carruca, Carrus. 777
casa. 1415
casalis appellatio. 359
casamentum & domus. 1407
casata. 359
casatæ appellatio. 359
casearea taberna. 1490
casito. 1772
cassare. 226
cassianus furor. 1851
castaldia. 279
castaldiæ feudum. 994
castaldus. 279. 931
castè & honestè viuere. 1498
castellani. 614. 624
caste'larij. 624
castellum. 624. 773
castigare. 156
castigatio. 156
castimonia. 1496
castitas. 1476. 1496
castitas duplex. 1497
castitudo. 1496
castra. 623
castrametator. 612
castrametor. 623
castratus. 1502
castratus & spado. 1836
castrense peculium. 749
castrensiani. 612
castrensiarij. 312
castrum. 623
castrum pro palatio. 749
castri appellatio. 623
casuale homicidium. 897
casualis conditio. 955
casu factum. 898
casula. 856
casus quid. 1621
casus & censura. 1621
casus fortuitus. 147. 988
casuum fortuitorum appellatio. 988
casuum reseruatorum appellatio. 1725
catabolenses. 1851
cataclismus. 171
catadromus. 1423
cataplus. 1430
catastrum. 1851
catechismus. 1658
catechizo. 1658
catechumenus. 551
categorica propositio. 470
cathedra. 345
cathedralis. 1308
cathedraticum. 849
catholica Ecclesia. 262
catholica fides. 521. 523
catholiciani. 306
catholicus. 551
cathomus. 133. 168
catillus. 133
catoniana regula. 1073
catoptromantia. 1382
caudicarij. 1852
cauea publica. 1428
cauena. 1852
cauere. 901
cauere ab aliquo. 961
caulliari. 1852
Cauma. 886
caupo & stabularius. 1034
Caupona. 1495
Caupona & taberna. 1022
Causa. 954
Causa quid sit. 1227
Causa multiplex. 1228
Causa lucratiua. 708
Causa iuris. 1231
Causa propria. 1231
Causa perpetua. 1230
Causa finalis & impulsiua. 18
Causa minima. 1228
Causa bona. 1229
Causa plus petere, & plus repetere. 1229.
Causæ appellatio. 1219
Causam circunduci. 1223
Causam subscribere. 1231
Causam dicere. 1230
Causalis vsusfructus. 1972
Causaria missio. 614
Causaria missio. 638
Causarij milites. 614
Causatiua necessitas. 51
Causidicus. 1206
Causidici sordidi. 1206
Cautela. 655. 961
Cautelosus. 961
Cauteriata conscientia. 97
Cauterium. 97. 133
Cauti qui. 961
Cautio. 958. 655
Cautio multiplex. 958
Cautio nullo pacto. 959
Cautio de euictione. 959
Cautio de vsufructu. 959
Cautionalis stipulatio. 941
Cautionis acceptio. 958
Cautionis appellatio. 960
Cautor formularum. 1852
Cautum. 961
Cautum pro mandato. 1060
Ceda, cedula. 510
Cedere. 726. 1301
Cedere & concedere. 977
Cedere & mandare actionem. 1837
Cedere diem in legatis. 1112
Cedere opera. 1112
Cedere hæreditatem. 1098
Cedere intercessioni. 1266
Cedendarum actionum beneficium. 1041.
Cedit tempus. 199
Cedula & ceda. 510
Celare quid. 1626
Celeberrimus. 301
Celebrare sacramenta. 1539
Celebris ciuitas. 301
Celerum tribuni. 318
Celeusma. 1772
Cella & cubiculum. 1410
Cellarium. 281. 1410
Cellarius. 281. 1410
Cenodoxa. 1524
Cenodoxia. 1468
Cenotaphium. 1124
Censere. 1723
Censere territorium. 1772
Censiti. 1031
Censiti capite. 1850
Censitor. 1277
Censor. 315
Censor, censura. 1723
Censores. 1175
Censorius vir. 315
Censualis contractus. 1049
Censualis forma. 1047
Censuarius. 1049
Censura. 1175
Censura Censor. 1723
Censuræ acceptio. 1724
Censuræ definitio. 1724
Censuræ appellatio. 1725
Censura quotuplex. 1724
Censura a iure. 1726

Censura ab homine. 1726
Censura lata & ferenda. 1727
Censura diuina. 1730
Census. 1047
Census & censitor. 1269
Census duplex. 1269
Census militaris. 138
Census fraudati crimen. 146
Census ignorantiæ. 1049
Centarcha. 612
Centenarij. 611
Centenarij exactores. 1279
Centesima vsura. 984
Centesimæ calendæ. 1167
Centesimare. 645
Cennes aureorum. 816
Centones. 591
Centumuirale iudicium. 1171
Centumuiri. 310
Centuria. 628
Centuriata comitia. 336
Centuriatæ leges. 194
Centurio. 611
Centussis. 1026
Cephali. 326
Cerdo. 130
Ceraria. 637
Cereales ædiles. 318
Ceremonialia præcepta. 193
Ceretani. 583
Cernere hæreditatem. 1097
Ceroferarius. 1652
Certamen. 605.1005
Certamen inire. 639
Certare. 1005
Certare cum vsuris. 1282
Certatores. 605.1005.1361
Certa scientia. 235
Certificare. 84
Certificatores. 1198
Certiorare. 84
Certum. 84
Certum corpus. 84
Certus hæres. 108
Cerui. 86
Ceruical. 776
Ceruicem erigere. 1772
Ceruisia. 803.1485.1495
Ceryx. 133
Cessatio à diuinis. 1748
Cessicus tutor. 387
Cessim ire. 1852
Cessitia tutela. 387
Cessio. 726
Cessio beneficij. 1301
Cessionarius. 726
Cessum dare. 1852
Ceu. 441
Chænix. 1026
Chalcos. 875
Character. 1536
Character clericalis. 1650
Charisticon. 977
Charitas pro iustitia. 672
Charitatis acceptio. 563
Charitatis præceptum. 566
Charitatiuum. 849
Charta. 509
Chartæ appellatio. 482
Chartacei codices. 1772
Chartiaticum. 510
Chartophylacium. 349.510
Chartoprati. 510
Chartularius iudex. 1174
Charum & carum. 562
Chasma. 886
Chelmiæ. 1852
Chiliarchus. 296.611
Chirias. 611
Chiragra. 589
Chirembolum. 66
Chirodota. 784
Chirographaria actio. 1135
Chirographarius. 499.948
Chirographica cautio. 959
Chirographum. 499
Chiromantia. 1380
Chironomi, chironomia. 1772
Chirothecæ. 857
Chlamis. 784
Chocolate. 1485
Chomata, seo comata. 625
Chorea. 1005
Choreę publicæ. 1514
Chorepiscopus. 269
Chors. 864
Chortales. 864
Chorus quid. 1325
Chorus ecclesiasticus. 1325
Chresis. 250
Chrisma. 2
Chrisma quid. 1560
Chrismatis sacramentum. 1558
Christiani. 2
Christiani qui. 550
Christiani omnes religiosi. 1825
Christus Alpha & Omega. 1
Christus quòd victus. 2
Christus ante Ioannem factus. 1992
Christus proximus. 580
Christi nomina. 1
Christi nomen multiplex. 13
Chrysammos. 873
Chrysamus. 780
Chrysolithus. 870
Chrysoma. 780
Chrysulca. 1756
Chymica. 130
Cibaria. 392
Cibariorum appellatio. 392
Cibarius panis. 391
Cibi appellatio. 392
Ciborium. 1596
Cibus & victus. 392
Cicatrix. 902
Ciconiaria lex. 1768
Cidaris. 852.857
Cilia. 531
Cilicium. 637
Cimelia. 1595
Cimeliarcha. 1595
Cimeliarchium. 1595
Ciminarcha. 272
Cincticulum. 855
Cingere arborem. 1773
Cingulum. 337.855
Cippus. 1129
Cippus in legatis. 1113
Cippi appellatio. 1113
Circa circum. 459
Circense tormentum. 824
Circenses ludi. 1006
Circiter. 459
Circitores. 632
Circuitor. 632
Circuitores. 1004
Circulator. 1004
Circumluuio. 770
Circummeator. 632
Circumcelliones. 1852
Circumcidere. 1554
Circumcisio. 1554
Circumcisionis effectus. 1555
Circumducere. 1123.1456
Circumducere edictum. 221
Circumducere litteram. 519
Circumducta citatio. 1213
Circumscriptum territorium. 1826
Circumstantiæ. 79
Circumstantiæ quæ. 1622
Circumstantia quotuplex. 79
Circumuenire. 659
Circumuentio. 659.967
Circus. 1006
Cis, & citra. 460
Cisiarius. 130
Cisium. 130
Cista. 133
Cisterna. 1426
Cisterna vini. 1886
Citatio quid. 1223
Citatio quotuplex. 1223
Citra & vltra. 460.469
Citreæ mensæ. 777
Ciues. 302
Ciuium appellatio. 302
Ciuile est. 1773
Ciuile iudicium. 1169
Ciuile testamentum. 1070
Ciuiles fructus. 793
Ciuiles menses. 1147
Ciuilia verba. 408
Ciuilia præda. 753
Ciuilis actio. 1235
Ciuilis affinitas. 1711
Ciuilis causa. 1228
Ciuilis filius. 372
Ciuilis infamia. 167
Ciuilis interruptio. 725
Ciuilis lex. 193
Ciuilis obligatio. 207
Ciuilis panis. 391
Ciuilis possessio. 706
Ciuilis proprietas. 408
Ciuilis solutio. 892
Ciuilissima possessio. 707
Ciuitas & vrbs. 300
Ciuitatis appellatio. 301
Ciuitatem vsurpare. 732
Clabula. 637
Clabularis cursus. 637
clades. 637
clam. 460
clam factum. 460
clamor. 116.922
clamorosa venatio. 860
clamosa venatio. 1840
clandestina possessio. 706
clandestina sponsalia. 1666
clandestinitas. 1694
clandestinum matrimonium. 1672
clarigare, clarigatio. 643
clarissimatus. 307.328
clarissimus. 328
claritas. 328
clarios. 838.1059
clarum & notum. 920
classici authores. 91
classici milites. 629
classici testes. 1198
classis. 629
clauarius. 130
clauatæ vestes. 1773
claudus. 588
clauicarij. 130
clauium potestas. 1615
clausis. 1773
claustralis prioratus. 274
claustrum. 1366
clausum testamentum. 1068
clausula, pro hac vice. 1969
clausulæ prægnantes. 1806
clauus. 791
clementinæ. 254.258
clepere. 622
clepo & clepto. 934
clerica. 288
clericalis habitus. 853
clericatus. 1362
clerici. 303
clerici ciues & vassalli. 334
clerici vsurarij. 648
clerici publicæ personæ. 335
clericus. 288
clericus saluaticus. 289
clericorum appellatio. 288
cleronomia. 846.1092
clerus. 289.1092
clibanarij, Clibanus. 1853
clientela. 1208
clientes. 1208
clitella. 1034
cliui. 1422
cliuosa via. 1422
cliuosa & plana via. 1179
cloaca. 1423
cloacæ appellatio. 1423
cloacarium. 1423

Cloa-

cloacarius. 1413
cludere & clusus. 1853
Clypeus & scutum. 621
clyster. 1773
coactilia. 133
coactiua correctio. 137
coactiua vis. 209
coactor. 53
coactum, coactio. 53
coactum matrimonium. 1673
coadiutor. 1309
coæstimare. 1853
coalere. 416
coalluere. 1853
coarctare. 424
coccinæ vestes. 792
coccum. 792
cocinatorium. 1853
cocus. 130
cocus Imperatoris. 130
codex. 256.
codex robustus. 169
codicis diuisio. 260
codicillaris clausula. 1066
codicillus. 1066
codonophori. 1889
coemeterium. 1981
coemptio in matrimonio. 1673
coercere, compescere. 157
coercitio multiplex. 1854
coerrare. 338
cogere. 53
cogitationis pœna. 173
cognatio spiritualis. 1690
cognatio legalis. 1690
Cognatio seruilis. 1708
Cognatio triplex. 1690
Cognationis spiritualis species. 1717
Cognitio. 1755
Cognitio & notio. 1180
Cognitionis auspicia. 1220
Cognitor. 1205
Cognomen. 406
Cognoscere. 1180
Cognoscere, cognitio. 1513
Cogoza. 951
Cohabitare. 1971
Cohærentium appellatio. 1023
Cohærere solo. 1013
Cohæres. 1082
Cohibere. 208
Cohors. 627
Cohortales gallinæ. 864
Cohortalis. 627
Cohortes quot. 628
Coire. 1056
Coitus damnatus. 174. 175
Colaces. 1459
Colere. 1335
Colere nummis. 1773
Colias. 1886
Collaterales. 393
Collateralis linea. 1695
Collatæ nuptiæ. 1854
Collatio quid. 1102
Collatio instrumentorum. 505. 1102
Collatio & illatio. 1271
Collatio & imputatio. 1980
Collatio serotina. 1482
Collatio beneficij. 1195
Collatio appellationis. 1296
Collationes. 256
Collatiua capellania. 1289
Collatiuum beneficium. 1285
Collatores. 1271
Collaudatio. 999
Collecta. 1328
Collectæ. 1273. 1584
Collecta societas. 1565
Collectarij. 1854
Collectiua dictio. 508
Collega. 285
Collegatarij. 1854
Collegiata Ecclesia. 1308
Collegium. 289
Collegij appellatio. 285
Colligantiæ medium. 31
Colligere hereditatem. 1854
Collimenarchæ. 612
Collisum argentum. 876
Collocare se nuptui. 1722
Collocare in vxorem. 1722
Collocata pecunia. 985
Collobium. 584
Colluctatio. 607
Colludere. 1226
Collusio. 1226
Collusor. 1226
Collybista. 1054
Collybus. 1052
Collybum. 1054
Collyrium. 578
Colonaria. 953
Colonarium ius. 1031
Colonia & mancipium. 300
Colonatus, colonia. 1031
Colonus ager. 759
Colonus & inquilinus. 1035. 1977
Color quæsitus. 723. 1455
Colorata donatio. 974
Colorata possessio. 706
Coloratus titulus. 723
Coloria vestis. 791
Columnis varium. 133. 877. 1413
Columba. 865
Columbæ osculum. 1666
Columbaria. 865
Columbæ. 1854
Columnarium. 1413
Comagena. 1854
Comarchus. 310
Comata, seu homata. 625
Comazin. 1488
Combinæ. 1854
Comes, socius, & sodalis. 310
Comes & socius. 1057
Comes rerum priuatarum. 311
Comes sacri patrimonij. 311
comes sacrarum largitionum. 1280
comes horreorum. 311
comes Onenris. 311
comes sacri patrimonij. 311
comes stabulis. 311
comessalia. 1488
comessaria. 1488
comessationes. 1488
comessator, comessor. 1488
comessor, comestor. 1488
cominus. 1438
comio. 573
comitans ignorantia. 89
comitas. 1458
comitatenses. 302. 614
comitatiua honoraria. 332
comitatiua Doctoris. 243
comitatus idest territorium. 301. 1435.
comites varij. 310. 311
comites iuramenti. 1368
comitia. 336
comitiales dies. 1141
comitialis morbus. 1854
comitiati Tribuni. 318
comitissa. 312
commagena. 576
commandare. 223. 1059
commeatilis miles. 638
commeatus. 638
commenda. 1307
commendare. 1307
commendare pro punire. 157
commendata ecclesia. 1307
commendatarius. 1307
commendatitiæ litteræ. 495
commensales. 536. 358
commentariensis. 515. 1214
commentarij. 1765
commentarius. 515
commentum. 1453
commerciorum comes. 311
commercium. 1019
commilitium. 613
commilitones. 613
commissa hæreditas. 1093. 1095
commissa stipulatio. 941
commissi pœna. 170
commissio. 140
commissio in ludo. 1006
commissoria lex. 170
commissoriæ legis pactum. 1013
commissum. 900
commissum secretum. 1625
committere. 152
committere & conferre. 1188
committi pœnam. 173
committi pignus. 1046
committi promissionem. 970
commixtio & confusio. 733
commodare. 990
commodatarius. 989
commodatum. 989
commonitorium. 1854. 942
commorari & habitare. 1407
commotus. 1774
commune & publicum. 918
commune bonum. 741
commune priuilegium. 233
commune negotium. 1009
commune votum. 1354
communes res. 299
communicare in crimine criminoso. 145
communicatio ciuilis. 1733
communio. 1565
communio rerum. 945
communio spiritualis. 1572
communis error. 86
communis hæreditas. 1093
communis necessitas. 51
communis opinio. 92
communis paries. 1803
communis res. 741
communitas politica. 294
communitas perfecta & imperfecta. 300
commutatio. 212
commutatiua iustitia. 675
como t. curo. 323
comos. 1488
compagi. 857
companator. 544
comparatiuus. 479
comparendi onus. 1672
compascuus ager. 759
compaternitas. 1717
compatibile beneficium. 1288
compendium viæ. 1419
compendiosa substitutio. 1079
compensatio. 895
compensatio & deductio. 895
comperendinata dies. 1142
comperendinatus reus. 1213
comperendini dies. 1141
competens iudex. 1175
competens castigatio. 156
competentes vsuræ. 985
competere. 1175
competitores. 1524
compillare. 934
compilare leges. 934
compita. 1419
complacita pactio. 944
complexio. 1936
complexus & copulatio. 1073
complexus nefarius. 375
complex delicti. 1996
complices. 545
componere. 1855
compositio & transactio. 1214
compobi. 857
compositionis Bulla. 1641
comprehensio legis. 210
comprehensorium. 255
compromissarius. 1173
compromissum. 1855
compromissi electio. 1293
compulsoriæ litteræ. 1855
computare. 896
computatio. 964
computatio ætatis. 1963
compulsiua vis. 55

com-

compulsores, 1762
comus. 1488
conatus. 1855
concameratio. 1414
concauum. 1919
concedere. 977
conceptio ad ætatem. 1963
conceptio verborum. 507
conceptis verbis iurare. 1968
conceptiua festa. 1345
concessum & permissum. 209
conchyle. 862
conchylegulus. 862
conchylegus. 792
concilia quatuor. 531
conciliabolum. 532
concilium. 531
concilium & comitium. 136
concinnare. 1222
concinnatores litium. 1222
concio. 534
concionator. 534
concionatoris appellatio. 534
concipere. 566
concipere votum. 1357
concipere vadimonium. 1038
concipere iuramentum. 1374
conclaue. 284
conclusio. 1226
conclusiones mulctatitiæ. 1797
concordia. 570
concorditer. 415
concordium. 1856
concors. 510
concors electio. 1293
concratitius paries. 1414
concubina. 1505
concubinatus. 1505
concubinarius. 1505. 1506
concubinus. 1506
concubitus. 1505
concubitus damnosus. 374. 375
concubitus alienus. 1513
concubo. 1505
conculcatio. 1805
conculcatio verborum. 409
concupiscentia. 103
concupiscere & velle. 64
concuratores. 1856
concurbita. 959
concurbitauerint. 999
concursus. 1774
concussio. 145
concussionis crimen. 145
condemnatio acerrima. 1765
condicere. 1241
condictio. 1234. 1241
condictio iuridice. 1242
condictio ex leges. 1243
condictio ex scriptura. 1245
condictio certi. 1243. 1245
condictio indebiti. 1243
condictio ob causam. 1244
condictio ob turpem causam. 1244
condictio sine causa. 1244
condictitia lex. 1245
condictus dies. 1241
conditio quid sit. 953
conditionis acceptio. 953
conditio multiplex. 953
conditio seruilis. 1690
conditionata. 59
conditio ambulatoris. 67. 1187
conditio negatiua & distributiua. 1993
conditione sua non vtar. 953
conditionibus stare. 953
conditionale votum. 1355
conditionales. 1856
conditionales coloni. 1032
conditionales creditores. 1856
conditionales serui. 511
conditionalis coactio. 54
conditionalis stipulatio. 941
conditionalis fideiussor. 1039
conditionaliter. 957
conditionata absolutio. 1728
conditionata voluntas. 59
conditionatum feudum. 997
conditionatum matrimonium. 1673
conditorium. 1981
conditura. 1490
conditum. 1124
conducere, & locare. 1029
conductio, & locatio. 1029
conducti actio. 1133
conductitiæ operæ. 1757
conductor & locator. 1029
confarreatio. 361
conferre, & committere. 1188
conferre, & coniungere. 1313
confessarius idoneus. 1821
confessio sacramentalis. 1614
confessio generalis. 1543
confessoria actio. 1236
confestim. 1161
conficere rationes. 964
confidentia. 559
confidentia positiua, & negatiua, ad peccandum. 1982
Confidentia ingressus. 1317
Confidentia regressus. 1317
Confidentialis simonia. 1317
Confinia. 1437
Confinis locus. 1437
Confirmare. 1122
confirmatio in gratia. 1988
Confirmatio, confirmare. 1557
Confirmatio. 1222
Confirmatio definitur. 1558
Confirmatio in forma communi. 1122
Confirmatio diuina. 1558
Confirmatio beneficij. 1295
Confirmationis effectus, subiectum, & minister. 1563
Confirmator. 1557
Confiscatio, confiscare. 166
Confiscatus tutor. 166
confissões cumprir. 1989
Conflare. 1456
Conflatum vas. 781
Configere. 605
Conflictus. 605
Confraternitas. 1370
Confuga. 1856
Confundere, & miscere. 733
Confundi obligatio. 966
Confundi seruitutes. 966
Confundi vsusfructus. 966
Confusio, & commixtio. 733
Congiarij beneficiati. 1308
Congiarium. 591. 976. 1028
Congium. 591. 1028
Congius. 780
Conglutinati. 511
Congregatio. 285. 304
Conhecença. 1352
Congrex. 1958
Congrua sustentatio. 1309
Coniectio causæ, conijcere causã. 1856
Coniectura. 1856
coniugalis castitas. 1498
coniugalis status. 1359
coniuges. 360
coniugium. 1668
coniuncti. 1086
coniuncti triplices. 1086
coniunctorum appellatio. 1087
Coniunctio. 410
Coniunctio, & vnio. 1313
Coniunctioa appellatio. 1267
Coniungere & conferre. 1313
Coniurare. 1370
Coniuratio. 1370
Conniuere, conniuentia. 62
Connubium. 1667
Conquerens. 1194
Consanare. 1857
Consanguinitas. 1690
Conscientia multiplex. 82
Conscientia pro licentia. 80
Conscientiæ nomen. 80
Conscientiæ natura. 81
Conscientiæ acceptio. 82
Conscientiæ forum. 1620
Conscientiæ casus. 1621
Conscribere. 1232
Conscripti patres. 314
Conscriptio. 483
Conscriptio t. cautio. 961
Consecrare, & execrare. 1573
Consecratio. 1573
Consecratio, & benedictio. 1574
Consecratio est essentia Missæ. 1581
Consensus, & assensus. 62
Consensus circa media. 22
Consensu perfici. 943
Consentire, & malignari. 65
Consequens voluntas. 59
Consequens necessitas. 50
Consequentia litterarum. 511
Consequor. 1658
Conserere manus. 729
Conseruatiua conditio. 1821
Conseruator. 1176
Consignatio. 1558
Consignatiuus census. 1048
Consilium. 61. 176. 931
Consilij verba. 224
Consistere aduersus adolescentem. 1823
Consistoriale beneficium. 1286
Consistorialis aduocatio. 1207
Consistoriani comites. 310
Consistorium. 284
Consobrini, consororini. 1706
Consocialis scientia. 80
Consolidatio. 695
Consors. 1959
Consortes. 1115
Consortium. 1668
Conspiratio. 1057. 1370
Consponsores. 1857
Constantia. 1472
Constans ætas. 1164
Constare. 1472
Constellatio. 1383
Constituere. 1237
Constituere quæstionem. 1226
Constituti clausula. 1823
Constitutio, & ordinatio. 183
Constitutiua lex. 195
Constitutor. 1038
Constitutum. 1133
Constitutus reus. 1210
Constitutum ius. 216
Consuetudo. 245
Consuetudo quid. 246
Consuetudo quod ius. 682
Consuetudo quotuplex. 248
Consuetudo formalis. 245
Consuetum, & solitum. 249
Consul. 307
Consulares leges. 194
Consularis vir. 307. 317
Consularis via. 1418
Consulatus. 307
Consultare. 650
Consultatio. 61
Consultatio, consultus. 221
Consultoriæ sortes. 1000
Consummatio sacramentorum. 1564
Consummatum matrimonium. 1672
Contemnere, & despicere. 1774
contemplatio. 1323
Contemptio. 1524
Contemptus. 1447
Contemptus legis. 213
Contendere. 1225
Contentio. 608. 1978
Contentio t. intentio. 19
Contentiosa iurisdictio. 1186
Contentiosum forum. 1225
Contestari litem. 1218
Contestatio litis. 1218
Contestatorium iuramentum. 1371
Contestes. 1199
Contexta laua. 807
Contia. 334
Conticinium. 1140

Con-

Consignatio. 1414
Continens. 1498
continens ædificium. 1406. 1994
continens & temperans. 1516
continentes prouinciæ. 336
continentia.) 1476. 1498. 1516
contingere. 1959
continuatiuæ voces. 444
continui dies. 1140
continuò. Mox, statim. 1161
continuum tempus. 1132
contra. 461
contra bonos mores. 1774
contractus. 937
contractus multiplex. 942
contractus bonæ fidei. 942
contractus acceptio. 937
contractus appellatio. 946
contradictionis libertas. 44
contradictorium iudicium. 1171
contrahere fiduciam. 1063
contrapassio. 367. 726
contrariæ actiones. 1973
contrarietatis libertas. 44
constraste. 1024
contritio, contero. 1607
contritio, & attritio. 1611
contritio formata. 1611
contritionis essentia. 1608
controuersia & lis. 1217
controuersiam status facere. 840
contubernales. 1057
contubernium. 1057. 1668
conturbare. 952
conturbatio. 112
contumacia, contumax. 1727
contumacia quotuplex. 1727
contumax & incorrigibilis. 1606
contumelia. 116. 909
contumelia, & conuitium. 911
contumelia pro iniuria. 881
contumeo. 909
contusa vasa. 1857
conuenæ. 1433
conuenire. 936
conuenire domi. 840
conuenit. 965
Conuenticulum. 1057
conuenticulus. 533
conuentio. 936
conuentionis libellus. 508
conuentionale priuilegium. 234
conuentionales Apostoli. 494
conuentionalis sententia. 1257
conuentionalis lex. 197
conuentionalis pœna. 158
conuentionalis simonia. 1316
conuentionalis vsusfructus. 695
conuentualis Ecclesia. 1308
conuentualis Ecclesiæ appellatio. 1367
conuentualis prior. 274
conuentum pactum. 943
conuentum agere. 1216
conuentus, vulgò comarca. 299
conuentus. 304. 531. 1367. 1441
contentus appellatio. 1367
conuersatio, idest habitatio. 1407
conuersio. 1575
conuersus. 1361
conuexum. 1959
conuictus. 1489
conuictus reus. 1212
conuitium, & contumelia. 912
conuiuium. 1489
conuiuium dominicum. 1567
conuolare ad monasteria. 1663
cooperatio. 931
copes pro copiosus. 1212
copiæ. 626
copiari. 626
copulatio complexus. 1073
copulatiua. 410
copulatiua pro disiunctiuis. 412
copulatiuæ voces quæ. 412
coquinarium. Vide Cocinatorium.
coram & palam. 461
coracinus. 1857
coram, & in præsentia. 1774
corbis. 133
corinthium æs. 878
cornelia lex. 199
cornicularij. 615
cornuarij. 1857
corona B. Virginis. 1324
corona Imperatoris. 305
corona victoriarum. 40
coronarium aurum. 40. 874
coronatus Imperator. 305
coronatus seruus. 830
corporale. 1594
corporalia bona. 741
corporati, idest collegiati. 285
corpus quid. 1106
corpus iuris canonici. 1950
corpus id est collegium. 285
corpus certum. 84
corradere pecuniam. 1462
corrasi nummi. 814
correctio, & correptio. 568
correctio, & corrigere. 157
correctores prouinciarum. 321
correctoria lex. 197
correi debendi. 1857
correptio. 157
correus. 1210
corrigere & correctio. 157
corriuales. 1513
corrumpere. 906. 1180
corruptela. 252
corruptus seruus. 829
corruptus testis. 1197
cortex nuda verborum. 409
coruata. 1276
corus. 1028
coscinomantia. 1382
costum. 1278
cotes. 867
cotonia. 867
cotta. 859
cottabomantia. 1382
craniomantia. 1382
crapula & ebrietas. 1493
crassa ignorantia. 88
craticius. 1803
craticius paries. 1414
creatio quid. 1575
credendi reus. 1209
credentes. 545
credentia. 1598
credentiarius. 646
credere. 946
credere in Ecclesiam. 557
credere Ecclesiam. 557
credere Deo, Deum, & in Deum. 557.
credibilitas. 528
credita pecunia. 947
crediti appellatio. 948
credito vendi. 1014
creditor. 947
creditor chirographarius. 499
creditores conditionales. 1856
creditoris appellatio. 948
creditum. 947
credulitas. 91. 528
credulitatis iuramentum. 1851
credulus. 528
cremia. 1857
cremiales arbores. 1857
cremor amygdalinus. 1482
creta. 867
creta notare. 1772
cretæfodina. 867
cretionum dies. 1141
crimen. 137
crimen multiplex. 141
crimen deriuare. 1863
crimen ciuile. 143
crimen mixti fori. 1956
crimen capitale. 161
criminalis causa. 1228. 1229
criminalis actio. 1235
Criminaliter agi. 1191
Criminator. 137. 1191
Criminis impedimentum. 1691
Criminosum crimen. 143
Criminosus. 137
Crina. 576. 578
Crinale. 788
Crinales fasciæ. 788
Crinonia. 576
Critologia. 1858
Crocofusia. 1959
Crocofantia. 787
Crocotia, crocotarij. 1858
Cruciarij. 1858
Cruciatæ Bullæ. 1641
Crudelis. 1519
Crudelitas. 1519
Cruor, sanguis, sanies. 370
Crurules. 788
Crustæ. 1858
Crustuarij. 1774
Crystallomantia. 1382
Cubicularis lectus. 813
Cubicularius. 117
Cubiculum. 1410
Cubiculum & cella. 1410
Cubiculum sacrum. 1399
Cubile. 1410
Cubitus. 1027
Cuculla. 1367. 1873
Cucuma. 781
Cocumella. 781
Cucurbita. 911
Cucurbitare. 911
Cucornia. 1761
Culcitra. 776
Culleus. 169
Culmen iudiciale. 306
Culpa. 77
Culpa peccatum. 136
Culpa multiplex. 147
Culpa lata. 147
Culpa latissima. 661
Culpæ appellatione. 148
Culpa facere. 661
Culpabilis ignorantia. 88
Cultus. 1335
Cultus quid. 1320
Cultus modestia. 1526
Cultus disparitas. 1691
Cum, & de. 461
Cuma. 824
Cumulatiua variatio. 1950
Cumprir confissões. 1989
Cuoctari. 85
Cuniculus. 625
Cupere & ambire. 1524
Cupiditas. 1461
Cuppa, Cuppula. 780
Cuppa calicis. 1595
Cur. 79
Cura & diligentia. 664
Curæ animarum appellatio. 1314
Curator. 184
Curatoris appellatio. 187
Curatum beneficium. 1285. 1287
Curax. 664
Curia. 331. 1400. 1508
Curia Romana. 1951
Curiæ appellatio. 331
Curiales. 331
Curialia verba. 1459
Curialium appellatio. 1951
Curiata comitia. 336
Curiatæ leges. 331. 194
Curiosi. 124. 1192
Curiositas. 124. 1525
Curiosus. 1525
Cursor. 1420
Cursores. 279
Cursus publicus. 1420
Curtis. 1858
Curtarius. 1958
Cussinus. 1593
Cussores. 130
Custodia. 1214

Custo-

Cuſtodia multiplex. 1214
Cuſtodia libera. 240
Cuſtodire & poſſidere. 714
Cuſtoditio. 714
Cuſtos. 280
Cydoneum. 803
Cydonium vinum. 1495
Cylindri. 788
Cymbium. 781
Cymolia creta. 867

D

Dactylomantia. 1382
Dactylotheca. 149. 777
Dæmoniaci. 1658
Dæmon. 1658
Dæmonium. 1658
Dalmatica. 817
Damnare. 966
Damnari ad beſtias. 808
Damnas quòd damnatus. 1212
Damnatio ad metallum. 161
Damnationis legatum. 1108
Damnatus reus. 1212
Damnatus coitus. 174. 175
Damnum. 884
Damnum & pauperies. 582
Damnum & periculum. 886
Damnum decidere. 1858
Damnum enorme. 904
Damnum exiſtimationis. 1858
Damnum datum. 886
Damnum infectum. 886
Damnum emergens. 889
Damni appellatio. 887
Daphne. 760
Daphnenſis. 760
Dapifer. 322
Dapſilis. 322
Dardanarius. 1018. 1872
Dare. 976. 990. 1046
Dare actionem. 1246
Dare fidem. 557
Dare iudicium, & actionem. 1182
Dare iusiurandum. 1374
Dare nomen. 1775
Dare in metallum. 1858
Daſumianus. 1859
Data, Datum. 493
Datio in ſolutum. 974
Datiua & natiua actio. 1236
Datiuus. 480
Datiuus tutor. 385
Datum ſcandalum. 596
Datus iudex. 1859
De & cum. 461
Dealbatores. 130
Deambulatoria voluntas. 67
Dearchiepiſcopare. 290
Dearmare. 640
Debendi reus. 1209
Debere. 952
Debet. 222
Debiles perſonæ. 1859
Debitor qui. 950
Debitor tuus. 950
Debitor in diem. 950
Debitor chirographarius. 499
Debitorem interpellare. 949
Debitoris appellatio. 950
Debitum. 951
Debitum in ſingulos annos. 1814
Debitum naturale perſoluere. 952
Debitum legale. 1443
Debitum morale. 1443
Debitum ciuile. 951
Debitum grauius. 951
Debitum coniugale. 1722
Debitum deficiens. 951
Debiti facere gratiam. 951
Debiti inſtar. 951
Debiti diem venire. 952
Decalogus. 253
Decaneta. 1214
Decanica. 1214
Decanus. 271
Decanus ruralis, ſicut Archipresbyter ruralis. 271
Decaproti. 322
Decaprotia. 322. 1349
Decarchus. 611
Decas. 1146
Decargyrus. 1901
Decedere alicui. 338
Decedere. 1780
Decedere iuri ſuo. 1775
Decedere ſine hærede. 1091
Decedere ab inteſtato. 1075
Decem & deni. 433
Decempeda. 1027. 1419
Decempedator. 1419
Decemprimatus. 322
Decemuirales leges. 322
Decemuiri. 322
Deceonium. 1155
Decernere quid, & quotuplex. 1859
Decerpere. 1860
Deceſſio. 1775
Deceſſor. 338
Decidere pro tranſigere. 1224
Decies ſeſtertium. 816
Decima quid. 1348
Decima quotuplex. 1349
Decimæ appellatio. 1349
Decimæ, & primitiæ. 1350
Decimare. 645
Decipere. 659
Decipere & fallere. 1451
Deciſio. 180
Deciſiones Rotæ. 180
Deciſorium iuramentum. 1373
Declarationes Cardinalium. 190
Declaratiua lex. 195
Declinatoria exceptio. 719
Decliuis locus. 1422
Decoctores. 949
Decolorari. 914
Decoquere creditoribus. 949
Decoquere quod conturbare. 952
Decorum & decens. 218
Decrepiti. 1165
Decreſcere. 1781
Decretales. 254
Decretalis poſſeſſio. 709
Decretalis Epiſtola. 181
Decretalium diuiſio. 258
Decretorium ſydus. 181
Decretum. 181
Decreti acceptio. 181
Decreti diuiſio. 257
Decuma. 1348
Decumani milites. 628
Decumani agri. 1860
Decumbere. 589
Decuriales. 331
Decurio. 611
Decurionatus. 611
Decurſorium. 1423
Decuſſare. 787
Decuſſis. 1026
Dedecoratio. 1860
Dedecorare. 1959
Dedecus. 917
Dedere & dare. 1975
Dedicare, & Dicare. 1775
Deditio noxæ. 1860
Dedititij liberti. 836
Dedititia libertas. 1860
Deducere & auferre. 66
Deducere expenſas. 965
Deductio & compenſatio. 895
Deductum ad forum. 1225
Deeſſe, & Adeſſe. 1775
Defecta ætas. 1165
Defecta ſenectus. 1165
Defectus. 140
Defendere. 1206
Defenſio. 1457
Defenſio moderata. 904
Defenſio & præiudicium. 1974
Defenſio & exceptio. 717. 1974
Defenſor & excuſator. 1977
Defenſores. 546. 279
Defenſoris appellatio. 279
Deferre & accuſare. 1196
Deferre nomen. 1196
Deferre appellationi. 1266
Deferre iuramentum. 1374
Deferre reum. 1211
Deferueſcit ira. 116
Deficere conditionem. 957
Deficere hæredes. 1090
Deficere ad hoſtes. 641
Definire, definitio. 1860
Definitio accidentalis. 1755
Definitio & deſcriptio. 1933
Definitiua ſententia. 1257
Deflorare. 906. 1501
Defloratio. 905
Deformare, deformatum. 1775
Deformes & fædi. 590
Defraudare. 1861
Defrutum. 803
Defrutum & ſapa. 1494
Defunctio. 939
Defunctoriè. 667
Defuogi. 939
Degener. 1861
Degenerans feudum. 997
Deglabrare, deglubere. 764
Deglubere, & delibrare. 764
Degradatio, & depoſitio. 1742
Deguadiare. 1961
Dehoneſtatiua blaſphemia. 1392
deiectio à poſſeſſione. 729
Deiectum & effuſum. 1861
Deierare. 1375
Deijcitur. 1861
Deinceps. 444
Deinde. 444
Deiurare. 1375
Deiurium. 1375
Deſata hæreditas. 1094
Delator. 1192
Delatoria curioſitas. 1192
Delectabile. 71
Delectare & lactare. 106
Delectatio. 106
Delectatio moroſa. 106
Delegare. 1861
Delegare ſe. 1861
Delegata iuriſdictio. 1186
Delegatio. 1062
Delegatus. 1173
Deletitia charta. 482
De leui non ſcribere. 668
Delibare. 1861
Delibatio hæreditatis. 1861
Deliberare. 44
Deliberandi ius. 1862
Deberatio & libertas. 44
Delicatus debitor. 1776
Deliciæ. 1862
Deliciales tegulæ. 1862
Delictum. 137
Delictum publicum. 922
Delinimenta. 1459
Delubrum. 1403
Deludere, deluſio. 1453
Demagogi. 1776
Demandare. 1862
Demarchus. 611
Demens, & mente captus. 1954
Dementia & amentia. 670
Demeritum. 77
Deminutio. Vide Diminutio.
Demiurgus. 296
Democratia. 296
Demogrammatæi. 132
Demoliri. 1414
Demoliri, Demolitio. 888
Demolitio. 1414
Demonſtratio. 954
Demonſtratiuè & taxatiuè. 1975
Demum. 444
Denarius. 815
Deni & decem. 433

Denicales feriæ. 1127
Denotare. 1862
Dentes an ſint arma. 617
Denunciatio duplex. 1192
Denunciationes. 1718
Denunciator. 1192
Denunciatus excommunicatus. 1736
Depaciſci. 962
Depactus. 1573
Depectus. 462. 962
Depeculari. 926
Dependere. 952
Deperditum. 886
De plano cognoſcere. 1862
Deponere. 986. 1200
Deponere, id eſt Demoliri. 1416
Depontani. 1165
Depopulator. 929
Deportare. 163
Deportatio. 163
Depoſitarius. 986
Depoſitio. 170
Depoſitio & degradatio. 1742
Depoſitio & ſuſpenſio. 1741
Depoſitio duplex. 1742
Depoſitio ædificij. 1416
Depoſitum. 986
Depoſitum priuatum. 987
Depoſitum iudiciale. 987
Deprecatio. 1322
Deprecatiua forma. 1631
Deprecator. 1862
Deprehendere. 152
Depretiatus. 1862
Depreſſa nauis. 1776
Deprimere. 888
Deprimere iter. 1422
Deproperare. 1776
Depuber. 1776
Deputati. 1863
Depector. 962
Derelicta bona. 746
Derelictus & deſertus. 759
Deridere ſententiam. 1863
Deriſio. 912
Deriuare. 1863
Derogatio. 212
Derramas. 1273
Deſcendere in cauſam. 1776
Deſcribere. 1755
Deſcriptio. 1755
Deſcriptio & definitio. 1973
Deſcriptio rationum. 1755
Deſcriptum. 503
Deſembargos vender. 1989
Deſerere. 642
Deſerta promiſſio. 1230. 1767
Deſerta cauſa. 1230
Deſerta appellatio. 1267
Deſertio & Deſertor. 642
Deſertor miles. 615
Deſertores clerici. 1314
Deſertum. 1425
Deſertus. 667
Deſertus ager. 759
Deſeruire foro. 1216
Deſiderare. 21
Deſiderium quid. 91
Deſiderium quod negotium & libellus. 21
Deſidia & pigritia. 665
Deſignare. 1004
Deſignatores. 1004. 1795
Deſignatus. 1293
Deſinere & vacare. 1299
Deſiſtere litibus. 1776
Deſitionis terminus. 17
Deſors. 1959
Deſpicere & contemnere. 1774
Deſperatio. 117
Deſperatio. 560. 161
Deſpoticum regimen. 294
Deſpectus ager. 759
Deſpondere. 363
Deſponſata & nupta. 363
Deſtinatum habere. 1776
Deſtitutorium otium. 347
Deſtitutum. 1070
Deſuetudo. 251
Deſultor. 1004
Detegere. 1202
Detentatio, Detentator. 1863
Detentio nuda. 711
Deterior. 1863
Deteſtari. 1202
Deteſtatio. 1202
Deteſtatio & dolor. 1602
Detexta lana. 807
Detinere. 1777
Detractio. 909
Detractionis commiſſio. 909
Detrectare certamen. 642
Detrectatio. 642
Detrimentum. 884
Detruſus. 640
Deturpare. 1959
Deueſtire. 1777
Deueſtire & inueſtire. 1885
Deuirginare & deflorare. 1501
Deuirginata ancilla. 1501
Deunx. 1092
Deuocare. 1864
Deuolutio in beneficijs. 1313
Deuolutiuus effectus. 1265
Deuotæ gentes. 1777
Deuotare. 1732
Deuotè recitare. 1331
Deuotio quid. 1321
Deuotiſſimus exercitus. 1864
Deuotus & religioſus. 1777
Deuouere. 1321
Deus. 1959
Deuterogamia. 1676
Deuteron. 486
Deuteronomium. 486. 1676
Dex, dici. 405
Dextans. 1092
Dextera, id eſt potentia. 1183
Diabathrarij. 131
Diabole. 1593
Diabolus. 1193
Diacatharotia. 974
Diacathoche. 724
Diaconi ſeptem. 271
Diaconæ Diaconiſſæ. 1659
Diaconatus. 1654
Diaconium. 1453
Diaconus. 1654
Diaconus ſaluaticus. 289
Diacopi. 771
Diadema. 327
Diadeo. 327
Diæcetes. 296
Diæta. 1410
Diæta legalis. 1410
Diætarij. 930
Diætarius. 1410
Diaſtole. 322
Diaſtoli. 322
Diathetum. 1495
Diatretum. 1495
Diatretarij. 131
Diatribæ. 341
Diatures. 1777
Diaulus. 1027
Dicæ. 1777
Dicare. 1840
Dicaſpolos. 1777
Dicaſtes. 1777
Dicaſſimi milites. 616
Dice. 1777
Dicere doti. 971
Dicere de inofficioſo. 1074
Dicere legem. 957
Dicere cauſam. 1131. 1976
Dicere ſententiam. 1259
Dicis cauſa. 405
Dico. 405
Dicta. 1666
Dicta friuola. 1267
Dictantibus rebus. 1757
Dictare. 1757
Dictare actionem. 1146
Dictata. 1757
Dictator. 296
Dictatura. 296
Dicticæ. 1416
Dictio. 405
Dictio dotis. 971
Dictum ſimplex. 1454
Didiſcitis teſtificatis. 1955
Didrachma. 815
Dies. 1140
Dies à nocte ſeparatus. 1140
Dies ciuilis. 1140
Dies intercalaris. 1152
Dies condictus. 1142
Dies fatalis. 1142
Dies feriatus. 1142
Dies feſtiui. 1143
Dies faſti, & nefaſti, & profeſti. 1141
Dies incertus. 1142
Dies intercisi. 1142
Dies legitimi. 1141
Dies naturalis. 1140
Dies perendinus. 1142
Dies repetita. 1142
Dies ſeſſionum. 1141
Dies ventoſus. 1142
Diei appellatio. 1143
Dies actionis cedere. 1145
Dies cedere. 1993
Dies abire. 1145
Diem obire. 1145
Diem proferre. 1145
Dies interpellat. 949
Diem referre. 1145
Dies venire. 1145
Diffamare. 917
Diffamatio. 917
Diffamator. 917
Diffarreatio. 361. 1714
Differentiæ temporis. 1132
Differri in diem. 1145
Difficile. 1864
Diffidare. 1885
Diffidatio. 604
Diffidatio, Diffidatus. 170
Diffiduciare. 1885
Diffindi diem. 1142
Diffiſus dies. 1142
Diffugium appellationis. 1267
Diffunds vinum. 1494
Diffundi diem. 1142
Diffuſiuum ſui bonum. 70
Digamia, Digamus. 1676
Digeſtorum diuiſio. 25
Digeſtum. 255
Digitus. 1027
Digitus aquæ. 768
Digito liceri. 1778
Digito ſummo tangere. 1778
Digitum tollere. 1778
Dignitas. 291
Dignitas, ideſt pulchritudo. 291
Dignitas indiſcreta. 671
Dignitas & officium. 1305
Dignitas & prælatio. 292
Dignitas in ſeruo. 1953
Dignitatis appellatio. 293
Dilacerare bona. 1864
Dilaniare. 1864
Dignitatis ſacramenta. 1533
Dilapidare. 850. 977
Dilapidator. 850
Dilatare. 106
Dilatio, & Dilatoria exceptio. 1864
Dilema. 1936
Diligentia. 664
Diligentia ambitioſa. 1767
Diluculum. 1140. 1967
Diluere crimen. 1864
Diminutio capitis. 160
Diminutum. 715
Dimiſſio. 1579
Dimiſſoriæ. 495
Dimiſſoriæ litteræ. 494

Dimiſ-

Dimissorij Apostoli. 1265
Dimissum iudicium. 1864
Dimissus. 638
Dimittere creditores. 949
Diobolares testes. 1599
Diœcesana. lex. 196
Diœcesanum concilium. 532
Diœcesanus. 1434
Diœcesis. 1434
Diœcesis appellatio. 1434
Diorthoricum ius. 1778
Diotones. 771
Diploma. 1421. 483
Diptychæ. 1865
Directa absolutio. 1619
Directa substitutio. 1077
Directæ actiones. 1139
Directæ & contrariæ actiones. 1973
Directarij. 930
Directe liber fieri. 834
Directiua lex. 197
Directiua vis. 209
Directum dominium. 688
Directum verbum. 1081
Directum voluntarium. 47
Diremptio in diuortio. 1715
Dirimere. 1778
Dirimere tempus. 1778
Discedere à persona. 1865
Discedere à matrimonio. 1989
Discernere. 663
Discessio. 1865
Disciplinæ. 255
Discordia. 608
Discretio. 663
Discretiones. 1102
Discretum. 663. 1102
Discrimen. 885
Discus. 1596
Discussor. 1576
Discussores. 1577
Discutere matrimonium. 1716
Disiunctim relictum. 1116
Disiunctiua. 410. 411
Disiunctiuæ voces quæ. 413
Disiunctiua pro copulatiuis. 412
Disortiones. 1865. 1959
Disparitas cultus. 1691
Dispendium. 884
Dispendium viæ. 1419
Dispensatio. 212. 253
Dispensatio & legitimatio. 380
Dispensatio & priuilegium. 230
Dispensator. 1865
Dispositiua voluntas. 57
Dispositiuè. 1080
Dispunctio. 519
Dispungere. 519
Dispungere, Dispunctio. 1755
Disputare, Disputatio. 535
Disputare in foro. 1116
Disquisitio. 1778
Diffidere. 1716
Diffidium pro diuortio. 1716
Dissimulare & remittere. 966
Dissimulatio & simulatio. 1978
Dissoluta negligentia. 666
Distillatio. 1512
Distractio. 1119. 1716
Distractio duplex. 1335
Distractio pignoris. 1045
Distractores argenti. 1865
Distractus. 938
Distrahere. 1119
Distrahere rationes. 964
Distrahere pignus. 1045
Distrahere matrimonium. 1716
Distributiones quotidianæ. 1310
Distributionum appellatio. 1310
Distributiua iustitia. 675
Distributiua conditio. 1993
Distributiuæ voces. 431
Districte. 223
Districtio. 94. 585
Districtio ecclesiastica. 157
Districtio ecclesiasticæ censuræ. 1730
Districtualiom appellatio. 1436
Districtus. 1435. 1436
Ditio. 1183
Diu, diutius. 1162
Diualem accipere. 517
Diualis lex. 197
Diuersorium. 1424
Diuertere. 1712. 1716
Diuerticolum. 1712
Diues & locuples. 582
Diuidere sententiam. 1259
Diuidi hæreditatem in capita. 1099
Diuidiculum. 624
Diuidua conditio. 966
Diuina domus. 1399
Diuina lex. 193
Diuinæ traditiones. 191
Diuinatio. 1376
Diuinatio quid. 1377
Diuinatio quotuplex. 1378
Diuinatoriæ sortes. 1000
diuini qui. 1378. 1382
Diuinorum appellatio. 1748
Diuisio. 1102
Diuisio & partitio. 601
Diuisio à capite. 601
Diuisiuæ voces. 431
Diuisoriæ sortes. 1000
Diuites, quod nobiles. 330
Diuitiæ & opes. 738
Diuortium. 1712
Diuortium quid, & quotuplex. 1712
Diuortij forma. 1715
Diurnum officium. 1326
Diurnus fur. 928
Diurnum tempus. 1134
Diuulgatio. 206
Diuus Imperator. 306. 1959
Doarium. 1865
Dochion. 572
Docibilis, Docilis. 346
Docilis, Docibilis. 346
Docilitas. 654
Doctor. 343
Doctor quis. 305
Doctor Episcopus. 345
Doctoris appellatio. 344
Doctorum coronæ. 40
Doctoris priuilegia. 238
Doctrinalis interpretatio. 210
Doctus & peritus. 647
Documentum. 496
Dodrans. 1027. 1092
Dogæ. 1865
Dogma. 554
Dogma prudentum. 591
Dogmaticus. 554
Dogmasistes. 554
Dogmatizantes. 554
Dogmatizo. 554
Dolare. 1779
Doli capacitas. 78
Dolia. 1334
Doliare. 802
Doliare vinum. 1494
Doliarius. 779
Dolichus. 1027
Dolium. 779
Dolones. 619
Dolor. 108. 109
Dolor in pœnitentia. 1602
Dolus. 147
Dolus & fraus. 660
Dolus bonus. 659
Dolus malus. 659
Dolus pro facto. 661
Dolus dat causam. 661
Dolus dans causam. 1689
Dolus incidit. 661
Dolus incidens. 1689
Dolo facere. 661
Dolo factum. 898
Doli exceptio quotuplex. 721
Domestici. 355. 358
Domesticorum appellatio. 358
Domesticum furtum. 927
Domesticus hæres. 1083
Domesticus testis. 1597
Domicilium quid. 1431
Domicilium multiplex. 687
Domicilij appellatio. 1432
Domicilij Episcopus. 1661
Dominica. 1342
Dominica oratio. 1323
Dominici coloni. 1033
Dominici serui. 831
Dominicus ager. 759
Dominicus grex. 806
Dominium. 684
Dominium quid. 685
Dominij appellatio. 688
Dominus fundi. 394
Dominus. 394
Dominus rectus. 394
Domini appellatio. 394
Dominus vobiscum. 1583
Domus. 357
Domus & ædes. 1406
Domus & casamentum. 1407
Domus pro familia. 357
Domus dominica. 1436
Domus religiosa. 1395
Domus appellatio. 357
Donare & dare. 976
Donarium. 976
Donata prædia. 754
Donatarius. 972
Donati qui. 1362
Donatio. 972
Donatio propter nuptias. 1682
Donatio ante nuptias. 1682
Donatio ad nuptias. 1682
Donatio causæ mortis. 973
Donatio causa mortis, & testamentum. 1067
Donatio inter viuos. 973
Donatio ob causam. 973
Donatio omnium bonorum. 689
Donatio precaria. 974
Donatio inter virum & vxorem. 1683
Donationis appellatio. 975
Donatistæ cardinales. 207
Donec. 1162
Donec, quoad. 1159
Donum & munus. 976
Donum perseuerantiæ. 1988
Dormire. 907. 1985
Dormire & interrumpi. 725
Dormitio & interruptio. 725
Dos quid. 1678
Dos latè accepta. 39
Dos quotuplex. 1679
Dos aduentitia. 750
Dos integra. 1680
Dos certa. 1680
Dotis appellatio. 1680
Dotale prædium. 1681
Dotales res. 1681
Dotalia prædia. 752
Dotalis seruus. 1681
Dotalis fundus. 756
Dotalitium, Dotalium. 1681
Dotes beatorum. 39
Dotes corporum. 39
Doxa. 551
Drachma. 815. 1025
Drachmalis vsura. 1865
Dromones. 612
Dubia causa. 1779
Dubia conscientia. 82
Dubium quid. 93
Dubium quotuplex. 93
Dubium iuris & facti. 93
Dubius in fide. 544
Ducatus. 308
Ducena. 651
Ducenarij. 1279. 611
Ducere & portare. 810
Ducere pugnum. 840
Ducere vxorem. 1722
Ducere seruos. 840
Duces. 308

Duces

Duces factionum. 308. 612
Ducissa. 312
Duella. 1025
Duellum. 604. 1382
Dulce legatum. 110
Dumaria falx. 134
Dummodò. 424
Dum tamen. 957
Duntaxat. 419
Duo & bini. 432
Duplæ stipulatio. 962
Duplares. 1959
Duplari. 962
Duplex officium. 1129
Dupli appellatio. 962
Duplicatio. 718
Duplicia iudicia. 1172
Duplicia beneficia. 1284
Dupliciarij. 616
Duplio. 962
Duploma. 1421
Duplum. 962
Duracinæ vuæ. 798. 1779
Durare vincula pigneris. 1046
Duratio multiplex. 1138
Duumuiralis. 320
Duumuiratus. 320
Duumuiri. 320
Dux, Imperator. 308

E

Eatenus. 424
Eborarij. 1866
Ebrietas. 1492
Ebrietas & temulentia. 1493
Ebrij. 1493
Ebriositas. 1493
Ebriosus, & Ebrius. 1493
Ebrius, & Ebriosus. 1493
Ebur. 1866
Ecclesia. 261
Ecclesia & Oratorium. 1401
Ecclesia quid & quotuplex. 261
Ecclesia qualiter sancta. 1986
Ecclesia materialis. 1400
Ecclesia patrimonialis. 1822
Ecclesia receptiua. 1822
Ecclesiæ appellatio. 263
Ecclesiæ membra. 1986
Ecclesiare. 261
Ecclesiastes. 261. 487
Ecclesiastica emphyteusis. 992
Ecclesiastica immunitas. 847
Ecclesiastica potestas. 1184
Ecclesiasticæ personæ. 289
Ecclesiasticæ traditiones. 191
Ecclesiasticarum personarum appellatio. 335
Ecclesiastici liber. 487
Ecclesiasticum crimen. 143
Ecclesiasticum forum. 1215
Ecclesiasticum ieiunium. 1480
Ecclesiasticum officium. 1325
Ecstasis. 103
Eculeus. Vide Equuleus.
Edere & reddere. 963
Edere & publicare. 922
Edere nomen. 841
Edere operas. 400
Edicere. 188
Edictales. 347
Edictalis possessio. 709
Edictum quod & quotuplex. 188
Edictum multiplex. 188
Edictum ædilitium. 318
Edictum circunducere. 221
Editio & promulgatio. 206
Educare. 388
Educatio. 388
Educationis appellatio. 388
Edulipos. 1866
Edulium. 388
Effectiuè voluntarium. 45
Effectiuè inuoluntarium. 48
Effectu commodare. 990
Efferuescit ira. 116
Effeta. 1553
Efficax voluntas. 57. 59
Effodere. 1866
Effœminare. 1515
Effœminati. 1515
Efformare. 1866
Effractores. 930
Effractura. 930
Effringere. 930
Effusores. 1779
Egenus, egere. 581
Egestas. 581. & Paupertas. 1835
Egregiatus. 1866. Egregius. 1958
Eiectus & erto. 1368
Eierare. 1375
Eiicere. 66. 901
Einateres. 1960
Eiurare. 1375
Eiurare beneficium. 1301
Eiurare hæreditatem. 1100
El, nomen Dei. 5
Elexmporia. 1021
Electio mediorum. 22
Electio & optio. 1866
Electio quotuplex. 1293
Electio canonica. 1293
Electiuum beneficium. 1285
Electrum. 870
Electrum pro auro. 870
Electuario. 1482
Eleemosyna. 567
Elementa prima. 1779
Elenchus. 870
Eleo. 567
Eleuare. 1200
Elice. 769
Elicitus appetitus. 37
Elidere & Elidi. 1866
Elimatum. 1779
Elogium. 1200
Elohim. 2. 5
Elugere. 1867
Eluscare. 1779
Eluscatio. 1779
Elusorium. 1453
Eluttiare. 1494
Emanceps. 382
Emancipare. 382
Emancipatio quid. 382
Emanere. 1867
Emansor. 615
Emansor miles. 615
Emasculare. 1867
Emballo. 788
Embadia. 1960
Embama. 1490
Embaptin. 1490
Embatæ. 630
Embateuticum ius. 1754
Emblemata. 788
Embola, Embolia. 984
Embolismos. 1152
Embolismus. 974
Emendare. 157
Emendatio. 157
Emendatio legis. 211
Emendicata suffragia. 1232
Emenon. 486
Ementita professio. 1867
Emere auersione. 1977
Emere & comparare. 1019
Emergere. 1867
Emerita. 613
Emerita stipendia. 613
Emeriti. 613. 640
Eminens scientia. 127
Emissa manus. 961
Emicare. 178
Emissarij. 1868
Emmanuel Christus. 8
Emologare. Vide Homologare.
Emolumentum. 889
Emolumenti appellatio. 889
Emphanastica. 850
Emphasis. 1332
Empli phractæ. 630
Emphyteuo. 991
Emphyteusis. 991
Emphyteusis & locatio. 992
Emphyteusis multiplex. 992
Emphyteusis ex pacto, & liberæ nominationis. 992
Emphyteuta. 992
Emplastrum. 576
Emple. 1276
Emplemata. 1276
Emponema. 514. 991
Emposica. 1275
Emptio. 1008
Emptio & venditio. 1007
Emptio & permutatio. 1017
Emptio pura. 1013
Emptio mancipi. 1015
Emptionis & venditionis appellatio. 1012
Emptitium feudum. 997
Enata insula. 1868
Encaustice. 133
Encaustum. 187
Encyclopedia. 128
Endiadis. 474
Endoitium. 643
Energumeni. 1658
Eniti & enixa. 1868
Enixæ proles. 1868
Ennea. 1146
Enoo pro ligare. 101
Enorme crimen. 142
Enormis læsio, & enormissima. 904
Enormitas stipendiorum. 904
Ensis & gladius. 621
Entheca. 1412
Enubere. 1882
Enucleare ius. 220
Enunciatiua blasphemia. 1392
Enunciatiua voluntas. 57
Enunciatiuè. 1080
Enxarauia. 1823
Ephemerides. 964
Epheta. 1553
Ephialtes. 1380
Ephippios. 1758
Ephod. 852
Epi. 270
Epibates. 630
Epicedium. 1130
Epidemia. 1423
Epidemici. 1423
Epidemitici. 1036
Epichia. 178. 212. 654
Epilepsis. 474
Epiphania. 1341
Episcopale Concilium. 532
Episcopales caligæ. 785
Episcopalis portio. 848
Episcopare. 290
Episcopissæ, Episcopæ. 1659
Episcopus. 270
Episcoporum appellatio. 270
Epistalma. 483
Epistello. 510
Epistillo idest mando. 483
Epistola. 1584. 510
Epistolares viri. 510
Epistolæ. 516
Epistolium. 510
Epistomium. 134
Epitaphium. 1130
Epithesis. 1868
Epitimia. 1080
Epitimium. 170
Epitomium. 134
Epitome. 483
Epitogium. 790
Epitoma. 134
Epulum. 1489
Equæ appellatio. 810
Equestris dignitas. 338
Equitiarius. 810
Equitius. 810
Equitium. 810

I N D E X

Equuli. 810
Equus & caballus. 810
Equi, & Equorum appellatio. 810
Equuleus, seu Eculeus. 170
Eranea pecunia. 816
Eraneos. 816
Ercifcere. 1099
Ercifcunda familia. 1099
E re. 1763
Eremodicium. 1230
Eremicola. 1361
Eremita. 1361
Eremitorium. 1401
Ergagabi. 131
Ergafiotaui. 1868
Ergafterium. 131
Ergaftici. 1868
Ergaftularius. 1214
Ergaftulum. 1214
Ergolabi. 131
Eripere. 934
Erogare, Erogari. 1868. Erogatio. ibid.
Erogatorij. 1960
Errare, Erratio. 86
Erratio. 89
Erro. 1366
Erronea confcientia. 82. 86
Erronea propofitio. 555
Errones ferui. 838
Error. 86
Error communis. 86
Error calcoli. 86
Error in matrimonio. 1689
Error pro vitio. 123
Erubefcentia. 112
Erubefcere. 1780
Eruere. 1780 Eruta cæfa. 817
Efcale. 781
Efcarium. 781
Effe fub lege. 219
Effentialis beatitudo. 36
Effentialis & integralis pars. 1613
Et. 416
Et cætera. 453
Ethnearches. 299
Ethnearchia. 298
Ethnici. 540
Ethologi. 1003
Ethopæi. 1003
Ethymologia. 1973
Etica difpenfatio. 358
Euacuare mandatum. 221
Euacuata obligatio. 1868
Euagari, & Vagari. 1780
Euanefcit actio. 1869
Euangelia. 488
Euangelicæ virtutes. 120
Euangelifta. 488
Euangelium. 488
Euangelium, pars Miffæ. 1587
Euangelizare. 488
Eubulia. 653
Euchariftia. 1564
Euchariftia quid fit. 1568
Euchariftiæ materia. 1570
Euchariftiæ vfus. 1569
Euchariflicon. 1338
Euchauteria. 483
Euectiones. 398
Euenire. 1959
Euerriculum. 862
Euerfor, ideft prodigus. 1462
Euertere patrimonium. 1462
Eueftigio. 1161
Euictio, euincere. 1020
Euidens. 85
Euidentes habitus. 127
euidentia. 85
Euidentia in atteftante. 526
Euirare. 1867
Eulabes. 1280
Eulogia munera. 1070
Eulogium, elogium. 1070
Eunomia. 1780
Eunuchus. 1502
Euocare facra. 1780
Euocari. 1780
Euocari milites. 1780
Eutrapelia. 1000. 1458
Ex 462
Exacta pecunia. 1278
Exactio. 1871
Exactores. 1762
Exactores qui. 1279
Exactores & fufceptores. 1280
Exæquare. 462
Exæftuare. 116
Exaggerare iter. 1422
Examuffim. 85
Examinatio. 112
Exarare. 640
Exarchi. 1866
Exarchiatri. 1860
Exaruit. 1780
Ex attrito contritus. 1610
Exautorare clericum. 640
Exautorare militem. 640
Exauctorati. 613
Ex bonis, & in bonis effe. 462
Excandefcentia. 115
Excandefcere. 116
Ex caufa hæreditaria. 1100
Excedere. 1780
Excellentia. 915
Exceptio. 717. 962
Exceptio & præfcriptio. 1974
Exceptio duplex. 717
Exceptio multiplex. 719
Exceptio peremptoria. 26
Exceptor. 721
Exceptores. 1282
Ex certa fcientia. 1122
Exceifus. 1869
Excipere. 717. 962
Excludi tempore. 1781
Exclufio. 1781
Exclufiua variatio. 1950
Excommunicatio quid. 1733
Excommunicationis nomina. 1730
Excommunicationis appellatio. 1736
Exconful. 317
Excorticare. 1960
Excrefcere. 1781
Excriptum. 503
Excufatio. 1869
Excufatio munerum. 1278
Excufator & defenfor. 1977
Excubicularius. 317
Excubiæ, & vigiliæ. 641
Excurfiones. 607
Excuffatur. 1869
Excuffio. 1040
Excutere debitorem. 1040
Ex die. 1145
Execrare & confecrare. 1573
Execrari & pollui. 1405
Execrari lites. 1869
Execratio & pollutio. 1405
Execratorium iuramentum. 1371
Execratus. 1573
Executio. 1781
Executor teftamenti. 1072
Executores varij. 1762
Executoriæ litteræ. 494
Exedra Vide Exhedra.
Exemplar. 503
Exemplares virtutes. 120
Exemplaris fubftitutio. 1078
Exemplum. 503
exemptio. 847
Exemptum beneficium. 1288
Exequi. 155
Exequi funus. 1128
Exequiæ. 1124
Exequias frequentare. 1128
Exercere. 1870
Exercere fodomiam. 1957
Exercere Calendarium. 1149
Exercitor & inftitor. 1869
Exercitus. 626
Ex facto actio. 1234
Exfeftucare. 1885
Exhæres. 1082
Exhæredatio; præteritio. 1980
Exhedra. 1424
Exherifmus dies. 1781
Exhibere & reftituere. 890
Exhibitio reorum. 1214
Exhibitorium interdictum. 1743
Exigere. 1870
Exilium. 163. 1760
Exilica caufa. 1960
Exilis & ieiunis. 582
Eximere. 934. 993
Eximere multiplex. 1781
Eximere diem. 1781
Eximere actionem. 1781
Eximere ex reis. 1781
Exinaniri feudum. 1885
Ex infidijs. 898
Exiftere. 1781
Exiftimatio. 913
Exiurare. 1375
Ex iure manu confertum. 1222
Ex lege capere. 462
Exodus. 485
Exomologefis. 1616
Exorbitans lex. 196
Exorbitare. 196
Exorcifmus. 1552. 1658
Exorcifta. 1646
Exorciftatus. 1652
Exorcizare. 1658
Exors. 1959
Expectare. 117
Expectati parentes. 559
Expectatio. 559
Expectatiua. 1312
Expectatiuæ gratiæ. 494
Expedire. 1870
Expeditæ litteræ. 494
Expeditio. 1870
Expeditum pro vero. 1450
Expenfarum appellatio. 821
Expenfum ferre. 965
Expenfum edere. 965
Experiens. 1782
Experiri. 1232
Experiri actione. 1846
Expertes. 1782
Expiatorium. 1338
Expilata hæreditas. 1095
Expilatæ hæreditatis crimen. 146
Expilatores. 929
Explicit, Expliciunt. 31
Explicita fides. 522
Explicitè. 1782
Explicitò. 1782
Explorare. 634
Explorator. 934
Expoliatores. 1519
Expolire. 1779
Exponi. 393
Exportare. 1782
Exportatio. 1782
Expofitus. 1754
Ex poft facto. 462
Expoftulare. 1189
Expreffa conditio. 955
Expreffum mutuum. 980
Expromiffor. 969. 1209
Expromiffores. 1041
Expromittere. 969
Ex propofito. 898
Exproximi. 1870
Expugnari. 643
Expulfiua vis. 55
Expulfus & erro. 1366
Expunctæ rationes. 519
Expunctus miles. 519
Expungere. 519
Exquæftor. 317
Exquirere. 1180
Exfcribere. 481
Ex feminario. 1870
Ex ftudio facere. 153
Exfyngrapha. 1782
Extantes fructus. 794

Ex-

Extensius legis. 210
Extenuare legatum. 1116
Exterminare. 1442
Exterus religionis. 1366
Extortes. 1442
Extra. 463
Extra ciuitatem. 463
Extraiudicialis appellatio. 1265
Extraneus hæres. 1084
Extraordinaria tributa. 1273
Extraordinaria possessio. 709
Extraordinaria iurisdictio. 1187
Extraordinarium iudicium. 1169
Extrordinarius iudex. 1173
Extra quam. 463
Extrauagantes. 254.258
Extrema malitia. 1627
Extrema necessitas. 51
Extrema vnctio. 1629
Extrema vnctio quid. 1631
Extrema voluntas. 1627
Extrema pro terminis. 28
Extremum. 1627
Extremum iurisdictionis. 1627
Extremus digitus. 1815
Extrinsecus finis. 17
Exuere ære, crimine. 1870
Exufflatio. 1552
Exulcatores. 1869
Exules. 1760
Exultatio, Exulto. 18
Exutum bonis. 932

F

Faber. 1760
Faber lignarius. 131
Faber signarius. 1779
Fabia lex. 199
Fabrica. 1760
Fabrica Ecclesiæ. 850
Fabricarij. 131
Fabricatio sigilli falsi. 1984
Fabricenses. 622. 1760
Fabriles operæ. 1757
Façanha. 1968
Facere. 1339
Facere & agere. 649
Facere & permittere. 1988
Facere contra legem. 221
Facere in fraudem legis. 221
Facere liberè. 43
Facere paria. 1782
Facere partem coniuncto. 1783
Facere promissa. 1783
Facere vim. 68
Facialis reuelatio. 525
Facies, quod forma. 1871
Facies Dei Christus. 11
Facies Ecclesiæ. 1970
Facile & temere. 668
Facinus pro dolo. 661
Facinus & scelus. 137
Facite, Faciant. 224
Facti præsumptio. 1253
Facti quæstio. 1975
Facti infamia. 916
Facti ignorantia. 88
Facti notorium. 921
Factio, factiosi. 1978
Factio & actio. 126
Factores. 1871
Factum & gestum. 1783
Factus Christus ante Ioannem. 1992
Factum aurum. 874
Factum & infectum ferrum. 618
Faculeas. 1982
Facultas & libertas. 43
Facultas simplex. 213
Facultates. 738
Facultates magnæ. 738
Facultates subsignatæ. 166. 1201
Facultatum appellatio. 738
Facundia. 1783
Fæces, seu fraces. 804
Fædare, fæditas. 590
Fædi & deformes. 590
Fædus pro scelere. 149
Fænaria falx. 134
Fænum. 801
Fænus vnciarium. 1946
Falda. 1783
Faldosus. 1783
Falces multiplices. 1872
Falciatum. 637
Fallacia. 659
Fallere fidem. 1784
Fallonia. 148
Falsarius. 1453
Falsarius literarum. 1984
Falsidia quid. 1111
Falsificare manum. 1984
Falsum. 1453
Falx. 134
Fama. 92. 913
Fama hominis. 913
Fama & rumor. 913
Fama & gloria. 914
Famel. 352
Familia. 352
Familia, idest hæreditas. 352
Familia multiplex. 352
Familia seruilis. 354
Familiæ appellatio. 353
Familiæ suæ appellatio. 354
Familiare sepulchrum. 1128
Familiares & attinentes. 355
Familiares Papæ. 356
Familiares Episcopi. 356
Familiaris. 355
Familiarium appellatio. 355
Familiaritas. 355
Famosum. 919
Famosom & notorium. 922
Famosum carmen. 918
Famul. 395
Famulari. 395
Famulus. 395
Famolorum appellatio. 396
Fanatici. 103. 1658
Fannia lex. 199
Fano. 855
Fanum. 1402
Fari & loqui. 1784
Fari potuerit. 1818
Farliganum. 1960
Fas. 178
Fasciæ crinales. 788
Fasciolæ. 776
Fascis, fasces. 327
Fasti & nefasti dies. 1141
Fastigium. 327
Fastus. 1523
Fataliter fieri. 1871
Fatalis dies. 1142. 1956
Fatalium terminus. 1956
Fato facere. 1871
Fatuitas, & stultitia. 671
Fatum quid. 1382
Fatuus, & stultus. 671
Fauere. 1784
Fauianum. 203
Fauor. 103
Fauor, & odium in iore. 105
Fauorabile. 1784
Fauorabile priuilegium. 213
Fauorabiles causæ. 1128
Fautores. 546
Febris. 585. 589
Feciales. 611
Fel. 125
Felicitas, felix. 34
Felicitatis definitio. 16
Fellare. 1515
Fellator. 1515
Fellicare. 1515
Felnnia. 148
Femur. 352
Fera, & bestia. 808
Fera quid, & quotuplex. 863
Ferarum appellatio. 864
Feraculum. 134
Feralia. 1871
Feralis pestis. 1871
Ferenda pæna. 171
Feriæ vnde dictæ. 1346
Feriæ quotuplices. 1346
Feriari. 1346
Feriatici. 1346
Feritas. 1519
Ferraria. 867
Ferre sententiam. 1159
Ferri, portari, duci. 810
Ferrifodina. 867
Ferrum. 618
Ferri appellatio. 618
Ferruminare. 879
Ferruminatio, & plumbatura. 879
Feruidus actus. 566
Ferus. 1519
Festi dies. 1143. 1340. 1345
Festi, & profesti dies 1141
Festorum dierum appellatio. 1345. 1143
Festi libri. 1345
Festinatio præceps. 1784
Festiuus filius. 378
Festuca, idest vindicta. 1785
Festum. 1340
Feudatarius. 993
Feudum. 993
Feudum multiplex. 994
Feudum hauberticum. 1962
Feudum fæmininum. 995
Fiat. 226
Fibulæ. 1871
Ficta apprehensio. 727
Ficta persona. 335
Ficta Simonia. 1317
Fictio iuris quid. 1254
Fictio & præsumptio. 1254
Fictio & simulatio. 1453
Fictio in sacramentis. 1537
Fideicomoissaria libertas. 832
Fideicommissaria substitutio. 1077
Fideicommissarius. 1110
Fideicommissarios hæres. 1084
Fideicommissarius Prætor. 315
Fideicommissum quid, & quotuplex. 1110
Fideicommissum & maioratus. 1118
Fideicommissum & legatum. 1103
Fideiussio. 1037
Fideiussor. 1038
Fideiussor & mandator. 1976
Fideiussor moltiplex. 1039
Fideiussor idoneus. 1040
Fideiussor in rem suam. 1039
Fidelis & infidelis. 539
Fidelitas. 520
Fidelitas Christus. 12
Fidelium nomine. 1642
Fidentia. 559. 1466
Fides qualiter accepta. 520
Fides pro conscientia. 80
Fides bona. 725
Fides quæ notitia. 649
Fides multiplex. 521
Fides Catholica & Theologica. 523
Fides viua, seu formata. 523
Fides mortua, seu informis. 523
Fides diuina. 521
Fides humana. 521. 1450
Fiducia. 559. 1063
Fiduciæ iodicia. 1170
Fiduciaria hæreditas. 1093
Fiduciaria opera. 829
Fiduciaria possessio. 710
Fiduciaria venditio. 1014
Fiduciarius contractus. 1063
Fiduciarius pater. 365
Fiduciarius seruus. 829
Fiduciarius tutor. 386
Figere leges. 1785
Figlina. 131
Figlina. 1428
Fighnum opus. 131
Figuræ. 473

Figuræ cauſarum. 1231
Figurata donatio. 974
Figulus. 1428
Filialis timor. 111
Filiaſter. 1701
Filiaſtra. 1701
Filiola. 1594
Filius. 371. 372
Filius hominis Chriſtus. 11
Filij, & Liberi. 1978
Filij Senatorum. 314
Filius familias. 383
Filij patrimoniales. 1822
Filiorum appellatio. 376
Filiorum diuiſio. 372
Finalis cauſa. 18
Fines. 1872
Fini tradere. 30
Fini ablatiuus. 30
Finis acceptio. 14
Finis definitio. 16
Finis multiplex diuiſio. 16
Finis multiplex. 17
Finis ſimpliciter vltimus. 16
Finis materialis. 17
Finis formalis. 17
Finis (quo) & finis (qui.) 17
Finis operis & operantis. 17
Finis cuius, & cui. 17
Finis inteotionis. 15
Finis vniformis principio.
Finis fruitio. 23
Finis quoad phraſes. 30
Finitum quod adiectum. 15
Finium regundorum. 1872
Firmamentum litis. 1220
Firmatum matrimonium. 1672
Firmum & ratum. 967. 1220
Fiſcales vſuræ. 983
Fiſcalia prædia. 753
Fiſcalis. 1193
Fiſcus. 166
Fiſcus & ærarium. 813
Fiſtulæ. 770
Flagellare annonam. 1872
Flagellum. 168
Flagitare. 1497. 1323
Flagitium. 137
Flagrans crimen. 1872
Flagrum. 168. 1785
Flamen. 1655
Flaminis baptiſmus. 1545
Flamiſſæ. 867
Flare nummos. 1872. flatæ maſſæ, & flatores auri. 1872
Flauia lex. 199
Flauiſſæ. 1872
Fletus. 109
Flexos ætatis. 1166
Floci. 1873. fluctuare. 1873
Flumen, flouius riuus. 767
Fluminis appellatio. 767
Focaria. 1506
Focarij mediaſtini. 1491
Focus. 1407
Foci appellatio. 1407
Foderum. 1960
Fodina. 867
Fodrum. 1311
Fœderati. 633
Fœdus. 633
Fœmina. 361
Fœmina nobilis. 330
Fœmina ad genus. 368
Fœminæ in familia. 353
Fœminalia. 851
Fœmininum non concipit maſculinum. 479
Fœnebres leges. 194
Fœnebris pecunia. 981
Fœnerare. 982
Fœnus. 981
Fœnus & vſura. 986
Fœnus nauticum. 984
Folium, foliata. 578
Folium barbaricum. 1874
Follis. 816
Follis pro tributo. 1275
Fomenta. 576
Fomentare. 576
Fomentatio. 576
Fomes peccati. 150
Fons. 768
Fons & puteus. 1923
Forenſes actiones. 1238
Foratica. 1960
Forenſis. 1433
Forenſis caoſa. 1229
Forella. 1428
Formæ in aquæductu. 770
Forma quid. 1534
Forma in iure. 218
Forma communis. 235
Forma cauſæ. 1785
Forma Baptiſmi. 1550
Forma pænitentiæ. 1613
Forma Confirmationis. 1562
Forma & materia Ordinis. 164
Forma S. Vnctionis. 1631
Formæ mutatio. 0539
Formale obiectum. 272
Formale pretium. 1873
Formalis diſputatio. 535
Formalis libertas. 44
Formalis voluntas. 59
Formalis finis. 17
Formare votum. 1357
Formata fides. 523
Formido. 112
Formidoloſus. 112. 1785
Formiter iurare. 1785
Formoſus & pulcher. 590
Formula. 1786
Formulam intendere. 1995
Formulæ iuris. 1786
Fornacarius. 830
Fornacarius ſeruus. 1510
Fornacator. 1873
Fornicari. 1510
Fornicarij opifices. 1510
Fornicatio. 1510. 905
Fornicatio ſimplex. 1510
Fornicatos paries. 1803
Fornix. 1510
Fors fortuna. 34
Forte, forſitan. 95
Fortia communis. 1214
Fortiter poſtulare. 1323
Fortitudo. 1463
Fortitudinis officium 1464
Fortuitus. Vide Caſus.
Fortuna. 34
Fortunæ. 738
Fortunati. 34
Forum, & forus. 1215
Forum & conſuetudo. 245
Forum mixtum. 1956
Forum internum. 1215
Forum externum. 1215
Forum poli. 1215
Forum pænitentiæ. 1215
Forum fori. 1215
Fori diſputatio. 1216
Forum agere. 1216
Forum indicere. 1880
Forum declinare. 1216
Forum foro adijcere. 1373
Foro interdicere. 1204
Foro cedere. 1216. 1786
Foſſa. 625. 772
Foſſarij. 279
Foſſatum. 625
Fouea. 1873
Fraces, ſeu fæces. 804
Fractum. 1786
Fraganæ. 1873
Fragmentum. 1786
Framea. 620
Franci homines. 997
Francum feudum. 996
Frater & germanus. 1698
Fratres conſanguinei. 1706
Fratris appellatio. 1707
Fraterna correctio. 568
Fraternitas & germanitas. 1706
Fraternitas ſpiritualis. 1717
Fratria. 1701
Fraudare. 660
Fraudatæ annonæ crimen. 146
Fraudatorium interdictum. 1743
Fraus & dolus. 660
Fraus pro delicto. 660
Fraus pro damno. 842
Fraus fit contra legem. 660
Fraus fit legi. 660
Frequenter. 448
Friguſculum. 1713
Friuiculum. 1713
Friuola. 774
Friuolæ appellationes. 1267
Friuolarij. 774
Fructuarius. 696
Fructuarius & emphyteuta. 696
Fructuarius cenſus. 1049
Fructuarius ager. 794
Fructus. 793
Fructus qui. 691
Fructus multiplex. 796
Fructus beatorum. 41
Fructus fructuum. 794
Fructus integri. 894
Fructuum appellatio. 795
Frugalitas, Frugi. 138
Fruges. 800
Frugum appellatio. 800
Frui & vti. 695
Fruitio finis. 23
Frumen. 800
Frumentaria machina. 1795
Frumentariæ leges. 194
Frumentum. 796
Frumentum Alexandrinum. 795
Frumenti appellatio. 797
Fruori. 23
Fruſtatim. 450
Fruſtra. 117
Fruſtrari actionem. 1247
Fruſtratib. 1194. 1247
Fruſtrator. 1873
Frutex. 763
Fucare. 807
Fugæ actus. 56
Fugitiuarij. 838
Fugitiui ſerui. 838
Fugitiuum iumentum. 1786
Fugitiuus religioſus. 1366
Fulcimentum. 389
Fullonus. 766
Fultura. 389
Functio. 250
Functio publica. 250
Fundus. 1393
Fundus vectigalis, emphyt. ſuperf. 1977
Fondus & prædium. 755
Fundi appellatio. 757
Funeralia. 848. 1125
Funeralis quarta. 848
Funerare. 1127
Funerare ſe. 1127
Funeraria actio. 1125
Funeris ſumptus. 1124
Funeſta familia. 1127
Fungibilis ſubſtantia. 739
Fungor. 250
Funus quid. 1124
Funus facere. 1128
Fur & latro. 928
Fur & raptor. 933
Furca. 1873
Furia, ſeu fuſia lex. 200
Furioſi. 1462
Furioſus. 670
Furnarius. 1874
Furoi. 115
Furtar, & roubar. 1992
Furtiua condictio. 1243
Furtum. 924

Fur-

Furtum quotuplex. 926
Furtum de bonis monasterij. 927
Fusia, seu furia lex. 200
Fusiones. 1874
Fusores. 131
Fustigatio. 168
Fustis. 163
Fustuarium. 1874
Futura hæreditas. 1956

G

Gabella. 1269
Galea. 621
Galiotæ. 533
Gallina quotuplex. 864
Gallicinium. 1140
Ganea. 1508. 1832
Ganeo. 1034
Gariophyllum. 1874
Garum. 1490
Gastromantia. 1382
Gaudium. 107
Gaudium differt à lætitia. 38
Gehenna. 1643
Gemellio. 1597
Gemina pietas. 102
Geminata verba. 1786
Gemini fratres. 1706
Gemma & lapillus. 868
Gemmati lecti. 1786
Geomantia. 1379
Geometrica proportio. 675
Genealogia. 1702
Genearchica prædia. 753
Gener. 1701
Generale, & vniuersale. 472. 1979
Generale & regulare. 83
Generale omne obscurum. 1874
Generale mandatum. 1058
Generale locale interdictum. 1746
Generale concilium. 532
Generale scandalum. 597
Generales actiones. 1238
Generalis. 1280
Generalis & specialis virtus. 674
Generare. 368
Generatio. 368
Generationis appellatio. 368
Genesis. 485
Genesia. 1787
Genethlialogia. 1378
Genialis torus. 1874
Genialis feritas. 863
Genitiuus ad dominium. 690
Genitor. 365
Genitrix mater. 367
Genium Principis. 1786
Geno pro gigno. 365
Gens & populus. 303
Gentis appellatio. 353
Gentiles. 303. 540
Gentilitium ius. 1874
Genuina pietas. 1875
Genus, Generatio. 368
Genus in iure. 1028
Generis appellatio. 368
Geometræ. 1875
Gerere rem, & res. 1786
Gerere magistratum. 313
Gerere pro hærede. 1082
Germana & soror. 1698
Germanitas & fraternitas. 1706
Germani fratres. 1706
Germanus, & frater. 1698
Geritio. 1082
Gerontes. 1787
Gerontocomi. 574
Gesta, & acta. 501
Gestatio. 589
Gestire. 38
Gestor negotiorum, Vide Negotium.
Gestum. 409
Gestum & factum. 1783
Gibberosus. 586
Gignere & parere. 1787
Gnomi. 282. 653
Gladiatores. 1003
Gladius & ensis. 621
Gladius pro potestate. 1283
Gladius anceps. 94
Glandaria sylua. 799
Glans. 799
Glans caduca. 745
Glandis appellatio. 799
Glarea. 1427
Glaucioum. 577
Gleba pro tributo. 1275
Glebalis pensio. 1275
Gloria, & fama. 914
Gloria in excelsis. 1583
Gloria viuere. 1787
Gios. 1701
Goliardi. 1002
Gonorrhæa. 1512
Graduale. 1585
Gradus ciuilis. 305
Gradus consanguinitatis. 1695
Gradus dignitatis. 290
Græca fide mercari. 1787
Græcitas. 1875
Gramen. 637
Grammatista, Grammaticus. 1952
Grammatophylacium. 349. 512
Granaria. 1418
Granarium. 799
Grandiculi. 1787
Granum. 799
Grani appellatio. 799
Graphiarij. 1961
Graphia. 481
Graphio. 1961
Grassari. 928
Grassatores. 928
Gratia. 1982
Gratia informis. 235
Gratia præueniens. 1956
Gratiæ rescriptum. 230
Gratiam legis facere. 1787
Gratianus quis. 253
Gratias agere, habere, referre. 1323
Gratiarum actio. 1322. 1323. 1448
Gratiosa sententia. 1875
Gratiosum priuilegium. 232
Gratis dare, quid. 1318
Gratitudo. 564. 1448
Gratuita promissio. 968
Gratuita libertas. 1787
Gratuitæ operæ. 1757
Gratum & iucundum. 107
Grauamen. 1264
Graue crimen. 142
Graue indicium. 1249
Graues personæ. 328
Grauiores causæ. 1228
Grauis metus. 110
Grauis & leuis percussio. 904
Grauis necessitas. 51
Grauissima pœna. 161
Gregarius. 613
Gremia. 764
Gremiale. 858
Gremiales arbores. 764
Gressus. 1027
Grex. 285. 805
Grex & armentum. 806
Gregis appellatio. 806
Grupulosus. 96
Gryptopolæ. 774
Guadia, Guadiare. 1961
Gualdana. 327
Guarantigium. 1037
Guardiæ feudum. 994
Guarentare. 994
Guarentigium. 498
Guarentigius contractus. 1062
Guarentizare. 994
Gubernacula. 1875
Gubernatio. 294
Gubernatrix prudentia. 652
Guidagium. 1272
Gula. 1486
Gulæ species. 1487
Gunathetici. 1035
Gustare. 1491
Gustatio salis. 1553
Gutturosus. 586
Gymnasium. 341
Gymnastes. 341
Gymnastica. 341
Gynæcium. 1426
Gynæciarij. 1426
Gynecocratumeni. 1718

H

Habenâ. 168
Habere. 125. 731
Habere actionem. 731
Habere in sinu. 731
Habere licere. 731
Habere libere. 43
Habere & possidere. 731
Habere pro derelicto. 746
Habere reum. 1211
Habere vadimonium. 1038
Habitare & commorari. 1407
Habitatio. 1407. 1431
Habitatio quod ius. 699
Habitationis appellatio. 1408
Habitationis domicilium. 1431
Habituale peccatum. 140
Habitualis fides. 521
Habitualis intentio. 20. 1535
Habitator. 1408
Habitatorum appellatio. 1408
Habitus multiplex. 124
Habitus acceptio. 125
Hactenus. 1159
Hæreone. 541
Hæres. 1082
Hæres multiplex. 1083
Hæres vnciarius. 1946
Hæres ex asse. 1084
Hæres in re certa. 1084
Hæres suus. 1083
Hæredis appellatio. 1084
Hæredem scribere. 1090
Hærem Martiam. 1101
Hæreditaria emphyteusis. 992
Hæreditariæ actiones. 1238
Hæreditarium sepulchrum. 1128
Hæreditarius seruus. 830
Hæreditas. 1092
Hæreditas futura. 1956
Hæreditas fideicommissaria. 1110
Hæreditatis quota. 1980
Hæreditatis appellatio. 1096
Hæredipetæ. 1948
Hæredium. 1101
Hæreses leges. 197
Hæresiarcha. 543. 554
Hæresis. 541
Hæresis definitio. 542
Hæresis & apostasia. 547
Hæretica propositio. 555
Hæreticales blasphemiæ. 1392
Hæretici qui. 542
Hæretici contra Iesuitas. 10
Hæreticus externus. 542
Hæreticus occultus per se. 542
Hæreticus occultus per accidens. 542
Hæsitare, Hæsitatio. 95
Hætenarchæ. 1754
Hamæ. 134
Hamallus. 1961
Hami. 134
Hamulæ, Hamæ. 1597
Harioli. 1382
Harmodius, Aristogiton. 10
Harmosta. 296
Harpagones. 134
Hasta fiscalis. 1013
Hastiludium. 1001
Hauberticum feudum. 1962
Haustus. 702
Hebdomas. 1146
Hebdomadarum solemnitas. 1332

compulsores. 1762
comus. 1488
conatus. 1855
concameratio. 1414
conceuum. 1919
concedere. 977
conceptio ad ætatem. 1963
conceptio verborum. 507
conceptis verbis iurare. 1968
conceptiua festa. 1345
concessum & permissum. 209
conchyle. 862
conchylegulus. 862
conchylegus. 792
concilia quatuor. 531
conciliabolum. 532
concilium. 531
concilium & comitium. 336
concinnare. 1222
concinnatores litium. 1222
concio. 534
concionator. 534
concionatoris appellatio. 534
concipere. 566
concipere votum. 1357
concipere vadimonium. 1028
concipere iuramentum. 1374
conclaue. 284
conclusio. 1226
conclusiones mulctatitiæ. 1797
concordia. 570
concorditer. 415
concordium. 1856
concors. 510
concors electio. 1293
concratitius paries. 1414
concubina. 1505
concubinatus. 1505
concubinarius. 1505. 1506
concobinus. 1506
concubitus. 1505
concubitus damnatus. 374. 375
concubitus alienus. 1513
concubo. 1505
conculcatio. 1805
conculcatio verborum. 409
concupiscentia. 103
concupiscere & velle. 64
concuratores. 1856
concurbita. 959
concurbitauerint. 999
concursus. 1774
concussio. 145
concussionis crimen. 145
condemnatio acerrima. 1765
condicere. 1241
condictio. 1234. 1241
condictio iuridice. 1242
condictio ex leges. 1243
condictio ex scriptura. 1245
condictio certi. 1243. 1245
condictio indebiti. 1243
condictio ob causam. 1244
condictio ob turpem causam. 1244
condictio sine causa. 1244
condictitia lex. 1245
condictus dies. 1241
conditio quid sit. 953
conditionis acceptio. 953
conditio multiplex. 953
conditio seruilis. 1690
conditionata. 59
conditio ambulatoris. 67. 1187
conditio negatiua & distributiua. 1993
conditione sua non vtar. 953
conditionibus stare. 953
conditionale votum. 1355
conditionales. 1856
conditionales coloni. 1032
conditionales creditores. 1856
conditionales serui. 511
conditionalis coactio. 54
conditionalis stipulatio. 948
conditionalis fideiussor. 1039
conditionaliter. 957
conditionata absolutio. 1728
conditionata voluntas. 59
conditionatum feudum. 997
conditionatum matrimonium. 1673
conditorium. 1981
conditura. 1490
conditum. 1124
conducere, & locare. 1029
conductio, & locatio. 1029
conducti actio. 1235
conductitiæ operæ. 1757
conductor & locator. 1029
confarreatio. 361
conferre, & committere. 1188
conferre, & coniungere. 1313
confessarius idoneus. 1821
confessio sacramentalis. 1614
confessio generalis. 1543
confessoria actio. 1236
confessim. 1161
conficere rationes. 964
confidentia. 559
confidentia positiua, & negatiua, ad peccandum. 1982
Confidentia ingressus. 1317
Confidentia regressus. 1317
Confidentialis simonia. 1317
Confinia. 1437
Confinis locus. 1437
Confirmare. 1122
confirmatio in gratia. 1988
Confirmatio, confirmare. 1557
Confirmatio. 1222
Confirmatio definitur. 1558
Confirmatio in forma communi. 1222
Confirmatio diuina. 1558
Confirmatio beneficij. 1295
Confirmationis effectus, subiectum, & minister. 1563
Confirmator. 1557
Confiscatio, confiscare. 166
Confiscatus tutor. 166
confissiões cumprir. 1989
Conflare. 1456
Conflatum vas. 781
Confligere. 605
Conflictus. 605
Confrateroitas. 1370
Confuga. 1856
Confundere, & miscere. 733
Confundi obligatio. 966
Confundi seruitutes. 966
Confundi vsusfructus. 966
Confusio, & commixtio. 733
Congiarij beneficiati. 1308
Congiarium. 591. 976. 1028
Congium. 591. 1028
Congius. 780
Conglutinati. 511
Congregatio. 285. 304
Conhecença. 1352
Congrex. 1958
Congrua sustentatio. 1309
Coniectio causæ, conijcere causã. 1856
Coniectura. 1856
coniugalis castitas. 1498
coniugalis status. 1359
coniuges. 360
coniugium. 1668
coniuncti. 1086
coniuncti triplices. 1086
coniunctorum appellatio. 1087
Coniunctio. 410
Coniunctio, & vnio. 1313
Coniunctiua appellatio. 1267
Coniungere & conferre. 1313
Coniurare. 1370
Coniuratio. 1370
Conniuere, conniuentia. 62
Connubium. 1667
Conquerens. 1194
Consanare. 1857
Consanguinitas. 1690
Cosciencia multiplex. 82
Conscientia pro licentia. 80
Conscientiæ nomen. 80
Conscientiæ natura. 81
Conscientiæ acceptio. 80
Conscientiæ forum. 1620
Conscientiæ casus. 1621
Conscribere. 1232
Conscripti patres. 314
Conscriptio. 483
Conscriptio i. cautio. 961
Consecrare, & execrare. 1573
Consecratio. 1573
Consecratio, & benedictio. 1574
Consecratio est essentia Missæ. 1581
Consensus, & assensus. 62
Consensus circa media. 22
Consensu perfici. 943
Consentire, & malignari. 65
Consequens voluntas. 59
Consequens necessitas. 50
Consequentia litterarum. 511
Consequor. 1658
Conserere manus. 729
Conseruatiua conditio. 1821
Conseruator. 1176
Consignatio. 1558
Consignatiuus census. 1048
Consilium. 61. 176. 931
Consilij verba. 224
Consistere aduersus adolescentem. 1823
Consistoriale beneficium. 1286
Coosistorialis aduocatio. 1307
Consistoriani comites. 310
Consistorium. 284
Consobrini, consororini. 1706
Consocialis scientia. 80
Consolidatio. 695
Consors. 1959
Consortes. 1115
Consortium. 1668
Conspiratio. 1057. 1370
Consponsores. 1857
Constantia. 1472
Constans ætas. 1164
Cunstare. 1472
Constellatio. 1383
Cosstituere. 1237
Constituere quæstionem. 1226
Constituti clausula. 1823
Constitutio, & ordinatio. 183
Constitutiua lex. 195
Constitutor. 1038
Constitutum. 1133
Coostitutus reus. 1210
Constitutum ius. 216
Consuetudo. 245
Consuetudo quid. 246
Consuetudo quod ius. 682
Consuetudo quotuplex. 248
Consuetudo formalis. 245
Consuetum, & solitum. 249
Consul. 307
Consulares leges. 194
Coosularis vir. 307. 317
Consularis via. 1418
Consulatus. 307
Consultare. 650
Consultatio. 61
Consultatio, consultus. 221
Consultoriæ sortes. 1000
Consummatio sacramentorum. 1564
Consummatum matrimonium. 1671
Contemnere, & despicere. 1774
contemplatio. 1323
Contemptio. 1524
Contemptus. 1447
Contemptus legis. 213
Cootendere. 1225
Contentio. 608. 1978
Contentio i. intentio. 19
Contentiosa iurisdictio. 1186
Contentiosum forum. 1225
Contestari litem. 1218
Contestatio litis. 1218
Contestatorium iuramentum. 1371
Contestes. 1199
Contexta lana. 807
Contia. 334
Conticinium. 1140

Con-

Confignatio. 1414
Continens. 1498
continens ædificium. 1406. 1994
continens & temperans. 1516
continentes prouinciæ. 336
continentia. 1476. 1498. 1516
contingere. 1959
continuatiuæ voces. 444
continui dies. 1140
continuò. Mox, ftatim. 1161
continuum tempus. 1132
contra. 461
contra bonos mores. 1774
contractus. 937
contractus multiplex. 942
contractus bonæ fidei. 942
contractus acceptio. 937
contractus appellatio. 946
contradictionis libertas. 44
contradictorium iudicium. 1171
contrahere fiduciam. 1063
contrapaffio. 167. 726
contrariæ actiones. 1973
contrarietatis libertas. 44
conftrafte. 1024
contritio, contero. 1607
contritio, & attritio. 1611
contritio formata. 1611
contritionis effentia. 1608
controuerfia & lis. 1217
controuerfiam ftatus facere. 840
contubernales. 1057
contubernium. 1057. 1668
conturbare. 952
conturbatiò. 112
contumacia, contumax. 1727
contumacia quotuplex. 1727
contumax & incorrigibilis. 1606
contumelia. 116. 909
contumelia, & conuitium. 912
contumelia pro iniuria. 881
contumeo. 909
contufa vafa. 1857
conuenæ. 1433
conuenire. 936
conuenire domi. 840
conuenit. 965
Connenticulum. 1057
couuenticulus. 533
conuentio. 936
conuentionis libellus. 508
conuentionale priuilegium. 234
conuentionales Apoftoli. 494
conuentionalis fententia. 1257
conuentionalis lex. 197
conuentionalis pæna. 158
conuentionalis fimonia. 1316
conuentionalis vfusfructus. 695
couuentualis Ecclefia. 1308
conuentualis Ecclefiæ appellatio. 1367
conuentualis prior. 274
conuentum pactum. 943
conuentum agere. 1216
conuentus, vulgò comarca. 299
conuentus. 304. 531. 1367. 1441
contentus appellatio. 1367
conuerfatio, ideft habitatio. 1407
conuerfio. 1575
conuerfus. 1361
conuexum. 1959
conuictus. 1489
conuictus reus. 1212
conuitium, & contumelia. 912
conuiuium. 1489
conuiuium dominicum. 1567
conuolare ad monafteria. 1663
cooperatio. 931
copes pro copiofus. 1212
copiæ. 626
copiari. 626
copulatio complexus. 1073
copulatiua. 410
copulatiua pro disiunctiuis. 412
copulatiuæ voces quæ. 412
coquinarium. Vide Cocinatorium.
coram & palam. 461
coracinus. 1857
coram, & in præfentia. 1774
corbis. 133
corinthium æs. 878
cornelia lex. 199
cornicularij. 615
cornuarij. 1857
corona B. Virginis. 1324
corona Imperatoris. 305
corona victoriarum. 40
coronarium aurum. 40. 874
coronatus Imperator. 305
coronatus feruus. 830
corporale. 1594
corporalia bona. 741
corporati, ideft collegiati. 285
corpus quid. 1106
corpus iuris canonici. 1950
corpus id eft collegium. 285
corpus certum. 84
corradere pecuniam. 1462
corrafi nummi. 814
correctio, & correptio. 568
correctio, & corrigere. 157
correctores prouinciarum. 321
correctoria lex. 197
correi debendi. 1857
correptio. 157
correus. 1210
corrigere & correctio. 157
corruales. 1513
corrumpere. 906. 1180
corruptela. 252
corruptus feruus. 829
corruptus teftis. 1197
cortex nuda verborum. 409
coruata. 1276
corus. 1018
coftinomantia. 1382
coftum. 1278
cotes. 867
coronia. 867
cotta. 859
cottabomantia. 1382
craniomantia. 1382
crapula & ebrietas. 1493
craffa ignorantia. 88
cratitius. 1803
cratitius paries. 1414
creatio quid. 1575
credendi reus. 1209
credentes. 545
credentia. 1598
credentiarius. 646
credere. 946
credere in Ecclefiam. 557
credere Ecclefiam. 557
credere Deo, Deum, & in Deum. 557.
credibilitas. 528
credita pecunia. 947
crediti appellatio. 948
credito vendi. 1014
creditor. 947
creditor chirographarius. 499
creditores conditionales. 1856
creditoris appellatio. 948
creditum. 947
credulitas. 91. 528
credulitatis iuramentum. 1851
credulus. 528
cremia. 1857
cremiales arbores. 1857
cremor amygdalinus. 1482
creta. 867
creta notare. 1772
cretæfodina. 867
cretionum dies. 1141
crimen. 137
crimen multiplex. 141
crimen deriuare. 1863
crimen ciuile. 143
crimen mixti fori. 1956
crimen capitale. 161
criminalis caufa. 1228. 1229
criminalis actio. 1235
Criminaliter agi. 1191
Criminator. 137. 1191
Criminis impedimentum. 1691
Criminofum crimen. 141
Criminofus. 137
Crina. 576. 578
Criuale. 788
Crinales fafciæ. 788
Crinonia. 576
Critologia. 1858
Crocofufia. 1959
Crocofantia. 787
Crocotia, crocotarij. 1858
Cruciarij. 1858
Cruciatæ Bullæ. 1641
Crudelis. 1519
Crudelitas. 1519
Cruor, fanguis, fanies. 370
Crurules. 788
Cruftæ. 1858
Cruftuarij. 1774
Cryftallomantia. 1382
Cubicularis lectus. 823
Cubicularius. 317
Cubiculum. 1410
Cubiculum & cella. 1410
Cubiculum facrum. 1399
Cubile. 1410
Cubitus. 1017
Cuculla. 1367. 1871
Cucuma. 781
Cocumella. 780
Cucurbita. 911
Cucurbitare. 911
Cucurnia. 1761
Culcitra. 776
Culleus. 169
Culmen iudiciale. 306
Culpa. 77
Culpa peccatum. 136
Culpa multiplex. 147
Culpa lata. 147
Culpa latiffima. 661
Culpæ appellatione. 148
Culpa facere. 661
Culpabilis ignorantia. 88
Cultus. 1335
Cultus quid. 1320
Cultus modeftia. 1526
Cultus difparitas. 1691
Cum, & de. 461
Cuma. 824
Cumulatiua variatio. 1950
Cumpatr confiftoêt. 1989
Cunctari. 85
Cuniculus. 625
Cupere & ambire. 1524
Cupiditas. 1461
Cuppa, Cuppula. 780
Cuppa calicis. 1595
Cur. 79
Cura & diligentia. 664
Curæ animarum appellatio. 1314
Curator. 184
Curatoris appellatio. 387
Curatum beneficium. 1285. 1287
Curax. 664
Curia. 331. 1400. 1508
Curia Romana. 1951
Curiæ appellatio. 331
Curiales. 331
Curialia verba. 1459
Curialium appellatio. 1951
Curiata comitia. 336
Curiatæ leges. 331. 194
Curiofi. 124. 1192
Curiofitas. 124. 1525
Curiofus. 1525
Curfor. 1420
Curfores. 279
Curfus publicus. 1420
Curtis. 1858
Curtarius. 1958
Cuffinus. 1593
Cuffores. 130
Cuftodia. 1214

Cufto-

Custodia multiplex. 1214
Custodia libera. 240
Custodire & possidere. 714
Custoditio. 714
Custos. 280
Cydoneum. 803
Cydonium vinum. 1495
Cylindri. 788
Cymbium. 781
Cymolia creta. 867

D

Dactylomantia. 1382
Dactylotheca. 149. 777
Dæmoniaci. 1658
Dæmon. 1658
Dæmonium. 1658
Dalmatica. 817
Damnare. 966
Damnari ad bestias. 808
Damnas quòd damnatus. 1212
Damnatio ad metallum. 161
Damnationis legatum. 1108
Damnatus reus. 1212
Damnatus coitus. 174. 175
Damnum. 884
Damnum & pauperies. 582
Damnum & periculum. 886
Damnum decidere. 1858
Damnum enorme. 904
Damnum existimationis. 1858
Damnum datum. 886
Damnum infectum. 886
Damnum emergens. 889
Damni appellatio. 887
Daphne. 760
Daphnensis. 760
Dapifer. 322
Dapsilis. 322
Dardanarius. 1018. 1872
Dare. 976. 990. 1046
Dare actionem. 1246
Dare fidem. 557
Dare iudicium, & actionem. 1182
Dare iusiurandum. 1374
Dare nomen. 1775
Dare in metallum. 1858
Dasumianus. 1859
Data, Datum. 493
Datio in solutum. 974
Datiua & natiua actio. 1236
Datiuus. 480
Datiuus tutor. 385
Datum scandalum. 596
Datus iudex. 1859
De & cum. 461
Dealbatores. 130
Deambulatoria voluntas. 67
Dearchiepiscopare. 190
Dearmare. 640
Debendi reus. 1109
Debere. 952
Debet. 222
Debiles personæ. 1859
Debitor qui. 950
Debitor tuus. 950
Debitor in diem. 950
Debitor chirographarius. 499
Debitorem interpellare. 949
Debitoris appellatio. 950
Debitom. 951
Debitum in singulos annos. 1824
Debitum naturale persoluere. 952
Debitum legale. 1443
Debitum morale. 1443
Debitum ciuile. 951
Debitum grauius. 951
Debitum coniugale. 1722
Debitum deficiens. 951
Debiti facere gratiam. 951
Debiti instar. 951
Debiti diem venire. 952
Decalogus. 253
Decaneta. 1214
Decanica. 1214
Decanus. 271
Decanus ruralis, sicut Archipresbyter ruralis. 271
Decaproti. 322
Decaprotia. 322. 1349
Decarchus. 611
Decas. 1146
Decargyrus. 1901
Decedere alicui. 338
Decedere. 1780
Decedere iuri suo. 1775
Decedere sine hærede. 1091
Decedere ab intestato. 1075
Decem & deni. 433
Decempeda. 1027. 1419
Decempedator. 1419
Decemprimatus. 322
Decemuirales leges. 322
Decemuiri. 322
Decennium. 1155
Decernere quid, & quotuplex. 1859
Decerpere. 1860
Decessio. 1775
Décessor. 338
Decidere pro transigere. 1224
Decies sestertium. 816
Decima quid. 1348
Decima quotuplex. 1349
Decimæ appellatio. 1349
Decimæ, & primitiæ. 1350
Decimare. 645
Decipere. 659
Decipere & fallere. 1451
Decisio. 180
Decisiones Rotæ. 180
Decisorium iuramentum. 1373
Declarationes Cardinalium. 190
Declaratiua lex. 195
Declinatoria exceptio. 719
Decliuis locus. 1422
Decoctores. 949
Decolorari. 914
Decoquere creditoribus. 949
Decoquere quod conturbare. 952
Decorum & decens. 118
Decrepiti. 1165
Decrescere. 1781
Decretales. 254
Decretalis possessio. 709
Decretalis Epistola. 181
Decretalium diuisio. 258
Decretorium sydus. 181
Decretum. 181
Decreti acceptio. 181
Decreti diuisio. 257
Decuma. 1348
Decumani milites. 628
Decumani agri. 1860
Decumbere. 589
Decuriales. 331
Decurio. 611
Decurionatus. 611
Decursorium. 1423
Decussare. 787
Decussis. 1026
Dedecoratio. 1860
Dedecorare. 1959
Dedecus. 917
Dedere & dare. 1975
Dedicare, & Dicare. 1775
Deditio noxæ. 1860
Dedititij liberti. 836
Dedititia libertas. 1860
Deducere & auferre. 66
Deducere expensas. 965
Deductio & compensatio. 895
Deductum ad forum. 1225
Deesse, & Adesse. 1775
Defecta ætas. 1165
Defecta senectus. 1165
Defectus. 140
Defendere. 1206
Defensio. 1457
Defensio moderatâ. 904
Defensio & præiudicium. 1974
Defensio & exceptio. 717. 1974
Defensor & excusator. 1977
Defensores. 546. 279
Defensoris appellatio. 279
Deferre & accusare. 1196
Deferre nomen. 1196
Deferre appellationi. 1266
Deferre iuramentum. 1374
Deferre reum. 1212
Deferuescit ira. 116
Deficere conditionem. 957
Deficere hæredes. 1090
Deficere ad hostes. 641
Definire, definitio. 1860
Definitio accidentalis. 1755
Definitio & descriptio. 1933
Definitiua sententia. 1257
Deflorare. 906. 1501
Defloratio. 905
Deformare, deformatum. 1775
Deformes & fædi. 590
Defraudare. 1861
Defrutum. 803
Defrutum & sapa. 1494
Defunctio. 939
Defunctoriè. 667
Defungi. 939
Degener. 1861
Degenerans feudum. 997
Deglabrare, deglubere. 764
Deglubere, & delibrare. 764
Degradatio, & depositio. 1742
Deguadiare. 1961
Dehonestatiua blasphemia. 1392
deiectio à possessione. 729
Deiectum & effusum. 1861
Deierare. 1375
Deijcitur. 1861
Deinceps. 444
Deinde. 444
Deiurare. 1375
Deiurium. 1375
Desata hæreditas. 1094
Delator. 1192
Delatoria curiositas. 1192
Delectabile. 71
Delectare & lactare. 106
Delectatio. 106
Delectatio morosa. 106
Delegare. 1861
Delegare se. 1861
Delegata iurisdictio. 1186
Delegatio. 1062
Delegatus. 1171
Deletitia charta. 482
De leui non scribere. 668
Delibare. 1861
Delibatio hæreditatis. 1861
Deliberare. 44
Deliberandi ius. 1862
Deberatio & libertas. 44
Delicatus debitor. 1776
Deliciæ. 1862
Deliciales tegulæ. 1862
Delictum. 137
Delictum publicum. 922
Delinimenta. 1459
Delubrum. 1403
Deludere, delusio. 1453
Demagogi. 1776
Demandare. 1862
Demarchos. 611
Demens, & mente captus. 1954
Dementia & amentia. 670
Demeritum. 77
Deminutio. Vide Diminutio.
Demiurgus. 296
Democratia. 296
Demogrammatæi. 132
Demoliri. 1414
Demoliri, Demolitio. 888
Demolitio. 1414
Demonstratio. 954
Demonstratiuè & taxatiuè. 1975
Demum. 414
Denarius. 815
Deni & decem. 433

Deni-

Denicales feriæ. 1127
Denotare. 1862
Dentes an ſint arma. 617
Denunciatio duplex. 1192
Denunciationes. 1718
Denuociator. 1392
Denunciatus excommunicatus. 1736
Depaciſci. 962
Depactus. 1573
Depectus. 462. 962
Depeculari. 926
Dependere. 952
Deperditum. 886
De plano cognoſcere. 1862
Deponere. 986. 1200
Deponere, id eſt Demoliri. 1416
Depontani. 1165
Depopulator. 929
Deportare. 163
Deportatio. 163
Depoſitarius. 986
Depoſitio. 170
Depoſitio & degradatio. 1742
Depoſitio & ſuſpenſio. 1741
Depoſitio duplex. 1742
Depoſitio ædificij. 1416
Depoſitum. 986
Depoſitum priuatum. 987
Depoſitum iudiciale. 987
Deprecatio. 1322
Deprecatiua forma. 1631
Deprecator. 1862
Deprehendere. 152
Depretiatus. 1862
Depreſſa nauis. 1776
Deprimere. 888
Deprimere iter. 1422
Deproperare. 1776
Depuber. 1776
Deputati. 1863
Depector. 962
Derelicta bona. 746
Derelictus & deſertus. 759
Deridere ſententiam. 1863
Deriſio. 912
Deriuare. 1863
Derogatio. 212
Derramas. 1273
Deſcendere in cauſam. 1776
Deſcribere. 1755
Deſcriptio. 1755
Deſcriptio & definitio. 1973
Deſcriptio rationum. 1755
Deſcriptum. 503
Deſembargos vender. 1989
Deſerere. 642
Deſerta promiſſio. 1130. 1767
Deſerta cauſa. 1230
Deſerta appellatio. 1267
Deſertio & Deſertor. 642
Deſertor miles. 615
Deſertores clerici. 1314
Deſertum. 1425
Deſertus. 667
Deſertus ager. 759
Deſeruire foro. 1216
Deſiderare. 21
Deſiderium quid. 91
Deſiderium quod negotium & libellus. 21
Deſidia & pigritia. 665
Deſignare. 1004
Deſignatores. 1004. 1795
Deſignatus. 1293
Deſinere & vacare. 1299
Deſiſtere litibus. 1776
Deſitionis terminus. 27
Deſori. 1959
Deſpicere & contemnere. 1774
Deſperatio. 117
Deſperatio. 560. 161
Deſpoticum regimen. 294
Deſpectus ager. 759
Deſpondere. 363
Deſponſata & nupta. 363
Deſtinatum habere. 1776
Deſtitutorium otium. 347
Deſtitutum. 1070
Deſuetudo. 251
Deſultor. 1004
Detegere. 1202
Detentatio, Detentator. 1863
Detentio nuda. 711
Deterior. 1863
Deteſtari. 1202
Deteſtatio. 1202
Deteſtatio & dolor. 1602
Detexta lana. 807
Detinere. 1777
Detractio. 909
Detractionis commiſſio. 909
Detrectare certamen. 642
Detrectatio. 642
Detrimentum. 884
Detruſus. 640
Deturpare. 1959
Deueſtire. 1777
Deueſtire & inueſtire. 1885
Deuirginare & deflorare. 1501
Deuirginata ancilla. 1501
Deunx. 1092
Deuocare. 1864
Deuolutio in beneficijs. 1313
Deuolutiuus effectus. 1265
Deuotæ geotes. 1777
Deuotare. 1732
Deuotè recitare. 1331
Deuotio quid. 1321
Deuotiſſimus exercitus. 1864
Deuotus & religioſus. 1777
Deuouere. 1321
Deus. 1959
Deuterogamia. 1676
Deuteron. 486
Deuterooomium. 486. 1676
Dex, dici. 405
Dextans. 1092
Dextera, id eſt potentia. 1183
Diabathrarij. 131
Diabole. 1593
Diabolus. 1193
Diacatharotia. 974
Diacathoche. 724
Diaconi ſeptem. 271
Diacooæ Diaconiſſæ. 1659
Diaconatus. 1654
Diaconium. 1453
Diaconus. 1654
Diaconus ſaluaticus. 289
Diacopi. 771
Diadema. 327
Diadeo. 327
Diæcetes. 296
Diæta. 1410
Diæta legalis. 1410
Diætarij. 930
Diætarius. 1410
Diaſtole. 322
Diaſtoli. 322
Diathetum. 1495
Diatretum. 1495
Diatretarij. 131
Diatribæ. 341
Diatures. 1777
Diaulus. 1027
Dicæ. 1777
Dicare. 1840
Dicaſpolos. 1777
Dicaſtes. 1777
Dicaſſimi milites. 616
Dice. 1777
Dicere doti. 971
Dicere de inofficioſo. 1074
Dicere legem. 957
Dicere cauſam. 1232. 1976
Dicere ſententiam. 1259
Dicis cauſa. 405
Dioo. 405
Dicta. 1666
Dicta friuola. 1267
Dictantibus rebus. 1757
Dictare. 1757
Dictare actionem. 1246
Dictata. 1757
Dictator. 296
Dictatura. 296
Dicticæ. 1416
Dictio. 405
Dictio dotis. 971
Dictum ſimplex. 1454
Didiſceitis teſtificatis. 1955
Didrachma. 815
Dies. 1140
Dies à nocte ſeparatus. 1140
Dies ciuilis. 1140
Dies intercalaris. 1152
Dies condictus. 1142
Dies fatalis. 1142
Dies feriatus. 1142
Dies feſtius. 1143
Dies faſti, & nefaſti, & profeſti. 1141
Dies incertus. 1142
Dies interciſi. 1142
Dies legitimi. 1141
Dies naturalis. 1140
Dies perendinus. 1142
Dies repetita. 1142
Dies ſeſſionum. 1141
Dies ventoſus. 1142
Diei appellatio. 1143
Dies actionis cedere. 1145
Dies cedere. 1993
Dies abire. 1145
Diem obire. 1145
Diem proferre. 1145
Dies interpellat. 949
Diem referre. 1145
Dies venire. 1145
Diffamare. 917
Diffamatio. 917
Diffamator. 917
Diffarreatio. 361. 1714
Differeotiæ temporis. 1132
Differri io diem. 1135
Difficile. 1864
Diffidare. 1885
Diffidatio. 604
Diffidatio, Diffidatus. 170
Diffiduciare. 1885
Diffindi diem. 1142
Diffiſus dies. 1142
Diffugium appellationis. 1267
Diffundi vioum. 1494
Diffundi diem. 1142
Diffuſiuum ſui bonum. 70
Digamia, Digamus. 1676
Digeſtorum diuiſio. 25
Digeſtum. 255
Digitus. 1027
Digitus aquæ. 768
Digito liceri. 1778
Digito ſummo tangere. 1778
Digitum tollere. 1778
Dignitas. 291
Dignitas, ideſt pulchritudo. 291
Dignitas indiſcreta. 671
Dignitas & officium. 1305
Dignitas & prælatio. 292
Dignitas io ſeruo. 1953
Dignitatis appellatio. 293
Dilacerare bona. 1864
Dilaniare. 1864
Dignitatis ſacramenta. 1533
Dilapidare. 850. 977
Dilapidator. 850
Dilatare. 106
Dilatio, & Dilatoria exceptio. 1864
Dilema. 1936
Diligentia. 664
Diligentia ambitioſa. 1767
Diluculum. 1140. 1967
Diluere crimen. 1864
Diminutio capitis. 160
Diminutum. 715
Dimiſſio. 1579
Dimiſſoriæ. 495
Dimiſſoriæ litteræ. 494

I N D E X

Dimissorij Apostoli. 1265
Dimissum iudicium. 1864
Dimissus. 638
Dimittere creditores. 949
Diobolares testes. 1199
Diœcesana lex. 196
Diœcesanum concilium. 532
Diœcesanus. 1434
Diœcesis. 1434
Diœcesis appellatio. 1434
Diorthoticum ius. 1778
Diotones. 771
Diploma. 1421. 483
Diptychæ. 1865
Directa absolutio. 1619
Directa substitutio. 1077
Directæ actiones. 1239
Directæ & contrariæ actiones. 1973
Directarij. 930
Directè liber fieri. 834
Directiua lex. 197
Directiua vis. 209
Directum dominium. 688
Directum verbum. 2081
Directum voluntarium. 47
Diremptio in diuortio. 1715
Dirimere. 1778
Dirimere tempus. 1778
Discedere à persona. 1865
Discedere à matrimonio. 1989
Discernere. 663
Discessio. 1865
Disciplinæ. 255
Discordia. 608
Discretio. 663
Discretiones. 1102
Discretum. 663. 1102
Discrimen. 885
Discus. 1596
Discussor. 1176
Discussores. 1277
Discutere matrimonium. 1716
Disiunctim relictum. 1516
Disiunctiua. 410. 411
Disiunctiuæ voces quæ. 413
Disiunctiua pro copulatiuis. 412
Disortiones. 1865. 1959
Disparitas cultus. 1691
Dispendium. 884
Dispendium viæ. 1419
Dispensatio. 212. 213
Dispensatio & legitimatio. 380
Dispensatio & priuilegium. 230
Dispensator. 1865
Dispositiua voluntas. 57
Dispositiuè. 1080
Dispunctio. 519
Dispungere. 519
Dispungere, Dispunctio. 1755
Disputare, Disputatio. 535
Disputare in foro. 1216
Disquisitio. 1778
Dissidere. 1716
Dissidium pro diuortio. 1716
Dissimulare & remittere. 966
Dissimulatio & simulatio. 1978
Dissoluta negligentia. 666
Distillatio. 1512
Distractio. 1119. 1716
Distractio duplex. 1331
Distractio pignoris. 1045
Distractores argenti. 1865
Distractus. 938
Distrahere. 1119
Distrahere rationes. 964
Distrahere pignus. 1045
Distrahere matrimonium. 1716
Distributiones quotidianæ. 1310
Distributionum appellatio. 1310
Distributiua iustitia. 675
Distributiua conditio. 1993
Distributiuæ voces. 431
Districte. 223
Districtio. 94. 585
Districtio ecclesiastica. 157
Districtio ecclesiasticæ censuræ. 1730
Districtualium appellatio. 1436
Districtus. 1435. 1436
Ditio. 1183
Diu, diutius. 1162
Diualem accipere. 517
Diualis lex. 197
Diuersorium. 1424
Diuertere. 1712. 1716
Diuerticulum. 1712
Diues & locuples. 582
Diuidere sententiam. 1259
Diuidi hæreditatem in capita. 1099
Diuidiculum. 614
Diuidua conditio. 966
Diuina domus. 1399
Diuina lex. 193
Diuinæ traditiones. 191
Diuinatio. 1376
Diuinatio quid. 1377
Diuinatio quotuplex. 1378
Diuinatoriæ sortes. 1000
diuini qui. 1378. 1382
Diuinorum appellatio. 1748
Diuisio. 1102
Diuisio & partitio. 601
Diuisio à capite. 601
Diuisiuæ voces. 435
Diuisoriæ sortes. 1000
Diuites, quod nobiles. 330
Diuitiæ & opes. 738
Diuortium. 1712
Diuortium quid, & quotuplex. 1712
Diuortij forma. 1715
Diurnum officium. 1326
Diurnus fur. 928
Diurnum tempus. 1134
Diuulgatio. 206
Diuus Imperator. 306. 1959
Doarium. 1865
Dochion. 572
Docibilis, Docilis. 346
Docilis, Docibilis. 346
Docilitas. 654
Doctor. 343
Doctor quis. 305
Doctor Episcopus. 345
Doctoris appellatio. 344
Doctorum coronæ. 40
Doctoris priuilegia. 238
Doctrinalis interpretatio. 210
Doctus & peritus. 647
Documentum. 496
Dodrans. 1027. 1092
Dogæ. 1865
Dogma. 554
Dogma prudentum. 191
Dogmaticus. 554
Dogmatistes. 554
Dogmatizantes. 554
Dogmatizo. 554
Dolare. 1779
Doli capacitas. 78
Dolia. 1334
Doliare. 802
Doliare vinum. 1494
Doliarius. 779
Dolichus. 1027
Dolium. 779
Dolones. 619
Dolor. 108. 109
Dolor in pœnitentia. 1602
Dolus. 147
Dolus & fraus. 660
Dolus bonus. 659
Dolus malus. 659
Dolus pro facto. 661
Dolus dat causam. 661
Dolus dans causam. 1689
Dolus incidit. 661
Dolus incidens. 1689
Dolo facere. 661
Dolo factum. 898
Doli exceptio quotuplex. 721
Domestici. 355. 358
Domesticorum appellatio. 358
Domesticum furtum. 927
Domesticus hæres. 1083
Domesticus testis. 1197
Domicilium quid. 1431
Domicilium multiplex. 687
Domicilij appellatio. 1432
Domicilij Episcopus. 1661
Dominica. 1342
Dominica oratio. 1323
Dominici coloni. 1033
Dominici serui. 831
Dominicus ager. 759
Dominicus grex. 806
Dominium. 684
Dominium quid. 685
Dominij appellatio. 688
Dominus fundi. 394
Dominus. 394
Dominus rectus. 394
Domini appellatio. 394
Dominus vobiscum. 1583
Domus. 357
Domus & ædes. 1406
Domus & casamentum. 1407
Domus pro familia. 357
Domus dominica. 1436
Domus religiosa. 1395
Domus appellatio. 357
Donare & dare. 976
Donarium. 976
Donata prædia. 754
Donatarius. 972
Donati qui. 1362
Donatio. 972
Donatio propter nuptias. 1682
Donatio ante nuptias. 1682
Donatio ad nuptias. 1682
Donatio causæ mortis. 973
Donatio causa mortis, & testamentum. 1067
Donatio inter viuos. 973
Donatio ob causam. 973
Donatio omnium bonorum. 689
Donatio precaria. 974
Donatio inter virum & vxorem. 1683
Donationis appellatio. 975
Donatistæ cardinales. 207
Donec. 1162
Donec, quoad. 1159
Donum & munus. 976
Donum perseuerantiæ. 1988
Dormire. 907. 1985
Dormire & interrumpi. 725
Dormitio & interruptio. 725
Dos quid. 1678
Dos latè accepta. 39
Dos quotuplex. 1679
Dos aduentitia. 750
Dos integra. 1680
Dos certa. 1680
Dotis appellatio. 1680
Dotale prædium. 1681
Dotales res. 1681
Dotalia prædia. 752
Dotalis seruus. 1681
Dotalis fundus. 756
Dotalitium, Dotalium. 1681
Dotes beatorum. 39
Dotes corporum. 39
Doxa. 551
Drachma. 815. 1025
Drachmalis vsura. 1865
Dromones. 612
Dubia causa. 1779
Dubia conscientia. 82
Dubium quid. 93
Dubium quotuplex. 93
Dubium iuris & facti. 93
Dubius in fide. 544
Ducatus. 308
Ducena. 611
Ducenarij. 1279. 611
Ducere & portare. 810
Ducere pugnum. 840
Ducere vxorem. 1722
Ducere seruos. 840
Duces. 308

Duces

Duces factionum. 308. 612
Ducissa. 312
Duella. 1025
Duellum. 604. 1382
Dulce legatum. 110
Dumaria falx. 134
Dummodò. 424
Dum tamen. 957
Duntaxat. 419
Duo & bini. 432
Duplæ stipulatio. 962
Duplares. 1959
Duplari. 962
Duplex officium. 1329
Dupli appellatio. 962
Duplicatio. 718
Duplicia iudicia. 1172
Duplicia beneficia. 1284
Dupliciarij. 616
Duplio. 962
Duploma. 1421
Duplum. 962
Duracinæ vuæ. 798. 1779
Durare vincula pignoris. 1046
Duratio multiplex. 1138
Duumuiralis. 320
Duumuiratus. 320
Duumuiri. 320
Dux, Imperator. 308

E

Eatenus. 424
Eborarij. 1866
Ebrietas. 1492
Ebrietas & temulentia. 1493
Ebrij. 1493
Ebriositas. 1493
Ebriosus, & Ebrius. 1493
Ebrius, & Ebriosus. 1493
Ebur. 1866
Ecclesia. 261
Ecclesia & Oratorium. 1401
Ecclesia quid & quotuplex. 261
Ecclesia qualiter sancta. 1986
Ecclesia materialis. 1400
Ecclesia patrimonialis. 1822
Ecclesia receptiua. 1822
Ecclesiæ appellatio. 263
Ecclesiæ membra. 1986
Ecclesiare. 261
Ecclesiastes. 261. 487
Ecclesiastica emphyteusis. 992
Ecclesiastica immunitas. 847
Ecclesiastica potestas. 1184
Ecclesiasticæ personæ. 289
Ecclesiasticæ traditiones. 191
Ecclesiasticarum personarum appellatio. 335
Ecclesiastici liber. 487
Ecclesiasticum crimen. 143
Ecclesiasticum forum. 1215
Ecclesiasticum ieiunium. 1480
Ecclesiasticum officium. 1325
Ecstasis. 103
Eculeus. Vide Equuleus.
Edere & reddere. 963
Edere & publicare. 922
Edere nomen. 841
Edere operas. 400
Edicere. 188
Edictales. 347
Edictalis possessio. 709
Edictum quod & quotuplex. 188
Edictum multiplex. 188
Edictum ædilitium. 318
Edictum circunducere. 221
Editio & promulgatio. 206
Educare. 388
Educatio. 388
Educationis appellatio. 388
Edulipos. 1866
Edolium. 388
Effectiuè voluntarium. 45
Effectiuè inuoluntarium. 48
Effectu commodare. 990
Efferuescit ira. 116
Effeta. 1553
Efficax voluntas. 57. 59
Effodere. 1866
Effœminare. 1515
Effœminati. 1515
Efformare. 1866
Effractores. 930
Effractura. 930
Effringere. 930
Effusores. 1779
Egenus, egere. 581
Egestas. 581. & Paupertas. 1835
Egregiatus. 1866. Egregius. 1958
Eiectus & erto. 1368
Eierare. 1375
Eijcere. 66. 901
Einateres. 1960
Eiurare. 1375
Eiurare beneficium. 1301
Eiurare hæreditatem. 1100
El, nomen Dei. 5
Elexmporia. 1021
Electio mediorum. 22
Electio & optio. 1866
Electio quotuplex. 1293
Electio canonica. 1293
Electiuum beneficium. 1285
Electrum. 870
Electrum pro auro. 870
Electuario. 1482
Eleemosyna. 567
Elementa prima. 1779
Elenchus. 870
Eleo. 567
Eleuare. 1200
Elice. 769
Elicitus appetitus. 37
Elidere & Elidi. 1866
Elimatum. 1779
Elogium. 1200
Elohim. 2. 5
Elugere. 1867
Eluscare. 1779
Eluscatio. 1779
Elusorium. 1453
Elutriare. 1494
Emanceps. 382
Emancipare. 382
Emancipatio quid. 382
Emanere. 1867
Emansor. 615
Emansor miles. 615
Emasculare. 1867
Emballo. 788
Embadia. 1960
Embama. 1490
Embaptin. 1490
Embatæ. 630
Embateuticum ius. 1754
Emblemata. 788
Embola, Embolia. 984
Embolismos. 1152
Embolismus. 974
Emendare. 157
Emaridatio. 157
Emendatio legis. 211
Emendicata suffragia. 1232
Emenon. 486
Emerita professio. 1867
Emere auersione. 1977
Emere & comparare. 1019
Emergere. 1867
Emerita. 613
Emerita stipendia. 613
Emeriti. 613. 640
Eminens scientia. 127
Emissa manus. 961
Emicare. 178
Emissarij. 1868
Emmanuel Christus. 8
Emologare. Vide Homologare.
Emolumentum. 889
Emolumenti appellatio. 889
Emphanastica. 850
Emphasis. 1332
Empli phrastæ. 630
Emphyteuo. 991
Emphyteusis. 991
Emphyteusis & locatio. 992
Emphyteusis multiplex. 992
Emphyteusis ex pacto, & liberæ nominationis. 992
Emphyteuta. 992
Emplastrum. 576
Emple. 1276
Emplemata. 1276
Emponema. 514. 991
Emposica. 1275
Emptio. 1008
Emptio & venditio. 1007
Emptio & permutatio. 1017
Emptio pura. 1013
Emptio mancipi. 1015
Emptionis & venditionis appellatio. 1012
Emptitium feudum. 997
Enata insula. 1868
Encaustice. 133
Encaustum. 187
Encyclopedia. 128
Endiadis. 474
Endoitium. 643
Energumeni. 1658
Eniti & enixa. 1868
Enixæ proles. 1868
Ennea. 1146
Enoo pro ligare. 101
Enorme crimen. 142
Enormis læsio, & enormissima. 904
Enormitas stipendiorum. 904
Ensis & gladius. 621
Entheca. 1412
Enubere. 1882
Enucleare ius. 220
Enunciatiua blasphemia. 1392
Enunciatiua voluntas. 57
Enunciatiuè. 1080
Enxarauia. 1823
Ephemerides. 964
Epheta. 1553
Ephialtes. 1380
Ephippios. 1758
Ephod. 852
Epi. 270
Epibates. 630
Epicedium. 1130
Epidemia. 1423
Epidemici. 1423
Epidemitici. 1036
Epichia. 178. 211. 654
Epilepsis. 474
Epiphania. 1341
Episcopale Concilium. 532
Episcopales caligæ. 785
Episcopalis portio. 848
Episcopare. 290
Episcopissæ, Episcopæ. 1659
Episcopus. 270
Episcoporum appellatio. 270
Epistalma. 483
Epistello. 510
Epistullo idest mando. 483
Epistola. 1584. 510
Epistolares viri. 510
Epistolæ. 516
Epistolium. 510
Epistomium. 134
Epitaphium. 1130
Epithesis. 1868
Epitimia. 1080
Epitimium. 170
Epitomium. 134
Epitome. 483
Epitogium. 790
Epitoma. 134
Epulum. 1489
Equæ appellatio. 810
Equestris dignitas. 338
Equitiarius. 810
Equitius. 810
Equitium. 810

Equuli. 810
Equus & caballus. 810
Equi, & Equorum appellatio. 810
Equuleus, ſeu Eculeus. 170
Eranea pecunia. 816
Eraneos. 816
Ercifcere. 1099
Ercifcunda familia. 1099
E re. 1763
Eremodicium. 1230
Eremicola. 1361
Eremita. 1361
Eremitorium. 1401
Ergagabi. 231
Ergaſiotaui. 1868
Ergaſterium. 131
Ergaſtici. 1868
Ergaſtularius. 1214
Ergaſtulum. 1214
Ergolabi. 131
Eripere. 934
Erogare, Erogari. 1868. Erogatio. ibid.
Erogatorij. 1960
Errare, Erratio. 86
Erratio. 89
Erro. 1366
Erronea conſcientia. 82. 86
Erronea propoſitio. 555
Errones ſerui. 838
Error. 86
Error communis. 86
Error calculi. 86
Error in matrimonio. 1689
Error pro vitio. 113
Erubeſcentia. 112
Erubeſcere. 1780
Eruere. 1780 Eruta cæſa. 817
Eſcale. 781
Eſcarium. 781
Eſſe ſub lege. 219
Eſſentialis beatitudo. 36
Eſſentialis & integralis pars. 1613
Et. 416
Et cætera. 453
Ethnearches. 299
Ethnearchia. 198
Ethnici. 540
Ethologi. 1003
Ethopæi. 1003
Ethymologia. 1973
Etica diſpenſatio. 338
Euacuare mandatum. 221
Euacuata obligatio. 1868
Euagari, & Vagari. 1780
Euaneſcit actio. 1869
Euangelia. 488
Euangelicæ virtutes. 120
Euangeliſta. 488
Euangelium. 488
Euangelium, pars Miſſæ. 1587
Euangelizare. 488
Eubulia. 653
Euchariſtia. 1564
Euchariſtia quid ſit. 1568
Euchariſtiæ materia. 1570
Euchariſtiæ vſus. 1569
Euchariſticon. 1338
Euchaoteria. 483
Euectiones. 398
Euenire. 1959
Euerriculum. 862
Euerſor, ideſt prodigus. 1462
Euertere patrimonium. 1462
Eueſtigio. 1161
Euictio, euincere. 1010
Euidens. 85
Euidentes habitus. 117
euidentia. 85
Euidentia in atteſtante. 526
Euirare. 1867
Euilabes. 1280
Eulogia munera. 1070
Eulogium, elogium. 1070
Eunomia. 1780
Eunuchus. 1502
Euocare ſacra. 1780
Euocari. 1780
Euocari milites. 1780
Eutrapelia. 2000. 1458
Ex 462
Exacta pecunia. 1278
Exactio. 1271
Exactores. 1762
Exactores qui. 1279
Exactores & ſuſceptores. 1280
Exæquare. 462
Exæſtuare. 116
Exaggerare iter. 1422
Examuſſim. 85
Examinatio. 112
Exarare. 640
Exarchi. 1866
Exarchiatri. 1860
Exaruit. 1780
Ex attrito contritus. 1610
Exautorare clericum. 640
Exautorare militem. 640
Exauctorati. 613
Ex bonis, & in bonis eſſe. 462
Excandeſcentia. 115
Excandeſcere. 116
Ex cauſa hæreditaria. 1100
Excedere. 1780
Excellentia. 915
Exceptio. 717. 962
Exceptio & præſcriptio. 1974
Exceptio duplex. 717
Exceptio multiplex. 719
Exceptio peremptoria. 26
Exceptor. 721
Exceptores. 1282
Ex certa ſcientia. 1122
Exceſſus. 1869
Excipere. 717. 962
Excludi tempore. 1781
Excluſio. 1781
Excluſiua variatio. 1950
Excommunicatio quid. 1732
Excommunicationis nomina. 1730
Excommunicationis appellatio. 1736
Exconſul. 317
Excorticare. 1960
Excreſcere. 1781
Excriptum. 503
Excoſatio. 1869
Excuſatio munerum. 1278
Excuſator & defenſor. 1977
Excubicularius. 317
Excubiæ, & vigiliæ. 641
Excurſiones. 607
Excuſſatus. 1869
Excuſſio. 1040
Excutere debitorem. 1040
Ex die. 1145
Execrare & conſecrare. 1573
Execrari & polluti. 1405
Execrari lites. 1869
Execratio & pollutio. 1405
Execratorium iuramentum. 1371
Execratus. 1573
Executio. 1781
Executor teſtamenti. 1072
Executores varij. 1762
Executoriæ litteræ. 494
Exedra Vide Exhedra.
Exemplar. 503
Exemplares virtutes. 120
Exemplaris ſubſtitutio. 1078
Exemplum. 503
exemptio. 847
Exemptum beneficium. 1288
Exequi. 255
Exequi funus. 1128
Exequiæ. 1124
Exequias frequentare. 1128
Exercere. 1870
Exercere ſodomiam. 1957
Exercere Calendarium. 1149
Exercitor & inſtitor. 1869
Exercitus. 626
Ex facto actio. 1234
Exfeſtucare. 1885
Exhæres. 1082
Exhæredatio; præteritio. 1980
Exhedra. 1424
Exheriſmus dies. 1781
Exhibere & reſtituere. 890
Exhibitio reorum. 1214
Exhibitorium interdictum. 1743
Exigere. 1870
Exilium. 163. 1760
Exilica cauſa. 1960
Exilis & tenuis. 582
Eximere. 934. 993
Eximere multiplex. 1781
Eximere diem. 1781
Eximere actionem. 1781
Eximere ex reis. 1781
Exinaniri feudum. 1885
Ex inſidijs. 898
Exiſtere. 1781
Exiſtimatio. 913
Exiurare. 1375
Ex iure manu conſertum. 1222
Ex lege capere. 462
Exodus. 485
Exomologeſis. 1616
Exorbitans lex. 196
Exorbitare. 196
Exorciſmus. 1552. 1658
Exorciſta. 1646
Exorciſtatus. 1652
Exorcizare. 1658
Exors. 1959
Expectare. 117
Expectati parentes. 559
Expectatio. 559
Expectatiua. 1312
Expectatiuæ gratiæ. 494
Expedire. 1870
Expeditæ litteræ. 494
Expeditio. 1870
Expeditum pro vero. 1450
Expenſarum appellatio. 821
Expenſum ferre. 965
Expenſum edere. 965
Experiens. 1782
Experiri. 1232
Experiri actione. 1246
Expertes. 1782
Expiatorium. 1318
Expilata hæreditas. 1095
Expilatæ hæreditatis crimen. 146
Expilatores. 919
Explicit, Expliciunt. 31
Explicita fides. 522
Explicitè. 1782
Explicitò. 1782
Explorare. 634
Explorator. 934
Expoliatores. 1519
Expolire. 1779
Expons. 393
Exportare. 1782
Exportatio. 1782
Expoſitus. 1754
Ex poſt facto. 462
Expoſtulare. 1189
Expreſſa conditio. 955
Expreſſum mutuum. 980
Expromiſſor. 969. 1209
Expromiſſores. 1041
Expromittere. 969
Ex propoſito. 898
Exproximi. 1870
Expugnari. 643
Expulſiua vis. 55
Expulſus & erro. 1366
Expunctæ rationes. 519
Expunctus miles. 519
Expungere. 519
Exquæſtor. 317
Exquirere. 1180
Exſcribere. 481
Ex ſeminario. 1870
Ex ſtudio facere. 153
Exſyngrapha. 1782
Extantes fructus. 794

Ex-

Extensius legis. 210
Extenuare legatum. 1116
Exterminare. 1442
Exterus religionis. 1166
Extortes. 1442
Extra. 463
Extra ciuitatem. 463
Extraiudicialis appellatio. 1265
Extraneus hæres. 1084
Extraordinaria tributa. 1273
Extraordinaria possessio. 709
Extraordinaria iurisdictio. 1187
Extraordinarium iudicium. 1169
Extrordinarius iudex. 1173
Extra quam. 463
Extrauagantes. 254. 258
Extrema malitia. 1627
Extrema necessitas. 51
Extrema vnctio. 1629
Extrema vnctio quid. 1631
Extrema voluntas. 1627
Extrema pro terminis. 28
Extremum. 1627
Extremum iurisdictionis. 1627
Extremus digitus. 1815
Extrinsecus finis. 17
Exuere ære, crimine. 1870
Exufflatio. 1552
Exulcatores. 1869
Exules. 1760
Exultatio, Exulto. 38
Exutum bonis. 932

F

Faber. 1760
Faber lignarius. 131
Faber signarios. 1779
Fabia lex. 199
Fabrica. 1760
Fabrica Ecclesiæ. 850
Fabricarij. 131
Fabricatio sigilli falsi. 1984
Fabricenses. 622. 1760
Fabriles operæ. 1757
Façanha. 1968
Facere. 1319
Facere & agere. 649
Facere & permittere. 1988
Facere contra legem. 221
Facere in fraudem legis. 221
Facere liberè. 43
Facere paria. 1782
Facere partem coniuncto. 1783
Facere promissa. 1783
Facere vim. 68
Facialis reuelatio. 525
Facies, quod forma. 1871
Facies Dei Christus. 12
Facies Ecclesiæ. 1970
Facile & temere. 668
Facinus pro dolo. 661
Facinus & scelus. 137
Facire, Faciant. 224
Facti præsumptio. 1253
Facti quæstio. 1975
Facti infamia. 916
Facti ignorantia. 88
Facti notorium. 921
Factio, factiosi. 1978
Factio & actio. 116
Factores. 1871
Factum & gestum. 1781
Factus Christus ante Ioannem. 1992
Factum aurum. 874
Factum & infectum ferrum. 618
Facultas. 1982
Facultas & libertas. 43
Facultas simplex. 213
Facultates. 738
Facultates magnæ. 738
Faculeates subsignatæ. 166. 1201
Facoltatum appellatio. 738
Facundia. 1783
Fæces, seu fraces. 804
Fœdare, fœditas. 590
Fœdi & deformes. 590
Fœdus pro scelere. 149
Fœnaria falx. 134
Fœnum. 801
Fœnus vnciarium. 1946
Falda. 1783
Faldosus. 1783
Falces multiplices. 1872
Falciatum. 637
Fallacia. 659
Fallere fidem. 1784
Fallonia. 148
Falsarius. 1453
Falsarius literarum. 1984
Falsidia quid. 1111
Falsificare manum. 1984
Falsum. 1453
Falx. 134
Fama. 92. 913
Fama hominis. 913
Fama & rumor. 913
Fama & gloria. 914
Famel. 352
Familia. 352
Familia, idest hæreditas. 352
Familia multiplex. 352
Familia seruilis. 354
Familiæ appellatio. 353
Familiæ suæ appellatio. 354
Familiare sepulchrum. 1128
Familiares & attinentes. 355
Familiares Papæ. 356
Familiares Episcopi. 356
Familiaris. 355
Familiarium appellatio. 355
Familiaritas. 355
Famosum. 919
Famosum & notorium. 922
Famosum carmen. 918
Famul. 395
Famulari. 395
Famulus. 395
Famulorum appellatio. 396
Fanatici. 103. 1658
Fannia lex. 199
Fano. 855
Fanum. 1402
Fari & loqui. 1784
Fari potuerie. 1818
Farliganom. 1960
Fas. 178
Fasciæ crinales. 788
Fasciolæ. 776
Fascis, fasces. 327
Fasti & nefasti dies. 1141
Fastigium. 327
Fastus. 1523
Fataliter fieri. 1871
Fatalis dies. 1142. 1956
Fatalium terminus. 1956
Fato facere. 1871
Fatuitas, & stultitia. 671
Fatum quid. 1382
Fatuus, & stultus. 671
Fauere. 1784
Fauianum. 203
Fauor. 103
Fauor, & odium in iure. 105
Fauorabile. 1784
Fauorabile priuilegium. 233
Fauorabiles causæ. 1228
Fautores. 546
Febris. 585. 589
Feciales. 633
Fel. 115
Felicitas, felix. 34
Felicitatis definitio. 16
Fellare. 1515
Fellator. 1515
Fellicare. 1515
Felonia. 148
Femur. 352
Fera, & bestia. 808
Fera quid, & quotuplex. 863
Ferarum appellatio. 864
Feraculum. 134
Feralia. 1871
Feralis pestis. 1871
Ferenda pœna. 171
Feriæ vnde dictæ. 1346
Feriæ quotuplices. 1346
Feriari. 1346
Feriatici. 1346
Feritas. 1519
Ferraria. 867
Ferre sententiam. 1259
Ferri, portari, duci. 810
Ferrifodina. 867
Ferrum. 618
Ferri appellatio. 618
Ferruminare. 879
Ferruminatio, & plumbatura. 879
Feruidus actus. 566
Ferus. 1519
Festi dies. 1143. 1340. 1345
Festi, & profesti dies. 1141
Festorum dierum appellatio. 1345. 1143
Festi libri. 1345
Festinatio præceps. 1784
Festiuus filius. 378
Festuca, idest vindicta. 1785
Festum. 1340
Feudatarius. 993
Feudum. 993
Feudum multiplex. 994
Feudum hauberticum. 1962
Feudum fœmininum. 995
Fiat. 226
Fibulæ. 1871
Ficta apprehensio. 727
Ficta persona. 335
Ficta Simonia. 1317
Fictio iuris quid. 1254
Fictio & præsumptio. 1254
Fictio & simulatio. 1453
Fictio in sacramentis. 1537
Fideicommissaria libertas. 832
Fideicommissaria substitutio. 1077
Fideicommissarius. 1110
Fideicommissarius hæres. 1084
Fideicommissarius Prætor. 315
Fideicommissum quid, & quotuplex. 1110
Fideicommissum & maioratus. 1118
Fideicommissum & legatum. 1103
Fideiussio. 1037
Fideiussor. 1018
Fideiussor & mandator. 1976
Fideiussor multiplex. 1039
Fideiussor idoneus. 1040
Fideiussor in rem suam. 1039
Fidelis & infidelis. 539
Fidelitas. 520
Fidelitas Christus. 12
Fidelium nomine. 1642
Fidentia. 559. 1466
Fides qualiter accepta. 520
Fides pro conscientia. 80
Fides bona. 725
Fides quæ notitia. 649
Fides multiplex. 521
Fides Catholica & Theologica. 523
Fides viua, seu formata. 523
Fides mortua, seu informis. 523
Fides diuina. 521
Fides humana. 521. 1450
Fiducia. 559. 1063
Fiduciæ iudicia. 1170
Fiduciaria hæreditas. 1093
Fiduciaria opera. 829
Fiduciaria possessio. 710
Fiduciaria venditio. 1014
Fiduciarius contractus. 1063
Fiduciarius pater. 365
Fiduciarius seruus. 829
Fiduciarius tutor. 386
Figere leges. 1785
Figlina. 131
Figlina. 2428
Figlinum opus. 131
Figuræ. 473.

Figuræ causarum. 1231
Figurata donatio. 974
Figulus. 1418
Filialis timor. 111
Filiaster. 1701
Filiastra. 1701
Filiola. 1594
Filius. 371. 372
Filius hominis Christus. 11
Filij, & Liberi. 1978
Filij Senatorum. 314
Filius familias. 383
Filij patrimoniales. 1821
Filiorum appellatio. 376
Filiorum diuisio. 371
Finalis causa. 18
Fines. 1872
Fini tradere. 30
Fini ablatiuus. 30
Finis acceptio. 14
Finis definitio. 16
Finis multiplex diuisio. 16
Finis multiplex. 17
Finis simpliciter vltimus. 16
Finis materialis. 17
Finis formalis. 17
Finis (quo) & finis (qui.) 17
Finis operis & operantis. 17
Finis cuius, & cui. 17
Finis intentionis. 15
Finis vniformis principio.
Finis fruitio. 13
Finis quoad phrases. 30
Finium quod adiectum. 15
Finium regundorum. 1872
Firmamentum litis. 1220
Firmatum matrimonium. 1672
Firmum & ratum. 967. 1220
Fiscales vsuræ. 983
Fiscalia prædia. 753
Fiscalis. 1193
Fiscus. 166
Fiscus & ærarium. 813
Fistulæ. 770
Flagellare annonam. 1872
Flagellum. 168
Flagitare. 1497. 1323
Flagitium. 137
Flagrans crimen. 1872
Flagrum. 168. 1785
Flamen. 1655
Flaminis baptismus. 1545
Flamisse. 867
Flare nummos. 1872. flatæ massæ, & flatores auri. 1872
Flauia lex. 199
Flauisse. 1872
Fletus. 109
Flexus ætatis. 1166
Floci. 1873. fluctuare. 1873
Flumen, fluuius riuus. 767
Fluminis appellatio. 767
Focaria. 1506
Focarij mediastini. 1491
Focus. 1407
Foci appellatio. 1407
Foderum. 1960
Fodina. 867
Fodrum. 1381
Fœderati. 633
Fœdus. 633
Fœmina. 365
Fœmina nobilis. 330
Fœmina ad genus. 368
Fœminæ in familia. 353
Fœminalis. 851
Fœmininum non concipit masculinum. 479
Fœnebres leges. 194
Fœnebris pecunia. 981
Fœnerare. 981
Fœnus. 981
Fœnus & vsura. 986
Fœnus nauticum. 984
Folium, foliata. 578
Folium barbaricum. 1874
Follis. 816
Follis pro tributo. 1175
Fomenta. 576
Fomentare. 576
Fomentatio. 576
Fomes peccati. 150
Fons. 768
Fons & puteus. 1913
Forenses actiones. 1238
Foratica. 1960
Forensis. 1433
Forensis causa. 1229
Forestá. 1418
Formæ in aquæductu. 770
Forma quid. 1534
Forma in iure. 218
Forma communis. 215
Forma causæ. 1785
Forma Baptismi. 1550
Forma pænitentiæ. 1613
Forma Confirmationis. 1562
Forma & materia Ordinis. 164
Forma S. Vnctionis. 1631
Formæ mutatio. 1539
Formale obiectum. 274
Formale pretium. 1873
Formalis disputatio. 535
Formalis libertas. 44
Formalis voluntas. 59
Formalis finis. 17
Formare votum. 1357
Formata fides. 523
Formido. 112
Formidolosus. 112. 1785
Formiter iurare. 1785
Formosus & pulcher. 590
Formula. 1786
Formulam intendere. 1995
Formulæ iuris. 1786
Fornacarius. 830
Fornacarius seruus. 1510
Fornacator. 1873
Fornicari. 1510
Fornicarij opifices. 1510
Fornicatio. 1510. 905
Fornicatio simplex. 1510
Fornicatus paries. 1803
Fornix. 1510
Fors fortuna. 34
Forte, forsitan. 95
Fortia communis. 1214
Fortiter postulare. 1313
Fortitudo. 1463
Fortitudinis officium 1464
Fortuitus. Vide Casus.
Fortuna. 34
Fortunæ. 738
Fortunati. 34
Forum, & forus. 1215
Forum & consuetudo. 345
Forum mixtum. 1956
Forum internum. 1215
Forum externum. 1215
Forum poli. 1215
Forum pænitentiæ. 1215
Forum fori. 1215
Fori disputatio. 1216
Forum agere. 1216
Forum indicere. 1880
Forum declinare. 1216
Forum foro adijcere. 1373
Foro interdicere. 1204
Foro cedere. 1216. 1786
Fossa. 625. 772
Fossarij. 379
Fossatum. 625
Fouea. 1873
Fraces, seu fæces. 804
Fructum. 1786
Fragaræ. 1873
Fragmentum. 1786
Framea. 620
Franci homines. 997
Francum feudum. 996
Frater & germanus. 1698
Fratres consanguinei. 1706
Fratris appellatio. 1707
Fraterna correctio. 568
Fraternitas & germanitas. 1706
Fraternitas spiritualis. 1717
Fratria. 1701
Fraudare. 660
Fraudatæ annonæ crimen. 146
Fraudatoriom interdictum. 1743
Fraus & dolus. 660
Fraus pro delicto. 660
Fraus pro damno. 842
Fraus fit contra legem. 660
Fraus fit legi. 660
Frequenter. 448
Frigusculum. 1715
Friuiculum. 1713
Friuola. 774
Friuolæ appellationes. 1167
Friuolarij. 774
Froctuarius. 696
Fructuarius & emphyteuta. 696
Fructuarius census. 1049
Fructuarius ager. 794
Fructus. 793
Fructus qui. 691
Fructus multiplex. 796
Fructus beatorum. 41
Fructus fructuum. 794
Fructus integri. 894
Fructuum appellatio. 795
Frugalitas, Frugi. 138
Fruges. 800
Frugum appellatio. 800
Frui & vti. 695
Fruitio finis. 13
Frumen. 800
Frumentaria machina. 1795
Frumentariæ leges. 194
Frumentum. 796
Frumentum Alexandrinum. 795
Frumenti appellatio. 797
Fruori. 13
Frustatim. 450
Frustra. 217
Frustrari actionem. 1147
Frustratib. 1194. 1147
Frustrator. 1873
Frutex. 763
Fucare. 807
Fugæ actus. 56
Fugitiuarij. 838
Fugitiui serui. 838
Fugitiuum iumentum. 1786
Fugitiuus religiosus. 1366
Fulcimentum. 189
Fullonus. 766
Fultura. 189
Functio. 150
Functio publica. 150
Fundus. 1393
Fundus vectigalis, emphyt. superf. 1977
Fundus & prædium. 755
Fundi appellatio. 757
Funeralia. 848. 1115
Funeralis quarta. 848
Funerare. 1117
Funerare se. 1117
Funeraria actio. 1115
Funeris sumptus. 1114
Funesta familia. 1117
Fungibilis substantia. 739
Fungor. 150
Funus quid. 1114
Funus facere. 1118
Fur & latro. 928
Fur & raptor. 933
Furca. 1873
Foria, seu fusia lex. 200
Furiosi. 1462
Furiosus. 670
Furnarius. 1874
Furor. 115
Furtar, & roubar. 1992
Furtiua condictio. 1141
Furtum. 924

Furtum quotuplex. 926
Furtum de bonis monasterij. 927
Fusia, seu furia lex. 200
Fusiones. 1874
Fusores. 131
Fustigatio. 168
Fustis. 163
Fustuarium. 1874
Futura hæreditas. 1956

G

Gabella. 1269
Galea. 621
Galiotæ. 533
Gallina quotuplex. 864
Gallicinium. 1140
Ganea. 1508. 1832
Ganeo. 1034
Gariophyllum. 1874
Garum. 1490
Gastromantia. 1382
Gaudium. 107
Gaudium differt à lætitia. 38
Gehenna. 1643
Gemellio. 1597
Gemina pietas. 202
Geminata verba. 1786
Gemini fratres. 1706
Gemma & lapillus. 868
Gemmati lecti. 1786
Geomantia. 1379
Geometrica proportio. 675
Genealogia. 1702
Genearchica prædia. 753
Gener. 1701
Generale, & vniuersale. 472. 1979
Generale & regulare. 83
Generale omne obscurum. 1874
Generale mandatum. 1058
Generale locale interdictum. 1746
Generale concilium. 532
Generale scandalum. 597
Generales actiones. 1238
Generalis. 1280
Generalis & specialis virtus. 674
Generare. 368
Generatio. 368
Generationis appellatio. 368
Genesis. 485
Genesia. 1787
Genethlialogia. 1378
Genialis torus. 1874
Genitalis feritas. 863
Genitiuus ad dominium. 690
Genitor. 365
Genitrix mater. 367
Genium Principis. 1786
Geno pro gigno. 365
Gens & populus. 303
Gentis appellatio. 353
Gentiles. 503. 540
Gentilitium ius. 1874
Genuina pietas. 1875
Genus, Generatio. 368
Genus in iure. 1228
Generis appellatio. 368
Geometræ. 1875
Gerere rem, & res. 1786
Gerere magistratum. 313
Gerere pro hærede. 1082
Germana & soror. 1698
Germanitas & fraternitas. 1706
Germani fratres. 1706
Germanus, & frater. 1698
Geritio. 1082
Gerontes. 1787
Gerontocomi. 574
Gesta, & acta. 501
Gestatio. 589
Gestire. 38
Gestor negotiorum, Vide Negotium.
Gestum. 409
Gestum & factum. 1783
Gibberosus. 586
Gignere & parere. 1787
Gnomi. 282. 653
Gladiatores. 1003
Gladius & ensis. 621
Gladius pro potestate. 1183
Gladius anceps. 94
Glandaria sylua. 799
Glans. 799
Glans caduca. 745
Glandis appellatio. 799
Glarea. 1427
Glaucinum. 577
Gleba pro tributo. 1275
Glebalis pensio. 1275
Gloria, & fama. 914
Gloria in excelsis. 1583
Gloria viuere. 1787
Gios. 1701
Goliardi. 1002
Gonorrhæa. 1512
Graduale. 1585
Gradus ciuilis. 305
Gradus consanguinitatis. 1695
Gradus dignitatis. 290
Græca fide mercari. 1787
Græcitas. 1875
Gramen. 637
Grammatista, Grammaticus. 1952
Grammatophylacium. 349. 512
Granaria. 1428
Granarium. 799
Grandiculi. 1787
Granum. 799
Grani appellatio. 799
Graphiarij. 1961
Graphiar. 481
Graphio. 1961
Grassari. 928
Grassatores. 928
Gratia. 1982
Gratia informis. 235
Gratia præueniua. 1956
Gratiæ rescriptum. 230
Gratiam legis facere. 1787
Gratianus quis. 253
Gratias agere, habere, referre. 1323
Gratiarum actio. 1322. 1323. 1448
Gratiosa sententia. 1875
Gratiosum priuilegium. 232
Gratis dare, quid. 1318
Gratitudo. 564. 1448
Gratuita promissio. 968
Gratuita libertas. 1787
Gratuitæ operæ. 1757
Gratum & iucundum. 107
Grauamen. 1264
Graue crimen. 142
Graue indicium. 1249
Graues personæ. 328
Grauiores causæ. 1228
Grauis metus. 110
Grauis & leuis percussio. 904
Grauis necessitas. 51
Grauissima pœna. 161
Gregarius. 613
Gremia. 764
Gremiale. 858
Gremiales arbores. 764
Gressus. 1027
Grex. 285. 805
Grex & armentum. 806
Gregis appellatio. 806
Grupulosus. 96
Gryptopolæ. 774
Guadia, Guadiare. 1961
Gualdana. 327
Guarantigium. 1037
Guardiæ feudum. 994
Guarentare. 994
Guarentigium. 498
Guarentigius contractus. 1062
Guarentizare. 994
Gubernacula. 1875
Gubernatio. 294
Gubernatrix prudentia. 652
Guidagium. 1270
Gula. 1486
Gulæ species. 1487
Gunathetici. 1035
Gustare. 1491
Gustatio salis. 1553
Gutturosus. 586
Gymnasium. 341
Gymnastes. 341
Gymnastica. 341
Gynæcium. 1426
Gynæciarij. 1426
Gynecocratumeni. 1718

H

Habena. 168
Habere. 125. 731
Habere actionem. 731
Habere in sinu. 731
Habere licere. 731
Habere libere. 43
Habere & possidere. 731
Habere pro derelicto. 746
Habere reum. 1211
Habere vadimonium. 1038
Habitare & commorari. 1407
Habitatio. 1407. 1431
Habitatio quod ius. 699
Habitationis appellatio. 1408
Habitationis domicilium. 1431
Habituale peccatum. 140
Habitualis fides. 521
Habitualis intentio. 20. 1535
Habitator. 1408
Habitatorum appellatio. 1408
Habitus multiplex. 124
Habitus acceptio. 125
Hactenus. 1159
Hæreone. 541
Hæres. 1082
Hæres multiplex. 1083
Hæres vnciarius. 1946
Hæres ex asse. 1084
Hæres in re certa. 1084
Hæres suus. 1083
Hæredis appellatio. 1084
Hæredem scribere. 1090
Hærem Martiam. 1101
Hæreditaria emphyteusis. 992
Hæreditariæ actiones. 1238
Hæreditarium sepulchrum. 1128
Hæreditarius seruus. 830
Hæreditas. 1092
Hæreditas futura. 1956
Hæreditas fideicommissaria. 1110
Hæreditatis quota. 1980
Hæreditatis appellatio. 1096
Hæredipetæ. 1948
Hæredium. 1101
Hæreses leges. 197
Hæresiarcha. 543. 554
Hæresis. 541
Hæresis definitio. 542
Hæresis & apostasia. 547
Hæretica propositio. 555
Hæreticales blasphemiæ. 1392
Hæretici qui. 542
Hæretici contra Iesuitas. 10
Hæreticus externus. 543
Hæreticus occultus per se. 542
Hæreticus occultus per accidens. 542
Hæsitare, Hæsitatio. 95
Hæteriarchæ. 1754
Hamæ. 134
Hamallus. 1961
Hami. 134
Hamulæ, Hamæ. 1597
Harioli. 1382
Harmodius, Aristogiton. 10
Harmosta. 206
Harpagones. 134
Hasta fiscalis. 1013
Hastiludium. 1001
Haubertıcum feudum. 1962
Haustus. 702
Hebdomas. 1146
Hebdomadarum solemnitas. 1332

I N D E X

Hebetes aures. 1770
Hebetudo mentis. 1491
Hebræi. 552
Heliocaminus. 1428
Heluones. 1491
Hemina. 1980
Hemiolon. 984
Hepaticus. 1788
Heratio. 1273
Herba. 763
Heristelli. 1962
Heribannom. 1962
Heribergium. 1962
Hermaphroditus. 1720
Hermogeniani equi. 1875
Heroicæ virtutes. 120
Herones. 1875
Herosa pecunia. 816
Heteroplon. 1767
Hex. 485
Hexameron. 485
Hexaphorum. 831
Hexis. 125
Hierarcha. 266
Hierarchia. 264
Hierarchia Ecclesiastica. 264
Hierophylax. 280
Hieros. 280
Hierusalem. 489
Hilaritas. 107
Hipetrium. 1412
Hiperdulia. 1334
Hipothyrom. 1441
Hippocomi. 399
Hippodromus. 1430. 1001
Hircosus. 587
Histriones. 1002
Hodie. 1144
Holobaræ. 785
Holobrizæ vestes. 1875
Holocaustoma. 1338
Holographom. 1069
Holon. 984
Holoserica. 1875
Homagium. 1370
Homagium, & Vassallagium. 993
Homenagem. 240
Homereuma. 1044
Homo. 452
Homo sacer. 1995
Homo certus, & incertus. 84
Homo medius. 334
Homines certi loci. 1721
Hominis legatum. 1107
Hominis præsumptio. 1253
Hominis appellatio. 897. 1721 1726.
Homologare. 971
Homologus. 1876
Homonyma. 409
Homousion. 1876
Homicidium. 897
Homicidium casuale. 897
Homicidium voluntarium. 897
Homicidij appellatio. 899
Honesta missio. 638
Honestas. 1475. 118
Honestas quod necessitas. 49
Honestas quod bonitas. 69
Honestum. 71
Honestum & decotum. 118
Honor. 915
Honor pro salario. 345
Honor municipalis. 1188
Honor quibus debeatur. 1523
Honorabile bonum. 72
Honorati. 915
Honorare. 1335
Honoraria obligatio. 207
Honoraria pœna. 159
Honorariæ actiones. 1238
Honorarij successores. 714
Honorarium. 1035. 1205
Honorarium ius. 315. 1094
Honorarius tumulus. 1129
Honorarios titulus. 724
Honorarius tutor. 387
Honorati quod aduocati. 1205
Hopia. 1876
Horæ canonicæ. 1325
Horarum canonicarum diuisio. 1325
Horologium. 1788
Horrea. 1063
Horrearius. 1876
Horreorum comes. 312
Horreum. 1034
Horteaticæ species. 1034
Hortari. 223
Hortesia lex. 200
Hortulanus. 401
Hospes. 571
Hospitalarij equites. 1368
Hospitalarius. 574
Hospitale. 572
Hospitalis domus appellatio. 572
Hospitalitas. 571
Hospitari. 571
Hospitium. 571
Hospitiosom. 571
Hostes. 635
Hostia. 1339
Hostia salutaris. 1567
Hostia pacifica. 1338
Hostia pro peccato. 1338
Hosticolo. 635
Hosticus. 1876
Humana lex. 193
Humanum iudicium. 1172
Humanum sacrificium. 1128
Humanus actus. 75
Humatus & sepultus. 1129
Humerale. 621. 854
Humiliati. 1521
Humiliatio. 1522
Humilis persona quæ. 1521
Humilis corde. 1522
Humilitas. 1476. 1521
Hyacinthus. 869
Hybrida, Hybris. 375
Hydrargyrum. 876
Hydraulus. 769
Hydraculus, Hydraulæ. 134
Hydromantia. 1379
Hydromantici. 1876
Hydromeli. 1491
Hydroparastatæ. 1876
Hydrophylaces. 769
Hydrophylacti. 769
Hymnus. 1227
Hymnus Angelicus. 1583
Hypallage. 473
Hypante. 1345
Hyperberetæa. 1148
Hyperbericus mensis. 1148
Hyperocha. 1876
Hypobolon. 1876
Hypocaustum. 1412
Hypocrisarius. 281
Hypocrisis. 1452
Hypocritæ. 1452
Hypodiaconus. 1653
Hypomnematographi. 514
Hypostasis. 1877
Hypotheca & pignus. 1042
Hypotheca multiplex. 1043
Hypothecaria cautio. 959
Hypothecarius. 948
Hypothesis. 1877
Hypothetica propositio. 470
Hysterologia. 478
Hysteron. 478

I

Iacens hæreditas. 1094
Iacere testes. 1788
Iactantia. 1451
Iactare. 1877
Iactæ res. 1877
Iactus aleæ. 1001
Iactura. 884
Iaculans. 1877
Iah, nomen Dei. 4
Iam, Iam nunc. 1163
Iam diu. 1163
Iam dudum. 1163
Iam pridem. 1163
Ianitor. 1651
Ianitrices. 1718
Ianthinus. 1788
Ianthynum. 862
Ianuarius. 1148
Ianus. 1148
Ichthyotrophium. 573
Icon. 1336
Iconicum. 1336
Iconomachus. 1336
Iconomi. 282
Icosaproti. 322
Idem. 440
Idiochera. 1877
Idiographum. 1877
Idioma. 1788
Idiota. 87
Idolatra. 1377
Idolatria. 1376. 1377
Idolothytum. 1377
Idolum. 1377
Idonea cautio. 959
Idonei testes. 1197
Idoneus confessarius. 1820
Idoneus tutor. 387
Iduare. Idus. 1150
Iehouah, nomen ineffabile. 2. 3
Ieiunare. 1478
Ieiunium. 1478
Ieiunium iuris naturalis. 1481
Ierurgia. 1579
Iessei Christiani. 10
Iesuati homines. 10
Iesus, nomen Christi. 9
Iesus nollos fidelis vocatus. 10
Ientaculum. 1488
Ierocinium. 573
Ierontocomium. 573
Iffans. 332
Ignarus. 87
Ignauia & timiditas. 1465
Ignauus. 87
Ignem & aquam recipere. 1732
Igniarium. 1788
Ignis & aquæ interdictum. 164
Ignominia. 917
Ignominiosa missio. 638
Ignominiosus. 917
Ignoranter peccare. 89
Ignorans & nesciens. 99
Ignorantia multiplex. 88
Ignorantia facti & iuris. 1243
Ignorantia ad inuoluntarium. 48
Ignorare & nescire. 87
Ignoratio & Ignorantia. 87
Ignoscere. 1877
Ignotus. 1788
Igostater. 726
Illapsus, Illabi. 38
Illaqueare. 1456
Illata, inuecta. 1036
Illatio canonica. 184
Illatio & collatio. 1271
Illecebra. 1878
Illecta stipula. 1878
Illegitimi non sunt nobiles. 330
Illegitimus quotuplex. 373
Illexerat. 1788
Illibatum. 888
Illibatus quadrans. 1861
Illicite fieri. 152
Illico, & Protinus. 1161
Illigata. 1418
Illinere, Allinere. 518
Illiteratus. 1823
Illotæ manus. 1878
Illuminatio. 1546
Illusio. 912
Illustres. 313
Illustres quæstores. 317
Illustris. 329

Illu-

Illuuies. 1788
Illiricani. 1033
Imaginarium. 1453
Imaginarium funus. 1124
Imagines ſubitæ. 1789
Imaginis legatum. 1107
Imago & ſtatua. 1814
Imago Dei Chriſtus. 11
Imbuere. 1879
Imbuti artificijs. 1789
Imitari chirographum. 1789
Immanis, immanitas. 1519
Immaturum. 1878
Immediata fides. 522
Immemorialis poſſeſſio. 707
Immerſio. 1548
Imminente iudice. 1878
Immiſceri hereditati. 1097
Immiſſio manus. 944
Immiſſum. 701. 1413
Immittere & proijcere. 1879
Immitis. 1519
Immobilium appellatio. 745
Immolare. 1338
Immolatio. 1338
Immolatio Chriſti in Miſſa. 1581
Immolitus. 1414
Immunditia. 1504
Immunitas. 847
Immunitas loci ſacri. 1396
Immutari. 1985
Impatiens. 1470
Impatientia. 108. 1470
Impeditus. 1870
Impedimentum, impedire. 1686
Impedimenta dirimentia. 1689
Impedimenta Impedientia. 1687
Impendia litis. 1879
Impenſæ, & expenſæ. 821
Imperat ua adiuratio. 1369
Imperatiuæ feriæ. 1346
Imperator. 305
Imperator Apoſtolicus. 206
Imperatoris nomina. 306
Imperatoris legatus. 312
Imperatrix. 312
Imperfectio moralis. 249
Imperfectum dominium. 688
Imperitia. 87
Imperium circa finem. 22
Imperium cogens. 60
Impetere. 1196
Impetigine. 587
Impetiginoſus. 587
Impetratorium. 1338
Impietas. 138
Impignoratio. 1044
Impilia. 776
Implere. 1357
Implere militiam. 1759
Implere ſtipendia. 1759
Implere votum. 1357
Implicitum voluntarium. 47
Implicita fides. 512
Implicita voluntas. 57
Implorare officium iudicis. 1178
Implorati iudicium. 1182
Imploratum iudicis officium. 1179
Impluuium. 1789
Impœnitens, & incorrectus. 1606
Imponere. 1879
Imponere finem. 30
Importare. 1879
Importata. 1789
Impoſitio. 1275
Impoſitio manuum. 1558
Impoſſibilis conditio. 955
Impoſſibilis pœnitentia. 1605
Impoſtura, Impoſtores. 660
Impotentes. 1693
Impotentia ad præceptum. 1995
Impotentia quid. 1693
Imprecatio. 912
Imprecatiua blaſphemia. 1392
Improbabilis opinio. 92
Improbitas. 138
Improbus, improbe. 138
Improperium. 911
Improuiſum debitum. 1789
Imprudentia duplex. 656
Impubes. 383
Impudici tactus. 1504
Impudicitia. 1504
Impulſiua cauſa. 18
Impune. 1789
Imputare. 1789
Imputatio & collatio. 1980
In. 463
In, & de. 463
In, & apud. 458
Inanis gloria. 1468. 1524
Inateres. 1879
Inauditus reus. 1210
Inaugeri cauſam. 1879
Inauri 787
In bonis eſſe. 743
In bonis, & ex bonis. 462
In bonis eſſe. Ex bonis eſſe. 824
Incantatoria. 1384
Incapax. 1968
Incapitatum tributum. 1836
Incardinare. 267
Incarnationis terminus. 39
In cauſam deſcendere. 1231
Incendiarius. 146
Incenſiti. 619
Incentio. 600
Incentiuum. 600
Incentor. 600
Inceptionis terminus. 27
Incerta quæ ſint. 95
Incerta bona. 748
Incerta conditio. 955
Incerti condictio. 1245
Incertus. 94
Incertus contractus. 94
Incertus locus, & homo. 84
Incertus teſtis. 1197
Incertus contractus. 944
Inceſtæ nuptiæ. 1674
Inceſtus. 905
Inceſtus, adulterium, ſtuprum. 1509
Incidens quæſtio. Vide Emergens.
Incidens, & emergens. 1867
Incile. 771
Incidere. 1879
Incilia, & inciles. 771
Incipere, & inchoare. 1962
Inciuile. 1880
Inclementia. 73
Inclamatus, inclamo. 1962
Incluſiue. 33
Incola. 1433
Incompatibile beneficium. 1288
Incompetens iudex. 1175
Inconciliari. 1962
Inconcuſſe. 570. 708. 1473
Inconcuſſum. 1473
Inconcuſſum ius. 708
Inconſideratio. 8. 656
Inconſtantia. 1472
Inconſtantia, inconſtans. 657
Inconſulto facere. 969
Inconſultus. 669
Incontinenti. 1161
Incontinens. 1516
Incontinentia. 1516
Incorporalia bona. 741
Incorporatio bonorum. 820
Incorrectus, & incorrigibilis. 1606
Incorrigilis iuridice. 1606
Incorruptio perpetua. 1499
Io creditum abire. 947
In creditum ire. 712
In creditum poſſidere. 1790
Incredulitas. 539
Incrementum. 819
Incrementum latens. 759
Increſcere. 819
Incruſtare. 1414
Incruſtatio. 1414
Incubus demon. 1513
Inculcatio verborum. 409
Inculpatus. 1880
Incultus ager. 759
Incunctabile. 85
Incunctanter. 85. 1161
Incuria. 667
Incuſare, & accuſare. 1189
Indagare, indago. 1180
Indagatiua acta. 508
Indago. 664
Indebiti ſolutio. 945
Indebitum. 188
Indefensè. 152
Indefeſsè. 152
Indefinita. 470. 471
Indemnitatem repromittere. 969
Indemnitatis fide iuſſor. 1040
Indeprocinctu. 643
Index. 1243
Index, & ſumptum. 503
Indicare. 1021. 1248
Indicaſſe reum. 1212
Indicatio. 970. 1248
Indicatus reus. 1195
Indicere, Iudici. 1880
Iudicium quid. 1249
Indicta cauſa. 1229. 1976
Indicta cauſa damnati. 1790
Indictio, Indictiones. 1880
Indictum. 1272. 1790
In diem ſtipulatio. 941
Indifferens actus. 76
Indifficile, 561
Indigena. 1433
Indignæ nuptiæ. 1987
Indigna perſona. 1987
In dignari, & dedignari. 116
Indignatio. 116. 108
Indignus. 1881. 1968
Indiligentia. 665
Indirecta abſolutio. 1619
Indirecta compenſatio. 895
Indirecte liber fieri. 834
Indirecte prætendere. 1519
Indirectum voluntarium. 47
Indiſcretum. 671
Indriſcetum mandatum. 217
Indiuiduum. 84
In diuiduum feudum. 995
Indiuiſum dominium. 713
Indoitium. 643
Indoles. 121. 659
Indoplorato. 633
Indotatus. 1790
Inducere. 518
Inducere ſententiam. 1259
Induco. 223
Induciæ. 636. 1225
Induciæ quotuplices. 636
Inductio. 518
Indulgentia. 230. 1982
Indulgentia, indulgere. 1935
Indulgentia quid. 1636
Indulgentia quotuplex. 1637
Indulgentiæ appellatio. 1642
Induſtriales fructus. 793
In eadem cauſa eſſe. 1231
Inedia. 1483
Inedia quod excommunicatio. 1736
Ineptiæ. 671
Inexpiabile. 143
In factum actio. 1234
Infallibilitas. 85. 524
Infames. 916
Infamia. 916. 167
Infancones. 332
Infantes. 1784
Infantia. 1164
Infantiæ proximus. 383
Infauſtas voces iactare. 912
Infectum ferrum. 618
Infectum aurum. 874
Infenſio. 615
Inferiores artes. 128
Infernus. 1643
Inferre multiplex. 1881

Infi.

Infidæ advocationes. 1204
Ioficiari, Inficiatio. 1881
Infidelitas. 539
Infidelis. 539
Infidelis quotuplex. 539
Infinitiuum. 480
Infirmi, Infirmitas. 585
Infirmitas in resignatione. 1302
Inforari. 1962
Informe priuilegium. 235
Informis confessio. 1616
Informis fides. 523
Inforcisim. 256
Informiter iurare. 1785
Infortiatum. 256
Infra, & supra. 264
In frandem manumittere, 842
In fructu esse. 824
Infula. 117.856
Infula, diadema. 857
Infulæ virtutes. 120
Ingeniosus. 661
Ingenium pro fraude. 661
Ingenitas. 832
Ingenuus qui. 852
Ingerere. 1790
Ingratitudo. 1449
Ingressa. 1582
Ingressus. 1302
Ingressus contractus, 1790
Ingressus Ecclesiæ. 1747
Inguadiare. 1961
Ingressus religionem. 1366
Inhiatio. 1881
Inhibere & prohibere. 208
Iniecta manus. 68
Inijcere manum. 728
Inimicitia. 115
Inimicitiæ capitales. 105
Inimicitiæ odium. 104
Iniquitas. 138. 880
Iniquitatis mammona. 1992
Iniquus. 138
Inire. 1881
Initialis timor. 111
Initiari. 1881
Iniuria quid. 679
Iniuria & offensa. 882
Iniuriæ acceptio. 881
Iniuriæ scriptæ. 1791
Iniuriam lucrifacere. 1794
Iniuriosa vita. 881
Iniuriosus. 1882
Iniustæ appellationes. 1266
Iniustitiæ acceptio, & quid. 880
In litem iurare. 1791
Innatus appetitus. 87
Innocentia. 122
Innocentia, & pœnitentia. 1604
Innocuus, & innoxius. 886
Innominatus contractus. 943
Innotescere. 1882
Innoxius, & innocuus. 886
Innubere. 1882
Innuptæ nuptiæ. 1882
Inobedientia. 1447
Inobedientia, & rebellio. 549
Inofficiosa donatio. 974
Inofficiosum testamentum. 1070
Inopia, & caritas. 562
Inopinabile. 1882
Inopinatum. 1882
Inops, & pauper. 581
Inquietatiua vis. 55
Inquietatus. 1195
Inquilini. 1032
Inquilinus, & colonus 1977
Inquilinus. 1029
Inquirere. 1180
Inquisitio. 61
In rem missio. 1107
In remotis agere. 1442
In sacris paternis. 366
Insania. 669
Insanus. 669
Inscitia. 87
Inscribere. 1882
Inscriptio. 1195
Insensibilitas. 1470
Inserere conditionem. 1882
Inseruire. 400. 840
Insidias tendere. 643
Insignes reliquiæ. 1335
Insignis locus. 1398
Insimul. 414
Insinuare voluntatem. 67
Insinuata, Insinuatiua. 1352
Insinuatio. 483. 978
Insistentia. 711
Insita conditio. 1882
Insolentia. 1526
Insolentia pro inobedientia. 1447
Insolitus casus. 988
Insolutum. 1021
In somnum. 1380
Inspectari conditio. 1883
Inspector. 1192
Inspectores. 1277
Inspicere. 1883
Inspirata electio. 1293
In seruitutem petere. 840
Instanter petere. 1323
Instantia. 1883
Instantia partis. 236
Instar. 443
Instaurare, Instauratio. 1883
Instigator, Instigatus. 1883
Instipulari. 1883
Institor. 1018
Institor & exercitor. 1869
Instituere. 1121
Instituere & inuestigare. 999
Instituere formulam. 1791
instituere hæredes. 1076
Instituere accusationem. 1196
Instituta. 259
Instituta maiorum. 1111
Institutio beneficij. 1295
Institutiones iuris. 1121
Institutionum liber. 186.255
Institutum. 186
Instratum. 782
Instructa taberna. 1022.1114
Instrastum, & Instrumentum. 1883
Instructus fundus. 756. 1114
Instruere actionem. 1186
Instrumentum. 113.496
Instrumenta domus. 1115
Instrumenta nuptialia. 1668
Instrumentorum appellatio. 502
Insula. 827.1413
Insula nata. 1897
Insula emergens. 691
Insulani serui. 827
Insultus. 146
Insuper. 447
Integer. 590
Integra domus. 894
Integra facultas. 894
Integralis, & essentialis pars. 1611
Integrè habere, 894
Integrè restituere, 894
Integritas. 1498
Integritas confessionis. 1616
Integrum. 894
Integrum dominium. 894
Intellectiua vis. 119
Intellectualis habitus. 126
Intellectus pro habitu. 127
Intellectus qualiter imperet. 22
Intellectus qui habitus. 649
Intelligentia. 654
Intelligere. 1884
Intemeratum priuilegium. 235
Intemperans, & incontinens. 1516
Intempestiua cultura. 1884
Intendere actionem. 1246
Intendere formulam. 1995
Intentare actionem. 1791
Intentio oculus, & lumen. 20
Intentionis, & desiderij discimen. 21
Intentio multiplex. 20
Intentio ad Sacramentum. 1535
Intentio in iure. 19
Intentio apud philophos. 20
Intentio finis. 19
intercalaris dieis. 1152
Inter. 33. 464
Intercalare. 1884
Intercapedo. 1884
Intercedere. 1264
Intercessio. 1264
Intercessio mulieris. 1039
Intercessor. 1039
Interdicere foro. 1204.1216
Interdictæ nuptiæ. 1674
Interdictum, interdicere. 204.1743
Interdicti acceptio. 1744
Interdicti definitio. 1644
Interdictum, & cessatio a diuinis. 1749
Interdictum multiplex. 205
Interdictum Ecclesiasticum multiplex. 1745
Interdictum ab ingressu Ecclesiæ. 1746
Interdictum populi. 201
Interdictum de aquis multiplex. 772
Interesse. 889. 1979
Interesse appellatio. 889
Intergerinus paries. 1791
Interlocutoria. 1207
Intermenstruum. 1884
Intermissio. 1791
Intermittere. 1791
Internicini accusatio. 1190
Internicinum testamentum. 1071
Internuncius. 1884
Internundinum. 1884
Interpellare. 949
Interpellat dies. 1145
Interpellatus. 1195
Interpolare. 1021
Interpolare seruos. 840
Interpolata vestimenta. 782
Interpolium. 1021
Interponere fiduciam. 1063
Interpretatio. 210. 211. 212
Interpretatiua bigamia. 1677
Interpretatiua intentio. 20
Interpretatiua oratio. 1322
Interpretatiuum voluntarium. 47
Interprisum. 1965
Interrogare. 1181
Interruptio. 725
Intertiare. 1962
Intertrimentum. 884
Intertritura. 884
Interuallum. 1884
Interuenire, interuentus. 1884
Interuertere. 988
Interuersa pecunia. 1885
Interuersores. 1885
Interusurium. 250
Intestabilis. 1075. 1937
Intestato. 1075
Intestatus & testatus. 1843
Intestatus & testator. 1075
Intestinum bellum. 609
Intestinum vulnus. 609
Intimare. 1885
Intra. 33.464
Intributio, & contributio. 1269
Intricare peculium. 842
Intrinseca locutio. 955
Intrinsecæ meliorationes. 819
Intrinsecum, & extrinsecum onus. 1753
Intrinsecus finis. 17
Introitus. 1582
Intrudere. 1319
Intrusio. 1313
Intrusus violentus. 1313
Inuadere. 933
Inuadere, & occupare. 1994
Inuadere hæreditatem. 1099
Inuadiare. 1885
Inuasio immobilium. 931
Inuecta illata. 1936.

Inue-

Inuenire. 1965
Inuenta bona. 748
Inueſtes. 782
Inueſtigare. 1885
Inueſtire & inſtituere. 999
Inueſtitura. 999
Inueterales nummi. 816.1901
Inuidentia & inuidia. 594
Inuidia. 108. 594. 1155
Inuincibilis ignorantia. 88
Inuitatores. 1885
Inuitus. 1885
Inuolantur. 643
Inumbrata quies. 1886
Inuoluntarium. 53
Inuoluntarium quid & quotuplex. 48
Inuoluntarium multiplex. 48
Inuri probroſis notis. 1886
Inutile. 888
Inutile malum. 24
Iocalia quid. 1683
Iocoſum mendacium. 1452
Ioculatores. 1002
Iocus & ludus. 1000
Ioſia. 9
Ipapante. 1345
Ipſo facto, Ipſo iure. 228
Ira definitus. 114
Ira multiplex. 115
Iracundia & ira. 114
Iracundia. 115
Iracundus. 1470
Ire & ambulare. 1422
Ire in creditum. 1839
Irenarcha. 931
Irenarches. 324
Ireni, i.pax. 325
Iris. 578
Ironia. 1451.912
Irregulare. 1758
Irregularitas. 1750
Irregularitas definitur. 1751
Irregularitas quotuplex. 1752
Irreligioſitas. 1386
Irreuerentia. 1386
Irridere, Deridere. 912
Irriguum. 773
Irriſio. 912
Irrita ordinatio. 1662
Irritans lex. 197
Irritare & abrogare. 212
Irritatio facta, vel facienda. 228
Irritatio quaſi pœna. 170
Irritatio voti. 1356
Irritum. 225
Irritum pro valido, ſed ſuſpenſo. 225
Irritum pro irritando. 225
Irritum teſtamentum. 1070
Irrumare. 1515
Irrumatio. 1515
Irrumator. 1515
Iſangelia, 1962
Iſonomia. 1791
Iſſoſtates. 726
Iſmaelitæ. 548
Iſthmos. 1886
Ita. 439
Itaque. 439.445
Ita quod. 421
Ita tamen. 421
Ita vt. 439
Ite Miſſa eſt. 1580
Item. 445
Iter. 1422
Iter pro ſeruitute. 1417
Iter & via. 1417
Iteratio. 1886
Iterato. 1886
Itinerarchæ. 1419
Iubar, i vigor. 216
Iubere. 220
Iubilæus, & plenaria indulgentia, 1640
Iubilare iubilum. 38
Iucunditas. 107
Iucundum. 71
Iucundum ea gratum. 107
Iudæus Doctor. 344
Iudæi. 552
Iudaiſmus. 548
Iudaizare. 552
Iudex competens præparati eſt etiam præparantis. 1839
Iudex qui. 1173
Iudex quotuplex. 1173
Iudex ſubditus. 333
Iudex nummatus. 1172
Iudicis appellatio. 1176
Iudicem accipere. 1178
Iudicem e iurare. 1375
Iudicare. 1081
Iudicare rectè. 650
Iudicare & ius dicere. 1177
Iudicare capitis, vel pecuniæ. 1177
Iudicata res. 1261
Iudicatio, 1177
Iudicatorium. 80
Iudicatum. 1177
Iudicatum facere. 1177
Iudicatum ſolui. 1177
Iudiciale pignus. 1043. 1178
Iudicialia præcepta. 193
Iudicialis appellatio. 1265
Iudicialis cauſa. 1228
Iudicialis correctio. 568
Iudicialis pœna. 158
Iudicialis ſtipulatio. 941
Iudiciaria aſtrologia. 1378
Iudicio ſiſti. 1932
Iudicium quid. 1168
Iudicium, lis, & cauſa. 1837
Iudicium & iuſtitia. 673
Iudicium quotuplex. 1169
Iudicium generale & vniuerſale. 1979
Iudicium commiſſum. 1171
Iudicium humanum. 1172
Iudicium ſuum. 1080
Iudicium turpe. 1172
Iudicium pro opiniones. 1778
Iudicium obſeruare. 1201
Iudicium dictare, 516
Iudicia ſacra. 1171
Iudicia principium. 1171
Iudicia populi. 1171
Iudicia liberalia. 1229
Iugalis quod vxor. 1718
Iugatio. 1276. 1850
Iugerum. 1027
Iugeus fundus. 756
Iulia lex. 200
Iulianum. 203
Iumentum. 809
Iumentorum appellatio. 809
Iuniores maiores. 1166
Iuniores Eccleſiæ. 1166
Iuramentum quid. 1368
Iuramentum ſeptimæ manus. 1372
Iuramentum quotuplex. 1371.1898
Iuramenti formula. 1373
Iurare de calumnia. 1372
Iurare conceptis verbis. 1374
Iurare in verba. 1374
Iurare in litem. 1372
Iurare per genium. 1374
Iurati. 343. 1375
Iurati teſtes. 1198
Iurgare. 1220
Iurgare, & litigare. 608
Iurgium. 608. 1220
Iurgium, & litigium. 1217
Iuridica culpa. 147
Iuridicus. 214
Iuris quæſtio. 1975
Iuriſconſultus. 215
Iuriſdictio quid. 1185
Iuriſdictio abbatum. 375
Iuriſdictionis dominium. 687
Iuriſdictionis lex. 196
Iuriſprudentia. 215.647
Ius, quod iuſſum. 177
Iuris acceptio. 678
Ius quid. 177
Ius definitur. 679
Ius diuiditur. 680
Ius quotuplex. 679
Ius multiplex. 678
Ius de fogo morto. 1833
Ius ad rem. 680
Ius in re. 680
Ius honorarium. 315.1094
Ius commentitium. 216
Ius offerendi. 1832
Ius naturale. 192
Ius gentium. 193
Ius reuocandi domum. 1825
Ius verſutum. 1453
Ius ſepulchri, & ius inferendi in ſepulchrum. 1838
Ius vetus. 220
Ius deuolutum. 1313
Ius inter domeſticos. 351
Ius obiectum iuſtitiæ. 679
Ius dicendi nullum, 1980
Iuris appellatio. 682
Iurium appellatio. 683
Iuris regula. 83
Iuris ignorantia. 88
Iuris notorium. 921
Iuris infamia. 916
Iura prædiorum. 702
Iure proprio tradere. 727
Iusjurandum. 1368
Iusjurandum referre. 1368
Iusjurandum concipere. 966
Iuſſio. 931
Iuſſus. 176
Iuſtæ nuptiæ. 1674
Iuſta ætas. 1164
Iuſta excommunicatio. 1735
Iuſta hæreditas. 1093
Iuſta vxor. 1674
Iuſta ætas. 1164
Iuſta facere. 1128
Iuſto non eſt lex impoſita. 219
Iuſtum. 726
Iuſtum & legitimum. 379
Iuſtum pro vero. 1450
Iuſtus filius. 379
Iuſtis dies, iuſtidium. 1963
Iuſti liberi. 1674
Iuſtus metus. 110
Iuſtitia. 120
Iuſtitiæ acceptio. 672
Iuſtitia quid ſit. 673
Iuſtitiæ diuiſio. 674
Iuſtitia originalis. 677. 122
Iuſtitiæ deſcriptum. 230
Iuſtitiarij. 726
Iuſtitium. 1814
Iuuentus. 1164
Iuxta. 465.1438

K

Kalendæ. Vide Calendæ.
Kyrie eleyſon. 1582

L

Lagabarum. 637.1336
Labes. 1036
Labi facultatibus. 738
Labi mente. 728
Labi in hæreſim. 678
Laborante naue, 1792
Laborantes. 279
Labra. 770
Laccarij. 1886
Laccus. 1886
Laceratum. 1792
Lacerna. 858
Lacertus. 1886
Laceſſere famam. 1792
Lactare & delectare. 106
Lacticinia. 1485
Lacunar. 1406

La-

I N D E X

Lacus & ſtagnum. 1976
Lacus. 772
Lædere, Læſio. 1887
Læſæ maieſtatis crimen. 145
Læſio enormis. Vide Enormis.
Lætitia. 107
Lætitia differt a gaudio. 38
Lagena. 1792
Lagium. 1052
Laica & ciuilis poteſtas. 1184
Lacus. 289
Lamentatio. 106
Lamia. 1385
Lana & lac, 807
Lanæ appellatio. 807
Lance & licio. 932
Languide, neglecte. 667
Langor. 1792
Laniena. 1519
Lanio. 1519
Lanipendium. 131
Lanilla. 1792
Lanitium. 807
Lanx. 1792
Laos. 289
Lapidicina. 1793
Lapillus & gemma. 868
Lapis pro milliario. 1423
Lapis angularis. 13
Lapidum appellatio. 868
Lapſa hæreditas. 1093
Lapſus carnis coſummatus. 1514
Laquear. 1409
Laqueare. 1409
Laqueauas. 1991
Lar pro familia. 1431
Lararium. 1403
Lardum. 1484
Large, largiter. 1887
Largiri, Largiter eſſe, Largiter refert. t887
Lares. 1403
Largitas. 1460
Largitio & largitas. 1460
Largitio ſacra. 974
Largitionum comites. 310
Largitionales. 724.1918
Largus. 1460
Laruatus. 1658
Laſer. 578
Laſerpitium. 578
Laſciuia. 1504
Laſciuus. 1504
Lata culpa. 147
Lata fuga. 1793
Lata pœna. 171
Laterculenſis. 1888
Laterculum. 504
Lateres. 1793
Lateralia. 777
Lateritius. 1803
Laticlauij. 791
Laticlauium. 791
Latinæ feriæ. 1346
Latini ſerui. 829
Latini liberti. 836
Latinitas. 1886
Latio. 190
Latitare, Latitio. 1247
Latitare. 952
Latitatio turpis. 952
Latomia. 1793
Latomiæ. 1428
Latonia. 1214
Latreoſicon. 1338
Latria. 1334
Latrina. 1423
Latro & fur. 928
Latro publicus. 929
Latrunculator. 1888
Latrunculi. 635
Latrunculi & hoſtes. 929
Latum pro dicto. 409
Latuſclauus. 791
Lauacrum. 1546
Lauare, Lauatio. t888
Lauabile. 77
Laudabile bonum. 72
Laudare, i. approbare. 999
Laudemium. 999
Laudum. 1257
Lauerne. 1888
Laureola. 40
Laus quid, 1332
Lautia. 1489
Lautica. 1489
Lautitia. 1498
Lautus. 1489
Laxamentum. 1158
Laxita. 1157.1793
Lecanomantia. 1382
Lecti teſtudinei. 1938
Lectica, 831
Lecticarius ſeruus. 831
Lectio. 1323
Lectiones. 1328
Lector. 1646
Lectoratus. 1651
Lectus & lectum. 823
Lecti appellatio. 823
Legale debitum. 1443
Legale pignus. 1043
Legalis pœna. 158
Legalis infamia. 916
Legalis cœna. 1967
Legalis iuſtitia. 674
Legalis maioratus. 1120
Legalis vſufructus. 694
Legare. 1116
Legare dotem. 1681
Ligati per præceptionem. 1917
Legatarius. 1116
Legatarius hæres. 1083
Legatio. 320
Legationes liberæ. 320
Legatiuum, legatitium. 320
Legatum quid ſit. 1103
Legatum & fideicommiſſum. 1103
Legatum annum. 1107
Legatum hominis. 1107
Legatum in die. 1105
Legatum integrum. 1108
Legatum operarum & vſusfructus. 1107
Legatum pium. 1107.1444
Legatum præſens. 1108
Legatum purum. 1105
Legatum quantitatis & ſpeciei. 1105
Legatum turpe. 917
Legatum vendicationis. 1107
Legati appellatio. 1104
Legatorum tranſmiſſio. 1112
Legatus. 320
Legatus proconſulis. 316
Legati & nuncij. 268
Legati a latere. 268
Legati nati. 268
Legere. 274
Legi poſſe. 517
Legio. 628
Legitimæ nuptiæ. 1674
Legitima ætas. 1164
Legitima appellatio. 1994
Legitima hæreditas. 1083.1093
Legitima portio. 1102
Legitimare perſonam ad iudicium. 1819
Legitimatio. 379
Legitimatio duplex. 380
Legitimum & iuſtum. 379
Legitimum quotuplex. 379
Legitimum funus. 1124
Legitimum pretium. 1008
Legitimum matrimonium. 1671
Legitimum impedimentum. 1686
Legitimum teſtimonium. 1200
Legitimus quotuplex. 372
Legitimus tutor. 385
Legumen. 800
Leguminum appellatio. 800
Lenes & lines. 770
Lemna. 1887
Leno. 908
Lena. 1889
Lenitas & lenitudo. 1889
Lenocinium. 908
Lenones & perductores. 1804
Lenitudo. 114
Leo. 864
Leonis ſocietas. 1793
Lepro ſaria. 573
Lesbia regula. 211
Leuamentum. 1889
Leuari a culpa. 1889
Leuca. 1027
Leuato velo. 1889
Leue iudicium. 1249
Leuiores vſuræ. 1889
Leuir. 1701
Leuis caſtigatio. 156
Leuis culpa. 147
Leuis iniuria. 881
Leuis metus. 110
Leuiſticum, 578
Leuita. 485
Leuitas. 668
Leuites. 1654
Leuiticus. 485
Lex nominatur. 174
Lex quomodo accipiatur. 175
Lex definitur. 176
Lex pro conditione. 175
Lex multiplex. 198
Lex non ſcripta. 145
Lex eterna. 192
Lex naturalis. 192
Lex vetus. 193
Lex noua. 193
Lex mentalis. 197
Lex ſumma. 1139
Lex Aquilia. 198
Lex animata. 191
Legis appellatio. 191
Legis actio. 215
Lege obuenire. 220
Legibus ſoluere. 220
Lexis. 404
Libamen. 1338
Libamentum. 1338
Libellarium ius. 1963
Libella. 1026
Libellaria conceſſio, Libellus. Vide Liuellus.
Libellenſis. 1963
Libelli acceptio multiplex. 508
Libelli ideſt panes albi. 839
Libelliſius. 1963
Libellus. 508.1194
Libellus famoſus. 918
Liber, 350
Liber qui. 832
Liberi & filij. 1978
Libri canonici. 490
Librorum appellatio. 350
Libera cuſtodia. 1214
Libera nominatio. 992
Libera toga. 785
Libera mandata. 42
Libera in mandato. 1060
Libera iuriſdictio. 1187
Liberale opus. 1347
Liberale ſtudium. 339
Liberales cauſæ. 842.1229
Liberales artes. 128
Liberalitas. 1460
Liberare creditorem. 1764
Liberatio. 1073
Liberationis condictio. 1244
Liberatus & liber. 1073
Liberè facere. 43
Liberè fieri. 43
Liberorum appellatio. 377.1995
Libertas. 832
Libertas & liberum. 42
Libertas philoſophicè. 44
Libertas multiplex. 44
Libertas ferarum. 865
Libertas fideicommiſſaria. 1110

Liber-

Libertates competentes. 1175
Libertatis appellatio. 832
Liberta. 837
Libertinitas. 1889
Libertinus. 835
Libertus. 835
Libertus liberti. 837
Liberti ingenui. 842
Liberti Latini. 829
Libertus triplex. 836
Libertorum appellatio. 837
Libertum aſſignare. 1074
Liberum & voluntarium. 46
Liber. 65
Libido. 1889. 1979
Libonianum. 203
Libra auri. 1026
Libra argenti. 1026
Librarius. 349. 1974
Librarij. 481. 721
Librarij depoſitorum. 988
Librarius ſeruus. 829
Libratores. 1028
Libripens, Librarius. 1026
Licentia. 212
Liceri, & licitari. 1013
Licitari & liceri. 1013
Licitatio. 1013
Licitator. 1013
Licitum. 209. 221
Lictores. 1793
Ligaminis impedimentum. 1692
Ligans, & non obligans. 97
Ligium feudum. 995
Ligius homo. 997
Lignamina galearum. 619
Lignarius. 1890
Lignum. 765
Lignum & materia. 1414
Ligni appellatio. 765. 1414
Ligones. 133
Liguſticum. 578
Lilia Gallorum. 198
Limaſianum. 203
Limbus. 1643
Limen. 1890
Limenarchæ. 612
Limes agri. 14
Limitanei. 612
Limitanei milites. 615
Limitaneus. 756
Limitaneus index. 1174
Limitatus ager. 759
Limitrophi. 615
Limitrophus. 656
Linea conſanguinitatis. 1695
Linea margaritarum. 868
Linea ſtricta. 851
Linea Dalmatica. 854
Lineæ appellatio. 368
Lines & lenes. 770
Lingua Romana. 402
Linifices. 792
Linoſtima. 1961
Lintearij. 131. 792
Linteones. 131
Lintrarij. 131
Lintres. 131
Liquamen. 1793
Liquere. 1890
Liquido iurare. 1374
Liquidum. 980
Lis, Litigium. 1217
Lis & cauſa. 1837
Lis & iurgium. 608
Lis pendet. 1219
Lis moritur. 1219
Lis æſtimat. 1218
Lis finita. 15
Litis appellatio. 1219
Litem addicere. 1219
Litem perdere. 1219
Litem in rem ſuam auertere. 1219
Litem ſuam facere. 1219
Litem præparare. 1219
Lite cadere. 1219
Litania. 1324
Litigare. 1220
Litigare & iurgare. 608
Litigator. 1221
Litigium. 1459
Litigioſa res. 1221
Litigioſus. 1421
Litimonium. 1963
Litteræ laureatæ. 1888
Litteræ in forma pauperum. 494
Litterarum ſtudium. 339
Litterari ſenſus. 489
Litterarius ludus. 339
Litterati. 507. 1823
Litterati ſerui. 828
Litteratus, litterator. 1952
Littus & ripa. 767
Lituchus. 287
Litura. Liturare. 519
Liturgia. 1578. 1579
Liturgus. 287
Liuellare. 998
Liuellaticus. 998
Liuellus, 998
Liuor. 594
Locale cambium. 1053
Locale interdictum. 1745
Locare ad beneplacitum. 1833
Locare & conducere. 1029
Locare ad precarium. 1833
Locatio & conductio. 1029
Locatio multiplex. 1030
Locator & conductor. 1029
Locolytæ. 931
Loculus. 931
Locuples & diues. 582
Locuples hæreditas. 1094
Locupletari. 1890
Locupletes teſtes. 1198
Locus. 1393
Locus certus. 84
Locus publicus. 1394
Loci acceptio. 1393
Loci adiectio. 1073
Loci quæ ſunt adiacentia. 79
Logion. 852
Logiſta. 964
Logodædalus. 1794
Logographi. 513. 1974
Logographus. 964
Logos. 409
Lolium. 801
Longa conſuetudo. 250
Longeuus. 1166
Longanimitas. 1469
Longe. 1441
Longum tempus. 1174
Loqui & fari. 1784
Lora. 802. 1572
Lori adiectio. 1073
Lorica. 621
Loricatio. 1414
Lubricum ætatis. 1166
Lucerum tribus. 316
Lucratiua cauſa. 1830
Lucratiua deſcriptio. 1275
Lucratiua poſſeſſio. 708
Lucratiua vſura. 982
Lucratiuus contractus. 942
Lucratiuus titulus. 724
Lucratoria vſura. 982
Lucrifacere iniuriam. 1794
Lucroſa hæreditas. 1101
Lucrum ceſſans. 889
Luctum deponere. 1890
Luctuoſa. 1126
Luctus. 109
Lucubrare. 641
Lucubratio. 1890
Luculentus. 409
Ludere credito. 1006
Ludia. 1002
Ludibrium, Ludibrioſus. 1524
Ludicrus. 1006
Ludificatio. 1794
Ludimagiſter. 343
Ludiones. 1002
Ludus prout contractus, 1000
Ludus & locus. 1000
Ludus multiplex. 1002
Luere. 1794
Luere pœnas. 1794
Luere pignus. 1045
Lugubria. 1890
Luitio pignoris. 1045
Lumen vnicum. 702
Lunarius menſis. 1147
Lunatici. 189
Lupa. 1514
Lupanar. 1514
Lupinum. 801
Lurcones. 1491
Luſcioſus. 587
Luſcitio. 1779
Luſitani. 1890
Luſitania. 1981
Luſoria edicta. 1794
Luſoriè agere. 1891
Luſtramentum. 1339
Luſtrale aurum. 1891
Luſtrale cenſus. 1891
Luſtrum. 1155
Luſus & ludus. 1000
Lutra. 1484
Luxuria. 1503. 1979
Luxuriæ ſpecies. 1509
Luxurioſè viuere. 1987
Luxuriæ filiæ. 1503
Luxurioſus. 1891. 1979
Lyceum. 341
Lyhni. 1891
Lytæ. 346

M

Macedonianum. 287
Macellare. 899
Macellarij. 899
Maceries. 1414
Machina. 1795
Machinarius menſor. 14
Machinatio. 659
Maculæ peccati. 150
Maculatus. 1195
Mæchari. 1505
Mæchia. 1505
Mæchiſſare. 1505
Mæchus. 1505
Magi. 1385
Magia. 1384
Magis, idis. 781
Magiſter. 343
Magiſter ludi. 339
Magiſter quotuplex. 313
Magiſter Scripturæ. 481
Magiſter artium. 344
Magiſter Petrus, & Petrus Magiſter. 1838
Magiſter cæremoniarum. 1795
Magiſtri triuiales. 1954
Magiſteriani. 1795
Magiſterium. 313
Magiſtratus. 313
Magiſtratus mutus. 1200
Magna cauſa. 1128
Magnanimitas. 1467
Magni. 329
Magnificentia. 1466
Magnificus. 1466
Magnitudinis terminus. 27
Magnitudo quod bonitas. 69
Magnum quid. 1467
Magnum tempus. 1134
Maieſtas læſa. 145
Maieſtatis lex. 201
Maieſtatem redimere. 1046
Maior. 383
Maior excommunicatio. 1734
Maior & minor ſuſpenſio. 1740
Maior dignitas. 293
Maior pars. 1293
Maiorina pecunia. 1891

Maio-

I N D E X

Maiorasgos, y Patronasgos. 1120
Maioratus. 1117
Maioratus, & Capella. 1118
Maioratus duplex. 1120
Maiores. 364.1696
Maiores causæ. 1228
Maiores ordines qui, 1648
Maiores & minores letaniæ. 1322
Maiores domus. 282
Maiores & iuniores. 1166
Maiorum appellatio. 1705
Maioritas quotuplex. 293
Maiuma. 1005.1345
Mala mansio. 1191
Mala fides. 725
Malagma. 576
Malè sonans. 555
Maledictio, maledicentia. 1190
Maledictum. 912
Maledicus. 912
Malefactor. 148
Malefici. 1385
Maleficium. 138.1384
Maleficus. 138
Maleuolentia. 104
Malignari. 1113.1994
Malignari & consentire. 63
Malitas, i.malitia. 73
Malitiæ acceptio. 73
Malitia suplet ætatem. 78
Malitiosa interpretatio. 73
Mallare, malatio. 1961
Malleatores. 816
Maleatus liber. 511
Malobathrum. 578
Malum. 77.137
Malum & malitia qu d, & quotuplex. 73
Malum physicum. 74
Malum culpæ & pænæ. 74
Mamilla Patris. 13
Mamillare. 1795
Mammona iniquitatis. 1992
Mammona. 1462
Manare. 1891
Manalis fons. 1891
Manceps. 1015
Mancipatio. 735
Mancipatio quid sit. 1017
Mancipi: Nec mancipi. 825
Mancipia. 825
Mancipium. 395
Mancipium quod dominium. 684
Mancipio dari. 684
Mancipio sui esse. 684
Mancus. 587
Mandare. 1059
Mandare, & cedere actionem. 1837
Mandata libera. 42
Mandatarius, 1059
Mandator & fideiussor. 1976
Mandator. 1059
Mandatores. 1963
Mandatum. 176.1058
Mandatum multiplex. 1058
Mandatum Apostolicum. 1312
Mandra. 810
Mandragora. 578
Mane. 1140
Manet. 221
Mangones. 838
Mangonium. 838
Mangonizare. 838
Mania. 315
Manicæ. 857
Manichæi. 544
Manifesta suspensio. 1983
Manifeste testari. 1081
Manifestum. 919
Manifestum, i.proclamatio. 919
Manifestum furtum. 926
Manifestus hæreticus. 543
Manifestus vsurarius. 985.1825
Manipula. 855
Manipularis. 614
Manipulus. 614.628
Manipulus. 855
Manna. 1567
Manobarbalum. 1806
Mansio. 1891
Mansionarij. 1308
Mansuarij. 1891
Mansuetarij. 1892
Mansuetudo. 1476
Mansuetudo. 1517
Mansuetus. 1517
Mansuetæ feræ. 1892
Mansus. 849
Mantenca & tenca. 1991
Mantile. 776.855
Manuale beneficium. 1285
Manuale cambium. 1053
Manualis obosentia. 1446
Manubiæ. 637
Manumissio. 833
Manumissor. 840
Manumissus, i.emancipatus. 840
Manumittere. 480.833
Manum falsificare. 1984
Manupretium. 129
Manus pro potestate. 1183
Manus pro arte. 129
Manus iniecta. 68
Manus mortua. 1831.1953
Manus violentæ. 68
Manus violentæ appellatio. 68
Manus, a um. Quod clarus. 919
Manutergium. 1593
Manzeres. 374
Mappa. 776.1593
Marabutini. 816
Maraxatha. 1732
Marcha. 309
Marchas. 1044
Marchare. 309
Marchio. 309
Marchionissa. 352
Margarita. 868
Marggraphij. 997
Mariscalis. 332
Maritimæ vsuræ. 984
Maritus. 360
Mariti appellatio. 360
Marmor. 766
Marmoris appellatio. 766
Marmoratij. 1892
Marmoreum & marmoratum. 766
Marmoreæ laudes. 766
Marte suo. 643
Martius campus. 759
Martyr. 1464
Martyrum coronæ. 40
Martyrium. 1464.1545
Masculinum concipit fœmininum. 479
Masculorum appellatio. 383
Massa. 1892
Massaritia. 774
Massaritiarum appellatio. 774
Masticonium. 573
Mastigophorus. 348.1004
Mastix. 348
Masturbari, masturbari. 1515
Mastuprator. 1515
Matamingo. 1991
Matella, matellio. 780
Mater, & genitrix. 367
Matercula. 1892
Materfamilias. 367
Matris appellatio. 367
Materia quid. 1534
Materia, & lignum. 765.1414
Materia pænitentiæ. 1614
Materia remota & proxima. 1548
Materia & forma matrimonij. 1670
Materia S.Vnctionis. 1629
Materia proxima S.Vnctionis, 1930
Materiale territorium. 1826
Materialis disputatio. 535
Materialis ecclesia. 262
Materialiter iustum. 609
Matermatrima. 367
Maternum feudum. 795
matertera & amita. 1698
matertera magna. 1699
Mathematica. 1384
Matrices. 1795
Matricula. 348
Matriculæ. 1795
Matriculare. 348
Matricularia. 387
Matricularius. 348
Matrimonium. 1667
Matrimonium quid. 1669
Matrimonium definitur. 1670
Matrimnnium hermaphroditi. 1720
Matrimonium de iure, & de facto. 1671
Matrimonij appellatio. 1673
Matrimonij materia & forma. 1434
Matrimonium quotuplex. 1671
Matrimum & patrimum. 1717
Matrina. 1717
Matrix Ecclesia. 283
Matrona. 363 368
Matrueles. 1706
Matula. 780
Maturitas, maturus. 664
Matutinum officium. 1326
Mausoleum. 1129
Maxima diminutio. 160
Maxima pænarum. 1731
Maximi. 319
Maximum quod sic. 27
Mechanicæ artes. 128
Mechanicum opus. 1347
Media diminutio. 160
Mediani. 827
Medianum. 121
Mediastini serui. 827
Mediastinus. 631
Mediator quis. 1660
Medici. 131
Medicina, i. excommunicatio. 1730
Medicus. 575
Medicorum appellatio. 575
Medij. 319
Medij necessitas. 51
Medimus. 1028
Mediocris scientia. 127
Mediocritas. 592
Mediolus. 1495
Medium ad finem. 19
Medium colligantiæ. 31
Medium rei & rationis. 121
Medographus. 1892
Medogrammamtæi. 132
Meghil Ephod. 852
megitanes. 296
Meliorare. 1892
Melioratio, melioramentum. 819
Meliorationum appellatio. 819
Meloprochiri. 507
Meloproximus. 324
Membra communitatis 336
Membra Ecclesiæ. 1986
Membrana. 509
Membranei codices. 1772
Membrum. 903
Membrum quid. 264
Membri appellatio. 903
Memoria. 654
Memoriale mortis. 1467
Menda. 157
Mendacium. 1451
Mendacium & simulatio. 1978
Mendacium quotuplex. 1451
Mendicantes. 583
Mendicantes ordines qui. 1365
Mendicantium ordines. 1360
Mendicantium appellatio. 1364
Mendicare. 583
Mendici, mendicare; 583
Mendicitas clericorum. 850
Mendicitas, paupertas, & egestas. 1835
Mene, idest detectus. 12
Meniana. 1415
Mens. 1971

Mens

Mensarij. 320
Mensatius. 1054
Mensis. 1147
Mensis naturalis. 1147
Mensis appellatio. 1151
Mensor. 1028. 130
Menstruum. 1150. 1796
Mensuatim. 1150
Mensularij. 1796
Mensura. 1027
Mentalis lex. 597
Mentalis oratio. 1322
Mentalis simonia. 1316
Mentalis vsura. 982
Mentecaptus. 670
Mentiri. Vide Mendacium.
Meorum appellatio. 683
Meracalis mulier. 1508
Mercalis vxor. 1796
Mercator & negotiator. 1010
Mercator. 129
Mercatoris appellatio. 1011
Mercatus appellatio. 1347
Mercenarij testes. 1198
Mercenarium officium. 1178
Mercenarium opus. 1347
Mercimonium. 1008
Mercuriales. 1892
Merces & pensio. 1893
Merenda. 1488
Merere sub aliquo. 642
Meretricari. 1507
Meretricium. 1507
Meretrix. 1507
Meretricis appellatio. 1509
Meridies. 1140
Merita pro delictis. 155
Meritorium. 77
Meros. 485
Merum imperium. 295
Merum officium. 1178
Merx. 1008
Merx & loco mercis. 838
Merces commissæ. 1095
Mercis appellatio. 1008
Mesonauta. 638
Messias, quid. 7
Messoria falx. 134
Meræcus. 1796
Metalepsis. 1566
Metallarij. 872
Mettallici homines. 872
Mettallum & æs. 875
Metanæx. 1600
Metata. 1036
Metator, metatus. 612
Metatus. 849
Metaxx. 1017
Metaxarij. 1057
Methodici. 1417
Methodus. 1417
Metir. 301
Methonymia. 477
Meto pescopia. 1380
Metretes. 1894
Metrochici. 1414
Metrocomia. 1414
Metropolis. 301
Metropolitana. 1308
Metropolitanus. 269
Metuo. 1964
Metus. 110
Metus philosophicè. 112
Metus & timor. 111
Metus multiplex. 110
Meum. 695
Meum. 689
Mei appellatio. 689
Migrare. 1893
Migrare & exire. 1893
Miles. 613
Miles habet dignitatem. 1953
Miles verus. 613
Miles & paganus. 540
Miliarenses. 1893
Militenses equites. 1363
Milites voluntarij. 45
Milites in expeditione. 1824
Militis appellatio. 613
Militum Magister. 313
Militum tribuni. 318
Miliarium. 380
Militans Ecclesia. 262
Militare in schola sacræ vestis. 646
Militare in aduocatis. 1208
Militaris via. 1418
Militaris vestis. 782
Militia. 606
Militia quod officium publicum. 606
Militiæ duplex. 1759
Militiæ nomen dare. 639
Militiæ cingulum soluere. 641
Milium. 1894
Milliarium. 1027
Mimi. 1003
Mina, & mna. 1025
Minæ capitales. 111
Minæ elusoriæ. 1894
Minera. 1894
Miniarium metallum. 871
Minicularius. 1894
Miniculator. 131
Miotoia diminutio. 160
Minimi. 329
Minimum quod non. 17
Minister. 1654
Minister nudus. 1796
Ministeriani. 398. 612
Ministeriarij. 398
Ministratoria. 1533
Minor. 383
Minor ætas. 1164
Minor excommunicatio. 1734
Minoritas. 383
Minores. 1703
Minores ordines. 1648
Minores & maiores litaoiæ. 1324
Minuta. 1895
Minutum cambium. 1053
Mirabilis partus. 1894
Miraculum. 536
Miraculum theologicè. 537
Miraculorum gradus. 537
Miscella. 201
Miscere & confundere. 733
Miser, miseria. 589
Miserabiles personæ. 584
Miserabilium appellatio. 584
Miseria duplex. 567
Misericordia. 108. 567
Misericordia ipse Deus. 2
Misocalus. 1797
Missæ nomen. 1578
Missæ vnde dicatur. 1580
Missæ quid. 1581
Missa quod missio. 1579
Missa cathecumenorum. 1580
Missah. 1579
Missalis liber. 1594
Missi. 1894
Missilia. 977
Missilia bona. 746
Missio. 638
Missio multiplex. 638
Missio causaria. 614
Mitra. 857
Mitræ. 784
Mittendarij. 1894
Mittere in possessionem. 730
Mittere plenam opinionem. 1797
Mixti fori casus. 1215
Mixti fructus. 793
Mixtum forum. 1956
Mixtum imperium. 295
Mixtum beneficium. 1285
Mna, i. Mina. 1025
Mobilia & immobilia. 745
Mobilium appellatio. 745
Modalis duratio. 973
Muderamen inculpatæ tutelæ. 904
Moderatio. 171. 294. 1520
Modestia. 1520
Modestia cultus. 1526
Modestia morum & cultus. 1476
Modestia externa. 1526
Modestus. 1520
Modiatio. 1894
Modica summa. 818
Modicum tempus. 1135
Modificatiuæ voces. 421
Modioli. 1895
Modius. 1028
Modo. 1162
Moduli. 1028
Modum importantes voces. 957
Modus quid sit. 954
Modus & conditio. 954
Modus indebitus. 1512
Modus cibi & potus. 1479
Moenerium. 1415
Mœnium, Mœniar ium. 1415
Mœror. 109
Mœror & tristitia. 108
Mola. 135
Molæ quid. 1338
Molendinum. 766
Molendini appellatio. 766
Moles. 135. 1414
Molesta pactio. 944
Molestia. 109
Molestia in iure quid. 1837
Molestum quid. 53
Moliri. 1414
Molitio. 1414
Mollis, Mollities. 1472
Mollities. 1512
Molybdæna. 879
Momentanea possessio. 708
Momentum. 1895, 1980
Momento fieri. 1895
Monachales ordines. 1360
Monachus. 1361
Monachorum appellatio. 1364
Monarchia. 296
Monas. 296
Monasterium. 1367
Monasterij res. 742
Monasterij appellatio. 1367
Monastica dispensatio. 338
Monastica prudentia. 652
Monazonium. 1361
Monazontes. 1361
Moneda forera. 1273
Moneo, admoneo. 223
Moneta. 812
Monetæ appellatio. 812
Monetales. 320
Monetarij. 812
Monhenerium. 1895
Monitores famuli. 398
Monitio canonica. 1327
Monitoriæ litteræ. 494. 514
Monoculum beneficium. 1287
Monodia. 1130
Monogamia. 1676
Monogamos. 1676
Monomachia. 604
Monopola. 1017
Monopolium. 1017
Munos. 1017. 1361
Monstra. 1381
Monstrum. 536
Mootadgo. 1275
Montanum æs 875
Montes pietatis. 1063
Monumentarij. 1130
Monumentum. 1130
Monumentum & sepulchrum. 1896
Mora. 1157
Mora magna. 1134
Mora abusiua. 1158
Mora in rem. 1157
Moram facere. 1158
Moram purgare. 1158
Moram trahere. 1158
Morale. 57
Morale debitum. 1443
Moralia præcepta. 193

Moralis actus. 76
Moralis habitus. 116
Moralis libertas. 44
Moralis necessitas. 52
Moralis scientia. 215
Morales virtutes. 119
Moralitat. 76
Moratoria cautio. 959
Morbus. 585
Morbus & vitium. 123
Morganatica lex. 1668
Morgingabicum. 1668
Morio. 671
Morosa delectatio. 106
Morosi. 1459
Morositas. 1459
Morosus. 1157
Mors pro fine. 15
Mors, i. excommunicatio. 1730
Mors est terminus. 24
Mors quid & quotuplex. 162
Mors ciuilis. 162.165
Mors spiritualis. 162
Mors voluntaria. 45
Mortis appellatio. 165
Mortale peccatum. 140
Mortalitas. 1797
Morticinum. 1896
Mortifere vulneratus. 1896
Mortiferum. 1896
Mortua fides. 523
Mortua manus. 1896
Mortualis. 1219
Mortuorum sacramenta. 1532
Mortuus & occisus. 1896
Mos. 76.245
Motus. 98
Motus propitios. 57.98.136
Motus primò primi. 61
Motus secundò primi. 61
Mouere & auferre. 965
Mouere arma. 641
Mouere litem. 1218
Mox, statim, continuò. 1161
Mozeta, seu Mursa. 858
Mucor. 105
Mucro Episcopi. 1731
Mulcta. 155
Mulcta commissa. 1797
Mulctam committere. 1797
Mulctam irrogare. 1797
Mulctare. 153
Moliebria passus. 1797
Mulier. 363. 1500
Mulier io brutis. 363
Mulier vacans. 1299
Mulieris appellatio. 363
Mulio. 401
Mulsum. 1494
Multa. 448
Multi. 304
Multiloquium. 1487
Multiplicatio. 1080
Multitudo & paucitas. 304
Multo post. 1163
Multum tempus. 1163
Mulus & burdo. 809
Munda conscientia. 82
Mundanus timor. 111
Mundeburdes, mundibardia. 1964
Mundium, mundualdus. 1964
Mundus muliebris. 788
Munem rem. 1896
Munerales leges. 794
Municipalis lex. 179
Municipes. 300
Municipium. 300
Munifex. 1897
Munificentia quod liberalitas. 1460
Munifices milites. 615
Munificus. 1897
Munitiones. 624
Munium libertas. 847
Munus. 1896
Munus & donum. 976
Munus pro tributo. 1270
Munus ciuile. 337
Munus a manu. 1318
Munus ab obsequio. 1318
Munus a lingua. 1318
Murex. 792
Murgiso. 1897
Muria. 804. 1490
Murices. 862
Murilegus. 792. 862
Murmuratio. 910
Murrhina. 780
Mursa seu mozeta. 858
Mursigo. 971
Murus. 1414
Muscularij. 770
Muscula. 770
Mutio. 671
Mussiuarij. 132
Multum. 803
Mutatoria. 1398
Mutuana cautio. 959
Mutilatio, mutilare. 903
Mutire. 910
Mutuli. 328
Mutum testimonium dare. 1200
Mutus magistratus. 1200
Mutuum. 979
Mutuum naturale. 980
Mutuum ciuile. 980
Myopes. 587
Myriades. 1897
Myrobrecharij. 131
Myropolæ. 1897
Myrrha odorata. 578
Mystæ. 1660
Mystogogia. 1579
Mysterium. 1318.1538
Mysterium vnitatis. 1565
Mysterium fidei. 1567
Mystica cœna. 1967
Mysticus sensus. 489

N

Nablou. 487
Nænia. 1130
Nancisci. 1798
Nardum. 577
Nasci. 480
Nasci hæredem suum. 1091
Natalibus restitui. 890
Natalium restitutio. 379
Natio. 1897
Nationale concilioni. 532
Natiua & datiua actio. 1236
Natiuitas ad ætatem. 1963
Natum. 1897
Naturæ concedere. 1798
Naturale. 21
Naturale ieiunium. 1479
Naturale ius. 680
Naturales fructus. 793
Naturalis infinitas. 1711
Naturalis ætas. 1165
Naturalis conditio. 1244
Naturalis filius. 373
Naturalis interruptio. 725
Naturalis libertas. 44
Naturalis possessio. 706
Naturalis potestas. 1184
Naturalis proprietas. 408
Naturalis spurius. 373
Naturalis solutio. 892
Naturalium appellatio. 378. 1433
Natus & propagatus. 1703
Natus ex complexo nefario. 375
Natorum appellatio. 377
Naualia vasa. 630
Nauarchus. 630
Nauclerus. 630
Naufragium. 631
Nauicellæ. 1898
Nauicula thuris. 1598
Nauicularius. 862
Nauigare. 1898
Naufragium. 629
Nauis appellatio. 631
Nauita, nauta. 1034
Nauium titulus. 724
Naulum. 631
Naumachia. 607
Naupegus. 630
Nauta. 630
Nauta & nauita. 1034
Nautica pecunia. 631. 811. 984
Nauticæ vsuræ. 984
Nauticum fænus. 632
Nauticus Tyberinos. 631
Nautipibatæ. 1898
Nautobatæ. 1898. Nazarenus. 13
Necare & perimere. 899
Necatio & peremptio. 899
Necessaria conditio. 955
Necessariæ impensæ. 821
Necessaria præsumptio. 1252
Necessarium quid. 49
Necessarium iuramentum. 1851
Necessarium philosophicum. 50
Necessarius hæres. 1084
Necessarius reus. 1210
Necessarius sequester. 987
Necessarij. 1710
Necessarium appellatio. 1710
Necessitas theologicè. 51
Necessitatis acceptio. 49
Necessitas multiplex. 49
Necessitas physica & moralis. 52
Necessitas fidei. 529
Necessitas Ecclesiæ. 52
Necessitas medij & præcepti. 51
Necessitas Sacramentorum. 1532
Necessitudo. 1718
Neci datus. 1898
Necromantia. 1381
Nefandum. 151
Nefandum crimen. 138
Nefariæ nuptiæ. 1674 Nefarius. 138
Nefarius coitus. 1513
Nefas. 138
Nefasti dies. Vide Fasti & nefasti dies.
Negatio fidei. 529
Negationis ignorantia. 88
Negatiua lex & præceptum. 208
Negatiua conditio. 1993
Negatiua vis. 55
Negatiua propositio. 1899
Negatiui testes. 1198
Negatiuum dubium. 93
Negatiuum priuilegium. 233
Negatoria actio. 1136
Negligens. 665
Negligentia. 657.665.1525
Negligentiæ appellatio. 666
Negligentia facere. 661
Negligere. 665
Negotialis constitutio. 338
Negotiari animas. 1898
Negotiatio quid. 1009
Negotiationis appellatio. 1010
Negotiator & mercator. 1010
Negotiatores. 1010
Negotiatorium aurum. 875
Negotium. 338. 1009
Negotium & negotiatio. 1009
Negotium suum. 686
Negotium copiarum. 626
Negotium inuadere. 1099
Negotium facere. 1196
megotiom gessisse. 409
Negotiorum gestor. 1039.1205
Negotiorum gestorum pactum. 945
Nemasericom. 792
Nemasentum. 792
Nemesis. 595
Nemo. 326.426
Nemo & nullus. 427
Neomystæ. 1660
Nèophytus. 553
Neoptolemus. 615
Nepos, Neptis. 1696
Nepotes pro filijs. 377
Nequitia. 138

Nequi-

Nequiter. 138
Neruus disciplinæ. 1731
Nesciens & ignorans. 95
Nescire, nescientia. 87
Nex. 1898
Nexa res. 1045
Nexus. 735
Nidus. 1798
Nihilominus & Nihilomagis. 1976
Nil, nihil. 426
Nisi. 422
Nitraria. 867
Nitarium colum. Vide Colum.
Nobilis. 329
Nobilium appellatio. 330
Nobilitas. 329
Mobilitaris priuilegia. 238
Nocere & non prodesse. 1899
Noctis mediæ inclinatio. 1140
Nocturni triumuiri. 320
Nocturnum officium. 1326
Nocturnus fur. 928
Nolitiones. 56
Nolle. 63
Nolle velle. 63. 64
Nolle & non velle. 64
Noluntas. 56
Noma, i lex. 1676. 83
Nomen. 409
Nomen multipliciter accipitur. 407
951
Nomen pro mandato. 1060
Nomen pro familia. 407
Nomen pro debito. 407
Nomen bonum. 951
Nominis appellatio. 407. 1975
Nomen probare. 1260
Nomia. 486
Nomina, i probatione. 841
Nomina Christi. 1
Nominare. 1296
Nominatim. 450. 1296
Nominatio & postulatio. 1297
Nominatio quotuplex. 1297
Nominatio libera. 992
Nominator. 1296
Nominatum delictum. 1798
Nominatus contractus. 943
Nomisma seu numisma. 814
Nomophylaces. 1900
Nomos. 174
Nomothetæ. 1900
Nomothetica. 652
Nonæ in mense. 1150
Non possit. 227
Non visus. 251
Norbana lex. 201
Norma, 1900
Normale. 1900
Nosocomium. 573
Nosocomus. 571
Nota. 916
Notæ. 506
Notabile oppidum. 1967
Notabilis pro infami. 916
Notabilis negligentia. 666
Notare. 1900
Notare notis. 1900
Notarij. 506. 1974
Nothus. 174
Notio & cognitio. 1185
Notitia. 1900
Notoria ars. 1383
Notorium. 92. 920
Notorium & manifestum. 919
Notorium triplex. 920
Notorij appellatio. 921
Notorius concubinarius. 1506
Notorius percussor. 1736
Notum & clarum. 920
Nouale. 761
Nouale & veruactum. 761
Noualis operatio. 761
Nouatio. Nouare. 1062
Nouatio & delegatio. 1062
Nouellæ. 1964
Nouellarum vinea. 762
Nouelletom. 1798
Nouendinæ. 2022
Nouerca. 1701
Nouerca magna. 1708
Nouercæ appellatio. 1708
Noui homines. 339. 835
Noui operis nuntiatio. 205. 1416
Nouissimum supplicium. 1798
Nouitij. 1363
Nouitius. 831
Nouitius seruus. 839
Nouum quid. 1798
Nouum opus. 1416
Nouum feudum. 995
Nouus homo. 330. 835
Noxa. & delictum. 1900
Noxales actiones. 1239
Noxia & noxa. 1900
Noxius. 886
Nubere. 363. 1667
Nubere quid. 1722
Nubere in familiam. 1722
Nuces pomi appellatio. 1799
Nucleus. 220
Nuda venditio. 1454
Nuda voluntas. 58
Nudum ius. 217
Nudum pactum. 943
Nudum præceptum. 217
Nudum pretium. 794
Nudum testimonium. 1201
Nudus sermo. 1454
Nugatorium. 1799
Nullatenus. 226. 427
Nollitas. 226
Nullus sit roboris. 226
Nullo modo. 226
Nullus. 226
Nullus & nemo. 427
Numeralia. 1799
Numeri. 486
Numerarij. 325. 513. 1282
Numerata pecunia. 811
Numeratio. 1900
Numerus quod ordo. 1657
Numiaoum. 203
Numisma seu numisma. 814
Nummaria quæstio. 1226
Nummarium tribunal. 1172
Nummatum iudicium. 1172
Nummulatius. 2054
Nummuli inueterales. 1901
Nummus. 814
Nommus aureus. 814
Nommi appellatio. 814
Nunc. 1162
Nunciare nouum opus. 1416
Nunciator. 1059. 1194
Nunciatores. 1416
Nuncij missi. 268
Nuncij & legati. 268
Nuncius. 1059
Nuncupare, nuncupatio. 1068
Nuncupare votum. 1357
Nuncupata pecunia. 1357
Nuncupata voluntas. 1357
Nuncupatiuum testamentum. 1068
Nundinæ. 1022
Nundinari. 1022
Numquam. 427. 1163
Nuper. 1901
Nupta & desponsata. 363
Nuptalitius. 1901
Nuptiæ. 1667
Nuptiæ indignæ. 1987
Nuptiæ multiplices. 1674
Nuptiæ solemnes. 1991
Nuptiarum appellatio. 1675
Nurus & socrus. 1901
Nosquam. 1441
Nutrire & alere. 388
Nutritium. 388
Nutus. 63
Nicostrategi. 1901
Nyctalopes. 587
Nictostratici. 1901
Nympheum. 1413

O

Ob. 465
Obærati. 840
Obaudire. 1446
Nbductus. 932
Obedientia. 1446
Obex in Sacramento. 1537
Obiectiua beatitudo. 36
Obiectum fidei. 127
Obiectum formale pœnitentiæ. 1603
Obiectum materiale pœnitentiæ. 1603
Obijci bestijs. 808
Obire hæreditatem, munus, diem. 1902
Obiter. 1902
Obituarij. 282
Obturare. 1375
Oblationarij. 1964
Oblationes. 1351
Oblationum appellatio. 1352
Oblatus. 1361
Obligare & ligare. 97
Obligare semper & pro semper. 208
Obligatio. 207
Obligatio gratis. 222
Obligatus. 207
Oblinuerit. 1902
Obliqua substitutio. 1077
Obliquum verbum. 1081
Obliterare. 1799
Obnoxia, obnoxij. 1902
Obnunciare. 1799
Obolus. 1026
Obrepere. 1456
Obrepere, obreptio. 227
Obreptio. 1456
Obreptio & subreptio. 227
Obrogare. 1799
Obryzati solidi. 816. 875
Obryzum. 875
Obscariones. 1964
Obscœnitas. 1515
Obscuritas. 94. 472
Obscuritas, obscurus. 524
Obsecrare. 1369
Obsecratio. 1369. 1322
Obsecratiua adiuratio. 1369
Obsecundatores. 1902
Obsequior vita. 1800
Obsequium. 1799
Obsequor. 1958
Obseruantia quid. 1445
Obseruantia quotuplex. 1445
Obseruantiæ. 1541
Obseruare. 1445
Obseruare testes. 1201
Obseruatio sanitatum. 1383
Obseruatio vana. 1376
Obseruatio euentum. 1383
Obseruationes vanæ. 1383
Obses, 634
Obsidianus. 869
Obsignare. 1800
Obsignatis tabellis agere. 1782
Obson. 1489
Obsonator. 1489
Obsonium. 1489
Obstare. 1800
Obstetrix. 575
Obstinacior animus. 1902
Obstringese. 1800
Obstrictus tutor. 1800
Obstruere luminibus. 455
Obtemperare. 1902
Obterere pro verberare. 173
Obtestari. 1202
Obtestatio: 1202
Obtinere. 712
Obtingere. 1902
Obtrectator. 1902
Obuenit hæreditas. 1800
Obuegulare, Obuegulatio. 1902
Obuentiones & reditus. 1310

Obuentionum appellatio. 1310
Obuiare. 1902
Occaſio quid ſit. 598
Occaſio quotuplex. 599
Occaſione. 468
Occidere. 899
Occiduum tempus. 1140
Occiſio. 162
Occiſio hominis. 897
Occiſorum appellatio. 180
Occiſus & mortuus. 1896
Occulere. 923
Occultator & receptor. 923
Occultatio fidei. 529
Occultè fieri. 923
Occultum. 923
Occultum pro non publico. 923
Occultum crimen. 141
Occultum impedimentum. 1672
Occultum per ſe, & per accidens. 542
Occultum per ſe. 923
Occultum per accidens. 923
Occupare & inuadere. 1994
Occupatio bonorum. 810
Occurrere. 1800
Ocellata veſtis. 852
Octauarij. 1269.1279.1945
Octonarij. 1279
Octophorum. 831
Oculatus teſti. 1197
Oculus quod intentio. 20
Odioſum priuilegium. 233
Odium. 104
Odium Dei. 592
Odium cum inuidia. 594
Odium rei & perſonæ. 104
Odium priuatum & publicum. 105
Odium, & fauor in legibus. 105
Odores. 1800
Oeconomia. 352
Oeconomica. 358. 652
Oeconomica diſpenſatio. 338
Oeconomus. 273.352
Oeconumus Eccleſiæ. 282
Oedaſticus. 1801
Oenomantia. 1379
Oenomeli. 802.1491
Offendere. 882
Offendere apud iudicem. 1179.1180
Offendiculum. 883
Offendimentum. 883
Offenſa. 882
Offenſa & iniuria. 882
Offenſæ appellatio. 883
Offenſator. 883
Offenſibilia. 617
Offenſio & offenſa. 882
Offenſiua piarum aurium. 556
Offerre quod ſacrificare. 1656
Offere iuſiurandum. 1374
Offerre ſe liti. 1222
Offerre crimen. 1195
Offertorium, Offerenda. 1588
Officere. 883
Officiales militares. 1306
Officiales operæ. 400.1757
Officialis. 1290. 1827
Officialis qui. 1306
Officialis Epiſcopi. 1661
Officialis diœceſanus. 1306
Officialis appellatio. 1306
Officioſe. 1801
Officioſum mendacium. 2452
Officium. 291
Officium quid. 1305
Officium & artificium. 129.1305
Officium diuinum. 1325
Officium nobile. 1178
Officium publicum. 1305
Officio fungi. 1801
Officia gratitudinis. 1448
Officiorum priuatio. 172
Officiorum magiſter. 313
Officiorum appellatio. 1305
Officiorum diuinorum appellatio. 1329
Ogdoas. 1146
Olah. 1338
Olea ſeu oliua. 804
Oleagineum poculum. 1808
Oleſco. 371
Oleum. 804
Oleum quid. 1629
Oleum pro criſmate. 1631
Oleum confirmationis. 1560
Olei appellatio. 804
Olfacere. 1801
Oligarchia. 297
Olim quondam. 1163
Olitor. 401
Olitorius. 401
Oliturgeſia. 1903
Oliuetum. 1903
Oliuum. 804
Ol oberus. 785
Olus. 1903
Olympias. 1155
Omega, & Alpha Chriſtus. 1
Omen. 1381
Omiſſa iniuria. 881
Omiſſa actio. 1903
Omiſſio. 140
Omiſſiue voluntarium. 45
Omiſſiue inuoluntarium. 48
Omittere. 1903
Omittere hæreditatem. 1098
Omne, & totum. 425
Omnia continent ſingula. 972
Omni exceptione maior. 1197
Omnifariam. 957
Omninò, & omnium odo. 1903
Omnis. 425
Omphacium. 1571
Onerari. 1903
Oneroſus contractus. 942
Oneroſus titulus. 724
Onicomantica. 1380
Onirocritica. 1380
Oniromancia. 1380
Onyx Sardius. 870
Onus intrinſecum, & extrinſecum.
Onus publicum. 1271
Opacum. 1801
Opera, & diligentia. 664
Opera, æ. 400
Opera. 129
Operæ, & aurum. 400
Operæ officiales. 1445
Operæ, & opus. 1757
Operarij. 395
Opere operato. 1537
Opere operantis. 1537
Opes & diuitiæ. 738
Opilio. 402
Opinatora. 1904
Opinator. 316
Opinatores. 638. 1279
Opinio. 90
Opinio, i cenſus. 1279
Opinio communi. 914
Opinio. 1904
Opiſtographum. 482. 964
Opitulatio, & auxilium. 1801
Operotheca. 349
Oportet. 223
Opperiri. 117
Oppidanorum appellatio. 1436
Oppidum. 300
Oppidum notabile. 1967
Oppignerare. 1801
Opportuna neceſſitas. 49
Opportunitas. 1158.1164
Oppoſitionem admittere. 1266
Oppoſitor in lite. 1829
Oppreiſo mobilium. 934
Oppreſſiua venatio. 860. 1840
Oppreſſor, & raptor. 906
Opprimere. 906
Opprobrium. 911
Optare, Optio. 1801
Optio. 1276
Optionatus. 1801
Optiones. 1802
Optimates. 328. 1761
Optimum maximum. 1802
Optimum ius. 747
Opulenta & locuples. 1094
Opus, & opera. 400
Opus & opere. 1757
Opus ſtructile. 1414
Operis appellatio. 400
Ora. 1416
Ora oſtendere. 1616
Oraculum. 495.1313.1380.1404
Orale & amictus. 854
Orarium. 855
Oratio. 1328. 1322.
Oratio quid. 1321
Oratio quotuplex. 1322
Oratio copulatiua. 410
Oratio Dominica. 1543
Oratio figurata. 473
Oratio luculenta. 409
Orationis partes. 1323
Oratores. 325
Oratorium quid, & quotuplex. 1401
Orbita. 196
Orbitas. 1502
Orbitas, & orbitudo. 590
Orbus. 1502
Orbus, & Orphanus. 590
Orcinus libertus. 837
Ordinare. 1657
Ordinari & conſecrari. 1578
Ordinaria tributa. 1173
Ordinaria iuriſdictio. 1186
Ordinaria poſſeſſio. 709
Ordinarij ſerui. 827
Ordinarium iudicium. 1169
Ordinarius iudex. 1173
Ordinata cauſa. 1904
Ordinati libeli. 1904
Ordinatio. 181. 1645
Ordinatiua acta. 508
Ordinatus per ſaltum. 1663
Ordinauit. Ordinamus. 182
Ordines hermaphroditi. 1720
Ordo, & gradus 1645
Ordo quid. 1644
Ordo religioſus quid. 1360
Ordo quotuplex. 1647
Ordo religioſus quotuplex. 1360
Ordo iuridicus. 1645
Ordo Sacramentum. 1646
Ordo ſacer ad matrimonium. 1692
Ordinis appellatio. 1657
Ordinum appellatio. 1649
Oremen. 1381
Orficianum. 203
Organum laudatorium. 487
Oricalcum. 879
Originale. 503
Originale peccatum. 140
Orihinalis iuſtitia. 122.677
Originarij coloni. 1032
Originari ſerui. Vide ſerui.
Origo. 1904
Hriginis domicilium. 1432
Originis Epiſcopus. 1661
Orin, vnde aurum. 873
Orari. 1904
Oriundus. 1702
Oriundus, & naturalis. 1952
Oriza. 1570
Ornamentum. 786
Ornamenti appellatio. 786
Ornamenti Eccleſiaſtici appellatio. 859
Ornati. 511
Ornatrix. 132
Ornatus ciuitatis. 786
Orphani miſerabiles. 584
Orphanotrophium. 573
Orphanotrophus. 575
Orphanus, & orbus. 590
Orthodoxus. 551
Orthos. 838
Os Dei Chriſtus. 18
Os olere. 1904

Oſan-

Oſanna. 1330
Oſcioum. 1379
Oſcitanter. 667
Oſculum ſponſæ. 1666
Oſculum in largitate ſponſalitia. 1683
Oſpra. 1276
Oſpratura. 1276
Oſſuaria. 1128
Oſtenſiua correctio. 157
Oſtenta. 1381
Oſtentare, & iactare. 195
Oſtentatio. 1905
Oſtentum. 538
Oſtiariatus. 1651
Oſtiarius. 1646.1651
Oſtraciſmus. 1905
Oſtrum. 862
Otioſa pecunia. 1903
Otium, & negotium. 1903
Otium philoſophicum. 147
Otioſum. 190.1903
Oua. 1485
Ouare. 38
Ouium appellatio. 805
Oxibaphus. 1980
Oxobapia. 1905

P

Pabula, pabulare. 1905
Pacifica poſſeſſio. 1314.708
Paciſcor. 936
Pacta. 1666
Pactio. 936
Pactum. 936
Pactum quod lex. 191
Pactum, & contractus. 936
Pactum pro facto. 721
Pactum pro præcepto. 1554
Pactum immutilatum. 967
Pactum expreſſum & tacitum. 1969
Pactum perſonale & reale. 944
Pacti appellatio. 946
Pædagogiani. 1906
Pædagogium. 184.1802
Pædagogus. 393
Pædagogus animæ. 80
Prædicare. 1515
Prædicatio. 905
Prædicones, prædicatores. 1515
Pædotribes. 341
Pædotriba. 341
Prægma. 1906
Pagani. 540
Pagani vnde dicti. 540
Paganicum. 751
Paganiſmus. 540
Paganus. 606
Pagus. 300
Palæſtini. 1033
Palæſtra. 341
Palæſtrita. 341
Palam, & coram. 461
Palam & publice. 918
Palatini. 614.1280
Palatini coloni. 1033
Palatini artifices. 1761
Palatini comites. 310
Palatinus comes. 311
Palatium dominicum. 1436
Palea iuris. 254
Paleæ. 151
Pali. 1802
Palimpſeſtus. 964
Palinodiæ cantandæ pœna. 1970
Palla. 1593
Palla linoſtima. 1961
Palla calicis. 1594
Pallaca. 1508
Palliare. 1456
Palliata vſura. 982
Palliati togati. 785
Palliatio. 1456
Pallium & toga. 785
Pallium altaris. 1593
Pallium Archiepiſcopale. 858
Palma. 635
Palmarium. 635.1207
Palmati equi. 635
Palmus. 1027
Palpatus eſt. 1906
Palus. 1906. 1976
Pancratiaſtes. 1005
Pancarpum. 1906
Pancratium. 1005
Pandecta. 255
Panicum. 1570
Panis ciuilis. 1051
Panis vſualis. 1571
Panis ſacer. 1544
Panis appellatio. 391
Panis & aquæ ieiunium. 1482
Pannarij. 1906
Penicularia. 172
Pannorum appellatio. 783
Pantheon. 1403
Panthera. 861
Pantherium. 1006
Pantomimus. 1003
Papa vnde dictus. 266
Papa non vtitur baculo. 1183
Papia lex. 202
Pappos. 266
Papyrus. 509
Parabola. 487
Parabolani. 575
Paraclamis. 1802
Paradiſus. 1993
Paradogum. 1906
Paraſidicus. 539
Paragaudes. 789
Paragium. 1906.1837
Paragogia. 1906
Paragraphe. 1220
Paragraphus. 511
Paralipomenon. 486
Paramenta altaris. 1592
Parangariæ. 1907
Paranymphus, paranympha. 1717
Parapherna. 1907
Paraphernalia. 1685
Parare inſidias. 642
Pararium æs. 1907
Pararius. 1907
Paraſanga. 1027
Paraſceue. 1345
Paraſynaxes. 552
Paratitla. 483
Paratus ſoluere. 1907
Parauerĕdus. 1420
Parcitas. 1462
Pardalachis. 1756
Parens. 364
Parens & pater. 1978
Parentalis ſucceſſio. 1088
Parentela. 1702
Pareotelæ appellatio. 1702
Parentum appellatio. 364
Parephippius. 1758
Parere. 1803
Parere æri alieno. 1907
Pars curiæ. 997
Pariata cauſa. 1907
Pariatio i.ſolutio. 966
Pariator. 1907
Paries multiplex. 1803
Paripus. 1758. Pariter. 440
Parmachia. 1384
Parochia. 1287
Parochiale beneficium. 1287
Parochialis portio. 848
Parochialis Eccleſia. 1287
Parochus. 572.1287
Paroecia. 1435
Paroecus. 1435
Paropſis. 780
Parricida. 366
Parricidij quæſtor. 317
Pars hæreditatis & bonorum. 1980
Pars aduerſa. 1221
Pars in cauſa. 1829
Pars, & partis appellatio. 1115
Parthenon. 1908
Partiarij. 1018
Partialis irregularitas. 1752
Partiaria pecora. 1908
Partiarij coloni. 1033
Partiarius. 1057
Participare ſeu communicare in crimine criminoſo. 143
Participatio. 931
Particulare. 1979
Partitio. 1102
Particio, & diuiſio. 601
Particulare concilium. 532
Particularis. 470
Particularis conſuetudo. 248
Particularis fides. 522
Particulones. 1086
Partus. 1804
Partus ancillæ. 793
Partus ſubiectus. 1814
Partus ſubditus. 333
Parua data. 493
Parum eſt vt non. 1908
Paruuli & adulti. 383
Paſcere i.regere. 287
Paſcha. 1341
Paſcuum. 1908
Paſſagium. 1272
Paſſio. 98
Paſſio quid. 99
Paſſio multiplex. 100
Paſſiua occaſio. 599
Paſſiuum ſcandalum. 596
Paſſum. 803
Paſſum vinum. 1908
Paſſum, defrutum, ſapa. 1494
Paſſus. 1027
Paſtillatum. 876
Paſtilli. 576
Paſtinare. 135.1834
Paſtinatores. 1834
Paſtinum. 135
Paſtinum inſtituere. 1834
Paſtor. 287
Patena ſeu patina. 1596
Pater. 365
Pater, & parens. 1978
Pater ciuitatis. 952
Paterſamilias. 365
Pater patrimus. 365
Patres conſcripti. 314
Patris appellatio. 365
Paternis ſacris. 366
Paternitas ſpiritualis. 1717
Paternum feudum. 995
Pati & ſinere. 65
Patientia. 1469
Patina & patena. 1596
Patria. 1432
Patria quaſi parens. 1443
Patria poteſtas. 366
Patriarchæ. 269
Patriarchæ 4. præcipui. 269
Patriatus honos. 1908
Patricida. 366
Patrimoniale munus. 337.1270
Patrimoniale beneficium. 1290
Patrimonialia bona. 743.843
Patrimonialis Eccleſia. 1822
Patrimonialis fundus. 756
Patrimonium. 743.1662
Patrimonium ſacrum. 743
Patrimonij appellatio. 743
Patrimum & matrimum. 1717
Patritij. 314
Patrini qui. 1717
Patricium 1909
Patronaſgos y maioraſgos. 1120
Patronatus duplex. 1298
Patronatus ius. 1198
Patronus. 837.1976
Patronus & aduocatus. 1103
Patronus Eccleſiæ. 1197
Patrueles. 1698.1706
Patruus, & auunculus. 1698
Patruus magnus. 1699

Patruus vterinus. 1708
Patrui appellatio. 1708
Pauci. 304
Paucitas & multitudo. 304
Pauimentum. 1804
Pauor. 112
Pauper & inops. 581
Paulatim. 1909
Pauperies. 885
Pauperies & damnum. 582
Pauperum aduocatus. 1207
Pauperum appellatio. 582
Pauus & pauo. 1909
Pax. 569.882
Pacem rumpere. 641
Peccare, pellicare. 1360
Peccata contra naturam. 1511
Peccator publicus. 922
Peccatum. 77.136
Peccatum quid. 139
Peccatum nec mortale, nec veniale. 140
Peccatum ex malitia. 149
Pecten. 1909
Pectoralis tunica. 857
Pecuaria. 1909
Peculator. 1909
Peculatus. 926
Peculatus lex. 200.201
Peculiares serui. 1909
Peculij appellatio. 751
Peculiare crimen. 1804
Peculiariter. 1008
Peculium. 749
Pecuniæ nomen. 866
Pecunia. 811
Pecunia chirographaria. 499
Pecunia numerata & nautica. 811
Pecunia ærosa. 813
Pecuniæ appellatio. 811
Pecunia credita. 947
Pecuniarius census. 1049
Pecunias corradere. 1562
Pecus. 805
Pecus & iumentum. 809
Pecoris appellatio. 805
Pedagium. 1272
Pedamentum. 762
Pedaneus iudex. 1174
Pedarij senatores. 314
Pedes ad possessionem. 703
Pediculus. 1910
Pedisequa. 1910
Pedomantia. 1380
Pedules. 788.857
Pegasiana quarta. 1111
Pagasianum. 203
Pegmata. 1910
Peierare. 1375
Peierare conceptis verbis. 1374
Pelargici nomi. 1084
Pelles multiplices. 1910
Pellex. 102
Pellex pelliceo. 1508
Pellicatus, pelliceo. 136
Pelliciones. 132
Pelnicula. 1597
Peluis. 1597
Pendens vinum. 1494
Pendentes fructus. 794
Pendere. 1804
Penes & apud. 458
Penicillus. 135
Peniculus. 135
Penis. 135
Penna. 1964
Pensare pro compensare. 896
Pensata pecunia. 1910
Pensatio. 1910
Pensatio quid. 1309
Pensio quotuplex. 1309
Pensio prælimonialis. 1288
Pensionarius. 1309
Pensitatio publica. 1271
Pentaburgus. 130
Pentacontarchus. 611
Pentaprotia. 323
Pentateucum. 485
Pentathli. 1911
Pente. 485
Pentecostes festum. 1342
Penthatlus. 1005
Penuarium. 822
Penula. 789. 856
Penuria & inopia. 562
Penus. 822
Penoris appellatio. 822
Peplum. 790
Per. 466
Peræquator. 1422. 1277
Peragere, quid. 1911
Perangaria & angaria. 1274
Preceptio. 1911
Preceptio fructus. 794
Percipere. 1911
Percip endi fructus. 794
Percussio. 168
Percussio leuis & grauis. 904
Percussio pectoris. 1543
Percussor notorius. 1736
Perditum. 886
Perducere. 1911
Perducta. 1911
Perductores & lenones. 1804
Perduelles. 635
Perduellio. 145
Peregrinitatis reus. 1804
Peregrinus. 1433
Peregrinus prætor. 315
Peremptio. 26. 172
Peremptio & necatio. 899
Peremptoria exceptio. 719
Peremptorium edictum. 1727
Peremptorius terminus. 25
Perendiadis. 474
Perendinus dies. 1142
Perendiliena. 1144
Perfecta ætas. 1165
Perfectia les. 374
Perfectissimatus. 324. 1911
Perfectissimi. 324. 1911
Perfectum & complectum. 1357
Perfectum & bonum differunt. 70
Perferre accusationem. 1912
Perficere. 1357
Perficere votum. 1357
Perfidè agere. 1804
Perfidia. 539
Perfunctoriè. 667. 1453
Perfuga. 1804
Perfugium. 1804
Perfusoriè. 95
Pergamena. 509
Pergula. 1022
Periculosus morbus. 1624
Periculum. 885
Periculum. 172
Periculum mortis. 1624
Periculo suo id est expensis. 966
Periculi appellatio. 990
Perimachia. 1912
Perimere & necare. 895
Perimere legatum. 1805
Perinde. 440
Perinde valere. 440. 1292
Periodo victor. 1005
Peripatetici. 341
Perire. 1912
Peripsema, peripsemo. 1995
Perisleuma. 976
Perissicoregia. 324
Perissologia. 1806
Peristerotrophium. 573
Peristroma. 790
Peristromata. 777
Peritanterion. 779
Peritia. 647
Peritus & doctus. 647
Periurare. 1375
Periurium. 1375
Permissio. 212
Permissio peccati. 1988
Permissio quotuplex. 209
Permissorium edictum. 188
Permissum & concessum. 209
Permittere, permissio. 209
Permittere & facere. 1988
Permutatio. 1303.1016
Permutatio & emptio. 1016
Permutationis appellatio. 1303
Pernicies. 1805
Perniciosum mendacium. 1452
Pernoctare. 641
Per omnia. 428
Perones. 1912
Perorare. 1912
Perpensus. 61
Perperam fieri. 152
Perpetrare. 1805
Perpetua exceptio. 720
Perpetuæ actiones. 1239
Perpetuarium. 992
Perpetuarius. 1033
Perpetui coloni. 1032
Perpetuitas. 1139
Perpetuum. 1139
Perpetuum priuilegium. 231
Perpetuum votum. 1356
Perplexitas. 95
Perscribere. 1805
Perscripti. 511
Perscriptio. 1805
Persecutio. 1178
Persecutio & petitio. 1233
Persecutores auri publici. 1281
Persecutoriæ actiones. 1239
Persequi. 1281.1958
Perseuerantia. 1472.1471
Perseuerantiæ donum. 1988
Perseuerare. 1471
Persistere. 1912
Persona. 335
Persona ficta. 231
Persona indigna. 1987
Persona incerta. 1987
Persona qualificata. 1985
Personæ appellatio. 335
Personæ error. 1689
Personale interdictum. 1745
Pesonales ius. 681
Personale munus. 337
Personale priuilegium. 231
Personale votum. 1356
Personalis census. 1948
Personalis decima. 1349
Personalis fideiussor. 1039
Personalis prudentia. 652
Personalis seruitus. 700
Personati. 1002
Personatus. 291. 1284
Perspicuum & euidens. 85
Pertica. 1027
Pertinacia. 1472
Pertinacia ad hæresim. 544
Pertinax. 1472
Pertinentiæ appellatio. 740
Pertinentiæ castri. 740
Pertinere. 732
Pertinet & spectat. 732
Perturbata conscientia. 82
Perturbatio. 8. 304
Peruellere ius. 1912
Peruersitas peruersi. 138
Peruersum iudicium. 1170
Peruertere. 1912
Peruicax. 1472
Pestibilis fundus. 1758
Pestilens cœlum. 1758
Pestis barbarica. 985
Petendi verba. 1916
Petere. 1096
Petitio. 1123
Petitio & persecutio. 1233
Petitio hæreditatis. 1096
Petitor. 1125
Petitorium. 1172
Petulantia. 1504
Phano. 855

Phan-

Phantaſma. 1380. 538
Phariſaicum ſcandalum. 596
Pharmacum immortalitatis. 1567
Phaſe immolare. 1339
Phaſe. 1341
Phelonium. 856
Philacteria. 1385
Philantropium. 1035
Philarchus. 1913
Philargyria. 1461
Philia. 372
Philoſophia. 1912
Philoſophicum peccatum. 142
Philtra. 1385
Philtrum. 102
Philyra. 509
Phiſiognomia. 1380
Phobo. 101
Pholis tributum. Vide Follis.
Phonaſci. 1912
Phoreo. 770
Phormiones. 1913
Phormos. 1913
Phraſis. 477
Phratria. 1057
Phreneſis. 1805
Phroneſis. 647
Phronim. 647
Phrygium. 857
Phrygiones. 130
Phylacteria. 1913
Phylaa. 280
Phyſica neceſſitas. 52
Phytos. 553
Pia affectio. 528
Pia cauſa quid. 1444
Piaculum. 1995
Piaculare crimen. 143
Picaria. 1913
Pictor. 132
Picturæ cedit tabula. 1913
Pietas. 564. 1443
Pietas pro fide. 556
Pietas gemina. 102
Piger & tardus. 665
Pigere & pudere. 1612
Pigmentum, pigmentarius. 1913
Pignerare. 1045
Pigneratitia res. 1045
Pigneratitius vir. 1045
Pignerator. 1045
Pignus, quod vadimonium. 1044
Pignus, & hypotheca. 1042
Pignus quadruplex. 1043
Pignora iniuriæ. 1044
Pigritia. 112
Pigritia & accidia. 593
Pigritia, & deſidia. 665
Pila ludere. 1805
Pileatus ſeruus. 830
Pileus. 789
Pinacotheca. 349
Pinguedo. 1484
Pirata. 1805
Piſcatio. 862
Piſcina. 1428
Piſcina ſacra. 1403
Piſticum. 577
Piſtores. 132
Piſtrinarij. 132
Piſtrinum. 132
Placet. 65
Placidi. 1459
Placitare. 1266
Placitum. 95. 189. 191. 1347
Plagæ. 861
Plagiarij. 199
Plagiarius. 839
Plagium. 839. 927. 839
Plagos. 839
Plana & cliuoſa via. 1179
Planaria cognitio. 1179
Planeta. 856
Planta, plantarium. 1914
Platea. 1418
Platearij. 1964
Plateaticum. 1964
Plebs, & populus. 303
Plebis tribuni. 319
Plebis appellatio. 303
Plebania. 276
Plebanus. 276
Plebes honeſti. 319
Plebiſcitum. 186
Plectere. 157
Plegiarius. 1039
Plena authoritas. 1188
Plena poſſeſſio. 706
Plena probatio. 1260
Plena pubertas. 383
Plena ſubiectio. 1447
Plenaria indulgentia. 1637
Plenaria adiectis aliquot diebus. 1639
Pleniſſimæ indulgentiæ. 1938
Pleniſſimum. 1638
Pleniſſimum tempus. 1134
plenum, plenarium. 1638
Plenum dominium. 687
Plenum iudicium. 1249
Plenum ius. 1188
Pleno iure. 218
Pleno iure ſubijci. 1447
Plerunque. 448
Plethrum. 1027
Ploſtrarius. 1914
Plumarij. 1914
Pluma. 1964
Plumbago. 879
Plumbare & applumbare. 879
Pluobarij. 132
Plumbata. 1806
Plumbatura & ferruminatio. 879
Plumbum. 878
Plumbi appellatio. 878
Pluralis locutio. 475
Pluries. 648
Pluriſariam. 957
Plus. 454
Plus minouſue. 454
Plutei. 1914. pluton. 1462
Pluuia aqua. 768
Pluuiale. 858
Pocula. 1495
Poculentum. 1495
Poculum ſanctum. 1595
Podagra. 589
Poderis. 854
Poderium. 744
Poderij appellatio. 744
Podia. 1415
Pœna quid ſit. 154
Pœna & coactio. 54
Pœna multiplex. 158
Pœna damni. 158
Pœna ſenius. 158
Pœna ſanguinis. 161
Pœnæ fiſcales. 1759
Pœnæ appellatio. 154
Pœnale votum. 355
Pœnalis lex. 195
Pœnalitas non pœna. 185
Pœnariæ actiones. 1239
Pœnio pro punio. 157
Pœnitentia. 108. 1600
Pœnitentia quid ſit. 1601
Pœnitentiæ formalis ratio. 1602
Pœnitentiæ ſacramentum. 1613
Pœnitentiæ forum. 1620
Pœnitentiæ baptiſmus. 1605
Pœnitentiarius ſummus. 177
Pœnitere. 1600
Poeo. 347
Poetæ. 347
Poetæ appellatio. 347
Polaina. 1823
Polia. 810
Poliones. 132
Poliptici. 1915
Polire & interpolare. 1915
Polis. 301
Politia. 299. 294
Politica. 652
Politica diſpenſatio. 338
Politica beatitudo. 36
Politicæ virtutes. 120
Politicum regimen. 294
Politor. 1915
Polium. 1017
Polliceri. 1915
Pollicitatio & promiſſio. 970
Pollina. 135
Pollincere. 1915
Pollinctores. 1915
Pollis, pollen. 135. 797
Pollui & execrari. 1405
Pollutio naturalis. 1512
Pollutio Eccleſiæ. 1405
Polyandrium. 1981
Polyarchia. 196
Polygamia. 1636
Polyonyma. 409
Polypoſus. 587
Polypus. 587
Pomariom. 798
Pomœrium. 1428
Pompeia lex. 202
Pomum. 798
Pomi appellatio. 798
Pondera explicantur. 1024
Ponderator auri. 1024
Pondo. 1024
Ponere. 1915
Ponteaticum. 1964
Pontifex. 287
Pontifex quod Imperator. 287
Pontifex Imperator. 306
Pontificale. 512
Pontificalia exercere. 1663
Pontificatus in Papa. 493
Pontiuagium. 1172
Pontones. 630. 1915
Popina. 1490
Populares. 328
Populares actiones. 1239
Popularis infamia. 919
Populicum crimen. 142
Populitari. 1916
Populus. 285
Populus, gens, plebs. 303
Populi appellatio. 303
Porcæ. 1916
Porcarius. 402
Porceant. 1916
Pornæ. 1916
Porper. 34
Porphyra. 792
Porphyriacus. 792
Porrectum. 1419
Porrigere appellationem. 1266
Porrinæ. 1616
Portari, ferri, & duci. 810
Portatile altare. 1592
Portenta. 1382
Portentuoſè viuere. 1514
Portentuoſum. 1514
Portentum. 538
Porticatio. 1916
Porticus. 1411
Portio, beneficium. 1309
Portio legitima. 389
Portionarij. 1308
Portitores. 1762
Portorium. 1272. 1269
Portus. 1426
Portus & ſtatio. 1976
Portus pro domo. 1398
Poſcere. 1916
Poſitiua pœna. 158
Poſitio. 1917
Poſitionalis libellus. 1916. 1963
Poſitiuum ius. 680
Poſſeſſio vnde dicta. 703
Poſſeſſionis acceptio. 703
Poſſeſſio & prædium. 752
Poſſeſſio multiplex. 706
Poſſeſſio facti. 704
Poſſeſſio iuris. 705
Poſſeſſionis appellatio. 711

Possessor bonorum, & hæres. 710
possessor bonæ fidei. 706
possessor malæ fidei. 706
possessor incertus. 94
possessorem facere. 730
possessoriæ actiones. 1239
possessorium. 1122
possibilis conditio. 955
possidere, & esse in possessione. 714
possidere integro iure. 712
possidere pro hærede. 712. 2091
possidere in creditum. 712
possidere pro indiuiso. 713
possidere pro possessore. 712
post. 466
post diem. 466
postea. 444. 466. 1160
posteri, posteriores. 1703
posteritas. 1703
posteritatis appellatio. 1704
posterorum appellatio. 1704
postbabita. 1917
posthac. 1160
posthumus. 375
posthumi appellatio. 375
posticum. 1413
postliminium. 645
postliminio redire. 644
postliminio recipere. 644
postmagistratus. 1917
postulationibus vacare. 1917
postulare. 1195
postulare aduocationes. 1204
postulare quæstionem. 1216
postulatio. 1322
postulatio duplex. 1299
postulatio beneficij. 1294
potare & bibere. 1494
potentatus. 307
potentes personæ. 1198
potestas. 1184
potestas ambulatoria. 67
potestas clauium. 1615
potestas libera. 43
potestas œconomica. 351
potestas tyrannica. 297
potestatiua conditio. 955
potiores. 1760
potitus hostium est. 1917
potius. 451
pototium. 781. 1495
potus in ieiunio. 1485
potus appellatio. 392
practicæ artes. 128
practicè practicum. 93
practicum dubium. 93
practicus habitus. 126
præ. 4. 467
præauditæ. 1917
præbenda. 273
præbere. 990
præcentor. 272
præceptio in legatis. 1917
præceptionis legatum. 1108
præceptor. 343
præceptores ordinum. 1362
præceptoriæ litteræ. 494
præceptum. 176
præceptum, quod necessitas. 49
præcepti necessitas. 51
præcepta legis. 215
præcepta legis veteris. 193
præcidere. 1806
præcingere & accingere. 1806
præcipere. 208
præcipitare. 1917
præcipitatio. 656
præcipuum habere. 1917
præcisè fieri. 222
præcisum. 222
præco. 206
præco & accensus. 1764
præconium in beneficijs. 1953
præconizare. 208
præconizatio. 1953
præda. 637
prædecessor. 358
prædiales decimæ. 1349
prædiales prouinciæ. 299
prædiatores. 1918
prædicare. 533
prædicatio. 533
prædicator. 533
prædium. 752
prædium & fundus. 755
prædium vrbanum. 701
prædium rusticum. 701
prædij. 754
prædiorum iura. 702
prædo. 929
prædones. 635
præesse. 1656
præfatio Missæ. 1558
præfectiani. 323
præfectorius vir. 1806
præfectura. 323
præfectus. 323
præfectus prætorio. 323
præfectus vrbi. 323
præferre diem. 1918
præfestinatio. 719
præficere. 1918
præsidentia. 1468
præfinire. 1918
præforare. 1806
prægnantes clausulæ. 1806
prægrandes arbores. 764
prægrauari. 1087
prætor. 315
præiudicari. 888
præiudiciales actiones. 1239
præiudicialis causa. 1170
præiudicium. 888. 1170
præiudicium & defensio. 1974
præiudicij appellatio. 888
præiurare. 1375
prælatio, & dignitas. 292
prælatus dies. 1964
prælatus. 286
prælati appellatio. 286
prælatio repetita. 515
prælegare. 1104
prælegare dotem. 1104
prælegata dos. 515
prælegatio. 1104
prælegatum. 1103
præliares dies. 1141
prælium & bellum. 602
prænomen. 406
præmatura mors. 798
præmatura poma. 798
præmaturius. 798
præmium accidentale. 41
præmolestia. 110
prænomen. 406
præparata querela. 1194
præparatoria. 1533
præpositi. 322
præpositio. 455
præpositus. 1281
præpositus Ecclesiasticus. 273
præposteratio. 720
præputiatus. 1555
præputium. 1555
prærogasti. 1753
prærogatiuus. 230
præs & sponsor. 1038
præs & vindex. 729
præscripta consuetudo. 249
præscriptio quid. 247
præscriptio. præscribere. 715
præscriptionis acceptio. 716
præscriptio & exceptio. 1974
præscriptio & consuetudo. 246
præscriptiones fori. 1216
præscriptum. 715
præsens. 1440
præsentatio. 1297
præsentalis. 626. 1440
præsentales ad præscriptionem. 1445
præsentia vt fiat consecratio. 1577
præsentia. 1440. 481
præsentialiter. 1440
præsertim. 451
præses. 324
præsidialis iussio. 1918
præsilio. 286
præstantia. 1273
præstare. 480
præstare culpam. 1807
præstatio fidei. 1370
præstigia. 1453
præstigiatores. 1385
præstigiatoria. 1384
præstigium. 1382
præstimonium. 1288
præstiti pœna. 170
præstolari. 117
præsul. 286
præsumere. 1250
præsumpserit. 89
præsumpta voluntas. 57
præsumptio. 561. 1468. 1524
præsumptio quid. 1250
præsumptio iuris. 1251
præsomptio iuris, & de iure. 1251
præsumptio naturæ 1253
præsumptum iudicium. 1170
præsomptus titulus. 723
præteriti liberi. 1918
præteritio, & exhæredatio. 1980
prætexta. 785
prætextari. 1164
prætextatus sermo. 1498
præter. 467
præterea. 446
præter legem. 467
prætor. 315
prætor quotuplex. 315
prætoria cautio. 959
prætoria obligatio. 107
prætoria stipulatio. 941
prætoria via. 1418
prætoriæ actiones. 1238
prætoriæ prouinciæ. 299
prætorium. 284
prætorium pignus. 1043
prætorium testamentum. 1070
prætura. 315
præuaricatores. 151
præuenire, præuentio. 1956
præuentiua gratia. 1956
pragma, pragmaticus. 190
pragmatica quæstio. 164
pragmatica sanctio. 190
pragmaticarij. 190
pragmaticarius. 313
pragmaticus. 1976
pratum. 763
prati appellatio. 763
prauæ dispositionis igorantia. 88
prauitas. 138
prauitas, & prauum. 73
praxis quid. 126
præcaria possessio. 707
precaria substitutio. 1077
præcariæ præstationes. 974
præcario possidere. 707
præcarium. 989
præcariom, & precaria. 1835
præcarium clientelare. 1806
preces importunæ. 1323
presbyteræ. 1659
presbyteræ, idest viduæ. 1719
presbyteratus, presbyter. 1655
presbyteri appellatio. 1655
bresbyterium. 1598
prester. 1940
pretiosa mobilia. 817
pretiosæ vestes. 1985
pretium. 1008
pretij appellatio. 1008
pretium simoniæ. 1318
pretium succedit loco rei. 1023
pridem. 1163
pridie. 1144
prima, & Completorium. 1326
prima tonsura. 1650

prima-

Primates. 269. 1761
Primicerij. 318
Primicerius. 272
Primipilarij. 610
Primipilaris. 610
Primipilus. 610
Primitiæ. 1350
Primogenia, & primogenito. 1157
Primogenia, & maioratus. 1118
Primogenitura. 1117. 1703
Primogenitus. 1703
Primogenitus Christus. 11
Princeps quis. 398
Princeps Romanus. 306
Principalis. 1918
Principalis dignitas. 293
Principatus. 298
Principatus quid. 264
Principes imperij. 298
Principes milites. 624
Principia castrorum. 624
Principij, & finis eadem causa. 30
Principis appellatio. 298
Prior. 274
Prioratus. 274. 275
Prioratus appellatio. 274
Priscum, & verus. 1955
Priua, idest singula. 229
Priuata via. 1418
Priuata citatio. 1223
Priuata citatio. 1223
Priuata fiscalia. 753
Priuata potestas. 1188
Priuata res. 741
Priuata persona. 335
Priuata vis. 55
Priuatiani. 1918
Priuatio beneficij. 1504
Priuationis ignorantia. 88
Priuatiua consuetudo. 248
Priuatiua iurisdictio. 1186
Priuatiua pœna. 158
Priuatum crimen. 141
Priuatum flumen. 76
Priuatum instrumentum. 497
Priuatum ius. 681
Priuatum negotium. 1009
Priuatum odium. 105
Priuatus, & miles. 1955
Priuatus carcer. 1213
Priuatus contractus. 944
Priuigna. 1701
Priuignus. 1701
Priuilegiatus. 229
priuilegium quid. 229. 1982
Priuilegium multiplex. 231
Priuilegium multiplex. 231
Priuilegij nomen. 229
Pro. 467
Pro, & propter. 467
Proamites. 1699
Proastia. 1426
Proauia. 1696
Proauunculus. 1699
Proauus. 1696
Probabile. 90
Probabile indicium. 1249
Probabilis conscientia. 82
Probabilis metus. 110
Probabilis ignorantia. 88
Probabilis opinio. 90
Probabilis præsumptio. 1251
Probare. 1260
Probata castitas. 1498
Probata probatio. 1260
Probatio quid. 1260
Probatoriæ. 1919
Probi, & probitas. 69
Probium. 911
Procacitas. 1504
Procare. 1504
Procatum. 1070
Procedere. 1919
Proceres. 328
Processus viri. 1807
Prochiri. 407
Prochotrophium. 574
Proci. 1504
Procinctum testamentum. 1067
Procitum. 1070
Proclamare in ingenuitate. 840
Proclamationes. 1718
Proconsul. 316
Proconsulis legatus. 320
Procotrophium. 573
Procreare. 1807
Procurator. 1059. 1205
Procurator Ecclesiæ. 279
Procurator falsus. 1456
Procuratoris appellatio. 387. 1060
Procuratorium mandatum. 1060
Prodere. 1626
Prodere legem. 1919
Prodigalitas. 1462
Prodigere. 1919
Prodigia. 1381
Prodigium. 538
Prodigus. 1462
Proditio, Proditor. 1461
Proditor. 1626
Proditor, & transfuga. 632
Proditor quòd delator. 1193
Proditoriè. 898
Producere. 1807
Producere aduersarium. 1221
Producere testes. 1201
Profanum. 1402
Profectitia dos. 1679
Profectitium. 751
Proferre. 1807. 517
Proferre, & differre. 1919
Professio quid. 1358
Professio quotuplex. 1358
Professio fidei. 529
Professio censualis. 1047
Professio religiosa. 1358
Professores diuini iuris. 1970
Professores iuris. 1358
Profesti dies. 1141
Proficare. 1919
Proficisci. 1919
Profiteor. 1358
Profligare tributa. 1919
Profligere. 1282
Profluens aqua. 768
Profugium. 1804
Profugus. 1990
Profusio. 1462
Progener. 1701
Progenies. 369
Progenies appellatio. 357. 369
Progenitor. 369
Prognatus & natus. 1703
Programma. 482
Progymnasmata. 341
Prohæres. 1082
Prohedri. 1808
Prohibere. 208
Prohibere & vetare. 208
Prohibere iniuria. 896
Prohibiti libri. 350
Prohibitorium edictum. 188
Prohibitorium interdictum. 1743
Proiectum. 1413
Proles. 269
Prolis appellatio. 369
Proletarij authores. 91
Prolusorium iudicium. 1170
Prolytæ. 346
Promagister. 1920
Promatertera. 1699
Promercale. 1019
Promercales vestes. 1019
Promercium. 1019
Promiscua conditio. 956
Promissio & propositum. 968
Promissio & repromissio. 969
Promissio onerosa. 968
Promissio fide vallata. 969
Promissio deserta. 969
Promissor & admissor. 1038
Promissorium iuramentum. 1371
Promittere. 971
Promittere rem habere licere. 971
Promnestria. 1808
Promonstrum. 538
Promoueri persaltum. 1663
Promoti. 1658
Promotio. 1304. 1658
Promptuarium & penuarium. 822
Promulgatio. 206
Promulsidarium. 1494
Promutuum. 980
Pronepos, Proneptis. 1694
Pronubus, Pronuba. 1717
Pronunciare. 179. 1259
Pronunciare, recitare. 1090
Pronunciari. 1266
Pronunciatum. 177
Pronurus. 1701
Proœmium. 514
Propagari arbitria. 1920
Propassio quid. 98
propatruus. 1699
Prope. 468. 1438
Propensus. 1920
Properare & festinare. 1784
Propheta. 534
Propinquitas. 1709
propinqui. 1709
propinquorum appellatio. 1709
propinquum indicium. 1249
Propitiatio. 13
Propitiatorium. 1338. 1404
Propola. 1018
Proponere & opponere. 1920
Proportio arithmetica. 675
Propositio quid. 470
Propositiones damnabiles. 555
Propositum, propono. 1612
Propositum. 20
Propositum & promissio. 168. 1351
Propræror. 315
Propria tempora. 1133
Proprietarius. 687
Proprietatis dominium. 687. 1971
Proprindere. 1965
Proprium & suum. 686
Proprium nomen. 406
Proprius Episcopus. 1661
Proprius sacerdos. 1623
Propter. 468
Propter & pro. 467
Propylæum. 1411
Proquæstor. 316
Proquiritata. 1920
Proreta. 630
Proreus. 630
Prorogare sententiam. 1259
Prorogatio iurisdictionis. 1826. 1832
Prorogasti. 1753
Prosapia. 370
Prosapiæ appellatio. 370
Proscenium. 1005
Proscindere terram. 1808
proscribere. 1808
Proscriptio, proscribere. 164
Prosecutionis actus. 56
Prosecutores qui. 1920
Prosequi appellationem. 1266. 1958
Prosocer, prosocius. 1701
Prosocrus, prosocer. 1701
Prospectus, & luminis seruitus. 1920
Prosperè & asperè. 558
Prosperitas. 34
Prosphora. 1579
Prospicitur. 1255
Prostasia. 324
Prostates. 1921
Prostibulum. 1507
Prostitutæ vicem sustinere. 1508
Pro suo. 1807
Prosupare. 370
Prosuperare. 370
Protecta. 1413
protector principis. 322
protelare, & renouare. 1811
Proteruia. 1524

pro-

I N D E X

Protertius. 1524
Proteſtari, proteſtatio. 1921
Protheſis. 473. 515
Prothonotarij. 278
Prothyrum. 1411
Protinus, Illico. 1161
Protocollum. 504
Protomedicus. 321
Protonotarius. 506
Protopraxia. 1921
Protos. 324
Prætoſtaſia. 326
Prototypa. 504
Protutor & tutor. 1921
Prouecta ætas. 1165
Proueoio. 846
Prouentus. 1051
Prouentus Eccleſiaſtici. 846
Prouentuum appellatio. 846. 1051
Prouerbium. 487
Prouidentia. 655
Prouincia. 299
Prouinciale concilium. 532
Prouinciales. 299
Pro virili parte. 467
Prouiſio. 1292
Prouiſio ſimplex. 1292
Prouiſio noua. 1292
Prouiſiones. 1054
Prouiſionis appellatio. 1291
Prouiſor. 1661
Prouocare. 1263
Prouocatio. 1263
Prouocatus. 151
Prons. 421
Proxima cauſa. 1921
Proxineo. 1018
Proxeneta. 1018
Proxeneticum. 1018
Proxenetria. 1808
Proxima occaſio. 599
Proximi ſacrorum ſcriniorum. 512
Proximum ius. 681
Proximus. 579
Proximus ad charitatem. 580
Proximorum appellatio. 579
Proximos infantiæ. 783
Proximus pubertati. 1165
Proximus finis. 16
Prudens. 647
Prudentia. 647
Prudentiæ acceptio. 648
Prudentiæ partes. 651
Prudentiæ diuiſio. 652
Prudentia carnis. 658
Prudentia ſpiritus. 658
Pruna & carbo. 1808
Pſalmiſta. 487
Pſalmiſtatus. 1650
Pſalmodia. 487
Pſalmographus. 487
Pſalmus. 487
Pſalmus. 1327
Pſalmus cantici. 1317
Pſalterium. 487. 1324
Pſaltes. 487
Pſeudoprophetica. 1382
Pſeudotyrum. 1022
Pſycomantia. 1381
Pubertas. 383
Pubertas plena. 383
Pubes. 383
Pubeſcere. 1922
Publica citatio. 1223
Publica confeſſio. 1616
Publica poteſtas. 1188
Publica vis. 55
Publica res. 299. 741
Publicæ perſonæ. 335
Publicani. 1279
Publicare, publicatio. 266
Publicatio teſtamenti. 1072
Publicæ fieri. 1182
Publicæ honeſtatis impedimentum. 1693
Publiciana actio. 1972
Publici ſerui. 828
Publicum quid. 918
Publici acceptio. 918
Publicum aurum. 875
Publicum certamen. 639
Publicum crimen. 141
Publicum flomen. 767
Publicum funus. 1124
Publicum inſtrumentum. 497
Publicum iudicium. 1169
Publicum ius. 681
Publicum munus. 1305
Publicum negotium. 338. 1009
Publicum odium. 205
Publicus carcer. 1213
Publicus locus. 1394
Publicus peccator. 922
Pudere & pigere. 1612
Pudicitia. 1476. 1497
Pudor. 212. 914
Puella. 1500
Puer. 1922
Pueritia. 1164
Puerperæ. 1922
Pugiles. 633. 900. 1003
Pugillares. 513
Pugna, pugnare. 606
Pulcher & formoſus. 509
Pulchritudo quod bonitas. 69
Pulchritudo virilis. 291
Polchritudo & formoſitas. 590
Pulmentarium. 1922
Pulmeotum. 1490
Pulſare & verberare. 168
Polſatio & verberatio. 168
Pulueraticum. 1965
Puluinar. 1593
Puncta. 1895
Punire. 209
Punitio, punire. 209
Punitioa iuſtitia. 676
Punitoria vſura. 982
Pupillaris ætas. 1164
Pupillaris ſubſtitutio. 1078
Pupillus. 383
Pupillus & orphanus. 590
Pupilli appellatio. 383
Pura reſignatio. 1301
Pura ſtipulatio. 941
Purè & conditionaliter. 834
Purgare crimen. 153
Porgationis iuramentum. 1851
Purgatio quid & quotuplex. 153
Purgatoriæ virtutes. 120
Purgatorium. 1643
Purificari conditionem. 950
Purificata conditio. 956
Purificatorium. 1593
Purpura. 792. 862
Purpuræ appellatio. 792
Purpurarij. 132
Purpureus. 792
Purum cambium. 1053
Purum priuilegium. 234
Purus locus. 1398
Puſilla pecunia. 1922
Puſillanimitas. 1468
Puſtula. 876
Puſtulatum argentum. 876
Potare. 1912
Putatiuus debitor. 950
Putatiuus titulus. 723
Putatoria falx. 134
Puteal. 1922
Puteus & fons. 1923
Pyctæ. 1808
Pyctatium. 482
Pyra. 1130
Pyramis. 1130
Pyramantia. 1379
Pyrrhicarij. 633
Pythagorica. 1384
Pythones. 1808
Pythonici. 1382
Pythoniſſa. 1913
Pytyocampe. 809
Pyxis. 1596

Q

Quadragena. 1637
quadrageſima. 1483
quadrageſimales dies. 1988
Quadrans. 1092
Quadranta. 1923
Quadrantariæ vſuræ. 983
Quadrantarij. 132
Quadratus lapis. 1923
Quadrigarum appellatio. 1809
Quadrigarij. 132
Quadrimenſtrui. 1923
Quadripendium. 1026. 1092
Quadriuiales ſcientiæ. 127
Quadriuium docere. 1954
Quadriuium. 1419
quadruplator. 1193
quadruplum. 962
quærere legibus. 1924
qoæri liberi. 1924
quæſitor. 1809
quæſita hæreditas. 1924
quæſitus color. 1455
quæſitos titulus. 723
quæſtio. 2214
quæſtio facti & iuris. 1975
quæſtio in lite. 1226
quæſtio oumaria. 1226
quæſtio centumuiralis. 320
quæſtio pragmatica. 164
quæſtionem decernere. 1775
quæſtionem facere. 1226
qoæſtionem ferre. 1809
quæſtionem mouere. 1218
quæſtor triplex. 316
quæſtorius vir. 317
quæſtuarij. 383
quæſtus centeſimus. 984
quæſtus appellatio. 1035
quæuis perſona. 430
qoalecunque. 428
qualificata reſignatio. 1302
qualificata perſona. 1983
qualificatè & ſimpliciter. 1454
qualificatum. 898
qualificatum homicidium. 898
qualis qoalis. 430
qualitas. 898
qualitatis error. 1689
qualitercunque. 428. 430
quandiu. 1159
quando. 79
quanquam. 451
quanti res eſt, & intereſſe. 1979
quantitas quid. 1106
quantitas modica. 818
quantitas modica cibi. 1482
quanto minus. 452
quamuis. 451
quarta agnatorum. 1096
quarta curiæ. 1096
quarta Epiſcopalis. 848
quarta Falſidia. 1111
quarta funeralis. 1126
quarta Trebellianica. 1111
quartana febris. 1784
quaſi. 452
quaſi caſtrenſe. 750
quaſi contractus. 945
quaſi delicta. 149
quaſi domicilium. 1431
quaſi dotalis. 756
quatenus. 957
quaternatum feudum. 1952
quedoſſa. 1578
quemadmodum. 441
querela quotuplex. 1194
querela inofficioſi. 1070. 1980
querimonia iudicialis. 1194
qoibus auxilijs. 79
quicquam. 429
quicunque. 429
quidquid. 428

Quies

quies. 1809
quieta conſcientia. 82
quilibet. 429. 431
quilibet & omnis. 425
quincalogus. 252
quincunx. 1092
quindennium. 1311
quinquagenaria. 1342
quinquageſima. 1483
quinquatriones. 1911
quinquertium. 1005
quiritare. 38
quiritarij. 1846
quiritum tribuni. 318
quis, quid. 79
quiſque. 429
quiſquis. 429
quitantia. 500
quiuis. 430
quiuis, & Requiuit. 1953
quoad, Donec. 1159
quodammodò. 422
quodcunque & omne. 429
quominus. 451
quomodò. 79
quondam, Olim. 1163
quotalitis. 1207
quotannis. 1156
quotare. 1806
quotidiana aqua. 273
quotidianæ veſtes. 1985
quotidianus victus. 390
quotidie. 1144
quoties. 79
quotieſcunque. 430
quouſque. 1162

R

Rabbi, ideſt Magiſter. 13
Rabies. 115
Rabula. 1206
Rachà. 911
Radicalis libertas. 44
Radicitus. 1924
Radij maritorum. 1809
Raſiaés. 908
Ramorum appellatio. 1924
Rancor. 105
Rapere & auferre. 66
Rapina. 925
Rapiſma. 1965
Raptor. 993
Raptor & oppreſſor. 906
Raptus. 906
Raptus quid ſit. 1694
Raptum, Sacrilegium. 1509
Ratum. 817
Raſoria taberna. 1490
Raſura. 515. 1657
Ratiarius. 862. 629
Ratihabitio. 58
Ratio & cauſa. 954
Rationis acceptio. 963
Rationis & rei medium. 221
Rationum appellatio. 964
Ratione bona dicere. 963
Rationes calendarum recognoſcere. 963
Rationes referre. 963
Rationes diſpungere. 963
Rationibus inferre. 963
Ratiocinium. 903
Rationale. 852
Rationalis. 964
Rationarius codex. 963
Ratis. 629
Ratum & firmum. 1220
Ratum & ruptum. 1070
Ratum matrimonium. 1671
Ratum habere. 967. 58
Raucæ, 809
Reale ius. 681
Reale priuilegium. 231
Reale tributum. 1272
Reale votum. 1356
Reales fructus. 793
Realis cenſus. 1048
Realis citatio. 1223
Realis ſeruitus. 700
Realis Simonia. 1316
Realis vſura. 982
Reatus. 171
Rebaptizans. 1556
Rebaptizatus. 1556
Rebellis. 1809
Recambire. 1053
Recambium. 1053
Recautum. 1924. 1965
Recedere. 1924
Recenſio. 1810. 1924
Recepit pro excepit. 798
Receptator. 545
Receptatores. 934
Recepti iudices. 1176
Receptitius. 1681
Receptitius ſeruus. 830
Receptiua Eccleſia. 1822
Receptor & occultator. 923
Receptores. 318. 934
Receptum. 971
Recidere. 1810
Recidipna. 1411
Recipere. 934
Recipere, ideſt promittere. 971
Recipere appellationem. 1266
Recipere cauſam. 1230
Recipere in reos. 1211
Reciproca ceſſio. 1302
Reciproca ſubſtitutio. 1079
Reciproca venditio. 1014
Reciprocare. 1327
Reciprocus cantus. 1327
Reciſius. 1134
Recitare hæredem. 1090
Recitatiue & ſignificatiue. 1539
Recludere. 1924
Recognoſcere. 1925
Recognitio. 1352
Recolligere. 1146
Recommendari Reus. 1211
Recompenſatio. 895
Reconciliare. 1405
Reconciliatio. 1405
Reconciliatum matrimonium. 1672
Reconuentio. 1925
Recriminatio. 1768
Recta cœna. 1757
Recta conſcientia. 82. 83
Recta linea. 1695
Rectè & ritè. 726
Rectitudo moralis. 126
Rector academiæ. 342
Rectum. 77
Recuperare. 1179
Recuperatores iudices. 1952
Recuperatorium iudicium. 1179
Recurſus. 896
Recuſare. 1195. 1179
Recuſatio. 1264. 1265
Recutitus. 1555
Redacta pecunia. 1282
Redadopiare. 1925
Reddere & edere. 963
Reddere & reſtituere. 893
Reddere rationem. 963
Reddere votum. 1357
Redempti ab hoſtibus. 1925
Redemptor. 1035. 1282
Redemptor cauſæ, vel litis. 1232
Redhibere, Redhibitio. 893
Redhibitoriæ actiones. 1239
Redigere. 1282
Redimere. 1035. 1282
Redimere pignus. 1046
Redintegratum matrimonium. 1672
Redire hæreditas. 1925
Reditus. 1050
Reditus annuus. 1047
Reditus, & obuentiones. 1310
Redituum appellatio. 1050
Redituum beneficij appellatio. 1310
Reducere vxorem. 1925
Reducere, reficere. 1758
Refecta pecunia. 1925
Refectiuncula. 1482
Refectus. 1925
Refellere. 1200
Referendarij. 278. 1207
Referre crimen. 1196
Referre ius iurandum. 1995
Referre in commentarium. 1810
Referre in reum. 1211
Reficere. 1416
Reficere, Reducere. 1758
Refigere leges. 220. 1785
Refitores. 846
Reformare. 967
Reformator. 313
Refragari obſequijs. 1810
Refragor. 1632
Refuga. 1810
Refugia. 1926
Refundere. 1926
Refutare feudum. 1810
Refutatoriæ preces. 1926
Refutatorij Apoſtoli. 494. 1265
Regale feudum. 994
Regaliæ. 622
Regalia iura. 747
Regendarij. 1926
Regenerare. 1547
Regeneratio. 1547
Regeſta. 1926
Regia lex. 197
Regia via. 1418
Regiæ virtutes. 307
Regimen. 194
Regimen quotuplex. 296
Regimen Eccleſiæ. 265
Regina. 312
Regio. 307. 506
Regionarij. 506
Regiſtrum, Regeſtrum. 512
Regnum. 307
Regradari, pro degradari. 170
Regreſſus. 1302
Regreſſus, & ingreſſus. 1317
Regula. 83. 185
Regula, & conſtitutio. 185
Regula Eccleſiaſtica. 1589
Regula fidei. 528
Regula Lesbia. 211
Regulæ cancellariæ. 1951
Regulare. 1750
Regulare, & generale. 83
Regulare beneficium. 1284
Regulares. 185
Regulare canonici. 1750
Regularis. 1161
Regularis prior. 374
Regundorum actio. 1237
Reijcere calcem. 1810
Reincidentia in cenſuram. 1729
Relapſus hæreticus. 543
Relapſus quotuplex. 543
Relatio. 1196
Relationis terminus. 29
Relaxatio. 212
Relegatio. 163
Relegatores. 1924
Releguium. 1832
Releuata prædia. 754
Releuatus fundus. 756
Releuium. 1828
Religio vnde dicta. 1319
Religio quid. 1320
Religionis acceptio. 1319
Religionis actus. 1320
Religio iudicis. 1178
Religioſa domus. 1395
Religioſi dies. 1141
Religioſi qui. 1361
Religioſorum appellatio. 1363
Religioſum iudicem ſortiri. 1178
Religioſus, & deuotus. 1777
Religioſus incorrigibilis. 1606
Religioſus locus. 1395

Re-

I N D E X

Religioſus ſtatus. 1359
Relinquere. 1081
Reliquari. 1278
Reliquator. 1907
Reliquatio. 1278
Reliquatores. 1278
Reliquiæ. 1124. 1335
Reliquiæ inſignes. 1335
Reliquiarum appellatio. 1335
Reliquorum appellatio. 453
Reliquum. 453
Relocare. 1810
Remancipatio. 1714
Remanſiſſet venditio. 1023
Remanſor. 1926
Remex. 631
Remiſſio. 966. 1519
Remittere. 977
Remittere, & diſſimulare. 966
Remittere actionem. 1247
Remittere annum. 1156
Remittere nunciationem. 1416
Remittere nuncium. 1716
Remota occaſio. 599
Remota appellatione. 1267
Remotum a iure. 217
Remotus. 1442
Remotus pro exhæredato. 1267
Remunculus. 1926
Remunerare. 1810
Remuneratio. 1810
Remuneratoria donatio. 973
Remuneratorium priuilegium. 232
Renouare, & protelare. 1811
Renouari ad pœnitentiam. 1605
Renouatio quod Baptiſmus. 1605
Renunciare. 1301
Renunciatio quod donatiò. 975
Renunciatio. 1301
Reparare. 1927
Reparare merces. 1927
Repedare. 1811
Reparſſare. 1965
Repellere. 1811
Repentinæ feriæ. 1346
Reperire. 1965
Repetere reum. 1212
Repetita prælectio. 515
Repetitus dies. 1964
Repetundarum lex. 201
Repetundarum crimen. 144
Repetundarum accuſari. 1182
Repigneraie. 1045. 1801
Replicatio. 718. 1224
Replumbare. 879
Reponatur. 480
Repoſcimus. 1927
Repoſitum. 1927
Repræſentare. 1123
Repræſentare, i. præſtare. 971
Repræſentare ius. 1123
Repræſentare pecuniam. 1023
Repræſentata pecunia. 1123
Repræſentatio in ſucceſſione. 1123
Reprehendi. 1927
Reprehenſores. 1927
Repreſalia. 1044
Repreſalijs capere. 1045
Reprobare teſtes. 1927
Reprobi nummi. 814
Reprobatorij teſtes. 1198
Reprobatum iure. 248
Repromittere. 969
Repudiare. 896. 1713
Repudiare, & recuſare. 1179
Repudiare appellationem. 1266
Repudiare hæreditatem. 1098
Repudiatio. 1713
Repudium, & diuortium. 1713
Repudij forma. 1715
Repudij libellus. 508
Repurgium. 1811
Reputare. 1811
Reputationes. 1928
Requeſtas quid in iure. 21
Requirere, Requirendus. 1927
Res. 741
Res pro indiuiſo. 713
Res facti, & iuris. 1975
Res communes. 741
Res iudicata. 1177. 1256
Res mancipij. 684
Res, & Sacramentum. 1551
Res Sacramenti. 1538
Res Sacramenti in Euchariſtia. 1569
Res ſuo marte decurret. 1758
Rei appellatio. 742
Rei vendicatio. 1972
Reſarcire. 896
Reſcindens iudicium. 1172
Reſciſſorium iudicium. 1172
Reſcribere. 495
Reſcriptum. 187. 236. 495
Reſcriptum quid & quotuplex. 230
Reſcriptum ad lites. 187. 495
Reſcriptum ſubrogationis. 1823
Reſeruata excommunicatio. 1735
Reſeruatio. 1624
Reſeruatio, ſi detur complex. 1996
Reſeruatio beneficij. 1286
Reſe uatiuus cenſus. 1048
Reſeruatorum caſuum appellatio. 1725
Reſeruatum beneficium. 1286
Reſidentia. 1314
Reſidere. 1314
Reſidua hæreditas. 1928
Reſiduorum lex. 200
Reſiduum. 454
Reſignare. 1301
Reſignare in confidentiam. 1317
Reſignare teſtamentum. 1074
Reſignatarius. 1302
Reſignatio. 1301
Reſignatio duplex. 1301
Reſignatio conditionalis. 1301
Reſignationis appellatio. 1303
Reſipiſcere, Reſipiſcentia. 1600
Reſoluto iure. 1023
Reſolutoria conditio. 956
Reſpectiuum bonum. 71
Reſponſorium. 1585
Reſponſum. 62. 190
Reſponſorium. 1328
Reſpublica & fiſcus. 166
Reſpublica quid. 199
Reſtagnare. 1811
Reſtauratoria vſura. 981
Reſticulus. 1928
Reſtipulari. 1883. 1928
Reſtituere. 890
Reſtituere & reddere. 1965
Reſtituere arbitrio iudicis. 1178
Reſtituere hæreditatem. 1097
Reſtituere tutelam. 890
Reſtitui natalibus. 890
Reſtitutio. 890
Reſtitutio, & abrogatio. 1188
Reſtitutio, & ſolutio. 892
Reſtitutio in integrum. 894
Reſtitutionis acceptio. 891
Reſtitutorium otium. 347
Reſtitutorium interdictum. 1743
Reſtrictio legis. 210
Reſurgere. 1985
Reſuſcitari. 1928
Retiarius. 862
Reticulum. 787
Retinere hæreditatem. 1098
Retractare. 1181. 1601
Retractatio. 1601
Retractores. 1421
Retractus. 939
Retributorium otium. 347
Retroceſſiones. 1302
Retrotractio. 1314
Retrouenditio. 1013
Reualidatio tituli. 1314
Reuelatio, Reuelare. 525
Reuenditores. 1018. 1011
Reuenditus. 838
Reuerendæ. 495
Reuerendi. 1445
Reuereor, Reuerentia. 935
Reuerentialis metus. 110
Reuerentiales Apoſtoli. 494. 1265
Reuiſio ſententiæ. 1264
Reuocare. 1181
Reuocare domum. 1181. 1232
Reuocatio & abſolutio. 1728
Reuoluto mantello. 1181
Reus qui. 1209
Reus credendi, Reus debendi. 1849
Reus extraordinarius. 1210
Reus actiuè, & paſſiuè. 1849
Reus facti. 1210
Reus poſtulatus. 1210
Reus promittendi. 1209. 1849
Reus ſatiſdandi. 1210
Reus ſtipulandi. 1209. 1849
Reus voti. 1210
Reus agitur. 1211
Reus peragitur. 1211
Reum facere. 1211
Rex vnde dictus. 307
Rex Schacorum. 307
Rheda. 777
Rhodia lex. 202
Rhomphea. 620
Ricas donas. 332
Ricos homens. 332
Rigor iuris. 1970. 216
Rimari. 1811
Ripa & littus. 767
Riparenſes. 616
Riſcus. 788
Riſus. 107
Ritè & rectè. 726
Ritus. 245
Ritus in baptiſmo. 1552
Riuagiom. 724
Riuales. 1513
Riuus, ſpecus. 772
Riuus, fluuius, flumen. 767
Rixa. 116. 304. 604
Rixa & turba. 1978
Rixari, Rixoſus. 604
Robur. 635
Robuſta ætas. 1164
Robuſtus codex. 169
Rogari ſacramento. 1528
Rogatio, rogare. 186
Rogationes. 1324
Ruma. 283
Romana vrbs. 300
Romana curia. 1951
Romanæ curiæ appellatio. 331
Romani ciues. 836
Romanum conclaue. 283
Roncalia. 1929
Roſa. 1929
Roſarium. 1324
Roſarij appellatio. 1324
Rota pœnalis. 1929
Rotæ auditores. 278
Rotæ deciſiones. 180
Rotarium ſupplicium. 1929
Roubar, & furtar. 1992
Rubricæ. 216
Ruder, ſeu rudus, vbi Rudis maſſa. 817
Rudes gemmæ. 1929
Ruditas. 1526
Rufuli tribuni. 318
Ruma. 1515
Rumor & fama. 913
Rumpere teſtamentum. 1070
Rumpere pacem. 1905
Ruptum. 886
Ruptum & ratum. 1070. 967
Rupti appellatio. 886
Ruralis archipresbyter. 271
Rurellie. 760
Rus. 760
Ruſticani. 760
Ruſticanorum appellatio. 1825
Ruſtica ſeruitus. 701
Ruſticæ feriæ. 1346
Ruſticitas. 1526

Ruta

Ruta cæſa. 817

S

Sabata potio. 1495
Sabaoth Dei cognomen. 6
Sabbatarij. 1344
Sabbatiani. 1344
Sabbatiſmus. 1344
Sabbatizare. 1344
Sabbatum vnde dictum. 1343
Sabbati acceptio. 1343
Sabbatum ſecundo primum. 1344
Saccaria. 401
Saccarius. 401
Saccularius. 930
Saccus. 1811
Sacer locus. 1395
Sacer homo. 1995
Sacer locus quoad immunitatem. 1396
Sacerdos. 1655
Sacerdotis officium. 1656
Sacerdotale beneficium. 1307
Sacerdotiſſæ. 1659
Sacerdotium. 1655
Sacerdotij materia & forma. 1655
Sacra. 862. 1541
Sacra & ſancta. 1183
Sacræ rei appellatio. 1389
Sacra bona. 844
Sacra forma. 187
Sacra mens. 1758
Sacra poteſtas. 366
Sacra res. 1337
Sacra veſtis. 851
Sacramenta mortuorum. 1532
Sacramenta viuorum. 1533
Sacramentales. 1812
Sacramentalia. 1540
Sacramentalium multiplicitas. 1542
Sacrameotum. 1528
Sacramentum quid. 1529
Sacramentum quotuplex. 1531
Sacramentum pro ſtudio. 339
Sacramento contendere. 1528
Sacrare. 1573
Sacrarium. 1403
Sacratæ leges. 194
Sacratiſſimus. 306
Sacri ordines. 1648
Sacrificare. 1339
Sacrificij terminus. 29
Sacrificium. 1538
Sacrificium quid. 1337
Sacrificium, & Sacramentum. 1528
Sacrificium laudis. 1338
Saerilegium quid. 1389
Sacrilegium quotuplex. 1391
Sacrilegum furtum. 927
Sacris curiæ. 1183
Sacris paternis. 366
Sacriſta. 280
Sacrum quid. 1582
Sacrum cubiculum. 1399
Sacrum oraculum. 187
Sacrum pragmaticum. 190
Sadai nomeo Dei. 6
Sæculare forum, vide ſeculare.
Sæcularis iudex. 1174
Sæpe, ſæpus, ſæpiſſime. 449
Sæuitia. 1519
Sæuus. 1519
Saga. 1385
Sagaria, ſagarius. 1929
Sagena. 534
Sagina. 1090
Saginare. 1090
Sagimen. 1484
Sagittarius. 1929
Sagmen. 637
Sagum. 1812
Saiſire. 1090
Salamandra. 1930
Salarium. 1035
Salgamum. 1490
Salica lex. 198
Salicetum. 1429
Salictum. 1429
Salientes aquæ. 768
Salinæ. 1429
Salinaria. 1429
Saliua. 1553
Salſati. 1848
Saltuarius. 760
Saltuenſis. 756
Saltuenſes. 1033
Saltuoſa venatio. 860
Saltus. 760
Saluaguardia. 1061
Saluaticus clericus. 289
Saluber. 590
Salutanum. 205
Saluis verbis. 1930
Saluo. 422. 957
Salutaria. 1533
Salutatio Angelica. 1324
Salutatores. 1383
Saluus conductus. 638
Samaritani. 548
Sancta ſanctorum. 1404
Sanctæ res. 1402
Sanctio. 180
Sanctiones. 1986
Sanctio pragmatica. 190
Sanctitas. 1402
Sanctitas Eccleſiæ multiplex. 1986
Sanctitas legis veteris. 1530
Sanctitas quod firmitas. 1986
Sanctitas legis gratiæ. 1530
Sanctuarium. 1402
Sanctum ſæculare. 1404
Sanctus, & Beatus. 1404
Sanctus Domino. 852
Sanctus locus. 1398
Sandalia. 857
Sandapilarij. 1889
Sanguis, cruor, ſanies. 370
Sanguine tinctum. 1986
Sanguinis appellatio. 370
Sanguinis Baptiſmus. 1545
Sanhedrim. 338
Sanies, & cruor. 370
Sanior pars. 1293
Sapa. 1572
Sapiens hæreſim. 555
Sapientia. 649
Sapientia eſt habitus. 127
Saraceni. 548
Sarcinator. 132
Sarcire. 1416
Sarcophagus. 1130
Sarcula. 133
Sarculum. 135
Sardius. 870
Sardonyx. 870
Sarmenta. 1812
Sarpere. 1812
Sarta tecta. 1416
Sarte. 1416
Sartor. 132
Satis acceptio & ſatiſdatio. 1041
Satis accipere. 1041
Satis accipiendi reus. 1210
Satiſdare. 1041
Satiſdatio & ſatis acceptio. 1041
Satiſdationes. 959
Satisfacere. 893
Satisfacta parte. 1729
Satisfactio & reſtitutio. 893
Satisfactio ſacramentalis. 1617
Satiſpaſſio. 1617
Satiſpati. 1617
Satrapa. 323
Satrapia. 1930
Satyra lex. 202
Scabellum. 776
Scabini. 325
Scabro, onis. 1930
Scæua. 587
Scala, & ſcalæ. 1812
Scalatæ caligæ. 785
Scamnum. 776
Scandaloſa propoſitio. 556
Scandalum. 596
Scaodali acceptio. 596
Scandularij. 132
Scapha. 630
Scaphia. 877
Scaphina. 787
Scaphium. 787
Scapula. 1467
Scapulare. 852
Sceleritas. 1930
Sceleſtum. 1930
Scelus & facinus. 137
Scena. 1003
Scenica. 1003
Scenicæ mulieres. 1508
Scenici. 1003
Sceptrum. 1812
Schacorum Rex, ludus. 107
Schænus. 1027
Scheda, ſchedula. 510
Schema. 1930
Schiſma. 549
Schiſmaticus & hæreticus. 549
Schola. 339
Schola Sacræ veſtis. 646
Scholaris. 339
Scholarium appellatio. 339
Scholaſtici. 1762
Scholaſticus. 273
Scienter peccare. 89
Scientia quotuplex. 127
Scientia triuialis quæ. 1954
Scientia. 97. 649
Scientia ſpeculatiua & practica. 1986
Scilicet. 423
Sciomachia. 1912
Scire leges. 127
Sciſcere. 186. 220
Sciſſinare. 1090
Sciſſura. 601
Scita. 220
Scoparius. 851
Scopos. 270
Scopus cauſæ. 1812
Scortari. 1507
Scortum. 1508
Scotatio. 1955
Scribæ. 507
Scribere, ſcriptores. 481
Scriniarij. 190. 506
Scriniarius. 277
Scrinium. 512
Scriniorum magiſter. 313
Scriptor. 721
Scriptores, ſcribere. 481
Scriptura. 481
Scriptura ſancta. 484
Scrutari. 1552
Scrutinium. 1293
Scrutinium. 1552
Scrutinij electio. 1293
Scrupuloſa conſcientia. 82
Scrupuloſitas. 96
Scrupuli. 1025
Scrupulus. 815. 96
Sculnæ. 1931
Sculpere ſculptores. 1931
Scurrilitas. 1487
Scutica. 168
Scutulata veſtis. 851
Scutum & clypeus. 621
Scyphus calicis. 1595
Scytale. 1484
Secale. 1570
Seceſſus. 1426
Seclarium. 1424
Secretæ orationes. 1558
Secretò fieri. 1812
Secretum naturale. 1625
Secta, ſectarij. 553
Seculare beneficium. 1284
Seculare forum. 1215
Secularis militia. 606
Secularis iudex. 1174

I N D E X

Seculnæ. 1931
Seculum. 1157
Secundæ nuptiæ. 1674
Secundarium vinum. 802
Secundicerius. 272
Secundùm. 423
Secundus hæres. 1084. 1674
Securitas. 216. 1061. 1466
Securitas pleniſſima. 1638
Securitatis appellatio. 1061
Securitatiuè. 1061
Securus. 961. 1061
Secus. 437
Sed. 437
Sede vacante. 284
Sedere. 1931
Sedes Apoſtolica. 1951
Seditio & bellum. 603
Seditionarius. 603
Seditioſus. 603
Sedularia. 777
Sedulitas. 665
Sedulo monendi. 665
Segnis, ſegnitia. 666
Segniter. 666
Segnitia, & ſocordia. 666
Segregare, ſeiungere. 1965
Segnities. 112
Seylina. 1828
Seſquialtra. 1931
Sella. 1931
Semen. 371
Seminis appellatio. 371
Semeſtre. 1150
Semiduplex officium. 1329
Semimitræ. 787
Seminarium. 1429
Seminator diſcordiarum. 608. 910
Semineris lingua. 1931
Semipaganii. 540
Semiplena probatio. 1260
Semiplenum indicium. 1249
Semis. 1092
Semis, & triens. 1027. 983
Semiſpatha. 1813
Semiſſarius. 983
Semiſſes. 814
Semiſſes vſuræ. 983
Semita. 1418
Semita, via, & iter. 1417
Semiuirtutes. 121
Semper. 1163
Sempiternitas. 1139
Sempronianum. 203
Senator vrbis. 314
Senatores. 314
Senatusconſultum. 186
Senectus. 1165
Senior. 1166
Senior ideſt dominus. 1655
Senſualitas. 99
Senſus S. paginæ. 489
Sententia. 180
Sententiæ acceptio. 1256
Sententiæ appellatio. 1256
Sententia iudicialis. 1256
Sententia tranſit in rem iudicatam. 1261
Sententiæ intercedere. 1264
Sententiam declinare. 1216
Separatio ab Epiſcopo. 549
Sepelire & tumulare. 1129
Septenna. 1637
Septimæ manus iuramentum. 1372
Septuageſima. 1483
Septum. 1428
Septunx. 1092
Sepulchrum. 1118
Sepulchrum altaris. 1592
Sepulchri appellatio. 1128
Sepultus & humatus. 1129
Sequentia. 1586
Sequeſter. 987
Sequeſtratio. 987
Sequeſtrum. 987
Sequioris vitæ. 591
Sereniſſimus. 303
Seria. 779
Sericobaptæ. 789
Sericoblattæ. 789
Sericum. 789
Sermocinales artes. 128
Sermones exhortatorij. 533
Seruaculum. 1762
Seruare. 1931
Seruientium appellatio. 397
Seruile opus. 1347
Seruiles artes. 128
Seruilis familia. 154
Seruilis timor. 111
Seruitium. 1275
Seruitor. 397
Seruitorum appellatio. 397
Seruitus quid. 700
Seruitus quotuplex. 700
Seruitus ciuilis. 825
Seruitus naturalis. 825
Seruus. 395
Seruus litteratus. 828
Seruus pœnæ. 160
Seruorum chorus. 1325
Seruorum appellatio. 397
Seſcuncia. 1026
Seſcunx. 1016
Seſquipes. 1027
Seſtertius. 814
Seu, vox. 413
Seuera pœna. 172
Sexcunx. 1092
Sexcuplæ vſuræ. 984
Sextans. 1092
Sextarius. 780. 1028
Sextulæ. 1025
Sic. 446
Sica, ſicarius. 199
ſicarius. 900
ſiccum cambium. 1053
ſicera. 1495
ſicilicum. 1025
ſicut. 441. 446
ſigilla, ſigillaria. 1932
ſigillare. 1625
ſigillare teſtamentum. 1074
ſigillarij dies. 1142
ſigillatæ litteræ. 1625
ſigillatim. 450
ſigillatio. 1984
ſigilli falſitas. 1984
ſigillum. 788. 1625
ſigillum altaris. 1592
ſignaculum. 1546
ſignaculum dominicum. 1558
ſignare teſtamentum. 1074
ſignarij. 131
ſignata virgo. 1500
ſignatæ tabulæ. 514
ſignator. 1074
ſignatum aurum. 874
ſignatura, ſeu ſupplicatio. 493
ſignum. 1337. 1529. 538
ſigni voluntas. 59
ſignificare, ſignificatio. 1932
ſignificatiuè, & recitatiuè. 1539
ſignimum. 1932
ſilentiarij. 317
ſiliearij. 1820
ſiliginarius. 401
ſiligo. 401. 1570
ſiliqua. 815. 1025
ſillanianum. 203
ſimile. 442
ſimiliter. 442
ſimilitudinaria bigamia. 1677
ſimilitudo. 442
ſimonia quid. 1315
ſimonia quotuplex. 1316
ſimonia iuris Diuini, & humani. 1317
ſimplares. 1959
ſimplaria venditio. 1015
ſimplex. 1454
ſimplex beneficium. 1284
ſimplex donatio. 973
ſimplex officium. 1329
ſimplex promiſſio. 968
ſimplex votum. 1354
ſimplices coloni. 1032
ſimplicitas. 1454
ſimpliciter & qualificatè. 1454
ſimpula. 1597
ſimpuuia. 1597
ſimulata confeſſio. 1981
ſimolatio. 1452
ſimulatio & diſſimulatio. 1978
ſimulatio & fictio. 1453
ſimulatus contractus. 944
ſimultas. 115
ſinceré. 725
ſincura. 1288
ſindones. 1593
ſinè. 468
ſinendi legatum. 1108
ſinere pati. 65
ſingulare certamen. 604
ſingulare ius. 196. 217
ſingulare priuilegium. 233
ſingulare votum. 1354
ſingulares teſtes. 1199
ſingularis numerus. 476
ſingularis appellatio. 476
ſingularitas. 124
ſinguli, ſingulus. 434
ſinus Abrahæ. 1643
ſinus & ſtatio. 1976
ſiphones. 135
ſiouis dictio. 1721
ſiſtere. 1932
ſiticines. 2130
ſitocoma. 323
ſitocomia. 323
ſiton, ſitona. 323
ſitoſtaſius. 323
ſitula. 135
ſitus. 1429
ſiue, vox. 413
ſiue, ſeu, vel. 417
Smaragdus. 870
Smyrra. 578
Soboles. 371
Sobolis appellatio. 371
Sobrietas. 1476. 1481
Sobrij. 1481
Sobrini, & ſororini. 1698
Socer, & ſocrus. 1701
Sociare. 1932
Societas. 1055. 285
Societas multiplex. 1056
Socij. 1055
Socius & comes. 1057
Socius & ſodalis. 310
Socordia. 112. 214
Socordia & ſegnitia. 666
Socrus & ſocer. 1701
Sodalis, & ſocius. 310
Sodalitas. 1057
Sodalitium. 1933
Sodomia. 1511
Sodomia impropria. 1511
Sol iuſtitiæ. 13
Solaris menſis. 1147
Solarium. 1276
Soldata. 1965
Soldatæ feudum. 996
Soleæ. 857
Solemne. 967
Solemne iuramentum. 1371
Solemne votum. 1354
Solemnes nuptiæ. 1991
Solemnes feriæ. 1346
Solemnitas. 1785
Solemnitas alienationis. 850
Solemniter. 967
Solertia. 655. 664. 961
Solet. 349
Solicitare. 1626. 1813
Solicitatio. 1626
Solicitator. 1813
Solicitudo. 109. 112. 664
Solicitudo temporalium. 662

So-

Solicitudo temperata. 662
Solida res. 1933
Solidatus miles. 996
Solidus & aureus. 816
Solidus paries. 1803
Soli res. 1933
Solitum & consuetum. 249
Solium 327
Soluendo esse. 952
Soluere legibus. 1787
Soluere pecuniam pro capite. 326
Soluere votum. 1357
Solum. 419. 1406. 1429
Solummodo. 420
Solus. 420. 570
Soluta actio. 1933
Soluta oratio. 515
Soluta prædia. 1933
Soluti res. 1933
Solutio & liberatio. 952
Solutæ stipulationes. 1933
Solutio & restitutio. 892
Solutum debitum. 951
Solutum matrimonium. 1672
Solutus quis. 1510
Somnium. 1380
Sontes. 1933
Sonnica causa. 1229
Sontica causa. 1229
Sonticus morbus. 589. 1229
Sordes pro auaritia. 1462
Sordida conscientia. 82
Sordidæ stirpis. 1813
Sordidè agere. 1462
Soror, & germana. 1698
Sorores patrueles. 1698. 1706
Sororis appellatio. 1707
Sororini, & sobrini. 1698
Sororius. 1701
Sors in mutuo. 981
Sortes. 1000
Sortes multiplices. 1381
Sortiaria. 1384
Sortilegi. 1381
Sortilegium. 1381
Soter, quod saluator. 9
Sotulares. 489
Spado. 1502
Spado, & castratus. 1836
Spanaldi. 583
Spatha. 1813
Spatulomantia. 1382
Speciale delictum. 1798
Speciale interdictum. 1746
Speciale mandatum. 1058
Speciale scandalum. 597
Specialis actio. 1238
Specialis iustitia. 674
Species. 1106
Species quid. 1106
Species in iure. 1028
Species, & corpora in tributis. 1278
Species adæratæ. 1106
Species annonariæ. 1106
Species moralis & physica. 1622
Species publicæ. 1271
Speciem mutantes circumstantiæ. 1622
Specificatio. 1933
Specimen. 1933
Speciosæ personæ. 328
Spectabiles. 310. 313
Spectacula. 1002
Spectat, & pertinet. 732
Specularia. 824
Specularij. 132
Speculatiua beatitudo. 36
Speculatiuum dubium. 93
Speculatiuus habitus. 126
Speculatorium. 1428
Speculatores. 328. 1813
Specus. 1427
Specus, riuus. 772
Spelta. 1570
Sperare. 117. 559
Sperata. 1666
Speres, is. 558
Sperma. 1512
Spermatismus. 1512
Spes. 117. 558
Spes theologica. 559
Spes in hac vita in Christo. 1987
Sphæristerium. 1427
Sphæristes. 1427
Spica nardi. 577
Spinter. 1846
Spirituale quid. 1315
Spirituali annexum. 1315
Spiritualis affinitas. 1711
Spiritualis ecclesia. 262
Spiritualis pæna. 159
Spiritum emittere. 1813
Spithama. 1027
Spolia. 172
Spolia clericorum. 845
Spoliorum appellatio. 845
Spoliare se. 932
Spongia. 1934
Sponsa & sponsus. 1664
Sponsæ appellatio. 363
Sponsalia. 1664
Sponsalia in diem. 1666
Sponsalium essentia. 1665
Sponsalitia largitas. 1683
Sponsio. 1000
Sponsor, sponsus. 1664
Sponsor & præs. 1038
Sponsus & sponsa. 363. 1664
Sponsus Episcopus. 283
Spontaneum. 44
Spontaneum & voluntarium. 1869
Sponte. 60
Sportula. 1757
Sportulæ. 1491
Spurca. 1494
Spurcare vinum. 1494
Spurcitia. 1487
Spurius. 374
Spuriorum appellatio. 378
stabularius & caupo. 1034
Stabulum. 1813
Stachys nardi. 577
Stadium. 1027
Stagnum. 772
Stagnum, lacus & palus. 1976
Stallus. 1427
Stamen. 1934
Stannum. 878
Stare. 1813
Stasia. 324
Stater. 815
Stathmus. 1027
Stati dies. 1141
Statim, mox, continuo. 1161
Statio. 325. 614
Statio & sinus. 1976
Stationarij. 325. 614
Statiua. 1421
Statores. 325
Statua & imago. 1814
Statuere. 1090
Statuimus. 223
Statuliberi. 834
Statuta libertas. 832
Status quod libertas. 1359
Status multiplex. 1359
Status popularis. 297
Status dies. 1814
Statuturij. 179
Statutum. 179
Stellatura. 638
Stellio. 144
Stellionatus. 144
Stello. 855
Stemmata. 1814
Stercorare. 1814
Sterlingonus. 816
Sterquilinium. 1814
Sterilis dos. 1934
Sterilis pecunia. 1934
Sterilitas. 1693
Steron. 1407
Stigma. 613. 839
Stigmata. 97
Stigmatici. 839
Stillicidium. 1415
Stinarij. 102
Stipatus. 625
Stipendia implere. 1759
Stipendiaria prædia. 753
Stipendium. 638
Stipendium vnde dictum. 1268
Stipendium pro tributo. 1274
Stipendium & tributum. 1269
Stipes in affinitate. 1700
Stipes quid. 1702
Stipula illecta. 801
Stipulari. 940
Stipulatio quid. 940
Stipulator. 941
Stipulum, stipulatio. 1473
Stirpalis successio. 1088
Stirpis appellatio. 1113
Stoa. 340
Stoici. 340
Stola. 790
Stola, stoli. 855
Strabo. 1814
Stragula. 790
Stragulæ Babylonicæ. 791
Stramentum. 783
Strata. 1418
Stratores. 320
Stratores, stratorium. 325
Stratum. 783. 789
Stratura. 783. 1427
Strenæ. 1483
Stricti iuris contractus. 942
Strictum ius. 216
Stringere manum. 1501
Strix. 1385
Strobylus. 764
Structile opus. 1414
Structores. 1814
Studiosa voluntas. 1315
Studiosè facere. 153
Studiosè recitare. 1331
Studiositas. 1525
Studiosum. 77
Studiosus, virtuosus. 124
Studium. 339
Studium liberale. 339
Stultiloquium. 1487
Stultitia. 671
Stultus & fatuus. 671
Stupor. 112
Stuprare. 906
Stuprum. 905
Stylus. 245
Stypteria. 867
Stypto. 867
Suadere. 931
Sua domus. 1036
Suarius. 401
Suasio. 931
Sub. 469
Subboti. 789
Subdelegatus. 1173
Subdiaconissæ, & subdiaconæ. 1659
Subdiaconatus. 1653
Subiunctiua coniunctio. 418
Subdititius. 333
Subditum testamentum. 333
Subditus. 288. 333
Subditus triplex. 333
Subditus iudex. 333
Subditorum appellatio. 288
Subdole. 1934
Subductiones. 1934
Subductus reus. 1934
Subemphyteusis. 998
Subfeudum. 998
Subgrunda. 1415
Subharrare. 1684
Subhastatæ res. 1013
Subhastatio. 1013
Subiectiuum. 408
Subiector testamentorum. 1072

Subiectus partus. 1814
Subijcere ſubijci. 1935
Subintroducta mulier. 1935
Subitò. 1161
Subinueſtitus. 1935
Subire. 1935
Subita vis. 1935
Subleuare teſtimonio. 1101
Sublimatum argentum. 876
Sublimitas. 1815
Submiſſa vox. 1815
Submiſſio ad emphyteuſim. 1839
Submittere pretia. 1815
Submouere. 1935
Subnotare. 517
Subornare. 517
Subornare teſtes. 1201
Subornatio. 1201. 1755
Subpunctare litteram. 519
Subreptio & obreptio. 227
Subreptitium & obreptitium. 217
Subreptitium teſtamentum. 1071
Subrogare iudicem. 1182
Subrogatio. 1312. 1823
Subſannatio. 911
Subſcribere. 62. 516. 1882
Subſcribere ſpecialiter, & generaliter. 1824
Subſcriptio. 516
Subſcriptio falſificata. 1984
Subſcriptores. 516
Subſeciuus ager. 779
Subſellia. 776
Subſidium charitatiuum. 591
Subſignare. 1101
Subſignatæ facultates. 166
Subſiſto. 95
Subſtantia. 739. 1785
Subſtantiæ appellatio. 739
Subſtituere, & ſubſtitutio. 1076
Subſtitutio multiplex. 1077
Subſtitutus hæres. 1084
Subſtructio. 1416
Subſtruere. 1416
Subtemen. 1934
Subter, & ſuper. 469
Subtilitas iuris. 218
Subtractio gratiæ. 1730
Subtrahi teſtes. 1201
Suburbana. 1935
Suburbia. 301. 1994
Succedaneus. 1935
Succedere. 1088
Succedere ab inteſtato. 1088
Succedere alicui. 338
Succedere iure ſanguinis. 1089
Succedere iure hæreditario. 1089
Succedere in capita. 1088
Succedere de capite in caput. 1089
Succedere de gradu in gradum. 1089
Succedere in ſtirpes. 1088
Succentiua & incentiua. 600
Succentor. 272
Succeſſio legitima. 1089
Succeſſiuè. 444
Succeſſor. 338
Succeſſor in vltimis voluntatibus. 1087
Succeſſoris appellatio. 1087
Succidaneæ victimæ. 1995
Succinctorium. 858
Succinum. 870
Succubus demon. 1513
Succula. 135
Succumbere. 1815
Sudarium. 855
Suffectus & vicarius. 1188
Suffes. 296
Sufficere. 1935
Sufficiens ſcientia. 127
Suffraganei. 1632
Suffragator. 1205. 1632
Suffragium. 1631. 1205
Suffragium pro officio. 1178
Suffragium iuris. 217
Suffragium animæ. 1633
Suffragia fidelium. 1[illegible]
Suffragij modus. 1639
Suffragor. 1631. 1982
Suggerere. 1456
Suggeſtio falſi. 1456
Suggrunda. 1415
Sugillare pudorem. 914
Suitat. 1083
Sulcare. 168
Sulphuraria. 867
Sum. 690
Sumater. 1761
Summiſtæ. 1966
Summum ſupplicium. 172
Summum ius. 1970
Summus digitus. 1815
Summus ſacerdos. 270
Sumptuariæ leges. 194
Sumptum & index. 503
Supellex. 774
Supellectilis appellatio. 775
Super, & ſubter. 469
Super, & ſupra. 469
Super omnia. 565
Superbia. 1523
Supercilium. 1523
Supercæleſtis hierarchia. 264
Supererogationis opus. 45
Superexactio. 1176
Superexactores. 1181
Superficiaria. 699
Superficies. 699. 1406
Superflua. 746
Supergreſſio. 967
Superhumerale. 852
Super illuſtris. 329
Superinductum. 638. 1273
Super inducere. 518
Superinductio. 518
Superior cauſa. 1229
Superiores artes. 128
Supernaturalis poteſtas. 1184
Superpelliceum. 859
Superſedeo. 1815
Superſtites. 1197
Superſtitio quid. 1376
Superſtitio quod ſolicitudo. 1376
Supina ignorantia. 88
Supinum in termino. 32
Supparum. 851. ſupparus. 854
Suppetere. 1815
Supplementum legitimæ. 1980
Supplicare. 1264
Supplicarij. 166
Supplicatio. 1264
Supplicium. 154
Supponere. 1045. 1455
Suppoſiti partus. 1455
Suppoſitum. 1045
Supprædes. 1038
Suppreſſa vox. 1815
Suppreſſio beneficiorum. 1954
Suppreſſio. 1456
Supprimere. 1456
Supra. 469
Supra & infra. 464
Suprema poteſtas. 1184
Surda teſtimonia. 1200
Surdaſter. 1815
Suſceptiua ſcriptura. 503
Suſceptor. 316
Suſceptores & exactores. 1280
Suſpecti in fide. 546
Suſpectus tutor. 387
Suſpendiosè. 1737
Suſpendium. 1737
Suſpenſio. 170. 212
Suſpenſio ſuſpendere. 1736
Suſpenſio definitur. 1738
Suſpenſio multiplex. 1740
Suſpenſio organorum. 1748
Suſpenſionis acceptio. 1738
Suſpenſiuus effectus. 1265
Suſpenſum. 1413
Suſpicari, ſuſpicio. 95
Suſpicio & præſumptio. 1255
Suſtentatio. 1968
Suſtinere cauſam. 1130
Suſurratio. 910
Suſurro & detractor. 910
Suum quid ſit. 686
Suum pignus. 1044
Suorum bonorum appellatio. 737
Suus hæres. 108
Sycaminon. 1936
Sycomorus. 764
Sycophanta. 1193. 1456
Sycophantia. 1456
Syllogiſmus cornutus. 1936
Sylua cædua. 1815
Symbolum. 530
Symbolum quotuplex. 530
Symbolum Miſſæ. 1587
Symbolum concordiæ. 1565
Symphoniaci. 831
Symyſtæ. 1660
Synagoga. 261
Synaxis. 1565
Syncopa, Syncopatio. 1331
Synderesis. 81
Syndicari. 348
Syndicus. 348. 1205. 279
Synedoche. 474
Synedria, ſynandria. 552
Synesis. 653
Syngrapha. 483. 499
Syngraphus. 483
Synodus. 531
Synonetum. 1936
Synonyma. 409
Synheſis. 712
Synteresit. 650
Synthesis. 790

Tab. 371
Tabardum. 790
Tabbella ſecretarum. 1595
Tabellæ laureatæ. 1888
Tabellio, tabellarius. 507. 1974
Tabelliones ſerui. 828
Taberna. 1022
Tabernæ appellatio. 1409
Tabernaculum. 1404
Tabernarius. 1034. 1409
Tabes in agris. 1936
Tablinum. 1936
Tabula itineraria. 1591
Tabula prima & ſecunda. 1604
Tabula altaris. 1591
Tabulæ. 1072
Tabulæ cenſuales. 1047
Tabularum leges. 194
Tabularia. 842
Tabularij ſcribæ. 507. 1974
Tabularium. 349
Tacere, taciturnitas. 62
Tacita conditio. 955
Tacita voluntas. 57
Tacitè actum. 966
Tacitum mutuum. 980
Taciturnitas. 1212
Tagma. 1936
Talentum. 1015
Taliter. 427
Talionis pœna. 167
Tallea. 1175
Talliabiles. 997
Tamateus. 342
Tamen. 438
Tamiaca. 752
Tamias. 752
Tangomao. 1990
Tanquam. 442
Tantum. 420
Tantum modò. 420
Tapeta. 777
Tardus & piger. 665
Tarentus. 816
Tatienſium tribus. 336
Tation. 854
Tautologia. 474

Ta-

Taxare. 109
Taxatiuè & demonstratiuè. 1975
Tectum. 1409
Tectum pro Ecclesia. 1314
Tecto sub eodem. 1409
Tacti appellatio. 1409
Tectores. 1936
Tectorium opus. 1936
Tegularium. 1415
Tegulæ. 1409
Tegularum appellatio. 1409
Teyga de Abraham. 1968
Teletin. 1579
Telonæ. 1942
Telones. 1269
Telonium. 724. 1269
Telos. 1269
Telos finis. 14
Telum. 617. 928. 620
Teli appellatio. 620
Temeraria conscientia. 82
Temeraria propositio. 556
Temeraria prosumptio. 1251
Temerarium iudicium. 1170
Temerarius litigator. 1222
Temerè facere. 668
Temerè litigare. 1222
Temeritas. 556
Temeritas. 668
Temeritas & ignauia. 1465
Temetum. 1493
Temonaria functio. 1937
Temonarij. 315. 1937
Temonis necessitas. 325
Temperans & abstinens. 1477
Temperans & continens. 1516
Temperantia. 110. 1474
Temperare. 1474
Tempestas. 1132
Tempestatis appellatio. 1816
Templarij. 1362. 1400
Templum. 1400
Temporale. 1133
Temporale priuilegium. 232
Temporales canones. 184
Temporalia clericorum. 844
Temporalis exceptio. 720
Temporiæ feriæ. 1346
Temporarium. 1133
Tempus quid. 1131
Tempus immemoriales. 1134
Tempus cedit. 1993
Tempus ad quod. 1135
Temporis computatio. 32
Temulentia & ebrietas. 1493
Tenca & mantenca. 1991
Teneantur. 224
Tenera ætas. 1165
Tenere puerum. 1563
Tenere, & custodire. 714
Teneri pro virili. 1100
Teneri de euictione. 1020
Tenor. 1937
Tentare. 1387
Tentatio qoid. 1387
Tentatio quotuplex. 1388
Tentatio & possessio. 714
Tenuta. 714
Tenuis & exilis. 582
Tenuit damnatio. 1816
Tenidarium. 1412
Tergiuersari. 1937
Terminare. 31
Terminales lapides & arbores. 1937
Terminalis sententia. 1937
Terminus. 14
Terminus quid. 24
Terminus Terminans. 33
Terminus terminatus. 33
Terminus theologicè. 29
Terminos iuridicè. 24
Terminus philosophicè. 27
Terminus paruitatis. 27
Terminus breuis. 25
Terminus Temporis. 33
Termini appellatio. 26
Termini dictiones. 32
Terni & trini. 433
Terra. 758
Terra integra. 758
Terra proscissa. 758
Terra conditum corpus. 758
Terræ appellatio. 758
Terrena via. 1816
Terribilis. 1816
Territorium. 1435
Territorium quid, & quotuplex. 1826
Territorij appellatio. 1436
Terror. 112
Tertiana febris. 1784
Tertiarij S. Francisci. 1363
Tertiocerius. 272
Tessera. 636
Tessera militaris. 530
Tesseræ frumentariæ. 636
Testabilis. 1937
Testaceus. 1803
Testamentarius. 1072
Testamentarius hæres. 1083
Testamentarius tutor. 385
Testamentum. 1065
Testamentum S. Scriptura. 484
Testamentum nouum. 488
Testamentum calatis comitijs. 1067
Testamenti appellatio. 1071
Testari. 1072
Testator & intestatus. 1075
Testes. 1197
Testium appellatio. 1199
Testificatio. 1200
Testificatio dicicitis. 1955
Testimoniales Apostoli. 494
Testimonium, testatio. 1200
Testudines. 1938
Tetra. 298
Tetagramaton nomen Dei. 3
Tetraphorum. 831
Tetrarcha. 298
Tetrarchia. 298. 264
Tetraterieum. 1156
Tetrum. 1816
Teuchos. 485
Textrinum. 1430
Thalmud. 513
Theatralis. 1460
Theatrum. 1428
Theca. 349
Theologica culpa. 147
Theologica fides. 523
Theologicæ virtutes. 119
Theologus magister. 344
Theologicum peccatum. 142
Theorare. 1428
Theoreticæ artes. 128
Theosebia. 1319. 1443
Theosebia seu Thrisnia. 1333
Theriaca. 578
Thesaurarius. 272. 280
Thesaurus. 866
Thesaurus Ecclesiæ. 1640
Thesauri appellatio. 866
Thesis. 1732. 1917
Thesmophysaces. 1816
Thlasiæ. 1502
Thlibiæ. 1502
Thorah. 174
Thronos. 290. 327
Thracenses. 1033
Thrismia, seu Theosebia. 1333
Thuribulum. 1597
Thymele. 1002
Thymelici. 1002
Thymiamaterium. 1597
Thyra. 1411
Thysia. 1579
Tiara. 857
Tibia incentiua. 600
Tibia succentiua. 600
Tibialia. 621
Tiburtinus. 1847
Tigna. 765. 1414
Tignarius. 765
Tigni appellatio. 1414
Tilia arbor. 509
Timeo. 1964
Timiditas & ignauia. 1465
Timor. 112
Timor & metus. 111
Timor multiplex. 111
Tintionabulum. 1598
Titia lex. 202
Titubare, titubatio. 95
Titolares Episcopi. 269
Titulus quid. 722
Titulus multiplex. 723
Tobaliæ. 1593
Tocon. 983
Toga & pallium. 785
Toga mulsi lex. 785
Togati aduocati. 1206
Togati, palliati. 785
Tolerantia & patientia. 1470
Tolerare & sustinere. 393
Tolerare. 1470
Toleratus excommunicatus. 1736
T omentum. 814
Tonsillæ. 1756
Tonsura i. corona. 1657
Tonsura prima. 1650
Tonsura venit ordinis appellatione. 1657
Tonsuratus pro monacho. 1362
Topiarius. 132
Topos. 1393
Toral. 776
Torcularia. 1816
Tormentum. 1817
Torneamenta. 618
Torpor, omissio. 665
Torquati milites. 788
Torques. 788
Torrens & fluuius. 767
Tortitium. 802
Tortura. 240. 1214
Totaliter. 426
Totum & omne. 426
Trabes & tigna. 1817
Tractare. 1938
Tractatoriæ. 1421
Tractatoriæ litteræ 514
Tractatoria facultas. 514
Tractator. 514
Tractatores. 1421
Tractatus. 850
Tractatores. 514
Tractatoria. 1421
Tractus. 1585
Tradere. 726
Tradere fini. 30
Traditio. 727
Traditiones. 191
Traducere. 762
Traduces. 762
Tragædi. 1938
Tragica vestis. 1938
Trasia. 135
Trahere i. determinare. 31
Trahi & duci. 1817
Traiectia pecunia. 984. 1054
Transactio. 1224
Transcendens malum. 74
Transcribere. 481. 1021
Transduci. 1938
Transferre. 1938
Transfuga & proditor. 632
Transfigurare. 1938
Transfundere. 1817
Transfusio & translatio. 1817
Transfigere pro punire. 157
Transiungere. 1817
Translata prædia. 754
Translatio. 735. 1304
Translatio & Transfusio. 1817
Translatiuum edictum. 188
Transmissa hæreditas. 1093
Transmittere. 1093
Transubstantiatio. 1575
Transuectionem facere. 641

Trans-

Transuersa linea. 1695
Trapeza. 776
Trapezita. 1054
Trapezophorum. 776
Trebellianica. 1111
Tremis. 816
Treuga. 636
Triangularis resignatio. 1302
Triarij milites. 1939
Tribuere. 480
Tribules. 331
Tribunal & consistorium. 284
Tribuni qui & quotuplices. 318
Tribunitiæ leges. 194
Tribus. 336
Tributa comitia. 336
Tributaria & stipendaria. 1269
Tributaria prædia. 753
Tributarij. 1277
Tributoria actio. 1939
Tributum vnde dictum. 1268
Tributum quid. 1262
Tributum reale. 1272
Tributum capitis. 326
Triclinaria vestimenta. 1411
Triclinaris lectus. 823
Triclinium. 1411
Triduana. 1958
Triennium. 1155
Triens. 1091
Triens & semis. 983
Trientariæ vsuræ. 983
Trierarchus. 630
Triretum. 1939
Trieris. 630
Triga, trigarium. 1939
Trigarius. 1939
Trimestre. 1150
Trinepos, trineptis. 1697
Trini & terni. 433
Trinitatis mysterium. 3
Trinundinum. 1022
Triplicatio. 718. 1224
Triplum. 962
Tripondium. 1026
Triremis. 630
Triscabina. 1966
Tristitia & mæror. 108
Tritare. 796
Tritauus, & tritauia. 1696
Triticaria condictio. 1834
Triticeus panis. 1570
Triticum. 796
Triticiaria condictio. 1245
Tritici appellatio. 796
Triuiales scientiæ. 127
Triuiales Magistri. 1954
Triuium. 1419
Triuium docere. 1954
Triumphans Ecclesia. 262
Triumphator. 635
Triumphus. 635
Triumuir. 320
Triuncium. 1939
Trochi. 574
Troclea. 135
Trophi. 573
Trophima. 388
Trophos. 515. 756
Tropologia. 489
Tropologicus. 489
Tropus. 473
Troximos. 1779
Troxumus. 798
Trulla. 780
Trutina, trutinare. 1817
Tryphus. 403
Tuba. 534
Tubuli. 770
Tubus. 770
Tueri. 1818
Tugurium. 1415
Tumor mentis. 116
Tumulare & sepelire. 1129
Tumultuarij milites. 607
Tumultuosus. 1818
Tumultus. 607
Tumulus. 1129
Tungenus. 1966
Tunica byssina. 851
Tunica linea. 854
Tunicella. 857
Turba. 285. 304
Turba & rixa. 1978
Turbante. 852
Turbatio. 304
Turbatiua vis. 55
Turbo. 1940
Turbulentus. 1818
Turcæ. 548
Turcismus. 548
Turmæ equituum. 627
Turmæ in testificando. 1200
Turpe, turpitudo. 1515
Turpe lucrum. 1035
Turpe malum. 74
Turpia legata, & verba. 917
Turpilianum. 203
Turpis arbiter. 1515
Turpiter agere. 1515
Turpitudinem allegare. 1515
Turpium personarum appellatio. 1515
Turris. 1596
Turris & arx. 1415
Tutela. 384
Tutelatus ager. 759
Tutior opinio. 92
Tutor. 384
Tutor & tutela multiplex. 385
Tutoris & curatoris differentia. 38
Tutoris appellatio. 387
Tutuli milites. 722
Tybius. 1502
Tympanium. 868
Tympanum. 135
Typha. 1570
Tyrannis. 297
Tyrannus duplex. 297
Tyrbe. 1818
Tyro. 615
Tyrocinium. 615

V

Vacans locus. 1299
Vacans mulier. 1299. 1719
Vacantia bona. 1940
Vacat probatio. 1910
Vacare. 1299
Vacare & desinere. 1299
Vacatio. 1301
Vacatio quid. 1299
Vacatio quotuplex. 1299
Vacatio publica. 1346
Vacationis appellatio. 1300
Vaciæ. 588
Vacillare. 1473
Vacillare, vacillatio. 95
Vacua ordinatio. 1662
Vacua pecunia. 811
Vacua possessio. 706
Vadari vadatio. 1940
Vadari reus. 1038. 1211
Vadiatio. 1000
Vadimonium. 1038
Vadimonium missum facere. 1038
Vado transire. 1818
Vadum. 1818
Vafer. 1455
Vaga bona. 746
Vagabundus. 1433
Vagari. 1818
Vagulatio. 1941
Vagus. 1433
Vagedaber. 486
Valeat. 225
Valere, valor. 1941
Valetudinarij. 589
Valetudinarium. 573
Valetudo. 1941
Valgus. 588
Vallatus. 625
Vallum fidei. 1818
Valuasini. 997
Valuasores. 332. 997
Vanum. 1941
Variare. 1473
Variare & contradicere. 1132
Variatio in beneficijs. 1950
Variatio. 1473
Varicator. 151
Varices. 588
Varicosus. 588
Varicus. 588
Varium ius. 1843
Varium. 1473
Varius. 1941
Varus. 588
Vas, vasis. 778
Vas, & præs. 1038
Vas mysticum. 1595
Vasæ iræ. 151
Vasa Corinthia. 878
Vasa sacra. 1595
Vascularius. 132. 778
Vasculum. 1595
Vascullum, vasillum. 778
Vasorum appellatio. 778
Vassallagium. 334. 993
Vassallus. 334. 993
Vasum, i. 778
Vates. 1655
Vatinij, & vatiniani. 588
Vbertas, vberes porouentus. 1941
Vbi, vbicunque, vbique. 1439
Vecors, & vesanus. 669
Vectigales agri. 1942
Vectigaliarij. 1942
Vectigal. 1269. 1272. 1275
Vectiones. 1942
Vectitor. 1277
Vectores. 1277
Vectura. 1277
Vegetam. 1818
Vehemens. 1465
Vehemens & violenta præsumptio. 1255
Vehicularis cursus. 1420
Vehiculum pro via. 1422
Vel. 412. 417
Vela cilicina. 637
Velamentum. 1942
Vellationes in matrim. 1827. 1991
Velle. 63
Velle & nolle. 63. 64
Velle & arbitrari. 64
Velle & concupiscere. 64
Vellejanum. 237
Velut veluti. 442
Velum fœminarum quotuplex. 1502
Venæ. 1943
Venalis. 1019
Venalitia. 1017
Venalitiaria. 1943
Venalitas. 1943
Venalitiarij. 1011. 838
Venalitius. 1019
Venari puellas. 1501
Venatio, venator. 860
Venatio triplex. 1840
Venatio & aucupatio. 861
Vender desembargos. 1989
Vendere. 1012
Vendere auuersione. 1977
Vendicare & acquirere. 733
Vendicatio. 1134
Vendicatio, & acquisitio. 733
Vendicationis legatum. 1107
Venditio. 1008
Venditio multiplex. 1014
Venditio corpus. 1015
Venditio ad mensuram. 1015
Venditio in assem. 1015
Venditionis appellatio. 1012
Vendito, venditum. 1943
Venefica. 1384
Venefici. 1385
Veneficium. 1384

Vene-

Venenarij. 1385
Venenari. 1335
Veneratoria. 1533
Veniale peccatum. 140
Venialium remissio. 1543
Venire pro emi. 1019
Venire in crimen. 1196
Venti cardinales. 267
Ventilare. 1943
Venter. 1943
Vento viuere. 393
Ventrale. 1943
Ventrem facere. 1943
Ventris nomine in possessionem mittere 730
Venustas. 291
Veracitas. 1450
Verba turpia. 917
Verba præcepti. 224
Verba consilij. 224
Verba obligationis. 224
Verba irritantia. 225
Verbalis citatio. 1223
Verbena. 637
Verberatio & pulsatio. 168
Verborum cortex. 409
Verbis perfici. 943
Verbosus. 1944
Verbum. 404
Verbum quid sit. 11
Verbum Christus. 11
Verecundia. 112. 1475
Veredarius. 1420
Veredi. 1420
Veretor. 1964
Veritas, vt virtus. 1450
Veritas Christus. 12
Veritatis iuramentum. 1373
Vergobretus. 296
Verna. 395. 830
Vernaculus. 830
Verò. 438
Versari. 1944
Versicolor. 791
Versum in rem alicuius. 967
Versuram facere. 1819
Versus. 1439. 1328
Versus peccator. 1612
Versutum ius. 218. 1453
Vertacus. 1944
Vertens annus. 1152
Veruactum & nouale. 761
Veruex. 1944
Verum i. rectum. 1450
Vesania, & insania. 669
Vesanus & vecors. 669
Vespere sabbati. 1344
Vespertiliones. 952
Vespillo. 1889. Vide Vispellio.
Vestiarium. 782
Vestiarius. 782
Vestibulum. 1411
Vestigatores. 860
Vestigium. 1944
Vestimentum & vestis. 782
Vestis & vestimentum. 782
Vestis. 782
Vestis quotidiana & pretiosa. 1985
Vestis Sacra. 851
Vestispica. 1944. Vestitor. 1944
Vestitum pactum. 943
Vestium appellatio. 783
Vetare & prohibere. 208
Veterani. 613
Veterator. 1451. 839
Veterina. 809
Veterinaria. 809
Veterinarius. 809
Vetus. 1137
Vetus vinum. 802. 1137. 1494
Vetustas. 1136. 1137
Vexari. 1519
Vexillationes. 1944
Vexillum eligere. 631
Via. 1566
Via, & iter. 1417
Via pro seruitute. 1417
Via immunita. 1419
Via prima. 1418
Via publica. 1418
Viæ publicæ appellatio. 1418
Viaticum. 1566
Viaticum altare. 1410. 1591
Viator. 1420
Viatores theologicè. 1966
Viatores. 1762
Vibratio Quintiana. 1001
Vicanei. 1430
Vicani. 760
Vicani & Vicarij. 1430
Vicanus. 271
Vicarij Palatini. 311
Vicarij serui. 827
Vicarius. 1188. 1290
Vicarius Papæ. 278
Vicarius perpetuus. 1190
Vicarius temporalis. 1290
Vicecancellarius. 277
Vicecomes. 311
Vicedomini. 282
Vicennium. 1155
Vicescolasticus. 273
Vicesima. 1945
Vicesimarij. 1945
Vicinalis via. 1418
Vicinum. 1437
Vicinus locus. 1398
Victima. 1338. 1339
Victimæ succidaneæ. 1995
Victimarij. 1339
Victor. 635
Victoriæ corona. 40
Victores serui. 829
Victualia. 391
Victualia i. distributiones. 1310
Victualium appellatio. 391
Victus. 390
Victus & cibus. 592
Victus appellatio. 390
Vicus. 1430
Videre. 1966
Videtur. 1455
Vidua quæ. 1719
Viduæ appellatio. 1719
Viduata Ecclesia. 283. 1193
Vietores. 1945
Vigilare. 641
Vigiles. 641
Vigiliæ. 641
Vigiliæ & excubiæ. 641
Vigiliarum Missa. 1579
Vigilum præfectus. 313
Vilitas & caritas. 562. 1023
Villa. 759
Villici serui. 829
Vinacia. 1945
Vinaria vasa. 778
Vinarius. 1819
Vincibilis ignorantia. 88
Vincula. 1212
Vinculum pacis. 1565
Vindemia. 1819
Vindemia collecta, & pendens. 1819
Vindemia & vindemiæ. 1809
Vindex & præs. 729
Vindicare. 155. 1242
Vindicatio. 155. 1457
Vindicatio & condictio. 1242. 1966
Vindicatiua iustitia. 676
Vindiciæ. 729
Vindiciarum lis. 729. 1217
Vindicias dare. 729
Vidicias dicere. 977
Vindicta. 155. 1457. 1966
Vindicta i. festuca. 1785
Vindicta pro virga. 833
Vinea. 761
Vineæ appellatio. 762
Vinum. 802. 1485
Vinum congelatum. 1572
Vinum in Eucharistia. 1572
Vini appellatio. 802
Violatio Ecclesiæ. 1405
Violatio sacri. 1397
Violator Ecclesiæ. 847
Violentæ manus. 68
Violenta possessio. 706
Violenta præsumptio. 1251
Violenta suspicio. 95
Violentia & vis quotuplex. 55
Violentes. 55
Violentia, & voluntarium. 48
Violentum quid. 53
Violentum indicium. 1249
Violentus intrusus. 1313
Vir. 118. 360
Vir bonus. 1175
Virga pro violentia. 66
Virga ferrea. 1731
Virgata toga. 785
Virginalis castitas. 1498
Virginitas. 1499
Virginitatis acceptio. 1499
Virgo. 1500
Virgo consecranda. 1501
Virio & Viriola. 787
Viriæ. 1820
Viridaria. 1945
Viridarij serui. 1945
Viriolæ. 1810
Virile munus. 384
Viriles partes. 1100
Virilis pro tota hæreditate. 1100
Virilis ætas. 1164
Virili toga. 785
Virilitas. 1100
Viripotens. 1500
Virium appellatio. 1468
Virtuale mutuum. 982
Virtuale voluntarium. 47
Virtualis intentio. 1535
Virtuosus, studiosus. 124
Virtus. 118
Virtutis acceptio. 118
Virtus quid. 118
Virtus quotuplex. 119
Virtus generalis. 674
Virtus specialis. 674
Virtutes infusæ & acquisitæ. 120
Virtutes purgati animi. 120
Virtutes regiæ. 307
Vis & metus. 55
Vis multiplex. 55
Vis diuina & maior. 1940
Vis & maior. 55
Vis directiua & coactiua. 209
Vis in dubio. 68
Vis publicæ & priuatæ lex. 200
Vis in matrimonio. 1691
Viscella. 201
Visceratio. 1945. vbi viscera.
Visere. 1966
Visio. 1380
Visitator. 287
Visorium. 1428
Vispellio. Vide vespillo.
Vita. 1567
Vita pro victu. 393
Vita iniuriosa. 881
Vita luxuriosa. 1987
Vitalitius census. 1049
Vitandus excommunicatus. 1736
Vitam tenere. 1946
Vitiatio, vitiare. 124
Viatus. 123
Vitilitigator. 1222
Vitiositas. 124
Vitiosus. 124
Vitium. 123
Vitium definitur. 123
Vitium, peccatum, culpa. 1-6
Vitreamina. 1946
Vitoperabile. 77
Vituperare. 909
Vituperium. 909
Vitrarij. 132
Vitricus. 1701
Vittæ. 787

Viua

I N D E X

Viua fides. 523
Viuæ vocis oraculum. 234
Viuarium. 1429
Viuere luxuriosè. 1987
Viuiradices. 1429
Viuorum sacramenta. 1533
Vix. 454
Vicisci. 1181
Vicisceor. 155
Vltio. 1966
Vlcus & volnus. 902
Vlna. 1027
Vltima voluntas. 1064
Vltimæ voluntatis appellatio. 1071
Vltimus finis. 16
Vltimum supplicium, 561
Vltio. 155
Vltra & citra. 460. 469
Vltro. 60
Vltro competit actio. 60
Vltro citroque. 1439
Vltronea voluntas. 57
Vmbella altaris. 1598
Vmbrata quies. 670
Vmbratilis suffragiorum pactio. 962
Vna. 414
Vna cum. 414
Vnanimiter. 415
Vncia. 815. 1091
Vnciariæ Vsuræ. 1946
Vnctio. 1546
Vnctio vngere. 1628
Vnctio triplex. 1628
Vnctio chrismatis. 1561
Vndecim viri. 320
Vndique. 1439
Vngere veneno. 1947
Vnguentum. 577
Vnanimitas, vnanimis. 569
Vnio. 569
Vnio & coniunctio. 1313
Vnire vnitas. 570
Vniuersale & generale. 472. 1979
Vniuersales voces. 425
Vniuersalis fides. 522
Vniuersalis. 470
Vniuersalis & indefinita. 471
Vniuersitas. 340
Vniuersitatis res. 299
Vniuersitatis appellatio. 340
Vniuersus. 340
Vniuersus orbis. 337
Vno contextu. 570
Vno ore, vno impetu. 370
Vnxor, quod vxor. 362
Vocabulum. 404
Vocalis oratio. 1322
Vocare in crimen. 1196
Vocare in ius. 1820
Vociferari vociferatio. 1947
Voconia lex. 202
Volitum. 45
Volitum nil quin præcognitum. 56
Volo. 64
Volo, & nolo. 64
Volones. 831
Volucris appellatio. 1947
Voluntaria iurisdictio. 1186
Voluntariæ & sponte. 60
Voluntarium & spontaneum. 1869
Voluntarium quid & quotuplex. 45
Voluntarium definitur. 46
Voluntarium quotuplex. 47
Voluntarium iudicium. 1171
Voluntarium iuramentum. 1851
Voluntarium homicidium. 897
Voluntarium sequester. 987
Voluntas quæ potentia. 56
Voluntas Dei quotuplex. 59
Voluntas multiplex. 57
Voluntas finis. 20
Voluntas de ambulatoris. 67
Voluntas sine effectu. 67
Voluntas negatiue se habens. 58
Voluntatis vis. 119
Voluntatem insinuare. 67
Voluptas. 107
Voluptas spiritualis & sensibilis. 706
Voluptariæ expensæ. 821
Vorago vsurarum. 985
Vorax propositum. 985
Votiua numerositas. 331
Votum. 1353
Votum quid. 1353
Votum quotuplex. 1354
Vouere. 1353
Vox. 404
Vpilio. vide Opilio.
Vrbana seruitos. 701
Vrbana mancipia. 839
Vrbanus prætor. 314. 315
Vrbanus archipresbyter. 271
Vrbare. 300
Vrbica procuratio. 1947
Vrbicariæ regiones. 1947
Vrbs & ciuitas. 300
Vrcei, vrceoli. 1597
Vredo. 1947
Vrephotrophium. 573
Vrgens necessitas, & vrgere. 1947
Vrna, vrnalia. 1947
Vrinari. 769
Vrinatores. 769
Vrsus. 1948
Vruum. 300
Vsia. 739
Vsio. 1948
Vsquam. 1160
Vsque. 33
Vsquequo. 1162
Vstrina. 1129
Vsu resconsumptibilis. 252
Vsualis interpretatio. 210
Vsualis cœna. 1967
Viuarius. 698
Vsuarius & fructuarius. 698
Vsucapio. 715. 247
Vsura. 981
Vsuræ acceptio. 981
Vsura & fœnus. 985
Vsura multiplex. 982
Vsuræ fiscales. 1193
Vsuræ competentes. 1175
Vsuraria vxor. 1948
Vsurarius. 985
Vsurpare. 933
Vsurpare ius. 732. 933
Vsurpare ciuitatem. 732
Vsurpatio. 250. 933
Vsurpatio in diuortio. 1714
Vsurpatum iudicium. 1170
Vsufructuarius. 696
Vsus. 245
Vsus, & vsio. 697
Vsus caosalis. 697
Vsus reciprocus. 1948
Vsus formalis. 697
Vsus facti. 697
Vsus circa media. 22
Vsus actiuus & passiuus. 22
Vsus loquendi. 1719
Vsus sine fructu. 695
Vsus nudus & habitatio. 699
Vsus reciprocus. 1829
Vsus fructus quid. 691
Vsus fructus causalis & formalis. 1972
Vsusfructus improprius. 693
Vsusfructus legalis. 694
Vsusfructus appellatio. 694
Vtensilia. 774
Vter. 434
Vterini fratres. 1706
Vterus. 1948
Vterque. 475
Vti & frui. 695. 1948
Vti possidetis. 730
Vtile. 71
Vtile dominium. 688
Vtile tempus. 1132
Vtiles actiones. 1239
Vtiles dies. 1140
Vtiles impensæ. 821
Vtilitas quòd necessitas. 49
Vtilitas publica. 207
Vtroque iure. 218
Vua in homine quæ pars. 1948
Vuæ inter dulcia. 1948
Vuadium. 1948
Vulgare pretium. 1008
Vulgaris acceptilatio. 938
Vulgaris mulier. 1820
Vulgaris persona. 303
Vulgaris substitutio. 1077
Vulgo concepti. 374
Vulgo quæsiti. 374
Vulgus. 303
Vulneratio. 902
Vulnus. 902
Vulnus necessarium. 902
Vulnus lethale. 902
Vulneris appellatio. 902
Vulnusculum. 902
Vultures. 1948
Vulturij. 1889
Vxor. 361
Vxori nubere. 1722
Vxori rei actio. 1949
Vxoris appellatio. 362
Vxoricidium. 1688

X

Xaratæ 1949
Xenia. 1070
Xeniolum. 976
Xenium. 976
Xenon. 572
Xenos. 976
Xenodochium. 572
Xenodochus. 572
Xenoparochus. 572
Xerolophum. 1430
Xylocinnamomi. 1946
Xystarchus. 1003
Xystici. 1003
Xystus. 1003

Z

Zibaræ. 552
Zea. 1570
Zelabantur. 103
Zelodicium. 103. 726
Zelotypia. 103. 108
Zelus. 103
Zeli acceptio. 103
Zeta. 1949
Zetarij. 1949
Zeugma. 477
Zizania. 801
Zona 790
Zonarius. 790
Zoxeni. 1810
Zygocephala. 1810
Zygostasius 323
Zygostates. 726. 1024
Zythum. 803. 1485. 1495

F I N I S.

I N D E X

Viui fides. 523
Viuæ vocis oraculum. 234
Viuarium. 1429
Viuere luxuriosè. 1987
Viuiradices. 1429
Viuorum sacramenta. 1533
Vix. 454
Vlcisci. 1185
Vlciscor. 555
Vltio. 1966
Vleus & vulnus. 902
Vlna. 1027
Vltima voluntas. 1064
Vltimæ voluntatis appellatio. 1071
Vltimus finis. 16
Vltimum supplicium, 161
Vltio. 155
Vltra & citra. 460. 469
Vltro. 60
Vltro competit actio. 60
Vltro citroque. 1439
Vltronea voluntas. 57
Vmbella altaris. 1598
Vmbrata quies. 670
Vmbratilis suffragiorum pactio. 962
Vna. 414
Vna cum. 414
Vnanimiter. 415
Vncia. 815. 1092
Vnciariæ Vsuræ. 1946
Vnctio. 1546
Vnctio vngere. 1628
Vnctio triplex. 1628
Vnctio chrismatis. 1561
Vndecim viri. 320
Vndique. 1439
Vngere veneno. 1947
Vnguentum. 577
Vnanimitas, vnanimis. 569
Vnio. 569
Vni & coniunctio. 1353
Vnire vnitas. 570
Vniuersale & generale. 472. 1979
Vniuersales voces. 425
Vniuersalis fides. 522
Vniuersalis. 470
Vniuersalis & indefinita. 471
Vniuersitas. 540
Vniuersitatis res. 199
Vniuersitatis appellatio. 340
Vniuersus. 340
Vniuersus orbis. 337
Vno contextu. 570
Vno ore, vno impetu. 370
Vnxor, quod vxor. 361
Vocabulum. 404
Vocalis oratio. 1322
Vocare in crimen. 1196
Vocare in ius. 1820
Vociferari vociferatio. 1947
Voconia lex. 202
Volitum. 45
Volitum nil quin præcognitum. 56
Volo. 64
Volo, & nolo. 64
Volones. 831
Volucris appellatio. 1947
Voluntaria iurisdictio. 1186
Voluntariæ & sponte. 60
Voluntarium & spontaneum. 1869
Voluntarium quid & quotuplex. 45
Voluntarium definitur. 46
Volunsarium quotuplex. 47
Voluntarium iudicium. 1171
Voluntarium iuramentum. 1851
Voluntarium homicidium. 897
Voluntarium sequester. 987
Voluntas quæ potentia. 56
Voluntas Dei quotuplex. 59
Voluntas multiplex. 57
Voluntas finis. 20
Voluntas de ambulatoria. 67
Voluntas fine effectu. 67
Voluntas negatiuè se habens. 58
Voluntatis vis. 159
Voluntatem insinuare. 67
Voluptas. 107
Voluptas spiritualis & sensibilis. 706
Voluptariæ expensæ. 825
Vorago vsurarum. 985
Vorax propositum. 985
Votiua numerositas. 335
Votum. 1353
Votum quid. 1353
Votum quotuplex. 1354
Vouere. 1353
Vox. 404
Vpilio. vide Opilio.
Vrbana seruitus. 701
Vrbana mancipia. 839
Vrbanus prætor. 314. 315
Vrbanus archipresbyter. 271
Vrbare. 300
Vrbica procuratio. 1947
Vrbicariæ regiones. 1947
Vrbs & ciuitas. 300
Vrcei, vrceoli. 1597
Vredo. 1947
Vrephotrophium. 573
Vrgens necessitas, & vrgere. 1947
Vrna, vrnalia. 1947
Vrinari. 769
Vrinatores. 769
Vrsus. 1948
Vruum. 300
Vsia. 739
Vsio. 1948
Vsquam. 1160
Vsque. 33
Vsquequo. 1162
Vstrina. 1129
Vsu resconsumptibilis. 252
Vsualis interpretatio. 210
Vsualis cœna. 1967
Vsuarius. 698
Vsuarius & fructuarius. 698
Vsucapio. 715. 247
Vsura. 981
Vsuræ acceptio. 981
Vsura & fœnus. 985
Vsura multiplex. 982
Vsuræ fiscales. 1193
Vsuræ competentes. 1175
Vsuraria vxor. 1948
Vsurarius. 985
Vsurpare. 933
Vsurpare ius. 732. 933
Vsurpare ciuitatem. 732
Vsurpatio. 250. 933
Vsurpatio in diuortio. 1714
Vsurpatum iudicium. 1170
Vsufructuarius. 696
Vsus. 245
Vsus, & vsio. 697
Vsus causalis. 697
Vsus reciprocus. 1948
Vsus formalis. 697
Vsus facti. 697
Vsus circa media. 22
Vsus actiuus & passiuus. 11
Vsus loquendi. 1719
Vsus fine fructu. 695
Vsus nudus & habitatio. 699
Vsus reciprocus. 1819
Vsus fructus quid. 691
Vsus fructus causalis & formalis. 1972
Vsusfructus improprius. 693
Vsusfructus legalis. 694
Vsusfructus appellatio. 694
Vtensilia. 774
Vter. 434
Vterini fratres. 1706
Vterus. 1948
Vterque. 475
Vti & frui. 695. 1948
Vti possidetis. 730
Vtile. 71
Vtile dominium. 688
Vtile tempus. 1532
Vtiles actiones. 1239
Vtiles dies. 1140
Vtiles impensæ. 821
Vtilitas quòd necessitas. 49
Vtilitas publica. 207
Vtroque iure. 218
Vua in homine quæ pars. 1948
Vuæ inter dulcia. 1948
Vuadium. 1948
Vulgare pretium. 1008
Vulgaris acceptilatio. 938
Vulgaris mulier. 1820
Vulgaris persona. 303
Vulgaris substitutio. 1077
Vulgo concepti. 374
Vulgo quæsiti. 374
Vulgus. 303
Vulneratio. 902
Vulnus. 902
Vulnus intestinum. 902
Vulnus lethale. 902
Vulneris appellatio. 902
Vulnusculum. 902
Vultures. 1948
Vulturij. 1889
Vxor. 361
Vxori nubere. 1722
Vxori rei actio. 1949
Vxoris appellatio. 362
Vxoricidium. 1688

X

Xaratæ 1949
Xenia. 1070
Xeniolum. 976
Xenium. 976
Xenon. 572
Xenos. 976
Xenodochium. 572
Xenodochus. 572
Xenoparochus. 572
Xerolophum. 1430
Xylocinnamomi. 1946
Xystarchus. 1003
Xystici. 1003
Xystus. 1003

Z

Zaharæ. 552
Zea. 1570
Zelabantur. 103
Zelodicium. 103. 726
Zelotypia. 103. 108
Zelus. 103
Zeli acceptio. 103
Zeta. 1949
Zetarij. 1949
Zeugma. 477
Zizania. 801
Zona 790
Zonarius. 790
Zoxeni. 1820
Zygocephala. 1820
Zygostasius. 323
Zygostates. 726. 1024
Zythum. 803. 1485. 1495

F I N I S.







